Digitized by Google

Digitized by Google

105136

ADAGIALIA SACRA VETERIS ET NOVI TESTAMENTI:

COLLECTORE AC INTERPRETE,

MARTINO DEL RIO ANTVERPIENSI,
Societatis IESV Sacerdote, & S. Scripturæ publico
SALMANTICÆ PROFESSORE.

Editio secunda & accurata. Cum Indicibus necessariis.

Ex dono dñi Cardo
Ex Bibliotheca
R. P. Carmelitar.
Lugdun. E. 137
672
BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE LYON 1894
BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE DE LYON
in-4°

LVGDVNI,
Sumptibus Horatij Cardon.

M. DCXIV.

Cum Priuilegio S. Cæsar. Maiest. & Christianiss. Franc. & Nauarr. Regis.

Digitized by Google

Sambaipus Hotmil Carlon.

Biblioteca Nacional de Maestros

PETRO FERNANDIO
A CASTRO, COMITI
A LEMOS, &c.

NEAPOLITANI
REGNI PROREGI.

PATRI MARTINO DEL RIO ne operum suorum aliqua inchoata perficeret, perfecta alia expoliret, repentina mors impedimento fuit. Eadem, vt permulta præterea ab ijs fortè qui alieno labore proficiunt, interuerterentur, aditum aperuit. In his sunt loci communes Sacri & prophani. Epitome seu Breuiarium omnium Scriptorum. Dictionarium Veterum verborum Latinorum; magnúmque illud in Sacram Scripturam quod moliebatur opus. Mitiùs cum *Adagialiis Veteris & Noui Testamenti* actum est; fortè quia iam tunc ab ipsorum ortu ea tibi consecrarat. Illa ecce ego inopinatò nactus, extincti fratris voluntatis & conscius & naturæ iure exequutor, tibi, vir Princeps, non offero veriùs quàm refero: tu illa licèt impolita pro vetere tua in ipsum humanitate ne aspernare. quinimo tecum ipse reputans quantum operæ in his expoliendis ponendum ab authore fuerat vt te quàm cultissima adirent, quasi metitor eius quod deest perfecti, lustrare oculis totum hoc quicquid est rude, si bene te noui, non dedignabere. Et quidem ex millenis tricenisque ex vetere testamento quæ interpretatus est *Adagiis*, trecenta fermè tantummodo supremam eius experta manum, lucem

Digitized by Google

non reformidant. Reliqua verecundiùs prodeunt, quòd partim nuda, partim leui opere inchoatæ interpretationis semiueſtita, hominum Iudicia quaſi procaces oculos verentur. Verùm ea conditione illis vtendũ fuit qua fratris vt ita dicam viſum eſt. Et hæc quidem de *Adagiis veteris Teſtamenti.* Nam quæ in Nouum elaborauerat, planè nulla, me quamuis diu quærente, adhuc apparent. Et hoc ergo fortè ab iis qui illa ſupprimunt, primarum hæc editio Centuriarum impetrabit, vt illa quoque ad te legitimum eorum Ducem ire patiantur: quo plena ſub tuis auſpiciis ſacrarum ſententiarum ex vtroque Teſtamento agmina ſpectentur. Tuæ autem nobilitatis ex pluribus deductæ Regibus proprium eſt, ſi quid in te adeundo, venerandóque peccatur, ignoſcere: Tuíque Iudicij per omnes bonas artes exculti, intelligere, qualis ſuprema manus futura hìc tandem fuerat, ſi rudis inchoatio tanta eſt. Demum ſi quid culpę in hoc inculti muneris auſu eſt, id mihi homini militari, à te militaris confidentiæ planè conſcio, indulgebitur. Quòd ſi, qua es infinita mentis altiſſimæ amplitudine, aliquid ad hæc perlegenda temporis, ex præclariſſimi, quod tanta cum laude adminiſtras, Regni occupationibus ſepones; hoc auctoris gloriæ ſatis erit, te ſuorum laborum non modò patronum, verumetiam ſpectatorem atque æſtimatorem fuiſſe, vt ille tuarum dum viueret non modò teſtis virtutum, ſed admirator etiam, ac laudator fuit. Vale. Bruxellæ, X. Maij M. DCXI.

HIERONYMVS DEL RIO.

Facultas

Facultas R. P. Prouincialis Societatis IESV, *in Prouincia Lugdunensi.*

LVDOVICVS MICHAELIS, Prouincialis Collegiorum Societatis IESV, in Prouincia Lugdunensi, iuxta priuilegium eidem Societati à Regibus Christianissimis Henrico III. 10. Maij. 1583. & Henrico IV. 20. Decembris 1606. & Ludouico XIII. nunc regnante, 14. Feb. 1611. concessum, quo Bibliopolis omnibus prohibetur, ne libros ab eiusdem Societatis hominibus compositos, absque superiorum permissione imprimant: permittit Horatio Cardon Lugdunensi Bibliopolæ, vt librum qui inscribitur, *Adagialia Sacra Veteris Testamenti, collectore ac interprete* MARTINO DEL RIO *Antuerpiensi, Societatis* IESV *Sacerdote, Sacræ Theologiæ Doctore*, ad sex proximos annos imprimere, ac liberè diuendere possit. Datum Lugduni. 5. Octobris. 1611.

MICHAELIS.

APPROBATIO.

IOANNES CLAVDIVS DEVILLIVS, In Sacra Theologia Magister, & diuini verbi Prædicator; in Sancti Pauli huiusce Ciuitatis Canonicus, & in hac Lugdunensi Diœcesi, à Domino CLAVDIO DE BELLIEVRE, Illustrissimo & Reuerendissimo Archiepiscopo, librorum Censor designatus: Fidem facimus nos hæc *Adagialia Sacra Veteris Testamenti, à Reuerendo Patre* MARTINO DEL RIO *Societatis* IESV *Presbytero, Sacræ Theologiæ Doctore*, exposita, euoluisse: nihilque in iis ab Catholica & Romana fide, & probis moribus alienum, non modò non contineri; sed elaboratum planè opus, multiiuga lectione, nobiliúmque Idiomatum scientia illustre, atque ob id Sacrarum literarum Studiosis esse perutile. Quare Typis & publica luce dignum meritò censuimus. Lugduni apud Sanctum Paulum IV. Id. Octobr. M. DCXI.

I. CL. DEVILLIVS.

R. D. D. ANTONII EMANVELIS CHALOMI huius libri imprimendi facultas.

ANTONIVS EMANVEL CHALOMVS in præfectura Lugdunensi Consiliarius Regius, in primatu Franciæ Iudex, & in Archiepiscopatu Lugdunensi Vicarius Generalis: Opus quod inscribitur, *Adagialia Sacra Veteris Testamenti, Collectore ac interprete* MARTINO DEL RIO *Antuerpiensi, Societatis Iesu Sacerdote, Sacræ Theologiæ Doctore*, à Theologis recognitum, vt in lucem edatur, facultatem concedimus. Lugduni 15 Iulij. 1611.

CHALOM V. G.

Priuilegium Imperatoris.

RVDOLPHVS II. Diuinâ fauente Clementiâ Electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclauoniæ, &c. Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ; & Wirtembergæ, &c. Comes Tirolis, &c. Notum facimus tenore præſentium vniuerſis, Expoſitum nobis, Honorabilem, deuotum, nobis dilectum Martinum Del Rio SS. Theologiæ Doctorem & LL. Licentiatum, Societatis IESV Presbyterum, multa à multis annis, & olim, cùm in Belgio Sereniſſimo Hiſpaniarum Regi Catholico Philippo ſecundo à Conſiliis fuit, & poſteà cùm Societati IESV aggregatus, variis in Academiis vtilitati publicæ pro virili concionando, docendo, componendo, incubuit, in humanioribus artibus, Iuriſprudentiâ & Theologiâ laboraſſe, quæ partim edita, partim vt edantur, vel confecta vel affecta habeat, aut ſecundis curis recudi deſideret. Vereri autem ne quod iam non ſine aliquo nominis ſui & lectorum diſpendio expertus, à quibus minimè expediat, ea Typographio ſibi ſuiſque in fraudem exprimantur, ac proinde humiliter rogare, vt Priuilegio ſe noſtro aduersùs eiuſmodi iniuriam ac fraudem muniamus: Nos itaque benignè conſiderantes, quàm vtilem Honorabilis, deuotus, nobis dilectus Martinus Del Rio, qui nobis ab inſigni pietate ac doctrina prædicatur, rei literariæ publicè operam nauet, quod in iis quæ iam antè ab ipſo edita ſunt, liqueat, omnibus & ſingulis Typographis, Bibliopolis ac aliis quamcunque librariam negotiationem exercentibus ſerio firmitérque vetamus & inhibemus, ne quiſquam prænarrata opera per viginti annorum ſpatium à primâ editionis die computandum intra ſacri Romani imperij Regnorúmque & Dominiorum noſtrorum hæreditariorum fines, ſimili vel alio charactere aut formâ ſiue in toto ſiue in parte recudere, vel aliò recudenda mittere, aut alibi etiam impreſſa, adducere, vendere, & diſtrahere clàm ſeu palàm contra voluntatem & conſenſum ſupradicti Martini Del Rio præſumat. Si quis verò ſecus faciendo Priuilegium hoc noſtrum Cæſareum negligere vel tranſgredi conatus fuerit, eum non ſolùm prænarratis libris, perperàm quippe recuſis & adductis (quos prænominatus Del Rio eiúſve Mandatarij vbicunque deprehenſos, vel propriâ authoritate vel Magiſtratus illius ope & auxilio ſibi vendicare poterunt) de facto priuandum, ſed & pœnâ decem Marcharum auri puri fiſco noſtro Cæſareo fraudis vindici, & ſæpefato Del Rio eiúſve Mandatariorum vſibus ex æquo pendenda, decernimus irremiſſibiliter puniendum. Mandamus ergo omnibus ac ſingulis noſtris & ſacri Romani Imperij Regnorúmque ac Ditionum noſtrarum hæreditariarum ſubditis, cuiuſcunque ſtatus, gradus, conditionis, aut dignitatis exiſtant, tam Eccleſiaſticis quàm Sæcularibus, præſertim verò iis qui in Magiſtratu conſtituti, vel proprio vel ſuperiorum nomine & loco Ius ac Iuſtitiæ adminiſtrationem exercent, ne quenquam hoc Priuilegium noſtrum Cæſareum temerè & impunè tranſgredi aut violare patiantur, quin potiùs contumaces, ſi quos fortè compererint, præſcriptâ pœnâ puniri, aliiſque modis idoneis coërceri curent, quatenus & ipſi in eandem multam incurrere noluerint, harum

teſtimo

testimonio literarum manu nostra propria suscriptarum & sigilli nostri Cæsarei impressione munitarum. Datum in arce nostrâ Regiâ Pragæ, die decimaquintâ Mensis Iunij, Anno Domini millesimo sexcentesimo secundo, Regnorum nostrorum, Romani, vigesimo septimo, Hungarici trigesimo, & Bohemici itidem vigesimoseptimo.

Subsignatum

RVDOLPHVS.

Ad mandatum Sacræ Cæs. Maiestatis proprium.

RVD. CORADVCIVS.

IOAN. BARVITIVS.

EGO MARTINVS DEL RIO, *Societatis* IESV *Presbyter, sacræ Theologiæ Doctor, & LL. Licentiatus, concessâ mihi à Cæsareâ Maiestate, facultate eligendi Typographum, cui mea cum XX^ti. annorum priuilegio cudenda traderem: tibi,* HORATI CARDONE, *confisus de fide, pietate, & industriâ tuâ, facio potestatem excudendi* ADAGIALIA SACRA VETERIS ET NOVI TESTAMENTI A ME EXPOSITA ET INTERPRETATIONE DONATA, *& pœnam Cæsaream exigendi à Typographis contra Cæsaris edictum illud prælo subdentibus, vel vendentibus, &c. iuxta præfati Diplomatis tenorem. Datum Salmanticæ Idibus Decembris,* M. DCVII.

MARTINVS DEL RIO Soc. IESV Presbyter,
S. Theol. Doctor, & LL. Licentiatus.

SVMMA

SVMMA PRIVILEGII à Christianissimo Galliarum Rege obtenti.

LVDOVICI XIII. Galliæ & Nauarræ Regis Diplomate cautum est, ne quis in suo regno, aliisve locis ditioni suæ subiectis, intra proximos annos decem, à die impressionis prima inchoandos, excudat, vendat, excudendum, vendendúmque quouis modo aut ratione conetur librum, qui inscribitur, *Adagialia sacra veteris Testamenti, collectore ac interprete* MARTINO DEL RIO *Antuerpiensi, Societatis* IESV *Sacerdote, Sacræ Theologiæ Doctore*, præter HORATIVM CARDON Bibliopolam Lugdunensem, aut illos, quibus ipse concesserit: sub pœnis Originali Diplomate contra delinquentes expressis. Datum Parisiis decimo octauo die mensis Februarij M. DC XI.

De mandato Regis

Signatum

PERREAV.

TYPOGRAPHVS Lectori.

MONERITE, LECTOR, de inscriptione operis, æquum esse duxi. Frons enim cùm præferat VETERIS ET NOVI TESTAMENTI ADAGIALIA SACRA, neque tamen quę Noui sunt, adhuc exeant: nos quia dulcem spem faciunt amicæ ad nos literæ, resarciendæ, de qua angor erat, iacturæ, Scriptorem operis, qui ipse sui constructor est tituli, fronte libri qualem præfixit, omnia simul lucem habitura ratus frui siuimus: propediem, fauente Deo, vbi ad nos tam doctæ quàm seriæ & vtiles chartæ peruenerint, non minùs auidè expectatæ quàm susceptorem alacrem habituræ, bono publico daturi. Monebo quoque, LECTOR, Scriptorem nostrum morte præuentum, locis aliquot, & ab Isaia, non plenè vltimam manum imposuisse, quæ recensenda iterum & abs se retractanda speraret, ac quæ te monuisse satis sit, vt lectioni tanti viri faueas, cuius genus & elogia compendio tradita hîc subsequi visum est. Vale, & nostris laboribus faue.

Eidem Lectori.

OPVS, quod damus, lector, viri est sua maiorúmque virtute illustris. Hispanus erat patre, Proannensi vico (vulgo Proanno) in montibus Campoò oriundus: vbi etiamnum vestigia arcis antiquum eiusdem familiæ domicilium, quod Hispanicè Solar vocatur. Vetustissima huius memoria ab Octauiani Imperio arcessitur, cùm pro gente sua ad montem Sierra Tejada dictum pugnat obitque fortiter generosus Cantaber Lucio Lamia oppugnante. Ex cuius prosapia Fruendus, qui feliciore euentu vnà cum Christianis quos Rex Pelagius anno 720. eius curæ commiserat, quosque Donga celebris adhuc spelunca capere non poterat, dum in Mauros impetum facit, magnam eorum multitudinem inter fluuios Deba & Oba fundit & fugat. Ab hac victoria gentilium nomen & insigne *Del Rio* genti fuit. Fidus huius rei testis liber quem *Del Bezerro* vocant, in quo familiæ Hispaniæ ad origines suas reuocantur, stirpémque hác ramos suos latè diffudisse, intérque alios nobilem vnum in Bureba, ex quo Gonsaluus Roderici Del Rio Regis Henrici IV. corporis custos posteros reliquit dispersos in varia Regum obsequia. Atque hunc cuius librum præ manibus habes, eius abnepotem Brabantia, matre ex nobili de Vilanoua Celtiberiæ familia, edidit ingenio raro, cuius rei monumenta hæc fidem faciunt.

Scholia in Claudianum.
Emendationes in Solinum.
De Tragœdia veterum.
De vita Annæi Senecæ Patris & Filij.
De versibus tragicis.
Aduersaria & comment.ª in Senecam.

Notæ

Notæ perpetuæ in Ius Ciuile.
Repetitio in legem Transigere.
Commentaria in legem Contractus.
Annotationes in monita Sancti Orientij.
Ænigmata Sancti Aldhelmi.
Disquisitionum Magicarum libri sex.
Commentaria & Catena in Cantica Canticorum.
Speculum Marianum.
Polemica Mariana.
Florida Mariana.
Super Threnos Ieremiæ.
Super Genesim.
Adagia Sacra.

Alia præterea dedit quæ alieno nomine circunferuntur, sed & posthuma quædam apparantur. Vir etsi Mineruæ studia coleret impensius, iuuenili tamen vigore armorum dexteritatem fuit consecutus. quid mirum si, patre Cantaber, matre Celtiber? Omni genere Scientiarum præstans, officia publica atque imperium perpetuo recusauit, plus in meriti conscientia, quàm in functionis fructu ponens. Philippi II. Hisp. Regis consiliarius & supremus in eius exercitu Iudex, æquum se & incorruptum semper exhibuit. Spretis mundi illecebris IESV Societatem ingressus, exemplo sociis, admirationi omnibus fuit. Diuinarum literarum studiis se totum tradidit, adeóque eximius euasit Theologus, vt Louanij in Belgio, Græcij in Stiria, Salmanticæ in Hispania, Sacrarum Scripturarum oracula summa cum laude sit interpretatus. Acerrimus fuit hæreticorum insectator, ab omnibus laudem, à subditis dum Arselariæ in Brabantia dominus fuit, etiam amorem obtinuit. Dum Salmantica Louanium maiore celeritate quàm vires ferebant properat, tertio quàm eò appulit die, anno 1608. obiit magno omnium luctu.

ADAGIALIVM
SACRÆ SCRIPTVRÆ
INDEX.

Prior Numerus Adagij ordinem notat: posterior paginam.

EX GENESI.

1. COELI & terræ ornatus siue militia. 1
2. *Morte vel moriendo mori.* 3
3. *Os ex ossibus meis, & caro ex carne mea.* 4
4. *Scire bonum & malum.* 5
5. *Consuere folia ficus, & facere sibi perizomata.* 6
6. *Continere caput.* 7
Digressio prima. 7
7. *Calcaneo insidiari.* 11
8. *Reuerti in terram, seu pulueremseu cinerem.* 12
9. *In foribus esse.* 13
10. *Septuplum siue septies & septuagesies septies punire vel ignoscere.* 14
11. *Ambulare cum Deo, vel post Deum, vel coram Deo.* 15
12. *Filij Dei & filij hominum.* 16
13. *Quasi Nemrot robustus venator coram Domino.* 17
14. *Culmen pertingit ad cœlum.* 18
15. *Sicut puluis terræ, arena maris, aut Stella cœli.* 19
16. *Leuare manum ad Dominum.* 20
17. *A filo subtegminis vsque ad corrigiam caligæ.* 21
18. *Ædificari ab aliquo.* ibid.
19. *Onager inter homines.* 22
20. *Manus eius contra omnes, & manus omnium contra eum.* ibid.
21. *Ponere buccellam panis vel panem.* 23
22. *Peccatum clamans ad Deum.* ibid.
23. *Sum puluis & cinis.* 24
24. *A puero vsque ad senem.* 25
25. *Respicere post tergum.* ibid.
26. *Versa in statuam salis.* 26
27. *In monte Dominus videbit.* 27
28. *Sicus stellæ cœli.* 29
29. *Dei Princeps.* ibid.
30. *Habitare vel esse in medio populi.* 30
31. *Ire ad dexteram siue ad sinistram.* 31
32. *Possidere portas inimicorum.* 32
33. *Odor agri pleni.* ibid.
34. *Heri & nudiustertius.* 33
35. *Decem vicibus.* 34
36. *Percutere matrem cum filiis.* 35
37. *Sicus arenam maris.* 36

38. *Quasi*

38. *Quasi vultum Dei.* ibid.
39. *Fœtere facere.* ibid.
40. *Viri numeri.* 38
41. *Terror Dei.* 39
42. *Nihil nosse prater panem quo quis vescitur.* 40
43. *Leuare caput.* 41
44. *Mouere manum aut pedem.* 42
45. *Medullam terræ comedere.* ibid.
46. *Dies parui & mali.* 43
47. *Vsque ad os paruuli.* ibid.
48. *Intelligere fecit manus.* 44
49. *In gladio & arcu meo.* 45
50. *Manus in ceruicibus inimicorum.* 46
51. *Sicut aqua.* ibid.
52. *Lauare in vino stolam & in sanguine vuæ pallium suum.* 47
53. *Ceruus emissus.* ibid.
54. *Domini iaculorum.* 48
55. *Pastor, lapis Israël.* 50
56. *Apponi vel congregare ad populum suũ.* ibid.
7. *Num Deus ego?* 52

Ex libro Exodi.

58. IGnorat Ioseph. 53
59. Deus apparet in flamma & medio rubi. 54
60. *Solue calceamentum de pedibus tuis.* 55.
61. *Terra fluens lacte & melle.* 56
62. *Ægypti spolia.* 58
63. *Vir verborum.* 59
64. *Os alicuius.* 60
65. *Esse Deum vel pro Deo alicui.* ibid.
66. *Præbere gladium quo occidat.* 61
67. *Angustiæ spiritus.* 62
68. *Incircumcisus labiis, auribus, corde.* ibid.
69. *Digitus Dei est hic.* ibid.
70. *Voces Dei.* 64
71. *Malitia contra facies.* ibid.
72. *Tenebræ palpabiles, Tenebræ Ægyptiæ.* 65
73. *Nec vngula.* 67
74. *A sólio vsque ad molam vel ad carcerem.* ibid.
75. *Non mutiet canis.* ibid.
76. *Erit quasi signum in manu tua, & quasi monimentum ante oculos tuos.* 68
77. *Armati.* 70
78. *Egredi manu excelsa.* 72
79. *Submergi vel descendere sicut plumbum vel lapis.* 73
80. *Sicut stipulam deuorauit.* ibid.
81. *Tacere vt lapis.* ibid.
82. *Olla carnium Ægypti.* 74
83. *Quid est hoc?* 75
84. *Portare super alas aquilarum.* 77
85. *Peculium esse.* 75
86. *Munera excæcant prudentes, & subuertunt verba iustorum.* 80
87. *Caput myrrhæ.* 81
88. *Flos myrrhæ electæ.* 82
89. *Facie ad faciem loqui.* ibid.
90. *Nosse ex nomine.* 84
91. *Cornuta facies.* 85

Ex libro Leuitici.

92. EVomere gentes vel homines. 86
93. Non maledices surdo. 87
94. *Nec coram cæco pones offendiculum.* ibid.
95. *Non comedere placentas in populo. Item, non ambulare fraudulenter.* 89
96. *Apprehendet messum tritura vindemiã, & vindemia occupabit sementem.* 90
97. *Comedetis vetustissima veterum, & vetera nouis superuenientibus proiicietis.* ibid.
98. *Cœlum sicut ferrum, & terra anea.* ibid.
99. *Fugere & cadere nemine persequente, terreri à sonitu folij.* 91

Ex libro Numerorum.

100. AMen Amen. 92
101. Donec exeat per nares vestras. 96.
102. *Numquid manus Domini inualida vel abbreuiata est.* ibid.
103. *Terra deuorat habitatores suos.* 98
104. *Quasi locustæ præ illis.* 99
105. *Deuorare sicut panem.* 100
106. *Pastores seu pascentes.* 101
107. *Eruere alicui oculos.* ibid.

108. *Nec asellum accipere.* ibid.
109. *Pactum salis.* 102
110. *Sicut fecit in mari rubro, sic faciet in torrentibus Arnon, scopuli torrentium inclinati sunt vt requiescerent in Ar, & recumberent in finibus Moabitarum.* 103
111. *Ignis egressus & flamma deuorauit.* 110.
112. *Lucerna extincta vel periit.* ibid.
113. *Mori morte Iustorum.* 113
114. *Non est Deus quasi homo vt mentiatur, neque vt filius hominis vt mutetur.* ibid.
115. *Vir cuius obturatus est oculus.* 114
116. *Vir qui cadit & sic aperiuntur oculi eius.* 117.
117. *Heu quis victurus quando ista faciet Deus.* ibid.
118. *Contra solem.* 118
119. *Exire & intrare.* 119
120. *Sicut oues absque pastore.* 120
121. *Claui in oculis & lanceæ in lateribus.* ibid.

Ex libro Deuteronomij.

122. *Sicut solent apes persequi.* 122
123. *Non vi solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit ex ore Dei.* 123
124. *Quamdiu cœlum imminet terræ.* ibid.
125. *Vxor quæ dormit in sinu, in sinu esse vel dormire.* 124
126. *Filij Belial.* 127
127. *Oculus malignans seu nequam.* 132
128. *Matrem cum filijs.* 133
129. *Non arabis in boue & asino.* 134
130. *Non indueris vestimento quod ex lana linóque contextum est.* 134
131. *Non ligabis os bouis terentis in area fruges tuas.* 135
132. *In caput & non in caudam.* 138
133. *A planta pedis vsque ad verticem.* 139
134. *Esse in prouerbium ac fabulam.* ibid.
135. *Iugum ferreum ceruici imponere.* 141
136. *Fortis seu duris faciebus.* 142
137. *Radix germinans fel & amaritudinem.* ibi.
138. *Absumat ebria sitientem.* 143
139. *Fumabit nasus vel furor Domini.* 148
140. *Mel de petra, oleum de saxo.* 152
141. *De vinea Sodomorum & de suburbanis Gomorrhæ.* 153
142. *Vua eorum vua fellis & botri amarissimi, fel draconum vinum eorum & venenum aspidum insanabile.* 154.
143. *Homo Dei.* 156
144. *Cornua Rhinocerotis cornua eius.* ibid.
145. *Cornu ventilare.* 157
146. *Ferrum & æs calceamentum.* 158
147. *Non caliguit oculus eius nec dentes moti sunt.* 159

Ex libro Iosue.

148. *Seruus Domini.* 160
149. *Diebus ac noctibus.* 162
150. *Funiculus coccineus Raab.* 163
151. *Auferre opprobrium Ægypti.* 164
152. *Dare gloriam Deo.* 165
153. *Quasi vir vnus.* 166

Ex libro Iudicum.

154. *Sicut feci, ita reddidit mihi Deus.* 167
155. *Sicut sol in ortu suo splendet.* 168
156. *Quasi vnum virum.* 169
157. *Nonne melior est racemus Ephraim vindemiis Abiezer?* 170
158. *Ponere animam suam in manibus suis.* 171.
159. *De comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo.* 172
160. *Dulcius melle.* 173
161. *Fortior leone.* 174
162. *Arare in vitula aliena.* ibid.
163. *Vulpes Samsonis incendiarie.* 175
164. *Suram fœmori imponere.* 176
165. *Digitum vel manum superos ponere.* 178.
166. *Loqui ad cor alicuius.* ibid.
167. *Quasi vir vnus.* 179

Ex libro Ruth.

168. *Manus Domini.* 179
169. *Dominus vobiscum.* 180
170. *Sub alas confugere.* 181

171. *Pallium expandere ſuper aliquam.* 182
172. *Tu talis.* 184
173. *Calceamentum ſoluere.* 185

Ex libro primo Regum.

174. *Vltus idem vel immutatus.* 189
175. & 176. *Suſcitare de pulvere, Eleuare de ſtercore.* ibid.
177. *Fiat voluntas Dei.* 190
178. *Numquid & Saul inter Prophetas.* ibi.
179. *Filius vnius anni.* 192
180. *Oculi ſunt illuminati.* 193
181. *Ab impiis egredietur impietas.* ibid.
182. *Canem mortuum perſequi.* 195
183. *Pulicem perſequi.* 196
184. *Nõ relinquere mingentẽ ad parietẽ.* ibi.
185. *Ligari in faſciculo viuentium.* 197
186. *Rotari quaſi in impetu & circulo fundæ.* 198
187. *Sicut perdix perſequitur in mõtibus* ibi.

Ex libro ſecundo Regum.

188. *Aquilis velociores.* 199
189. *Caput Canis.* 200
190. *Fuſum tenens.* 201
191. *Cæcus & claudus non intrabunt in templum.* 202
192. *Scintillam exſtinguere.* 204
193. *Vrſa raptis catulis.* ibid.
194. *Non eſt pars.* 205
195. *Qui incerrogant interrogent in Abela.* ibid.
196. *Cornu ſalutis.* 206
197. *Funes inferni.* 207
Digreſſio ſecunda de inferno. 208

Ex libro tertio Regum.

198. *Vbi ſicu ſua & ſub vite ſua habitare.* 251
199. *A cedro vſque ad hyſſopum.* ibid.
200. *Non eſt homo qui non peccet.* 252
201. *Concilium Senum.* ibid.
202. *Minimus digitus groſſior dorſo.* 253
203. *Scorpionibus cædere.* 254
204. *Claudicare in duas partes.* 255
205. *Aut in diuerſorio eſt aut certè dormit.* 256
206. *Ne glorietur accinctus æquè vt diſcinctus.* ibid.

Ex libro quarto Regum.

207. *Currus Iſraël & auriga eius.* 258
208. *Si occurrerit tibi homo non ſalutes eum, & ſi ſalutauerit te quiſpiam non reſpondeas illi.* ibid.
209. *A turre cuſtodum vſque ad ciuitatem munitam.* 259
210. *In baculo arundineo & confracto ſperare.* ibid.
211. *Venerunt filij vſque ad partum, & virtus non habet parturiens.* 261.

Ex lib. primo Paralipomenon.

212. *Non in corde duplici.* 262

Ex libro Paralipomenon ſecundo.

213. *In exemplum.* 262
214. *Homo filius hominis.* ibid.

Ex libro 1. Eſdræ.

215. *Alis memores.* 264
216. *Oculus Dei ſuper aliquem.* 265
217. *Manus Domini ſuper aliquem.* ibid.
218. *Paxillum vel clauum dare.* 266
219. *Sepem dare.* 267

Ex Eſdræ libro 2. qui & Nehemias.

220. *Ad extrema cœli.* 267
221. *Lapides in pulverem reductos reædificare.* 268

Ex libro Tobiæ.

222. *Tranquillum poſt tempeſtatem.* 268
223. *Sicut equus & mulus.* 269

Ex

Ex libro Iudith.

224. VNo animo. 271
225. Vna voce. ibid.
226. Labia Charitatis. ibid.
227. Filij Titan. 272
228. Anathema obliuionis. 273

Ex libro Esther.

229. QVi non sunt. 275

Lectori.

ADagiorum Veteris Testamenti, quæ hîc Indicem suum tantùm habent, Lector, & non interpretationem, à libro Iob ad Isaiæ prophetiam vsque, iacturam resarcies è secundo tomo, in quem translata sunt quæ hîc desiderabantur: quò te remittimus, consultò paginas primę editionis hac secunda secuti. Interim vale & laboribus nostris faue.

Ex libro Iob.

230. PEllem pro pelle & cuncta quæ habet homo, dabit pro anima sua.
231. Parati suscitare Leuiathan.
232. Seminare dolores & eos metere: seminare ventos & metere turbinem.
233. Pruinam qui timet à niue tegetur.
234.
235. Aranearum tela.
236. Saxum gutta excauatur.
237.
238. Arma ferrea fugere & irruere in arcũ æreum.
239. Scoria fieri.
240. Leuis super faciem aquæ.
241. Vinearum viam ambulare.
242. Ad niuium aquas ex nimio calore.
243. Vt nix soluitur.
244. Palma dies.
245. Phœnicis vita.
246. Struthionum socius. Sirenũ socius. Draconum frater.
247. Serit vnus, alius metit.
248. Senes non semper sapiunt.
249. Sicut mustum absque spiraculo.
250. Sicut lapis. Sicut incus malleatoris.
251. Cornu copiæ.
252. Sicut puluis quem proiicit ventus.
253. Sicut figuli vas.
254. Dormire in vtramque aurem.
255. Maxillam percutere.
256. Dentes frangere.
257. In malum quod alteri pararat, incidere.
258. Ad portas mortis appropinquare.
259. Animo duplici.
260. Vt panis cibum.
261. Vt pupillam oculi custodire.
262. Deuorare vt escam panis.
263. Anima hominis non implebitur.
264. Aues cœli portabunt vocem tuam, &c.
265. Antequam tenebrescat sol & humeu, &c.
266. Amygdalus florebit.
267. Animo duplici.
268. Aqua superuacua.
270. Ante mortem ne laudes hominem.
271. Scintilla vna augetur ignis.
272. Æramentum aruginat.
273. Apposuit tibi ignem & aquam.
274. Ardorem nos refrigerabit.
275. Antequam loquaris disce.
276. Ante ignem camini vapor & fumus, &c.

Ascen

Ascensus arenosus in pedibus veterani.
Appositiones epularum circumpositæ sepulchro.
Adeps separatus à carne.
277. *Cum sancto sanctus eris.*
278. *Sicut sponsus ex thalamo.*
279. *Vermis & vermiculus.*
280. *Sicut cera liquescit.*
281. *Vmbra mortis.*
282. *Non est sanitas.*
283. *Palmi dies.*
284. *Ex luto facis.*
285. *Parturientis dolores.*
286. *Contra faciem statuere.*
287. *Niue candidior.*
288. *Cibum simul capere. linguas diuidere.*
289. *Viuens descendit in infernum.*
290. *Arcus resulgens inter nebulas gloriæ.*
291. *Sermones mollire super oleum.*
292. *Puteus interitus.*
293. *Serpentis furor.*
294. *Fortis vt mors.*
295. *Sicut limax liquescit.*
296. *Antequam spina intelligant rhãnum.*
297. *Antequam olla intelligant rhamnum.*
298. *Ignis rhamni.*
299. *Sicut canes famem pati. Caninum prãdium. Fames Hierosolymitana.*
300. *Dare spiritum sõporis vel compunctionis.*
301. *Olla spei.*
302. *Paries inclinatus & vnaceria impulsa.*
303. *Pinguedine repleri.*
304. *Scrutinio scrutantes defecerunt.*
305. *Foribus assidere.*
306. *Paruulorum sagittæ.*
307. *Per ignem & aquam transire.*
308. *Inter medios cleros.*
309. *Terram lingere.*
310. *Florere sicut fœnum.*
311. *Os in cœlum ponere & lingua transire in terra.*
312. *Florete flores quasi lilium.*
313. *Somnium surgentium, somnium visionis nocturnæ.*
314. *Filij Ephraim mittentes & iactantes arcum conuersi sunt in die belli.*
315. *In sinum reddere.*
316. *In cophino seruire.*
317. *Stercus terræ.*
318. *Oblinionis terra.*
319. *Sicut olera herbarum.*
320. *Sicut herba transeat. herba ephemera seu solstitialis.*
321. *Anni nostri sicut aranea meditabuntur.*
322. *Super aspidem & basiliscum, &c.*
323. *Melior est canis viuus leone mortuo.*
324. *Lapis angularis.*
325. *Lacrymas potum dare ad mensuram.*
326. *Ossa sicut cremium aruerunt.*
327. *Oratio cicadæ.*
328. *Vmbræ instar.*
329. *Secundum altitudinem cœli à terra.*
330. *Quantum distat ortus ab occidente.*
331. *A terra suscitare.*
332. *Circumdare.*
333. *Ignis in spinis.*
334. *Qui scindit ligna, vulnerabitur ab eis.*
335. *Vter in pruina.*
336. *Sagittæ potentis.*
337. *Carbones desolatorij.*
338. *Seminare cum lacrymis, metere cum gaudio.*
339. *Panem dolorum manducare.*
340. *Ante lucem surgere vanum.*
341. *Idolorum cognomina.*
342. *Excussorium filij.*
343. *Labores manuum suarum manducare.*
344. *Nouellæ oliuarum.*
345. *Fœnum tectorum.*
346. *Paruulos allicere ad petram.*
347. *Semita & funiculus.*
348. *Dormire & exsurgere.*
349. *Noua & vetera. seu nouiss. & antiqua.*
350. *Vir linguosus non dirigetur.*
351. *Oleum peccatoris non impinguet caput.*
352. *Sicut infernus viuentem deglutire.*
353. *Rete frustra iacitur ante oculos pennatorum.*
354. *Fructus viæ suæ comedere. Consiliis suis saturari.*
355. *Prosperitas stultos perdit.*
356. *Sicut pecuniam quærere. sicut Thesau-*

rum effodientes.
357. Ossium irrigatio, ossium pinguedo.
358. Deus quem diligit, castigat.
359. Lignum vitæ.
360. Non dormiunt nisi malefecerint.
361. Umbelici sanitas.
362. Labia distillantia mel.
363. Amara vt absinthium, glorioſus pauper.
364. Cor incraſſatum vel coagulatum.
365. Cerua graciſſ. & chariſſ. hinnula.
366. Sponſor defigit manum, & ſe illaqueat.
367. Formicæ populus, &c.
368. Egeſtas veniet ſicut viator, & paupertas ſicut vir armatus.
369. Vade ad apem.
370. Ignem nemo poteſt in ſinu abſcondere niſi vrantur veſtimenta.
371. Super prunas ambulat nemo quin plantas comburat.
372. Cor Regis in manu Dei.
373. Stultus ad vincula trahitur.
374. Auis feſtinat ad laqueum.
375. Lingua duplex. Os bilingue.
376. Facultates & virtutes exaltant cor.
377. Aues volantes ſequi.
378. Ventum paſcere.
379. Qui congregat in meſſe, filius eſt ſapiens, &c.
380. Stultus caditur labiis.
381. Fons vitæ. Vena vitæ os iuſti.
382. Virga in dorſo excordis.
383. Multiloquio non erit peccatum.
384. Impius vt turbo tranſiens.
385. Iuſtus vt fundamentum.
386. Acetum dentibus, fumus oculis.
387. Impiorum anni breuiabuntur.
388. Superbiæ comites contumeliæ, & contritio.
389. Manus in manu. Ad manum.
390. Teſtis repentinus. Circulus aureus in manibus ſuis.
391. Ventos poſſidere.
392. Putredo in oſſibus.
393. Iactator egens pane.
394. Ocium ſectari.
395. Stultitiæ recta in oculis ſuis.
396. Subſtantia feſtinata minuetur.
397. Manus fortis dominabuntur.
398. Fraudulentus lucrum non inueniet, væ ei qui multiplicat non ſua.
399. Multi cibi in noualibus patrum.
400. Qui parcit virgæ odit filium ſuum.
401. Vbi non ſunt boues præſepe vacuum eſt.
402. Pauper etiam proximo odioſus, diuiti multi ſunt amici.
403. Vita carnium, ſanitas cordis.
404. Reſponſio mollis frangit iram.
405. Ad olera vocari.
406. Ignis in labiis impij.
407. Correptio plus proficit apud ſapientem.
408. Qui dimittit aquam caput eſt iurgiorum.
409. Qui altam facit domum, ſuam quærit ruinam.
410. Amicus omni tempore diligit.
411. Qui exaltat oſtium quærit ruinam.
412. Amicus gaudens ætatem floridam facit.
413. Oculi ſtultorum in finibus terræ.
414. Spiritus triſtis exſiccat oſſa.
415. Occaſiones quærit, qui vult recedere ab amico.
416. Fraternum auxilium.
417. Fraterna diſcordia.
418. Mors & vita in manu linguæ.
419. Qui feſtinus eſt, pedibus offendet.
420. Regis ira.
421. Piger abſcondit manum ſuam ſub aſcella, nec ad os eam applicat.
422. Peſtilente flagellato ſtultus ſapientior erit.
423. Piger propter frigus arare noluit, mendicabit ergo, &c.
424. Ex ſtudiis ſuis intelligitur puer, &c.
425. Malum, malum eſt dicit omnis emptor, &c.
426. Os calculo implebitur.
427. Ruina eſt hominis deuorare ſanctos, & poſt vota retractare.
428. Fornicem ſuper aliquem incuruare.
429. Rotam immittere in aliquem.

430. Gigantum cœtus.
431. Desideria occidunt pigrum.
432. Vir obediens loquetur victoriam.
433. Adolescens iuxta viam suam, etiam cùm senuerit, non recedet ab ea.
434. Tripliciter.
435. Ne transgrediaris terminos antiquos quos posuerunt patres tui.
436. Statue cultrum in gutture tuo.
437. Panis mendacij.
438. Nudior pistillo.
439. Mordebit vt coluber.
440. Regulus venena diffundit.
441. Sicut dormiens in medio mari, & quasi sopitus gubernator amisso clauo.
442. Rex tui nemo potest resistere.
443. Labia osculari.
444. Mala aurea in lectis argenteis.
445. Spina nascitur in manu temulenti.
446. Frigus niuis in die messis.
447. Nubes & ventus & pluuia non sequentes.
448. Mel inuenisti, comede quod sufficit.
449. Pretiosum facere pedem tuum.
450. Dens putridus & dens lassus. Oculus cæco.
451. Acetum in nitro.
452. Tinea vestimento.
453. Primas super caput congerere.
454. Filius cornu olei.
455. Lapidem mittere in aceruum Mercuri.
456. Leo est in via, & leæna in itinetribus.
457. Auribus canem apprehendere.
458. Cùm defecerint ligna, exstinguetur ignis.
459. Argento sordido vas fictile ornatum.
460. Ne glorieris in crastinum.
461. Laudet te alienus & non os tuum.
462. Melior est manifesta correptio quàm amor absconditus.
463. Meliora sunt vulnera diligentis quàm fraudulenta oscula odientis.
464.
465. Funes peccatorum.
466. Anima saturata calcabit fauum: anima esurientis etiam amarum pro dulci sumet.
467. Auis transmigrans de nido suo.
468. Melius est vicinus iuxta quàm frater procul.
469.
470. Tecta perstillantia in die frigoris.
471. Ventum tenere manu.
472. Oleum dextera sua vocare.
473. Ferrum ferro exacuitur.
474. Stultum in pila contendere.
475. Pro buccella panis.
476. Virga atque correptio tribuit sapientiam.
477. Seruus verbis non potest erudiri.
478. Sanguisuga filiæ.
479. Infernus semper dicit adfer, adfer. Item infernus & perditio non explentur.
480. Os vulvæ insaturabile.
481. Terra non satiatur aqua.
482. Ignis numquam dicit sufficit.
483. Via aquilæ in cœlo.
484. Via colubri super petram.
485. Via nauis in medio mari.
486. Via viri in adolescentia.
487. Via viri in adolescentula.
488. Via mulieris adulteræ.
489. Seruus cùm regnauerit.
490. Stultus saturatus cibo.
491. Odiosa mulier in matrimonium assumta.
492. Ancilla hæres dominæ suæ.
493. Vade ad formicam ô piger.
494. Lepusculus plebs imualida, &c.
495. Locusta regem non habet.
496. Cursuum non potest dirigi.
497. Leo fortissimus bestiarum ad nullius pauebit incursum.
498. Gallus succinctus lumbos.
499. Aries dux gregis.
500. Qui fortiter premit vbera ad eliciendum lac, exprimet butyrum.
501. Nihil sub sole nouum.
502. Qui vehementer emungit, elicit sanguinem.
503. Peruersi difficilè corriguntur.
504. Omnia tempus habent, &c.

505. *In loco Iudicij impietas & in loco Iustitiæ iniquitas.*
506. *Tempus nascendi rei cuiusque.*
507. *Comedere carnes suas.*
508. *Væ soli.*
509. *Funiculus triplex difficilè rumpitur.*
510. *Ambulare cum adolescente secundo.*
511. *In ventum laborare.*
512. *Custodes domus commouebuntur.*
513. *Excelso excelsior est alius.*
514. *Auarus non impletur pecuniis.*
515. *Consurgent ad vocem volucris.*
516. *Capite vulpes paruulas.*
517. *Omnis labor hominis in ore eius.*
518. *Capparis dissipabitur.*
519. *Vbi multa sunt somnia, plurimæ sunt vanitates.*
520. *Verba sapientum sicut stimuli, & quasi claui in altum defixi.*
521. *Vsque ad cœlum à terra.*
522. *Noli esse iustus multum.*
523. *Ne plus sapias quam necesse est.*
524. *Oleum effusum nomen.*
525. *Omni tempore sint vestimenta tua candida.*
526. *Oleum de capite tuo non deficiat.*
527. *Oculi columbarum.*
528. *Qui in vno offenderit, multa bona perdet.*
529. *Obsurdescunt omnes filiæ carminis.*
530. *Cor sapientis in dextera eius, &c.*
531. *Cum ipse insipiens sit, omnes stultos iudicat.*
532. *Stellio manibus nititur & moratur in ædibus regis.*
533. *Qui transfert lapides, affligatur ab eis.*
534. *Qui scindit ligna, vulnerabitur ab eis.*
535. *Sapientis oculi in capite eius.*
536. *Labor stultorum affliget eos qui nesciunt in vrbem pergere.*
537. *In pigritiis humiliabitur contignatio, & in infirmitate manuum perstillabit domus.*
538. *Pecuniæ obediunt omnia.*
Mandragoræ dederunt odorem suum.
539. *Tempus afflictionis.*
540. *Otiosæ molentes in minuto numero.*
541. *Da partem septem nec non & octo.*
542. *Locusta impinguabitur.*
543. *Excelsa timebunt & formidabunt in via.*
544. *In humilitate vocis molentis.*
545. *Dies mali, Domus æternitatis.*
546. *Funiculus argenteus rumpatur.*
547. *Faciendi plures libros nullus est finis.*
548. *Ostia claudent in platea.*
549. *In odorem vnguentorum currere.*
550. *Nigra sed formosa.*
551. *Qui obseruat ventum non seret, & qui considerat nubes non metet.*
552. *Reuertantur nubes post pluuiam.*
553. *Tenebrescant videntes per foramina.*
554. *Hortus conclusus.*
555. *Lacte lotus.*
556. *Pulchra, suauis & decora vt Ierusalem.*
557. *Nasus tuus sicut turris Libani.*
558. *Tabernacula Cedar & pelles Salomonis.*
559. *Thyrsa pulcrior.*
560. *Dura sicut infernus.*
561. *Vestigia nubis.*
562. *Lanugo quæ à vento tollitur.*
563. *Viri fortissimi mutabuntur.*
564. *Vita aurea recurrat.*
565. *Potentes potenter cruciabuntur.*
566. *Sonitus spinarum ardentium sub olla.*
567. *Per quæ quis peccat, per hæc & punitur.*
568. *Glacies hibernalis.*
569. *Si ferrum hebetatum fuerit, multo labore exacuetur.*
570. *Qui amat periculum, peribit in illo.*
571. *Duabus viis ingredi.*
572. *Altiora te ne quæsieris.*
574. *Ne coneris contra ictum fulminis.*
575. *Lignum aridum in eremo.*
576. *Amicus socius mensæ.*
577. *Gratia dati in conspectu omnis viuentis.*
578. *Si ceciderit lignum ad austrum aut ad Aquilonem, in quocumque loco ceciderit,*
ibi

ibi erit.
579. *In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua.*
580. *Amicus antiquus.*
581. *Longè abesto ab homine potestatem habente occidendi.*
582. *In medio laqueorum ingredi.*
583. *Vinum vetus.*
584. *In manu artificum opera laudabuntur.*
Memoria hospitis vnius diei.
585. *Qualis rector ciuitatis & tales inhabitantes in illa.*
586. *Rex hodie est & cras morietur.*
587. *Breuis est in volatilibus apis. & initium dulcoris habet fructus illius.*
588. *Spuria vitulamina non dabunt radices altas.*
589. *Ne inducas omnem hominem in domũ tuam.*
590. *Perdix in cauea.*
591. *Spuma gracilis quæ à procella dispergitur.*
592. *Super dolentium arma ambulare.*
593. *Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea.*
594. *Quid communicabit cacabus ad ollam.*
595. *Omne animal diligit simile sibi.*
596. *Omnis caro ad similem sibi coniungetur.*
597. *Lupus agno communicabit.*
598. *Quæ pax hyænæ ad canem.*
599. *Venatio leonis onager in eremo.*
600. *Melius est duos esse simul quam vnum.*
601. *Gutta maris aut calculus arenæ.*
602. *Ros refrigerabit ardorem.*
603. *Multas curas sequuntur somnia.*
604. *Qui citò credit leuis est corde, & minorabitur.*
605. *Sagitta infixa fœmori canis.*
606. *Concupiscentia spadonis deuirginabit virginem.*
607. *Datus insipientis inutilis.*
608. *Melior illo est abortiuus.*
609. *Sapientia absconsa est thesaurus occultus.*
610. *Quasi à facie colubri fuge peccata.*
611. *Quasi qui colligit lapides suos in hyeme.*
612. *Vas confractum.*
613. *Stuppa collecta.*
614. *Sarcina in via.*
615. *In ore fatuorum cor illorum, & in corde sapientum os illorum.*
616. *Lapidari lapide luteo & boum stercoribus.*
617. *Quasi qui conglutinat testam.*
618. *Cum dormiente loqui.*
619. *Super plumbum quid grauabitur.*
620. *Loramentum ligneum colligatum in fundamentũ ædificij non dissoluetur.*
621. *Melior est finis orationis quàm principium.*
622. *Gigantea anima.*
623. *Melius est videre quod cupias, quàm desiderare quod nescias.*
624. *Melior est sapientia fortitudine & armis belli.*
625. *Non des aquæ tuæ exitum.*
626. *Homini fornicario omnis panis dulcis.*
Mutus in ore.
Musica in luctu.
Mulieres dominatæ sunt eis.
627. *Vasa figuli probat fornax.*
628. *Muscæ morientes perdunt suauitatem vnguenti.*
629. *Volatilia ad sibi similia conueniunt.*
630. *Leo venationi insidiatur semper.*
631. *Stultus vt luna mutatur.*
632. *Denudare amici mysteria, desperatio est animæ infœlicis.*
633. *Qui in altum mittet lapidem, in caput eius cadet.*
634. *Plaga dolosa dolosi diuidet vulnera.*
635. *Qui foueam fodit, incidet in eam.*
636. *Qui statuet lapidem proximo, offendet in eo.*
637. *Qui laqueum alij ponit, peribit in illo.*
638. *Lingua tertia.*
639. *Ori tuo facito ostia & seras.*
640. *Verbis tuis facias stateras & frenum.*

641. *Septem & octo.*
642. *Initium vitæ hominis aqua & panis & vestimentum & domus, &c.*
643. *Bona absconditæ in ore clauso.*
644. *Sepi aures tuas spinis.*
645. *Lignum offensionis est aurum sacrificantium.*
646. *Spado complectens virginem & suspirans.*
647. *Navis in procella.*
648. *Quasi rota carri & axis versatilis.*
649. *Equus emissarius.*
650. *Duo & duo & unum contra unum.*
651. *Quasi qui colligit acinos post vindemiatores.*
652. *Torrens in austro.*
653. *Iugum & lorum curuant collum tuum.*
654. *Cibaria & virga & onus asino.*
655. *Vmbram apprehendere.*
656. *Qui baptisatur à mortuo & iterum tãgit, &c.*
657. *Nubes pluuia in tempore siccitatis.*
658. *Non omnia omnibus expediunt.*
659. *Mihi heri & tibi hodie.*
660. *Vnus ædificans & unus destruens.*
661. *Rosa plantata iuxta riuos aquarum.*
662. *Quasi Libanus odorem suauitatis habere.*
663. *Sapientia Scribæ in tempore vacationis.*
664. *A residente super sedem gloriosam, &c.*
665. *Ab eo qui vtitur hyacintho, & portat, &c.*
666. *Sicut fluuius exsiccabitur.*
667. *Tonitruum magnum in pluuia personans.*
668. *Non est bonum omnem reuerẽtiam obseruare.*
669. *De discubitu in panibus.*
670. *Super mulierem nequam bonum est signum.*
671. *De vestimentis procedit tinea.*
672. *Nati quasi non nati.*
673. *Effloruit tanquam præcox vua.*
674. *Mitte panem tuum super transeuntes aquas.*
675. *Ossa pullulent de loco suo.*
676. *Mane semina semen tuum, & vesperi ne cesset manus tua.*
677. *Signum in dextera manu.*
678. *Luna plena in diebus suis.*
679. *Stella matutina in medio nebulæ.*
680. *Sol refulgens.*
681. *Cypressus in altitudinem se extollens.*
682. *Oliua pullulans.*
683. *Effloruit tanquam præcox vua.*

ADAGIALIA SACRA

Ex Prophetia Isaia.

684. *VMbraculum in vinea & tugurium in cucumerario.* 278
685. *Principes Sodomorum & populus Gomorrhæ.* ibid.
686. *Peccata vestra vt coccinum, rubra quasi vermiculus.* 280
687. *Bona terræ comedere.* ibid.
688. *Argentum tuum versum est in scoriam: vinum tuum mixtum est aqua.* 281
689. *Conflabunt gladios suos in vomeres & lanceas suas in falces.* 283
690. *Mulieres dominatæ sunt eis.* 286
691. *In cornu filio olei.* 286
692. *Exspectauit vt faceret vuas, & fecit labruscas.* 288
693. *Trahere iniquitatẽ in funiculis vanitatis, & quasi vinculum plaustri peccatum.* 290.
694. *Cauda titionum fumigantium.* 293
695. *Butyrum & mel comedere.* 294
696. *Vsque ad collum.* 295
697. *Lateres ceciderunt sed quadris lapidibus ædificabimus; Sicomoros succiderũt sed cedros mutabimus.* ibid.
698. *Carnem brachij sui vorare.* ibid.
699. *Numquid gloriabitur securis contra eum, &c.* 296
700. *Aut exaltabitur serra contra eum à quo*

quo trahitur. ibid.
701. Quomodo si eleuetur virga, & cæter. ibid.
702. Puer scribet eos. 298
703. Plaga Madian hic & dies Madian. ibid.
704. Computrescet iugum à facie olei. ibid.
705. Confringet lagunculam in terrore. 299.
707. Habitabit lupus cum agno. 301
708. Pardus cum hœdo accubabit. 302
709. Vitulus & leo & ouis simul morabuntur. 303
710. Puer paruulus minabit eos. ibid.
711. Vitulus & vrsus pascentur, simul requiescent catuli eorum. 304
712. Leo sicut bos comedet paleas. 305
713. Delectabitur infans super foramine aspidis, &c. ibid.
714 Contriuit Dominus baculum impiorum &c. 306
715. Ponam eam in possessionem ericij. 307
716. Scopabo eam in scopa terens. 308
717. Ex radice enim colubri egredietur regulus, &c. ibid.
718. Finitus est puluis. 309
719. Vocem calcantium abstuli. 310
720. Venter sonans quasi cithara. 312
721. Duo vel tria, siue quatuor aut quinque. 313.
722. Sicut aratra & segetes quæ derelicta sunt à facie filiorum Israël. 314
723. Cymbalum alarum. 316
724. Gens lineæ, lineæ & conculcationis. 319.
725. Angulus populorum. 321
726. Incuruans & refrenans. 322
727. Quasi mulieres. 324
728. Tritura mea & filij aræa mea. ibid.
729. In anno mercenarij. 325
730. Sicut asportatur gallus gallinaceus. 326
731. Quasi amictum sic subleuabit te. 327.
732. Quasi pilam mittet te. 328
733. Clauus super humerum. 330
734. Paxillus in loco fideli. 331
735. Paxillum auferre. 332
736. Canticum meretricis. ibid.
737. Erit sicut populus sic sacerdos. 333
738. Sicut seruus sic Dominus eius, &c. 334
739. Sicut emens sic ille qui vendit. ibid.
740. Sicut fœnerator sic is qui mutuum accipit. ibid.
741. Sicut qui repetit sic qui debet. ibid.
742. Qui fugerit à voce formidinis cadet in foueam, & qui, &c. ibid.
743. Murus & antemurale. 335
744. Ros lucis. 336
745. In mensura contra mensuram. ibid.
746. Flos decidens. 337
747. Manda remanda, manda remãda, exspecta reexspecta, &c. ibid.
748. Tantummodo sola vexatio dabit intellectum auditui. 342
749. Coangustatum est stratum ita vt alter decidat. 343
750. Pallium breue vtrumque operire non potest. ibid.
751. Conuertetur Libanus in Charmel, &c. 344.
752. Malus in vertice montium. 345
753. Torrens inundans. 346
754. Stultus fatua loquetur. 346
755. Tenebræ & palpatio. ibid.
756. Seminare super omnes aquas. ibid.
757. Immittentes pedem bouis & asini. 347
758. Concipietis ardorem, parietis stipulam, &c. 348
759. Considere super baculum arundineum confractum. 349
760. Comedent stercora sua & bibent vrinã pedum suorum. ibid.
761. Fodi & bibi aquam. 350
762. Ponere circulum in naribus & frenum in labiis. ibid.
763. In via qua venit, per eam reuertetur. 351.
764. Sicut pullus hirundinis sic clamabo: meditabor vt columba. ibid.
765. Omnis caro fœnum. 353.
766. Quasi stilla situla. 356
767. Momentum statera. 358

768. Pul

768. *Puluis exiguus.* ibid.
769. *Primus & nouissimus.* 359
770. *Quasi non sint.* ibid.
771. *Vermis.* 360
772. *Calamum quassatum confringere.* 361
773. *Cinerem pascere.* 364
774. *Delere vt nubem vel nebulam.* 365
775. *Va qui contradicit fictori suo testa de Samiis terræ.* 366
776. *Aratrum aranti.* ibid.
777. *Opus absque manibus.* 367
778. *Va qui dicit patri quid generas? & mulieri quid parturis?* ibid.
779. *Neruus ferreus cervix tua.* ibid.
780. *Frons ærea.* 368
781. *Sicut flumen.* ibid.
782. *Sicut gurgites maris.* ibid.
783. *Os sicut gladius acutus.* 369
784. *Sagitta electa.* ibid.
785. *In manibus suis describere.* 370
786. *Numquid tolletur à forti præda, &c.* 371.
787. *Facies vt petra durissima.* ibid.
788. *Attendite ad petram vnde excisi estis, &c.* 372
789. *Quasi hortus Domini.* 374
Sicut oryx illaqueatus. 393
790. *Ebria non à vino.* 395
791. *Assur.* ibid.
792. *Sicut ouis ad occisionem ducitur, &c.* 396.
793. *Vinum & lac.* ibid.
794. *Pro saliunca ascendet abies, & pro vrtica crescet myrtus.* 368
795. *Lignum aridum.* 400
796. *Speculatores cæci.* 401
797. *Canes muti non valentes latrare.* ibid.
798. *Ventus auferet, tollet aura.* 402
799. *Mare feruens.* 403
800. *Contorquere quasi circulum caput suũ* ibid.
801. *Extendere digitum.* 404
802. *Oua aspidum ruperunt.* 406
803. *Telas aranea texuerunt.* 409
804. *Palpare sicut cæcus parietem.* 411
805. *Rugire quasi vrsi, & quasi columbæ gemere.* 411
806. *Qui recessit à malo, præda patuit.* 412.
807. *Pro ære afferam aurum, & pro ferro afferam argentum, &c.* 412
808. *Sicut pannus menstruata.* 413
809. *Cadere quasi folium.* 415
810. *Ponere mensam fortunæ.* 416
811. *Et implentes genio mixtionem.* 417
812. *Puer centum annorum.* 421
813. *Secundùm dies ligni.* 422
814. *Lupus & agnus pascentur simul.* 423.
815. *Serpenti puluis panis eius.* ibid.
816. *Quasi qui excerebret canem.* 424

Ex Prophetia Ieremiæ.

817. *Ciuitatem munitam, columnam ferream & murum æreum.* 424.
818. *Cisternæ dissipatæ quæ continere non valent aquas.* 425
819. *Lauare se nitro & multiplicare sibi herbam borith.* 426
820. *Onager assuetus in solitudinem, in desiderio animas suas attraxit, &c.* 427
821. *Quomodo confunditur fur quando deprehenditur.* 429
822. *Frons meretricis.* ibid.
823. *Nouate vobis nouale & nolite serere super spinas.* 430
824. *Lupus ad vesperam vastauit eos.* 431
825. *Frigidam fecit cisterna aquam suam.* 437
826. *Vsque ad racemum colligent.* 438
827. *Pax, pax, & non erat pax.* ibid.
828. *Luctus vnigeniti.* 439
829. *Æs & ferrum.* ibid.
830. *Potum dare aquam fellis.* 440
831. *Serpentes reguli quibus non est incantatio.* ibid.
832. *Numquid resina non est in Galaad aut medicus non est ibi.* 441
833. *Ciuare absinthio.* ibid.

834. *Ascendit mors per fenestras nostras.* 442
835. *Fornax ferrea.* 444
836. *Si cum pedibus currens laborasti, quomodo contendere poteris cum equis.* 444
837. *Anis discolor facta hereditas.* 445
838. *Seminare triticum & spinas metere.* 446
839. *Sicut adhæret lumbare ad lumbos viri.* 447
840. *Omnis lagunicula implebitur vino.* 448
841. *Si mutare potest Æthiops pellem suam, aut pardus varietates suas.* ibid.
842. *Onagri steterunt in rupibus, traxerunt ventum quasi dracones.* 450
843. *Occidit ei sol cum adhuc esset dies.* 451
844. *Numquid fœderatur ferrum ferro.* 452
845. *Quasi mendacium aquarum infidelium.* 453
846. *Scribi stilo ferreo in vngue adamantino.* 454.
847. *Quasi myrica in deserto.* 456
848. *Perdix fouit quæ non peperit.* ibid.
849. *In terra scribi.* 457
850. *Numquid deficiet de petra agri, &c.* 458
851. *Erit ei anima quasi spolium.* 460
852. *Sepultura asini.* ibid.
853. *Pasci à vento.* ibid.
854. *Annulus in manu dextera.* 461
855. *Vas fictile atque contritum.* 462
856. *Quid paleis ad triticum.* ibid.
857. *Malleus conterens petram.* 463
858. *Ficus bonæ valde, &c.* ibid.
859. *In sibilum.* ibid.
860. *Celeuma quasi calcantium concinetur.* ibid.
861. *Ponat te Dominus sicut Sedeciam & sicut Achab.* 464
862. *Vox in excelso audita.* ibid.
863. *Patres comederunt vuam acerbam, &c.* 465
864. *Cor vnum.* 466
865. *Si irriuum fieri potest pactum Dei, &c.* 467
866. *Demergere in cœno pedes alicuius.* ibid.
876. *Sicut amicitur pastor pallio suo.* ibid.
868. *Sicut pediculis purgat pastor vestimentum suum.* 468
869. *Fortis impegit in fortem & ambo pariter conciderunt.* ibid.
870. *Estote quasi hœdi ante gregem.* ibid.
871. *Effusi estis sicut vituli super herbam, & mugistis sicut tauri.* 469
872. *Dare manum.* 470
873. *Malleus vniuersæ terræ.* ibid.
874. *Quasi ventus pestilens.* 471
875. *Pedalis precisionis.* 472

Ex Threnis Ieremiæ.

876. *ARietes non inuenientes pascua.* 473
877. *Quasi polluta menstruis.* ibid.
878. *Magna velut mare.* ibid.
879. *Signum ad sagittam.* 474
880. *Cibare cinere.* ibid.
881. *Scutum cordis.* ibid.

Ex Prophetia Baruch.

882. *SIcut dies cœli super terram.* 475
883. *Sicut trabes in domo.* ibid.
884. *Rugiunt clamantes sicut in cœna mortui.* 476
885. *Nihil possunt sicut cornicula inter medium cœli & terræ.* ibid.
886. *Sicut formido in cucumerario.* ibid.

Ex Prophetia Ezechielis.

887. *QVasi species electri.* 477
888. *Quasi sonum aquarum multarum.* 478
889. *Quasi sonum sublimis Dei.* ibid.
890. *Filius hominis & filij hominum.* 479
891. *Gentes apostatrices.* 483
892. *Cum scorpionibus habitas.* 484
893. *Vt adamantem & vt silicem dedi faciem tuam.* 486
894. *Baculus panis.* ibid.

895. *Finis venit, venit finis.* 487
896. *Afflictio vna, afflictio ecce venit.* ibid.
897. *Qui emit non lætetur, & qui vendit non lugeat.* 488
898. *Quasi columbæ conuallium.* ibid.
899. *Omnes manus dissoluentur, &c.* 489
900. *Aurum eorum in sterquilinium erit.* 490
901. *Hæc est lebes, nos autem carnes.* ibid.
902. *Via vna, seu, cor vnum.* 491
903. *Cor lapideum & cor carneum.* 491
904. *Extendere rete & capere in sagena.* ibid.
905. *In longum differentur dies & peribit omnis visio.* 492
906. *Vulpes in desertis.* ibid.
907. *Linire parietem luto absque paleis, vel, &c.* 494
908. *Consuunt puluillos sub omni, &c.* 495
909. *Capere animas volantes.* 500
910. *Sicut mater ita & filia eius.* 501
911. *Soror sororum.* 502
912. *In lumborum contritione ingemiscere.* ibid.
913. *Tabescet omne cor.* ibid.
614. *Plaude super femur.* 503
915. *Manus complodere.* ibid.
916. *Terra immunda & non compluta.* 504
917. *Principes principum.* ibid.
918. *Olla cuius rubigo in ea est, &c.* 505
919. *Radere puluerem ab aliquo.* 506
920. *Dare in limpidissimam petram.* ibid.
921. *Caput aromatis.* 506
922. *Esse quasi carmen musicum quod, &c.* 507
923. *Hortus voluptatis.* ibid.
924. *Vmbilicus terræ.* ibid.
925. *Peperit & non peperit.* 509

Ex Prophetia Danielis.

926. *Redacta quasi in fauillam æstiuæ areæ.* 510
927. *Ferrum misceri non potest testæ.* 511
928. *Quasi lana munda.* ibid.
929. *Terram non tangere.* ibid.
930. *Desideria, seu, vir desideriorum.* ibid.

Ex Prophetia Oseæ.

931. *Sepire viam spinis & maceria.* 512
932. *Vallem Achor ad aperiendam spem.* 513
933. *Sanguis sanguinem tetigit.* 514
934. *Peccata populi mei comedent.* 515
935. *In ligno suo interrogabit, & baculus eius annunciabit ei.* ibid.
936. *Sicut vacca lasciuiens declinauit.* 516
937. *Pascet eos Dominus sicut agnum in latitudine.* ibid.
938. *Ligauit eum spiritus in alis suis.* 518
939. *Quasi panthera Ephraim.* 519
940. *Quasi imber.* 519
941. *Quasi nubes matutina & quasi ros, &c.* 520
942. *Quasi clibanus succensus à coquente.* ibid.
943. *Quiescere paululum à commistione fermenti.* 521
944. *Subcinericius panis qui non reuersatur.* 522
945. *Columba seducta non habens cor.* 523
946. *Facti quasi arcus dolosus.* 524
947. *Ventum seminabunt & turbinem metent.* 525
948. *Culmus stans non est in eo.* ibid.
949. *Vas immundum.* 526
950. *Onager solitarius sibi.* 527
951. *Quasi panis lubentium.* ibid.
952. *Caro mea ex ipsis.* 529
953. *Dicent montibus, operite nos, &c.* 530
954. *Ephraim vitula docta diligere triturare.* 531
955. *Sicut mane transiit.* 532
956. *In funiculis Adam trahere.* 533
957. *Quasi exaltans iugum super maxillas.* 534
958. *Sequi Æstum.* 536
959. *Chanaam.* 537
960. *Germinans sicut lilium.* 539

961. *Erumpet radix eius vt Libani.* 540
962. *Quasi oliua gloria eius.* ibid.
963. *Odor eius vt Libani.* 541
964. *Memoriale eius sicut vinum Libani.* ibid.
965. *Ego vt abietem virentem.* 542
966. *Dentes eius vt dentes leonis, &c.* 543
967. *Computruerunt iumenta in stercore suo.* 544
968. *Quasi area siliens.* 545
969. *Omnes vultus redigentur in ollam.* 546

Ex Prophetia Amos.

970. *Vertex Carmeli.* 547
971. *Tria & quatuor seu ter & quater.* ibid.
972. *Altitudo cedrorum altitudo eius.* 549
973. *Fortis quasi quercus.* ibid.
974. *Stridebo super vos sicut stridet plaustrum onustum fœno.* 550
975. *Eruere ex ore leonis duo crura, &c.* 551
976. *Vaccæ pingues seu Basan.* 553
977. *Quomodo si fugiat vir à facie leonis, & occurrat, &c.* 554
978. *Numquid currere queunt in petris equi, &c.* 555
979. *Si reticebunt ad fœminas.* 558
980. *Cornua nobis assumpsimus.* ibid.
981. *Sicut concutitur triticum in cribro.* 559
982. *Comprehendet arator messorem, &c.* 560

Ex Abdiæ Prophetia.

983. *Exaltari vt aquila, & inter sydera ponere nidum suum.* 560
984. *Non erit pyrophorus.* 562

Ex Prophetia Ionæ.

985. *Qui nesciunt quid sit inter dexteram & sinistram suam.* 564

Ex Prophetia Micheæ.

986. *Ponam quasi acervum lapidum in agro cùm plantatur vinea.* 565
987. *Ponam in pomorum custodiam agri.* 566
988. *Planctus Draconum.* ibid.
989. *Luctus Struthionum.* ibid.
990. *Caluitium sicut aquilæ.* 567
991. *Vinam non essem vir habens spiritum, & mendacium potius loquerer.* 568
992. *Operire vultus suos.* 569
993. *Ædificare Sion in sanguinibus, & Ierusalem in iniquitate.* 570
994. *Congregare quasi fœnum areæ.* ibid.
995. *Septem & octo.* 571
996. *Ab ea quæ dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui.* ibid.

Ex Prophetia Nahum.

997. *Fulgura discurrentia.* 572
998. *Sicut fiens cum grossu.* 573

Ex Prophetia Abacuc.

999. *Factum est Iudicium & contradictio potentior.* 575
1000. *Quasi pisces maris & quasi reptile non habens principem.* ibid.
1001. *Quomodo vinum potantem decipit.* 577
1002. *Dilatauit quasi infernus animam suam, &c.* 578
1003. *Lapis de pariete clamabit & lignum quod, &c.* 580

Ex Prophetia Sophoniæ.

1004. *Indui veste peregrina.* 581
1005. *Inquinati argento.* 582
1006. *Scrutari in lucernis.* 584
1007. *Defixi in facibus.* 585
1008. *Labium electum.* ibid.
1009. *Humero vno.* 586
1010. *Nuga.* ibid.

Ex Prophetia Aggæi.

1011. *Mittere in sæculum pertusum.* 588

Ex Prophetia Zachariæ.

1012. *Vrus ignis in circuitu.* 588.
1013. *Torris eruus de igne.* 589
1014. *Mons magnus. Lapis primarius.* 590
1015. *Lapis stanneus in manu.* 593
1016. *Volumen volans vel falx volaris.* 594
1017. *Extendi vt arcus.* 597
1018. *Pecora occisionis.* ibid.
1019. *Vasa pastoris stulti.* 598
1020. *Poni super liminare crapulæ.* ibid.
1021. *Lapis oneris.* 599
1022. *Planctus Adadremmi non campo Mageddon.* 600

Ex prophetia Malachiæ.

1023. *Herba fullonum.* 602
1024. *Aperire Cataractas cœli.* ibid.
1025. *Inscribi libro monumenti.* 603
1026. *Non derelinquet radicem & germen.* ibid.
1027. *Salietis sicut vituli de armento.* 604
1028. *Cinis sub planta pedum.* ibid.

Ex Machabæorum libro 1.

1029. *Radix peccatrix.* 605.
1030. *Synagoga Asidæorum.* ibid.
1031. *Dare Cornu alteri.* 606
1032. *Stercus & vermis.* 607

Ex Machabæorum lib. 11.

1033. *Stultum est ante historiam effluere: in ipsa autem historia succingi.* ibid.
1034. *Existimans se pre superbia terram ad nauigandum: Pelagus verò ad iter agendum deducturum.* 608
1035. *Sibi videbatur etiam fluctibus maris imperare, &c.* ibid.
1036. *Sydera cœli contingere se arbitrabatur.* 609
1037. *Parati muros ferreos penetrare.*
1038. *Vinum semper bibere aut semper aquam, contrarium est, alternis autem vti, delectabile.* ibid.

BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE LYON 1894

PROLO

PROLOGVS OPERIS.

REs quidem verbis natura priores, sed nulla disceptatio rite instituitur, nisi priùs, quid verba, quibus res explicandæ, significent, intelligatur. Scientiæ, velut infundibulum, sunt aures, per quas in animam docendo instillatur. Ideo in hac sacræ PHARI parte altera, qua diuinæ SAPIENTIÆ apparatus cõtinetur, verborũ tractationem præmitto, nempe HIEROLOGICA; in quibus familiam ducunt ADAGIALIA SACRA, cùm ornatu, tum emolumento.

Res natura; sed verba doctrinæ ordine priora.

Verborum alia propriam & natiuam, alia quæsitã & tropicam habent significationem. Propria in sacris & prophanis ferè eadem, ideo minor horum est difficultas, & nouæ tractationis nõ tanta necessitas. Phrases dumtaxat & idiotismi nonnulli sunt obseruandi, propter hellenismum vel hebraismũ, vindice dignũ nodum habentes; quibus peculiarẽ tomum reseruaui. Tropica significatio multiplex & varia est, & proinde obscurior. Nam aliquãdo litterali opponitur, & moralis solet vocari, de qua nunc nihil, pluribus aliàs agendum: aliquando litteralis interpretationis pars dignior est, & primarium scriptoris scopum proponit, sub foliis verborum idem quod dicunt significantium, & aliud præterea translatitiè denotantium

Verba alia partim propria.

Partim tropica, & hac vel moralis vel litteralis sensus.

BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE LYON

De his vltimè nūc agitur. Eorū diuisio.

non allegoricè, sed historicè acceptorum: & quidem hoc ipsum, non vt nuda rhetorū schemata vel tropi, sed vt peculiaria sacræ Scripturæ ornamenta. Diuidi possunt in parabolas, paræmias, prouerbia, ænigmata & apologos, si cui libeat hæc omnia accuratè & presse discriminare, quod conati non indiligenter Petrus Garçias Galarza lib. 2. de institut. Euangelica cap. 18. & noster Alfonsus Salmeron tomo in Euāgelia septimo, tracta. 1. Dicam breuiter, quod sentio.

Massal. Misle, cōtinent similia & cōtraria.

Hebræa vox *Masal*, משל passiue significat, *comparari* seu *assimilari*: hinc fit nomen singulare *Masal* משל & plurale משלי *Misle*, pro quauis locutione complectente metaphoras, & similitudines, quibus aliquid, vltra id quod primitus sonant, concinniùs indicatur: & quoniam antithesis, est quædam contrariorum collatio, fit etiā, vt dissimilitudo & oppositio, inter *misle* censeatur: non tam, quia contrariorum eadem est disciplina, vt putauit Caietanus in Prouerb. significatio namq; semper contraria manet; quàm quia vox Hebræa *masal*, & Græca παραβολὴ id patiuntur. Hebræum vocabulum generis loco est, stricte sumptis parabolæ, adagio, ænigmati, & apologo; quæ latè sumpta frequenter confunduntur, vt mox patebit. Clemens Alexandrinus, lib. 6. Stromat. cùm videret Hebrææ vocis latitudinem vnica Græca se non satis comprehendere, vertit PROPHETIAM, & in illas quas dixi species diuisit: λέγεται δ' οὖν εἶδος προφητείας ἡ παροιμία, κατὰ τὴν βάρβαρον φιλοσοφίαν, λέγεται τι καὶ παραβολὴ, τότε αἴνιγμα ἐπὶ τούτοις. Vbi sacras literas vocat *barbarā philosophiā*, eò quòd Græcis Hebræi Barbari dicerentur, sicut ab Amelio Ioannes Euāgelista vocatus. Sed quia nō paræmia, sed parabola, inuentione saltē & vsu crebriore, peculiaris quodammodo Hebræorū fuit, libēter corrigerem, & pa-

Masal species sunt, parabola, adagium, ænigma, & apologus. Clem. Alex locus expensus.

rabolam

rabolam parœmiæ,parœmiam parabolæ loco apud Stromateum tranſponetem,vt ſenſus ſit,*dicitur autem à Barbarica philoſophia prophetiæ ſpecies parabola; ita parœmia & ænigma iſdem.* Apologum prætermittit. quia ſub parabola comprehendit,& rariſſimus in diuinis libris occurrit.Non rarò parabola & parœmia confunduntur,& mutuò ſibi generis vice ſunt,ſpecies reliquas continentes.Sic enim primum volumen Salomonis,modò parabolæ,modo parœmię vocatur.Cõfer inſcriptionem cum libri principio in Græcis & Latinis codicibus.Sic etiam Clemens loco laudato, τοιοῦτον γὰρ ἡ παραβολὴ,λόγος ἀπό τινος ὑ κυρίᾳ μὲν, ἐμφεροῦς δὲ τῷ κυρίῳ, ἐπί τ' ἀληθὲς καὶ κύριον ἄγων σημαίνετα.*Parabola namq; tale quidpiã eſt;oratio ab eo,quod proprium non eſt,ſed proprij ac veri præ ſe fert ſimilitudinẽ, ad id quod verũ ac proprium eſt deducens intelligẽtem.* Tota certè deſcriptio etiam parœmiæ,& apologo cõuenit.*Sic Ezechielis* 16.44. *Ecce omnis qui dicit vulgo prouerbium,* לכ *in te aſſumet illud dicẽs:ſicut mater,ita & filia eius.* Quãuis hoc ſtrictè parœmia eſt.Sed clariùs *Ioan.* 10.6.*Hoc prouerbium dixit eis* IESVS, παροιμίαν,cùm eſſet non adagium,ſed parabola,vt rectè Euthymius.*Ioan.* 16.25.*Hæc in prouerbiis locutus ſum vobis*,ait,tamẽ parabolas propoſuerat,& ideo S.Auguſtinus *lib.*1.*de Trinitate cap.*10.vertit,*in ſimilitudinibus* : mox etiam ſubdit CHRISTVS,*iam non in prouerbiis loquar vobis ſed palam.* Et fatẽtur idipſum Apoſtoli,v.29.*Ecce nũc palàm loqueris, & prouerbiũ nullũ dicis:* hoc eſt,remotis inuolucris ſimilitudinũ,metaphorarum,ænigmatum & apologorũ.

Sæpe confunduntur ha ſpecies.

In prouerbiis Salomonis.

Apud Clementem Alexandr.

Et v.29.

Quoniam tamen conſtat,has ſpecies præcisè loquendo differre,videamus quo pacto diſtinguantur. Certum nõ ratione obſcuritatis,qua talis eſt,differre: vt enim deprehenditur ex ſacræ Scripturæ locis citatis, obſcuritas generis locum obtinet communis

Quo pacto diſtinguantur ha ſpecies.

omni

omnibus: nec etiam distinguuntur ratione concinnitatis vel nouitatis tantùm, propter eamdem communionem: neque (vt verum fatear) comperio vllam verè specificam siue essentialem differentiam, sed accidentalem dumtaxat, secundùm plus & minùs, item pro vtentium arbitrio, & modo vsurpandi. Apponam tamen obseruationes aliorum, quæ vero proximiores videntur.

Parabola quid. Parabolam volunt esse propriè narrationem rei fictæ, quasi gestæ, sed relatę ad rem futuram, & opponi

D. Iustini locus. historię. Docet Iustinus Martyr, siue sub eius nomine nescio quis alius, *lib. Quæstionum & Responsionum q. 60.* παραβολὴ ἐστὶ λόγος ὁμοιότητα περιέχων τοῦ γεγονότος πράγματος πρὸς τὸ ἐσόμενον. ἱστορία δὲ λόγος διήγησιν περιέχων τοῦ ἤδη γεγονότος πράγματος. *Parabola sermo est similitudinẽ habẽs rei gestæ, cũ eâ quæ futura est: historia verò sermo est, complectens descriptionẽ rei gestæ.* Hæc ergo narrationis fictæ cum vero successu, quem significare intendit, germana parabolæ differentia videtur, certè quatenus narratiuè proponitur, & est possibilis.

Paræmia siue adagiũ quid, mihi. Paræmia, siue adagium cum parabola conuenit, quatenus similitudinem rei veræ siue gestæ cum gerendis confert: sed distinguitur, quia nõ tam per modum narrationis, quàm per modum breuis sententię, & vt plurimum figuratè ac obscurè, quod vult indicatum proponit: ita vt quodámodo sit breuis & epiphonematica parabola. Grammatici non vno modo

Donato. definiunt. Donatus vult esse, accommodatum rebus

Diomedi. temporibúsque prouerbium. Sed Diomedes definit, prouerbij vulgaris vsurpationem rebus temporibúsque accommodatam, cùm aliud significatur, quàm dicitur. Donati illa planè mutila est, & simplicibus sententiis apta est: Diomedea melior, quia separat à nuda gnome, siue sententia, quæ vt plurimum vulga-

us &

tis & rudibus verbis concipitur, vt,

Fœlix quem faciunt aliena pericula cautum.

Item, Amici pretiosa possessio: paroemia verò vt plurimum aliquid calamistri, vel veli exigit, atque caliginis. Quare rectiùs quidam Græci definiunt: παροιμία ἐστι λόγος ἐπικαλύπτων τὸ σαφὲς ἀσαφείᾳ, *Sermo rem manifestam obscuritate contegens.* Sed adhuc tum non satis dispescitur ab ænigmate & apologo. Adagiographus definit, *Paroemia est celebre dictum, scita quapiam nouitate insigne.* Celebritatem vult esse genus, nouitatem verò differentiam. Certè τὸ θρυλλούμενον commune est æno, apologo, & parabolæ, sed & sententiis plerisque; sed καινότης etiam Stoicorũ paradoxis competit. Verùm dici potest, celebritatem sumendam formaliter, non de quomodocunque celebri seu trito, sed de celebri ac trito tanquam adagio siue paroemia: nouitas quoque capienda, non ratione tantùm materiæ, sed magis ratione locutionis, & sermonis figurati. Putabat ille vtilitatem nihil ad rationem adagij pertinere, & ideo eius non meminit: nihilominùs omittenda non fuit, nec ab adagij proprietatibus separanda. Equidem cæteris præfero D. Basilij descriptionem; in principio prouerbiorum, vt plenioré, & sacris paroemiis accommodatiorem. Separat paroemiam triuialem à sacra: & vult etymologiam esse πρὸς τὸ οἶμος τὸ ὁδὸς ὥσπερ πεῖμμα καὶ παροδικὸν, *Quod passim in viis per omnium ora obambulet:* confirmat Varro, qui *adagium*, quasi ambagium vel circumagium dictum censuit. Vulgarem paroemiam idem Magnus Basilius vult posse definiri ῥῆμα παρόδιον τελεσμένον ἐν τῇ χρήσει τῶν πολλῶν, καὶ ἀπὸ ὀλίγων ἐπὶ πλείονα ὁμοία μεταλειφθῆναι δυνάμενον. Dixerat extrà sacram S. vsurpari paroemiam de sermonibus vulgatioribus, & de iis quæ plerumque in viis dicuntur. οἶμος enim *via* esse, & proinde paroe-

Græcis quibusdam.

Erasmo.

S. Basilij optima.

Vulgaris adagij.

miam posse definiri, *verbum viale vulgi vsu tritum, quod à paucis ad plura similia sit idoneum transferri.* Sacrorum verò scriptorum adagioni aliam tribuit definitionem: nempe est, λόγος ὠφέλιμος μετ' ἐπικρίψεως μετρίας ἐκδεδομένος, πολὺ μὲν τὸ ἀυλόθεν χρήσιμον περιέχων. πολλὴν δὲ καὶ ἐν τῷ βάθει τὴν διάνοιαν συγκαλύπτων. *Sermo vtilis, moderatâ cum obscuritate editus, multum quidem per se vtilitatis continens, multum verò etiam in recessu intelligentiæ recondens.* Præclarè omnino. Licet enim communis parabolæ & adagio sit obscuritas, cõmunis etiam vtilitas, in ipso tamen vsurpãdi & proponendi modo, discrimen cernitur. Parabola proponitur more narrationis longioris; adagium, vt breue, & vsu tritum vulgare documentum. Hinc iam lux affulget aliqua caliginoso Ezechielis loco *cap. 18. v. 2.* qui in Hebræo sermone vix intelligi potest, & hominem eruditum fefellit, vt putaret ibi parabolam cum paræmia confundi, cùm ex nostro interprete manifestum fiat accuratè illa prophetam distinxisse. Hebraicè habes: *Quid vobis vos* משלים את־המשל הזה *Maslim eth-hamasal hazeh, paraboli santes loquimini parabolam istam super humo Israël dicendo: Patres nostri,* &c. Vbi noster sapientissimè transtulit, *Quid est quod inter vos parabolam vertitis in prouerbium istud in terra Israël, dicentes, Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt?* Nam initio tantùm fuit parabola, qua significabatur posteros immeritò luere delicta maiorum suorum: sed postea parabolam hanc crebrò & passim domi forisque vsurpando, & vulgari sermone iterando terendóque, adagium fecerunt. Quod de vtilitate S. Basilius addidit, iure optimo addidit. Sacrum enim prouerbium nullum reperio, cui non insit vtilitatis plurimum: fortassis nec profanum vllum caret emolumento suo. Nam quod Desiderius obiicit, τίς ἂν ἀπὸ

Sacri adagij.

Differentia parabolæ & adagij.

Adag. quis abesset à scribus. vtile, cõtra Erasmum.

θύρας ἁμάρτοι, *quis aberret à foribus?* ab Aristotele traditum, hominem docet, omni in studio, vt rectè instituatur, seriò consideranda principia, ne, quod aiunt, in limine offendat; quod turpe & mentis oculo caetium est: simile enim videtur dicto Spiritus Sancti, *Labor stultorum affliget eos, qui nesciunt in vrbem pergere.* Eccles. 10.15. De quo agemus Centuria quincta: Sic etiá vt grauissimá indicaret fuisse Sodomitarum ἀορασίαν, Moses descripsit, percussos cæcitate ita vt ostium domûs reperire non possent, *Genes.* 19.11. Quod attinet ad obscuritatem, rectè S. Basilius mediocrem requirit. Certum est non omnibus adagiis æqualem inesse, aliquam tamen inesse omnibus. Indicio est ipsum illud quo nos lacessit Batauus, μηδὲν ἄγαν, *nequid nimis.* Summa enim difficultas in eo sita, vt ostendatur, quo pacto id in virtutibus, maximè in iustitia locum habeat, de quo differendum *Eccles. 7.16.* ibi, *Noli esse iustus multum.* Obscuritas enim adagialis non tantùm est verborum, sed etiam, & in sacris quidem creberrima, est sententiæ ipsius. Sic S. Basilius, & alij credendi sunt de vtroque integumento, & velo locuti, rerum atque verborum. Horum caligo solet oriri ex metaphora, vel dictionis nouitate, illarum verò de materiæ profundo emergit. Obscuritas communis adagio & ænigmati, hoc tamen discrimine. Quoniam ænigmata seu griphi immodicam habent obscuritatem, vt sic dicam tenebras palpabiles, seu noctis intempestæ: adagia & parabolæ modicè sunt tenebricosæ, caligine obsitæ, qualis adhuc diluculi crepusculo. Nimirum vidit hoc S. Augustinus, dum scriberet, Ænigma esse obscuram parabolam, quæ difficilè intelligitur, *in Psalm.* 48. Item, ænigma esse obscuram allegoriam (*lib. 15. de Trinitate cap. 19.*) & poëtas quibus mos est miscere æni-

Obscuritas aliqua in omni adagio.

Adag. ne quid nimis, difficile.

Obscuritas rerum vel verborum.

Non eadē quæ in ænigmate.

Ænigma quid sint anus aut griphus.

S. Augustinus.

Ænigmatista. gmata fabularum, à Lxx. vocâri *ænigmatistas, num.* 21. *v.* 27. Adeo ænigmati obscuritas est intrinseca, vt si ab eo cui proponitur intelligatur, vel si proponens quasi quid ab auditoribus intellectum proponat, simul ænigma esse desinat; adagiis verò accidit, & extrinseca potius est obscuritas: nam qui adagio vtitur, quod dicit, putat ab audiente, & vult intelligi, vel sanè nugas agit. Voluit hoc etiam R. Abraham Ezræ Filius, comment. in Prouerbia; *Ænigma*, inquiens, *esse verbum occultum siue tectum, quod intelligi nequeat, nisi explicetur.* Idē tradit Rupertus *in Abac. cap.* 2. Quod Samson sodalibus *Iud.* 14. 12. De Leonis cadauere & fauo proposuit, initio ænigma fuit: postquam verò à sacris scriptoribus incepit allegoricè de CHRISTO vsurpari, migrauit in parœmiam. Exstant hodie multi griphi seu æni apud Athenæum *lib.* 10. Vbi species aliquot eorum narrat; Parisiis patrum memoria cuiusdam Cælij Symphosij ænigmata fuerunt excusa; superioribus annis Moguntiæ S. Aldhelmi ænigmata, meo labore prodierunt.

Abenezra.

Rupertus

Athenæus.

Symphosius.

S. Aldhelmus.

Apologus seu fabula quid. Scriptores eius. Æsopus, Gabrias, Phædrus, Anianus, Faërnus.

Restat apologus siue fabula; sed quis nescit, vel quid sit, vel eius scriptores, Æsopum, Gabriam, Phædrum, Anianum, Faërnum? differt à parabola presè sumpta, quia parabola historiam imitatur, & narrat verisimilia: sed apologus vt plurimum impossibilia, fabuloso more recenset, brutorum colloquia, satyrorum apophthegmata, similiáque. Vnus est huiusmodi in libris diuinis, quem Gedeonis filius iacit in Sichimitas & Abimelechum, de arborum concilio, & stulta regis electione, *Iudic.* 9. 8. Apologus ab adagio distinguitur etiam mole. Nam teste Quinctiliano lib. 5. Instit. parœmia est velut fabella breuior. Hæc de distinctione specierum dicta sufficiant. De sola parœmia siue adagio videamus, quæ necessaria.

Fabius.

Fontes, loculos, siue fauissas adagiorum peritè nobis adagiographus Erasmus reserauit; quorum pleraque sacris & prophanis parœmiis communia. Desumi illa, Primò, Ex oraculis numinum, seu prophetarum. Secundò, Ex dictis sapientum. Tertiò, Ex fabulis poëtarum. Quartò, Ex orchestra & scena. Quintò, Ex cuētu. Sextò, Ex historia. Septimò. Ex apologis. Octauò, Ex dictis fortuitò arreptis. Nonò, Ex moribus ingenióve gentis vel hominis, vel ex natura brutorum, plantarū, lapidum, & reliquarum creaturarum. Decimò, Ex re quauis pretiosa vel artificiosa, mirabili, insigni, & vulgò nota. *Adagiorum fontes seu thesauri.*

Ornamenta docet idem pendere, vel ab ipsa rei natura & circumstantiis, vel à verbis & eorum delectu, vt sunt allegoriæ, figuræ, & schemata fere omnia, præsertim metaphoræ, & hyperbolæ, allusiones; locutionis quoq; proprietas, oppositio, ambiguitas, vetustas, nouitas, ridiculum, absurdum, inopinatum, & similia in factis, dictis, ritibus, studiis, & institutis. Ex tā copiosa semente multiplex & admodum varia nascitur silua; in qua laboriosum est propriè dicta adagia à sentētiis & apophthegmatibus, & similib. distinguere. Nisi dicas sentētiam & apophthegma latiùs porrigi, & interdum sub illis adagium contineri, non è conuerso. Certè his vt plurimùm aliquid reconditum & sale conditum addi videas ab adagio; quod facilius vsu & gustu, quàm regulis vel definitione discernatur. Nec operæ precium crediderim, nimis hac in re morosum esse, præstat, quædam non rigidè adagia interseri, quàm quæ verè talia scrupulosè præteriri. Ideo *adagialia* inscripsi, fugiens vitilitigatorum spinosas molestias; & seueram Marci Antonij in var. lect. censuram, publicæ vtilitati postponens. *Ornamenta vnde.* *Sententia & apophthegmata quomodo discernēda ab adagiis.*

De adagialibus ergo nunc nobis sermo futurus: in *Laus adagiorū.*

1. ab vtilitate. quorum commendationem ista nobis Rupertus suggerit loco præfato; valere non solùm ad occultandas porcis margaritas, sed etiam vt in earum difficultatibus bona exerceantur ingenia: hoc enim (vt alibi scribit) genus loquendi diuinitus prouisum tam ad delectandum diligentem lectorem, quàm etiam ad edomandam labore superbiam, & intellectum à fastidio renouandum, cui facilè inuestigata plerumque vilescunt. Ita Rupertus *l. 9. in Ioannem.* Vtilitas ergo magna est: quoniam breuitate memoriam adiuuant, & obscuritate diligẽtiam acuunt; alliciunt lepore, & verborum ornatu, sensus acumine, sententiæ grauitate, & commoda morum informatione, sine fastidio, aut periculo veram animæ sapientiam infundunt. Ab omni æuo hæc parœmialis institutio semper in summo pretio habita apud eos qui ipsi apud reliquos in honore fuerunt. Nam de adagiis Chrysippus, Cleanthes, Clearchus, Aristides, & Aristoteles olim multis voluminibus disseruerunt: symbolis & locutionibus figuratis vniuersa antiquitus morum disciplina comprehendebatur: in Europa Pythagoreorum, in Asia & Africa Ægyptiorum, Chaldæorum, Brachmanum, & Gymnosophistarum. Vestigia in Ori Apollinis Hieroglyphicis Stobæi collectaneis, Trismegisti libris, & Zoroastris magicis oraculis supersunt. Sed mitto profanos. Quid diuinis scriptoribus παροιμιωδέστερον ludit, sed seriò, tot aureis adagiis Iobus cum amicis *cap.* 17. Vtitur Balaam prophetans, *num.* 23. & Moyses passim in Pentateucho; Dauid etiam, Salomon, Isaias, Ezechiel, & cæteri prophetæ longè ornatiùs quàm vlli Græci, Latinive; & grauiter atque frequenter Apostoli, & frequentiùs atque grauiùs, ipse Dominus & Magister Prophetarum atq; Apostolorum CHRISTVS IESVS, vt hoc opere toto sum ex professo demonstratu-

2. à voluptate.

3. ab authoritate & antiquitate.

Profana

Et sacra

rus.

rus. Denique periti rerum huiusmodi, semper efficaciſſimam vim adagiis ad perſuadendum ineſſe cenſuerunt. Trium teſtimonio ſtet hoc verbum. Fabius *lib. 5. inſtit.* ſic ſcribit; *Ne hæc quidem vulgò dicta, & recepta perſuaſione populari, ſine vſu fuerint teſtimonia. Sunt enim quodammodo vel potentiora etiam: quòd non cauſis accommodata, ſed liberis odio & gratiamentibus ideo tantùm dicta factáque, quia aut honeſtiſſima aut veriſſima videbantur. Hoc ipſo quòd incertum authorem habent, velut omnium fiunt. Neque duraſſent hæc in æternum, niſi vera omnibus viderentur.* Plutarchus, in libro, quo pacto ſint audiendi poetæ, veterum parœmias docet ſacrorum myſteriis perſimiles eſſe; in quibus maximæ & diuinæ res minutis ſignis, ac ritibus in ſpeciem penè ridiculis, ſignificabãtur: ſic adagiis curtis & ſuccinctis ea vulgò & compendiosè indicari, quæ à philoſophiæ principibus, multorum voluminum ſcriptione ſunt declarata. Ariſtoteles denique apud Syneſium, exiſtimat nihil aliud eſſe parœmiam, quàm *reliquias illius veteris philoſophiæ, maximis humanarum rerum cladibus exſtinctæ: eáſque ſeruatas eſſe, partim ob compendium breuitatémque, partim ob feſtiuitatem & leporem: ideóque nec ſegniter, nec oſcitanter, ſed preſſiùs atque penitiùs inſpiciendas: ſubeſſe enim velut igniculos quoſdam vetuſtæ ſapientiæ; quæ in perueſtiganda veritate multò fuerit perſpicacior, quàm poſteriores philoſophi fuerunt.* Hactenus illi, ab adagiorum collectore citati.

4. ab efficacia per ſuadẽdi Fabium.

Plutarchus.

Ariſtoteles.

Sacras parœmias ex Catholicis Polydorus & quidam alij colligere cœperunt: ſed planè, ne quid dicam aſperiùs, ieiunè & indiligenter eas tantùm delibarunt. Videre licet in farragine Adagiorũ, quæ Pariſiis prodiit ex Sonnii typographîo: poſtea quoque illa ipſa Manutius profanis miſcuit. Ex Nouatoribus, Caluinianus vnus (quem viderim) ſacra ſelegit; parca ma-

Collectores ſacrorum adagiorum.

nu

nu & ſterili ſegete: nec vbique inoffenſo pede hoc ſtadium decurrit. Pręiuit mihi hanc viam, & exemplo ſuo excitauit, quædam etiam ex Rabbinis & humanioris litteraturæ ſcriptoribus eidem accepta fero.

Scopus authoris hoc opere.

Animus mihi, non thylaco ſerere, ſed larga tamen manu præbere, cuncta quæ mihi viſa parœmialem ſaliuam ſapere: hoc eſt, ADAGIALIA DIVINORVM LIBRORVM, ſiue prioribus ſiue poſterioribus ſæculis, ex parabolis, ænis, gnomis, quæ factæ, aut valdè aptæ fieri viſæ fuerunt: quatenus ſunt, vt canit Nonnus, D. Ioannis Metaphraſtes, *cap.* 16. ὄργια λόξα μύθων, *obliqua verborũ myſteria*, ἑτέρης ἐπιδεύεα φωνῆς, *indiga aliis verbis explicari*. In quorum explicatione, ſtudioſis litterarum, iuris peritis, philoſophis, Theologis ſiue concionaturis, ſiue profeſſuris, conabor ex æquo prodeſſe. Qui me nimis breuem iudicabunt, ea quę deeſſe putabunt, ſuppleant de ſuo: qui contrà prolixum cauſabuntur, tranſilire liberũm & præterire. Malui in hanc partem peccare, quàm vtilium, quod in promptu foret, multum ſubtrahere. Vale Lector candide & Catholice.

Nonnus.

BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE LYON 1894

ADAGIA

ADAGIALIA SACRA VETERIS TESTAMENTI.

Qui hactenus adagia ediderunt, nullum ordinem seruarunt: visum commodius, Sacræ Scripturæ filum in hoc labyrintho sequi, & per singulos libros procedentem, in his floriferis saltibus apiculæ more singula delibantem, mellilegium facere, & suis cellulis fauum distinctum Lectori apponere.

BIBLIOTHÈQUE DE LA VILLE LYON 1891

ADAG I. EX CAP. II. GENESIS VERSIC. I.

Cæli & terræ ornatus, siue *militia.*

Canō generalis ad inuestigāda prouerbia.

PRÆMITTO regulam toto hoc opere necessariā, adagia potissimū esse peteda ex linguâ primigenia seu originali, qua conscripti libri, ex quibus adagia colliguntur: prudentis verò interpretis esse, qui velit ea rectè in alium sermonem transferre, auribus & consuetudini gentis cui transfert, versionē suam accommodare. Quod à LXX. interpretibus & vulgato nostro fuit accuratè obseruatū. Nàm vbi aduerterunt commodè Hebraismum, in Latinum Græcúmve sermonē migrare, eum retinere soliti; vbi verò durior aut obscurior fore videbatur, sententiam dumtaxat reddere consueuerūt, rem acu perpetuò attingētes. Exempla passim hoc opus præbebit plurima.

LXX. & vulgati sapientia in vertendis Hebraismis.

Isto loco, quia quod in Hebræo est, השמים והארץ וכל-צבאם HASAMIM VEAARES VECAL SEBAAM, *cæli & terra & omnis exercitus eorū*; id Latio durius & caliginosius poterat accidere: quia fortè aliquis suspicaretur, exercitum terræ ad homines, exercitum cæli ad Angelos restringendum; idcirco sapienter *ornatum* noster, κόσμον LXX. verterunt: nempe vt intelligamus nullam ab imperatore peritissimo aciē meliùs vnquam ordinatam, quàm sunt à Deo in cælo & in terrâ creaturarum ordines dispositi; nihil etiā illis cultius, pulchrius, aut perfectius; nihil promptius atque obedientius

Defensa versio.

Cur creaturæ vocentur ornatus.

dientius suo regi atque creatori, ad cuius nutum contra impios arma sumunt, & præliaturi in aciem procedunt, vt vniuersus orbis pugnet contra insensatos, *Sap.* 5. 18. Sicut olim legimus contra perfidos de cælo dimicatum, quando cæli manentes in ordine & cursu suo, aduersùs Sisaram pugnauerunt, *Iud.* 5. 20 Inde manauit hoc nomen

Stellæ pugnarunt.

צבאים Fortitudo quod figuratè cum tribuitur terræ aut cælo.

SEBAAM, quod aliquando *fortitudinis*, aliquando *virtutis*, aliquando *militiæ*, aliquando *ornatus* nomine redditur. Sciendum verò, neminem Latini vel Græci sermonis ambiguitas hac in re decipiat, cùm legit *fortitudinem*, vel δύναμιν. Nam aliquando significat locum terræ naturâ vel operâ valdè munitum, sic enim *Daniel.* 8. 9. dicitur de Antiocho Epiphane; *Egressum est cornu vnum modicum, & factum est grande contra Meridiem, & contra Orientem, & contra fortitudinem. & magnificatum est vsque ad fortitudinem cæli, & deiecit de fortitudine, & de stellis, & conculcauit eas.* Vbi priore loco *fortitudo* significat Hierosolymam, vrbem terrarum munitissimam, potentissimam, & maximè desiderabilem: (nam & hoc צבי SEVI significat, vt notat Theodoretus) secundo loco significat *exercitum* seu *militiam* (Hebr. est צבא, SABA,) eleganti Hyperbola. Non solùm prævalebit contra Hierosolymam & homines, sed etiam cælum ipsum, eiúsque militiam. deiiciet stellas & sydera, & deiecta pedibus proteret. sic autem allegoricè intelligit, principes, & pontifices Iudæorum, quos partim ad idololatriâ perducturus, partim afflicturus & occisurus erat. sic quod *Sophon.* 1. v. 13. *Erit fortitudo eorum in direptionem*, S. Hieronymus exponit, *cadetur eorum exercitus.* sic *Psal.* 43. 10. *Non egredieris Deus in virtutibus nostris*, id est, non egredieris cum exercitibus nostris, non præcedes vt ductor & imperator acies nostras. Vnde Deo nomen *Deus Sabaoth*, *Deus exercituum*, *Deus militiæ cæli*. צבאות *Psal.* 23. 10. *Isai.* 1. 9. & 24. & passim. Militia autem siue exercitus Dei, sunt primò Angeli, qui Deo militant eum glorificando, & Ecclesiæ ministrando: sic sumitur 3. *Reg.* 22. 19. *vidi Dominum sedentem super solium suum, & omnem exercitum cæli assistentem ei à dextris, & à sinistris.* idem repetitur 2. Paralip. 18. 18. Nam quæ sequuntur, indicant de Angelis agi. sic *Luc.* 2. 13. *Multitudo militiæ cælestis laudantium eum.* Frequentiùs tamen inuenias in Scriptura sacra *exercitus*, & *militiam cæli* sumi de stellis & syderibus, quæ luce, calore, & influentiis Deo ministrantes militant ordine & statò tempore. Nam צבא etiam tempus determinatum significat. *Isai.* 40. 2. vbi nostra versio, *completa est malitia eius*, Hebr. est, צבאה SEBAAH, vbi Mercerus vult D. Hieronymum scripsisse, *militia eius*: sed fallitur. Nam Hieronymus, vt & LXX. sensum, nō verbum expressérunt, gnari *militiam* illic poni pro tempore definito statóque quo affligenda erat Ierusalem; ideo LXX. τετέλεσται, Hieronymus *malitia*, vertunt: sicut sumitur *malitia*, cùm dicitur, *sufficit diei malitia sua. Matth.* 6. 34. itaque *malitia* illic est tempus ipsum miseriæ, ignominiæ & tribulationis. Sanè Complutens. & Vaticani libri sic continent. & hoc est tempus, de quo CHRISTVS *Mar.* 1. 15. dicebat; *Quoniam impletum est tempus, & appropinquauit regnum Dei.* Alia sunt locà certæ significationis, vt *Deut.* 17. 3. *vadant, & seruiant Diis alienis, & adorent eos.*

Deus Sabaoth. Exercitus cæli.

SABA. Militia cæli.

Solem

Solem & Lunam, & omnem militiam cæli. Sophon. 1. 5. *Qui adorant super tecta militiam cæli.* Isai. 45. 12. *Manus meæ tetenderunt cælos, & omni militiæ eorum mandavi.* 2. Esd. 9. 6. *Tu fecisti cælum, & cælum cælorum, & omnem exercitum eorum.* Ps. 33. Sic etiam stellæ & sydera vocantur *fortitudines & virtutes cælorum* à LXX. & nostro interprete, quasi dicas fortes siue robora cælorum, quia robur regni censentur copiæ militares. *Psal.* 23. 10. *Dominus virtutum ipse est rex gloriæ.* Psal. 32. 6. *Verbo Domini cæli firmati sunt, & verbo oris eius omnis virtus eorum.* Psal. 46. 10. *Dominus virtutum nobiscum.* Psal. 67. 13. *Rex virtutum dilecti, dilecti,* Psal. 102. 21. *Benedicite Domino omnes virtutes eius: ministri eius, qui facitis voluntatem eius.* & Luc. 21. 26. *Virtutes cælorum mouebuntur.* Hnius militiæ siue exercitus imperator Deus, nuncupatur *Princeps fortitudinis, Daniel.* 8. 11. Vbi de arrogantiâ Antiochi, *& vsque ad principem fortitudinis* (ait) *magnificatum est.*

Fortitudo seu virtutes cæli.

Princeps fortitudinis.

Quæ cuncta censeo de creaturis adagiali more dici: & quidem cum Caietano, *exercitū cæli & terra* vocari concinnum ornatum, & aptissimam dispositionem creaturarum omnium, quæ cæli ac terræ ambitu continentur. de vtraque militia, sydereâ & Angelicâ, legi potest nostri Pinedæ accuratus commentarius in *Iob.* 7. *v.* 1. *&* 2. certè in Menippæis alicubi Varro *choreas astricas* appellauit, *& Tibullus* de nocte cecinit;

Exercitus cæli & terræ. Caietanus.

Varro. Tibullus.

Matrisque sequuntur
Currum lasciuo sydera fulua choro.

A cælorum ornatu metaphora trãsfertur ad mundum muliebrem, & virtutes animæ, cùm in Cantico, sponsa propter has comparatur aciei ordinatæ, & choris castrorũ. *cap.* 6. 9. *Terribilis vt castrorum acies ordinata.* &c. 7. 1. *Quid videbis in Sulamite, nisi choros castrorum?*

EX EODEM CAP. II. VER. XVII.

ADA II

Morte vel *Moriendo mori.*

DICVNT, non quòd aliter quis moriatur; sed vt minùs dicẽdo, per litoten plus significent. Nam geminatio ista certitudinem notat legis, qua cunctis statutum hominibus semel mori (*ad Rom.* 9. 12.) Igitur necessitas & certitudo denotantur, cùm dicitur *Morte morieris*, vel *moriendo morieris*; MOTH THAMOTH מוֹת תָּמוּת. Sic enim Deus minatur Adamo, Gen. 2. 17. *In quocumque enim die comederis ex eo, morte morieris. & cap.* 3, 4. Serpens contradicens Deo, *Nequaquã morte moriemini.* Et Rex Geraræ legem fert, *Quicumque tetigerit hominis huius vxorẽ, morte morietur. Gen.* 26. 11. Moses etiam sanciens leges capitales vtitur hac phrasi. *Omnis qui tetigerit montem, morte morietur.* Exod. 19. 12. *Si quis dederit de semine suo idolo Moloch, morte moriatur. Leuit.* 20. 2. & passim in libris legis. Statuerat Saul filium occidere, idcirco dicit; *Hæc faciat mihi Deus & hæc addat, quia morte morieris Ionatha.* 1. *Reg.* 14. 44. Sed populus eum morti decretæ vi eripuit. Idco noster 3. *Reg.* 2. 37. vertit, *scito te interficiendum.* His & similibus locis permotus Philo *lib.* 1. *allegoriarum* regulam tradidit, quoties in sacra Scriptura sic geminatur mortis mentio, (*morte mori*) non significari naturalem mortem, sed violentam & iudiciariam. Sed quid respondeat huic loco nostro *cap.* 2. *vers.* 17. Si quidem Adamus & Eua (sicut & posteri plerique) na-

Morte vel moriendo mori, certitudinẽ & necessitatem significat

Philonis locus.

miam posse definiri, *verbum viale vulgi usu tritum, quod à paucis ad plura similia sit idoneum transferri.* Sacrorum verò scriptorum adagioni aliam tribuit definitionem: nempe est, λόγος ὠφέλιμος μετ' ἐπικρίψεως μετρίας ἐκδεδομένος, πολὺ μὲν τὸ ἀυτόθεν χρήσιμον περιέχων. πολλὴν δὲ καὶ ἐν τῷ βάθει τὴν διάνοιαν συγκαλύπτων. *Sermo vtilis, moderatâ cum obscuritate editus, multum quidem per se vtilitatis continens, multum verò etiam in recessu intelligentiæ recondens.* Præclarè omnino. Licet enim communis parabolæ & adagio sit obscuritas, cõmunis etiam vtilitas, in ipso tamen vsurpãdi & proponendi modo, discrimen cernitur. Parabola proponitur more narrationis longioris; adagium, vt breue, & vsu tritum vulgare documentum. Hinc iam lux affulget aliqua caliginoso Ezechielis loco *cap. 18. v. 2.* qui in Hebræo sermone vix intelligi potest, & hominem eruditum fefellit, vt putaret ibi parabolam cum parœmia confundi, cùm ex nostro interprete manifestum fiat accuratè illa prophetam distinxisse. Hebraicè habes: *Quid vobis vos* משלים את־המשל הזה *Maslim eth-hamasal hazeh, paraboli santes loquimini parabolam istam super humo Israël dicendo: Patres nostri,* &c. Vbi noster sapientissimè transtulit, *Quid est quod inter vos parabolam vertitis in prouerbium istud in terra Israël, dicentes, Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt?* Nam initio tantùm fuit parabola, qua significabatur posteros immeritò luere delicta maiorum suorum: sed postea parabolam hanc crebrò & passim domi forisque vsurpando, & vulgari sermone iterando terendóque, adagium fecerunt. Quod de vtilitate S. Basilius addidit, iure optimo addidit. Sacrum enim prouerbium nullum reperio, cui non insit vtilitatis plurimum: fortassis nec profanum vllum caret emolumento suo. Nam quod Desiderius obiicit, τίς ἂν ἀπὸ

Sacri adagij.

Differentia parabolæ & adagij.

Adag. quid abhorret à scribus, vtile; cõtra Erasmum.

θύρας ἁμάρτοι, *quis aberret à foribus?* ab Aristotele traditum, hominem docet, omni in studio, vt rectè instituatur, seriò consideranda principia, ne, quod aiunt, in limine offendat; quod turpe & mentis oculo caretium est: simile enim videtur dicto Spiritus Sancti, *Labor stultorum affliget eos, qui nesciunt in vrbem pergere.* Eccles. 10.15. De quo agemus Centuria quincta: Sic etiã vt grauissimã indicaret fuisse Sodomitarum ἀορασίαν, Moses descripsit, percussos cæcitate ita vt ostium domûs reperire non possent, *Genes.* 19.11. Quod attinet ad obscuritatem, rectè S. Basilius mediocrem requirit. Certum est non omnibus adagiis æqualem inesse, aliquam tamen inesse omnibus. Indicio est ipsum illud quo nos lacessit Batauus, μηδὲν ἄγαν, *nequid nimis.* Summa enim difficultas in eo sita, vt ostendatur, quo pacto id in virtutibus, maximè in iustitia locum habeat, de quo differendum *Eccles. 7.16.* ibi, *Noli esse iustus multum.* Obscuritas enim adagialis non tantùm est verborum, sed etiam, & in sacris quidem creberrima, est sententiæ ipsius. Sic S. Basilius, & alij credendi sunt de vtroque integumento, & velo locuti, rerum atque verborum. Horum caligo solet oriri ex metaphora, vel dictionis nouitate, illarum verò de materiæ profundo emergit. Obscuritas communis adagio & ænigmati, hoc tamen discrimine. Quoniam ænigmata seu griphi immodicam habent obscuritatem, vt sic dicam tenebras palpabiles, seu noctis intempestæ: adagia & parabolæ modicè sunt tenebricosæ, caligine obsitæ, qualis adhuc diluculi crepusculo. Nimirum vidit hoc S. Augustinus, dum scriberet, Ænigma esse obscuram parabolam, quæ difficilè intelligitur, *in Psalm.* 48. Item, ænigma esse obscuram allegoriam (*lib. 15. de Trinitate cap. 19.*) & poëtas quibus mos est miscere æni-

Obscuritas aliqua in omni adagio.

Adag. ne quid nimis, difficile.

Obscuritas rerum vel verborum.

Non eadē quæ in ænigmate.

Ænigma quid sint anni aut griphus.

S. Augustinus.

Ænigmatista. gmata fabularum, à Lxx. vocâri *ænigmatistas, num.* 21. *v.* 27. Adeo ænigmati obscuritas est intrinseca, vt si ab eo cui proponitur intelligatur, vel si proponens quasi quid ab auditoribus intellectum proponat, simul ænigma esse desinat; adagiis verò accidit, & extrinseca potius est obscuritas: nam qui adagio vtitur, quod dicit, putat ab audiente, & vult intelligi, vel sanè nugas agit. Voluit hoc etiam R. Abraham Ezræ Filius, comment. in Prouerbia; *Ænigma*, inquiens, *esse verbum occultum siue tectum, quod intelligi nequeat, nisi explicetur.* Idē tradit Rupertus *in Abac. cap.* 2. Quod Samson sodalibus *Iud.* 14. 12. De Leonis cadauere & fauo proposuit, initio ænigma fuit: postquam verò à sacris scriptoribus incepit allegoricè de CHRISTO vsurpari, migrauit in parœmiam. Exstant hodie multi griphi seu æni apud Athenæum *lib.* 10. Vbi species aliquot eorum narrat; Parisiis patrum memoria cuiusdam Cælij Symphosij ænigmata fuerunt excusa; superioribus annis Moguntiæ S. Aldhelmi ænigmata, meo labore prodierunt.

Abenezra. *Rupertus* *Athenæus.* *Symphosius.* *S. Aldhelmus.*

Apologus seu fabula quid. Scriptores eius. Æsopus, Gabrias, Phædrus, Anianus, Faërnus. Restat apologus siue fabula, sed quis nescit, vel quid sit, vel eius scriptores, Æsopum, Gabriam, Phædrum, Anianum, Faërnum? differt à parabola presse sumpta, quia parabola historiam imitatur, & narrat verisimilia: sed apologus vt plurimum impossibilia, fabuloso more recenset, brutorum colloquia, satyrorum apophthegmata, similiáque. Vnus est huiusmodi in libris diuinis, quem Gedeonis filius iacit in Sichimitas & Abimelechum, de arborum concilio, & stulta regis electione, *Iudic.* 9. 8. Apologus ab adagio distinguitur etiam mole. Nam teste Quinctiliano lib. 5. Instit. parœmia est velut fabella breuior. Hæc de distinctione specierum dicta sufficiant. De sola parœmia siue adagio videamus, quæ necessaria.

Fabius.

Fontes

Fontes, loculos, siue fauissas adagiorum peritè nobis adagiographus Erasmus reserauit; quorum pleraque sacris & prophanis parœmiis communia. Desumi illa, Primò, Ex oraculis numinum, seu prophetarum. Secundò, Ex dictis sapientum. Tertiò, Ex fabulis poëtarum. Quartò, Ex orchestra & scena. Quintò, Ex cuētu. Sextò, Ex historia. Septimò. Ex apologis. Octauò, Ex dictis fortuitò arreptis. Nonò, Ex moribus ingenióve gentis vel hominis, vel ex natura brutorum, plantarū, lapidum, & reliquarum creaturarum. Decimò, Ex re quauis pretiosa vel artificiosa, mirabili, insigni, & vulgò nota. *Adagiorum fontes seu thesauri.*

Ornamenta docet idem pendere, vel ab ipsa rei natura & circumstantiis, vel à verbis & eorum delectu, vt sunt allegoriæ, figuræ, & schemata fere omnia, præsertim metaphoræ, & hyperbolæ, allusiones; locutionis quoq; proprietas, oppositio, ambiguitas, vetustas, nouitas, ridiculum, absurdum, inopinatum, & similia in factis, dictis, ritibus, studiis, & institutis. Ex tā copiosa semente multiplex & admodum varia nascitur silua; in qua laboriosum est propriè dicta adagia à sentētiis & apophthegmatibus, & similib. distinguere. Nisi dicas sentētiam & apophthegma latiùs porrigi, & interdum sub illis adagium contineri, non è conuerso. Certè his vt plurimùm aliquid reconditum & sale conditum addi videas ab adagio; quod facilius vsu & gustu, quàm regulis vel definitione discernatur. Nec operæ precium crediderim, nimis hac in re morosum esse, præstat, quædam non rigidè adagia interseri, quàm quæ verè talia scrupulosè præteriri. Ideo *adagialia* inscripsi, fugiens vitilitigatorum spinosas molestias; & seueram Marci Antonij in var. lect. censuram, publicæ vtilitati postponens. *Ornamēta vnde.* *Sententia & apophthegmata quemodo discernēda ab adagiis.*

De adagialibus ergo nunc nobis sermo futurus: in *Laus adagiorū.*

Ab vtilitate. quorum commendationem ista nobis Rupertus suggerit loco præfato; valere non solùm ad occultandas porcis margaritas, sed etiam vt in earum difficultatibus bona exerceantur ingenia: hoc enim (vt alibi scribit) genus loquendi diuinitus prouisum tam ad delectandum diligentem lectorem, quàm etiam ad edomandam labore superbiam, & intellectum à fastidio renouandum, cui facilè inuestigata plerumque vilescunt. Ita Rupertus *l. 9. in Ioannem.* Vtilitas ergo magna est: quoniam breuitate memoriam adiuuant, & obscuritate diligẽtiam acuunt; alliciunt lepore, & verborum ornatu, sensus acumine, sententiæ grauitate, & commoda morum informatione, sine fastidio, aut periculo veram animæ sapientiam infundunt. Ab omni ævo hæc parœmialis institutio semper in summo pretio habita apud eos qui ipsi apud reliquos in honore fuerunt. Nam de adagiis Chrysippus, Cleanthes, Clearchus, Aristides, & Aristoteles olim multis voluminibus disseruerunt: symbolis & locutionibus figuratis vniuersa antiquitus morum disciplina comprehendebatur: in Europa Pythagoręorum, in Asia & Africa Ægyptiorum, Chaldæorum, Brachmanum, & Gymnosophistarum. Vestigia in Ori Apollinis Hieroglyphicis Stobæi collectaneis, Trismegisti libris, & Zoroastris magicis oraculis supersunt. Sed mitto profanos. Quid diuinis scriptoribus παροιμιωδέστερον; ludit, sed seriò, tot aureis adagiis Iobus cum amicis *cap.* 17. Vtitur Balaam prophetans, *num.* 23. & Moyses passim in Pentateucho; Dauid etiam, Salomon, Isaias, Ezechiel, & cæteri prophetæ longè ornatiùs quàm vlli Græci, Latinive; & grauiter atque frequenter Apostoli, & frequentiùs atque grauiùs, ipse Dominus & Magister Prophetarum atq; Apostolorum CHRISTVS IESVS, vt hoc opere toto sum ex professo demonstratu-

2. à voluptate.

3. ab authoritate & antiquitate.

Profana

Et sacra

rus.

rus. Denique periti rerum huiusmodi, semper efficacissimam vim adagiis ad persuadendum inesse censuerunt. Trium testimonio stet hoc verbum. Fabius *lib. 5. instit.* sic scribit; *Ne hæc quidem vulgò dicta, & recepta persuasione populari, sine vsu fuerint testimonia. Sunt enim quodammodo vel potentiora etiam: quòd non causis accommodata, sed liberis odio & gratia mentibus ideo tantùm dicta factáque, quia aut honestissima aut verissima videbantur. Hoc ipso quòd incertum authorem habent, velut omnium fiunt. Neque durassent hæc in æternum, nisi vera omnibus viderentur.* Plutarchus, in libro, quo pacto sint audiendi poetæ, veterum parœmias docet sacrorum mysteriis persimiles esse; in quibus maximæ & diuinæ res minutis signis, ac ritibus in speciem penè ridiculis, significabãtur: sic adagiis curtis & succinctis ea vulgò & compendiosè indicari, quæ à philosophiæ principibus, multorum voluminum scriptione sunt declarata. Aristoteles denique apud Synesium, existimat nihil aliud esse parœmiam, quàm *reliquias illius veteris philosophiæ, maximis humanarum rerum cladibus exstinctæ: eásque seruatas esse, partim ob compendium breuitatémque, partim ob festiuitatem & leporem: ideóque nec segniter, nec oscitanter, sed pressiùs atque penitiùs inspiciendas: subesse enim velut igniculos quosdam vetustæ sapientiæ; quæ in perquirenda veritate multò fuerit perspicacior, quàm posteriores philosophi fuerunt.* Hactenus illi, ab adagiorum collectore citati.

4. ab efficacia persuadēdi Fabius. Plutarchus. Aristoteles.

Sacras parœmias ex Catholicis Polydorus & quidam alij colligere cœperunt: sed planè, ne quid dicam asperiùs, ieiunè & indiligenter eas tantùm delibarunt. Videre licet in farragine Adagiorũ, quæ Parisiis prodiit ex Sonnii typographîo: postea quoque illa ipsa Manutius profanis miscuit. Ex Nouatoribus, Caluinianus vnus (quem viderim) sacra selegit; parca ma-

Collectores sacrorum adagiorum.

nu & ſterili ſegete: nec vbique inoffenſo pede hoc ſtadium decurrit. Pręiuit mihi hanc viam, & exemplo ſuo excitauit, quædam etiam ex Rabbinis & humanioris litteraturæ ſcriptoribus eidem accepta fero.

Scopus authoris hoc opere.

Animus mihi, non thylaco ſerere, ſed larga tamen manu præbere, cuncta quæ mihi viſa parœmialem ſaliuam ſapere: hoc eſt, ADAGIALIA DIVINORVM LIBRORVM, ſiue prioribus ſiue poſterioribus ſæculis, ex parabolis, ænis, gnomis, quæ factæ, aut valdè aptæ fieri viſæ fuerunt: quatenus ſunt, vt canit Nonnus, D. Ioannis Metaphraſtes, *cap.* 16. ὄργια λόξα μύθων, *obliqua verborũ myſteria, ἑτέρης ἐπιδεύεα φωνῆς, indiga aliis verbis explicari.* In quorum explicatione, ſtudioſis litterarum, iuris peritis, philoſophis, Theologis ſiue concionaturis, ſiue profeſſuris, conabor ex æquo prodeſſe. Qui me nimis breuem iudicabunt, ea quę deeſſe putabunt, ſuppleant de ſuo: qui contrà prolixum cauſabuntur, tranſilire liberũm & præterire. Malui in hanc partem peccare, quàm vtilium, quod in promptu foret, multum ſubtrahere. Vale Lector candide & Catholice.

Nonnus.

BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE LYON 1894

ADAGIA

ADAGIALIA SACRA VETERIS TESTAMENTI.

Qui hactenus adagia ediderunt, nullum ordinem seruarunt: visum commodius, Sacræ Scripturæ filum in hoc labyrintho sequi, & per singulos libros procedentem, in his floriferis saltibus apiculæ more singula delibantem, mellilegium facere, & suis cellulis fauum distinctum Lectori apponere.

BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE LYON 1891

ADAG I. EX CAP. II. GENESIS VERSIC. I.

Cæli & terræ ornatus, siue *militia.*

Canō generalis ad inuestiganda prouerbia.

PRÆMITTO regulam toto hoc opere necessariā, adagia potissimū esse petēda ex linguâ primigeniâ seu originali, qua conscripti libri, ex quibus adagia colliguntur: prudentis verò interpretis esse, qui velit ea rectè in alium sermonem transferre, auribus & consuetudini gentis cui transfert, versionē suam accommodare. Quod à LXX. interpretibus & vulgato nostro fuit accuratè obseruatū. Nàm vbi aduerterunt commodè Hebraismum, in Latinum Græcúmve sermonē migrare, eum retinere soliti; vbi verò durior aut obscurior fore videbatur, sententiam dumtaxat reddere consueuerūt, rem acu perpetuò atringētes. Exempla passim hoc opus præbebit plurima.

LXX. & vulgati sapientia in vertendis Hebraismis.

Isto loco, quia quod in Hebræo est, השמים והארץ וכל-צבאם HASAMIM VEAARES VECAL SEBAAM, *cæli & terræ & omnis exercitus eorū*; id Latio durius & caliginosius poterat accidere: quia fortè aliquis suspicaretur, exercitum terræ ad homines, exercitum cæli ad Angelos restringendum; idcirco sapienter *ornatum* noster, κόσμον LXX. verterunt: nempe vt intelligamus nullam ab imperatore peritissimo aciē meliùs vnquam ordinatam, quàm sunt à Deo in cælo & in terrâ creaturarum ordines dispositi; nihil etiā illis cultius, pulchrius, aut perfectius, nihil promptius atque obe-

Defensa versio.

Cur creaturæ vocentur ornatus.

Solem & Lunam, & omnem militiam cæli. Sophon. 1. 5. *Qui adorant super tecta militiam cæli.* Isai. 45. 12. *Manus meæ tetenderunt cælos, & omni militiæ eorum mandani.* 2. Esd. 9. 6. *Tu fecisti cælum, & cælum cælorum, & omnem exercitum eorum.* Ps. 33. Sic etiam stellæ & sydera vocantur *fortitudines & virtutes cælorum* à LXX. & nostro interprete, quasi dicas fortes siue robora cælorum, quia robur regni censentur copiæ militares. *Psal.* 23. 10. *Dominus virtutum ipse est rex gloriæ.* Psal. 32. 6. *Verbo Domini cæli firmati sunt, & verbo oris eius omnis virtus eorum.* Psal. 46. 10. *Dominus virtutum nobiscum.* Psal. 67. 13. *Rex virtutum dilecti, dilecti,* Psal. 102. 21. *Benedicite Domino omnes virtutes eius: ministri eius, qui facitis voluntatem eius.* & Luc. 21. 26. *Virtutes cælorum mouebuntur.* Huius militiæ siue exercitus imperator Deus, nuncupatur *Princeps fortitudinis*, *Daniel.* 8. 11. Vbi de arrogantiâ Antiochi, *& vsque ad principem fortitudinis* (ait) *magnificatum est.*

Fortitudo seu virtutes cæli.

Princeps fortitudinis.

Quæ cuncta censeo de creaturis adagiali more dici: & quidem cum Caietano, *exercitū cæli & terra* vocari concinnum ornatum, & aptissimam dispositionem creaturarum omnium, quæ cæli ac terræ ambitu continentur. de vtraque militia, sydereâ & Angelicâ, legi potest nostri Pinedæ accuratus commentarius in *Iob.* 7. *v.* 1. *&* 2. certè in Menippæis alicubi Varro *choreas astricas* appellauit, *& Tibullus* de nocte cecinit;

Exercitus cæli & terræ. Caietanus.

Varro. Tibullus.

Matrisque sequuntur
Currum lasciuo sydera fulua choro.

A cælorum ornatu metaphora trāsfertur ad mundum muliebrem, & virtutes animæ, cùm in Cantico, sponsa propter has comparatur aciei ordinatæ, & choris castrorū. *cap.* 6. 9. *Terribilis vt castrorum acies ordinata.* &c. 7. 1. *Quid videbis in Sulamite, nisi choros castrorum?*

EX EODEM CAP. II. VER. XVII. ADAII

Morte vel *Moriendo mori.*

DICVNT, non quòd aliter quis moriatur; sed vt minùs dicēdo, per litoten plus significent. Nam geminatio ista certitudinem notat legis, qua cunctis statutum hominibus semel mori (*ad Rom.* 9. 12.) Igitur necessitas & certitudo denotantur, cùm dicitur *Morte morieris*, vel *moriendo morieris*; MOTH THAMOTH מות תמות. Sic enim Deus minatur Adamo, Gen. 2. 17. *In quocumque enim die comederis ex eo, morte morieris. & cap* 3, 4. Serpens contradicens Deo, *Nequaquā morte moriemini.* Et Rex Geraræ legem fert, *Quicumque tetigerit hominis huius vxorē, morte morietur. Gen.* 26. 11. Moses etiam sanciens leges capitales vtitur hac phrasi. *Omnis qui tetigerit montem, morte morietur.* Exod. 19. 12. *Si quis dederit de semine suo idolo Moloch, morte moriatur. Leuit.* 20. 2. & passim in libris legis. Statuerat Saul filium occidere, idcirco dicit; *Hæc faciat mihi Deus & hæc addat, quia morte morieris Ionatha.* 1. *Reg.* 14, 44. Sed populus eum morti decretæ vi eripuit. Ideo noster 3. *Reg.* 2. 37. vertit, *scito te interficiendum.* His & similibus locis permotus Philo *lib.* 1. *allegoriarum* regulam tradidit, quoties in sacra Scriptura sic geminatur mortis mentio, (*morte mori*) non significari naturalem mortem, sed violentam & iudiciariam. Sed quid respondeat huic loco nostro *cap.* 2. *vers.* 17. Si quidem Adamus & Eua (sicut & posteri plerique) na-

Morte vel moriendo mori, certitudinē & necessitatem significat

Philonis locus.

turaliter mortui sunt; & omnes morti destinantur iudiciaria hac Dei sententia, *Morte morieris.* Vt plurimùm vera illa regula, hîc fallit. Certior est, quã tradidimus: cùm enim simpliciter sine hac geminatione fit lethi mentio, tunc intelligendus legislator sibi mortis differendæ, vel remittendæ reseruasse arbitrium, vt *Leuit.* 22. 9. *Custodiant præcepta mea, vt nõ subiaceãt peccato, & moriantur in sanctuario.* Num. 4. 15. *Non tangent vasa sanctuarij, ne moriantur,* Et vers. 19. *Vt viuant, & non moriantur, si tetigerint Sancta Sanctorum.* Geminatio addit pœnam indubitatò, & etiam aliquando citò infligendam. Vtrumque *ver. nostro.* 17. docemur. Nam primi parentes peccando, quoad animã statim mortui fuerunt; quoad corpus mortem accelerarunt: qui potuissent diutissimè vitam prorogare, & diuinâ gratiâ (secundùm nonnullos) si non peccassent, potuissent non mori; propter peccatum necessitati moriendi subiugati, ipsaque (vt canit Lyricus)

Tarda necessitas lethi
Corripuit gradum.

Mori, sine geminatione, indicat remitti posse, vel differri.

Fuit ista mens Felicis Papæ in V. Synodo Constantinopolitana, in prin. Epist. ad Petrum Antiochen. qua de re hoc loco Caietanus subtiliter disseruit.

Denique notanda nostri interpretis vulgati, non vulgaris sapientia; qui quando geminationibus istis aliquid mysterij subest, solet ipsas retinere, vt prædictis locis, *moriendo morieris*: quando verò nouit illas in Hebræo solummodo more gentis vsurpatas exaggerationis vel ornatus causa, solet eas sæpe numerò prætermittere, vt *cap.* 2. *Genes. v.* 16. vertit, *comede*, cùm sit Hebraicè, *Comedendo comedes.* Nota figura Græcis poëtis: sic enim Theophilus apud Athenæum ex Aristophane, πέλλει καλὸν, μεγάθει μεγάλην, τέχνῃ σοφὴν, *forma formosam, magnitudine magnam, & arte artificem*, de muliere admodum pulchrâ, procerâ, & industria.

Interpretis vulgati sapientia in vertendis geminationibus

Geminationes ex idiotismo

Aristophanes.

IBIDEM VER. XXIII.

Os ex ossibus meis, & caro ex carne meâ.

Adag. III.

DVobus modis hæc verba reperio vsurpata. Nam cùm Deus Adamo, quam ex illo sumpserat, virginem stitisset, simúlque reuelasset vnde esset formata, tum primus generis humani parẽs exclamauit, ZOTH ESEM MEASAMAI VBASAR MIBBESARI, מבשרי זות עצם מעצמי ובשר *hoc nunc* (vice ista) *os ex ossibus meis, & caro de carne meâ*: quo etiã pacto LXX. & Chaldæus interpretantur: quod nõ arbitror eo loco vim adhuc adagij obtinuisse. Fuit enim à protoplasto vsupatum propriè & verè de illâ, quæ fuerat plasmata ex osse & carne ipsius: nec potest eodem sensu literali, ex eâdem causâ à cæteris maritis, de suis vxoribus, vsurpari, vt putauit Caietanus, more suo nimis hîc subtilis, & receptam loci dispunctionem peruertens.

Adagium est, 1. de coniugibus.

Sed potest vsurpari adagialiter, sumpta occasione ex his Adami verbis, ad probandum arctissimum matrimonij vinculum, quo duo coniuges vna caro reputantur, adspectu maximè ad *vers.* 24. Vbi dicitur, *Quamobrem relinquet homo patrem, & matrẽ, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vnâ.* Secundò, locum habet, ad indicandam sanguinis coniunctionem, vt cùm Iacobo dixit Laban, *Gen.* 29. 14. *Os meum es & caro mea.* Erat enim

1. de consanguineis.

enim Iacob Filius Rebeccæ ſororis Laban. & Iudas alibi de fratre ſuo conſanguineo, *Frater enim, & caro noſtra eſt. Gen.* 37.27. Tertiò, latiùs porrigitur ad ciues eiuſdē oppidi. Sic ait Abimelech Sichimitis, *Simul conſiderate quòd os veſtrũ & caro veſtra ſum*, hoc eſt ciuis veſter. *Iudi.* 9.2. Quartò, ad omnes eiuſdem nationis, ſeu gentis videtur pertinere, in Dauidis inauguratione: cùm enim præter tribum Iudâ, quæ præoccuparat, cæteræ ad eum accederent, in eius verba iuraturæ dixerunt, *Os tuum & caro tua ſumus*: 2. *Reg.* 5.1. Cùm tamen ille de tribu Iudâ eſſet. Arbitror tamen hanc quartam & tertiam extenſionem, ad aliam pertinere, nempe qua liberi parentum *os & caro* dicuntur. Nam Abimelech Principes Sichimorum, tribus regem ſuum alloquebantur: reſpublica verò ciuium ſuorum matet; rex ſubditorum & patriæ pater, rempublicam primores eius repræſentant. ita ciuilis ac ſpiritualis iſta conſanguinitas eſt, & metaphoricus adagij ſenſus *d. v.* 1. & *d. v.* 2. Eodem modo Latini vſurpant de liberis & coniugibus *ſanguinem*, & *viſcera*. Amphitryo in Hercule Furente, Megaram nurum vocat, ſociam ſui ſanguinis: & ipſa Megara Herculi liberos occidenti, clamat,

Quò tendis amens? ſanguinem fundis tuum.

Et apud Ouidium Canace de prole expoſitâ queritur,

Viſcera mõtanis ferret edēda lupis.

Quæ cuncta communem ſubſtantiam originis ſignificant, & ex illo Adami dicto deriuata.

3. de ciuibus.

4. de gente.

3. de liberis.

Sanguis de vxore & liberis.

Viſcera de liberis.

Seneca.

Ouidius.

EX CAP. III. VER. V.

ADAG. IV.

Scire bonum & malum.

RARÒ mortales niſi præmij ſiue boni alicuius ſpe illecti peccãt: ideo diabolus primis parẽtibus ad peccandũ præmium fallax propoſuit; *Eritis ſicut Dij, ſcientes bonum, & malum*; vbi latet prouerbiũ non omittendum. Quamuis enim nonnulli Patrum, cum D. Auguſtino, & inter eos Fauſtus Rhegienſis *lib.* 1. *de libero arbitrio cap.* 1. cenſuerint, de diuinitatis ſimilitudine illic agi, tamen ſi de ſimilitudine quoad ſubſtantiam intelligatur, id meritò multis diſplicuit. Nã Moyſes ipſemet non obſcurè oſtendit, ſimilitudinem hanc Dei poſitam in ſcientiâ boni & mali, ſiue (vt clarè Chaldæus) in ſcientiâ inter bonum & malum, ſubauditur enim vox diſcernendi. Pollicebatur enim peritiam bonum à malo ſecernendi. Sed quid hoc tantum? opinor ſic ſignificaſſe rerum cunctarum certiſſimam & exactiſſimam quandam cognitionem. patet ex vſu loquendi. Quando volebant innuere aliquem infantili ſimplicitate, rerum omnium rudem & ignarum, dicebant *neſcire diſcrimina boni malique*. Deutero. 1.39. *Filij, qui hodie boni & mali ignorant diſtantiam.* Hoc eſt, prorſus ſunt imperiti rerũ. Et *Iſai.* 7.16. *Antequàm ſciat puer reprobare malum, & eligere bonum*, priuſquàm perueniat ad rationis vſum. Contrà volens ſignificare perfectæ cognitionis & ratiocinationis hominem, vt ſolent eſſe qui pollent experientia, fore Emanuelem, ait de eodem Iſaias *verſ.* 15. *Butyrum & mel comedet, vt ſciat reprobare malũ, & eligere bonum* Confirmantur iſta iis, quæ Abulenſis, Hebræos ſecutus, de hoc Iſaiæ loco, peculiari tractatu conſcripſit, vbi parabolicum ſermonem aſſerit, & eo ſummam cognitionem indicari. Græcis etiã id vſurpatum. Nam in Homeri

D Auguſtinus. Fauſtus Rhegien.

Scientia boni & mali, pro omniſcia cognitione.

Homerus.

Odyſſ. Telemachus ait, ſe pectore cuncta noſſe, tam bona quàm deteriora,

ἤδη γὰρ καὶ οἶδα ἕκαστα
ἐσθλά τε καὶ τὰ χέρεια.

Igitur his verbis dæmon pollicetur quandam diuinę omniſcientiæ ſimilitudinem. Nam quicquid eſt, bonum vel malum eſt. Ideo bonum & malum ſcire eſt omnia ſcire. Noſſe quid malum, quid bonum, commodum, noxium, honeſtum, inhoneſtum ſit, non poteſt; niſi qui rerum & actionum naturas & circumſtantias priùs nouerit.

ANA.V.

EX EODEM CAP. VER. VII.

Conſuere folia ficus, & facere ſibi perizomata.

GENTILES à ficûs ligno, fragili, & inualido, & ad omnia fermè inutili, multas paræmias deduxerunt. Theocrito & Ariſtophani dicuntur homines molles, & nullius frugi, ἀνδρες σύκινοι, *viri ficulni*. Horatio, *Truncus ficulnus, inutile lignum*. Luciano quidam dicitur habere mentem claudam, & ficulnam, χώλην μὲν ἔχων καὶ σύκινον γνώμην. apud Heſychium σύκινα μάχαιρα *ficulnus gladius*, de calumnia quæ leui negotio refellatur: & ficulna opitulatio, de inani & non profuturo auxilio. Ariſtophanes: σύκινα ἐπικουρεῖν. Scio tamen in Hiſpaniâ ſcuta laudatiſſima ficulnea cenſeri, quia fungoſum lignum nõ facilè diſcinditur, & ſi punctim peras, gladium retinet ne reducatur. Poſſumus ex hoc loco ſacrum ex foliis ficûs adagium, quod præfixi, elicere; de inutili, & non duraturo culpæ velamine. Hæreticus ſcriptor, qui putat protoplaſtos hæc ſubligacula ſibi conſuiſſe, vt Deum laterent, dum illis ficulnam mẽtem tribuit, ſuam fuiſſe, qualem pinxit Lucianus, oſtendit. Vt inuicem nuditatem vir & vxor contegerent, foliis vſi ad ſubitum velamentum non inidoneis: maximè, ſi ficus illa, quales Indicæ ficus, folia ferentes clypeum vel peltam Amazonicam æquantia, ſi credimus Theophraſto lib. 4. de plantis, & Straboni *lib.* 15. *Geograph.* à quibus id Plinius & Solinus mutuati. certè cæterarum arborum nulla latius vel vmbroſius folium habet. ἐκ τῶν θείων, hoc eſt *foliis ficulnis*, veteres laruas conficiebant; maximè milites in triumpho; quẽ inde θείαμβον dictum refert Ioan. Zonaras *tom.* 2. in rebus Diocletiani. Sed velamẽ hoc fragile, & breuis tẽporis erat, ſtatim ruptum, prodebat quæ tegere debuit fideliùs. Ideo Deus aliud velamen melius & diuturnius ſuggeſſit, tunicas pelliceas. *Conſuunt* ergo *folia ficûs, & faciunt ſibi perizomata*, qui palliatis verbis peccata ſua velare nituntur, qui irritas confeſſiones obtendunt. quibus ſufficit, ſi homines occulta eorum ignorent. Demum (vt retorqueam in Lutherum tela, quæ ſparſit ex hoc loco in Catholicos) quotquot ſtolidam, ſolã, imaginariam, & emortuam illam ſuam fidem ſpecialem, tot, tantis, imò cunctis peccatis atque ſceleribus velamentum & tutamen à ſuperuenturâ impiis ſuperni iudicij irâ, prætendunt. Eant ergo Lutherus, Fagius, Oecolampadius, & alij de hoc grege porci, ſiliquis & filice, quàm ficubus digniores, qui hoc adagium ingerunt nobis, quaſi corruptæ (ſic loquuntur) naturæ deformitatem bonorum operum foliis conemur operire. cenſent enim opera nulla humana verè bona eſſe, & impudenter mentiũtur, nos operum

Ficulni viri Theocritus Ariſtophanes Horatius. Mens ficulna. Lucianus. Gladius ficulnus. Heſychius. Ficulnum auxilium.

Ariſtophanes

Scuta ficulnea probata

Ficûs Indicę folia. Theophraſtus. Strabo.

Laruæ in triumpho ex foliis ficus. Zonaras.

Cõtra Lutheranos.

De merito operũ bonorũ.

operum merita CHRISTI merito opponere. in hoc enim illa fundamus, & quasi in ὑβριμιμα pretiosissimum cuncta intingimus. Pugnant etiam cum sacrâ Scripturâ. Nónne Daniel superbo regi suasit: bonis operibus (eleemosynis) peccata sua redimere? *cap.* 4. 24. Nónne charitas operit multitudinem peccatorum? 1. *Pet.* 4. 8. &c, ne putes de habitu, vel affectu interiore tantùm loqui, subdit adhortationẽ ad opus charitatis, nempe hospitalitatem, *v.* 9. Nónne supremus ille Iudex operũ disquisitionem, & malorum pœnã, bonorum mercedem repromittit; quando probos in cælum transcribet, malos in ignem æternum præcipitabit? *Matt.* 25. *v.* 35. & 41. cum *seqq.* sed Bacchæ illæ siculneo Baccho litarant.

ADA. VI. IBIDEM VER. XV.

Conterere caput.

SERPENTI deceptori Deus maledicens ait; *Inimicitias ponam inter te & mulierem, & semen tuum & semen illius: ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius.* duplex hîc est prouerbialis locutio. prior, *conterere caput*; posterior, *insidiari calcaneo.* priore significatur velox & plena victoria, quando malorum primi conatus statim opprimuntur, ita vt nequeant rebellare. Sic Tibullus;

Et caput impositis pressit amor pedibus.

De vsu adagij hæc dixisse sufficeret, nisi proteruia Nouatorum me cogeret nonnihil exspatiari, vt faciendum aliquando hoc opere, licèt infrequenter, & monito Lectore, vt, si legere non libebit, negligat.

DIGRESSIO. I. *quâ versio nostra vulgata, & vera lectio, & propheticus de* DEIPARA *sensus astruuntur.*

NAM hęc omnia stercanes muli calcibus, auriti asini mordicibus, salaces hirci cornibus impetũt: Verùm Patres Orthodoxi scuticâ veritatis omnes abigunt. Ratum his, quorum fides rata, per *mulierẽ*, MARIAM; per *semen* eius, IESVM; per *serpentem*, diabolum intelligi. Sic B. Epiphanius *tracta.* contra Antidicomarianitas D. Cyprianus *libr.* 2. testimon. aduersus Iudæos *cap.* 9. 5. Augustinus *lib.* 11. de Genes. ad lit. *cap.* 6. sic Theodoretus, Hugo Victorinus, & Beda hoc loco; sic Tuitiensis Rupertus hîc *lib.* 3. *cap.* 19. & *lib.* 2. de victoria verbi Dei *cap.* 16. Nihilominùs ad solum MARIÆ nomen serpentigenarum liuida colla tumescunt, spiræ conuoluuntur, & explicantur, venena sorbentur, & euomuntur. impiè blasphemant Luther, Heshusius, Maior, & Heerbrandus, quos repressit noster Canisius *lib.* 5. Marialis *cap.* 9. *Mihi nunc dimicatio cum tergemino hæresis monstro, Caluino, Furstero, Selneccero; quos ille præterut. Audite Rabsacismos istorum Assyriorum, Dei populo insultantium. Caluinus, Lemani hydra; locus hic (ait) nimis luculento documento est, quanta fuerit in papatu doctorũ omnium insciția, & socordia, & incuria. Obrepsit fœminimum genus loco masculini vel neutri. Qui Hebraicos vel Græcos codices consuleret, nemo inter eos fuit, vel qui saltẽ Latina exemplaria conferret. Communi igitur errore vitiosissima lectio recepta fuit. Deinde inuenta est sacrilega expositio, dum sanctæ CHRISTI matri adaptarunt, quod de semine dictũ erat.*] Sic excetra ista, nimiùm masculino addicta generi, & ideo stigmate Nouiodu-

Epiphanius. Cyprian. Augustinus. Theodorus Beda. Hugo de S. Vict. Rupertus. Canisius. Hæreticorũ impudens blasphemia refellitur. Caluini.

Selneccerī. nensi inusta. Noluit illi in hoc virulentiæ certamine cedere Selneccerus: stentoreâ voce clamat; *Hæc ad* MARIAM *rudes monachi detorserũt manifestus autẽ & fœdus errõr est indoctorũ monacharum. Nec dubiũ est Hieronymum retinuisse masculinũ vel neutrum: postea verò à scribâ negligẽti, vel à rudibus, vel etiam monachis & sacrificis idololatricis textũ depravatum esse.* Hactenus iste fronte hæreticâ, hoc est nullâ; fide Lutheranicâ, hoc est ludicrâ, supercilio Luciferino: sed vincitur à Furstero; qui non è cucullo, nam abiecerat, sed ex hypocausto, in lexici Hebręi præfatione, fel effundit, scribens; *Nihil potuisse veris gloriæ* CHRISTI, *& merito passionis eius magis contumeliosum, nihil idololatricum magis & blasphemum.*] Supponunt consibilantes aspides, concoaxantes rubetæ, per hanc lectionem *& ipsa conteret*, adimi CHRISTO Domino, quod eius erat; Deiparæ verò tribui, quod eius non erat. supponunt mendacissimum mendacium, quod probare debuerunt; sed, quia non poterãt, ne tentarunt quidem. Non sequitur; IESVS contriuit, ergo MARIA non cõtriuit: nec illud sequitur, MARIA contriuisse affirmatur: ergò CHRISTVS contriuisse negatur. Etenim solus IESVS propriâ virtute & seipso: MARIA in IESV, & per IESVM, virtute atque gratiâ IESV cõtriuit. Quàm leui manu subuertitur fundamentum, cui velut mendaci arenæ superstruunt de blasphemiâ & idololatriâ? Ipsi, quia hæretici, blasphemi sunt; ipsi, quia hæretici, sunt idololatræ. blasphemi in IESVM, in MARIAM, in omnes cælites: idololatræ somniorum mentis suæ. Altera fuit accusatio; à monachis hanc lectionem inuectam. Magnum crimen. sequi monachos in sacra sapientiâ duces. Doctissimi certè Patrum monachi fuerunt, & ex decẽ Doctoribus Ecclesiæ saltem octo; ex octo, saltem sex. Falsum tamen est quod asserunt monachos authores huius lectionis; falsum id esse pertendam donec probent, primum nostræ versionis authorem, monachum fuisse. Quid conantur monachi nomine lectionem reddere inuidiosam? constat, aliquos qui hanc secuti, & versione LXX. vtebantur, non fuisse monachos: constat, Caietanum monachum hanc lectionẽ, sed immeritò, improbasse. suis, suis cantilenam de indoctis monachis canãt, nos ad aures illam non admittimus, & in Vindiciis Areopagiticis Hypobolimæo illi de hac re satisfecimus.

Fursteri.

Falsa supponunt, & perperam argumentantur.

Defensa lectio nostra.

A conuiciis.

Tertia fuit accusatio supinæ insciticæ, socordiæ, & incuriæ, non vnius vel alterius, sed omnium in papatu doctorum; vt illi, pro suâ modestiâ, loquuntur; hoc est totius Ecclesiæ Catholicæ, quæ in solo papatu semper viguit, vigebítque. Bona, eia, verba. Nullúsne in Ecclesiâ iam ab Hieronymi vsque temporibus fuit, qui nõ socordissimus, insciticissimus, incuriosissimus fuerit? talésne Hieronymus, Ambrosius, Augustinus, Gregorius, & alij mox citãdi? quamuis vno errassent loco, vnâ lapsi literulâ, quod humanum: ideóne foret æquum, foret modestũ eos socordiæ, insciticæ, incuriæ vniuersim accusare? quid, quòd nec errasse conuincunt? quid, quòd eos rectè legisse, & vertisse sum ostensurus, eo ipso quòd aduersarij nihil attulerint; quo suadeant efficaciter, illos errasse?

Sunt enim blitea & planè straminea quibus nos impugnant, argumenta. singula discutiam. Primò sic argumentatur. Hebraicè legitur HV IESVPHECAROS הוּא יְשׁוּפְךָ רֹאשׁ: quo loco verbum &

A leuitate obiectionum, quæ soluuntur.

pro

nomen ambo sunt masculini generis, vel saltem neutri; quare non ad mulierem, sed ad semen eius referenda. Respondeo incertam esse lectionem Hebræam. Nam Eugubinus & alij quidam viri docti dubitant, vtrùm olim היה Hi, an sicut hodie legitur הוה Hv, scriptũ fuerit. nam י & ו facilè commutantur. Verùm vt concedam olim quoque הוה scriptum per vau; etiam tum, quando sine punctis scribebãt, tam Hi, quàm Hv legi potuit. idcirco fortassis in Regiis Bibliis punctum scienter omissum, & in codicibus nonnullis lectionis varietas notulis significata. Cardinalis etiam Rob. Bellarminus affirmat, vnum se codicem vidisse, in quo punctum Hirik ipsi vau subnotatum הוה *lib. 1. de verbo Dei cap. 12.* Quinetiam (vt liberaliùs adhuc cum aduersariis decidam) licèt legatur Hv, poterit accipi pro Hi, sicut positum superiùs *ver. 12. & Exo. 3. v. 8.* tunc enim licèt scribatur more masculino, legendum tamen erit vt fœminino, quod peritè notatũ à Fran. Lucâ Brugensi *Notat. 1. in Biblia.* Quocirca meritò, viri huius ætatis, Hebrææ linguæ cognitione exactâ clari, contenderunt posse hoc loco, *ipsa* verti: Picus Mirandulanus in *epistol.* Anton. Hœnchala hoc loco in Comment. *Genes.* & Pagninus in Thesauro voce הוא agens de loco simili, 3. *Reg. 17. v. 15.* Leo Castrius autem *lib. 3. apolog. fol. 358.* cẽset ita verti debuisse. Non obstat nobis verbum masculinum quod sequitur, frequens enim est Hebræis huiusmodi constructio, quę Græcis & Latinis foret enallage generum. reperies exempla syntaxeos *Esther. 1. 20.* & *Eccles. 12. 4.* Igitur ex Hebræo contextu non continuimus insciliæ, quia non insciliè interpretamur, minùs erroris fœdi & manifesti, quia rectum & verum ostendimus, quod asserit Catholica Ecclesia: nec incuriæ vel socordiæ, quia diligenter & curiosè Hebræa discussimus: potiùs aduersarij istorum omnium, & præterea maledicentiæ, calumniæ, impudentiaque reuincuntur.

I. obiectio. de contextu Hebræo. Eugubinus.

Hv pro Hi.

Bellarminus.

Fran Lucas.

Picus Mirandulanus Anton. Hœchala Sanctes Pagnin. Leo Castrius.

Enallage generis Hebræis frequens.

Hebraismo depulsi ad Hellenismum cõfugiunt. Volunt LXX. interpretes transtulisse αὐτὸς, *ipse*. Fateor ista quosdam libros exhibere: sed alij habent αὐτὴ, *ipsa*; vt videtur in Iosepho legisse Ruffinus. Nam vertit *lib. 1. antiquitat. cap. 3. Præcepit, vt mulier eius capiti plagas inferret*: quo loco hodie in editione Basileensi, quã solam vidi, mulieris vocabulum non habetur, & ideo Gelenius prætermisit. Suspecta mihi lectio ista Iosephi, quoniam editio est ab hostibus. certè apud LXX. legerunt fœmininum genus, S. Chrysostomus, *hom. 17. in Genes.* & *hom. 46. in Matth.* S. Ambrosius *lib. de fugâ seculi cap. 7.* S. Augustin. *lib. 2. de Genesi contra Manichæ. cap. 18.* & *lib. 11. de Genesi ad lit. cap. 36.* & Sacri poëtæ, quorum versus adscribam, Alchimus Auitus *lib. 2.* in Genes.

II. argum. ex versione Græcâ αὐτὸς an αὐτὴ legatur

Iosephi locus.

Chrysostomus.

Ambros.

Augustin.

Alchim.

Nam quis
Ambos vnâ operâ vicisti subdole serpens,
Olim erit, vt sexum muliebrem pronus adores:
Cuius tu pauidus quanquam insidiabere calci,
Conteret vna caput tandem tibi fœmina victrix,
Nascendumq́, etiam tali de stipite germen.

Doctè, vt cernis, vtramque versionem & lectionem complexus. disertè quoque Marius Victor *lib. 1.* in Genesim; serpentem adfatur,

Marius Victor

pedibus repes & pectore prono,
Treq́ tuo mulier perimet cum semine: cuius

Callidus extremis tantùm insidiabere plantis,
Vt trepidans etiam capiti vestigia figas.

Emendatur. corrigerem si libri faueant,

At trepidantis etiam capitis vestigia figet.

Non tamen desunt, qui αὐτὸν legerint neutro genere; nec alij qui masculino αὐτὸς, vt S. Irenæus *lib. 4. cap. 78.* S. Cyprianus *d. lib. 2.* contra Iudæos *cap. 9.* S. Hieronymus in traditionib. Heb. *ad Genes.* S. Chrysologus *homil. 173.* Qui αὐτὴ legerunt, ad proximum de muliere retulerunt: qui αὐτὸν ad τὸ σπέρμα *semen*, quod ipsum quoque præcessit: qui αὐτὸς non ad σπόρος, vt voluit Vatablus, quia hoc in textu nō habetur, neque debemus extrinsecus sumere, quod è textu possumus; neque ad σπέρμα, quod est neutrius generis; sed ad nomen respexerunt, quod erat in Hebræo masculini generis, nempe זֶרַע SARA, *Semen.* Solent enim sacri interpretes in diuinis libris genus illud retinere, quod in fonte seu originario idiomate repererunt, vt alibi docebo. Verùm ne huc quidem confugiam. contendo, quocumque legas modo, vtramque versionem conciliari posse, si mulierem in suo filio seu semine contrituram caput serpentis intelligamus. Arbitror enim omnes tres lectiones, iuxta Hebræam sine punctis vocalibus scriptionem, quæ ambigua est, recipi posse. Non quòd LXX. plus vno legerint, aut scripserint modo; sed quia cùm omnes verum, & eodem ferentem sensum contineāt, omnes etiam Spiritui sancto placuisse videantur. Eua contriuit, quando pœnitentiam egit: validiùs MARIA contriuit, quia nunquam à serpente admorsa, semper eius victrix fuit: validissimè IESVS contriuit toto mortalis vitæ tempore, sedpotissimùm quando vi propriâ hostem in cruce detriumphauit: in IESV verò EVA & MARIA contriuerunt, tum quia CHRISTVS earum semen fuit, tum quia robur omne à CHRISTO acceperunt: nos quoque per CHRISTVM IESVM conteremus, si Euæ pœnitentiam imitantes, MARIÆ & IESV vestigiis insistamus.

Irenæus. Cyprianus. Hieronymus. Chrysologus. De lectione LXX. Vatablus. Regula, in versione retineri quādoque genus quod erat in lingua originali.

Tertium refugium est D. Hieronymi authoritas, quem volunt aduersarij masculi genere transtulisse, *Ipse*. Respondeo, D. Hieronymo placuit, *Ipse*: numquam tamen scripsit, se hoc in vulgatam versionem introduxisse; quam constat, *Ipsa*, semper habuisse. Primò quia legitur, *Ipsa*, in Romanâ editione iussu Pontificio excusâ, quod optima quæque exemplaria confirmant. 2. quia sic ante D. Hieronymum legebatur, nec ipse fuit ausus id corrigere. 3. quia post D. Hieronymum adhuc Ecclesia Catholica semper retinuit. Sic enim legerunt S. Gregorius *lib. 1. Moral. cap. 18.* Eucherius, Beda, Rabanus, Rupertus hîc, S. Bernardus super Missus, *serm. 2.* Fulbertus Carnotensis, Hugo, & Richardus de S. Victore; quos monachos fuisse vt fateor, ita etiam affirmo, eum qui inter ipsos, minùs doctus & diligens, (si fas id dicere) multis partibus Caluino, Furstero, Selneccero doctiorem, diligentiorem, & perspicaciorem fuisse.

III. argu. ex vulgata. Gregor. Eucher. Beda. Rabanus Rupertus. Bernard. Fulbert. Hugo & Richard.

Vltimo loco nobis nescio quid rythmicum modulantur, vt aiunt in Epiphaniæ octaua cani solitum; *Caput zabuli Saluator cōtrivit in Iordane flumine ab eius potestate nos omnes eripiens.* Quis non videt tam sonoros versiculos ab ipsis confictos? Addunt tamen hunc textum Hymni explicari 1. *Ioann. 3, 8.* his verbis

IV. argu. ex rythmo.

bis; *In hoc apparuit filius Dei, vt dissolvat opera diaboli.* Ergo Filius Dei est qui contriuit. En vobis Achillem Selneccerì.cur nó addidit plurima loca sacræ S.quibus CHRISTO victoria contra diabolum adscribitur? veniàm nó negat de CHRISTO, qui censet de MARIA, vt iam ostẽdimus. Ridiculum porrò, quod vel ipse composuit, vel ex ruralis alicuius Ecclesiæ, vel monasterij antiphonario desumpsit, id toti Romanę Ecclesię adscribere: insanum verò diu post compositi Hymni commentatorem D. Ioannem facere.

Concludo solidam esse & inuictam Patrum sententiam, hoc mulieris semen esse CHRISTVM Dominum, rectè tamen legi *Ipsa* conteret, de benedicta benedictissimi seminis genitrice. Physicam huius rei obseruationem prætermitto, quam Rupertus tradidit *lib. 3 in Genes. cap. 20.*

IBIDEM.

ADAG. VII.

Calcaneo insidiari.

Maro.

SERPENTES solent in puluere, aut herbâ latere, vnde Maro;

Qui legitis flores, & humi nascentia fraga,
Frigidus, ô pueri, fugite hinc, latet anguis in herbâ.

Ex huiusmodi subsessis incautos vel discalciatos aggrediuntur, & ambulantium plantas vel calces morsu appetunt. Hinc nata locutio, *Mordere vngulam* vel *insidiari calcaneo.* Genes. 49. 17. *Cerastes in semitâ mordens vngulas equi, vt cadat ascensor eius retrò.* Vsurpanda, de fractis, sed non planè contritis hostibus, qui licèt subiugati palàm non audeant, clàm tamen moliuntur; quorum victa audacia, non malitia:

Vngulam mordere. calcaneo insidiari 1. Expositio.

qui quod vi nequeunt, dolo conantur. Oleaster vult vocem Hebræam תשופנו *Tesuphenu* idem esse quod *à tergo supplantabis*, & Pagninus fatetur *in Psal.* 139. 10. IESVPHENI ישופני, *Iesupheni*, idem esse quod *occultabit.* Vnde patet hoc loco sensum à nostro ad amussim aptatum, & eodem respexisse LXX. siue legas τηρήσεις, *conteres*, vt habent regia Biblia; siue, vt legerunt S. Ambrosius lib. de paradiso *cap. vlt.* & Hieronymus, ac Irenæus suprà citati, & exstat in Vaticano libro, τηρήσεις, *observabis*, scilicet vt occultè saucies, quod est insidiari. Confirmat Chaldæus paraphrastes, *observabis in finẽ.* Vnde & alia interpretatio prouerbij elicitur, nempe *conterere caput*, idem esse quod principiis obstare, initia opprimere, primos impetus frangere: *insidiari calcaneo*, idem quod fini operis nocere, impedire ne res ad exitum fœlicem perducatur, victorem prosternere, aut quod bene cœptum, peruertere ac deprauare. Sic explicat Abbas Pynutius apud Cassianum *lib. de inst. renunciant. cap. 37.* ita *Calcaneum* vsurpat Apocryphus 4. *Esdr. 6. 8. Quæ erit separatio temporũ? aut quando prioris finis & sequentis initium? Et dixit ad me, ab Abraham vsque ad Isaac, quando nati sunt ab eo Iacob & Esau, manus Iacob tenebat ab initio calcaneum Esau. Finis enim huius seculi Esau & principium sequentis Iacob.* Plura de calcaneo dicam *ad Ps. 48. 6. Cur timebo, in die malâ? iniquitas calcanei mei circũdabit me.* & Ps. 55. 7. *Inhabitabunt, & abscondent, & ipsi calcaneum meum obseruabũt.* Vnde & tertia expositio colligitur, significari insidiantem cunctis studiis atque actionibus, obseruando singulos passus atque vestigia: nam illic in catena Eusebius, *obseruare calcaneum*, exponit vestigia obser-

Oleaster

Pagninus

Versio nostra defensa De lectione LXX.

S. Ambrosius Hieronymus. Irenæus.

Chaldæus. 2. Expositio.

Caput pro initio, calcaneum pro fine.

Pynutius Cassianus. Calcanei significata.

3 Expositio.

Calcaneũ obseruare.

uare, hoc est vitæ incessum; vt aliquo modo supplantatum deiicerent. Verba citat Agellius, in commentar. περιεργάζεσθαι μοι τὸν πέρναν, πτέρνα τὸν τῆς πορείας, ὕπνος ἀνελίζοντές με καταλάβωσι καὶ τὰ ἴσχνα μου παρατήκωσι. Item. *Ioan.* 13. 18. *Qui manducat mecum panem, leuabit contra me calcaneum suum.* Vbi B. Ioannes indicat adhuc alium sensum cunctis ferè locis communem, significari *calcanto* supplantationem, *Sancanilla* dicunt Hispani. Nam in loco psalmi 40. *v.* 10 quem citat B. Ioannes, habemus, *Magnificauit super me supplantationem*, hoc est, tandem, tandem dolo & insidiis me, vt dolosus luctator, vinctum deiecit ac morti tradidit: sicut enim Ioannes *Calcanei* nomine supplantationem; sic calcaneum, *insidiarum* voce Abdias expressit *cap.* 1. 7. *Viri fœderis tui illuserũt tibi: inualuerunt aduersum te viri pacis tuæ: qui comedunt tecum, ponẽt insidias subter te.* Et supplantationem Ieremias interpretatur fraudulenter incedere, *cap.* 9. 4. *Omnis frater supplantans supplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet.* Nam posterius esse prioris exegeticũ, patet ex eo quod præcedit: *Vnus quisque se à proximo suo custodiat, & in omni fratre suo non habeat fiduciam. Calcaneum* ergo *leuare*, est ad extremum valdè subdolè circumuenire.

Calcanei leuare.

4. Acceptio Calcanei.

Calcaneũ leuare.

Deniquè Caietanus vult per *Calcaneum* significari humanitatem CHRISTI, & per *caput serpentis* dæmonis principatum. Sapit allegoriam, etsi ad literalem sententiam queat reduci.

Caietanus 5 Explicatio.

IBIDEM VER. XIX.

AD. VIII. *Reuerti in terram*, seu, *puluerem*, seu, *cinerem.*

CVM de homine dicitur, Idem est Hebraïs, quod mori. *Gen.* 3. 19. *Donec reuertaris in terram, de qua sumptus es: quia puluis es, & in puluerem reuerteris.* Iob. 10. *v.* 9. *Memento quæso quòd sicut lutum feceris me, & in puluerẽ reduces me.* Iob. 34. 15. *Homo in cinerem reuertetur.* Psal. 103. 29. *Auferes spiritum eorum, & deficient: & in puluerem suum reuertentur.* Psal. 145. 4. *Exibit spiritus eius, & reuertetur in terrã suã.* Eccl. 12. 7. *Reuertatur puluis in terrã suam vnde erat, & spiritus redeat ad Deum qui dedit illã.* Eccles. 40. 11. *Omnia quæ de terra sunt, in terram conuertentur.* Idem repetit *cap.* 41. 13. Quid sis, audis homo? superbiæ tuę vides instrumenta, terram, puluerem, cinerẽ, adde lutum. Nam hoc etiam, vt superiora, significat APHAR עפר Ecclesia ceremoniis quartæ ante quadragesimam feriæ materiâ respicit ad d. locum Iobi *cap.* 34. 15. Sed verborum formâ ad alterum *cap.* 10. 9. & ad hunc nostrum d. *v.* 19. dicens, *Memento homo quia puluis es, & in puluerem reuerteris.* Ad d. *cap.* 10. *v.* 9. quidam Hebræi exsertè interpretantur, quòd sim moriturus. Iob, Dauid, Salomon (nam Siracides vltra tendit) alluserunt ad legem à Deo sancitam hominibus ob peccatum. Apollinarius in psalmos;

Ecclesiæ ceremonia in die cinerum.

Hebræi.

Apollinarius.

ὁι ψυχὴς πλαμένης, σφετέρην πάλιν εἰς ὀπὶ γαῖαν.

Qui, animâ euolante, suam rursus redibunt in terram.

Gentiles quoque, vt Xenophanes, ἐκ γῆς γὰρ τὰ πάντα, καὶ εἰς γῆν πάντα, *ex terra enim omnia, & in terram omnia.* Fallitur de rerum principio, & fine: rectè de hominis corpore dixisset. Propertius lib. 2. de mortuo.

Xenophanes.

Propertius

Qui nunc iacet arida puluis. Epicharmus; διεχέθη, καὶ ἀπῆλθεν οὗτος ὅθεν ἦλθε

Epicharmus.

ἦλθε πάλιν, γὰ μὲν εἰς γᾶν, πνεῦμα δὲ ἄνω. *Discretum est, & eò redit vnde venerat, terra quidem in terram, spiritus autem sursum.*]Hoc de Herculis exustione mutuati, Euripides in supplicibus, Ouidius in Metamorph. & noster tragicus in Hercule Oetæo, vbi etiam Arriani locum annotaui, & hunc Philosophi Epicurei; sed melioris poëtæ quàm philosophi, Lucretij.

Euripides Ouidius, Seneca, Arrianus. Lucretius.

Cedit item retrò, de terrâ quod fuit antè,
In terras; & quod missum est ex aëthere ortis,
Id rursus cæli relatũ templa recepĕre.

Epitaphiũ regis Frãciæ.

Finiã cum quodã acuminis pleno Regis cuiusdã Francorũ epitaphio;

Risi, ploro, fui, non sum, studui, requiesco.
Lusi, non ludo. Cecini, nunc mutio, paui
Corpus, alo vermes. Vigilaui, dormio. Dixi
Saluè, dico vale. Rapui, rapior. Superaui,
Vincor. Certaui, pace vtor. Iure ego vixi,
Iure igitur morior, non obsto, obstare nequirem.
Terra fui quondam, rursum sum terra. Nihil sum.
Terra caduca vale, vermes saluete, recumbo.

ADA. IX. EX CAP. IV. VER. VII.

In foribus esse.

Plutarchus.

PROFANORVM adagiorum collector vult adagialem allegoriã esse ex illo Plutarchi, πυρετὸς ἐπὶ θύραις ὄντες. *febris ad fores existente.* Sacris in libris crebriùs occurrit, & quod instat, ac proximum atque præsentissimum est, denotat, siue bonum, siue malum, præmium, vel vltio, auxilio vel admonitioni, vel supplicio futurum. dabo exempla. *Sap.* 6. 15. *assidentem foribus suis inuenet.* Cant. 2. 9. *En ipse stat post parietem nostrum, respiciens per fenestram, prospiciens per cancellos.* Marc. 13. 29. de extremi iudicij die: *cùm videritis hæc fieri scitote quòd in proximo sit in ostiis.* ἐγγύς ἐστιν ἐπὶ θύραις. Syrus, *valuas* reddit. TARO תארו. Chrysost. *hom.* 1. *in* 1. *ad Cor.* ἐγγύς ἡμέρα λειπὸν ἐπὶ θύραις. *Dies eius iam adest in foribus,* Iaco. 5. 9. ὁ κριτὴς πρὸ τῶν θυρῶν ἕστηκεν. *Iudex ante ianuam assistit.* Apoc. 30. 20. *Ecce sto ad ostium & pulso.* his locis præsentia, celeritas, vel assiduitas indicatur, vt etiam his verbis Dei ad Cain, *Genes.* 4. 7. *sin autem malè, statim in foribus peccatum tuum,* subaudi erit, accubabit. Vbi probare non possum quod ambo Thargumæi, Ionathan & Onkelos explicant, *In diem iudicij seruatur peccatum tuum.* nimis pœnam protrahunt, quam Deus præsentem significabat. Hebraicè est לפתח חטאת רבץ LAPHETHAH CHATTATH ROBES. *ad ostium peccatum cubans*; videlicet more canis morosi, qui nec egredi nec ingredi hominem tranquillè sinat, sed importuno latratu semper inquietet. hoc sensu: perpetuò tibi tuum peccatum ante pedes, ante oculos obuersabitur & aduersabitur. Vt te Deus ad tempus sinat impunitum; ipse peccati morsus, angues, furiæ acriter vrgebunt, agitabunt, persequẽtur. quocumque perges peccatum te comitabitur, conscientiæ tuæ se ingeret, & ingeret, irrequietum malum te conquiescere animo non permittet. Hanc internam crucem multifariam eleganter diuina sapientia nobis proponit. Thren. 1. v. 14. *Vigilauit iugum iniquitatũ mearum; in manu eius conuolutæ sunt, & impositæ collo meo.* Ecce vincula & lora; sed

Syrus. Chrysost.

Conscientiæ malæ cruces.

lancinationem & flagra Siracides descripsit *Eccls.* 21.3. *Quasi à facie colubri fuge peccata: & si accesseris ad illa, suscipient te.* (blandè initio more scortillorum: sed mox, vt lamiæ, lamberabunt) *Dentes leonis, dentes eius, interficientes animas hominum. Quasi romphæa bis acuta* (id est anceps) *omnis iniquitas: plaga illius non est sanitas.* Profani quoque. Seneca Hippol.

Seneca. *Quid pœna præsens, conscia mentis pauor?*

Vbi pluscula in Aduersariis notaui, addidi quædam in commētar. *ver.* 161. & 163. Hanc certè assiduitatem notatam credo à sponsâ *d.v.*9. & à Ioanne *d.v.* 20. ἔσχατα ὅπι τλῶ θύρας; etsi differar, negligar, repellar, persisto, operior, redeo, nec vnquam lōgè vel diu recedō. quod indicatur *Eccl.vlt* 34. *In proximo est enim inuenire eam*, ἐγγὺς ἐστιν εὑρεῖν αὐτλῶ. nam ἐγγὺς subauditur ὅπι θύρας, vt dicto loco *Marci & Matth.*24.*v.*33. Ex quibus omnibus satis apparet, alienas esse duas explicationes alias loci Geneseos:

Caietanus. Caietani, qui cubare ante fores, declarat peccatum animo conceptum fouere donec in motus exteriores prodeat. Fr. Antonij Fonsecæ, qui

Anton. Fonseca. interpretatur, ostendam mihi displicere.

IBIDEM VER. XV. & XXIIII.

ADAG. X. ## *Septuplum, siue septies, & septuagies septies punire,* vel *ignoscere.*

VERSV 15. dicitur omnis qui occiderit Cainum puniendus *septuplum* שבעתים SIVATHAIM.

LXX. LXX. vertunt ἑπτὰ ἐκδικούμενα παραλύσει, *septem vindictas exsoluet.* Aquila, *septempliciter.* Symmachus, *septimus.* Theodotion, *per hebdomadam*, teste D. Hieronymo *Epist. ad Damasum.* Chaldæus; *in septem generationes vindicta sumetur ex eo*, id est, ad septimam vsque generationem occidentis posteri punientur: aut, si referas ad ipsum Cainū; & præcedens (*omnis qui occiderit Cain*) velis dictum per aposiopesin, sensus foret; Cainum sui delicti pœnam in septimâ tantùm generatione luiturum: quod mihi non placet. Dixerim etiam pace reliquorum, meliùs nostrum vertisse *septuplum* pro septies; vt pertineat non ad durationem seu dilationem pœnæ, neque ad personam septimam; sed ad numerum vindictæ iteratæ, & ad qualitatē modumque pœnæ: vt *septuplum* sit idem quod septempliciter, vt Aquila transtulit perspicuè, & ad vocem Hebræam. Quod hoc loco significat multùm & grauiter. Procopius ait: *septenarius perfectionem pœna denotat.* Caietanus, perfectè & ex integro. Solet noster interpres septuplum sic vsurpare, de magnitudine, plenitudine, perfectione. *Psal.*11.6. *Argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplum*, i. perfectissimè. *Psal.* 78. 13. *Redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum.* Cumulatissimam vindictam, quod alibi dixit, *Retribuet, abundāter facientibus superbiam*, περισσῶς. *Psalm.*30. 24. Sic *Pron.*6.31. *Deprehensus reddet septuplum*, Ad vltimum vsque quadrantem plenissimè luet. Sic *Eccl.* 7. 3. *Fili non semines mala in sulcis iniustitiæ, & non metes ea septuplum.* Non punieris acerrimè, iuxta id quod repetit *cap.*40.8. *Super peccatores septuplum.* Et *cap.*20. 12. *Restituens ea in septuplum.* Hispanicè *con las setenas.* Quantū opus, abundè, grauiter. Sic *infrà. v.* 24. vxoribus

Aquila. Symmachus. Theodotion. Hieronymus Chaldæus.

Aquila.

Procopius.

Caietanus.

bus Lamech ait; *Septuplum vltio dabitur de Cain, de Lamech verò septuagies septies*, Hoc est septuagies septuplum. Nam licèt vt plurimùm septies ad numerum, septuplum verò ad modum siue qualitatem pertineat, tamen quando simul ponuntur vt oppositа, eodē referenda sunt, vt hic & in verbis CHRISTI posteà adducendis. Sensus ergo verborum Lamechi; scio necē, quâ Cainum sustuli, mihi non impunè cessuram. Cùm enim Deus dixit, *Septuplum vltio dabitur de Cain*: prædixit valdè graues se pœnas de illius interfectore sumpturum. Scitote nihilominùs eum, qui me occiderit, *Septuagies septies*, puniendum, longè ampliùs & acerbiùs pœnis pluribus atque grauioribus. Septenario nāque numero maxima multitudo, & quædam quasi innumerabilitas denotatur, quando geminatur. *Prou.26.25. Septem nequitiæ sunt in corde illius*, plurimæ. Et *Prouerb.24.16. Septies enim cadet iustus, & resurget: impij verò corruent in malum.* Licèt incidat in plurimas calamitates iustus, ex omnibus tamen emerget; impij verò vel vnicâ submergentur. alludit ad fermè similem locum, *Iob* 5.19. *In sex tribulationibus liberabit te, & in septima non tanget te malum.* Vbi *septima* vocatur toties & tam grauiter iterata & excrescens tribulatio, vt ei nihil adiiciendum videatur: Iuxta Dauidem *Psal.* 33.20. *Multæ tribulationes iustorum, & de omnibus his liberabit eos Dominus.* pro *multæ* רבות RABOTH, hoc est iuxta Apollinarium, πολλαὶ καὶ πυκναὶ, *multæ & frequentes.* Leuitic.26.28. *Corripiam vos septem plagis propter peccata vestra.* Ierem. 15.9. *Infirmata est quæ peperit septem.* Nam eius explicatio petenda ex loco ad quem alluſit, nempè 1.*Reg.*2.5. *Quæ multos habebat filios, infirmata est.* Sic nonnulli capiunt, *Prouer.*6.16. *Sex sunt quæ odit Dominus, & septem detestatur anima eius.* Sed potiùs ibi valet quod sonat. Nam sequitur numerus ipsorum vitiorum septem.

Septuplū & septies an idem.

Septenarius.

Geminatione indicari plurimis plura, vel (vt sic loquar) innumera innumerabiliter docet *vers. iste* 24. item CHRISTI responsum de veniâ danda, *Matth.*18.22. *Non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagies septies.* Quo loco id obseruant Patres, & addunt CHRISTVM ad hæc verba Lamech respexisse. Sic Tertullian. *lib. de oratio. ca.*7. S. Hilarius, S. Chrysostomus, & Euthymius *in Matth.* Quare quæ de his numeris Nicetas *in orat. Nazianzeni de Pentecoste*, & nonnulli Geneseos interpretes subtiliter speculantur, haud multùm ad rem faciunt. Si quæras, an septuplum hîc ad multitudinem seu numerū, an verò ad magnitudinem siue intentionem referam; arbitror vtrumque membrum eodem referendum; & quidem potiùs ad multitudinem, vt exposui. Quia verbis CHRISTI hæc explicatio comprobatur, & simplicissimus sensus est, Caini necatoré plurimis & variis admodum, sed Lamechi interfectoré adhuc pluribus & magè multiplicibus suppliciis afficiendum: & posterius perspicuè ad numerum spectat, prius verò ambiguū est, & de numero quoq; capi potest.

Septuagies septies Tertullianus Hilarius. Chrysostomus. Nicetas.

EX CAP. V. VER. XXII. A D A. XI.

Ambulare cum Deo, vel *post Deum* vel *Coram Deo.*

SIc diuinæ literæ designant rectam & singularem sanctitatem, vitam inculpatam, & Deo placitā,

perfectionis diuinæ imitatricem.

Ambulare cum Deo.

hîc *v.* 22. & 24. *ambulauit Henoch cum Deo*, vbi Chaldæus, *ambulauit in timore Dei.* LXX. εὐηρέστησεν τῷ θεῷ, *placuit Deo.* de Noë *cap.* 6. 9. *cum Deo ambulauit.* Interpretatur quod præcesserat, fuisse virum iustum & perfectum, contrà *cap.* 17. 1. ordine conuerso, *ambula coram me, & esto perfectus*, vt videas idem. significare.; semper LXX. eodem modo conuertunt, *placere Deo.*

Chaldæus.

Chaldæus aliàs *timorem Dei*, sed *d. v.* 1. *seruias mihi.* Fateor hoc significare. 1. *Reg.* 2. 30. *ministraret in conspectu meo.* sed d. *c.* 7. *v.* 1. idem est quod solet vt plurimùm, & dixi. sic enim sumitur 3. *Reg.* 8. 23. *custodis pactum & misericordiam seruis tuis, qui ambulant coram te in toto corde suo.* quod repetitur ibidem v. 25. *vt ambulent coram me, sicut tu ambulasti in conspectu meo:* quod quid sit, explicat postea *cap.* 9. 4. *si ambulaueris coram me, sicut ambulauit pater tuus, in simplicitate cordis, & in æquitate, & feceris omnia quæ præcepi tibi, & legitima mea, & iudicia mea seruaueris.* Idem Hebræi

Ambulare coram Deo.

Post Deũ ambulare

dicunt, *ire post Deum*, hoc est vestigiis Dei inhærere. vt quod nos *Deuter.* 13. 4. habemus, *Dominum Deum vestrum sequimini*; Hebraicè est, *post Deum vestrum ambulate.* &

LXX. Chaldæus.

LXX. ὀπίσω κυρίου τοῦ θεοῦ ὑμῶν πορεύεσθε. vbi more suo Chaldæus, vt nomen ineffabile explicet; *post timorem Domini Dei vestri ambulabitis.*] De illo *Coram Deo ambulare*, mox plura ad *cap.* 5. *v.* 10. Bene

Cajetanus Præpositiones cũ & post, & coram.

Caietan. notat præpositione *cum*, quandam societatem & amicitiæ amorem indicari; quod etiam de *post* & *coram* dici potest: fallitur verò cùm censet hîc Hebraicè non nomen ELOHIM, sed יהוה contineri. Ex dictis denique intelliget ur illud *Sapientiæ* 6. 25. *Neque cum inuidiâ tabescente iter habebo.* Non imitabor eos qui inuidiâ contabescunt, nec particeps eorum malitiæ audiam. Lege si lubet speculi Mariani lectionem. XIIII.

EX CAP. VI. VER. XI. ADA XII.

Filij Dei, & filiæ hominum.

VIDENTES (inquit Moses) *Filij Dei filias hominum.* Vsurpari potest quotiescunque viri casti & pij amore mulierc ularum lasciuarum capiuntur. Nam quod illic quidam per *Dei filios*, intellexerunt

Filij Dei.

Angelos, iam à Theologis pridem fuit explosum: quorum meliore & communiore sententiâ ex Zeth o-

Zeth.

riundi significantur: tum quòd iis benedicti seminis promissio reseruabatur: tum quòd Zeth, vnus ferè inter cæteros illustrior Dei imago & exemplar erat, & docebat posteros suos, verâ religionem seruare, & iustitiam cæteràsque virtutes colere: quamuis autem plerique posteri illius à recto tramite paulatim deficere mox cœperint; semper tamen aliqui Dei cultores, & veri, bonique tenaces inter illos permansêre, & ideo Deo placuerunt: Cainitæ ad vnum improbi nomen

Cainitæ filij hominum.

filiorum Dei nunquam meruerunt; sed vocati fuere *Filij hominum*: eo quòd carni dediti, & sollicitimagis placere hominibus quàm Deo. Sic ex Græcis, S. Cyrillus *lib.* 9. contra Iulianum. Theodoretus hîc *q.* 47. Chrysostomus, Genuadius, & Procopius hic. Et Latini S. Augustinus *lib.* 15. *de Ciuitat. Dei cap.* 23. Cassianus *collat.* 8. *cap.* 21. Eucherius, Alcuinus, & Rupertus. Hinc natũ, vt etiam prophetæ, homines terrenis studiis & voluptatibus deditos, *Filios hominum* appellarint: & non

Cyrillus. Theodoretus. Chrysost. Gennadius Procop. Augustin. Cassianus Eucherius Alcuinus. Rupertus.

ange

angelos tantùm, sed etiam homines angelicè (quoad fas) viuentes, sacra S. nominet *Filios Dei*, vt pote qui se patre Deo dignos exhibere studēt; & ideo assumpti & adoptati sunt in verum semen Abrahæ loco ingrati Israēlis, qui olim Dei filius, propter scelera fuit abdicatus & exheres factus. Lege Ioan. Maldonatum *ad Ioan. cap.* 1. *v.* 12. De aliâ significatione dicam *ad* 2. *Paralip.* 14. 11. Vbi de *viro*, & *homine* אישׁ & אדם. Et fusiùs *Ezech.* 2. v. 1.

ADAG. XIII.

EX GENES. X. VER. X.

Quasi Nemrod robustus venator coram Domino.

Adagium vetustissimum.

LOCVS iste vel primum, vel ex primis vnum nobis adagium suppeditat, quod statim post diluuium cœperit vsurpari, & quidem ex historiâ desumptum, vt pateat rectè nos similia prouerbiis annumerare. Verba diuinæ historiæ sūt:

Nemrodi historia & tyrannis.

Chuz genuit Nemrod: ipse cœpit esse potens in terrâ, & erat robustus venator coram Domino. Ob hoc exiuit prouerbium, quasi Nemrod robustus venator coram Domino. Hebraicè גבור ציד *Gibbor Said.* LXX. *Gigas venator.* γίγας κυνηγὸς. Facilè concesserō Nemrodum initiò ferarum venationi vacasse. Semper enim viri fortes & bellicosi hoc rudimento militiæ fuerunt imbuti. Sunt hæc quædam bellorum crepundia: Sed huc referre prouerbium, arbitror non satis consentaneū menti Moysis. Missis itaque hoc loco nugis Rabbinorum, fabulis hæreticorū, & cōiecturis Vatabli aliorúmque, censeo Nemrodi tantam potētiam atque tyrannidem fuisse, vt, Deo volente primi tyranni scelus traducere, prisci homines ad significandum aliquem iniustum cęterorum oppressorem, cœperint vulgò vsurpare, Iste est qualis Nērod, vel, iste Nemrod robustus venator coram Domino; vel, ecce alius Nemrod, &c. Sicut poēta dixit;

Venator pro hominum oppressore.

Forma adagij.

Alius Latio iam partus Achilles. Virgilius.

Venandi vocabulum significat eum, quâ dolo, quâ vi aperta homines, quasi feras, ad necem vel seruitutem captasse, vt optimè docet S. Augustinus *lib.* 16. *de ciuit. Dei cap.* 14. & Aristoteles latrocinium inter venationis species enumerat, libro 1. *Polit. cap.* 8. Diuini verò libri tyrannidem atque crudelitatem venationis nomine designant. *Psal.* 90. 3. *Quoniam ipse me liberauit de laqueo venantium.* Thren. 3. 52. *Venatione ceperunt me quasi auem inimici mei gratis.* Principes videlicet, de quibus etiam Ezechiel 32. 30. *Principes Aquilonis omnes, & vniuersi venatores.*

S. Augustin. Aristoteles.

Sed cur additum, *Coram Domino*? mirum quàm multi allucinentur. Quidam exponunt, sub cęlo, vt intelligamus nullum tūc mortalium potentiorem Nemrodo tyrannum fuisse. Alij cum Abenezra in bonam partem capiunt, quasi fuerit author in Ecclesiâ colendi Dei. Alij tyrannidem eius vindictam clamasse, oppressorum clamore in cælum adscendente. Alij, quòd se iactantiâ ex hominum numerō eximere, & Deum haberi voluerit. Alij religionem simulasse, & sic potentiam adeptum, quod nec hodie infrequens. Postremum hoc placuit Caietano, & quibusdā Nouantibus, quorum etiam sunt reliquæ illæ aberrationes, & veri sēnsus corruptelæ. S. Chrysostomus exponit de Deo aliquam Nemrodo eminentiam largiente. Abulensis in cap. 13. Genes. interpretatur, palam. Martinus Cantapetrensis lib. hypotypos. capite vltimo.

Coram Domino quid.

1.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

8.

Rabbini. Hæretici. Vatablus.

vult idem esse, quod Deo conniuente ac sciente. Nihil horum recipio. 9 Vera. Verus enim commentarius est, etiam Dei iudicio valdè robustum ac potentem tyrannum fuisse. Hominibus sæpe videntur tales, qui tamen imbecilles sunt, & facilè possent euerti: solus Deus non fallitur, qui res omnes iustâ lance ponderat. Hebraicè est לפני יהוה *Lepeni Iehoua*, in oculis siue in conspectu Dei. LXX. ἐναντίον κυρίου. Sic Luc. 1. 15. *Erit enim magnus coram Domino.* Noster interpres indiscriminatim solet vertere *magnus Deo, & magnus coram Deo*; vt sciamus illud *coram* non aliud esse, quàm in oculis, siue iudicio Dei. sic *Gen.* 13. 13. *Sodomitæ pessimi erant, & peccatores coram Domino nimis*: Vbi commentũ Caietani, dici *coràm* IEHOVA, quia contra Deum authorem naturæ peccabant, parùm solidum est, cùm hîc ita loquatur Moses, agens de Deo vt cuncta videnti & iudicante. *Genes.* 27. 7. *Benedicam tibi coram Domino.* Num. 32. 22. *Obtinebitis regiones quas vultis coram Domino.* 1. Reg. 16. 6. *Num coram Domino est Christus eius?* num in conspectu tuo est is, quem iudicas Regem esse debere? 3. Regum 2. 45. *Thronus Dauid erit stabilis coram Domino.* Et quia quæ in conspectu Dei sunt, illa censetur Deus respicere, & hoc sumitur pro fauere & approbare, ideo potest aliquando, cùm agitur de rebus, quæ Deo placere possunt, *Facere aliquid coram Deo*; exponi, probante, annuente, & fauente Deo, vt *Gen.* 17. 1. *ambula coram me.* De quo dictum adagio præcedenti, & idcirco noster *Iud.* 18. 6. vertit, *Dominus respicit viam vestram, & iter quo pergitis.* Lege Fran. Riberam *in caput.* 3. *Ionæ, à num.* 2.

Caietanus. Facere coram Deo.

EX CAP. XI. VER. IV. ADAG. XIIII.

Culmen pertingat ad cœlum.

PAROEMIALIS hyperbole, Culmẽ vel caput vsque ad cœlum, vel in cœlo, vt hoc loco de turri Babel, *Roso Basamim* ראשו בשמים Caput eius in cœlum, subaud. pertingat. *Deut.* 1. 28. *Vrbes magnæ, & ad cœlum vsque munitæ*, nempe iam altis turribus cinctæ. Sic Poëtæ loquuntur, Maro: Caput in cœlum.

Minantia cœlo scopulos. Virgilius.

Item:

Ingreditúrq; solo, & caput inter nubila condit.

Quod à Callimacho desumptum & Homero monuit Muretus in variis lect. lib. 1. capit. 18. Homerus ait: Callimachus. Muretus. Homerus.

Ητ' ὀλίγη μὲν πρῶτα κορύσσεται, αὐλὰρ ἔπειτα
Οὐρανῷ ἐστήριξε κάρη, καὶ βᾶσι χθονὶ βαίνει.

Primùm parua quidem assurgit, mox inde per arcus
Firmauit caput ætherias, telluréque vadit.

Callimachus verò:

ἴθματα μὲν χείρεσι κεφαλαῖς ἐς ἴφθαι ὀχύματος.

Tellurem pedibus, capite attingebat Olympum.

Item; Horat. Horatius.

Sublimi feriam sydera vertice.

Necnon Seneca. Seneca.

Altum superbo vertice attingens polum.

Nempe arcticum, qui nobis semper sublimis. Sic posset accipi illud Principis Tyri *Isai.* 14. 13. *in cœlum conscendam super astra Dei.* Omnia enim summam celsitudinem indicant. Sicut *Sap.* 18. 16. *Vsque in cœlum*

attinge

attingebat ſtans in terrâ. Vt magnitudo & robur angeli vltoris ſignificetur. Q. d. tantus erat, vt omne ſpacium, quod interiacet à cœlo ad terram, potentiâ & actiuitate ſuâ impleret. Licèt enim veriſimilius putem, ab Angelo locum ſubſtantiâ quoque, ſuo more occupari; nos tamen eum in loco eſſe potiſſimũ ex operatione illic exhibitâ deprehendimus. Quanquam illa ſapientiæ meliùs longè conuenient: Verbo incarnato (de quo Eccleſiaſticum officium Natiu. & Epiphaniæ videtur accepiſſe) quòd in præſepi (h. in terrâ) iacens ſecundùm humanitatem; ad dexteram Patris ſedebat in cœlo ſecundùm diuinitatem. Et ſicut in angelo ibi duo conſideranda, vindicta de Ægyptiis, & liberatio Iſraëlis: ſic etiam Verbum tunc natum, poſitum erat in ruinam quorumdam, & in aliorum reſurrectionem. *Luc.* 2. 34. Ipſe quoque Angelus quatenus liberabat Iſraëlem, typus erat CHRISTI in primo aduentu nos redimentis; quatenus verò vltionem ab impiis exegit, typus eiuſdem fuit ad iudicium venientis: quod iuxta veriorem ſententiam D. Hieronymi, Chryſoſtomi & Theophyla. *in cap.* 25. *Matth.* futurum media nocte. Cęterùm ſiue de CHRISTO, ſiue de Angelo accipias, vis iſta locutionis, *à terrâ in cœlum attingere*, eſt quam dixi: cui non diſſimilis eſt alia de Angelo, qui vno pede ſtabat ſuper terram, & alio ſuper mare: nam & ibi efficacitas & robur in totum orbem denotatur, de quo plura ibi *Apocal.* 10. *verſu.* 10.

Iudicij extremi initium mediâ nocte.

ADAG. XV.

EX CAP. XIII. VER. XVI.

Sicut puluis terræ, arena maris aut ſtellæ cœli.

SVNT prouerbia declarandæ multitudinis immenſæ. aperta hoc loco teſtimonia ſunt verſ. 16. *Faciamq; ſemen tuum, ſicut puluerem terræ: ſi quis poteſt hominum numerare puluerem terræ, ſemen quoque tuum numerare poterit.* Huc reſpicit Balam. *Num.* 23. 10. *Quis dinumerare poſſit puluerẽ Iacob:* (quod mox explicat) *& noſſe numerum ſtirpis Iſraël?* Hebraicè eſt עפר *Hopher*, quod noſter alibi vertit humum, pro puluere ponens, propter pecuniæ conſtipatæ, ob copiam, vilitatem; *Zacha.* 9. 3. *coacerauit argentum quaſi humũ, & aurum vt lutum platearum.* Sicut etiam ideo vertit *Sophon.* 1. 17. *Effundetur ſanguis eorum ſicut humus, & corpora eorum ſicut ſtercora.*

Sicut puluis terræ.

Humus pro puluere.

Amo ſimilia iungere, de arenâ & ſtellis. *Pſal.* 77. 27. *Pluit ſuper eos ſicut puluerem, carnes: & ſicut arenam maris volatilia pennata.* Oſeæ 1. 10. *Erit numerus filiorũ Iſraël, quaſi arena maris, quæ ſine menſura eſt, & non numerabitur.* Ratio eadem indicatur *Eccleſiaſtici* 1. 2. *Arenam maris, & pluuiæ guttas, & dies ſæculi quis dinumerauit?* Pſalm. 138. 18. *Dinumerabo eos, & ſuper arenam multiplicabuntur.* Dixerat confortatum nimis principatum amicorũ Dei: hoc eſt numerum eorum, & ſummam eſſe immenſam; ſubdit, ſe ſi velit eos numerare, fruſtrà id conaturum, quia ſemper plures numerandi ſupererunt; ſicut accideret iis qui arenæ maris numerum ſubducerent. *Geneſ.* 32. 13. *Tu locutus es, quòd benefaceres mihi, & dilatares ſemen meum ſicut arenam maris, quæ præ multitudine numerari non poteſt.* Ierem. 15. 8. *Multiplicata mihi ſunt vidua eius, ſuper arenam maris.* Abac. 1. 9. *Congregabit quaſi arenam captiuitatem.*

Sicut arenâ maris,

Vltimò de ſtellis loca ſunt: *Geneſ.* 22. 17. *Multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cœli, & velut arenam quæ*

Sicut ſtellæ cœli.

est in littore maris. Deute. 1. 10. *Dominus Deus vester multiplicauit vos, & ecce hodie sicut stellæ cæli, plurimi. Dominus Deus patrum vestrorum addat ad hunc numerum multa millia.* Nahum. 3. 16. *Plures fecisti negotiationes tuas, quàm stellæ sunt cæli.* De hac locutione quædam D. Augustinus. *lib.* 16. *de ciuitate Dei cap.* 21. Frequens est apud Ethnicos. Apud Eusebium Eusebius. *lib.* 5. *præparat. Euangel.* In Oraculo quod dæmon Cræso reddidit, iactat se nouisse arenæ numerum, & mensuram maris, Oraculum dæmonis.

οἶδα δ' ἐγὼ ψάμμου τ' ἀριθμὸν καὶ μέτρα θαλάσσης.

Catullus. Catullus eleganter;

Ille pulueris Erythræi,
Syderumq; micantium
Subducat numerum.

Ouidius. Ouidius autem;

Tot mala sum passus, quot in æthere sydera lucent,
Paruaq; quot siccus corpora pulvis habet.

Corippus. Corippus lib. 3.

Quot cælum guttas mittit, quot littus arenas.

Facit huc illud tragœdiæ Medeæ;

Seneca. *Priùs arenis numerus deërit.*

Hoc est antè paucæ futuræ arenæ, vel priùs numerando arenas exhauries.

¶ Nota lector à me prætermissum aliud adagium *ex Vers.* 10. Quia illud statui explicare *in Isaia cap. LI. ver.* 3. Erat autem,

Sicut Paradisus Domini.

ADAG. XVI. EX CAP. XIIII. VER. XXII.

Leuare manum ad Dominum.

Leuare manum quàm va- MVLTA vulgò in Europâ hodie vsurpantur adagialiter, quæ antiquitus in vsu fuerunt. Nã quod Itali, Hispani, Galli, Germani in promissionibus quasi iurisiurandi formulam vsurpant, dicentes *digitum extolle*: id non apud Ciceronem modò reperio. *VI. Verrinâ: accurrunt tamen tutores; digitum tollit Iuniis patruus.* videlicet sponsor, emptor, vel conductor. Nam in auctionibus fuit solemne, licitatores digitum tollere. ex D. Ambrosio, Festo, & aliis docet Brissonius *lib.* 6. *de formulis*. Sic etiam vota sublatis in cœlum manibus nuncupabantur, siue priuata siue publica forent, teste Senecâ *lib.* 2. *de benefic.* Liuio, Velleio, & aliis; lege eundem Brissonium *lib.* 1. *de formulis*; Græci dicebant τὰς χεῖρας πρὸς τὸν οὐρανὸν ἀνατείνειν. Simile est quod de iureiurando hîc Moyses; *Leuo manum meam ad Dominum Deum excelsum possessorem cæli, & terræ, quòd, &c.* Quâ cerimoniâ promissi veritas & efficacia significabatur. Nam qui sic manũ leuabat, indicabat se Deum præsentem agnoscere, & veritatis testem ac periurij vindicem accersere. Ab humano more, tribuitur etiam Angelis, & ipsi Deo *Apoc.* 10. 5. *Angelus, quem vidi stantem super mare & super terram, leuauit manum suam ad cælum, & iurauit per viuentem in sæcula sæculorum*, &c. Quod idem priùs vsurparat Daniel. *Cap.* 12. 7. *Audiui virum, qui indutus erat lineis, qui stabat super aquas fluminis, cum eleuasset dexteram, & sinistram suam in cælum, & iurasset per viuũtem in æternum, quia in tempus*, &c. De Deo loca sunt. *Exo.* 6. 8. *Induxerim in terram super quam leuaui manum meam, vt darem eam Abraham*, &c. Numer. 14. 30. *Non introibitis in terram super quam leuaui manum meam, vt habitare vos facerem*, &c. Deut. 32. 40. *Leuabo ad cælum manum meam, & dicam: Viuo ego in æternum. Si acuero*, &c. Hoc sensu formula est

Ritus significat.

Cicero. I.

In auctionibus.

Brissoni. 2. In votis nuncupãdis.

Seneca.

3. In iureiurando.

parœ

parœmialis, significans seriò & cum sacramento promittere.

Alibi significat vindictam sumere, sed tunc non est adagium. de quo dicam, *Exod.* 14.8. contra nonnullos omnia commiscentes.

ADAG. XVII.

IBIDEM VER. XXIII.

A filo subtegminis vsque ad corrigiam caligæ.

Noster de sensus.

LXX. Ἀπὸ σπαρτίου ἕως σφαιρωτῆρος ὑποδήματος. *à filo vsque ad corrigiam calceamenti.* Et sic est Hebraicè. nec noster dissentit. Nam *subtegminis*, addit lucis gratiâ. Quia tale filum, vile, crassum, & ad alia inutile est. *Caligam* verò vsurpat propriè & ἀρχαϊκῶς de calceamenti genere. Notum ex Pandectis de officio præfecti vigilum ex Suetonio in Caligulâ, & *Act.* 12. *v.* 8. *Calcea te caligas tuas.* Pauperorum, & viliorum habitus fuit: vnde infimus ordo militiæ *caliga* dictus, & adagium castrense; *à caliga.* Seneca 5. *de beneficiis* scribit *Marium à caligâ ad consulatum peruenisse; & milites caligati*, qui manipulares ac gregarij *l. nonâ. D. de custod. reor.* Talis fuerat Maximinus, qui ad imperium peruenit, & à quo parœmia; *caliga Maximini.* Hoc loco nostrum adagium, vt LXX. sic etiam Chaldæus retinuit. Sed explicarunt Diui, Ambrosius *lib.* 1. *de Abraham cap.* 3. Et Chrysostomus *hom.* 35. *in Genes.* significare *nihil omnino.* Bene. quia nihil vilius filo textorio, aut militaris calcei corrigiâ: & ideo negat se, vel vilissimum quid receputum. Sic Cicero ad *Catilinam*, *ne teruncium quidem.* Tale *Eccles.* 26. 46. *vsque ad calceamenta non accepi.*

Caliga quid. Pandectæ. Suetonius

Seneca. à caligâ caligati.

Caliga Maximini.

Nec teruncium.

EX CAP. XVI. VER. XI.

ADAG. XVIII.

Ædificari ab aliquo.

SI tropica locutio vlla meretur vulgò teri, & si vlla locutio vulgata, certè Hebræis ista talis fuit. Hoc loco Sara, sterilitati suæ diffidens, maritum hortatur, ex ancillâ, quam ei connubio iungit, liberos quærere, quos illa in suos adoptet. Græcis & Latinis ignota, saltem inusitata phrasis. Ideo Lxx. & noster sensum reddiderunt; nã quod Hebraicè fuit, *Vlai ibbaneh Mimmennah*, אולי אבנה ממנה LXX. voce τεκνοποιήσομαι, *liberos faciendi*, reddunt, noster & Chaldæus *si fortè suscipiam liberos ex eâ*, Hebraicè; *fortè ædificabor ex eâ.* D. Hieronymus in Traditionibus scribit: *Diligenter nota, quòd pro procreatione filiorum in Hebræo ædificatio scripta est.* Caietanus & Pagninus professi de verbo seruare Hebraismos, hic ab instituto deflectunt. Quare deberent æquiores esse nostro interpreti, qui solam sententiam vertere instituit. Locutio passim occurrit, vbi liberi, *domus* vocantur, & eorũ adeptio, *ædificatio.* Gen. 30. 3. *Vt ædificer ex eâ*, noster, *habeam ex illâ filios.* Exod. 1. 21. *Ædificauit eis domos*, dedit eis liberos & familiam auxit firmauitque. Quę simplicissima interpretatio est. Sic *Genes. c.* 2. *v.* 22. Deus dicitur ex costâ Adæ mulierem ædificasse, hoc est, produxisse. Deutero. 25. 9. *Sic fiet homini, qui non ædificat domum fratris sui.* Qui non suscitat illi semen, vt & *Ruth.* 4. 11. *Faciat Dominus hanc mulierem, quæ ingreditur domum tuam: sicut Rachel & Liam, quæ ædificauerunt domum Israël*, gignendo illi duodecim patriarchas. 3. *Reg.* 11. 38. *Ero tecum, &*

LXX. Chaldæus.

Hieronymus. Aedificare liberos, gignere. Caietan. Pagninus.

Domus pro liberis.

ædificabo tibi domum fidelem, quomodo ædificauit Dauid domum. Dabo tibi liberos regni successores. Causa non est obscura, quia quandiu liberi supersunt, manet familia ac domus, liberis deficientibus illa corruit. Sic Latinis etiam progenies, vocatur domus. Virgil. *Domus Assaraci.* Nam liberi sunt fundamenta domus; Euripides:

Virgilius.

Euripides.

Φῦναι τυραννὸς παῖδ' ἵν' ὦμεν δώμασι.

Tacitus. Tacitus *lib.* 5. *Histor.* Numerum liberorum vocat *munimenta firmissima imperij.* Dixi eâ de re plura *comment. in Senecæ Thyestem* Propiùs accedunt quædam Plauti *in Mostellaria.*

Plautus.

Nunc etiam volo dicere,
Vt vos homines ædium esse similes arbitremini.
Primùm dum parentes fabri liberûm sunt, & fundamentum
Liberorum substruunt.

Pabri, parentes, & pædagogi. Vbi nota, parentes, eodem tropo *fabros* nominari; vt fortassis in sequentibus,

Nam ego eò vsque frugi & probus fui,
In fabrorum potestate dum fui.

Nisi si pædagogi istic intelligantur, qui & ipsi spiritualis ædificij architecti sunt. Parco pluribus, quia de hac re non semel iterum agendum. Hebræorum verò dissensiones *ad d. Vers.* 21. *Exod.* 1. non emptitem titiuillitio.

ADAG. XIX.

IBIDEM VERS. XII.

Onager inter homines.

Chaldæus. VBI nos habemus, *& hic erit ferus homo*, Chaldæus adagium posuit: *& ipse erit onager* (OROD עָרוֹד) *in hominibus.* Sanè Hebræum פֶּרֶא PHERE significat etiam *onagrum*; & verti potest de verbo *erit homo onager*, id est, ferus instar onagri, ex Hebraismo subauditâ notâ interrogationis. Sic D. Hieronymus hîc in traditionibus. Rabbini volunt פֶּרֶא propriè significare *asinum syluestrem*, quem Græci ὄναγρον vocant: metaphoricè verò *hominem insociabilem, & moribus ferinis præditum.* Ideo ad sensum rectè nostri & Lxx. transtulerunt. Hanc Onagri naturam Iob expressit capit. 11. 12. *Vir vanus in superbiam erigitur, & tanquam pullum onagri se liberum natum putat.* de onagri naturâ plura ad *Ierem.* 2. 24. *Et Osee* 8. v. 9. Sed quod hîc dicitur propriè ad feritatem spectat Ismaëlitarum, quasi ex traduce ab Isinaële deductam. do quo sequenti adagio.

Onager. Hieronymus.

פֶּרֶא

EX EODEM VER. XII.

ADAG. XX.

Manus eius contra omnes, & manus omnium contra eum.

CONVENIVNT Græca & Hebræa. Onkelos Chaldæus sequius accepit reddens; ipse indigebit omnibus, & omnes homines indigebunt eo. Sequius inquam. Quia sicut Hebræi dicunt *manum esse cum aliquo*, pro iuuare aliquem vel instruere. 2. *Reg.* 14. 19. *Numquid manus Ioab tecum est in omnibus istis?* quod mox explicat, *Seruus tuus Ioab ipse præcepit mihi, & ipse posuit in os ancillæ tuæ omnia verba hæc.* Et eandem phrasim noster vertit *Ps.* 88. 22. *Manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum.* Ita pro alium affligere & infestare, dicunt *Magnum esse contra* vel *supra* (nam Hebraicè eadem est particula) *alium* 1. *Regum* 12. 15.

Onkelos.

Manus cũ aliquo est.

Manus cõtra vel supra alũ.

Erit

Erit manus Domini super vos & super patres vestros. בכם *bochem*, contra vel supra vos. Chaldæus explicat: *Erit plaga Domini in vobis, & hæc quæ fuit in patribus vestris.* Sensus ergo adagionis, de illo qui cūctos infestat, & vicissim ab omnibus infestatur: qui dicere potest:

Figimus, iná, vicem præbemus tela sagittis.

Tales hodie Agareni, tales etiā quidam scriptores, qui velut rabiosi canes omnes morsu appetunt, omnium quoque calamis iugulantur. Non nomino: noti nostro æuo tales molossi. Talis æuo superiore Valla & Merula fuerūt, & plerumque Grammaticorum hoc cacoëthes est.

ADAG. XXI.

EX CAP. XVIII. VER. V.

Ponere buccellam panis, vel, *panem.*

Panis pro cibo frugali.

FRVGALE conuiuium hac parœmiā significatum, quod necessitati sufficiat, non ad voluptatem exuberet, parcum, non prolubiósum. Ideo panem potiùs quàm pulmentum vllum nominant. *Gene.* 31. 54. *Immolatísque victimis in monte, vocauit fratres suos vt ederent panem.* Nempe frugaliter, & vt pios decebat, qui Deum præsentem haberēt, ideo de simili epulo dicitur *Exo.* 18. 12. *Venerúntque Aaron, & omnes seniores Israël, vt comederent panem cū eo coram Domino.* Iob. vlt. 11. *Comederúntque cum eo panem in domo eius.* Ierem. 41. 1. *& comederunt ibi panes simul cum eo.* Signum erat benevolentiæ, & quasi tessera hospitalitatis, & ideo hoc addidit Ieremias ad exaggerandam Ismaēlis filij Nathaniæ crudelitatem; qui Godoliā hospitem suum, in ipso conuiuio, ad quod tanquam benevolus accesserat, iugulauit. Hinc intelliges cur Abraham vitulum altilem appositurus, dixerit *d. v. 5. Ponámque buccellam panis.* Primò sobrietatis, deinde & beniuolentiæ indicium. Eâ significatione adhuc hodie plerique Europæi dicimus, comedisse nos panem alicuius, & mensæ eius adhibitos. *Psal.* 40. 10. *Qui edebat panes meos magnificauit super me supplantationem.* Eustathius in Homeri Iliad. ϕ, docet prouerbium fuisse,

Eustathius Vetus adagium; da panem, postea pugnos.

δὸς ἄρτον τυχὸν, καὶ κόνδυλον ὕστερον ἐσ' αὐτῷ,

Porrige si possis panem, hinc obsonia pugnos;

Et doceri, iis, qui moderatis cōtenti esse nolunt, pugnos ac plagas deberi. Locus etiam, quando suadebimus beneficiis priùs, quā bello certandum. Item omnia tentanda rectori, suauia & aspera remedia adhibenda. Dicunt nostri, *pan y palo.* Sic etiam *Panis* nomine Pythagoras amicitiā intelligebat cùm dicebat, *Panem ne frangito*: ἄρτον μὴ κατεσθίειν. Ne dirimas amicitiam: vel sanè, quod sufficiat, egeno largire, ne subtrahas nec malignè cōferas. Similia de sale & mensa occurrunt 1. *Esd.* 4. 14. *Nos igitur memores salis, quod in palatio comedimus, & quia læsiones regis videre nefas ducimus.* Ambo iunxit Origenes hom. quadā in Matthæum de Iudā: *Neque salis eiusdem, neque mensæ, neque panis communicati memor est factus.* De sale dicemus 1. *Esdr.* 4. 14.

Pan y palo. Pythagoras. Panē non frangendum. Origenes.

ADAG. XXII.

EX EODEM VER. XX.

Peccatum clamans ad Deum.

HODIE vsurpamus adagialiter, fundamento sacrę Scripturæ.

Augustinus. Notant enim D. Augustinus *libr. de locutionibus Hebraicis*, & S. Gregorius *Lib. 5. Moral. cap. 7.* & *Par. 3. cura pastoralis admonit. 32. Clamorē peccati solere à* Sacra Scriptura sumi pro impudentiâ tantâ & licentia, vt nec verecundia, nec timore vllo peccatum occultetur. Vnde facilè perspicitur cur *Genes. 18. v. 20.* Deus inquiat, *Clamor Sodomorum & Gomorrhæ multiplicatus est, & peccatum eorum aggrauatum est nimis. Descendā & videbo vtrùm clamorem, qui venit ad mē, opere compleuerint: an non est, ita vt sciā.* Horum enim impudētiā docet Isaias maximā fuisse, dicēs, *Peccatum suum, quasi Sodoma, prædicauerunt.* Puto tamen voce clamoris simpliciter peccati grauitatem, etiamsi occultetur, significari. Habēs de Cain, qui conabatur patricidiū abscondere, *Genes. 4. 10. Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terrâ.* Vsurpatur ergo de quouis crimine, quod tale est, vt videatur non esse diutiùs à Deo dissimulanda improbitas, vel vlteriùs protelanda vindicta. Talia namque quatuor illa, quæ vocamus *Peccata clamantia ad Deum*; Scilicet masculorum cōcubitus, de quo hîc. Secūdò cædes innocentium, de qua *d. v. 10.* Tertiò violenta infirmiorum oppressiō, *Exo. 3. v. 7. Vidi afflictionem populi mei in Ægypto, & clamorem eius audiui propter duritiam eorum qui præsunt operibus.* Et ibidem ver. 9. *Clamor ergo filiorum Israël venit ad me: vidique afflictionem eorum, qua ab Ægyptiis opprimūtur.* Quartò mercedis fraudatio, *Iacob. 5. 4. Ecce merces operariorum, qui messuerunt regiones vestras, quæ fraudata est à vobis, clamat: & clamor eorum in aures Domini Sabbaoth introiuit.* Similiter in genere, *Iona. 1. 2.* Vbi de Niniuitis in versione nostra, *ascendit malitia eius coram me*; explanatiùs LXX. *ascendit clamor malitiæ eius*, ἀνέβη ἡ κραυγὴ τῆς κακίας. De quo ibi præclarè disseruit Remigius, sed eius libro nunc careo; non careo codice Saluiani Massilienſis viri disertissimi. quare verba illius *lib. 1. de prouidentia* non reticebo. *Quare autem peccata hominum quasi clamare testatur? scilicet quia cadi aures suas Deus dicit clamoribus peccatorum, vt non differatur pœna peccantium. Et verè clamor, & grādis clamor est, quando pietas Dei peccatorum clamoribus vincitur, vt peccantes punire cogatur. Ostendit ergo Dominus, quàm inuitus puniat, etiam grauissimos peccatores; dicens*; Quòd clamor Sodomorum ad se adscēderit: *Hoc est dicere, misericordia quidem mea mihi suadet, vt parcam: sed tamen peccatorum clamor cogit, vt puniam.*

Clamor peccati, de impudentia & magnitudine.

Peccata ad Deum clamantia.

1. 2. 3. 4.

LXX.

Remigius. Saluianus Massil.

IBIDEM VERSV XXVII. ADAG. XXIII.

Sum puluis & cinis.

CONFESSIO est vilissimæ conditionis & abiectissimæ, & meritò à cunctis conculcandæ: & præterea significantis se meritoriorum operum natura suâ sine Dei gratiâ sterilem. Talia enim puluis & cinis. Hebraicè, *Apher veepher* עפר ואפר pulchrâ allusione, quam alia idiomata nequeunt exprimere. LXX. γῆ καὶ σποδός. Chaldæus *Ophor Vketon* עפר וקטם. Ex hoc loco secundùm versionem LXX. dictum à Syracide 10. 8. τί ὑπερηφανεύεται γῆ καὶ σποδός; *Quid superbit terra & cinis?* & cap. 17. vlt. ἄνθρωποι πάντες γῆ καὶ σποδός. *Homines omnes terra & cinis.* Ab ipsâ igitur naturâ ductum est prouerbium. Nam ex puluere producti, in cinerem reducemur,

Puluis & cinis.

cemur,& vt terra mortui calcantur à viuentibus. *Malach.* 4.3. *Calcabitis impios,cùm fuerint cinis,sub plantâ pedum vestrorum.* Vtilia admodum & lectu digna hoc loco refert Bened. Pererius ex Philonis libro, *Quis rerum diuinarum sit heres?* & B.Gregorio *lib.* 24. *Moral. cap.* 27. illic legenda. A terræ & cineris vilitate duo profana prouerbia sunt. *Ligonibus aureis terram fodere*, &, *cburneis rastris solum vertere*; verè de homine, qui omne studium corpori comendo, & aqualiculo impendit. Item; *cinerem quærere:* quod lubens contrario sensu quàm Comicus vsurpauerim, de Veneriis istis pullis, qui mulierculas depereunt,nónne cinis cinerem?

Pererius. Philo.

Gregorius.

Ligonibus aureis terram vertere, &c.

Cinerem quærere.

ADAG. XXIV.

EX CAP. XIX. VER. IIII.

A puero vsque ad senem.

SIc omnis ætas indicatur. *Ge.*19. *v.*4. *Viri ciuitatis vallauerunt domum, à puero vsque ad senem*, vbi quod sequitur, *omnis populus simul*, est interpretatio præcedentis. Talia sunt *v.* 11. *A minimo vsque ad maximum.* Et *Num.* 5. 3. Hebraicè, *à masculo vsque ad fœminam*, quod noster vertit, *tam masculum quàm fœminam.* Id est, omnes personas. *A paruo vsque ad magnum.* 1. *Regum.* 30.19. Quod *Esth.* 1.20. vertit, *tam minorum quàm maiorum.* Item *percutere matrem cum filiis*, Gen. 32. 11. Sic alibi, *à cedro vsque ad hyssopum*, 3. Reg. 4.33. *A turre custodum vsque ad ciuitatem munitam*, 4. *Reg.* 17.9. De quibus suis locis.

A iuuene vsque ad senem.

à minimo ad max. à masculo ad fœminam. à paruo vsque ad magnum.

ADAG. XXV.

IBIDEM VERS. XVII.

Respicere post tergum.

AIt Angelus ad Loth: *Salua animam tuam:noli respicere post tergum*, indicans si post tergum respexerit, dubio procul periturum. Licèt profanis scriptoribus post tergum respicere,non aliud significet, quàm quod verbis sonant: tamen hoc loco(quidquid Caietanus scripserit)& alibi in Sacra scriptura cũ ipso corporis motu animi pœnitentiã & ad id à quo recesseris redeundi desiderium denota:vt paulo pòst *Ver.*26. *Respiciens autem vxor eius post se.* Et Luc. 9.v.62. *Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retrò,aptus est regno Dei.* Hoc est, Dei militiæ semel adscriptus, ad sæcularia,& priores curas animum conuertens, & ad Ægypti ollas respectans. Tale illud *Isaiæ* 56. 11. *Omnes in viam suam declinauerũt.* Nam Hebræa cũ Foreiro verti possunt, *omnes ipsi in viam suam faciem verterunt.* Et Ps. 43. 19. *Et non recessit retrò cor nostrũ.* Hebraicè est, *non se vertit retrorsum nostrũ cor.* Nõ redit, vt canis ad vomitũ, nec lota sus ad volutabrũ luti:ad carnis vitia rursus dilabẽtes flagitiosissimè & peruersissimè facere pronũciant S. Basil. *Monasticarum constitut. c.* 1. *in fine.* S. Augustin. *lib.* 16. *de ciuita. Dei cap.* 30. ita scribit: *Nam quò pertinet,quòd prohibiti sunt, qui liberabãtur,retrò respicere.nisi qui: non est animo redeundum ad veterem vitam,qua per gratiã regenerati eximur,si vltimum iudicium euadere cogitamus?* Quid? quòd Dei simia in magicis suis mysteriis, id imitatus? Cùm enim vis illorũ omnis penes pactum cum dæmone ictum stet; in illis post tergum respicere, quædam quasi resipiscentia, & irritatio censebatur:quare definenti operati dæmone frustrà fiebat;quod Pharmaceutria instituerat. Hæc enim vera explicatio facti magici apud Virgiliũ & Theocritum. Hic canit,

Post tergum respicere.

Caietan.

Foreirus.

S. Basilius. S. Augustin.

Theocrit. & Virgil. explicati.

ἦει δ' ἐς ὄλλιξα κίνν πυρὸς ἀμφιτελαντὶς
ἰψάτω εὖ μάλα πᾶσαν ὑπὲρ ποταμοῖς φέρουσα
μαχάδας ἐς πέτρας, ὑπὲρ εὐρέον.
ἀψ δὲ νίσεσθαι
ἀσφαλὲς.

Mane autẽ cineres ancillarum vna coactos
Omnes proijciat trans flumen, trans quoque fines,
Præruptam in rupem: corpus cauearq́ reuertens
Ne retrò flectat.

Virgilius autem;

Fer cineres Amarylli foras, riuóque fluenti
Transq́ caput iace: ne respexeris.

Politian⁹. Nam quæ de Saturniâ lege Politianus *Miscellan. cap.* 80. annotauit, mihi videntur à mente poëtarum his locis aliena.

ADAG. XXVI. IBIDEM VERS. XXVI.

Versa in statuam salis.

Gorgonis capite cõspecto. Heliodor Gorgonũ instar. Æschylus Lucilius.

DE adagij à miraculosâ metamorphosi sumpti vsu; ex Patribus mox dicetur. Adagium verò sacrum puto, sicut apud profanos cẽsentur esse, *conspecto Gorgonis capite*, apud Heliodorũ *lib.* 4. *Æthiop. hist.* & *instar Gorgonũ*, apud Æschylũ. & *viuens Niobes archetypum*; apud Lucilium. istud quidem de homine stupido & immobili, proximum de terriculamento; primum de attonito & metu externato. Niobes archetypum. Niobes certè fabulam, ex historiâ vxoris Lothi confictam arbitrari licet. Porrò hãc Salis statua. *salis statuam* aliter atque aliter interpretantur. Sunt qui velint esse prouerbium de re incorruptibili, & in æternum permansurâ. Sicut & 1. Salmeticum. *pactum salis* vocetur *Nu.* 18. 19. De quo nos ibi plura. cẽsent ergo alludi ad salem metallicũ, quod nullo imbre liquescere, & pro saxis ad ædificandas domos idoneũ Plinius *lib.* 31. *cap.* 7. docuit. Alij statuã salis exponũt, statuam admiratione dignissimam, quæ nobis exhibuerit aliquid meritò obseruandum: alij, 3. portentũ docens nos sapere. Quæ omnia proba puto, verùm coniungenda, dum tamẽ simul teneamus verè mulierem mutatam in veri salis statuam, iuxta sententiã Hebræorum, Philonis *lib. de profugis*, Iosephi *lib.* 1. *antiquita. cap.* 9. Et Beniamini Tudelensis *in Itinerario*. Licèt Hebræa vox נציב NETSIB, cumulum possit vel aceruum significare: & ideo Seuerus Sulpitius satis obscurè scripserit conuersam *in molem*: id tamen non de cumulo aut cõgesto informi, sed de erecto statuæ vel colũnæ modo intelligendum. Docent LXX. qui transferunt στήλη ἁλός, & Chaldæus, & Hierosolymitanus, & ipse Salomon *Sap.* 10. 7. ἀπιστοῦσης ψυχῆς μνημεῖον ἑστηκὸς στήλη ἁλός. *Incredibilis* (h. incredulæ) *animæ monumẽtum stans columna salis*. Mulierem igne sulphureo de cœlo afflatam, & peruastis ossibus in salis statuam versam Philo Carpathius prodidit, & hoc sensisse Abenezram verisimile videtur. Noster claritatis gratiâ pro columnâ, dixit *statuam*; quia Iosepho & aliis testibus muliebria lineamenta retinuit. Claudius Victor *lib.* 3. *in Genes.*

Philo. Iosephus. Beniamin. נציב Seuerus Sulp. LXX Chald. Philo Carp. Abenezra. Noster defensu. Claudius Victor.

Talia quinetiam Loth (heu!) miserabilis vxor [cupido
(Seu tanto stupefacta metu: seu stulta
Illa fuit, vetitũ cõtra cõsurgere pactũ,
Fœmineis innata animis: quæ denique cunque
Causâ fuit) Sodomam inspectans se ponè ruentem,
Confestim pœnas, violata lege subiuit;
In statuã cõuersa salis, spoliataq́ luce,
Sic animam infelix cum corpore perdidit omni,

Vt

Vt nullum exstaret forma remanente cadauer.

Formam muliebrem, pereunte cadauere, hoc est, carnibus & ossibus consumptis, vult remansisse. Sedulius. Sedulius autem adhuc antiquior, canit;

dum respicit vxor
In statuam mutata salis, stupefacta remansit,
Ad pœnam conuersa suam: quia nemo retrorsum,
Noxia contẽpti vitãs contagia mũdi,
Respiciens, saluandus erit. nec debet arator
Dignum opus exercens vultum in sua terga referre.

Respicit ad dictum Christi *Luc. 6. ver. vlt.* Admiranda prorsùs, quæ de hac statuâ momorat Tertullianus Tertullianus. *carmine de Sodomâ*;

Ipsáq; imago sibi formam sine corpore seruans
Durat adhuc. etenim mudâ statione sub æthrâ
Nec pluuiis dilapsa situ, nec diruta ventis.
Quinetiam, si quis mutilauerit aduena formam,
Protinus ex sese suggestu vulnera complet.
Dicitur & viuẽs abo in corpore sexus
Munifico solutus dispungere sanguine menses.

Sic enim corrigo, & inde interpretor B. Irenæi verba *lib. 4. cap. 51.* Irenæus. *Vxor remansit in Sodomis, iam non caro corruptibilis, sed statua salis semper manens: & per naturalia, ea quæ sunt consuetudinis hominis, ostendens.*] Hoc est fluore menstruo, quid fœminis consuetum docens. Hoc physicum. Vsus adagij. Moralis vsus adagij fuerit, si *vxor Lothi*, vel *salis statua*; dicatur de iis, Vxor Loth. qui cùm à religiosâ vitâ vel virtute defecerint, variis calamitatibus oppressi, alios meritò deterrebunt. Sic vtitur ipse CHRISTVS, excidiũ Sodomæ ostendens fuisse typum extremi iudicij, & addens; *In illâ die, qui fuerit in tecto, & vasa eius in domo, ne descendat tollere illa: & qui in agro, similiter nõ redeat retrò. Memores estote vxoris Loth. Luc. 17. 31.* Et sic moneri nos, vt periculo pœnæ similis sapiamus, & ideo statuam salis vocari, quòd sit nobis pharmacum sapientiæ, magno consensu proditum à Patribus. D. Augustin. *d. cap. 30. lib. 16. de ciuitate, & in Psal. 75.* B. Prosper *par. 1. de promiss. cap. 16.* Rupertus hìc; & alij. Vide Lorinum nostrum in Sap. *cap. 10. v. 7.* Augustin. Prosper. Rupertus. Lorinus

---

EX CAP. XXII. VER. XIV. ADAG XXVII

In morte Dominus videbit.

HEBRAICE est; *vocauit Abrahã nomẽ loci ipsius, Dominus videbit* (יראה) *Quod dicitur hodie: in mõte Dominus videbitur.* (יראה) LXX priore loco, κύριος ὤφθη, *Dominus vidit*: posteriore κύριος ὀφθήσεται, *Dominus videbitur*. Noster vertit: *Appellauitq; nomen loci illius Dominus videt. Vnde vsque hodie dicitur: In monte Dominus videbit.* Quod ergo noster dixit in præsenti *videt*, Lxx. in præterito, Hebræus in futuro. Nulla tamen est dissensio. Quia futuro Hebræi omne tẽpus significãt, maximè cùm de Deo sermo sit, tũ præcipuè, vim præsentis habet, quia sic Dei duratio, & continua perseuerantia indicatur. Ideo enim *Exo. 3. 14.* secundùm hodierna puncta Deus vocat se Hebraicè *Ero qui ero*; & Lxx. atque noster verterunt per præsens, *Sum qui sum*, Euangelista verò nomen idem *Apoc. 1. v. 8.* tribus temporibus explicuit; ὁ ὤν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος, *qui est, & qui erat, & qui venturus est*, exponens ipsum יהוה, quod pro punctorum varietate ad tria tempora potest referri. Et quia Hebræa. Græca. Latina. Concilia-tio ver-sionum. Futurum Hebræis pro omni tempore. יהוה explicãs.

quanta Dei essentia & potētia, tanta quoque Dei est prouidētia; ideo etiā voce futuri Moses illā hoc loco Geneſis potuit exprimere, & noſter interpres, vt phraſi lucē adferret, meritò vertit in præſenti, quia quæ nobis futura, Deo præſentia ſunt: Abrahā quoque, viſo ariete in vepribus ſuſpenſo, & inde contemplatus Dei prouidentiā, nomē loco indidit. Sic itaque ſenſus idem erit, legendo, *vidit*, ac legendo *videt*, aut *videbit*. Sic vbi ſuperiùs prædixerat *v.*8. Deus יראה hoc eſt ſecundū Lxx. ὄψεται, ſecundùm vulgarem, *prouidebit ſibi victimam*. Sic *Tob.*1.12. 1. habetur, ὅρα τέκνον, δῶσις μισθὸν. *vide fili, vt des mercedem*, hoc eſt, cura, prouide. Sic etiam Cicero ad Trebatium; *mea negotia videbis*. Ad Atticum; *vt prandium nobis videret*. ad Lucullum; *tribunū aliquem cenſeo videant*. Igitur *d.v.*8. cōtinetur prophetia Abrahæ, hoc verò *v.*14. ponitur prophetię impletio: ideo noſter hîc *v.*14. in præſenti, Lxx. in præterito reddiderūt. Impletionis narrationi ſubduntur ea Moyſis verba, quibus adagium & adagij originem declarat. *Vnde* (arreptâ dicti illius Abrahæ, tā illuſtri miraculo confirmati, ansâ) *vſque hodie* (in hodiernū quo hæc ſcribo, dié annis elapſis iā quadringētis à nominis impoſitione) *dicitur* (vulgò inter Hebræos) *in monte Dominus videbit*. Integrū hoc eſt, & diſplicet valdè, quod quidam non indocti formulę prouerbij dūtaxat tribuūt illud, *Dominus videbit*; & cōtextum diſrūpunt hoc pacto; *in mōte qui vocatur Dominus videbit*. Fuit quidem loci nomen *mons Domin⁹ videbit*: ſed integer adagio fuit; *in monte Dominus videbitur*. docet D. Hieronym. *in lib. de Quæſtio. Hebraicis*, ita ſcribens; *Hoc autem apud Hebræos exiuit in prouerbiū: vt ſi quando in angustia conſtituti ſunt, & Domini optant auxilio ſubleuari, dicant*, In monte Dominus videbit. *Hoc eſt, ſicut Abrahā miſertus eſt; ita miſerabitur noſtri*, ita etiam explicat apud R. Salomonē, Iarriū, Midras, Aggada. Nec quenquā conturbet; quòd Lxx. habeant, in præterito, *viſus eſt*, ſeu *apparuit*: quod D. Auguſtinus *li.*16. *de Ciui. Dei c.*32. amplectitur, & exponit, *videri ſe fecit*; volētes fortè hac ratione nos docere, quo modo De⁹ ſolitus adeò celeri ac manifeſto auxilio ſuis ſubuenire, vt dici poſſit illis ſemper adſtitiſſe, & quaſi præſens apparuiſſe: vel certè tempore præterito futuri certitudo denotata. Neminem inquam, hoc turber, quia Hebręum יראה pro vocalium diuerſitate vtrūque recipit. Paſſiuū erit cū Kamets יראה ſicut hodie excuſum, & Lxx. legerunt; actiuum ſi ſcribas cū ſceua, יראה, vti legerunt noſter & D. Hieronymus. Fortaſſis etiā vulgus vtroq; modo vſurpabat. Vtrūq; ſenſū habet; Certò futurū vt Dominus nobis in mōte auxilietur.

Videre pro prouidere.

Cicero.

Origo adagij.

Formula eius.

D. Hiero.

Adagij vīs.

Salomon Iarrhi. Midras. Aggada. Lxx.

Non deſunt, qui cenſeant clarius adagiū fore, ſi nomē tetragrammatū יהוה capiamus in patrio caſu. *In monte Domini videbitur*: hoc eſt, aiūt, ſuo loco & tēpore, cùm opus erit, Deus nobis ſuppetias veniet. Nequeo illis aſſentiri. Primò; quia hoc non bene quadrat lectioni Lxx interpretum, aut noſtræ verſioni; fauet potiùs cōmento Iudaico, quod hîc Chaldæus obtrudit. Secundò quia capiendo in recto caſu æquè clara eſt ſententia. Tertiò, quia parùm ſolida eſt obſeruatiūcula, quā ex illâ ſuâ lectione genitiui eliciūt: videlicet nomē IEHOVA, ſimpliciter ſeu abſolutè poſitū, numquā tribui niſi Deo, & CHRISTO ratione diuinitatis, vt *Ier.*23.6. *dixit Dominus ad me, vade*. Et cap.33.26. *Hoc eſt nomē, quod vocabūt eū, Domin⁹ iuſtus noſter*: Sed cū addito, v.g. quando aliquid dicitur

Contra quoſdam volentes (Domini) legi.

Nomen ineffabile an creaturæ tribuatur.

dicitur esse Dei, solere etiam quadã participatione creaturæ tribui, vt illa dicatur esse *Iehoua*. hoc est, *Iehouæ*. & allegãt hũc locũ Genesis *d.v. 14.* & *Exo. 17. v. vl. Manus solij Domini, & bellũ Domini erit contra Amalech.* & Iudic. 6. 24. *ædificauit ergo ibi Gedeon altare Domino, vocauitq; illud, Domini pax, vsq; in præsentem diem.* Mihi hæc obseruatio infirma videtur. Quia de nostro loco contrariũ verius ostendi. In Exodo, & Iudicum historia nomen יהוה non tribuitur creaturæ; ita, vt significet creaturam; sed tantùm denotat illam creaturam esse ipsius Dei, vel quia Deo sacra, vel quia à Deo iussa aut profecta: neque in hac re quicquam peculiare accidit ratione nominis tetragrammati. Sensus enim idem erit, siue dicas, altare Elohim, siue altare IEHOVA, siue altare Dei Sabaoth. Et cùm hoc dicimus non tribuimus nomen Sabaoth, vel Elohim creaturæ; sed creaturam tribuimus ipsi Deo.

Vt finiam, vtemur & vtebantur Hebræi prouerbio isto, vt animum attolleremus & roborarent in rebus ambiguis & perplexis, exemplo Abrahæ, in spe contra spem sperãtes; non magis sibi auxiliatricem Dei manum & misericordiam defuturam, quàm illi defuerat. Ad futurã opem in montis cacumine, hoc est, cùm ad summum malorũ nos autumabimus peruenisse: in acie nouaculæ, in ipsâ arâ sub gladio percussoris. Exemplum habemus in septies icta muliere in D. Antonio tam acerbè à dæmonibus vexato, in Isaac immolando. Nónne sanctiùs hoc vsurpabimus, quàm gen-
Virgilius. tile illud malè sanum?

Fata viam inuenient.

Fata repudio. Dic prouidẽtiam: huic nihil inuium; cuncta peruia. Etiamsi sortiantur decapite nostro hostes victores: si dormiamus *inter medios cleros*, euademus; *penna columbæ deargentatæ, & posteriora eius in pallore auri:* simile, dissimile, est illud Græcanicũ, ἀπὸ μηχανῆς ὁ Θεὸς ἐπιφανὴς, *ex machinâ Deus apparens.* Simile, quia spondet auxilium; dissimile, quia insperatum.

Contra quandam nouam explicationem. Prætermitto quorumdam adhuc aliorum commentarium, agi de monte Sion, vbi templum extruẽdum: & volunt *in monte* positum pro *in montem*, hoc sensu, Deus in hunc montem oculos perpetuò coniiciet. Parum enim attendunt ad originem adagij, & mentem illud vtentium.

ADAG. XXVIII.

IBIDEM VER. XVII.

Sicut stellæ cæli.

SIc Naso,
Quot cælum stellas.
Explicatum superiùs *Adagio* 15.

ADAG. XXIX.

EX CAP. XXIII. VER. VI.

Dei princeps.

INGENS maiestatis & magnitudinis diuinæ admiratio fecit, vt sacri scriptores quidquid in vnâquaque re iudicabant maximum & præstantissimum, id Dei esse dicerent quasi diuinum aliquâ participatione. Congeram vno loco varia exempla. sapiunt enim adagialem locutionem: & plus aliquantùm quàm dium siue diuinum Latinorum, vel θεῖον Græcorum. *Hic c. 23. 6. Princeps Dei es apud nos:* Te nõ modò vt primarium & egregium veneramur, sed vt Deo dilectum, & nobis præpositum principem. Sic interpretor coniungens paraphrasim Chaldaicam, cum LXX. illa habet, *Princeps coram Deo tu es inter nos.* Illi verò, βασιλεὺς σὺ εἶ τοῦ

Dei plus quam θεῖον.

Princeps Dei. Chaldæus.

LXX.

Montes Dei.

ἐν ἡμῖν. *Rex à Deo tu es in nobis.* Psal. 79.11. *Arbusta eius cedros Dei*, maximè enodes, fortes, altas, frondosas. *Ps.* 35.7. *Iustitia tua, sicut montes Dei.* Maxima est, notissimáq;: sicut mõtes maximi & celsissimi cunctis cõspicui: Apollinarius,

Apollinarius.

πανομμίτως ὄυρεσι θεῖσε.

Persimilis montibus diuinis.

Deuteron. 33.1. *Moyses homo Dei.* Iosue 14.7. *Locutus sit ad Moysen hominem Dei.* & de Samuele. 1. *Reg.* 9.7. *Vt demus homini Dei*, quod ante dixerat ibidem *virum Dei.* & *in* 4. *Reg.* Passim sic Elias & Elisæus vocãtur, *& in* 2. *Paralip.* Dauid *cap.* 8.14. Semeias. & *cap.* 11.2. & alij prophetæ 4. *Reg.* 7. & 8. & 2. *Para.* 25.9. Vt appareat hunc proprium esse titulum prophetarũ, & significare eos qui Spiritu Sancto inspirati futura prędixerunt; & ita differre ab alio titulo *Seruus Domini*, de quo ad librum Iosue differendum. Sic etiam legimus *Castra Dei Gen* 32.2. & *Exercitus Dei*, 1. Paralip. 11.22. *Vultum Dei* Genes. 33.10. *Angelum Dei*, 2. *Reg.* 14.20. c. 19.25. & *Esth.* 15.16. Sic enim significabant robustissimos & optimè ordinatos exercitus castráque; & vultum sydereum diuinâ quadam maiestate illustratum, de quo *ad d.v.* 10. plura.

Homo Dei.

Seruus Dei.

Castra Dei

Exercitus Dei.

Vultus Dei.

Angelus Dei

ADAG. XXX.

IBIDEM VERSV X.

Habitare, vel, *esse in medio populi.*

Habitare aut esse in medio populi. Caietan.

QVOD legimus; *Habitabat autẽ Ephron in medio filiorum Heth:* non tantùm significat ibi fuisse præsentẽ, vt putat Caietanus: præsentiam namque satis ipsum colloquium indicauit: sed etiam domicilium continuum (ideo Lxx. vtũtur verbo *sedendi.* ἐκάθητο ἐν μέσῳ) & quidem vt principis vel præcipui, cui cæteri deferebant. Sic Salomon Deo gratias agens ait, *& seruus tuus in medio est populi* 3. Reg. 3. 8. Hoc est, regnat & regit populum. Quẽadmodum Deus dicebatur esse, vel habitare in medio Israëlis, etiã ante templum conditum, non tantùm propter propitiatorium, sed etiã quia ipse regnabat super Israël, ante Saulis electionẽ, vt habes 1. *Reg.* 8. *ver.* 6. & 7. Vbi cùm populus dixisset: *Da nobis regem:* Deus detrectanti Samueli ait, *Audi vocem populi in omnibus quæ loquuntur tibi. Non enim te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos*, scilicet vt hactenus regnaui cùm nullum hominem regem haberent. Sic *Exo.* 29. 45. *Habitabo in medio filiorum Israël, eróque eis Deus.* Et 34.10. *Populus iste, in cuius es medio.* Id est cui vt dux meâ vice præes. Sic *Psal.* 81.1. *Deus stetit in Synagoga Deorum: in medio autem Deus diiudicat*, sedens vt iudex iudicum. ducta locutio, quòd medius locus dignissimus. Quia verò principes & qui sunt in populo præcipui, cæteris veneratione, & quasi inuiolabiles esse solent, nec magnoperè indigent alienâ ope aut commendatione; ideo traducta significatio ad eos qui fautores, aut commendatores non desiderant, qui per se, vt Africanos locutos testatur D. Augustinus, peruentores esse poterant. Hoc voluit Sunamitis illa, quando prophetæ operam suam offerenti, respondit: *Ego in medio populi mei habito.* 4. Re. 4.13. & Psal. 100.2. *perambulabam in innocentia cordis mei: in medio domus meæ.* Licèt mitis, & comis essem meis omnibus, tamen me venerabantur, nec familiaritas contemptum gignebat. Sic Nabuchodonosor iusserat vt Ieremiæ præcipua

2. Significatio.

LXX.

inter

inter reliquias ratio heberetur, quod sacra Scriptura dicit secundùm LXX. *Ierem.* 39. *v.* 14 *sedere fecerunt in medio populi:* Vbi Chaldæus Hebraismum eumdem retinuit, sicut & noster *Ierem.* 40. 4. *Habita ergo cum eo in medio populi.* Hoc est, fauore Godoliæ principis tutus, & quietus & abundans. Sed quod legitur *Luc.* 22. *v.* 27. *Ego autem in medio vestri sum sicut qui ministrat*; refero ad priorem significationem. q.d. Ego autem licèt sim Dominus vester, me tamen tanquam ministrum gero. Aliàs in medio nihil habet prouerbiale, cùm ponitur nudè pro *inter* vel *in*, vt Psal. 100. *v.* 7. *Non habitabit in medio domus meæ, qui facit superbiam.* & passim.

3. Significatio.

ADAG. XXXI.

EX CAP. XXIV. VER. XLIX.

Ire ad dexteram, siue ad sinistram.

Ire ad dexteram, siue ad sinistram.

ΠΑροιμιακῶς aiebant. Hoc enim *v.* 29. procurator Abrahæ postulat sibi à Bathuel respõsum dari, vt vel exorati Rebeccã sibi tradãt, vel si nolint, idipsum dicant, vt quò visum fuerit, aliò se conferat: *Vt vadam* (inquit) *ad dexteram siue ad sinistram.* עַל-יָמִין אוֹ צַל-שְׂמֹאל *Al-iamin o al-semol.* LXX. εἰς δεξιὰ ἢ εἰς ἀριστερά: Quo loco D. Augustinus q. 67. exponit, vt redeam negotio feliciter siue infeliciter confecto. Rectiùs notat Procopius idiotismum esse, qui significet. *Quaquâ versum & vndique*, hoc sensu, vt recedam in quamcunque partem me Deus duxerit, vxoris herili filio quærendæ gratiâ. Nam in Mesopotamiâ degebant adhuc alij vndecim fili Nachor, à quibus poterat coniugem petere. Patet *ex cap.* 22. in fine. Sic legimus de lege, *Deuteron.* 17. 11. *Nec declinare ad dexteram, neque ad sinistram.* Et 20. *Neque declinet in partem dexteram, vel sinistram.* Iosue 1. 7 *Ne declines ab eâ ad dexterã, vel ad sinistram.* Prouerb. 4. 27. *Ne declines ad dexteram, neque ad sinistram.* Id est à rectâ viâ legis in nullam partem deflectas: Nam hoc palantium proprium est, à semitâ & quasi lineâ aberrare. Optimè Horatius,

Veluti siluis, vbi passim
Palantes error certo de tramine pellit:
Ille sinistrorsum, hic dextrorsum abit.

1. Expositio Augustini. 2. Procopij.

Declinare ad dexteram, vel sinistram.

Tam dextra quàm sinistra in vitium abducunt, & reprehenduntur, quando virtuti mediæ opposita, vel legi. Tunc enim vtrumque est lineã transgredi. Sed quando nõ opponuntur ambo vni medio, sed ipsa duo inter se opponuntur, tũc *Dextera* pro bono, *Sinistra* pro malo vsurpatur. Priore oppositione vsus Salomon verbis quæ citaui *ex d. v. vlt.* Secundùm posteriorem verò sumebat, quod subdidit, *Vias enim quæ à dextris sunt, nouit Dominus: peruersa verò sunt, quæ à sinistris sunt.* Priore modo etiam sumẽda sequentia, *Isai.* 30. 21. *Hæc est via: ambulate in eâ, & non declinetis neque ad dexteram, neque ad sinistram.* Hoc est, vt ait *Deuteron.* 16. 18. *Non declinetis in alteram partem.* Sic *Isai.* 54. 3. *Ad dexteram enim, & ad lauam penetrabis:* id est, quaquâ versum te inferes, vinces. Sic *Isai* 9. 20. *Et declinabit ad dexteram, & esuriet; & comedet ad sinistram, & non saturabitur.* Quocumque se verterit, inediâ laborabit, famè cruciabitur, ventri non satisfaciet.

ADAG. XXXII.

IBIDEM VER. LX.

Possidere portas inimicorum.

Portas inimicorum possidere.

IN benedictione Rebeccæ legimus *d.v.60. Possideat semen tuum portas inimicorum*, significatur, diuinis, & humanis omnibus hostium potiri; vtrumque imperium sæculare, & Ecclesiasticum obtinere. Quia portæ præbent aditum in vrbem, muniuntur turribus, & propugnaculis, vt palàm est. Prope illas in Palæstinâ solebat esse forum vænalium rerum, ibidem indicia exercebantur. Ierosolymis forum pecuarium prope portam gregis, forum rerum vænalium haud longè à portâ piscium fuit, vt docent Adrichomius, & Villapandus noster, *in topographiâ vrbis sanctæ*. De iudiciis conuincunt loca sacræ S. *Prouer.22.22. Non facias violentiam pauperi, quia pauper est, neque conteras egenum in portâ. Quia iudicabit Dominus causam eius, & configet eos, qui confixerunt animam eius.* Ibidem 31.23. *Nobilis in portis vir eius, quando sederit cum senatoribus terræ.* In portis hominum præclarè facta, & Dei laudes annunciabantur, & prædicabantur. *Psalm.9.15. Qui exaltas me de portis mortis, vt annunciem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion.* Prouer.vlt.31. *Laudent eam in portis opera eius.* Si quis tamen vellet hoc vltimũ idem esse, quod laudare coram omnibus venientibus & discedentibus, exeuntibus, & intrantibus, cum eo non altercabor. Ad vim adagij sufficiunt præcedentia. Sic *Genes.22.17. Possidebit semen tuum portas inimicorum suorum.* Confirmat quod contrario modo dixit *Isaias 60. 18. Occupabit salus muros tuos, & portas tuas laudatio*; prædicens saluam faciendam, & omni fœlicitate cumulandam Ecclesiam, spiritualem Hierusalem; & ideo in portis laudes Dei personaturas, & lætum Alleluia decantandum.

Prope portas forum.

Adrichomius. Villalpãdus

In portis iudicia.

In portis habeb. panegyres & conciones.

ADAG. XXXIII.

EX CAP. XXVII. VER. XXVII.

Odor agri pleni.

IACOBO benedicẽs Isaac dicebat perceptâ fragrantiâ vestimentorum; *Ecce odor filij mei mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. Gen.* 27.27. significans suauissimũ odorem: in multis codicibus deest, *pleni.* nec habetur in Hebræo: sed Lxx. splendoris causâ addiderunt, ὡς ὀσμὴ ἀγροῦ πλήρους: vt intelligamus cui agro comparet, & in quo posita agri benedictio. Deus agro benedicit, quando ei largâ manu, cũctorum florum, & frugum bene olentium & hominibus gratarũ copiam largitur, vt *Qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus etiam metat. 2.Cor.9.6.* Thargumeus Ierosolymita, vt ad templum referret, nimis allegoricè exponit odorem incensi ex optimis aromatibus. Eodem quidẽ sensu accipiẽdũ aliud; *Odor Libani*, de re odoratissima: sed diuersa sunt adagia: & spõsam quidem verisimilius est *Cant. 4. ver. 11.* allusisse ad thymiama templi, quia sponsa Ecclesia est; ideo noster ibi ריח לבנון *Reia Lebanon* transtulit *Odorem thuris* (vide illic à me in commentar. notata.) Isaac verò agricola & pecorarius ad agri odorem potiùs, quàm ad aromata credendus adspexisse. Vt enim à D. Hieronymo notatum libenter homines, prouerbia & similitudines petunt ex studiis in quibus vitam traduxerunt. Erant illæ vestes, quibus

Odor agri pleni.

Benedictio agri.

Thargum Ierosolymitanum.

Odor Libani.

Reg in cõparationibus attendenda.

bus Esau sacrificans vtebatur, aromatibus & suffitu imbutæ: hoc enim solemne fuit, & ideo vestimenta quæ Vlyssem induit Calypso vocata ab Homero θυώδεα: nã θύω *sacrifico* dictum quasi θυμιάω, *euaporo, suffio, adoleo:* verumtamen hunc vestium odorem agro pleno fragrantiæ hîc comparauit. Lautè de hoc loco Drepanius Florus, poëta Christianus;

Drepanius Florus.

Sic mea nunc redolet proles, velut inclyta rura,
Munere diuino quæ benedicta cluunt.
Det tibi cũctipotens cæli de rore salubri,
Pinguibus éque aruis munera larga satis.
Scilicet egregios æterni farris aceruos,
Exundans oleum, vináque larga nimis.

Vera lectio hic v. 28.

Vides eum *pinguedinem terræ* exponere, arua pinguia. Vides eundem legisse *frumenti, vini, & olei.* Nam ad locum Geneseos adspexisse manifestũ est, cùm præmiserit, se ponere benedictionis Isaac formulam;

Antiqui nunc orsa senis iuuat ore referre,
Lumine qui captus, mente serenus, ait:
Sic mea, &c.

Valde igitur prisca hæc lectio est. quia Drepanius vixit tempore Gregorij Magni circa annum 650. Sic etiam legit Rupertus *lib. 7. comment. in Gene. c.* 17. Nihilominus Latini codices meliores carent voce *olei*, vt & Hebræi, Græci, & Chaldæi; nec eam agnouerunt patres antiquiores, Tertullianus, Theodoretus, Augustinus; & confirmat ipsemet patriarcha mox iterans eandem benedictionem, *v.* 37. *frumento & vino stabiliui eum.* Puto in illos codices ex versione LXX. irrepsisse, non huius loci, sed *Psal.* 4. 8. *A fructu frumenti, vini, & olei*, vbi similiter *olei* deest Hebræo, & in sua versione id D. Hieronymus prętermisit. Vide prælectiones nostras Salmantinas *ad d. Psalmum.* Possumus vti vtroque adagio de suaui odore deuotionis & bonorum operum. De terræ suaueolentiâ Plinius auctor est, quæ tenera sit & proinde fæcũda, illam vel vnguentis præstare. Verba sunt *è lib. 17. Nat. hist. cap. 5. Certè Cicero lux doctrinarum altera, Meliora,* inquit, *vnguenta sunt quæ terram, quàm quæ crocum sapiunt. Hoc enim maluit dixisse, quàm redolent. Ita est profectò, illa erit optima quæ vnguenta sapiat. Quòd si admonendi sumus, qualis sit terræ odor ille qui quæritur, contingit sæpe etiam quiescente eâ sub occasum solis, in quo loco arcus cælestis deiecerit capita sua, & cùm à siccitate continuâ immaduit imbre: tũc emittit illum suum halitum diuinum, ex sole conceptum, cui comparari suauitas nulla possit. Is esse odor in commotâ debebit, repertúsque neminem fallet: ac de terrâ odor optimè iudicabit.* Quid si igitur huic teneræ terræ suauitati, fragrantia messis triticeæ, vel florentis vineæ accedat? cupiat quis (vt ait ille) *sẽ totum esse nasum.*

Plinius.

Catullus.

EX CAP. XXXI. VER. 11.

ADAG. XXXIV.

Heri & nudius tertius.

DIVVS Augustinus lib. de locutionibus Hebraicis notat, tẽpus præteritum indefinitè significari, cùm in sacra S. dicitur, *heri & nudius tertius.* Adagium esse cõstat. S. Irenæus *lib. 1. cap. 12. heri & nudius tertiũ*, quod dici sõlet. Idem Græcè dixit Epiphanius *lib. 1.* τὸ δὲ λεγόμενον, χθὲς καὶ πρώην. Athenagoras *in Legatione*, ὅτι χθὲς καὶ πρώην γεγόναμεν, ὡς

Augustin.

Heri & nudius tertius.

Irenæus.

Epihanius.

Athenagoras.

λέγεις: *quòd heri & nudius tertius cæperint, vt aiunt.* Testatur idem Plato *lib. 3. de legibus*, Plutarchus, & alij profani. Vt plurimùm significat *non multò priùs*, seu *haut ita pridem*, quod pœta quidam dixit, *hodie atque heri.* Alias ponitur pro *iamdudum*, vel *non nuper*: interdum dumtaxat pro *priùs*, seu *antea*. Hoc tertio modo sumptum inuenies. *Exod.* 21.29. *Quod si bos cornupeta fuerit ab heri & nudius tertius.* Deutero. 19.4. *Qui pertusserit proximum suum nesciens, & qui heri & nudius tertius nullum cõtra eum odium habuisse comprobatur.* 1. Reg 10.11. *Videntes autem omnes qui nouerant eum heri & nudius tertius.* Daniel. 13.15. *Cùm obseruarent diem aptum, ingressa est aliquando sicut heri & nudius tertius cum duabus solis puellis.* 1. Machab. 9.44. *Pugnemus contra inimicos nostros. Non est enim hodie sicut heri & nudius tertius.* Pro iampridem exstat. *Exod.* 4.10. *Obsecro Domine, Non sum eloquens ab heri & nudius tertius: & ex quo locutus es ad seruum tuum, impeditioris & tardioris linguæ sum.* 2. Reg. 3.17. *Tam heri quàm nudius tertius, quærebatis Dauid, vt regnaret super vos.* cap. 5. v. 2. *Sed & heri, & nudius tertius, cùm esset Saul Rex super nos, tu eras educens & reducēs Israël*; quibus omnibus locis noster retinuit loquelare verbum, quod tamen definitè pro triduo vsurpatum puto. 1. *Reg.* 21.7. *continuimus nos ab heri & nudius tertius, quando egrediebamur.* Denique pro non ita pridem indefinitè frequenter inuenias positum à scriptoribus Græcis, loca tantùm indicabo. Iosephus *lib. 1. & 2. contra Appionẽ, & li. 2. antiq. ca. 7.* Eusebius *lib. 1. histor. Eccles. cap. 9. & lib. 3. c. 38. & li. 2. præparat. Euang. cap. 8.* & Nazianzenus *orat. contra Eunomium*: & è conuerso, vt rem diuturnam seu perpetuã indicent negationem, adijciunt οὐ χθὲς ἁ πρώην. ita locutus apud Strobæum Iunius Philosophus, & Sophocles in Antigonâ. Præterea moneo, nec Hebræos, nec Latinos, nec Græcos, eodem semper modo hoc prouerbium exprimere. Hebraicè hoc loco *Genesis* 31. 2. habes; בחמול שלשום *kithmol silsom.* vt & infer. *v.* 5. Lxx. ὡς χθὲς ἁ τρίτην ἡμέραν, noster, *vt heri & nudius tertius. Exo.* 31.29. מחמל שלשם punctis variatis & affixo: Lxx. ἢ πρὸ τῆς ἐχθὲς ἁ πρὸ τῆς τρίτης. noster, *ab heri & nudius tertius. Ruth.* 2.11. תמול שלשם Lxx. ἀπ' ἐχθὲς ἁ τρίτης: noster *heri & nudius tertius*: & eodẽ modo Lxx. *d l. 1. Re.* 10.11. Vbi Hebræus מאתמול שלשם *meattemol siltem.* 2. Reg. 5. 2. גם אתמול גם-שלשום *gam & mol gam silsom.* Lxx. ἁ χθὲς ἁ τρίτης. noster, *sed & heri & nudius tertius.* Exod. 4. 10. גם מחמול גם משלשם *Gã mittemol gã mi silsom.* Lxx. πρὸ τῆς ἐχθὲς, ἐυδ' ἀφ' ἧς ἐλάλησας τοῖς τρίτης ἡμέρας. noster *ab heri & nudius tertius.* sed *cap. 5. v. 7. & 8. & 14.* noster vertit, exponẽs adagium; *sicut prius*: Lxx. verò *v.* 8. vertunt, καθ' ἡμέραν ἡμέραν *per singulos dies*, hoc est, iuxta solitum pensum diurnum.

His similia possent notari de adagio, *hodie & cras*, de quo dicendum *adag. infer.* 36.

Plato. Plutarchus. 1. Significatio Catullus 2. 3. Pro antè simpl. Pro diu antè Pro triduo. Pro non pridem. Iosephus. Eusebius. Nazianzenus. Non heri & nudius tertius. Strobæus. Sophocles.

IBIDEM VERS. VII. ADAG XXXV.

Decem vicibus.

QVERITVR Israël à Labano mercedem suam mutatã *decem vicibus.* difficile tot vices reperire, frustrà sunt, qui conati: solitâ parœmiâ, *decies & decem*, sæpè & multa significant. ita Hebræi & Caietanus volunt; quósque maioris decies facio, Adamantius, Diodorus, Eusebius, & Procopius hîc, ex Syriaca

Decies vel decé. Caietan⁹. Origenes. Diodorus. Eusebius. Procopi⁹.

Cyrillus. Syriaca (vt aiunt) paraphrasi. Sic alibi sumi docet S. Cyrillus *in Zachar. cap.* 8. nondum excusus. Exempla sunt, *Leuit.* 26. 26. *Postquã confregero baculum panis vestri: ita vt decem mulieres in vno clibano coquant panes, & reddant eos ad pondus: & comedetis & non saturabimini.* Num. 14. 22. *Tentauerunt me iam per decem vices, & nõ obedierunt voci mee.* Iob. 19. 3. *En decies confunditis me, & non erubescitis opprimentes me.* 2. Esd. 4. 12. *Factum est autem venientibus Iudæis, qui habitabant iuxta eos, & dicentibus nobis per decẽ vices, ex omnibus locis quibus venerant ad nos.* Eccl. 7. 20. *Sapientia confortauit sapientem super decem principes ciuitatis.* Origo dicti, quia quod in bonis malisue maximũ aut perfectissimum, id denario denotabãt. Sic enim Latinis, castrorum *porta decumana*, præcipua; *vnda decima*, & *fluctus decumanus*, qui maximus. (docui *Aduersar. in Senecam*) Quid si *decempedem vmbram* apud Suidam, interpretemur longissimam? nam sole occumbente talis est, & tum cœnæ tẽpus. Nam quod alij de horologiis, acutiùs fortè quàm aptiùs.

Denarius numerus est nota perfectionis. Porta decumana. Fluctus decumanus. Decẽpes vmbra. Suidas.

De lectione LXX

Maius hoc loco negotium, maior moles, causã reddere, cur Lxx. hoc loco vbi noster *vicibus*, verterunt δέκα ἀμνῶν, *decem agnis?* מנים *monim* Hebræum clarè ad numerum spectat. מנה *manah* numerare est. vnde totidem literis fit nomen, aliquando significans donum quoduis, interdum speciem monetæ, vel ponderis, nonnumquam numerũ seu vicem, vt hîc acceperunt noster, Aquila, Symmachus, & vterque Thargumæus. Græcis & Latinis vocatur *mina*, omisso priore pũcto. nec arbitror aliter scripsisse Lxx. quàm δέκα μνῶν. sed frequẽter occurrente in libris errore, librarios iam olim finale ἄλφα geminasse, in δέκα ἀμνῶν. Si quis contenderet scripsisse δέκα μνᾶν, foret error ortus ex metathesi literarum. Si pertendas locum vitiatum non fuisse: suggero, dicas eos ad verbũ non reddidisse, sed existimasse sensum esse, per iniuriam fraude Labani quamplurimis agnis priuatum. Idem repetitur hoc eodem *cap. v.* 41. vbi egregiè Eugubinꝰ corrigit, μνᾶσι pro ἀμνασι.

מנה verbum & nomen.

Eugubinus.

EX CAP. XXXII. VER. XI.

ADAG. XXXVI.

Percutere matrem cum filiis.

Matrem cũ filiis.

HEBRAICE אם על-בנים *em al banim*, matrem super filios, quod noster optimè *matrẽ cum filiis*. Lxx. μητέρα ἐπὶ τέκνοις, *matrem ad filios*, filiis matre additâ. Prouerbium de strage, qua nihil vel parùm reliquiarum remanet: vt sit ad vnum omnes occidere, nulli parcere. Sic *Osea* 10. 14. *Qui iudicauit Baal in die prælij, matre super filios allisâ.* Deuter. 22. 7. *Si ambulans per viam, in arbore, vel in terrâ nidum auis inueneris, & matrem pullis vel ouis desuper incubãtem: non tenebis eam cum filiis: sed abire patieris captos tenens filios.* Hebraicè, vt hîc; האם על הבנים *haem al habanim*: vbi vt noster verterunt Lxx. & exponunt Chaldęus & Iosephus *lib.* 2. *contra Appionẽ*: & illustrat Philo apud Eusebium *li.* 8. *de præparat. cap.* 8. νεοττίαν ἐρημῶν, *nidum desertum reddere*: & iuberi matrem liberam relinqui, vt possit iterum nidificare, & pullos educere. quod mutuatus Phocylides, tantùm non ad verbum, cecinit.

Ioseph. Chald. Philo Eusebius.

Phocylides.

μήδ' ἐπὶ τὰς ὄρνιθας κάλιης ἅμα παῖδας ἐλάσσῃ,
μητέρα δ' ἐκ προλίποις, ἵν' ἔχῃς θ' ἑλικας καὶ νεοτλεῖς.

de huius adagij vsu dicam ibi *ad d. vers.*7.adag.

Biblicæ antiquitates. Annius.

Quod de internecione dixi, vtitur adagio sensu eodem, quisquis ille est author libri Biblicarum antiquitatum, quem Annius Philonē nuncupauit. Quod enim *Iudic.*7.*v.* 14.habemus, Deum in manus Gedeonis tradidisse *Madian & omnia castra eius*; hoc ille Philo explicat, & incipiet consummare nos matrem cum filiis, hoc est, ad vnum omnes conficiet. Nam fortassis in castris illis nulla mater aderat. apud Homerum *Iliad.* 2. *vers.* 57. aliquid non absimile occurret, vbi Atrides senior iuniorem monet expedire, ne superstes vlla relinquatur, quæ vtero liberos ferat.

Homerus.

μήτις ὑπεκφύγοι αἰπὺν ὄλεθρον,
χεῖρας δ' ἡμετέρας μηδ' ὅντινα γαστέρι μήτηρ
κοῦρον ἐόντα φέροι. μηδ' ὃς φύγοι, &c.

Adsinia & eiusdem sententiæ sunt sequentia, *Deutero.*32.25. *Foris vastabit eos gladius, & intùs pauor, iuuenem simul ac virginem, lactentem cum homine sene.* 1. Reg. 15 3. *Interfice à viro vsque ad mulierem, & paruulum atque lactentem,* hoc est patribus ac matribus liberos adde. *Iere.* 13.14. *Dispergam eos, virum à fratre suo, & patres & filios pariter.* Malach. 2. 12. *Dispergat Dominus virum, qui fecerit hoc, magistrum & discipulum.* Hæc adde dictis suprà *cap.* 19. 4. *adag.*24.

Iuuenem, & virginem. Lactētem & senem.

A viro ad mulierē, Paruulum & lact.

Patres & Filios.

Magistrū & discipulum.

ADAG. XXXVII.

IBIDEM XII.

Sicut arenam maris.

ENARRAVI superiùs adag. XV.

EX CAP. XXXIII. VER. X.

ADAG. XXXVIII.

Quasi vultum Dei.

QVOD attigi *adag.* 29. nunc pleniùs interpretabor. Hoc adagio extraordinariam vultus dignitatem soliti explicare, quæ diuinum quid & humano adspectu augustius intuentium oculis ingereret. Sumpsêre vt alia innumera gētiles à sacris scriptoribus. author Octauiæ tragœdiæ *vers.*171.

Seneca Octauu.

membraq́, & vultus Deo
Similes volanti.

Vbi plura notaui ex Homero, Virgilio, & plurimis aliis collegi *in Aduersar. & commentario.* Decus hoc mirè vt omnia Maro expressit. 1. *Æneidos.*

Maro.

Os humeroſq́, Deo similis. námque ipsa decoram
Cæsariem nato genitrix, luménque iuuentæ
Purpureum, & lætos oculis afflarat honores.

Splendōr faciei.

Splendorem dixit noster *Iudith.* 10. *v.*5. his verbis, *cui etiam Deus contulit splendorem*; & mox, *pulchritudinem ampliauit, vt incomparabili decore omnium oculis appareret.* Pro quibus Græcè tantùm hodie exstat, ἐκαλλωπίσαλο σφόδρα.

EX CAP. XXXIV. VERS. XXX.

ADAG. XXXIX.

Fœtere facere.

ASuaui, & à vitioso odore diuina Sapientia loquelaria nonnulla deduxit. in primis vt aliquid inuisū vel odiosum fieri significet, dicit; *facere fœtere.* Vbi enim noster hoc loco vertit, odiosum fecistis me Chananæis, quod Lxx. & Chaldæus

Fœtere facere.

Chaldæus eodem modo accepe-rũt, Hebræus fons habet, לחבאישני *Lehauiſeni, ad fœtere faciendum me.* Quam phraſim noſter retinuit. *Exo.*5.21. *fœtere feciſtis odorem noſtrũ coram Pharaone & ſeruis eius:* Quam alibi diuerſimodè explicat: vnde enim melior expoſitio hauriatur? explicat autem ſæpiùs per ipſas odij cauſas, vt, cùm 1. *Reg.* 13.4. ſit Hebraicè *Nibas* נבאש *fœtuit Iſraël in Philiſthim,* hoc eſt, inſtar rei fœtidæ factus eſt abominabilis Philiſthæis, Latinè habemus, vt & Græcè & Chaldaicè, cauſam ipſius odij, *Erexit ſe Iſraël aduerſus Philiſthim.* Itẽ 1.*Reg.*27.12. הבאש הבאיש העמו *habas hibis heammo fœtere faciendo fecit, fœtere in populo ſuo,* & LXX. habent ὄχωται αἰσχυνόμενος ἐν τῷ λαῷ αὐτοῦ, alluſione retenta, *Confundebatur cõfuſus in populo ſuo:* noſter per cauſam explicat ſenſum, *Multa mala operatus eſt contra populum ſuum.* Sicut & Chaldæus, *mittendo, immiſſus eſt in populum ſuum,* Id eſt multa damna dando damnoſus fuit populo ſuo: hoc enim eſt *immittere* Hebræis vocabulo Caſtrenſi, de incurſu repentino & inopinato vt 4. Reg.24.2. *Immiſitq; ei Dominus latrunculos Chaldæorum,* &c. *& immiſit eos in Iudam, vt diſperderent eum.* Et quia fames, gladius, peſtis, locuſtæ, & ſimilia ſunt quaſi milites atque latrunculi Dei, idcirco paſſim dicit ſacra Scriptura Deum hæc immittere, *Exo.*8.21. *Immittam in te & in ſeruos tuos,* &c. *omne genus muſcarum.* Deuter.32.24. *Dentes beſtiarum immittam in eos.* Iudic. 7.22. *Immiſitq; Dominus gladium in omnibus caſtris, & mutuâ ſe cæde truncabant.* 2. Reg. 24.15. *Immiſitq; Dominus peſtilentiam in Iſraël de manè vſque ad tempus conſtitutum,* & paſſim. Vnde patet, quid, & cur Dauid dixerit *Pſa.* 77.49. *Immiſſiones per angelos malos,* Hoc eſt plagas, quibus per cacodæmones illatis, ſed iuſſu ſuo peccatores vltus fuit. Iam 1.*Paralip.*19.6. Hebræus, *& viderunt filij Ammon quòd hitboaſu* התבאשו *fœtuiſſent cũ Dauid.* Lxx. ὅτι κατῃσχυνθη ὁ λαὸς Δαυὶδ, *Quòd cõfuſus eſſet populus Dauid*; noſter, *Quòd iniuriam feciſſent Dauid.*

LXX.

Chaldæus.

Immittere.

Aliquando vnam tranſlationẽ alia reddidit, vt Pſal.13.3. habet, *inutiles facti ſunt,* vt LXX. ἠχρειώθησαν. *Cùm Hebraicè ſit,* נאלהו *neechelahu, inſtar carnis rancidæ fœtuerũt,* vt carnes corruptæ & immundæ putuerunt. Nam radix *Alah* hoc indicat; etiam *Iob.*15.*v.*16. vbi etiam noſter *inutilis homo,* LXX. ἀκάθαρτος *Impurus;* Vt & Chaldæus ibi. prudenter vtentes voce generali, quæ variis metaphoris poſſet deſeruire, omnium rerum corruptarũ, & ideo reprobarum, maximè metallorum in ſcoriam verſorum, vt Symmachus vertit; *Omnes impuri ſunt, & facti ſicut ſcoria,* d.v. 3. iuxta dictum Iſai.1.22. *Argentum tuum verſum eſt in ſcoriam,* Ieremię 6.vlt. *Argentum reprobum vocate eos.* Sed de ſcoriâ & rubigine locus alius erit. Redeo ad odorem. Mirè nugantur Hebræi *Ezech.*8.17. Vbi nos habemus, *replentes terram iniquitate, conuerſi ſunt ad irritandum me: & ecce applicant ramum ad nares ſuas.* Volunt ergo verpæ זמורה *zemorah* ſignificare *fœtorem*; & Scribas, proeo quod propheta ſcripſerat *ad nares meas;* ob Dei reuerentiam id mutaſſe in *ſuas.* Fuiſſe enim à prophetâ dictũ *erunt mittentes fœtorem ad nares meas.* Referunt iſta Lyranus & Vatablus ad Ezechiel. Nec refellunt: in textũ quoq; retulerunt Clarius, & Galatinus *lib.*1.*de arcanis cap.*8.*& li.*8. *cap.*19. Videlicet ſcribæ illi reuerentiores erga Deum fuerunt, quã ipſe diuinus Ezechiel: nec fas fuit

זמורה Rabbinorum inepti.

Lyranus. Vatablus. Iſid. Clarius. Galatinus.

scribere, quod per propheta Spiritus Sanctus fuerat locutus. Nugæ, nec nugæ tantùm, sed flagitia. Nam clarius ex iisdem scurriliter explicat, quasi cum suffitu idolothyti Deo oppedissent & quod Ionathas Chaldæus non malo sensu dixerat, *Obuertebant confusionem ad facies illorum*: Iste vult dictum de natibus, quibus nudatis in honorem suorũ Deorum pepedissent. Digni quidẽ tali cultu impuri dæmones erant: sed totum id ridiculè & spurcè cõfictum à Rabbinis arbitror. Nec referrem, nisi cuperem lectores monere, & auertere ne nouitiis istis commentis allici, capi, decipi se sinant. Rectissimè noster ramum vertit. Nam & ramum vox ipsa significat, & alluditur ad ritum summo manè solem manu adosculatâ adorandi, de quo dicẽdum Iob. 31. 27. *Osculatus sum manum meam ore meo.* Varias quoque frondes arborum simul offerebant, teste Alexãdro ab Alex. *lib. 4. Gen. dier. cap. 17.* Pradus noster vult de lauri ramo intelligi. D. Hieronymus tamen disertè *haut dubium (inquit) quin palmarum, quas Græco sermone βαΐα vocant.* Ramum etiam Theodotiõ transtulit. Symmachus, *de sonitu* accepit, sed *Narium* nõ *Natium*, vt impuri Rabbini. Hanc ergo superstitiosam vanitatem, quæ rami ãpplicatione committebatur, possumus dicere *Fœtoris* voce significatam. Nam idololatria fœtet coram Deo, sicut legitimus cultus ascendit in odorem suauitatis. Illa odor est mortis ad mortem, hic odor vitæ ad vitam. Sic enim è contrario bene olere vsurpant Hebræi, pro placere, & gratum accedere: & sic etiam *bonus odor* sumitur. 2. *Cor.* 2. 15. *Christi bonus odor sumus Deo, in iis qui salui fiunt*, CHRISTO & per CHRISTVM beneplacentes atque accepti. hinc *Odorari in aliquâ re*, vel, *rem aliquam*, idem est quod eam acceptare, & in eâ sibi complacere. de sacrificio *Noë Gen. 8. 21. Odoratusq; est Dominus odorem suauitatis.* 1. Reg. 26. 19. *Si Dominus incitat te aduersum me, odoretur sacrificium.* Immoler à te Deo grata victima. Contrà de ingrato sacrificio Deus ait *Amos* 5. 21. *Odi, & proiecì festiuitates vestras, & non capiam odorem cœtuum vestrorum.* fœtent mihi cnissæ, & thymiamata vestra.

Jonathas Chald.

Idololatræ ramum offerebant.

Alex. ab Alex.

Pradus. Hieronymus.

Theodotion Symmachus.

Olere bene. Odor bonus.

Odorari in aliquâ re.

IBIDEM VER. XXX. ADAG. XL.

Viri numeri.

LATINIS in vsu est, homines *nullius frugis*, ac perditos, vocare *Numerum*. Sic ait Horatius, *Epist. ad Lollium.*

Nos numerus sumus, & fruges consumere nati.

Ad nihil vtiles, nisi vt aliis additi numerum conficiamus, sicut calculi: sic locutum Euripidem docet Lambinus, Aristophanem adagiographus. Dicunt etiam profani *nullo numero esse*, de hominibus vilissimis, & deterrimis. Habes in oraculo Megarensibus reddito, & *in 4. eidyll.* Theocriti.

Longè aliâ sententiâ, ne fallaris, diuini libri vsurpant, *Viros numeri*: sic enim significant pauciss mos esse, ac facilè numerabiles. Vt hoc loco præclarè vulgatus interpretatur, *nos pauci sumus*: quod Hebraicè est, & ego viri numeri אנני מתי מספר *Vaani methe mispar.* Habetur idem Hebraicè *Deut.* 4. 27. Noster, *remanebitis pauci in nationibus.* Psal. 104. 12. *Cùm essent numero breui, pauciss mi.* Ierem. 44. 28. *Viri pauci.* His locis omnibus Hebr. habes *Viros numeri*, vt & Isai. 10. 18. *Reliquiæ ligni sal-*

Numerus.

Horatius.

Euripides. Aristophanes. Nullo numero esse, Theocritus. Oraculum Megarensium.

Viri numeri.

tus

ùs pra paucitate numerabuntur: Phrasim verò retinuit *Isai* 21.17. *Reliquiæ, numerì sagittariorum fortium*. Nec nō *Eccles.* 37.28. *Vita viri in numero dierum*: hoc est, breuis & paucorum dierum. Nam opponit dieb. innumerabilibus: *Dies autem Israël innumerabiles sunt*. Quod solent indicare dicendo, *Vsque non numerus. Psa.* 39.13. Hebraicè est, *vsque non numerus*, quod clarè Lxx. & noster, *quorum non est numerus*, & clarissimè Chaldæus, *Quæ numerari nō possunt*. Dicunt idem, *Asemu missaper, fortia pra numerari*. ibidem *v.* 6. noster, *multiplicari super numerum*, hoc est, plura quàm vt numerari queant. Cassiodori interpretatio eo loco non literalis, sed anagogica est.

Vsque nō numerus.

Fortia præ numerari. Cassiodorus.

ADAG XLI.

EX CAP. XXXV. VER. V.

Terror Dei.

Panicus terror. Pausanias.

SI gentilibus pro adagio est, *Panicus terror*. Apud Pausaniam in Phocaicis cùm nullâ vel inopinata ex causâ exercitus, quod sæpe accidit, consternantur; quem Cicero *Panicum casum*, aut simpliciter πανικὸν, vel etiam per antonomasiam, *Terrorem* vocauit; Euripides πανὸς τρομερᾷ μάστιγι φοβῶν, *flagro Panis incussum metū*, Orpheus, πανικὸν εἴστρον, *Oestrum panicum*. Pindarus, *diuinum terrorē*, δαιμόνιον φόβον; de quo multa Politianus *Miscellan. c.* 28. Minos *in emblemata Alciati*, Lilius Giraldus *Syntagmate Deorum*. 15. Præter adagiographum, cur non dicamus adagium sacrum esse, *Dei terror*. חתח אלוהים *Hhath Elohim*. Illud natum vel ex fabulâ Titanum fugatorum, vt narrat Higynus; vel ex verâ historiâ, quam *libro* 1. *Strtagema*. Polyænus recenset. Isti præbet occasionē vera narratio. Moysis; cùm filij Iacob vindictam crudelissimam, ob sororis stuprum, à Sichimitis exegissent, periculū præsens fuit, ne Chananæorum gentes in eos insurgerent, & paucos plurimi internecione delerent: sed subitò Deus Iacobo discedēti adfuit, immisso repentè tam vehementi terrore per circuitum in omnes Chananæos, vt nullus auderet discedentes persequi, sed paria sibi cū Sichimitis timerent. narratur hoc *versicul.* 5. Effectus similis est, causa quoque Dei immissio. De illo Orpheus *in panis hymno*:

Pindarus. Orpheus. Politianus. Minos. Lilius. Terror Dei. Higynus. Polyænus.

πανικὸν ἐκτείνων ὦπὶ εἴστρον τέρματα γαίης.
Panicum immittens œstrum in fines terræ.

Vterque etiam fortissimis communis. Pindarus *Nemeis.*

ἐν γὰρ δαιμονίοις φόβοις
φεύγονται καὶ παῖδες θεῶν.
In diuinis enim terroribus,
Etiam filij Deorum fugiuntur.

Diuini libri multa suppeditant testimonia. *Exo.* 23. 27. *Terrorē meū mittam* (ait Deus) *in præcursum tuū, & occidam omnem populum, ad quem ingredieris, cunctorumque inimicorum tuorum coram te terga vertam*. Præmittam ante exercitum quasi metatorem vel anteambulonē, vt aduentus tui solo rumore consternētur. *Deute.* 2. 25. *Hodie incipiam mittere terrorem, atque formidinem tuam, in populos qui habitant sub omni cælo, vt audito nomine tuo pauēāt, & in morem parturientiū contremiscant, & dolore teneantur*. Dicit *tuam* pro tui. Nam effectiuè terror hic Dei. Sic *Iosue* 2. 9. etenim *irruit in nos terror vester, & elanguerunt omnes habitatores terræ*. Aliàs impauidi & bello strenui. *lib.* 2. *Paralip.* 14. 12. Zara Æthiops cum infinitis propè copiis Iudæam intrat, Aza rex exiguo militum numero comitatus, sed

fretus Deo, processit obuiã, & minimo labore atque periculo nigrã hanc nubem deleuit. Quia *Dominus exterruit Æthiopes, & fugerunt, grandis quippe terror Æthiopes inuaserat.* Vidimus simile quid mense Ianuario anno 1578. quando Ioannes Austriacus cum pauciſſimis prope Zempluuiam, Namurco egressus, incruentam fermè de validiſſimo rebellium, & hæreticorum exercitu victoriam retulit, quam ex Rolandi Natini Miritei commentariis tumultus Belgici, exactè & verè retulit Rodericus de Medina & Marzilla *lib. 5 pag. 109.*

Victoria Ioannis Austriaci.

Roland Natin. Miritei histor.

ADAG XLII. EX CAP. XXXIX. VER. VI.

Nihil nosse præter panem quo quis vescitur.

Panem solum nosse quo vescitur.

SALIVA Adagialis est quod legitur *d. v. 6.* de Putiphare: *Nec quicquam aliud nouerat, nisi panẽ quo vescebatur.* Hebræa, Chaldæa, & Græca cum nostro conueniunt. De verborum sensu quæstio reliqua.

1. Senten. Sunt, qui ad Ioſephum referant: hunc enim, cùm in potestate omnia Domini sui bona haberet, nihil inde appetiisse, nec in suum commodum vertisse, præter solum panem cibarium pro victu & demenso seruili: quæ mira foret abstinentia, etiam ab Apostolo commendata Christianis; *Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus. 1. Tim. 6. 8.*

2 Sent. Verisimiliùs locum Geneſis de ipso Domino accipiendum, vt & *v. 23. Nec nouerat aliquid, cunctis ei creditis.* tũ, hoc nõnulli Rabbini referunt ad morem Ægyptiorum, qui alio cibo vescebantur, quàm Iudæi. Vt sensus sit, cuncta reliqua curæ Ioſephi commissa, præter panem, quem sibi peculiarem Putiphar præparabat: vel ciborum Domini Ioſeph curam non gessisse, sed ipsummet Dominum: quia Ioſeph aliis cibis vtebatur quàm Ægyptij. Falsum est. Nam etiam post principatum Ioſeph cibis Ægyptiorum vescebatur, vt patet ex *Genes. cap. 43. 32.* Simul non vescebantur, iisdem tamen cibis vescebantur Iudæi, quibus Ægyptij, hi quibusdam cibis Iudæorum abstinebant; Iudæi cibis Ægyptiorum nõdum se abstinebant. De quo aliàs. Deinde Panis hîc propriè accipiẽdus est, qui communis vtrique gẽti. Puto igitur esse sermonem prouerbialẽ, quo denotatur patrisfamiliâs cuncta fidei dispensatoris committentis fiducia, nullam dati & accepti rationem exigentis. q. d. herus sua non curabat, contentus frui paratis labore Ioſeph, dormiebat in vtramque aurẽ, sollicitus tantùm edere & bibere. Galli dicerent, *Il n'auoit soing que de s'asseoir à la table.* Sic inferiùs dicitur de custode carceris, *Nec nouerat quicquã, cunctis ei* (Ioſepho) *creditis.* Certè ad ipsum Dominum retulerunt Phil. *lib. de Ioseph,* & D. Ambrosius, *eodem lib. de Ioseph, cap. 5.* Rupertus, Abenezra & Iarchius; licèt iste valdè ineptè *Panem* interpretetur vxorẽ. Similis quædam incuria & securitas mihi pellucet in Albio Tibullo de suâ Deliâ;

3. Sententia.

Philo. Ambrosius. Rupertus. Abenezra Iarchius.

Tibullus.

Illa regat cunctos: illi sint omnia curæ,
Et iuuet in totâ me nihil esse domo.

Quod in Elegia de eius morte Ouidius fuit imitatus.

EX

ADAG XLIII.

EX CAP. XL. VER. XIII.

Leuare caput.

Leuare caput.

VVLGO Hiſpani & Galli vſurpant adagialiter, pro reſtitui priſtinæ dignitati, aut fortunæ, & ideo attolli animo. partem ab Hebraiſmo acceperunt, quem ægrè ex Latina verſione elicias. Nam vulgatus non verbum verbo, ſed ſententiam reddidit, cauſa expreſſa. idcirco enim caput eleuauit, quia illius memoria ſubiit. Venio ad contextum. Ioſeph ſomnium magiſtri pincernarum explicans ait, *adhuc tres dies ſunt,* & נשׂא פרעה את-ראשך *iſſa Paroh eth-roſecha, eleuabit Pharao caput tuum*, d. v. 13. vbi Chaldæus, Lxx. & noſter vnanimiter reddiderunt, *recordabitur tui.* cauſa pro effectu, vt dixi. caput leuauit, quia memor fuit priſtini eius ſeruitij olim grati. Quidam cum Abenezrâ exponunt, referet in catalogum palatinæ militiæ: & de piſtore *v.* 19. expunget ex catalogo palatinorum ſeruitiorum: id non ſatis conuenit *v.* 20. vbi vna & eadem vox accommodatur pincernæ & piſtori, nempe vox נשׂא nam in Hebræo eſt, *vtriuſque caput leuatum in medio ſeruorum ſuorum.* iuxta noſtrum nulla ambiguitas, quia vtriuſque Pharao fuit recordatus, vnius ad reſtitutionem, alterius ad necem. Hæc de huius loci intellectu. In vniuerſum ſic cenſeo. Quando non agitur de humano capite, ſed de ſummâ ſeu collectione multitudinis, tunc נשׂא *iſſa, leuare*; idem eſſe quod colligere, numerare, recenſere, vt *Exo.* 30. 12. *Quando tuleris numerum filiorum Iſrael* Num. 1. 2. *tollite ſummam vniuerſæ congregationis filiorum Iſrael.* Vtrobique Hebraicè eſt, *leuate caput.* Lxx. vertunt, λάβετε ἀρχὴν, *capite principium*, vel, *ſummam.* ἀρχὴ & ראש *roſ* vtrumque ſignificant. iubet Deus ſummam omnium capitum iniri, & cenſum agi: Lxx. *d. v.* 12. συλλογισμὸν, *collectionem*; hanc *d. v.* 2. vocarũt ἀρχὴν. & propterea tuti ſunt ab Eugubini eo loco cenſoria virgulâ, quâ velut alter Orbilius nimis largè vtitur. Sic D. Paulus vſurpauit. *Heb.* 8. 1. κεφάλαιον δὲ ἐπὶ τοῖς λεγομένοις, *pro ſummâ dicendorum*, ſiue, vt noſter Græciſans, *capitulum ſuper ea quæ dicuntur*, id eſt ſumma dictorum dicendorúmque: vbi Syrus ריש *riſa, caput*; Ambroſius & Primaſius *recapitulationem.* Nec aliter audio illud *Pſal.* 39. 8. *in capite libri ſcriptum eſt de me*, repetitum ab Apoſtolo *Hebr.* 10. 7. vtrobique Græcè ἐν κεφαλίδι, Hebraicè במגלת ספר *bimegolath ſepher, in volumine libri.* hoc eſt in toto ſacræ Scripturæ opere, vt rectè in catenâ Didymus & Euſebius: cõfirmant diſparibus, ſed conſonis vocibus alij interpretes, Symmachus, εἰλύματι, *involucro*; Theodotiõ, τόμῳ, *ſectione*; Aquila, κεφαλίδι, *capitule*, Apollinarius, κορύνῃ, *verticis*, explicatiſſimè: de ſummâ tractationis, quę in vertice appingi vel aſcribi ſolet. ſic Latini *caput narrationis, & rerum geſtarum*, dicunt. Conueniunt ergo Hebræa, Græca, & Latina. Oleaſter tres ſuggerit interpretationes. I. Leuare capita, eſt numerare. putat enim Hebręis hunc numerãdi morẽ in vſu fuiſſe, vt ſedẽtibus numerandis, vnus põſt alium aſſurgẽs ſe leuaret. II. Subducere numeratorũ ſummã. III. Capita dici principes ſingularũ familiarum, & hos priore loco, poſtea ſigillatim, qui illis ſuberant, numerari ſolitos per ſingulas domos, deniq; ſingulorum domiciliorum ſingula capita. idem voluit Caietanus: & ſatis veriſimile

Lxx. de ſenſi.

Eugubin.

Syrus. Ambroſius. Primaſ.

Defenſa noſtra verſio.

Refellitur Abenezra.

Didymus. Euſebius. Symmachus. Theodotion. Aquila. Apollinarius.

Oleaſter.

Diſtinctio pro variis locis quid leuare נשׂא quando agitur de calculo.

Numerãdi mos apud Hebr.

Caietanus.

Leuare seu tollere. נשא

est: singulis tamē sic numeratis sūma vniuersorū colligebatur, vt dixi.

de hominis capite quid.

Cæterùm quando agitur de capite humano, vt caput est, seu membrum & arx quædam totius corporis, tunc, sicut Latinis vox tollendi duas habet significationes quodammodo oppositas, vt in illo Martialis.

Quis neget Æneæ magni de stirpe Neronem?
Sustulit hic matrem, sustulit ille patrem.

Patrem humeris neci eripuit, matrem ferro neci dedit. Sic in sacrâ linguâ, leuare aut tollere caput ambo ista significat. *v.19. post quos* נשא *auferet Pharao caput tuum*, id est, necari iubebit. sed pro ex humili & infœlici sorte, ad magnam fœlicitatem, aut celsam dignitatē euehere, capitur more adagij *hoc v.*13. vbi quod sequitur, *restituet* te in gradum pristinum, est exegemation præcedentis, *eleuabit Pharao caput tuum.*

ADAG. XLIV. EX CAP. XLI. VER. XLIV.

Mouere manum aut pedem.

Mouere manū aut pedem.

AIT Pharao Iosepho dicto *c.*41. 44. *absq; tuo imperio non mouebit quisquam manū aut pedē in omni terrâ Ægypti.* Hyperbole prouerbialis est, pro nō licebit vel minimū quid agere. etiam in rebus minoris momenti cuncta tuo nutu peragentur. sic videtur Cicero dixisse, quâ digitū proferat nō habere. Abenezra hîc notat prouerbium esse. Chaldæus paraphrastes malè restringit ad res bellicas: generalior locutio est, pertinens ad negotia togæ & sagi, quæ alicuius momenti, & ad rempub. pertinent. significat, Iosepho in publicum statuendi liberam sore potestatem, nec ab vllo, nisi

Cicero. Proferre digitum. Abenezra Chaldæus.

à se dependentem. ideo præmisit, *Ego Pharao*, q.d. Ægypti monarcha, te vices meas agere volo. Quod quidam explicant, poteris facere quod libebit: minus atque dilutius est. ita quidē locutus Iosephus Gorionis, *lib.6. Histor. cap.*61.66.67. & 73. Fateor: sed id non satis explicat hæc verba Pharaonis.

Iosephus Bengoriō.

ADAG. XLV. EX CAP. XLV. VER. XVIII.

Medullam terræ comedere.

Terræ medulla.

QVOD in vnaquaque re lautissimum & optimū, ab Hebræis vocatur חלב *chelev*, Latinis *pinguedo, medulla, sumen, adeps*, hoc loco חלב הארץ *chelen haares*, Lxx. μυελὸς τῆς γῆς. nostri, *medullā terræ*. Chaldæus, *bona terræ*, id est, optima & electissima terræ fructuum, hoc est deliciosissima. *Deuteron.*32.14. Eandem vocem חלב priore loco vertit *adipem*, posteriore *medullam*; *Butyrum de armento, & lac de ouibus, cum adipe agnorum & arietum filiorū Basan, & hircos cum medulla tritici.* Hebraicè עם-חלב כליות חטה *him-chelev cicloth chittoh. cum medulla renum tritici*, cum pane similagineo ex intimo & puritissimo polline. Lxx. phrasim retinent, μετὰ στέατος νεφρῶν πυρῦ. solet enim *renum* nomine quod intimum & occultissimū est significari, vt alibi docebo. nugantur Rabbini, dum volunt alludi ad formam renunculorum, quā in tritico exprimi somniant. dicant etiam ad oculum alludi. certè Latinis eadē, *amare medullitùs*, & *amare oculitùs*, vt Plautus loquitur apud Nonium Marcellum, pro animitùs, penitâ flammâ, & intimis præcordiis amare. sic Cicero Cethegum ob eloquentiæ dulcedinem cum

חלב Adeps. Pinguedo. Sumen.

Medulla renū tritici.

Renes.

Rabbini.

Medullitùs. Oculitùs. Plautus in Cornicibus.

Cicero.

cum vi persuadendi coniunctam, siue ob efficacem suauiloquentiam *Suade medullam* appellauit. sic veteri prouerbio, de re maiorem in modum sapidâ dulcedine imbutâ, μυελὸς μέλιτος, *mellis medulla*, inquiebant. Crebra eodem sensu vox *adipis*. Psal. 80. 17. *Cibauit eos ex adipe frumenti*, חלב חטה *ex deliciis tritici*, quas Plinius *siliginẽ*, Columella *robum* censet. Græcis στέαρ πυροῦ. Suidas exponit κάλλιστον σῖτον, *lectissimum frumentum*. Longè abit Apollinarius explicâs ζωὰ καὶ πυρὸν. *vitale triticum*. Sic *Num.* 18. 12. *omnẽ medullam olei, vini, & frumenti.* vbi vinum de nouo seu musto intelligendum. f *Psal.* 147. 14. *qui posuit fines tuos pacẽ, & adipe frumenti satiat te.* vbi bona metaphrasi Apollinarius,

πλῆσε δὲ παλίῃ σὺ βίῃ μυελώσεος αὐτῆς.

Implenit verò pinguedine vi placidæ frugis. Vnus Isaias omnia prędulcia, & suminosa conuiuiorum deliciis metaphoricis suauissimè inuoluta nobis proposuit, mellita similiter sonantium verborum symphoniâ sic temperans, vt nullâ in alium sermonem versione satis queat exprimi. Noster quod potè vertit optimè: *cap.* 25. 6. *faciet Dominus in monte hoc cõuiuium pinguium, semonim* שמנים, *conuiuium vindemiæ semorim* שמרים, *pinguium medullatorum, semonim memuchaim* ממחים, *& vindemiæ defæcatæ semorim mezuqqakim* מזקקים de huiusmodi pinguedine frequentiùs sermo recurret. interea legite Pinedæ nostri vberes & elaboratos commentarios *in Iob. 36. v. 16.*

Suadę medulla.

Medulla mellis.

Adeps tritici.

στέαρ πυροῦ. Suidas. Apollinarius.

Pineda

ADA. XLVI.

EX CAP. XLVII. VER. IX.

Dies parui & mali.

VITÆ suæ tempus Israël Pharaoni respondit esse *paucum quid & malum*, hoc enim de verbo est מעט ורעים *mehat verabim*, noster elucidat, *parus & malus*. Sic etiã Lxx. sed Onkelos clarè, pauci & infœlices, qui germanus est sensus. Id enim sibi indicat contigisse, quod de cunctis hominibus Iobus postea asseruit. *homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miseriis, cap.* 14. 1. Sanè Isaac & Abraham diutiùs & fœliciùs vixerunt, quàm Iacob; qui grauissimis semper ærumnis, & persecutionibus vexatus, dum vixit, fuit: verè fortis & inuictus athleta, specimen fortis constantiæ. Vsurpare licebit de omnibus quibus vita breuis multas & magnas perpessiones attulit. Hispanis, malogrados. Græcis & Latinis, *Quarta Luna nati.*

Dies parui & mali

Quarta luna nati.

ADA. XLVII.

IBIDEM VER. XII.

Vsque ad os paruuli.

HEBRÆA sonant: *alebat Ioseph patrem suum, & fratres suos, & omnem domum patris sui pane, vsque ad os paruuli.* לפי הטף *lephi hattaph*, vbi Lxx. σῖτον κῷ σῶμα. *frumẽtum secundùm corpus*; quod quidam in miscellaneis, non rectè interpretatur de solis mancipiis, quasi solis illis σῶμα. Noster vniuersim *præbẽt cibaria singulis*, viritim seu capitatim, plus minùs pro cuiusque corporis modo: quæ mens est Græcæ versionis, qua explicatur Hebraicum prouerbium *alens vsque ad os paruuli*; id est, vnicuique ad minimum vsque, familiæ quantum illi opus tribuens frumenti. Nam *panis* hic vsurpatur de illo potissimùm cuius tum erat inopia. Potes etiam exponere, vnicuique etiam minimo

Vsque ad os paruuli

LXX. explicati.

I. Expositio.

II.

quantum volebat, vsque ad saturitatem, pro voto cuiusque. Hispanis, *àpedir de boca*. Non rarò pro libito & voluntate *os* vsurpatur *Gen.* 24. 57. *interrogemus os eius*. Hebraicè est, & LXX. τὸ στόμα αὐτῆς. Chaldęus; *audiamus quid ipsa dicat*: noster optimè, *quaramus eius voluntatem*. sic os pro *ἐπιτιμᾷ desiderio*, *Osee* 10. 12. *metite in ore misericordiæ*, id est, copiosissimè, quantum desiderabitis; adeò vt & vobis sit abundè satis, & ipsa sibi quoque munificētissimi Dei misericordia largiendo satisfaciat. sic licet interpretati quod *Num.* 21. 24. legimus, *percussus est in ore gladij*, id est, occisi sunt quotquot gladij sitis inexplebilis volebat necare. Caietani adhuc alia expositio est. nam vertit, *pane ore paruuli*, hoc est (ait) sine labore ac sumptu ipsorum, vt solent nutriri paruuli, nonnihil durè & obscurè, nec satis verè. Nam qui pecoris regij curam gerebant, nec gratis alebantur, nec laboris expertes dicendi.

Os pro libito.

Os misericordiæ.

Os gladij Caietanus.

ADAG. XLVIII.

EX CAP. XLVIII. VER. XIV.

Intelligere fecit manus.

LATINI *loqui manibus* aut *digitis* eos dicunt, qui adeò peritè gesticulantur, vt manu vel digito, quicquid volunt, aliis queant manifestare: quod ego puer olim, memini, mutum quendam solitum in Baudelocensi Flandriæ, D. Bernardi monachorū Abbatiâ, priusquam ab hęreticis à fundamētis euerteretur; cui iam plus quinquaginta annis, singulari prudentiâ & pietate præest, domicilio in nobilem vrbem Gandauensem translato, Iacobus Del Rio Francisci filius, ætate & meritis prouectus admodum, & boni Abbatis speculum. Ille mutus, quæ ab aliis manu indicabantur, narrationes longissimas probè intelligebat, & vicissim, quæ intellexerat aliis manu narrabat: manus illi pro linguâ erat. Hoc mirâ hypallage, quæ fors nonnullis parœmialis videatur. Hebræi exprimunt dicentes, *facit manus intelligere*. Nam hoc loco, de Israël, manum dexteram imponente supra caput minoris, sinistram super caput maioris nepotis decussante, contra communem parentum benedicētium morem, ait Moyses שכל אתר-ידיו *sikel eth-iadaio, intelligere fecit manus suas*. Chaldæus, *docuit manus suas*. Græci & noster rem siue actionem contenti fuerunt exprimere, missâ idiotismi duritia: illi verterunt ἐναλλάξας τὰς χεῖρας, alternans siue decussans manus; Hispanicè, *cruzando las manos*, diceres. S. Isidorus exponit, *Cancellatis manibus*; vt ait Rupertus, in modum crucis; videlicet S. Andreę. Sensus ergo; manus adeò peritè & prudenter ipsi prophetiæ accommodans transposuit, vt viderentur ipsæ manus, ab eo edoctæ, causam ipsius commutationis intelligere. Potest dici de quauis actione artificiosâ, & qualis pantomimorum olim fuit, qui actione & gestu historias ad viuum exprimebant. Vnde (manu loquacem puerum) Ausonius; (digitos canentes) Sidonius. Posset etiam dici sensus esse minimè παροιμιώδης, sumendo effectiuè; *fecit manus intelligere*, pro manuum traiectione fecit, vt alij intelligerēt eum benedictione minorem maiori præferre. Sicut cùm dicitur, *nunc cognoui, nunc scio*. Vltima est Caietani

Manu & digitis loqui

Iacobus Del Rio.

Intelligere facit manus. I. Expositio.

Chaldæus.

LXX.

S. Isidorus. Rupertus.

Ausonius. Sidonius. II. Expositio.

3. Cajetani. ni interpretatio, significari hanc manuum collationem, non casu vel temerè, sed consultò & præsciè factam à sene, quid ageret probè intelligente.

ADAG. XLIX.

EX EODEM CAP. VER. XXII.

In gladio & arcu meo.

TESTAMENTO suo Ioseph eximium habet Iacobus moriēs, & peculiari legato honorat: *Do tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi, in gladio & arcu meo.* d. v. 22. Quod Chaldæus explicat, in oratione meâ, & deprecatione meâ: D. Hieronymus dupliciter, in pecuniâ meâ: vel, in iustitiâ meâ. Hebraicè est vt noster transtulit בחרבי ובקשתי, & Lxx. ἐν μαχαίρᾳ μου καὶ τόξῳ. Quod certius est significare labore suo, & bellicâ vi comparatum. Primò quidē emerat pecuniâ *Genes.* 33. 19 Vbi *in Commentar.* hac de re actum; quo pacto noster dicat emisse centum agnis: post eius à Sichimâ discessum, Amorrhæi eundem agrum (qui non erat ipsa Sichem, sed prædium prope Sichimam, vt docemur *Ioa.* 4. 5.) iniustè occuparant, sed armis eum strenuè vindicatum Iacob recuperauit, vt asserunt Hiero. Oleastrius, & Andreas Masius. Si hoc sequamur, tunc notare possumus ambiguitate vocis Hebrææ vnà cū allusione in sono vocū indicatū vtriusq; possessionis titulum geminū, pecuniam & arma. קשת sex punctorum significat arcum, קשט verò formatur קשישה hoc est nummū, vt si non respicias ad ipsam scriptionē sed ad sonum, possis intelligere partum nummo & arcu. Verùm hoc non valdè solidum est, vt solent huiusmodi acumina, nimis exacuta facilè reflecti. *Arcus* certè & *gladij* nominibus significat Sacra scriptura omnia belli instrumenta, artem & disciplinam militarem. Gene. 27. 40. *Vives in gladio.* Gen. 49. 24. *Sedit in forti arcus eius.* Iosue 24. 12. *Eieci eos de locis suis, duos reges Amorrhæorum, non in gladio nec in arcu tuo.* Quod repetitur 4. Reg. 6. 22. *Neque enim cepisti eos gladio & arcu tuo, vt percutias.* Iudith 5. 16. *Vbicumque ingressi sunt sine arcu & sagitta, & absque scuto & gladio, Deus eorum pugnauit pro eis, & vicit.* Psal. 43. 4. *Nec enim in gladio suo possederūt terram, & brachium eorum non saluauit eos,* & v. 7. *Non enim in arcu meo sperabo, & gladius meus non saluabit me.* 2. Reg. 1. 18. *Præcepit, vt docerent filios Iudà arcum.* hoc est disciplinam militarem, vti armis bellicis. Hinc ponitur pro quouis robore & præsidio, 1. *Reg.* 2. 4. *Arcus fortium superatus est, & infirmi accincti sunt robore.* Et sic potest capi hîc & *d. v.* 24. *Et Iob.* 29. 20. *Gloria mea semper innouabitur, & arcus meus in manu meâ instaurabitur.* Habac. 3. 9. *Suscitans suscitabis arcum tuum.* Zachar. 9. 13. eleganti metaphorâ; *Quoniam extendi mihi Iudam quasi arcū, implebo Ephraim: & suscitabo filios tuos Siō super filios tuos Græcia: & ponam te quasi gladium fortium.* Huius tam obuiæ, tam tritæ phrasis originem Rabbini ab historiæ antiquitate petunt; solitos fuisse Cananæos, quādo aliquē, vt iure belli, agris exuebant, id solemniter facere gladio & sagittis aliquot prætentis: & ex hoc more 4. *Reg.* 13. 15. iussisse Elisæum regi Ioas afferret arcum & sagittas, & iacularetur contra Syriam. Romanis fuit mos non absimilis, per

In gladio & arcu meo. I. Explicatio. Chaldæus II. Explicatio. D. Hieronymus III. Explicatio.

Hieron. Oleastrius Andreas Masius.

קשת קשט קשישה Kesit Kasat Kesitan.

Arcus & gladius.

Fœcialis hasta.

fœcialem iaciendi hastam in fines hostiũ, vt pueri norunt. Quicquid sit de more illo Iudęorum, siue Cananæorum; puto, quòd in bello cominùs gladio, eminùs arcu vtebantur, horum armorum nomina esse frequentiora, & istud *Auferre in arcu & gladio*, vim eandem adagialem obtinere hîc, & 4. *Reg.* 6. 22. & *Iosue* 24. 12. quam habet apud Plautum *meis copiis*, apud Iurisconsultos, *leg.* 11. *C. de iudic. his suo marte decurrat.* & *l.* 1. *C.* Ne liceat potentiorib. *vt iudiciaria lites suo Marte decurrerent.* Quę paræmias esse, & quid valeant Cicero docuit *lib. de Offic.* 3. his verbis: *Hanc igitur partem relictam explebimus, nullis adminiculis, sed vt dicitur, marte nostro* & 2. Philipp. *Rex enim ipse suâ sponte, nullis commentariis Cæsaris, simulatque audiuit eius interitum, suo Marte res suas recuperauit.* Hoc ergo hîc innuit duntaxat Iacob. Quæ simplicissima enarratio est. Adhuc hodie Æthiopes qui ad caput seu promontorium viride degunt, ita vsurpãt *in arcu capere.* Vt patet ex Epist. regis rupis leoninæ ad Philippũ 3. Hispaniæ regem anno 1608. data. *Del Pon Leon Rey dela Sierra Leona.*

Plautus. Copiis meis. Marte suo.

ADAG. L.

EX CAP. XLIX. VER. VIII.

Manus in ceruicibus inimicorum.

Manus in cervice vel dorso.

ADAGIVM ductum ab ipso gestu, quo fuga, captiuas, & seruitus victorum, vincentium verò dominatio exprimitur. Sic hoc loco de Iudâ prædicit pater eius; *Manus tua in ceruicibus inimicorũ tuorũ.* Hebraicè בערף *Vebhoreph, in ceruice*, vel *in dorso*, vt Lxx. ἐπὶ νώτου. Clarissimè Chaldæus; *manus tua prævalebit contra inimicos tuos.* Sic Psal. 17. 41. *Inimicos meos dedisti mihi dorsum*, fecisti vt fugerent, & fugientes ex fugâ retraherẽ, & iis pro suppedaneo vti possem. Sicut Rex Persarum vsus Aureliano Romanorum, & Tamberlanes Baiazete Turcarum Imperatore. *Iob.* 16. 13. *Tenuit cervicem meam, confregit me.* Sicut vir robustus puerulum ceruice arreptum in terram prosternit, & pugnis calcibúsque conterit. *Baruch.* 4. 25. *Super ceruices eius ascẽdes:* deiecti colla pedibus calcabis, domabis & debellabis eum. Hoc signum submissionis. Vel in Ahenobarbo Friderico, cuius Venetiis ceruicem pede pressit Alexander Papa, addito elogio; *Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem.*

Cervicem tenere.

Ascendere super cervices.

EX CAP. XLIX. VER. IV. ADAG. LI.

Sicut aqua.

Sicut aqua effundi.

FREQVENS est hîc de libidine vagâ Ruben, *Sicut aqua effusus es.* Indicatur profusio, & vix superesse reliquũ. *Iosue* 7. 5. *pertimuitque cor populi, & instar aquæ liquefactum est.* Præ metu, nihil roboris vel audaciæ relictũ. *Psal.* 21. 15. *Sicut aqua effusus sum: & dispersa sunt omnia ossa mea.* tædio, pauore, tristitiâ, & horti agoniâ omne robur corporis, & succus omnis, me deseruerũt, ita vt consistere vix valerem. Ad omnem enim affectum, & passionem, adagium pertinet, maximè quando passim dumtaxat indicat copiam & abundantiam cum fundendi facilitate; vt solet Hispanis vulgò, *Como agua*: sumptũ ex diuinis libris. Dabo loca præcipua. *Osea.* 5, 10. *Super eos effundam quasi aquam, iram meã.* Iob. 34. 7. *Quis est vir sicut Iob, qui bibit*

Liquefieri.

Effundi.

Adag. simpliciter: sicut aqua pro copia & facilitate.

bibit subsannationem sicut aquam? Sic Plautus dixit, *adhibere morã orationis*. & vulgò vsurpatur, *tragar, ô beuer las emurias*. Iob.15.16. *bibit quasi aquam iniquitatem*, largiter & facilè, aiũt D.Gregorius & S.Thomas, *Psal.*78.3. *effuderunt sanguinem eorũ tanquã aquam in circuitu Ierusalem*: Vbi etiã vilitas & contemptus indicatur, quod melius Remigius hîc quàm *ad Psal.*21. adnotallet. Rectè tamen hîc cum Cassiodoro adnotat etiam significari licentiam, quasi sine vllo id scelere fieret, sicut sine scelere aqua effunditur. Vt plurimùm notatur abundantia, sicut in illo loco Teleclidis apud Athenæũ. lib.6. εἰρήνη μὲν πρῶτον ἁπάντων ἴσῃ, ὡσπερ ὕδωρ κατὰ χειρός. *Primum omnibus pax fuit tanquã manibus aqua*. Huic similia sunt, *Isai.*30.28. *Spiritus eius velut torrens inundãs*. Thren. 2.18. *Deduc quasi torrentẽ lacrymas per diem & noctem*. Amos 5.24. *Et revelabitur, quasi aqua, iudicium, & iustitia quasi torrens fortis*. Vtitur etiã Sallustius apud D.Augustinum, *lib. 2. de civita. Dei cap.*19. De quo aliàs. Item *Osea* 6.3 habes, *quasi imber*, de quo illic dicendum. Nam vltra copiam, denotat opportunitatem, τὸν καιρόν.

Plautus.

Gregorius. Thomas.

Pro vilitate.

Et licentiã.

Teleclides. Athenæus

Velut torrens.

Sallustius. Augustin.

Quasi imber.

ADAG. LII.

EX EODEM CAP. VERS. XI.

Lauare in vino stolam, & in sanguine vuæ pallium suum.

Lauare in vino stolam.

VNICVM Adagium est. Nam prior pars de vino albo, posterior de rubro intelligenda: vtriusque tantam affluentiam indicat, vt non modò potioni abundantissimè sufficiat, sed eo ad ablutiones pecorum, manuum, totius corporis, & ipsorum vestimentorum, pro vili aquâ, abuti possint, si velint. Aptè autem stolæ, quæ plerumque albæ, vinum eiusdẽ coloris; pallio, quod sæpe purpureum, vuæ sanguinem attribuit, vt nimirũ bis tinctæ lanæ dibaphum quasi repræsenter. Similis abundantia sequentibus indicata. *Deut.*33.24. *Tingat in oleo pedem suum*. Iob 29,6. *Quando lauabam pedes meos butyro*. Id est lactis cremore.

Tingere pedem in oleo

Lauare pedes butyro.

Alia sententia est, quando fit mẽtio lauãdi manus vel stolam in sanguine de quo dicam *Ps.*57.11. Porrò *sanguis vuæ*, significat vinum valdè rubrum, quod etiã tingit alia: adeò præstans, vt etiã pro tingendâ purpurâ in canalibus possit adhiberi. Hyperbole est. *Deutero.*32.14. *Sanguinem vuæ biberet meracissimũ*, hoc est, minimè dilutum. Putant accipi etiam de albo; sed vox sanguis (meo sensu) restringit ad rubrum: etiam *Eccles.*50.16. *porrexit manum suã in libatione, & porrexit de sanguine vuæ*. Nam *sanguinẽ* pro succo, rarius inuenias. Sic enim *sanguinem terræ* vinum, nescio vbi legerim. Sic 1. *Machab.*6.34. dicuntur ostendisse elephantis, ad iram ab animali φιλαιμοτέρῳ prouocãdam, magistri ipsorum vuæ sanguinem. Docet experientia, leucam bouem (quicquid à nonnullis proditum) albo colore, quatenus albus est, non furiari, vt rubro. Meracissimum sanguinem, interpretor vinum, non λευκὸν *albũ*, nec κιρκινόν *gilvum*; sed nigrum, quod Homerus αἴθοπα nominauit. legẽdus Athenæus *l.*1. *Conuiuij sophistarum*.

Sanguis vuæ

Sanguis terræ.

Elephanti an colore albo irritentur.

Vini species à colore.

Vinum nigrum.

ADAG. LIII.

IBIDEM VER. XXI.

Cervus emissus.

Cervus emissus.

SIC vocatur Nepthali. Dici puto, de homine veloci & strenuo,

qui se dat intrepidè, & incunctanter in cuneos hostium immittit. Vt sic in bonum interpreter, duó me mouent, vnum quòd in Sacra Scriptura celeritas ceruina, nusquam capiatur in malum, quod meminerim, nisi eum addito, *vt Eccli.* 12.11. Quidam legunt, *Si humiliatus vadat cernus*; sed legẽdum haud dubiè *cursus* cum Romanâ epanorthosi. Alterum quia est propheria de promptitudine & victoriâ Nephtalitarum contra Sisaram, de qua in huius loci commentario egi. Frigidè Caietanus, ex eo quòd Hebraicè habetur, *cerna*, censet de formidine & trepidatione agi potiùs, quã de celeritate. Solent Græci & Hebræi de hoc animali agentes, fœminino potiùs quàm masculino vti. Vide *infer. ad Psal.* 17.34.

Ceruorũ pedes. Ceruus in sacra scriptura semper in bono.

Caietan.

Ad. LIV. IBIDEM VER. XXIII.

Domini iaculorum.

Domini iaculorũ.

VOci בעל quæ *Dominum, maritum, magistrum, tutorem* significat, varia solent adiungere Scriptores sacri, tropis elegantibus, quę sapiunt adagium, & hoc loco coniungentur. *Genes.* 49.23. בעלי חאים *Baali hisim, domini iaculorum*, seu sagittarũ, LXX. κύριοι τοξευμάτων; noster, *habẽres iacula*, eodem sensu. Sic enim aiebat Aristippus, *se habere Laidem, non haberi ab eâ.* se non seruire, sed dominari eius cupidini. Chaldæus paraphrasticè hîc; *potentes, fortes, viri dissensionum.* Puto significari, peritos iaculandi. Caietanus intelligit Putipharem & vxorẽ eius, quia fuerunt initia afflictionũ Iosepho. Si bona ratio, quadrabit meliùs fratribus Ioseph. De quibus omnino accipiendum. Sed dicas, isti nec venatores, nec bellatores, sed pecuarij erant. Metaphorica locutio est (vt docuit Chaldæus) & significat calumnias, scommata, conuitia. & omnem oris amarulentiam inuidentium meliori & dilectiori. Ita inuenies sagittas sumi. *Psal.* 54. 22. *Mollita sunt sermones eius super oleum & ipsi sunt iacula.* Psal. 56.5. *Filij hominũ dentes eorum arma & sagitta, & lingua eorum gladius acutus.* Adagia de Baal, deducta fuerunt à priscâ idolomaniâ Babyloniorũ, quorum Deus, Bel, Beël, siue Baal; ab hoc idolorum principe, cuncta idola vocantur *Baalim*, quasi principes domini, qui possunt & norunt suos iuuare, tueri, docere, regere. Iudi. 2. 11. *Seruierunt Baalim.* Oseæ 11.2. *Baalim immolabant, & simulacris sacrificabant.* Vnde *Beelzebub, dominus* muscæ, Iupiter μυαγρος, muscarius; *Beël-Pheor.* Iupiter Pheor seu Phegor, dominus apertionis, quod cur dictum, cùm numẽ hoc fuerit Priapus, facilè intelligitur. Ne putes de Apolline dictũ, qui Romanis olim vocatus *Aperta*, & fortè eâdem de causâ ex qua *Iuno pertunda*; Nec de Iano, qui *Patulcius*: nam hæc Romana, Hebræis veteribus prorsus ignota numina. Pergo ad alia.

Iacula & sagittæ de verbis.

Bel, Beël Baal Babylonio rum Baalim.

Beelzebub.

Beelphegor.

Priapus.

Aperta. Pertunda.

Patulcius.

Hinc maritus, quasi dominus & potens vxoris vocatur, *Baal mulieris*, Hebraicè, *Exod.* 21. *ver.* 3. & 22. Noster priore loco, *habens vxorem*, posteriore *maritus.* Deute. 24.1. Sic paterfamilias vocatur, *Baal domus*, *Exo.* 22. 18. Hoc nomen Iudæis in vsu fuit, donec penitùs idololatriã abiecerunt: Nam abhorrentibus ab idololatriâ, quod erat commune cũ idolis, minùs quoque speciosum aut honestum videbatur, sed malebant vti voce איש *is.* Vnde pendet obscurorum Oseę verborũ lux *cap.* 2. 16. *Et erit in die illâ, ait Dominus: vocabit me vir meus* (ישי, id est, mi vir) *& non vocabit me vltrà, Baali,*

Baal mulieris.

Baal domus.

Obseruatio de nomine Baal mulieris.

li.(hoc est mi Baal) *Et auferam nomina Baalim de ore eius, & non recordabitur vltrà nominis eorum.* Prædicit adeò Christianis odiosam fore vanorum numinum memoriam, vt, etiam bono sensu dictum, commune illis nomen non ferant. Idcirco certè Patres negauerunt, & plerique Catholici hodie negant, se simulachra colere; imagines verò sanctorum colere profitentur. Materfamilias dicebatur *Baalath domus.* 3. *Reg.*17.17.& mulier vt viro subiecta *Bulath Baal.Gen.*20.3.& sine addito *Beula* siue *Bula*; quę verò vxor, adhuc virgo, in manum viri conuenerat, vocabat maritum, *Dominum adolescentiæ suæ*, siue de verbo, *Tuorem & patronum suarum puerilium* בעל נעוריה *Baal Nehureiah. Ioël.* 1.8. *Odyss. VI.* imitatus Homerus à quo dictus ἀνὴρ παρθένιος, *Vir virginalis*, maritus qui primus zonã soluit. Hoc enim indicat נעוריה iuuentæ primum florem, & virgineum decus: ideo noster, *virum puberratis Baal penna, Prou.*1.17. significat *pennipotentem*, noster ibi, *Pennatorum*: sed *Eccles.*10.20.*aues cœli.*

Baal cornuum. Daniel 8.6.*arietem illum cornuum*, noster; *Cornigerum*, seu cornibus decorum.

Baal lucri, noster *auarum* vertit: Pro.8.6.q.d. lucrio, seu lucri potẽs.

Baal ciuitatis, quos noster vertit *viros*, scilicet præcipuos & optimates, *Iudic. 9. 6.* hoc est, principes ciuitatis, vt transtulit ibidem v. 51.

Baal bouis, hoc est Dominus bouis: Exo.21.28. Vsurpant autem in bono & in malo. Nam *Baal sapientiæ* vocant sapientem; & raptodum dicunt *Baal collectionum*; & *Baal linguæ*, hominem disertum, ac eloquentem, *Eccl.*10.11. Vbi tamen alij intelligunt susurris incantantem.

*Baal somniorum, Gene.*37.18. Somniator, peritus cõminisci somnia, qui, vt est in prouerbio, quod vult somniat, ἐνυπνιάζει. Vel etiam Dominus per somnium.

*Baal muneris, Prouerb.*17.8. Hoc est captans & munera ambiens, accipiénsque, Hesiodo δωροφάγος. *Dominorus.*

Baal fœderis, fœderatus. *Genes.*12. 13. cui simile, *Baal iurisiurandi. Nehem.* 6. 18. Significant vicissim eos qui fœdere & iureiurando aliis deuincti, & qui sibi alios deuinctos habent: sicut Latinè quis dicitur, *Potitus hostium*; siue captus ab illis, siue captiuos illos possidens.

Baal, משחית *Maschith*, dissipationis seu dilapidationis bonorum suorum: noster vertit *dissipantem*; *Prou.*18. 9. Intelligit eum qui atte seu habitu decoctor est.

Baal iræ, iracundus, cui semper ira præstò est, *Prou.* 22. 24. Sic *Baal excandescentiæ, Pro.*29.21. Qui facilè & grauiter excandescit. Sunt eius generis cuius illud, potiri hostium. Nam re verâ hi non sunt domini vel potentes iræ, sed impotentes, & mancipia. Iuxta illud,

Ira furor brevis est. Animum rege: qui, nisi paret,
Imperat. Hunc frenis, hunc tu compesce catena.

Locutio est antiphrastica.

Baal מזמות *Mezzmmoth Pro.*24. 8. Dominus malarum cogitationũ. noster, qui *cogitat mala.* Lxx. longiùs recedũt, ἀπαιδεύτοις συμπλοκὴ θανάτου *indisciplinatis mors occurrit.* Optimè Chaldæus exponit, virum seu Dominum astutiæ pessimæ. Nam significatur homo vafer, gnarus simulare ac dissimulare: ex cuius vultu, dictisve, non facilè intelligas, quid velit, quid machinetur; interea tamen corde pessima molitur. Gallis, *Songecreux*: quẽ antè c.14.17. Salomon vocarat *Virum versutum*; vt noster; pro איש מזמות *is mesim-*

Materfamilias. Baalath domus. Bulath baal.

Beula, bula.

Vir seu Dominus adolescentiæ.

Homerus. Odyss. VIII.

Baal pennæ.

Baal cornuum.

Baal lucri.

Baal ciuitatis.

Baal bouis.

Baal sapientiæ. Baal collectionũ. Baal linguæ.

Baal somniorum.

Baal muneris.

Baal fœderis. Baal iuris iurandi.

Potiri hostium. Plautus.

Baal dilapidationis.

Baal iræ. Baal excandescentiæ.

Horatius.

Baal malarum cogitationũ. Lxx.

Chaldæus.

moth, virum commentationum seu machinationum, & opposuerat viro excandescenti. De talibus est illud Euripidis, de fœminis, *in Medea.*

Fœminæ machinatrices Euripides.

Κακῶν δὲ πάντων τέκτονες σοφώτατοι.

Malorum omnium fabricatrices peritissimæ.

In Oreste verò,

Δεινὰὶ γὰρ αἱ γυναῖκες εὑρίσκειν τέχνας.

Valem enim fœmine inuenire dolos.

Nicostratus. Nicostratus vtrumque locum volens imitari, ὡς εἰσὶ πάντων τέχνας τελεῦσαι καὶ πλέξαι σοφώτατοι. *Sicut sunt ad inueniendas & nectendas fucelas omnium sapientissimæ.* Seneca dixit, malorum machinatrix facinorum.

Seneca.

Dux malorum fœmina, & scelerum artifex.

Igitur *Baal malarum cogitationum* est, cuicumque facile est verba dare, & componere fraudes; quod hodie plerique norunt, & vnum semper opus didicere.

ti Israël, scilicet Iacob patriarchæ, & illius familiæ. Lōgè meliùs, quin & soli bene, qui in recto legerunt, & per asyntheton intellexerūt ipsum Ioseph dici datum à Deo pastorem & lapidem toti Israëli, quem pauit, quem tutatus fuit, cui possessiones velut pascua assignauit, cuius firmamentum fuit; vt pote figura CHRISTI, qui simul & pastor bonus, & lapis angularis Ecclesiæ, vt præclarè Rupertus *in Genes. cap. 36.* Mihi verò nec Chaldæa paraphrasis hoc loco satisfacit, nec quò collimarint LXX. satis liquet. Quid opus aliam interpretationem quàm Spiritus sancti, à Siracidâ proditam? *Eccles. 49. 17. Neque vt Ioseph, qui natus est homo, princeps fratrum, firmamentum genus, rector fratrum, stabilimentum populi.* Pastor ergo, est, ἀνὴρ ἡγεμὼν ἀδελφῶν. *Vir ductor & princeps fratrum:* Lapis verò, est στέρεωμα λαοῦ. *firmamentum populi.* Nam hodie in Græco non habetur repetitio, quæ in Latino.

Ioseph laus.

CHRISTI figura.

Rupertus.

Chaldæus.

LXX.

ADAG. LV.

IBIDEM VERS. XXIV.

Pastor, lapis Israël.

VT Græcis ac Latinis, sic etiam Hebræis, boni Principes vocantur, *pastores populorum:* quod nomen adeò Regum Regi placuit, vt se *pastorem bonum* non semel vocarit. Nihil notius est, & ductam metaphoram à grege rationis experte, vocibus ad homines rationis compotes translatis. Ait Moyses, *Inde pastor egressus est, lapis domus Israël.* Hebræi etiam in recto coniungunt *pastor lapis.* רועה אבן *Roeh eben:* Vbi perperam recentiores posteriorem vocem accipiunt in casu patrio, *pastor lapidis,* hoc est, pastor fundamē-

Pastor populi.

Pro nostro contra nouatores.

IBIDEM VER. VLTIMO. ADAG. LVI.

Apponi, vel congregari *ad populum suum.*

Apponi ad populū suum.

DE Iacob defuncto, sed nondum sepulto legimus: *Appositusq; est ad populum suum,* vt nostri, & LXX. καὶ προστέθη. Nec dissentit Chaldæus, vtens voce *congregandi* seu *colligendi.* Noster vtroque modo vno sensu solet reddere Hebræum ויאסף *Veieoseph.* Sic Iacob *sup. v. 29. Ego congregor ad populum meum.* De Abraham *cap. 25. 8. Congregatúsque est ad populum suum.* Ibidem de Ismaële *vers. 17. & appositus ad populū suum.* De Isaac *c. 35. vlt. Consumptusque ætate, mortuus est: & appositus est*

Congregari ad populum suum.

popu

populo suo, senex & plenus dierum. Nu. 20. 34. *Pergat, inquit, Aaron ad populos suos.* Idem de aliis iustis alibi legitur.

Pergere ad pop. suum.

Constat omnibus hoc loquelari sacro mortem significari, & populum idem esse quod populares, seu maiores iam defunctos, etsi de Angelis quoque D. Augustinus q. 208. *in Genes.* censeatur accepisse. Eadem ergo, *pergere, apponi, congregari ad populum suum*; quod, vixisse, obire, penetrare se ad plures, & similia. Verũ quia diuini libri non vsurpant, nisi de illis, qui fœliciter & Deo grati decesserunt; ideo D. Augustinus sic de Angelis exposuit. Displicet hoc Lyrano, & mauult explicari de beatis, qui in mundo iusti fuerunt. Paulo aliter Paulus Burgensis seu de Sanctâ Mariâ (hoc enim illi à baptismo nomen fuit) vir suo sæculo pari pietate, prudentiâ & eruditione; vult significari illos qui ex hac vitâ sine vllius culpæ expiãdæ reatu migrabant; & non egẽtes igne Purgatorij, rectà in limbũ, siue Abrahæ sinum trãlibant. Vapulat eo nomine Burgensis, quibusdam nostri æui eruditis scriptoribus: quasi contenderit, nullas tum horũ animas Purgatorium perpessas. Verùm non arbitror hoc illũ, minimè obesæ naris doctorẽ sensisse, quod impingitur: sed ad terminum duntaxat vltimũ attendisse: æquè tunc duo vt nunc sunt termini erant, vnus gloriæ, alter damnationis æternæ. Quoad gloriæ terminum, hoc tum discrimen erat, quòd ad eam prædestinari, vel rectà ad limbum Patrum, vel priùs expurgandi ad Purgatorium aduolabant, inde ad limbum transcribendi; nũc tales rectà in cœlum deferuntur, patefacto per IESVM CHRISTVM aditu. Hæc etiam nouitij Theologi nouerunt. Sicut itaque, qui nunc diceret, duos esse ordines morientium; quorum duo tantùm sunt termini vltimati, & verè termini, purgatorium non negaret. Sic vir ille Catholicus & sapiens, non voluit negare aliquos horum in purgatorium delatos, & ibi ad tempus hæsisse, sed hoc totũ non terminum, sed viam ad terminum censuit. Ideo adspectu ad vltima illa loca interpretatus, *aggregari ad populum*; coniungi iustis & beatis, nunc in re, tunc in certâ spe. Populum inquam suum, hoc est sibi similem & cum quo victurus; populares futuros illius æterni domicilij: vt inchoatiuè tales, perfectè talibus annumerarit. Igitur *ad populum suum accedere*, hoc sensu est, in sinum Abrahæ transire, vt etiam exposuere Rupertus, & Caietanus, *sup. cap. 25. ver. 2.* Si quæras cur hæc phrasis non vsurpetur, de damnatis, malæ mãsioni orci addictis: Respondeo, non tantùm hac locutione nobis indicari animas hominum esse immortales; & à corpore separatas, non redire ad alia corpora bestiarum siue hominum, sed certo in loco suismet corporibus reseruari: & beatarum quidem vitam, ibi nec miseram, nec solitariam esse; sed communem, iucundam, socialem, vt solet eorum qui ad suos ab exilio reducuntur: improborum verò animas contrà se habere. Quamuis enim sint æternæ, & in commune quoque receptaculum corporibus suis debitæ relegentur: tamen illic degunt vitam minimè vitalem, sed quauis morte acerbiorem, odiis, dissidiis, absinthio, & mille cruciibus plenam; qualis est (si quâ illa miserrima miseria comparatione posset exprimi) damnati, in culleo parricidiali inter hominẽ, simiam, viperam, canem, & gallinaceum. Sat, sat, & nimiùm sola est, cui nihil adest, vel inest boni.

Lyranus.

Burgẽsis

Rupertus, Caietan⁹. Cur non de casu de damnatis.

ADAG. LVII.

EX CAP. L. VER. XIX.
Num Deus ego.

Nũ Deus ego.

TImentibus fratribus, ne criminis in se commissi pœnas tandem Ioseph reposceret, metum illis eximit, respondens כי התחת אלהימאני *Ki Hathahath Elohimani, num Deus ego sum?* v. 19. cap. 50. Vbi noster, *Num Dei possumus resistere voluntati?* Sed propiùs Hebrææ locutioni *Genes.* 30. 2. reddidit, *Num pro Deo ego sum?* Scilicet vt sim omnipotens, & instar Dei sterilitatem tibi per miraculum adimam, vuluã quã concluſit Deus, aperiens: quo sensu quoque Moses Aaroni pro Deo esse potest intelligi in Exodo, de quo ibi. Dictis locis Genes. v. 2. & v. 19. Hebraicè eadem verba habentur: noster diuersimodè expressit; similiùs LXX. *vers.* 2. μὴ ἀντὶ θεοῦ ἐγώ εἰμι; sed *vers.* 19. τοῦ γὰρ θεοῦ ἐσμὲν ἐγώ; Chaldæus hoc loco, *Quoniam ego timeo à facie Dei. Ille verò; Numquid à me petis filios? nonne à facie Domini illos petere debuisses?* Vides, Lector, vno loco nostrum (vt solet)

Explicationes.

1. phrasim Hebræam retinuisse, alio eandem explicasse, fœliciùs quàm recentiores, qui Rabinos sequuntur, qui quisq; quod vult somniat.
2. Alij sic reddunt, Non hoc est factum consilio meo, sed diuino: Alij
3. non sumam de vobis supplicũ quia
4. Deus non sum. Alij, nolite me adorare Deo, non mihi honor iste debetur: Alij, num sum vice Dei? Alij,
5. nónne vobis parcens fungar vicem
6. Dei, qui voluit me vobis parcere, dum vos & Ægyptios fecit mihi parcere? Quàm hæc omnia longè à
7. mente Ioseph recedunt? Denique nonnulli, an non ego subsum Deo? quod videtur à nostrâ versione, *nũ Dei possumus resistere voluntati?* non alienum. Quasi dicat. Dei voluntas fuit me à vobis vendi, & in Ægyptũ præcedere; occasio vos fuistis meæ dignitatis, cur succẽseam? decet me euentum potiùs quàm intentionẽ vestrã aspicere. Deus cordiũ scrutator est. Deus non sum. Voluit Deus me vobis saluti esse, cur ego conet vos perdere? quamuis conarer, frustrà conarer, quia non quod ego vellẽ; sed quod Deus statuit, id euẽturum. Sic etiam Iacob intelligendus Racheli dicere, Deus te sterilẽ vult esse, non possum contra ire. An vis me frustrà cum Deo componere, & in certamen dare? Piorum ergo vox ista, & adagialis ad plurima, vt si quis aliquid suadeat cõtra iussa superiorum, qui Dei loco sunt; dicamus, Nũquid Deus sum? Si quis suã voluntatẽ diuinæ non æquanimiter attemperet, refrenet se dicẽs, *Num Deus ego.* Si ab aliquo postulentur aut exspectentur viribus humanis maiora, & miraculosa, occurramus dicendo, Non sũ Deus. *Num* ego pro Deo tibi? Meliùs hæc vis adagij intelligitur, si mores impiorum perpẽdimus, qui Dei cõemptores, de suâ, sibi industriâ, sapiẽtiâ, fortitudine, nihilnõ audẽt polliceri, nec se diuino auxilio egere arbitrãtur: quales olim fingũtur fuisse Titanes, & gigantes theomachi, de quibus antiqua nostro adagio contraria parœmia circumfertur, relata à Scholiaste Apollonij *li.* 1. *Argonaut.* & Eustathio *in* 1. *Iliad.* τὸ Κυνέης δ' ὄρυ, *Canei hastã*, quòd eam & ipse pro numine coleret, & alios cogeret adorare. Si hoc adagium; certè & similia possent, à superbiâ similium colligi, quibus vel gladius vel dextra propria pro Deo. Primus quidẽ in Põtani nostri Symbolis Virgilianis, Aiax Telamonius apud Sophoclem in μαστηροφόρῳ, suadenti patri, semper vt diuinam opem in prœliis imploraret, stultè respondit (vt vertit præses Frisiæ Ratallerus.)

1. Vsus adagij.
2.
3. Impiorum fiducia.

Apollonij schol. Eustathij. Cẽnei hasta.

Dextra Deus. Pontanus. Sophocles. Aiacis maioris impietas.

Adiu

Adiuuame, mi pater; Deo,
Victoriâ potitur ignauissimus:
At destitutus etiam ope Deorũ, scio,
Bellique me confido adepturũ decus.

Aeschylus Statius. Capaneus Arcas. Atace prior adhuc Capaneus, ab Æschylo in septem ad Thebas, talis describitur, cui hæc verba tribuit *Papinius Surculus, Thebaid. lib. 2.*

Virtus mihi, numen, & ensis,
Quem teneo.

Ensis numen. Idem quoque lib. 10. eiusdem operis iactantior:

Ades ô mihi dextera tantùm,
Tu, præses bellis, & ineuitabile numen,
Te voco, te solam, superum contemptor adoro:
Sic ait & vati sesé facit ipse potentem.

Virgilius. Mezẽtius. Apud Virgilium 10. *Æneid.* Mezẽtius,

Dextra mihi Deus, & telum quod missile libro,
Nunc adsint.

Diu postea cos. Flaminius à Silio Italico *Belli Punici lib. 5.* spretis auspiciis, ista fari inducitur Silius Italicus Flaminius.

Diuus fui magnus in hostem,
Auspicium Latio, quod in armis dextera præstat.

Sed & Alcmena Senecæ in Hercule Oetæo, filium sibi pro Ioue fuisse significat, Seneca. Alcmena.

Quidquid negaret Iuppiter, daret Hercules.

Hoc directè oppositum dicto Iacob *v. 2.* cætera illa etiam pietatis Ioseph, impietatis condigno exitu mulctata. Hercules ab vxore ignarâ Nessi fraude; Flaminius à Pœnis eo prælio interemptus. Mezentius mox Æneæ gladio cecidit. Capanea Iuppiter fulmine transfixit. Cęneum centauri truncis arborum variarum oppressérunt, & suffocarunt.

ADAGIALIA IN EXODO ANIMADVERSA.

ADAG. LVIII.

EX CAP. I. EXODI. VER. IX.

Ignorat Ioseph.

Ignorat Ioseph. PRudenti somnij regij interpretatione, & prouidâ fidelique annonæ procuratione Ioseph patriarcha, vt qui optimè de Ægypto vniuersâ meritus fuerat, adeò vt iure illũ Ægyptij *Saluatorem mundi* vocarint *Gen. 41. 45.* regale hoc nomen imponente; Sed ætas insequẽs docuit, verissimum esse dictũ Sophoclis de humanâ ingratitudine, celerrimè mortui gratiam effluere ex hominũ recordatione, & perditam re ipsâ deprehendi.

Ingratitudo mortalium. Sophocles.

φεῦ τὰ θανόντος ὡς ταχεῖα τις βροτοῖς
χάρις διαῤῥεῖ, κ̀ν πρόσθ' ἀλύσκεται.

Pindarus meritò conqueritur, veterem gratiam dormire, homines autem illius non meminisse, Pindarus.

παλαία γὰρ εὐδει χάρις,
ἀμνάμονες δὲ βρότοι.

Catullus etiam: Catullus.

Omnia sunt ingrata: nihil fecisse benignè est.

Vnde Seneca noster: Seneca. Ingratitudo pessima est obliuio beneficij.

Omne iam ingratum est genus.

Idem in philosophicis prodidit nullam deteriorem esse specie in-

Ingratitudo pessima est obliuio beneficij.

gratitudinis, quàm sit beneficij accepti obliuio voluntaria. *Ingratus* (ait) *qui beneficium se negat accepisse quod accepit: ingratus inquiam, qui dissimulat: rursum ingratus qui non reddit: at omnium ingratissimus, qui oblitus est.* Vide quæ dixi sacra lectione 1. *speculi patientiæ.* Hîc videmus apud improbos, (ait Menander)

Speculi Mariani fol. 488 Menãder.

μετὰ τὴν δόσιν τάχιστα γηράσκει χάρις.

Post dationem celerrimè senescit beneficium.

Ecce vix tertiâ post Ioſephum genetatione malumpro bono reddi-tum. Rex Ægypti; quisquis ille (Amenophim vocat Chæremon, Bocchorim Lysimachus, Temosim Manethon, Amosin Ptolomæus, Temenuphim Eusebius, Orum & Busirim recentiores) quisquis fuit, & quocumque vocatus nomine, contemptor beneficiorum Ioseph; vt ignarum se gerebat, & insuper crudelissimè in posteros eius debacchabatur, vt hic narratur *cap.* 1. similes fuere in liberos Gedeonis Sichimitæ *Iudic.* 8. *vlt.* alij in alios. quid necesse syllabum texere? vincimur numero. In omnes ergo ingratos possumus iacere hoc dictũ, *Ignorat Ioseph.* Siue re verâ non meminerint, siue factis immemores se ostendant, inimicitiæ signa præferentes. sic enim *ignoros* veteres pro hostibus, *notos* pro amicis dixerunt. Valerius, Catullus;

Cheremõ Lysimachus. Manethõ. Ptolomæus. Eusebius

Sichimitæ.

Adag. in ingratos

Ignotus. Notus. Valerius. Catullus.

Nec mihi notorum deflectunt lumina vultum,

Seneca.

Seneca in Medea;

Per vrbes erret ignotas egens.

Ignorabat Ioseph, poterit hoc pacto accipi, pro oderat Ioseph. Cajetanus quòd videret tam illustria fuisse Ioseph in Ægyptios beneficia, impossibile reputat ab Ægyptio Rege Ioseph ignoratũ; ideo cõtẽdit fuisse Assyrium, & confirmat

Cajetanus.

An rex iste Assyrius.

loco Isaiæ 52. 4. *In Ægypt. descendit populus meus in principio, vt colonus esset ibi: & Assur absque vllâ causâ calumniatus est eum.* Verùm id nõ credo, quia ante Moysis tempora Ægypto nõ imperarunt Assyrij: & *Assur* potest accipi, vt nomen, tyrannis, quibus Deus vtitur in populi sui emendatione, commune. vel sanè duas persecutiones Isaias, vnam Ægyptiorum, de quâ hîc Moyses; alteram posteriorẽ Sennacheribi, vel Salmanassaris, commemorauit.

Assur.

EX CAP. III. VER. II.

ADAG. LIX.

Deus apparet in flamma è medio rubi.

VERISSIME Philo & Theodoretus hanc visionẽ apparuisse monẽt, vt docerentur Iudæi sic eos Deũ tribulationibus premere, vt tamen nolit eos delere, sed seruare ab interitu, & ereptos reddere glorioſiores. sicut rubo flamma nõ nocebat, sed eum potiùs collustrabat: sic illos splendidiores Ægyptiâ fornace extrahendos. Vtiliter ergo, & ad mentem sacræ Scripturæ dicãt Catholici sociis, in Angliâ, Hollandiâ, & aliis hæreticorũ tyrãnide oppressis prouincijs, eos consolaturi; *Deus apparebit in flãmâ ignis è medio rubi, Exo.* 3. 2. Sicut veteres in naufragio dicebant, sydus Dioscurorũ affulgere. Filiorũ Dei afflictiones quædã sunt purgationes, & excolationes velut auri, in chrysollâ. & veteres *flammam* pro summo periculo vsurpasse notum vel ex adagione Terentij de parasito,

Philo. Theodoretus.

Deus apparet in flamma è medio rubi.

Sydus Dioscurorum.

Flamma pro periculo summo Terẽtius. Ex flãma cibũ petere.

Te vel ex flamma cibum petere posse existimo.

Cibi, etiam bustuarij & feralis gratiâ, nihil periculi aut molestiæ recusaturũ ait. Rubi pũctione ipsa tribulatio indicatur, vel potiùs Israëliti-

Rubo arefacto præfractior.

ci

ci populi ingeniũ,rubo (quod dici solet, arefacto præfractius ; quare solet *domus exasperãs* vocari, *Psal.*77. 8. siue *exasperatrix*, *Ezech.*2.8.& dicti Deum *configere*, *Malach.*3.*v.* 8.& 9.Simile ergo erit adagio; *Deus in monte videbitur*.*sup.adag.*27.quo significatur Deus fore *adiutor in opportunitatib.* hoc est tẽpore opportunissimo, *in tribulatione*.*Psal.*9.10.

Cor pro medio. Animatorum metaphora ad ignem.

quod alibi professus. *si ambulauero in medio tribulationis*,*viuificabis me.* Psal.137.7.Pro *medio* Heb.est cor, לבה *labab-es*,*corde ignis*.Nã Hebræi *cor*,pro medio vsurpant; à situ cordis in corpore; & quæ animantiũ sunt tropicè tribuũt igni,etiã mox addentes de rubo,quòd ab igne nõ comederetur;vt &*Psal.*77.63.*Iuuenes eorum comedit ignis*. Venustè hîc

Ignis comedit. LXX.

Lxx. οὐ βάτος ἐκαίετο, καὶ οὐ κατεκαίετο, *vrebatur*,*& non exurebatur*.sic decet iustos adflari hac flammâ, sed non inflammari,nec ab sumis certos Deũ tum illis proximum,cùm acriùs sæuit incẽdiũ.nónne populũ Moyses eduxit,demum postquã lateris pẽsum duplicatũ,& paleæ denegatæ?

De rubo varias expositiones pete à Pererio nostro *hic disp. quintâ*.

ADAG. LX.

IBIDEM VER. V.

Solue calceamentum de pedibus tuis.

Solue calceamentũ de pedib.

IVssvs id facere Moyses,cùm ad visionem rubipropiùs conaretur accedere.Tanquam adagium prudẽter vsurpauit B.Bernardus,super illo *Apocal.*xii. *Signum magnum*.& optimè interpretatur sẽsu spirituali; qui velit sacra mysteria rimari, debere priùs cunctis se terrenarũ & carnaliũ curatũ desideriis exuere.quoniam terrena cogitatio animam nimis aggrauat, & diuinæ theoriæ meditationi reddit inidoneam,ait Bernardus: *Meritò quidẽ admiraris Moyses sancte, & curiosiùs desideras intueri:verumtamen solue calceamenta de pedibus tuis, & inuoluera pone carnalium cogitationum, si accedere concupiscis.* Eodem modo præter Theodoretũ hîc,sumpsit S.Nazianzenus *Orat.*2 *de Pascha*,circa finem: τὰ ὑποδήματα ὁμοῦ τῆς ἁγίας γῆς καὶ θεοειδοῦς φανεὶς μέλλων, ἀπολυέσθω κατὰ σὲ ὁ Μωϋσῆς ἐκεῖνος ὅστις τὸ ὄρους, ἵνα μηδὲν νεκρὸν φέρῃ, μηδὲ μέσον θεοῦ καὶ ἀνθρώπων. Quæ sic reddidit doctissimus & optimus Billius, cuius in Naziãzeno versione vtor: *Iam qui terram sanctam & diuinis vestigiis impressam contacturus est, calceamenta soluat, quemadmodum & Moyses ille in monte, vt nihil mortuum ferat, nec inter Deum atque homines intermedium.* Vbi Nicetas paraphrasticè sic elucidat; Quæ verba hoc nobis significant,eum qui animum ad contemplationem adiiciat(hæc enim terra sancta est, in qua Deus per imaginem apparet) mundanas curas,vt mortuas & infrugiferas,atque aditum ad Deum interscipientes abiicere debere.

Bernard

Nazianzenus.

Nicetas.

B.Epiphanius in calce Anchorati sic scribit,*Pascit autẽ* CHRISTVS *in predicta terrâ & non solum pascit: sed etiam precipit soluere calceamentũ pedum pastorum:velut Moyses primũ dicit,à quo traditionem accepistis etiã vos,& eos qui ad sanctam scientiam introducuntur,primùm, securè manu ducitis,curantes vt singula eorum calceamenta soluantur, Verùm calceamenta vniuscuiusque vestrùm differentiam habent Nam vnusquisq; per propriam suam actionem ea subligauit: & de cetero singuli vestri discipuli vobis bonis pastoribus obedientes: qui quidem subligauerat idololatriam, eam per vestrã admonitionem soluit;alius verò adulterium soluit; alius scortationem; alius furtum; alius auaritiam. Et non hoc sõlum,*

Epiphanius.

lium, sed etiam sermonibus abominandis ac turpibus verbis renuncianies, vnusquisque discipulis tradit seipsum, vt per vos bonos pastores, beatâ spe submanu boni pastoris pascatur: abstinet enim vnusquisque ab errore penitus, &c. Ad sacrã ergo scientiam adipiscendam, & ad ingressum in Catholicã, vult debere solui & exui calceamenta vitiorum: hoc discipulis, hoc ipsis pastoribus faciendum. ποιμαίνει ὁ Χριστὸς ἐν τῇ προειρημένῃ, καὶ οὐ μόνον ποιμαίνει, ἀλλὰ καὶ προτρέπεται λύειν τὸ ὑπόδημα τῶν ποδῶν τῶν ποιμνίων, ὡς Μωϋσῆς πρῶτον λέγει, παρ' οὗ τὴν παράδοσιν παρειληφότες καὶ αὐτοὶ, τὰς εἰς τὴν ἁγίαν ὑπηρέτην εἰσαγομένους ἀσφαλῶς χειραγωγῆτε πρῶτον, τὰ ὑποδήματα ἑκάστου ὑπολύεσθαι ὑπομελόμενοι, ὑποδήματα δὲ ἑκάστου ὑμῶν ἔχει διαφορὰν τῇ ἰδίᾳ ἑαυτοῦ πράξει ἕκαστος ὑποδήσατο, καὶ λοιπὸν ὑμῶν τῶν μαθητῶν καὶ καλῶν ποιμένων ὑπακούων ἕκαστος, ὃς μὴν ὑποδήσατο εἰδωλολατρείαν, ὑπελύσατο τὴν ὑμῶν ῥᾳθυμίαν: ἄλλος δὲ μοιχείαν ὑπελύσατο, ἕτερος πορνείαν, ἄλλος κλοπὴν, ὃς δὲ πλεονεξίαν. οὐ μόνον δὲ ἀλλὰ καὶ λόγοις συγκοπτοῖς, καὶ αἰσχροῖς ῥήμασιν ἀποταινόμενοι, μακαρίαις ἐλπίσιν ὑπὸ χεῖρα κρατοῦσαι τὰς ἀγαθὰς ποιμένος δὲ ὑμῶν τῶν καλῶν τῶν μαθητῶν ἕκαστος βακτηρίαν παραδίδωσιν ἑαυτόν. ἀφίξεται γὰρ ἕκαστος πάντως τῆς πλάνης, &c. Adspiciens ad eos qui per baptismum initiantur. hoc enim præsignificatum disertis postea verbis profitetur, ὕστερον δὲ τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ τὸ παναγιον λουτρὸν ἀπεκάλυψεν: ἐν μὲν Μωϋσῆ ὑποδήματα ὑπολύων. *Postea verò sanctæ Ecclesiæ vndiquaque sanctum lauacrum reuelauit: in Moyse quidem calceamenta soluens.* Cui simile quid memini me apud D. Athanasium legere, sed locus excidit: & apud B. Nyssenum li. de vitâ Moysis. B. Iustin. Martyr *in Apol.* 2. prope finem, scribit, dæmones, hanc historiam Moysis imitantes, instituisse nudipedalia sua, nimirum vt sacerdotes & initiati templum ingressuri calceos sibi detraherent. Idem Procopius hoc loco annotauit; multas adferens mysticas enarrationes Octateuchi *pag.* 222. & *pag.* 486. refellit quandam nonnullorum opinionem arbitrãtium, per *solue calceamentum*, significari, progredere audacter contra hostes, eos sine periculo vel nudo pede conculcaturus: sicut censent capi Dauidicum versum *Psal.* 59. 10. & 107. 10. *In Idumæam extendam calceamentum meum:* cùm neutri loco expositio cõueniat & reuerâ diuersa sint soluere calceamentum, & extendere calceamẽtum suum; sicut etiam soluere calceamentum alterius in causâ matrimoniali: de quo sermo ad Ruth. *cap. vlt.*

D. Iustinus Mart.

Procopius

IBIDEM VERS. VIII. ADAG. LXI.

Terra fluens lacte & melle.

PAssim in sacra S. terra Palæstinę nominatur ארץ זבת חלב ודבש *Eres zabath halab vdabas, terra quæ fluit lac & mel*, hîc, & *Hierem.* 11. 4. & alibi, tam multis, & notis locis, vt omitti satius videatur. fatentur omnes sic describi terram cunctæ suauis alimoniæ copiâ refertissimã: aliter tamen atque aliter hoc explicant. Non probo, quòd quidam restringant ad pascua laudatissima, plena lactiferis animalibus (fuit enim Iudæis etiam copia eorum, quorum lacte non alebantur.) & ad violaria, rosetáque, & syluas floriferas; aptas mellificio apicularũ. Ionathæ historia lib. 1. Reg. 14. 27. satis docet etiam in saltibus Iudææ mellis copiam repertam. Præterea

Terra fluens lac & mel.

1 Explic.

oliui

oliuitatis & vindemię prouẽtus Iudæis maior quàm mellis,& pretiosior habebatur:cur igitur non æquè dicitur vino & oleo manasse? Puto *mellis* & *lactis* nomine,cętera edulia (vt dixi) significata.Conuincitur ex *Num.*13.28. *vbi aiunt exploratores;re verâ fluit lacte & melle, vt ex his fructibus cognosci potest*:Sed hi neq; lac, neque mel;sed botrũ;& similes fructus adferebãt.Item *Deute.*7.8. ipsa hęc fertilitas terræ promissionis latè describitur: *Dominus enim Deus tuus introducet te in terrã bonam,terram riuorum,aquarúmq;,& fontium: in cuius campis & montibus erumpũt fluuiorũ abyssi.Terram frumenti,hordei,ac vinearũ,in qua ficus, & malogranata & oliueta nascuntur: terram olei,ac mellis.Vbi absq; vllâ penuriâ comedes panem tuũ, & rerum omnium abundantiâ perfrueris: cuius lapides ferrũ sunt, & de mõtibus eius aris metalla fodiuntur.* & cap.32.13. *Constituit eum super terram excelsam:vt comederet fructus agrorũ,vt sugeret mel de petrâ,oleũq; de saxo durissimo. Butyrum de armento,& lac de ouibus cũ adipe agnorum,& arietum filiorũ Basan, & hircos cum medulla tritici, & sanguinem vuæ biberet meracissimum.* Ideò Ezech.20.15.vocat,*terrã fluentem lacte & melle,præcipuã terrarum omniũ.* Vnde patet quod *Strabo lib.*15. *Geog.* scripsit de sterili & saxoso & arido Hierosolymæ solo, ad totam Iudæã non pertinere, multoq; minùs ea loca non fuisse æmulationi obnoxia, neque digna pro quibus contenderetur.Nam & Hierichuntem,feracem locũ; & quam Iordanis alluit terram fertilissimam fatetur:&,si negaret,Tacitus,Plinius & cæteri illius æui scriptores eum refellerent.Iosephus *lib.*5.*antiquit.*etiã de agro Hierosolymitano refellit. Ait enim,*Iudæa indolem talem esse,vt videre liceat campos magnos,& frugũ ac fructuum feracissimos, qui ad aliã terram collati,vberes admodum videri possent:quòd si ad Hierichuntinum vel Hierosolymitanum agrum conferantur,iam non magni pretij iudicandos.Licèt ager vterq; parnus & bonâ ex parte montanus sit,sed quantum ad fertilitatem, nullis aliis postponendus.* Hegesippus *lib.* 3. *de excidio Hierosolym.cap.*6. Quod de lacte & melle dicitur ad aquarum dulcedinem refert, & vult promissionem Dei mysticam fuisse, de resurrectione. Credo,dicere voluit de cælicâ terrâ promissionis: fateor anagogico sensu, non literali. Quo pacto etiã Diuum Hieronymum interpretor, *Epistol.* 129.*ad Dardanum*, negantem quæ de fertilitate & fœlicitate terræ in sacra Scriptura leguntur, secundùm literam occidentem accipienda. Voluit tantùm negare,vt ratio ab eo subiuncta indicat, in eâ riuos lactis & mellis;quales poëtæ fingunt,fuisse, non verò fertilissimam & abundantissimam fuisse. Iosephi verba citata sunt,ἡ γὰρ φύσις τῆς Καναναίων γῆς, τοιαύτη τίς ἐστιν ὡς ἴδοι τις ἂν πεδία μεγάλα καὶ καρπὸς φέρειν ἱκανωτάτη. καὶ συγκείμενα μὲν ἄλλα ἄλλοις γῇ, πανευδάιμονα κομιδῇ νομίσαι τοῖς δὲ Ἱεριχουντίων χωρίοις παραβαλλόμενα, καὶ τοῖς Ἱεροσολυμιτῶν. τὸ μὲν ἂν ἀναφανησόμενα. καὶ τὸ παντελῶς ὀλίγῳ αὐτῶν ἔτι τῇ γῇ συμβέβηκε, καὶ ταύτης ὀρεινῇ τῇ πολλῇ, ἀλλ' ὑπερβολῇ εἰς καρπῶν ἱκανότητά τε καὶ κάλλος ἀφείλκυσεν ἑτέρας. Videtur Strabonis vel insciti am, vel maleuolentiam retundere voluisse. Sanè Rabsaces hostis Iudæorum pro eo est, verbis sui Regis Ierosolymitanis promittens, 4. *Regum* 18. *vers.* 32. *Transferam vos in terram, quæ similis est terræ vestræ*, hoc est æquè fertilis. Nam sequitur, in quo similis sit,*in terram fructiferam*

Lactis & mellis nomine oleũ & vinum. 11.

Terræ promissionis descriptio.

Strabo refellitur.

Tacitus.

Iosephus.

Hegesippus explicatur.

Hieronymus explicatur.

& fertilem vini, terram panis & vinearum, terram olivarum, & olei ac mellis. & breuiùs eadem ponuntur, *Isai.36.17. tollam vos ad terram, quæ est vt terra vestra, terram frumenti & vini, terram panum & vinearum.* Vera itaque fertilitas, huic adagio locum fecit. Cui similia sunt apud prophetas; *Iob 20.17. Non videat riuulos fluminis, torrentes mellis ac butyri.* Ioël. 3. 18. *stillabunt montes dulcedinem & colles fluent lacte.* Hinc illud mutuatũ à poëtâ nescio quo, ex Sibylla,

Torrentes mellis ac butyri.

Flumina iam lactis, iam flumina nectaris ibunt.

Stillare montes dulcedinem, & colles lacte pluere.

Item Virgilius:

Et duræ quercus sudabunt roscida mella.

Virgilius.

Tibullus lib. 1.

Ipsæ mella dabant quercus, vlroq; ferebant
Obuia securis vbera lactis oues.

Tibullus.

Porrò ex nilis sacræ Scripturæ dęmon diuinitatem aucupatus, præstigiis simulauit, lactis & aquæ, & mellis & vini fontes. Euripides *Bacchis*, de aquâ quidem & vino,

βύρσην δέ τις λακῆσ' ἔπαισεν εἰς πέτραν,
ἔθεν δροσώδης ὕδατος ἐκπηδᾷ νοτίς.
ἄλλη δὲ νάρθηκ' εἰς πέδον καθῆκε γῆς,
καὶ τῇδε κρήνην ἐξανῆκ' οἴνου θεός.

De melle & lacte;

ὅσαις δὲ λέπας κῶμα τόθος παρῆν,
ἄκροισι δακτύλοισι διαμῶσαι χθόνα,
γάλακτος ἱμὰς εἶχον. ἐκ δὲ νισσίνων
βύρσαν γλυκεῖαι μέλιτος ἔσταζον ῥοαί.

Tum vna correpto thyrso verberat petram.
Vnde vorulentus aquæ profiliebat humor.
Alia autem ferulam demisit in terra solum,
Et illhic mox fontem vini emisit Deus.
Quibus denig; ninei lactis erat desiderium,
Summis digitis scindentes solum,
Illico lactis flumina habebant: porro ex hederaceis
Thyrsis, gutiis flaua stillabant mella dulcibus.

Et breuiùs.

ῥεῖ δὲ γάλακτι πέδον,
ῥεῖ δ' οἴνῳ, ῥεῖ δὲ μελισσᾶν
νέκταρι

Fluit & lacte campus,
Fluit vino, fluit & apum
Nectare.

Imitatur noster in Oedipo; (vt illic monui) canens:

Seneca.

Pumice sicco
Fluxit Nyctelius latex,
Garruli gramen sequere riui:
Combibit dulces humus alta succos,
Nunc & lacteos candidos fontes,
Mistaq; nardo Lesbia cum thymo.

Tertullia.

Idem in Paradiso Tertullianus asserum de saccaro & lacte paradisi terrestris.

Mella viresceti conflagrãt pinguia cannâ.
Lac etiã plenis manat potabile riuis.

Basilius.

Idemque S. Basilius, *lib. de Paradiso* asseruit. Iunguntur etiam in alio adagio: *Mel & lac sub linguâ*, de quo dixi, *in Can. Canticorum, cap. 4. ver. 11.*

ADAG. LXII.

EODEM CAP. VER. VLTIMO.

Ægypti spolia.

Ægypti spolia.

NON expressum exertè habetur, sed patres indicarunt. Cùm enim populus Israël discessũ ex

ex Ægypto pararet, Deus eum fecit gratiosum Ægyptiis, & iussit mutua peteret vasa aurea, & argentea & vestes pretiosas: quod impetrantes, discessu suo spoliarunt Ægyptum immensâ opum vi; iusto donationis titulo, Deo cunctorum Domino iis ea in laborum mercedem largiente. Narratur historia *d. v. vlt.* & *cap.* 12. *v.* 35. Fausti defendit Tertullianus *lib* 2. *contra Marcion. cap.* 20. & *lib.* 4. *cap.* 24. Hinc vsu obtinuit vt dicatur, quando iniustis possessoribus aliquid eripitur, *Ægypti spolia referre.* De B. B. Cypriano, Victorino, Hilario, Lactantio, cæteris; qui sæcularis sapientiæ aurum & argentum, & profanæ eloquentiæ gemmas, quibus superstitiosè Gentiles abutebantur, ipsi ad ornatum Ecclesiasticæ doctrinæ transtulerunt, testes sunt, S. Augustinus *ls.* 2. *de doctrinâ Christianâ cap.* 40. Et Nicephorus *lib.* 10. *histor. Ecc. cap.* 26. Augustini verba sunt de Gentilium doctrinis; *Quod eorum tanquam aurum & argentum, quod non ipsi instituerunt, sed de quibusdam quasi metallis diuinæ prouidentiæ, quæ vbiq; infusa est, eruerunt: & quo perperam atq; iniuriosè ad obsequia dæmonum abutuntur, debet ab eis auferre Christianus ad vsum iustũ prædicandi Euangelij.* Et paulo pòst: *Quid aliud fecerũt multi boni fideles nostri? nonne aspicimus, quãto auro & argento & veste suffarcinatus exierit de Ægypto Cyprianus doctor suauissimus & martyr beatissimus? quanto Lactantius? quanto Victorinus, Optatus, Hilarius? vt de viuis taceam, quãto innumerabiles Græci? quod prior ipse fidelissimus Dei famulus Moyses fecerat, de quo scriptum est, quòd eruditus fuerit, omni sapientiâ Ægyptiorum. Quibus omnibus viris superstitiosa gentium consuetudo: & maximè illis temporibus, cùm* CHRISTI *iugum decutiens Christianos persequebatur, disciplinas quas vtiles habebat, nunquam commodaret, si eas in vsum vnius Dei colendi, quo vanus idolorum cultus exscinderetur, conuersum iri suspicaretur: sed dederunt aurum, & argentum, & vestem suam exeunti populo Dei de Ægypto, nescientes quemadmodum illa quæ dabant, in* CHRISTI *obsequium verterẽtur.* Verissimè. Nam ideo Iulianus Apostata interdixit; ne CHRISTIANORVM in scholis Homerus, Demosthenes, aut alij Gentilium scriptores prælegerentur. Timebat Ægypto, ne spoliaretur. Nicephorus *d. lib.* 10. *cap.* 25. & 26. hoc sedulò fecisse, & Iuliano restitisse narrat eius temporis Patres grauissimos, sanctósque Basilium & Nazianzenum, vt omittam duos Apollinares, quia in hæresim delapsi. Fecit idem in libris Stromatum Clemens Alexandrinus, fecit Iustinus Martyr, fecere Arnobius, Minucius, Eusebius. Hoc æuo se facere professus Serarius noster; in his nomen meum profiteor, & fecisse hactenus fateor, & facturum diligentiùs, si viuam, spondeo, & sponsionis hoc ipsum opus adagiale pignus vadimoniúmque exhibeo. Laude dignus, non laqueo, qui, vt Domino, reddat, furi furtiua subtrahit. Aiunt Hispani vulgo; *Quien hurta al ladron, gana scien añes de perdon.*

Tertullianus.

Augustinus.

EX CAP. IV. VER. X.

ADA. LXIII.

Vir verborum.

QVIS ita vocetur ab Hebræis, dubium est. Aiunt

Vir bonorum. Dominus linguæ.

אש דברים *Is Debarim.* Potest dici idem esse quod est *Dominus linguæ* בעל הלשון *Baal hallason. Eccles.* 10. *v.* 11. (vnde fortassis Græcorum ἀλαζών) nisi quod *dicto v.* 11. in malam partem capitur, vt accepit noster interpres, & Chaldæus explicans, *Qui triplicem linguam habet*, hoc est, serpentinam, trisulcam, venenatam: quod etiam Lxx. confirmant. Aliàs *Dominus linguæ* potest accipi in laudem, vt hoc nostro loco; vbi non intelligendus *Vir verborum*, is qui garrulus est, aut cui lingua lubrica, Hispan. *Hombre hablador y parlero*; multiloquus, vt voluit Caietanus. Hoc enim ad legationis istius munus non requirebatur, nec tales Deus ministros sibi deligit. Sed *Vir verborum* vocatur, qui norit linguam refrenare, vbi opus; & vbi necesse, nouit promptè & disertè mentis sensa verbis aptis exprimere. Ideò optimè vulgatus, *Non sum eloquens*, & Lxx. in Bibliis Complutens. & regiis ἰυλεγες, vt Philo & D. Augustinus legerunt; & Symmachus vertit εὐλαλος, *bene loquens.* Significat se ieiunũ, aridum, inopem in loquendo. Lxx. Romanæ editionis, ἰκανὸς, *idoneus.* Hoc enim sibi deesse querebatur, quod legati munus postulabat; & hoc Deus ait ab Aarone supplendum, *infer. v.* 14. דבר ידבר *Daber ledabber, loquens loquitur*, pollet eloquentiâ: supplebit quod ais deesse tibi. Clarè noster, *quod eloquens est.* Eleganter & aptè nouit loqui. Negat se Moyses eloquentem: fortè an ex humilitate? Iosephus enim eloquentissimum fuisse scribit. An conciliatio inde pendet, quòd viuâ voce se neget esse, Iosephus de stylo & scriptione loquatur?

Caietanus.

Noster de sensus.

Philo. Augustinus Symmachus.

Loquens loquitur.

Iosephus cum sacra Scriptura conciliatus.

IBIDEM VER. XVI.

ADA. LXIV.

Os alicuius.

לפה *Lipheh* noster vertit *os tuum* Lxx. secutus qui ἔσῃ σὺ στόμα. Solet *os* significare interpretem alterius, vt Galli dicunt *truchemán.* Belgæ *Taalman*: sed hoc loco, & aliis sacræ Scripturæ capitur pro prophetâ: patet, quia hoc idem dicit *cap.* 7. 1. *& Aaron frater tuus, erit propheta tuus.* Sic etiam ibi Græcè προφήτης. Aaron quoque non tantùm exponebat, quæ Moses eum iubebat dicere; sed etiam, more prophetico, dãna prædicebat, quæ Moses Pharaoni erat illaturus. Sic certè vocabantur prophetæ, quia Deus verba sua in ore eorum ponebat, & per os prophetarum loquebatur. *Ierem.* 15. 19. *Quasi os meum eris*, sicut ore proprio per os tuum loquar. Non aliud loqueris, quàm quod iubebo. 3. *Reg.* 22. 23. *Dedit Dominus spiritum mendacij in ore omnium prophetarum tuorum.* Quia permisit vt spiritus mendax per eos loqueretur, *vers.* 22. *Luc.* 1. 70. *Sicut locutus est* (Deus) *per os sanctorum, qui à sæculo sunt, prophetarum eius.* Act. 3. 18. *Deus autem, quæ prænunciauit per os omnium prophetarum.* Quare nimis tenuiter Chaldæus hîc reddidit, interpretem, *methurgeman.*

Os alterius.

Prophetæ os Dei.

EX EODEM VERS.

ADA. LXV.

Esse Deum, vel, *pro Deo, alicui.*

AIT Deus Moysi de Aarone, *& ipse erit tibi* לפה, *& tu eris ei* לאלהים *Leelohim.* Quod Lxx. vertunt, καὶ αὐτὸς ἔσῃ σὺ στόμα,

Esse pro Deo, vel in Deum.

ἑρμα, σὺ δὲ αὐλῳδήσῃ τὰ πρὸς τὸν θεόν. hoc est, vt noster reddidit, *& erit os tuum, tu autem eris ei in his quæ ad Deum pertinent.* Posset quis hærere, cur cùm Hebraicè vtroque loco eodē modo dicatur לְאֱלֹהִים & לְפֶה; tamen interpretes veteres primo loco recto casu, *os tuum erit*; secundo in obliquo transtulerint, *in his quæ ad Deum*: vt hoc vitarent nonnulli recentiores reddiderunt; *ipse erit tibi pro ore & ipse tibi pro Deo.* perspicuè admodùm. Dubio Steuchus respondet, tam Hieronymum quàm Lxx. modestiæ causâ noluisse penitùs hoc loco sequi textum Hebræum. Mihi nullus persuadeat, Moysis locutionem vel nostro vel Lxx. visam esse vllâ ex parte immodestam. Si videbatur hoc loco, cur inferiùs non visa cap. 7. 1? vbi Lxx. verterunt absolutè, ἰδοὺ δέδωκά σε θεὸν Φαραώ; & noster, *ecce constitui te Deum Pharaonis*; & Symmachus, κατέστησα σὲ θεὸν Φαραώ, *statui te Deum Pharaoni.* Qui locus haut dubiè commentarius est nostri *vers.* 16 Ideo potiùs dicerem diuersimodè quo ad verba, non quo ad sensum reddidisse. idem enim puto, esse pro Deo, & esse Deum alicui, his quidem locis: quibus significat se Moysi contulisse similitudinem quandam suæ omnipotentiæ in operandis signis atque prodigiis, hac participatione eminentiæ atque efficacitatis se illum Pharaoni instar Dei formidabilem reddidisse: vt impius Rex & idololatra Moysem sit, quasi quendam Deum reueriturus, ne contra illum quicquam moliri audeat, sed, vt numen quoddam sanctum & inuiolabile ducat. Eusebius quidem *lib. 9. Præparat. Euangel.* & S. Cyrill. Ale. *lib. 1 contra Iulianum*, tradidederunt, Ægyptios propter rarissimas Moysis virtutes, ei nomen Dei tribuisse. Sic *Deum* hîc accipi debere, confirmat quod d. v. 1. sequitur, *Aaron frater tuus erit propheta tuus*: prophetæ namque non hominum, sed Dei dicebantur, cùm nomen strictè & propriè sumebatur, vt hîc sumendum docui adagio præcedenti. Et *Deus* significat quidem *Principem*, non tamen qualem qualem Principem; sed diuinum Principem; in cuius sit manu, non humano tantùm more irasci aut punire, sed more diuino miraculosè pœnam infligere, & mox inflictam cohibere & auferre, vt Moyses faciebat: quod est quodammodò necare & viuificare. sic etiam sumitur *esse pro Deo*, *Gen.* 30. 2.

Versiones Lxx. & nostra defensæ.

Steuchus refellitur.

Moyses quo pacto Deus Pharaonis.

Eusebius.

Cyrillus.

Moses pro Deo habitus.

Esse pro Deo.

EX CAP. V. VER. XXII.

ADA. LXVI.

Præbere gladium, quo occidat.

VOLVNT Adagij formam habere, quod scripsit Plautus *in Trinummo, Dedistine ei hoc pacto gladium, qui se occideret?* de illo qui pecuniam dederat amanti adolescentulo. & illud, *Ne puero gladium*, μὴ παιδὶ τὸν μάχαιραν, quod referunt Clemens Alexandrin. *lib. 1. Stromat.* Athenæus *conuiuij lib. 5.* & Plutarchus lib. *quòd mulieres malè gubernent*, apud Stobæum. Sic aiunt Iudæi hoc *ver.* 22. *præbuisti ei gladium vt occideret nos*: quo indicatur præbita occasio diriùs eos diuexandi, & grauiore labore opprimendi. tale etiam *hunc sibi gladio iugulo*, apud Comicum.

Dare gladium, quo quis se necet. Plautus.

Ne puero gladium.

Clemens Alex. Athenæus. Plutarchus.

ADAG. LXVII.

EX CAP. VI. VER. IX.

Anguſtia ſpiritus.

Anguſtia ſpiritus.

METAPHORICE paræmia, ducta ex ipſa naturâ; quâ exprimitur animi imbecillitas ex pauore ac deſperatione nata: eo quòd timor & deſperatio quaſi tollant, ſaltem difficiliorem faciãt reſpirationẽ, reſtrictis præcordiis, quæ ſpe ac lætitiâ ſolent dilatari. ideo Hebræã phraſim, quã noſter retinuit, rectè Lxx. declarãt, LXX. δὰ τὴν ὀλιγοψυχίας, *à puſillanimitate*: cũ aliàs, quando propriè accipienda Hebræa, ſoleãt vertere θλῖψιν ψυχῆς, *tribulationem animæ*, vt *Geneſ.* 42. 21. ſic etiã Latini ſcriptores vſurpant, quę ſunt iſtæ anguſtiæ animi? ſic puto cap. *Sap.* 5. 3. Anguſtiæ animi. *præ anguſtiâ ſpiritus gementes*, διὰ τὸ συνοχὴν εἶναι πνεύματος. *propter coarctationem ſpiritus.* nam timorem & deſperationem vt cauſam, iam antè præmiſerat.

ADAG. LXVIII.

IBIDEM VERS. XII. ET XX.

Incircumciſus labiis, auribus, corde.

AMORE circumciſionis, & abominatione pręputij: quicquid cenſebant reſcindendum, vel reiiciendum, vulgo *præputium* vocabant, vel ab eo ductâ tranſlatione *incircumciſum* dicebant. Inde enim illa *Deuteron.* 10. 16. *circumcidite igitur præputium cordis veſtri, & ceruicem veſtram ne induretis amplius.* Præputiũ cordis. Chaldæus, tollite ſtultitiã. Lxx. duritiem cordis, hoc eſt, velum & impedimentum à mente veſtrâ, vt videatis & intelligatis, & opere expleatis Dei voluntatem. *Ierem.* 4. 4. *circumcidimini Domino, & auferte præputia cordium veſtrorum.* quò referenda diſputatio Apoſtoli de pręputio & circumciſione ſpirituali, *ad Rom.* 2. *à ver.* 25. ſic hoc loco *v.* 12. *& vlt.* Moyſes ſe dicit *incircumciſum labiis* עֲרַל שִׂפְתַיִם *aral ſephatham*; vbi Chaldæus exponit *tarde loquela*; optimè Lxx. ἀλογον, quaſi dicas, carentẽ vel rudem ſermonis, ignatum ſermocinari: opponunt enim viro verborũ, qui ipſis εὔλογος. mutuò ſumpta locutio à neruo, qui linguâ palato iungit: qui quando non peritè reſcinditur, impedit loquendi facilitatem. ſic etiam aliis partibus hoc accommodant. *Leuit.* 26. 41. *donec erubeſcat incircumciſa mens eorum.* Ierem. 6. 10. *Cui loquar? & quem conteſtabor, vt audiat? ecce incircumciſa aures eorum. & audire non poſſunt.* & cap. 9. 26. *Omnes gentes habent præputium, omnis autem domus Iſrael incircumciſi ſunt corde.* Ezech. 44. 7. *eo quòd induxiſtis filios alienos incircumciſos corde, & incircumciſos carne.* Et D. Stephanus Act. 7. 51. *Durâ cernice, & incircumciſi cordibus & auribus.* Vti poſſumus de iis, quorum immunda mens, malus animus, aures ad bonum clauſæ, ad malum patulæ, qui linguâ balbi blæſiue, aut verbis ſpurci, iniurij vel pernicioſi, quos infrunitæ linguæ vocat ſacra ſcriptura.

Incircũciſus labiis.

Mens incircũciſa.

Aures incircũciſæ.

Corde incirc.

ADA. LXIX.

EX CAP. VIII. VER. XV.

Digitus Dei eſt hic.

DÆMONI facilè eſt inſecta producere, actiua paſſiuis applicando

cando, vt & reliqua quæ ex putredine corruptæ materiæ producuntur, de quibus agere memini me lib. 1. Disquisitionum magicar. in his sunt scinipes: (sic enim vertendum hoc loco, non, *pediculi*. quod cum Rabbinis suis Caietanus opinatur.) quos cùm Ioannes & Mambres, qui Moysi restiterunt, se solitis incantationibus producere viderent non posse, dæmones suos paredrios superiori potestate aliquâ impediri agnouerunt. Quare coram Pharaone professi sunt, artibus maleficis diuinum numen esse potentius, inquientes; *Digitus Dei est hic*: hoc dicto manifestum fatentes, Dei omnipotentiam Moysi adesse, sibi verò obstare. Brachio, manu, digitis, roburac potentiam designari, non ignotum est: vt *Luc.* 11. *v.* 20. *Porro si in digito Dei eiicio dæmonia: profectò peruenit in vos regnum Dei. Digito Dei*, hoc est vi & energiâ diuinâ, quod notat Procopius alibi dici, *si in spiritu Dei.* 3. Reg. 12. 10. *Minimus meus digitus, grossior est lumbis patris mei*, quod & ipsum est adagium, de quo postea. Locutionis duas arbitror causas. prior, quia quod notum est, digito monstramus. quare qui dicit, *Dei digitus est hic*; ait hîc se Dei potentiam manifestare. posterior, quia tanta Dei fortitudo, vt solo digito, hoc est minimo vel nullo potiùs conatu, quicquid vult efficiat, & omnem creaturarũ omnium vim atque potentiã pessundet. hinc illa Isai. 40. 12. *Quis mensus est pugillo aquas, & cælos palmo ponderauit? quis appendit tribus digitis molem terræ?* vbi sublimiore intellectu possunt intelligi tres personæ, quasi dicat; quis appẽdit seipso, sua ipsius vi: sed simplicius est exponere: quis tantam molem minimo conatu appendit. sic alibi dicitur Luc. 11. 46. *& ipsi vno digito vestro non tangitis sarcinas.* Matth. 23. 4. *digito autem suo nolunt ea mouere.* vel minimum, vt in illo Comici, tu si hanc digitulo attigeris. Pro ijsdem sæpe *manus Dei*, & *digitus* sumuntur, nam quod hîc *digitum Dei*, hoc alibi *manum Domini* appellat. Num. 11. 23. *Numquid manus Domini inualida est.* & Isai. 59. 1. *Ecce non est abbreuiata manus Domini.* Et quod Psal. 8. 4. dicitur, *Quoniam videbo cœlos tuos, opera digitorum tuorum: lunam & stellas quæ tu fundasti.* Versu 7. de iisdem ait; *constituisti eum super opera manuũ tuarum.* ideo hæc idem significare volunt S. Ambrosius *lib. 3. de spiritu S. c. 6.* Euthym. & Titelmann. *ad d. Psalm.* 8. Scio multos Patres inter manum, & digitum distinguere, vt per manum intelligatur verbum, (manus enim velut ex corpore gignitur) per digitum Spiritus sanctus (digitus enim, ex corpore & manu procedit): puto tamen eos rudi quadam Minerua quod dicitur, mysterium potiùs adumbrare, quàm litteralem locutionem explicare. Ad phrasim adagij spectat propiùs, quod Eusebius in Catenâ Græcâ Psalmorum ita scripsit: *Quantumuis magna sint* (secundùm se cœlum, & sidera): *noui tamen quòd exigua sint maximè, & minima operum tuorum. Opera siquidem sunt digitorum tuorum, non manuum, neque alicuius magna potentia. tanquam si quis ea diceret extremorum digitorum. sic tropicè Dei vires nominat, quibus sensilia & visibilia condidit.*

sequitur eum, non nominans, S. Chrysostomus.

* *
*

Digitus Dei est hic.

Digitus pro robore.

Manus Dei & digitus Dei an diuersa.

Ibidem v. 7.

Ambrof. Euthymius. Titelman.

Euſebius.

ADA. LXX.

EX CAP. IX. VER. XXIII.

Voces Dei.

AIT Moyses, *& Dominus dedit voces*, נתן קלת *Nathā Choloth.* Lxx. ἔδωκε φωνάς. Chaldæus etiam phrasim retinet: noster doctè explicuit, *dedit tonitrua.* Nam in sacro sermone *vox Dei*, significat tonitru. *Exo.* 20.18. *cunctus autem populus videbat voces, & lampades*, &c. hoc est, tonitrua & fulmina. 1. Reg. 12.17. *invocabo Dominum, & dabit voces, & pluvias.* Iob 37. à vers. 4. *Post eum rugiet sonitus, tonabit voce magnitudinis suæ, & non investigabitur, cum audita fuerit vox eius. Tonabit Deus in voce suâ mirabiliter.* & 38.34. *nũquid eleuabis in nebulâ vocem tuam*, & 40.4. *Si habes brachiũ sicut Deus, & si voce simili tonas?* Psal. 17.14. *Intonuit de cælo Dominus, altissimus dedit vocem suam.* scilicet cùm tonuit. *Psa.* 28.13. cum seq. *vox Domini super aquas, Deus Maiestatis intonuit. Vox Domini in virtute. Vox Domini in magnificẽtia. Vox Domini confringẽtis cedros. Vox Domini cõcutientis desertũ. Vox Domini præparantis cervos.* Hinc petenda interpretatio Euangelij *Ioan.* 12. 29. vbi cùm Pater de cœlo locutus fuisset, omnibus audientibus; turba quę audierat, dicebat, *tonitruũ factum esse*: vel quia cum voce simul tonitru auditum; vel potiùs, quia Deum locutum fatebantur hoc dicentes, sed Dei vocem tonitru vocabant; aliis contendentibus angelicam tantùm vocé fuisse, non Dei. Et quod in Apocalypsi legimus aliquando, *auditas voces & tonitrua, vt cap.* 4.5. & 8.5. & 16.18. Hebraismũ esse puto, pro *voces tonitruorum*, vt idem Euangelista eod. libro loquitur, *ca.* 6.1 *cap.* 10.4 *cap.* 14.2. & 19.6.

Voces Dei.

Sic etiam Cicero, *Philip.* 5. *Non modò Ioue tonãte, sed propè cælesti clamore prohibente.* Sic etiam explicari videtur posse illud adulatorium Cæsareensium, *Act.* 12.22. qui Herodi concionanti acclamarunt; *Dei voces, & non hominis*: quasi dicerent, cuius vestes fulgurant, eius vox tonat. Nam vt Deo honorem exhibebant. Nec contenti erant dicere; diuina est vox (vt vulgò res præclaras vocant,) sed est vox Dei: Nam te Deũ facimus & colimus: ideo quòd honorem Dei tacendo sibi vsurpasset, & blasphemantes non repressisset, subitò eum Angelus percussit.

Cicero.

ADA. LXXI.

EX CAP. X. VER. X.

Malitia contra facies.

CVM Moses assereret, etiam se turbam imbellem, paruulos cum mulieribus in desertum abducturum; suspicatus Pharao, quod res erat, discessum moliri non redituros: ait (vt noster vertit) *Cui dubium est, quòd pessimè cogitetis?* clarè enodans sententiam verficuli intricati adagio Hebręo subobscuro: *videte quia malum* seu *malitia contra facies vestras.* כי רעה נגד פניכם quod valdè diuersimodè recentiores trãsferunt: quæ varietas est indicio, scopũ eos non attingere, vt nec Oleaster attigit: qui temerè nostrum reprehendit. Chaldæus explicat: *videte quo modo malum, quod vos putatis facere, contra faciem vestram stat.* Lxx. autem: κακοήθεια προέκειται ὑμῖν, *malitia* seu *fraus vestra, quasi incubat vobis.* Quomodo, incubat? quia quasi inscripta vel depicta faciei vestræ insidet: ex oculis totóq; vultu pellucet, quid moliamini. Tale *apud Isaiam* 3.9. *Agnitio vultus eorum respondit*

Malitia contra facies.

כי רעה
בגד
פניכם

Oleaster.

Chaldæus.

Lxx.

ſpondit eis; ex ipsâ facie cuilibet intuenti palàm fiebat, nihil eis sceleratius fuisse, nec ipsi diffitebantur, sed gloriabantur. Simile ergo est Hebræum prouerbium sententiæ communi Græcorum & Latinorum, dicentium, frontem, vultum, faciem, indicem esse animi & mentis vniuscuiusque. Sic ille in veteri tragœdiâ;

Vultus, facies, frõs, indicant animi occulta.

Accius. Trag.

Ego eo ingenio natus sum: amicitiam
Atque inimicitiam in fronte promptam gero.

Et recentiora:

Claudianus.

Frons exspirantis præportat pectoris ignes.

Item;

Ouidius.

Heu quàm difficile est, crimen non prodere vultu!

Rursus,

Seneca.

. . . *Incluſus quoque*
Quamuis tegatur, proditur vultu furor.

Et alibi.

Vultúsque ipsi scelera truculenti ferunt.

Necnon passim;

. . . . *Multa sed trepidus solet*
Detegere vultus. magna nolentem quoque
Consilia produnt-----&
Licèt ipsa sileas, totus in vultu est dolor.

Præterea,

Furoris ore signa lymphati geris.

Denique;

. . . *licèt ipsa neges.*
Vultus loquitur, quodcumque negas.

Hispani, *Lo trae escrito en la frente.*

Caietanus.

Vidit Caietanus mentẽ Hebraismi, sed obscuriùs adhuc quod vidit, nobis velauit, reddens; *malum ad quod directè tendunt facies eorum*, hoc voluit, ex responsione eorum satis apparere malitiam, quam intendebant, in quam velut in scopum, mentis acie tendebant. Deus bone, quanto clariùs, breuiùs, meliùs, noster vulgatus expressit!

IBIDEM VERS. XXI.

ADAG. LXXII.

Tenebræ palpabiles. Tenebræ Ægyptiæ.

EOdem vtrumque sensu elicitur ex diuini Historici verbis, *Et sunt tenebræ super terram Ægypti tam densæ, vt palpari queant. Exod.* 10. 21. Cur ab his minùs, quã à Cimmeriis adagio deducatur? qui neget, Solẽ lucere neget. Lactantius *lib.* 4. *Institut.* ait: *ô cæcum pectus! ô mentem Cimmeriis, vt aiunt, tenebris atriorem!* & D. Hieron. *Rogo, quæ tanta est cæcitas, & Cimmeriis, sicut aiunt, tenebris inuoluta?* Vt longiores fuerint Cimmeriæ, densiores certè fuerunt Ægyptiæ, & formidolosiores. Cimmeriis (teste Cicerone) ignes aderant, quorum vti lumine licebat Ægyptiis nulla lux luminis vsui esse poterat, vt docet Salomon, *Sap.* 17. *vers.* 5. his verbis, *& ignis quidem nulla vis poterat illis lumen præbere nec syderum limpidæ flammæ illuminare poterant illam noctem horrendam.*] De densissimis ergo tenebris vsurpandum, *Tenebræ Ægyptiæ*: & ad mentis caliginem & quamlibet spissam ignorationem transferendum, maximè hæreticorum.

Tenebræ palpabiles, seu Ægyptiæ. Cimmeriæ tenebræ Lactãtius. Hieronymus.

Plus negotij facessit alterum, idem significans, *Tenebræ palpabiles*: quod Hebraicè est, *& palpabit eas*, seu *quæ palpari queant*: quod Chaldæus, nodum secans, prætermisit. Lxx. vertunt πλαφητον σκότος, *caliginem palpabilem*. Vbi sunt qui nudam hyperbolen esse velint, quos non sequor. Alij censent palpabiles dici, quia tenebrosis in locis, ita palpabundi homines incedunt, quasi tenebras ipsas apprehensuri.

Cur dicãtur palpabiles.

I. Ratio.

II.

3. Alij denique tenebras contendunt appellari, aërem ipsum tenebrosum, adeo condensatum, vt tangi possit. sed quo pacto? *vaporibus* (ait Lira) *humidis & grossis.* his factum vult Burgensis, vt aër. diaphaneitate amissâ, lucis capax amplius non esset. Non admittit Burgensis alteram causam priuatiuam, nempe radiorum Solarium subtractionem. Sed cum Lirano Abulensis Antistes, vtramque causam defendit; & vapores illos putat, non ex mari rubro naturaliter natos, sed à Deo miraculosè per totam Ægyptum excitatos. Verba eius sunt; *Causata caligo ista fuit ex duobus, priuatiuo & positiuo. Priuatiuum erat, retractio radiorum solarium, & omnium astrorum; quæ ad illa loca, in quibus manebant Ægyptij, nullos radios dirigebant; ad partem verò, in qua manebant Hebræi, emittebant solitum lumen. Positiuum fuit, vaporum supernaturaliter eleuatorum condensatio magna, ita vt tactum paterentur: quod nunquam in tali densitate visum est.* Idem tenet Caietanus, & assentior. Hieronymus Oleaster scribit similes fuisse tenebras caliginoso famo calcariæ fornacis: quod est incertum.

Liranus. Burgēsis. Abulēsis. Caietanus. Oleaster.

Similis locutio & Hebraismus exstat *Isaiæ* 32. 14. *tenebræ & palpatio factæ sunt super speluncas, vsque in æternum.* vbi *tenebræ & palpatio*, est idiotismus significans *tenebras palpabiles*, hoc est densissimas, vt exposuit Theodoretus. Hebraicè hodie habetur *ophel vabachan* עפל ובחן, quod recentiores plerique exponunt de turribus & propugnaculis quibus Chaldæus & Lxx. magis quàm vulgato videntur fauere. Isidorus Clarius sequitur D. Hieronymum, iure optimo. Nam OPHEL locum caliginosum significat, & BACHAN idem est quod probare seu examinare: in densis autem tenebris iter manu exploramus, cùm nequeamus oculis, quorum tunc irritus est ducatus. Quare non attinet ad rem, quòd hoc loco Foreirus, more suo Fursterum sequēs, à nobis dissentiat: quæ ex aliis refert, nostram sententiam potiùs cōfirmant. D. Hieronymus hoc loco manifestè causam reddit, nec alia quærenda nobis, cur *tenebræ & palpatio*, verterit. Nam ita scribit: Pro *tenebris & palpatione, quæ facta sunt super speluncas vsque in sempiternum.* Lxx. transtulerunt; καὶ ἔσονται αἱ κωμαί σου σπήλαια, ἕως τοῦ αἰῶνος, & erunt villæ tuæ speluncæ vsque in sempiternum, *quod in Hebraico dicitur* בחן & עפל: *quas Hebræi duas turres in Hierusalem fuisse arbitrantur, excelsas atque firmissimas, quæ his appellantur nominibus. Quarum prior interpretatur* tenebræ siue nubilum, *quod vsq; ad nubes erigeret caput. Altera* probamentum & firmitas; *siue, vt Symmachus vertit, inquisitio, eo quòd in contemplando culmine eius oculi fallerentur.* Sic S. Hieronymus ex sententiâ Hebræorum. Nam ipse suâ versione satis ostendit, se potiùs credere esse appellatiua, quàm propria nomina: vt etiam Lxx. crediderunt, licèt alias amplexi significationes. Accipiendo autem cum D. Hieronymo, vt voces appellatiuas, propriis illis nominibus turrium similes, erit locus Hebraismo, quem dixi, & elegans atque subtilis comparatio prophetici euentus cum ipsâ nominum etymologiâ. Nam turres illæ dirutæ, nihil aliud, quàm speluncæ & cauernæ tenebricosissimæ remanserunt: quod suâ versione D. Hieronymus, & Symmachus indicarunt: necnon & ipsi Lxx. non tam ad verborum significationem, quàm ad propheticam prædictionem attendentes.

Foreirus. Furiterus. S Hieron. LXX.

Tenebræ & palpatio.

1. Expositio.

Isidorus Clarius. Hieronymus.

EX

ADAG. LXXIII.

EX EODEM CAP. X. VER. XXVI.

Nec vngula.

Nec vngula.

SIGNIFICANS Moyses, nec pecudem minimam in Ægypto mãsuram, ait, *Non remanebit ex gregibus vngula.* retinent etiam adagium LXX. οὐ γὰρ ὑπολειφθήσεται ἐξ αὐτῶν: Chaldæus clarè exposuit; *Non remanebit ex eis quidquam.* tale *Deut.* 2.5 *Nec pedis vestigium*; quod nostet explicuit, *neque enim dabo vobis de terrâ eorum, quantum potest vnius pedis calcare vestigium.* tale Aristophanicum illud, οὐδὲ κεφαλήν, *nec allij caput*: & Eupolidi οὐδ' ἰγκαφος, *nec bolus*: & militum Maximinũ cum filio iugulantium, *ex genere pessimo nec catulum relinquendum.*

Nec vesti. gium.

Nec allij caput. Nec bolus. Nec catulus.

ADAG. LXXIV.

EX CAP. XI. VER. V.

A solio vsque ad molam, vel *ad carcerem.*

A throno ad molam seu pistrinum.

HOC elicio ex verbis huius vers. 5. *Morietur omne primogenitum in terrâ Ægypti, à primogenito Pharaonis, qui sedet in solio eius, vsque ad primogenitum ancillæ quæ est ad molam.* Consentanea sunt Hebræa, Græca & Chaldæa, & non obscurum est adagialiter omnes omnino primogenitos Ægyptios denotari; à summo ad imum, à nobilissimo ad abiectissimum, ab herede regni ad quasillatiæ seu pistrinatiæ filium. Molendi officium vilissimum fuisse, constat ex Comicis, & ex sacrâ historiâ Iudicum de Samsone, quem ad id Philistæi coëgerunt *Iudic.* 16.21. de quo plura Commentar. in Threnos dixi. Idem paullò aliter expressum *Exo.* 12. 29. *à primogenito Pharaonis, qui in solio eius sedebat, vsque ad primogenitum captiuæ quæ erat in carcere.* Hebraicè *in domo* הַבּוֹר *habor*, in domo putei, foueæ, laci: sic enim carceres, quia tales erant, Hebræi vocant. LXX. ἐν τῷ λάκκῳ, & ideo vulgatus aliquando *Lacum* appellat. Videntur eorum pistrina pro carceribus fuisse, vel carceribus iuncta. certè de Samsone dicitur *d.v.* 21. *clausum in carcere molere fecerunt.* Vel quia, quos interdiu molere cogebant, eos noctu, ne diffugerent, in carcerem compingebant, vt in Hispaniæ multis locis mancipia Æthiopica, in Africâ Christiani includuntur. Nec mirum, si pistrinum, *carcer* vocaretur: æquè mala vtraque mansio est. Huic adagio affinia sunt, *Eccles.* 40.3. *à residete super sedem gloriosam, vsque ad humiliatum in terrâ & cinere: ab eo qui vititur hyacintho, & portat coronam vsque ad eum, qui operatur lino crudo.* vbi plura dicentur. an vt extrema etiam opponuntur, quasi summum & imum, rhetor & consul in illis versiculis?

A solio ad carcerem. Carceres Hebræorũ putei seu cisternæ.

Ex rhetore consul.

Si fortuna volet, fies de rhetore consul:
Si volet hac eadem, fies de consule rhetor.

Ludus iste fortunæ est, quasi si ludas tesseris.

ADAG. LXXV.

IBIDEM VER. VI.

Non mutiet canis.

SVMMI silentij, & pacatissimæ tranquillitatis animorum continetur, quod legimus *d.v.* 6. (Apud omnes autem filios Israël, non mu-

Non mutiet canis.

tiet canis, ab homine vsque ad pecus.) D. Augustinus *locut. 56. in Exo.* videtur *canem* pro quouis vilissimo animante accepisse, dum scribit; *Elegantissima locutio est. Per canem quippe extremum significauit vel hominum, vel pecorum. Ita commendauit: quanta in Hebræis quies futura esset, e Ægyptiis acerbâ orbitate clamantibus.* Sed peculiaris etiam subest in *cane* ratio: nam hoc animal irritabile admodum est, & minimo strepitu excitatur, & promptè latrat. Lepidam de cane æreo Pharaonis fabellam hîc narrat Abulensis, & addit de capite alio Zamorensi, & alio Alberti magni, sed præstigioso, lege illum *infer. ad cap. 13. q. 2.* & quæ de æreis huiusmodi capitibus dixi *Tomo 1. Disquisit. Magicarum.*

D. Augustinus.

Canis æreus Pharaonis.

Zamorēse caput ęreum loquax.

Hebræa hoc loco rem exaggerant, *non mouebit canis suam linguam*, non modò non consurget canis, aut membra mouebit vt quēquam inuadat; sed ne linguam quidem vt baubet, vt vertunt Lxx. & Chaldæus, *non latrabit.*

Alio sensu vsurpatur adagium *Iudith. 11. 15. non latrabit vel vnus canis contra te*, de summâ facilitate vincendi & imperandi, sine periculo vel obstaculo: vbi vide Nicol. Serarium. Sic Hispani, *ny perro que le ladre.*

N. Serarius.

ADAG. LXXVI.

EX CAP. XIII. VER. IX.

Erit quasi signum in manu tua, & quasi monimentum ante oculos tuos.

QVOD Moyses præceperat de continuâ legis memoriâ, & obseruatione: id ab improbis in abusum traductum fuit, & tractum ad phylacteria à Saluatore nostro incusata, *Matth. 23. v. 6.* (de quibus illic plura dicētur.) Ea D. Hieronymus testatur suo tempore apud Babylonios, Indos, & Persas in consuetudine fuisse. Primùm nuda superstitio, post ad magica deliramenta peruenit. Magica esse cœperunt, postquam malè feriati homines pro amuletis & apotropæis vti cœperunt. (dixi *in Disquisitionibus*, quæ necessaria: ea qui volet, consulet.)

Phylacteria.

Hieronymus.

Nuda superstitio & hypocrisis erat in Pharisæis, & obtinet hodie in Iudæis, qui adhuc Pharisaici ritus vestigia retinent, dum puerulis in Synagogis huiusmodi frontalia appendunt, vt Eugubinus hîc scribit *Tephilim* seu *Totaphot* vocant; quorum omnia solemnia curiosè hîc Oleaster prosequitur. Homines carnales sensum diuinæ legis non assequebantur. Fuit adagialis locutio, ex hominum communi more petita, qui quando volunt alicuius rei faciendæ non obliuisci, annulum vel filum digito alligant, aut inserunt, vel fronti appendunt aliquid, vt eo signo, quod faciendum est, illis assiduò memoriam conseruet. Quare quod hîc præcipit legislator; *& erit quasi signum* לאות *Leoth σημεῖον, in manu tuâ* (Græcè *ad manum* ἐπὶ τῆς χειρὸς, *in promptu* & quasi *monimentum ante oculos tuos*; Hebraicè ולזכרון Græcè, μνημόσυνον, *memoriale*, & pro, *ante*, potest etiam verti, *inter* בין idem repetitur *v. 16.* nisi quòd ibi habes טוטפת *totaphoth*, *frontalia*; noster *appensum*, Chaldæus תפילין *Thephilin.* Lxx. ἀσάλευτον, *immobile* & inconcussum fluctibus; vt iugem & non interrumpendam memoriam significarent. Nam quod appensum ante oculos; id non possumus non videre

Eugubinus.

Tephilim Totaphot Oleaster.

Adagiū, Erit signū in manu & monumentum ante oculos.

ולזכרון

בין

Monimētum ante oculos.

Lxx. & noster cōciliati.

dere, quare nec obliuiſci, v. g. dioptram ſeu cõſpicilia, quod eſſe verum ſignificatũ *toraph* טוטפת vult Oleaſter. Sequitur, *& vt lex Domini ſit ſemper in ore tuo.* vt legem Domini fideliter & diligenter in corde, ore, opere, retineas & aſſerues: vt mente voluas, corde colas, verbis prędices, & opere exequaris. Oculus animi intentio eſt, os locutionem, manus executionem ſignificat. Sic etiam cape *Deut. 6.6. cum ſeqq. Eruntque verba hæc, quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo: & narrabis ea filiis tuis, & meditaberis in eis ſedens in domo tuâ, & ambulans in itinere, dormiens atque conſurgens. & ligabis ea, quaſi ſignum in manu tuâ, eruntque & mouebuntur inter oculos tuos, ſcribesq; ea in limine & oſtiis domus tuæ.* Nam hæc omnia prouerbialiter dicta, neque vt ſonant accipienda fuiſſe patet, quia præter Phariſæos id cæteri Iudæi non faciebant, & à Domino reprehenſum fuit, vt peculiaris Phariſæorum interpretatio & conſuetudo. Porrò ne quẽ conturbet, quod cũ v. illo 8. *Deutero. 6.* ſit טוטפות, & Chaldaicè, תפילין, & Græcè ἀσάλευτον, noſter ibi verterit, *& mouebuntur:* ſciendum ſenſu non differre. Noſter vult illa perpetuò appenſa eſſe, nec vnquã tolli, ſed ſuſpenſa ſemper quaſi cillari & agitari ante oculos: Lxx. verò qui mentẽ phraſis adſpiciebant, volunt ea nunquã ex memoriâ excidere: quod ad alterum illud cõſequebatur. vt enim nunquã memoria excidant, ſemper appenſa ante oculos aurâ impellente moueri voluerunt. varietas ergo illa facit pro adagij confirmatione & explicatione.

Noſter defenſus & cum Lxx. conciliatus.

Signum in manu vel ad manum.

Vis eadem alterius dicti. *ſignum in manu* vel *ad manum.* Idem enim eſt, quod alibi *ſigillum in manu dextera. Ierem. 22.24.* habemus, *viuo ego, dicit Dominus: quia ſi fuerit (etiamſi foret) Iechonias filius Ioakim regis Iuda, annulus in manu dexterâ meâ, inde euellam eũ* חותם על יד ימיני *Hotã aliadiemini*, Lxx. ὑποσφράγισμα ἐπὶ χειρὸς δεξιᾶς μου, Chaldęus *ſculpturã annuli* vertit, hoc eſt annulum cui ſignaculũ inſculptum. Sic noſter *Aggai 2.24. ponam te quaſi ſignaculũ, quia te elegi,* Vbi Chaldæus ſicut apud Ieremiã, *Kaothã.* Lxx. ὡς σφραγίδα. Siracides *Eccl. 49.14.* referẽs verba Aggæi de eodem Zorobabel inquit, καὶ ἐγένετο ὡς σφραγὶς ἐπὶ δεξιᾶς χειρὸς, *& ipſe qua ſi ſignũ* (hoc eſt ſignaculũ) *in dextrâ manu.* & *Cant. 8.6.* paulò aliter, *Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuum.* Vt memoriæ cauſa amor, ſic etiã memoria eſt cuſtodiæ, tutelæ, & præſidij cauſa. Significant ergo parabolicæ iſtæ locutiones *ſuper oculos, ſuper manum, ſuper brachium, ſuper cor*; dilectionem, cultũ, recordationẽ, defenſionem. Confirmat phraſis illa nota, *eſſe in manu Dei.* Vt *Sa. 3.1. Iuſtorum autem animæ in manu Dei ſunt & non tanget illos tormentũ mortis.* acceptum à Moyſe *Deutero. 33.3. Dilexit populos: omnes ſancti in manu illius ſunt.* & de Angelorum cuſtodiâ, *Pſal. 90.12. In manibus portabũt te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum.* Poteſt enim ſic intelligi. quaſi dicat, inſcriptum aſſiduò inſpicient, vt rem valdè charam, pretioſam, diligenter aſſeruandam, ſicut *Iſai 49.16. Ecce in manibus meis deſcripſi te: muri tui coram oculis meis sẽper.* Cui contrarium eſt in terrâ deſcribi, *Ierem. 17.13. recedentes à te, in terrâ ſcribentur.* Huc denique ſpectat, quod *Apoc. 1. verſu* 16. CHRISTVS ſcribitur habere *in dexterâ ſuâ ſtellas ſeptem*, hoc eſt ſeptem Eccleſiarum Epiſcopos. Nam generalis omnium Eccleſiarum cura & cuſtodia denotatur.

Sigillum in manu dextrâ.

Ponam quaſi ſignaculũ.

Signae. ſuper cor & brachium.

In manu Dei eſſe.

In manu deſcribi.

In terra deſcribi.

ADAG. LXXVII.

EX EODEM CAP. VER. XVIII.

Armati.

Armati, accincti Pranſi parati.

PLus eſt hoc loco, quàm vulgus putat. idem nimirum, quod *accincti*, Siue vt Romani loquebantur, militari parœmia) *pranſi parati*. Vulgatus noſter de egreſſu filiorum Iſraël agens, inquit) *armati aſcenderunt filij Iſrael de Ægypto*. Hebraicè pro armatis eſt חמשים *Hamuſim* Noſtrum interpretem reprehendit Caluinus, peruerſiſſimus Nouatorum, & cum eo Hieronymus Oleaſter Catholicus. Vterque falſitatis noſtrum arguit, & contendit non egreſſos armatos. Caluinus, quia credibile non ſit Ægyptios illis arma cõmodato dediſſe, vel armorum vſum, aut poſſeſſionem permiſiſſe, quibus pro mancipiis abutebantur. Oleaſter, quia poſteà narrantur Ægyptij armati eos inſecuti. Plumbea hæc tela mihi videntur, & obtuſa; quæ iam olim Liranus & Abulenſis retuderunt. Vſum, aut poſſeſſionem armorum illis Ægyptij priùs non permiſerant: nunc demum vnà cum prætioſâ ſupellectile vtenda conceſſerunt: vt ipſam illam ſupellectilem, ab Arabum, & ſimilium latrociniis ſeruare poſſent. Potuerunt armatos armati Ægyptij inſequi, quia non totâ Ægypto mutua ſumpſerãt, ſed à vicinis ſuis, & ab iis, nõ omnia, ſed quædã. Inſecutine ad vnũ Ægyptij omnes putandi? promptiores tantùm & paratiores credo, quibus arma ad manum: alioquin omnes Ægyptij demerſi forent, nec viri vlli ſuperſtites, niſi ſenes & pueri. Quod qui putet, mihi certè infans, vel bis puer videatur.

חמשים

Caluinus. Oleaſter.

Oleaſter.

Liranus Abulẽſis.

De Hebræo vocabulo manet caligo, quæ remouenda. S. Hieronymus *epiſt.* 125. *ad Dardanum* ſcribit Lxx. vertiſſe, *quintâ generatione*; quod cẽſet non conuenire cũ fonte Hebraico, in quo non eſt דור חמשי *Dor hamiſi*, hoc eſt *quintâ generatione*; ſed tãtũ in plurali *Hamiſim*, ſine *Dor*, fatetur autem חמשים ſignificare *quinque*, ſiue *quini*. Aquilę verò verſionẽ maximè probat, qui tranſtulit *ἐνοπλισάμενοι*, id eſt *armati*, quod noſter ſecutus. Aquilam verò (inquit) vt in cæteris, & hoc maximè loco propriè tranſtuliſſe omnis Iudæa conclamat, & ſynagogarum conſonant vniuerſa ſubſellia; quod videlicet idem ſermo, & iiſdem litteris ſcriptus, diuerſas apud eos voces & intelligẽtias habeat. Quibus verbis docet, pro diuerſitate radicum & punctorũ mutatione חמישים quinos & munitos & armatos ſignificare. De armatis etiã Onkelos Chaldæus docuit, & Abrah. Abenezra & Selomo Iarrius fatẽtur, & Symmachus firmat, qui tranſtulit *καθοπλιζόμενοι*. Significat inquam vox Hebræa *armatos*, à loco membrorum vbi arma ſuccingimur. Noſter videtur deduxiſſe à חמש quod ſignificat eam partem corporis, quæ eſt infra quintam coſtam, vbi exteriùs inguen, interiùs ſunt *ἰσχιάδια* vitalium latebræ. 2. *Reg.* 2. 23. noſter vertit *in inguine*, quod placuit R. Iochanan LXX. verò deduxerunt à חמש, quod haut dubiè ſignificat *quinque*, ideò vertunt *πίμπλῃ γενεᾷ*, quę lectio etiam placuit Theodotioni, qui admodum lucidè *πεμπλαίζοντες* hoc eſt ordinibus ſingulis quini, (vt olim loquebãtur, *quinquerty*.) Hinc iam biuium occurrit conciliandarum verſionum. Vna via nos ducit, vt dicamus, eo quòd milites armati ſolẽt viq; ſub quintam coſtam, ſiue

S. Hieronymus.

Lxx. taxati.

Aquilæ præit noſtræ verſioni. Laudatur

Conciliãtur Hebręa Græca, & Latina. Chaldęus. Abenezra. Iarrius.

חמש חומש

R. Iochanan.

חמש

Theodotionis verſio hic apertiſſima.

I. Conciliatio.

חמושים

Θωρηκτοι.

Dauid Kimchi. Fursterus. Mercerus. Caietanus Quintati. Il. Conciliatio.

Cur LXX. sic verterint.

Cur aliter noster reddiderit.

Conciliati.

S Augustinus.

Eugubinus.

Abenezræ Iarrios Abulensis.

Diodorus Tarsensis. Theodoretus Accincti.

And. Masius.

חמש

הלוצם

חלצים

siue sub inguen, probè armatos ab Hebræis dictos, חמושים quasi dicas probè accinctos armatos vsque ad inguina. Sicut Græci Θωρηκτας vocant eos, qui totũ pectus armis contecti: visa hæc via rectior Fursterο, & Mercero: hæreticis & Caietano, secutis Kammium. Caietanus nouâ & barbarâ voce vertit, *quintatos*. Tunc dicendum, LXX. quintæ generationis nomine costã intellexisse quintam. Mihi hoc durum videtur. Magis placet alterâ viâ progredi, & asserere LXX. nobis non corporis costam, sed ordinem militarem indicasse, quo Israelitæ armati sunt ex Ægypto egressi, nempe progredientes quini, quini singulis ordinibus quo Moysis disciplinæ militaris (quam laudat Iosephus) peritia se prodit. Erat enim hæc ratio maximè tempori idonea. Plures numero, via publica vix caperet: pauciores, nimis longo agmine moram traxissent. Etiam hodie vt plurimum, si multi, quini; si pauci, terni milites incedũt. Noster verò respexit aliò, nempe voluit ostendere, eos honorificè, non vt fugitiuos, vel iniuriæ alienæ obnoxios, perturbatè & raptim exiuisse, sed militariter, simul ad iter, & ad prælium paratos; quod Moysis prudentiam, & simul diuinam prouidentiã, cuius hæc omnia nutu gerebantur, apprimè decebat. Tunc *quinta generatio* apud LXX. idem erit, quod *quinque geniti*, hoc est, homines quini & quini. Conatur D. Augustinus hîc in quæstionibus, illud de generatione quinta, historicè explicare: sed non video, quomodo in Leuitis calculus probetur, qui quartâ tantùm egressi, vt patet ex Genes. 15. versic. 16. Hæc paullò fusiùs disserui, vt nullus applaudat temerario dicto Steuchi Eugubini, de Lxx. interpretatione scribenti, *vide quale & quantum erratum hoc sit.* Nullum enim ipsorum est erratum, est ipsius linguæ infrunitæ lapsus, est audacia calami proterui. Abeneztæ & Iarrij quædam coniectanea, hîc Abulẽsis q. 10. velut glumam difflauit. Breuiter iungo interpretationes ambas, nostram & LXX. & intelligo turmatim armis accinctos, & quinos ordine processisse; vt censuerunt Diodorus Tarsensis & Theodoretus. Alibi noster *accinctos* vocat, baltheo succinctos, & expeditos. *Gen.* 49. 19. *Gad accinctus præliabitur*, & sic videtur pro iisdem sumere *Num.* 32. 17. *Nos autem ipsi armati & accincti pergemus ad prælium.* Vbi Hebraicè tantùm est נהלץ *Nehalets accincti*: Græcè tantùm ἐνοπλισάμενοι armati; Chaldæus, *armabimur expediti.* Sic etiam capitur 3. Reg. 20. 11. *Ne glorietur accinctus æquè, vt discinctus.* Nã *accinctus* ibi qui adhuc armatus bellum gerit, & ideo Martis vicissitati subditus; *discinctus*, qui iam victor arma ad postes fixit. Verùm de hoc dicto plura nobis postmodum dicenda. Nunc restat adscribam Andr. Masij doctè dicta *Commentar in Iosu. 1. 14. Hamusim plerique cum Chaldæo dici existimant armatos ab Homes* חמש, *quæ ea humani corporis pars est, in qua costa quinta locatur. In Historiâ Abner* Lxx. ψόαν, *hoc est, lumbum, sunt interpretati: arma enim, inquiunt illi, ad eam vsque partem ferè tegunt corpus: & sanè ab Homes, hoc est, lumbis, dici Hamuzim, planè est credibile: cùm videamus Haluzim* הלוצם *ei prorsus geminũ esse, si & formam & notationem spectes: quod nomen ab Halazim* חלצים *hoc est lumbi formari certissimum est. Sed an ista, Humazim dico & Haluzim armis contectos ad lumbos, vel ad quintã vsque costa significẽt; an verò succinctos baltheo militari, non satis*

satis possum constituere. Sed sanè ὑζωνος, id est succinctus, mihi magis placet. Nam vsitatissimũ est in sacrâ historiâ, succinctus lumbis significare expeditum robur, atque alacre, ac paratum studium, strenuámque fortitudinem: sic ille, quantò doctiùs, tantò modestiùs. Quod de *succinctis* dicit, certum est tum ex nouo testamento, *Ephes.6.14. State ergo succincti lumbos vestros in veritate*, vbi quæ præcesserunt, & quod sequitur de loricâ, cõnincit de armatura & bellico cinctu, nõ de vestium succinctuad iter agi. tum ex veteri testamento, *Machab. libr.1 cap.3.3. induit se loricam sicut gigas, & succinxit se arma bellica sua in præliis.* Eccles.36.vlt. *quasi succinctus latro, exiliens de ciuitate in ciuitatem.* Prouer.30.31. *Gallus succinctus lumbos.* aptâ metaphorâ de alite pugnaci, semper parato præliari. Vt autem cum nostro conueniat interprete necesse est *succinctum*, idem quod *armatum* esse fateatur. Sed tempus est nos in hoc adagio succingi.

Succinctus lumbos.

ADAG. LXXVIII.

EX CAP. XIV. VER. VIII.

Egredi in manu excelsâ.

Egredi in manu excelsa.

DVbium quid hîc *vers.*8. significet; *at illi egressi erant in manu excelsâ*, siue eleuatâ. ביד רמה *Beiad ramah.* LXX. seruant adagium ἐν χειρὶ ὑψηλῇ. quod Caietanus, Liranus, Abulensis capiunt de diuinâ potentiâ, quæ miraculorum operatione manifestata, eos quasi eduxit, & liberauit. Verumtamen etsi hoc verum, minùs aptum tamẽ est idiotismo; quem eũdem habemus inf. *Num.*15.30. *Anima verò quæ per superbiam aliquid cõmiserit*, Hebraicè (vt hic) est ביד רמה *in manu* seu, *cum manu excelsâ.* Lxx. vt noster ἐν χειρὶ ὑπερηφανίας, *in manu elationis, siue elatâ.* Chaldæus vtrobique explicuit ברוש גלי *bere ghelei*, adagium adagio exprimens, *capite aperto.* Nam *d.v.*30. sensus est, qui fecerit, nec per ignorantiam, nec temerè, vel timidè, aut clanculùm, & quasi volens latere; sed palàm, scienter, fidenter, cõtumaciter, nec homines, nec Deum reueritus. ideo enim vult puniri, quasi blasphemũ & Dei contemptorem. Sic hoc v. 8. *manu excelsâ*, idem est quod palàm, intrepidè, fidenter, hilares, animo alacri, magna sperantes. huiusmodi enim affectus faciunt, vt quis manum erigat, & altior incedat: à quo gestu, etiam vitia superbiam atque fiduciam concomitantia, *manu excelsâ*, in sacris libris indicãtur, quæ non inutile fuerit hoc loco adiungi. Significat enim sui roboris ostentationem & iactantiam cũ Dei vilipendio. *Deutero.*32.27. *Ne fortè superbirent hostes eorum, & dicerent: Manus nostra excelsa, & non Dominus fecit hæc omnia.* sicut gloriabantur Assyrij, & Chaldæi tyrãni, apud Isaiam, & Danielem. Inde etiam obtinuit, vt contra aliquem, super aliquem, vel in aliquem manum leuare vel extendere, ponatur pro vlcisci, ferire, opprimere grauiter. *Iob* 31.21. *si leuaui super pupillum manum meam, etiam cùm viderem me in portâ superiorem:* si grauis exactor fui, aut pupillum fortunis exui, etiam mihi per sentẽtiam iudicis addictis. *Psal.*73.3. *Leua manus tuas in superbias eorum in finem*, tandem illam vlcisci, & prorsus premere. *Zachar.* 2.13. *Ecce ego leuo manum meam super eos, & erunt præda his, qui seruiebant sibi.* in altũ extollo manum, vt fortiùs feriam, & subiiciam de solio detractos, iis quibus nunc dominantur. Quod

Capite aperto.

Manus excelsâ pro Dei contemptu & iactantiâ sui.

Manum leuare cõtra aliquẽ quid.

1. Expositio. Caietani Lirani Abulẽsis.

2. Expositio.

Exech.

Ezech.16. 27. dicit *extendam manũ meam super te.* Non enim placet, quod in cap.4. Geneſ. Fonſeca trahit prophetam ad ſolemnia iurantium. Quando dicitur quis leuare manum contra Deum, vel Dominum, ſignificatur ſuperbire, & rebellare. *2.Reg.20.21. Seba filius Bochri cognomine,leuauit manum ſuam contra regem Dauid.* Sunt & alia loca quibus phraſis iſta frequens, & poſſunt ad diuerſas ſignificationes pertrahi, quas proſecuti Pererius noſter *ad cap.14.Geneſ.* & Martinus de Roa, *lib.1.* ſingular. *cap.3.* referẽs ea, tam in quibus extendendæ, quã in quibus leuandæ manus mentio fit, ad ritum polemicum leuandi ſignum belli in arcibus aut turribus: ſed præſtat ad eum tot loca non reſtringere; nam & hoc communi Patrum expoſitioni repugnat, & pleriſque ab eo citatis locis admodum violentum eſſe, cuilibet illa expendenti, confeſtim apparebit.

Manum leuare cõtra Deũ.

Pererius. Martinus de Roa.

IBIDEM VER. VII. ADA. LXXX.

Sicut ſtipulam deuorauit.

Sicut ſtipula deuoratur.

IRam diuinã igni aſſimilari, propter efficaciam in agendo, cõſtat; quare etiam vocatur Deus, *Ignis conſumens, Deut.4.14.* Stipula celerrimè conſumitur ab igne, quia vim reſiſtendi nullam habet, valdè infirma, leuis, arida, vilis eſt; talis peccator, vilior caſsâ nuce, gratiæ ſucco priuatus, inconſtans & inſtabilis, & maximè imbecillis. Vt ergo doceat ſacra ſapientia, quantâ facilitate, eum Deus puniat & abſumat; ait, ab irâ Dei ſicut ſtipulam deuorari. Pertinet ergo paroemia ad ea quæ minimo negotio cõſumuntur. Huc pertinet illud Nazianzeni; valdè tritum etiam vulgò; σῦ; ἐγγὺς καλάμης, ὦ ἀσφαλής. *Ignem ſi admoneas ſtipula, non ſine periculo eſt.*

Nazianzeni.

EX CAP. XV. VER. V. ET X. ADAG. LXXIX.

Submergi vel *deſcendere ſicut plumbum* vel *lapis.*

Sicut plumbum mergi vel deſcendere.

PErſpicuum eſt prouerbium, de deſcenſu & ſubmerſione celeri ad imum, ait *v.5. abyſſi operuerũt eos, deſcenderunt in profundum quaſi lapis.* ad v.10. *flauit Spiritus tuus, & operuit eos mare: ſubmerſi ſunt quaſi plumbum in aquis vehemẽtibus.* Quid mirum? indurarant cor ſuum, & animæ poros omnes diuinæ miſericordiæ, ne poſſet eos ingredi, & eleuare; obturarant: ideo nequiuerunt vndis vltionis ſupernatare. Nil plumbo grauius, nihil ſaxo durius, vtrique peccator ſimillimus.

IBIDEM VER. XVI. ADAG. LXXXI.

Tacere vt lapis.

EX Hebræo, ידמו כאבן *Iddemu Kaauen, Sileant vt lapis,* duo adagia naſcuntur, vnum commune aliis linguis de ſilẽtio maximo, *Tacere ſicut lapis.* Vnde Horatius ad Florum,

ידמו כאבן

Tacere vt lapis. Horatius.

. . . *ſtatuâ taciturnius exit*
Plerunique, & riſu populũ quatit.

Et de valdè bardiſac rudibus dicendi, Xenophon in Sympoſ. ἐκείνων γοῦν μᾶλλον ἂν ἴσως φωνὴν ἀκούσαις, ἢ τῶν λίθων, *minus illorum fortaſſis vocem audias, quàm ſaxeorũ.* Tardos certè, ſtupidos, quaſi emortuos, & ſenſus expertes, a ſaxeis nihil differre Græcis fuiſſe in paroemiâ docet Chryſoſtomus, quẽ adagio gra-

Statuâ taciturnior. Lapid. loquitur. Parietem vti pro interprete. Parietem alloqui. Plautus

phus citat in, *Statuâ taciturnior.* Huc illa nobilia referenda, λίθῳ δ' ἀγορεύει *lapidi loquitur*, & δρῦν τοῖχα λαλεῖν, *parietem pro interprete vti.* & πρὸς τὸν τοῖχον λαλεῖς, *parietem alloqueris*, hoc est, mortuo loqueris, vel non audienti, vel certè racituro. Sic enim Plautinus ille *in Truculento*, silentium arcani pollicetur;

Ego ero paries, loquere tu.

Lapide immobilior. Facere pro quiescere.

Secundum adagium est, *lapide vel saxo immobilior*: quod pendet ex Hebraismo, quo *quiescere*, per *facere*, indicant, vt Exo. 14. 14. *Dominus pugnabit pro vobis, & vos facebitis*, vbi Chaldæus, Lxx. & noster Hebraismum retinuerunt, quem hîc vulgatus eruditè expositi vertens, *fiant immobiles quasi lapis.* breuiter Lxx. ἀπολιθωθήτωσαν, *lapidescant*, seu obrigescant. Veteres, *lapire*, dicebant, vt *in Peribœâ* Pacuuius.

Lapire, Pacuuius

me
Terit fames, pauore fama concutit,
Lapit cor cura, exũna corpus cõficit.

Postulat itaque Moyses, hostes, formidine reddi immobiles, truncóque Hermæ simillimos, vt non modò nequeant armis Israëlis trãsitum impedire, sed ne contra quidem mutire audeant.

ADA. LXXXII.

EX CAP. XVI. VER. III.
Ollæ carnium Ægypti.

Ollæ carnium Ægypti.

REcordantes pristinę abundantiæ & dapsilitatis Ægyptiæ, filij Israël in deserto contra Moysem & Deum murmurantes inquiebãt, *Vtinam mortui essemus, per manum Domini in terrâ Ægypti, quãdo sedebamus super ollas carniũ, & comedebamus panem in saturitate.* Homines ingrati! verè *olle* (vt in Prouerbio est *amici*; Deo ad ollam vsque fidi. Vruntur *sedendi* verbo, vt continuã copiam, & quietam indicarent. עַל *Al* potest etiam verti *iuxta*, *propè*, *ad*: & sic super accipiendum. Bis hoc iterarunt, semel ante manna datum hoc *v.* 3. & iterum *Num.* 11. 4. & 5. post gustatum iam cœlestẽ cibum; quamuis hac vice forrassis non addiderunt expressè mentionem *Ollarum*; desideria tamen eodem deuoluuntur; & huc etiam respexisse credibile est, nec Moysẽ omnia illorum dicta verbo tenùs expressisse. Quicquid sit, veteres patres de ollis Ægyptiis expostulationem, vt prouerbium, passim vsurparunt, & eleganter explicarũt de iis qui animæ saluti ventris & cuticulæ curam præponentes, Ecclesiasticas leges de ieiunio & carnis abstinentiâ, oderunt, & transgrediuntur; vtrumque locum eodẽ sensu accipiẽtes. Tertullianus quidem, iam à nobis factâ discessione. *cap.* 5. contra Psychicos, dicit proniores ventri, quàm Deo deprehẽsos: dispicuisse panes angelicos, allium potiùs & cepe quàm cœlum fragrare maluisse. Nouatianus etiã *epist. de cibis Iudaicis cap.* 5. huc respiciens; *quid* (ait) *aliud merebantur, qui diuinis mãna epulis, vilissimos Ægyptiorũ cibos præferre ausi sunt, carnes surulentas inimicorum atq; dominorũ ante libertatẽ ponentes, digni sanè quos optata seruitus saginaret, quibus malè displicuerit & melior & liber cibus.*

I. Explicatio adagij.

Tertullia.

Nouatianus.

Secũdò de his vsurpatũ, qui sacrę sapiẽtiæ desertores, ad profanã reuertũtur. D. Hier. *epist. ad Fabiolã in mãsione* 13. sic applicat his verbis; *Ex his omnibus nos omnes docemur qui sapiẽtiã dimisimus saculare, & Ægyptias ollas contẽpsimus, nõ debere murmurare cõtra cælestẽ Scripturarũ panẽ: nec hîc iurulẽtias Ægyptiorũ, qua sũt poëtarũ carmina; sed simplicẽ manna cibũ quærere: alioquin si rursus eas voluerimus appetere, vorabimus vsq; ad nauseã, & statim Domini igne torquebimur, desideriúmq; nostrũ vertetur in tumulos: vt simus sepulchra dealbata, qua*

II. Explicatio.

Hierony.

Matth. 23.

quæ foris apparent hominibus speciosa, intus autẽ sunt plena mortuorum ossibus, & omni spurcitiâ.

III. Origenes. Tertiò de his qui murmurant cõtra Deum de imbrium copia vel inopiâ, de terrę siccitate aut sterilitate, aut aliis aëris vel tempestatum incommodis. Sic Origen. *hic ho.* 7.

IV. Quartò de malè moratis religiosis, qui cõmuni & parco victu contenti nõ sunt, sed prælatis obloquũtur: ita glossa ordin. hoc loco.

Glossa ordin.

V. Denique, vt optimè accipiunt recentiores homeliographi, & creberrimè vsurpant spirituales magistri; de iis, qui ob cupediarum & pristinâ voluptuariæ vitæ licentiâ, & carnalia desideria, retrò aspiciẽtes, à religiosâ vitâ ad sæcularem refugiunt: quales sunt excucullati, & votifragi apostatæ, qui diuinis mannæ epulis, viliſſimos Ægyptiorum cibos præponunt, & carnes iurulentas cum diaboli seruitute, ante veram libertatem, quæ in Dei seruitio est, stolidè ponunt: & allium ac cepe quàm cœlum fragrare malentes, digniſſimi sunt quos optata seruitus saginet, & quorum extrema ignis Domini deuoret atque consumat.

ADAG. LXXXIII.

IBIDEM VER. XV.

מן הוא *Man hu.*

Quid est hoc?

CVR sicut Ephippo & aliis ab *ambrosia* & *nectare*, propter suauitatẽ eorũ licuit varia deducere adagia, de quibus aliàs; nõ liceat nobis etiam à Manna, cœlesti cibo, & Euangelico pane nihil certè verebor, cùm aliquid gustu suauiſſimũ, purum valdè, candidum, & facilis digestionis indicandũ, *Florem manna, man sapit, man spirat, manna suauius vel dulcius* & similia dicere.

Flos mannæ. Man sapit vel spirat. Manna suauius aut dulcius.

De naturâ *Man* agendũ in Hierophysicis: nũc de significatione, vt aliud quiddã adagiale fiat manifestũ.

Ait hoc loco Sacra Historia, *quod cùm vidissent filij Israel dixerũt ad inuicẽ, Manhu, quod significat, quid est hoc? ignorabant enim quid esset. v.* 15. Hebraicè est; *dixerũt vir ad fratrem suum* מן הוא כי לא ידעו מה הוא de quorũ verborũ trãslatione grandẽ nostro interpreti dicam dixit Oleastrius, contẽdens sic verti debuisse: *Mãhu, id est, mã ipsum? quoniã nõ cognouerunt quid ipsum.* Tamẽ fatetur nõ cõuenire inter Rabbinos, à quâ radice sit *Man*, nec etiã quid significet cõstare. Cur ergo recedit à vulgato, si nihil nobis certi potest proferre? cur postulat sibi vni nos credere, aut illis potiùs quos sequitur? videte quo pacto gladius Madianitarum, in sua, hoc est Rabbinica castra, mutuâ cæde desæuiat. Quidã à מנח *manach* deducunt, quod significat *offerre* seu *donare*, & hi *donum* seu *partem* interpretantur, Vatablus hic & Pagn. *an thesauro*; alij a מנה *mana*, quod significat *numerare* & *præparare*, ex his quidã *præparatũ* exponũt, alij *plurimũ* seu *infinitũ*. Rursùs quidã interrogatiuè legunt, & dictũ volũt cũ admiratione rei planè inopinatæ. Hoc displicuit Oleastrio, cùm sit omniũ accõmodatiſſimũ. Alij retinẽt interrogationem, sed contemptui adscribũt; quasi dicãt, hoccine illud promiſsũ Dei est? iſtúdne munus diuinum? tã viles & insipidæ dapes, pro Ægyptiis ollis nobis reponuntur? malitiosè iſtud vltimũ excogitarũt, vt figuratę Eucharistiæ (cui semper infesti sunt nouatores) mysteriũ sic eludant. Sic vno ore carpũt nostrũ interpretẽ, nec tamen adferũt meliorã. Nõ minimus inter illos Ioan. Mercerus, ita scribit; *Man sonat desiderãtũ, velut singulare donũ à Deo Israelitis in cibum.*

De naturâ *Man* agendũ in Hierophysicis: nũc de significatione, vt aliud quiddã adagiale fiat manifestũ.

מן הוא כי לא ידעו מה הוא

Oleastrius.

Man vnde.

Rabbinica dissidia.

מנח

Vatablus. Pagnin.

מנה

Mercerus Hæreticus.

מנא מן הוא מן מי מה מא

Furſterus hæreticus.

Oleaſter Catholicus.

Defenditur noſter à Mercero & Oleaſtro.

Chaldæus Hebræum nomen retinens vertit מנא *Vnde fecerunt noſtri manna. Nec putandum, cum quibuſdã noſtrorũ, Iſraelitas, cùm dicerent* מן הוא *interrogaſſe quid eſſet? quia non Chaldaicè ſed Hebraicè in deſerto loquebãtur. Adde quod* מן *Chaldæũ non* quid *ſed* quis *ſignificet, idem quod* מי *Hebrais* מה *autẽ vtriq; lingua cõmune eſt, etſi* מא *magis Chaldaicè.* Sic ille ſequens vt ſolet Furſterum, Lutheranũ Caluiniſta. Vterq; vult verti *deſtinatum.* Sæpe à Furſtero rigatur Oleaſter : ſed hoc loco diſſentit. Verba Oleaſtri ſunt, *retinẽdo propriã verbi ſignificationẽ, Man videtur ſignificare numeroſum quid: quoniã deſcẽdebãt grana in magno numero ſuper rorem. Videntes autem Iudæi in magna copia illud deſcendiſſe, ignorantes quid in ſpecie eſſet? vocarunt* Manhu, *id eſt numeroſum ipſum, quoniam neſciebant quid in ſpecie eſſet.* Siſte quæſo Lector, & euolue has ambages. Si admiratio orta ex copiâ materiæ, quid facit ad rẽ ſpeciei ignoratio? ſi ex ſpeciei ignoratione, quid refert, multũ an parũ materiæ fuerit? ſæpiùs credo numeroſam niuẽ, vel grandinem viderãt; nunquã tamen leguntur ideo *manhu*, exclamaſſe. omnino ad ignorantiã materiæ res reducẽda. Subdit cõtra nos idẽ pater, quod diſcutiendũ; Neq;, inquit, *videtur; quomodo verti poſſit,* Quid eſt hoc? *quoniam non dicitur in textu Mah, id eſt* quid. *Sed Man hu id eſt* man ipſum, *& crediderim vulgatum interpretem, pro* Man, *legiſſe* Mah: *aut quod veriſimilius eſt, quia ſequitur;* ignorabant quid hoc eſſet, *putauit, hoc quod praceſſit, eſſe interrogationẽ, qua quærebant, quid eſt hoc. Quærere enim ſolemus de aliquo, quid ſit cùm illud ignoramus.* Sic ille, ſolitâ erga noſtrũ interpretẽ modeſtiâ obſeruãtiâ. Valeat linguæ Hebraicæ cognitio, ſi ad hoc rãtùm vtilis, vt authẽtica Catholicæ iudicio Eccleſiæ verſio, vel impugnetur, vel in dubiũ vocetur, vel ſic defendatur, vt ipſo patrocinio potiùs traducatur. Primò modeſtiã amplector cùm quod nõ videbat, nõ videre ſe fatetur. Secũdò, non probo duos, quos verſioni noſtræ colores cõmodauit. Noſtrũ ſanè nõ legiſſe *mah*, ſed *mã*; patet ex omnibus Latinis codicibus, in quibus vnaniminter *man hu* cõtinetur; & quia ſic ſemper Hieron. Rabanus, Beda, Hugo Victori. S. Tho. & alij, vulgatâ vtẽtes, legerũt. ſi *mah* legiſſet; certè vertiſſet *Mah hu*, non *Mãhu*. Sed, inquit, *Mah*, nõ *Man*, ſignificat, *quid*, & *man* nõ *mah* ſignificat *ipſum*. Reſpõdeo: ſi hoc verum foret, nõ ſubſiſteret poſterior Oleaſtri cõiectura; hoc factũ vt cohærerent præcedẽtia ſequentibus, adhuc enim in culpâ noſter hæreret, qui putarit interrogationem eſſe, & nõ erat interrogatio : quod ſanè Oleaſter volebat. Erraſſet ergo noſter. Verùm nego erraſſe, cõtendo quod præceſſit, interrogationẽ fuiſſe. Cõtẽdo hos omnes vulgati reprehẽſores, notã temeritatis commeruiſſe.

1. Argumẽtũ pro noſtro ex Lxx.

Primò, quia ſicut noſter, ſic etiã interpretati Lxx. hoc eſt totũ Sanhedriũ. Nã prætermiſſo ipſo nomine, ſolã ponũt nominis interpretationẽ, quam noſter; *οἱ δὲ υἱοὶ εἰ ὑὸι Ἰσραὴλ, εἶπεν ἕτερος τῷ ἑτέρῳ, τι ἐστι τοῦτο, ἢ γὰρ ἤδεισαν τί ἐστιν. Videntes autẽ hoc filij Iſraël, dixerũt alter alteri, quid eſt hoc? nõ enim nouerãt quid eſſet.* Sic ergo interpretati vocẽ Hebræã. ſicut noſter. τι ἐστι τοῦτο. Secutus hos fuit Phil. Heb. *l. de profugis*, & planiſſimè Fl. Ioſephus *l. 3. anti. ca. 1.* his verbis; *καλοῦσι δὲ ἑβραῖοι τὸ βρῶμα τοῦτο μάννα, τὸ γὰρ μᾶν, ἑρμηνεύεται, καὶ τῶν ἡμεῖς ἀραν διάκτον, τί τοῦτ' ἐστιν ἀπανείνεσα. Hebræi autem hoc edule vocant manna. Man enim ſecũdùm noſtrum vernaculum ſermonem, percunctatiua particula eſt, quid hoc eſt, interrogans.* Satiſne apertè teſtatur *man* Hebreũ

Philone Ioſeph.

esse, & idem, quod, quid hoc est, significare? Iosephum verò, Philonem, & Lxx. Hebraismi non fuisse gnaros, mihi quidem nullus Fursterus, vel Mercerus, vel Eugubinus, vel Oleaster, vel Princeps Hypobolymæus persuaserit. Secundò, quia hęc explicatio vocis MAN HV, est omnium omnino Patrum, inter quos nonnulli linguarum Orientalium probè periti fuerunt, vt S. Epiphanius, S. Hieronymus, Origenes, & alij.

II. Ex patribus ad vnum.

Tertium, quia recentiori memoriâ hoc amplexi viri, Hebræa non minùs docti, quàm aduersarij; vt Liranus, Hebræus, ex Hebræis, & Rabbini, quos secutus magistros Caietanus, & Leo Castrius *Apolog. lib.* 2. & Bened. Arias Montanus.

III A nostri aui Hebraismi peritia.

Quarto, quia hanc interrogationem confirmant quæ sequuntur: videlicet ratio, *ignorabant enim, quid hoc esset.* & responsio Moysis etiã in Hebræo; & *dixit eis Moyses, iste est panis.* quæ fierãt ergo non de numero, sed de essentia rei quid esset.

IV Ex ipso contextu.

Denique, quia constat *man* non esse duntaxat Chaldæum, vt apud Daniel. 3. *v.* 6. & 15. sed etiam Hebræum *Psalmo* 61. *vers.* 8. & idem significare quod *quis* vtroque sermone. ideo ad verbum verti potuit *in Exodo, quis hoc*, enallage Hebrææ constructionis, & sensus esset, quid hoc est. Vel potuit verti, *quis hic?* videlicet cibus. ideo sapienter Lxx. nostrique interpres, singuli iuxta sermonis in quem transferebãt locutionem transtulerunt, *Quid est hoc?* & sic *d. v.* 15. *quis est Deus* reddiderunt, quia illic idioma id patiebatur: sensus tamen idem fuisset, dicendo, *quid est Deus?*

V Ex ipsâ Grammatica ratione

Iãsenius. Caietanus Lipomanus. Lorinus.

Ex his sequitur non esse necesse confugere ad quasdam alias sententias: nempe vel cum Iansenio *in concordiâ cap.* 59. Lipomano, & Caietano hîc *nun* paragogicum vel syllabicum esse in voce *manna* adiectum: vel vitatam fuisse cacophoniam ex soni duritiâ in *mah hu*; substituto *man hu.* Lege Lorinum *in Sap.* 16. 20.

Firma ergo manet authentica versio nostra, & perspicuè agit, de interrogatione, ex ignoratione natâ: &, vt adagium meritò vsurpanda, in similibus Dei miraculis, quorum effectus cernimus, causas & mysterium non assequimur.

Vsus adagij.

EX CAP. XIX. VER. IIII.

ADAG. LXXXIV.

Portare super alas aquilarum.

DEVS commemorãs beneficia sua & amorem erga Israëlem, *Vos ipsi vidistis* (ait) *quæ fecerim Ægyptiis, quomodo portauerim vos super alas aquilarum.* ex Lxx. qui ἀνέλαβον. Hebraicè est, *eleuari* NWR addunt etiam Lxx. notam comparationis, ἀνέλαβον ὑμᾶς ὡσεὶ ὅτι πτερύγων ἀετῶν. *sustulit vos sicut super pennas aquilarum.* frequenter solet ab Hebræis nota comparationis subaudiri, vt hoc loco subaudiendam existimo.

Portari super pẽnas aquilarum.

Hebraismus subaudire notam comparationis.

Tres fermè sunt huius loci expositiones, quas qui volet poterit coniungere. Prima est R. Selomó, quem Caietanus sequitur, idem significari, quod portare innoxios & inuulnerabiles: quoniam (inquit) aquila fert pullos suos, non vnguibus, vt cęteræ solent aues, sed, locatos in humeris, protegit expansione alarum, vt licèt ab imo quis eos iaculis petat, ipsam potiùs, quã pullos vulneret. Si quis obiiceret, eam vnguibus in altum ferre & suspendere, vt experiatur an solis iubar ferant, & inde spurios à gnesiis dignoscat, vt tradiderunt *lib.* 5. *Hexaem Ambros.* & *in animal. histor.* Ambros.

1. Interpretatio. Tuli humeris. R. Selomo. Caietanus.

An aquila pullos vnguibus ferat, an humeris.

Aristoteles & Ælianus, & Tzetza & Claudianus Plinius

Aristoteles & Ælianus, *& in variâ hist.* Ioa. Tzetza *cap.* 438. & Claudianus *præf. in 3. consulatum Honorij.* Respondeti posset, tum id facere tantum. nec enim videre posset an nictent humeris impositi. præterea id haliætis peculiare est, vt docui *Notis* ad Claudianum, & ex Plinio, & verâ Aristotelis *lib. 9. de hist. animal cap.* 34. patet, non ἀετὸν, sed ἁλιαιετὸν.

II. Interpretatio Abulēsis. Tuli sine labore.

Secunda interpretatio, quæ placuit, Abulensis est, significari eos sine labore aut fatigatione ex Ægypto liberatos, sicut pullos aquila fert, ne labore aut molestiâ afficiantur, si ipsimet volent: supponit superius illud, sublatos humeris pullos, & conatur ostendere exiguos etiam in deserto labores populi fuisse. Lege Tostad. *hic* 4.3.

III. Interpretatio, celerrimè. Lyranus S. Hieron.

Tertia est Lyrani, hac metaphorâ indicari summam celeritatem, qua tot centena millia vno die eduxit. solet enim sacra Scriptura summā velocitatem aquilæ tribuere: quod ostendam prouerbio, *velociores aquilis.* D. Hieronym. *in Marc. cap.* 4. *Quando velocem desideramus intelligi, ventis aut auibus comparamus.* patet ex illo incerti poëtæ,

Incertus poeta.

Quin magè præueniens aquilas vis pigra elephantûm,
Præcurret, volucremq; pigens testudo molossum.

IV. Oleastrij de philostorgiâ aquilæ.

Quarta est enarratio Oleastrij, non contemnenda, qui ex parte assentiens Salomoni, refert totum ad aquilæ amorem in pullos, & nō ad singulos pullos, sed ad omnes vnius excubationis simul, *nidum* vocat ipse: quod videtur accommodum comparationi, quia de totâ populi multitudine seruatâ hic agitur. Vult itaque hic & *ad Deut.* 32. hoc Deum dicere, Vos vidistis quæ fecerim Ægyptiis amore vestri, & portarim vos super alas aquilarum: hoc est tali ac tanto amore sicut aquila, cùm mutat nidum suum, aut pullos in alium locum. *Erant enim* (ait) *Iudæi in Ægypto, quasi pulli, occisi & malè tractati: Dominus verò quasi aquila, quæ ex malo loco pullos suos in bonum transfert; ab Ægypto in terram fluentem lacte & melle.* Confirmat hoc duobus locis sacræ Scripturæ, vno ex *Psal.* 79. 9. *Vineam ex Ægypto transtulisti, eiecisti gentes, & plantasti eam. Quod enim* (inquit) *Dauid vineam vocat, hic nidum aquilarū dici puto. & tunc congruit id quod de aquilâ Hebræi dicunt, scilicet quòd super alas nidum portet, cùm illum mutat.* secūdo vult cōfirmari *ex Deuteron.* 32. 11. *Custodit eum* (scilicet Israël) *vt pupillā oculi sui. vt aquila, quæ excitauit nidū suum, super pullos suos cubauit. Expandit alas suas, accepit eum, portauit eum super alā suā.* (Sic enim vertit, & ex hac versione sic ratiocinatur) *vbi pulchrè describit, quomodo Dominus populū, quem aquilæ nidū vocat, ex Ægypto in terram sanctam portauerit, sub similitudine aquilæ, quæ cùm nidum suum seu pullos, ex vno loco in alium transferre vult, duo in itinere facit. Nam aliquando alis suis pullos tegit cubans super eos, ne multùm eleuentur: quādoque cùm eos fessos volatu viderit, alas extendit sub eis, vt sic eos teneat, ne decidere contingat. Priùs ergo excitat nidū nolentem egredi, postmodum in viâ, quamdiu vires ad volandum habent, tegit; quos si fessos viderit, alis extensis sustentat.*

Aquilam transferre nidum.

Hæc ille de aquilarum philostorgiâ, quæ tamen indigent examine, sed id loco proprio in Physicâ sacrâ. Nunc pauca tantùm discutienda. Quod Israëlitas etiam occisis pullis similes facit, fortè est error typographi omittentis, ferè, penè, aut quid simile. Nam occisorum pullorum aquilæ nulla cura:

&

De aquilę philostorgia breuiter.

& Israëlitæ penè mortuis similes, non occisis. Aquilas nidum aliò transferre, vellem probassēt. nusquam memini legere, nec pullos quidem; qui *nidus*, non nisi metonymicè, vocari possunt. Nec aquila multipara est, nec erga prolem admodùm benevola, cùm rarò tres, vt plurimum duos tantùm pullos simul excludat, alterum tædio nutriendi expellit nido, & deturbat moriturum, nisi ab ossifragâ exciperetur. Auctores Aristoteles, Plinius, Albertus; & nescio quis Græcus apud Anto. in Melissâ his verbis; ἀδικώτατος περὶ τὰ τῶν ἐγγόνων ἐστὶν ὁ ἀετός. δύο γὰρ ἐξαγαγὼν νεοττοὺς, τὸν ἕτερον αὐτῶν εἰς τὰ γῆν καταῤῥήγνυσι, ταῖς πλευραῖς τῶν πτερύγων ἀπτοήμβρος; τὸν δὲ ὃν μόνον λαβὼν εἰσπέτεται, ὅθεν τὸ ἅρπυιαν ἐπίμονον, δεισιπτέμβρος ὢν ἐγέννησεν. τοιοῦτοι γὰρ γονέων εἰσὶν, οἱ ὅταν προφάσει πένιας ἐκτιθέμενοι τὰ νήπια, οἱ καὶ ἐν τῇ διανομῇ τῶν κλήρων ἀνισάζουσι πρὸς τὰ ἔγγονα. *Iniquissima circa pullorum educationem aquila est: alterum enim ex duobus quos exclusérit, in terram ejectum pulsu alarum allidit, & alterum tantùm educat, fœtu proprio, dum laborem fugit educationis, abdicato. Huiusmodi scilicet parentes illi sunt, qui paupertatis prætextu infantes exponunt: quique, in distribuendâ hæreditate, erga liberos nimiùm inæquales se exhibent.* Sic ille lib. 2. Melissæ cap. 10. Vnius ergo iam pulli dumtaxat amans est aquila, non pullorum, non nidi; & huic vni fortassis illa, quæ memorantur, paterna constant officia. hunc pullum fessum facilè concesserim humero portari, hunc ad volandum prouocari. sic enim illud *excitauit nidum*, noster optimè expressit, vt & cætera multò fœliciùs quàm Pagninus, vel Oleastrius expressit. Cur ego celebratur amor aquilæ in prolem, & Ælianus scribit ex omnibus eam animalibus maximi studij in fœtus suos existere & acerrimè nidum defendere? respondeo: hunc amorem esse in oua donec excludat; postquam exclusérit, ad vnum restringi pullum; in hunc durare donec commodè potest volare. tum enim expulsum, totâ vbi degit parens regione, ne prædam sibi præripiat, exterminato. hęc certa, & sufficiunt sacræ scripturæ explicandæ. si lubet his addè quæ acutè & eloquenter tradit Lud. Legionensis *in Abdiam, à fol.* 581.

Aelianus lib. 2 cap 40 histor anim.

Lud Legionens.

Antonij Melissa.

Aquilæ similes qui liberos exponūt; item qui in quotidā inofficio si.

Vt finiam, Adagio indicari censeo, amorem, curam, & velocitatem; qua Deus Israëlem, vt potè vnigenitum suum adoptione, reliquis repudiatis, populum in Ægypto vt oua fouit, liberando vt pullos exclusit, nutriendo in deserto, aluit, & ab aduersariis omnibus defendit: ad similem ergo vel Dei vel parentum, aut Principum beniuolentiam, sollicitudinémque transferre licebit.

Adagij vsus.

EX CAP. EODEM XIX. VERS. V.

ADAG. LXXXV.

Peculium esse.

ISraëlem Deus ait, si obediens obedierit mãdatis eius, fore sibi, לי סגלה מכל-העמים *li seghulah mikol-haammim, in peculium de cunctis populis*, vt noster vertit Hebraïsmum retinens; quem alij explicant, omnes illud *mi* pro *de* seu *pra*, capientes. LXX. περιούσιος ὑπὲρ πάντων, *peculiaris, selectus, eximius*, & quasi segregatus mihi, pretiosioris, & melioris conditionis quàm cęteri. Chaldæus, *coram me præ cunctis dilecti.* סגלה Nicolaus exponit *amicabilitas*, Caietanus *amabilitas*, id

Exod. 19. 5.

[Peculium esse.

LXX. περιούσιος.

Chald. Lyranus. Caietan.

Aquila. Theodotion Symmachus.

id est summoperè amati, Aquila etiam in abstracto περιούσιον; Theodotion περιποίησιν, acquisitionē. Symmachus ἐξαίρετον egregium seu præcipuum, docet D. Hieronymus ad Malach. c. 3. & in cap. 2. ad Tit. Eccles. 2.8. noster סגלה vertit *substantias*, more suo, pro opibus, Pagninus peculiaria, Arias peculium, Mercerus thesaurum desiderabilē. opes nempe quæ in thesauro asseruātur, & charissimæ habētur. Abenezra rem optatam, quæ ad gloriādum in thesauris reposita. Noster vertit *possessionem* Psal. 134.3. *Iacob elegit sibi Dominus, Israel in possessionem sibi.* vbi etiam Lxx. & Apollinarius κτῆσιν: quod explicatur, *Deutero. 32.9. Pars autem Domini, populus eius: Iacob funiculus hæreditatis eius.* Sed, vt hîc, *peculium*, vertit, 1. *Paralip. 29.3. Super hæc quæ obtuli in domum Dei mei, de peculio meo aurum & argentum.* hoc est de fisco regio non de ærario publico. *Malach. 3.17. Et erunt mihi, ait Dominus exercituū, in die qua ego facio, in peculium.* aptissimè vocat Deum exercituum, faciens peculij mentionem. Nam adagialis locutio ad castrense peculium alludit, quoniam in Israële à tyrannide hostiū liberando, Deus comparatur militi forti, *Exo. 15. v. 3 Dominus quasi vir pugnator, omnipotens nomen eius.* Solent autem charissima esse, quæ militari periculo, sudore & sanguine acquiruntur. Quàm verè igitur Christiani *peculium* CHRISTI dicendi? nimirum vetus ille Israël carnalis, huius spiritualis typus fuit, & peculiaris Dei populus vocatur. *Deute. 7.6. Quia populus sanctus es Domino Deo tuo. Te elegit Dominus Deus tuus, vt sis ei populus peculiaris de cunctis populis, qui sunt super terram.* idem repetit cap. 14. 2. & cap. 26. 18.

Pagninus. Arias. Mercerus.

Abenezra.

LXX. Apollinarius.

EX CAP. XXIII. VER. VIII.

ADA. LXXXVI.

Munera excæcant prudentes, & subuertunt verba iustorum.

Munera excæcant iudices, &c.

SI de corporis oculis ageretur, refelleret experientia. Lyncei manent, nulli excæcantur. de mentis oculis, hoc est sincero iudicio sermo est, propter tropum parœmialis. Cogit indignatio profari quod sentio. Immanè quàm malè de humano genere meriti fuerint: qui, quoad iudices, Xenia à muneribus distinxerunt. Non quòd nulla sit inter hæc distinctio: sed quoniam prauæ corruptelæ hominibus impiis ansam præbuerunt. cùm viderent sacros libros, & omnium sęculorū annales adeò grauiter munera, quæ iudicibus dantur, improbare. Xeniorum nomine auaritiam & iniquitatem suam obuelarunt. dictitare cœperunt illud notum Iurisconsulti, inhumanum nec à quoquam, nec vllâ in causâ xenium recipere, hoc ad viliora esculēta primùm, pòst ad pretiosiora produxerunt, à minoribus ad maiora, à ficedulis ad boues, à scyathis ad dolia, à tabulis ad latifundia, à drachmis ad talenta magna progressi. Sciunt & lugent ludificati, spoliati miseri, qui in tales δωροφάγους inciderunt. Quæ (sodes) ad iudicem quod attinet, in munerum quantitate discriminatio? Nihil oculo delicatius, nihil obstrui facilius: de oculo agitur, hoc est iustitię simplicitate ac puritate, cui vel minimus puluisculus, vel minimum fumi tenuissimi nocet. Verùm tu ferreas nact⁹ pupulas, in quas tutò cornuti boues incurrant, olei viníque

Contra iudicum xenia.

que cellæ deuoluantur, intrent syluæ, villæ, agri, prædia, vineta: nullã lucis pateris iacturam. hoc cæcior es, quòd cæcum te non esse ducis. Credo Spiritui sancto toties contrarium asserenti: huic te par foret credere, & auaritiæ animam tuam non credere. Crederes illi, si tibi cœlum auri cæno vilius non esset. ô demens! *triplici te fune ligabo.*

שחד לא חקה

Vtinam resipiscas! Habes hîc cap. 8. præceptum Dei, ô Iudex שחד לא חקה *Munus non accipies*: & ne temerè dictum putes, audi rationem, quæ fallere nequit, veritatis; quia *munera etiam prudentes excæcant*: ne tibi de prudentiâ blandiaris. Quantumuis oculatus fueris, vt aquila, vt serpens; oculi tui muneribus eruentur. hoc enim sonant Hebræa probè intellecta. Habes idem *Deuteron.* 16. 19. *Non accipies personam, nec munera: quia munera excæcant oculos sapientum, & mutant verba iustorum.* Habes denique idem de xeniis, *Eccles.* 20. 31. *xenia & dona excæcant oculos iudicum,* ξένια καὶ δῶρα ἀποτυφλοῖ ὀφθαλμοὺς σοφῶν. Sequitur: eadem, vt frenum, vel numisma ori iniectum, compescere linguam ne velit valeátque sceleratum corripere; & *quasi mutus in ore auertit correptionem eorum.* Verissimum dictum cuiusdam memini, *dona mentes & opera simul peruertere.*

δῶρα γὰρ ἀνθρώπων νόον ἤπαφεν ἠδὲ καὶ ἔργα.

Non aliter fit. *Munera enim* (vt ait Caietanus) *affectum mutant, & sic efficiunt, vt, si non speculatiuè, saltem practicè videatur accipienti fouenda, vel excusanda, vel tolerãda pars, à qua munera accepit.* tutissimum ergo & optimum, nulla recipere: Quid liceat, accuratè hîc Abulẽsis *q.* 8. Hodie non quod licet, sed quod insatiabili cupiditati libet, factitatur.

Caietan.

EX CAP. XXX. VER. XXIII. ADAG. LXXXVII

Caput myrrhæ.

Caput myrrhæ.

QVOD aliàs monui sæpe in primigenio sermone magis adagium sapere quod dicitur, quàm in translato, id hoc loco potest obseruari. Solent Græci, Latini, & Hebræi *capitis* nomine complecti, initium, causam, & quod in vnaquaq; re præcipuum est. hinc illa vulgò trita, *à capite* arcessere, ducere, repetere, apud Ciceronem obuia, & ἀκέφαλος μῦθος, *sine capite sermo*, Platoni: &, *à capite* seu à vertice *ad talos* seu ad imos pedes, Homero, Theocrito, Aristophani: *rei caput* Terentio: τῆς τυραννίδος κεφάλαιον, *caput tyrannidis* Luciano. Præiuerũt omnibus Hebræi, quibus *caput* est idẽ quod primum & nobilissimum cuiusq; rei, vt hîc *v.* 23. ראש מר דרור *caput myrrha libertatis, seu liberè fluẽtis*: hoc est, liquidæ & copiosæ, ac pinguis. Caietanus eodẽ sensu vertit *munda*: noster, *Prima myrrha & electa*: bene quoad sensum. Significatur enim lacryma myrrhæ sponte defluens, nondum adulterata. Chaldæus, *caput myrrha mundissima*, sic etiam Selomo, & Kimchi: ita habes alibi in Hebræo fonte, *caput aromatis Ezech.* 27. 22. vbi noster *prima aromata*, & *caput vnguentorum.* Amos 6. 6. vbi noster *optimum vnguentum.* Sic quod inter venenata virulentissimum & amarissimum dicitur caput & ראש *Threnor.* 3. 5. & *Osea* 10. 4. Sic sumitur *caput Sacerdotum* pro summo 2. *Paral.* 30. 10. & duces, *capita populi* dicuntur, 1. *Paral.* 16. 7. item *caput anguli. Psalm.* 117. 22. de quo aliàs, & *caput spoliorum*, 1. *Reg.* 15. 21. quod eorum præcipuum aut optimum.

Caput. Cicero. A capite arcessere, ducere, repetere.

Plato. Sine capite sermo. Homerus. Theocritus Aristophanes. A capite ad pedes. Terẽtius. Caput rei. Lucianus. Caput tyrannidis. Caietan.

Caput aromatis.

Caput vnguentorũ. Caput aspidis.

Caput Sacerdotũ. Caput populi Caput anguli, Caput spoliorũ.

ADAG LXXXVIII

IBIDEM EX GRÆCO.

Τὸ ἄνθος σμύρνης ἐκλεκτῆς.

Flos myrrhæ electæ.

Flos myrrhæ electæ.

EODEM sensu vsurpatum, quo superiùs, *caput*. sic Græci Latinique. Æschylus, ἄνθος Περσῶν, & ἄνθος Ἀργείων, *flos Persarum, flos Argiuorum*. Seneca, *Græciæ*, vel vt alij codices, *gloriæ florem*: & *Asiæ florem*: Theocritus, *Heroum florem*, Tyrtæus, ἥβης ἀγλαὸν ἄνθος, *pubertatis pulcrum florem*: Cassiodorus, *flos generis humani*. Lucanus,

Æschyl. Flos Argiuorum. Seneca. Flos Græciæ vel gloriæ Theocritus. Flos heroum. Tyrtæus. Flos pubertatis Cassiodorus. Flos generis humani. Lucanus.

Tunc flos Hesperiæ, Latij tunc sola iuuentus.

Flos Hesperiæ. Ausonius.

Ausonius, *in Centone*,

Flos veterum virtusq́, virum---

Flos virorum. Ennius.

Ex Virgilij 8. *Æneidos*. Sed & Ennius,

Flos inlibatus populi---

Flos inlibatus populi. Plautus.

Plautus Casinâ,

Ea tempestate flos poëtarum fuit.

Flos Poëtarum.

Et quod nostro myrrhæ flori vicinius,

Flos veteris Liberi.

Flos veteris vini. Simonides.

Simonides de Sophocle, ... ἄνθος ἀοιδῶν.

ἄνθος ἀοιδῶν. Incertus. Florũ spiritus.

Incertus quidam ex Platone,

Dulcemq́, florem spiritûs
Duco ex aperto tramite. [ne.

Catullus. Flos iuuenum.

Catullus frequẽs est in hac locutione.

Flos Veronensium depereunt iuuenum.

Flos gymnasij.

&, *Ego gymnasi fui flos, ego eram decus olei.*

Floscul. iuuentiorum Liuius.

& rursus,

O qui floscul. es iuuentiorum.

Flos iuuenum.

Vbi notata quædam horum Marco Antonio Mureto. *Liuius lib.* 8. *prima frons in acie florem iuuenum pubescentium habebat.* Hei sortem humanam! sicut dici solitum testatur

S Augustinus. Flos cinis.

Augustinus, *lib.* 2. *aduersus litteras Petiliani cap.* 62. iste *flos, cinis*. hodie floret, cras à vermibus absumitur.

Vt prophanis celebrius est adagium *floris*, & ideo Græcis se accommodantes Lxx. ita verterunt; sacræ Scripturæ vsitatius, à capite prouerbia formare, vt hoc loco Hebræus & Latinus contextus, & alijs quæ laudaui.

LXX. defensi.

EX CAP. XXXIII. VER. XI.

ADAG. LXXXIX.

Facie ad faciem loqui.

PLVS est quàm Græcorum φανὸν παρόντι, *præsens præsenti*; vel Hispanorũ *barba a barba*. Sed quid est amplius; Loquebatur (ait sacra Scriptura) Moyses ad Dominum *phanim el-phanim* פנים אל-פנים *facies ad facies*. Chaldæus, *mamlal im mamlal*, ממלל עם ממלל Lxx. ἐνωπίως ἐνωπίῳ, *intuens intuenti*, noster *facie ad faciem*. apud omnes additum; *sicut solet homo loqui ad amicum suum*. Hinc orta grauium virorum sed Hebraismi non admodum peritorum, meo iudicio, non conuincens nec necessaria collectio, visam à Moyse diuinam essentiam. Quasi non possit quis etiam hominem alloqui præsentẽ, quem non conspiciat, puta in tenebris: & quasi hoc ipsum, nempe videre essentiam suam, Deus mox Moysi non abnuat, cùm dicit: *Non poteris videre faciem meam. non enim videbit me homo & viuet. Exod.* 33. 20. quasi non satis remoto velo idem scripserint Gẽtium Apostolus, & dilectus CHRISTO discipulus, de cũctis, qui in hac vitæ viâ; Paulus ait; *Quem nullus hominum vidit, neq; videre potest. 1. Tim. 6. 16.* & Ioannes *in Euang. c. 1. 18. Deũ nemo vidit vnquam*. & iisdem verbis *1. can. 4. 12.* Non ignoro quid ad hęc respondeant: sed quàm violentæ sint expositiones, consideranti

Facie ad faciem loqui. Præsens præsenti Barba a barba. Chaldæus. LXX.

Moses an viderit essentiam Dei.

deranti verba, statim eluceſcit. Cur ergo additur verbum יהוה quod pertinet ad Dei eſſentiã? non quòd hæc Moyſi oſtenſa, ſed quia ipſe, יהוה Moyſi per Angelum locutus. Nam poſtea idem nomen additur, cum de populo fit ſermo. Quærunt etiam cur *Num.* 12. *ver.* 6. tam apertè hoc pro diſcrimine inter Moyſem & alios Prophetas referatur. Verba ſunt: *Si quis fuerit inter vos Propheta Domini in viſione apparebo ei, vel per ſomnium loquar ad illum: At non talis ſeruus meus Moyſes, qui in omni domo meâ fideliſſimus eſt: ore ad os loquar ei: & palàm & non per ænigmata & figuras, Dominum videt.* Hoc potiſſimùm loco nituntur fruſtra, niſi fallor. Agitur enim ibi non de ſingulari ſiue vno tempore viſo Deo, ſed de frequenti & ordinariâ viſione. Opponitur modus quo Deus ſolitus ſe manifeſtare prophetis aliis, modo quo Deus ſe manifeſtare conſueuit Moyſi. An igitur contendent ordinariè à Moyſe viſam Dei eſſentiam? quàm parùm abeſt, quin ordinariè beatũ faciant? R. Moyſes Africanus cenſuit diſcrimen in eo poſitum, quia cæteris Prophetis Deus loqui ſolitus per Angelũ; Moyſi per ſeipſum. Quod difficultatẽ non tollit. Alij Rabbini in eo quòd cæteris locutus mediis ſpeciebus viſibilibus phantaſiæ impreſſis, Moyſi verò ſine illis immediatè: ſic Ioſeph Albo apud Maſiũ. His prætermiſſis; breuiter ſciendũ, *loqui facie ad faciem*, & *loqui ore ad os*, quod Lxx. dicunt στόμα κατὰ στόμα, & Hebraicè eſt פה על פה idem prorsùs ſignificare: quare Chaldęus eodem modo ſemper reddit: *verbum ad verbum*: Tertullianus *lib. contra Praxeam* explicat *coràm*, non plenè. Nec requirit phraſis iſta, vt loquentes ſe inuicem videant ſine velamine, ſeu apertè: nam cæcus cęco os ad os loqui poteſt, & nocturnis tenebris præſens præſenti: ſed alia requirũtur tum ex perſonâ loquentium, tum ex modo loquendi. Ex perſonâ quidem vt nec dormienti, nec abſenti quis loquatur; ſed vigilanti, & non adeò remoto, quin probè agnoſcat loquentem, & audiat. Quo ad perſonam, hîc nullum diſcrimen eſt ex parte Dei, qui vbique præſens, omnibus Prophetis & Moyſi: & probabilius eſt, Moyſi quoque locutum per Angelum: ſæpe quoque aliis Deus per Angelos vigilantibus in viſibili corpore apparens locutus, vt Ioſue cap. 5. 13. Manue & vxori Iudic. 13. & Gedeoni cap. 6. nec ad rem facit, quòd hi Prophetæ non fuerint. Diſcrimen ergo petendum ab ipſo manifeſtationis modo, quo Deus vſus fuit. ſic occurrit duplex differentia; prior quòd aliis Prophetis, vel dormientibus in ſomnis, vel vigilantibus viſione imaginariâ loqui ſolitus: Moyſi verò vigilanti, & in formâ viſibili. poſterior, quòd aliis mentem ſuam, & quæ fieri volebat, vel facturus erat, indicabat; ſub inuolucris figuratum & ænigmatum, aliud oculis offerentium, & aliud ſignificãtium, v.g. (virgam vigilantem) (ollã ſuccenſam) & huiuſmodi: ſed Moyſi ea manifeſtabat ſine his inuolucris, clarè, & apertis verbis, & planè familiariter, ſicut amicus cum amico agere conſueuit. Sic ergo illic dicitur Moyſes Deum *videre*; hoc eſt voluntatem Dei accipere & intelligere; Deum inquam videre, non quoad ſubſtãtiam ſiue eſſentiam, ſed quoad reuelationem. hoc eſt non vt exiſtentem, ſed vt reuelantem. Et quia Deum repræſentãs Angelus ei non loquebatur in nuncij perſonâ, hoc eſt in ſuâ; ſed in perſonâ Dei, v. g. non dicens, Deus iubet vt facias;

R. Moyſes African⁹. Aliorum Rabbinorum.

Ioſeph Albo.

Vera explicatio. Os ad os loqui.

Chaldæ⁹. עַל פֶּה פֶּה

Tertullianus.

Propria quia Moyſes vidit Deũ.

sed iubeo fac hoc vel illud & similia; non est mirum, si hunc Angelum videns, Deum videre dicatur. A persona Angeli apparentis quatenus apparens erat, discrimen non petendum. Nam, quia in corpore assumpto vel repræsentato apparebat, adhuc in ænigmate apparebat; spectando solã apparentis personã.

Facie ad faciem videre

Vim verò phrasis esse, quam dixi, constat ex aliis locis sacræ Scripturæ, vbi phrasis eadem habetur. fatentur tamen aduersarij Dei essentiam visam non fuisse. *Genes.* 32.30. *Vocauitq; Iacob nomen loci illius Phanuel, dicens; Vidi Dominum facie ad faciem.* non facit autẽ ad rem, quod illic אלהים *Elohim* habeatur. Nam *Deut.* 5.4. habes יהוה *Facie ad faciem locutus est nobis in monte de medio ignis.* vbi Κύριος Græcè; & Chaldaicè additum, nomen ineffabile. imò Hebraicè ad verbum est, *locutus vobiscum* יהוה: quis autem dicat essentiam suam populo ostendisse? *Ierem.* 32.4. de duobus regibus, *loquetur os eius cum ore illius, & oculi illius oculos eius videbunt.* Sensus: Sedecias in conspectum Regis Nabuchodonosor adducetur, & ei sistetur, & per se, non per nuncios, vel literas ei loquetur. Ne causeris de Deo aliud dicendum: ipsemet Deus ait de populo Israëlis, eum increpans, *Ezech.* 20. 35. *Et adducam vos in desertum populorum, & iudicabor vobiscum ibi facie ad faciem.* an etiam illis, quos meritò castigabit, tum quando iratus, ostensurũ dices essentiam suam? Adagialis itaque locutio est, sic explicanda, quotiescumque de Dei in viâ visione sacra Scriptura loquitur: nam si de beatorum visione in patriâ, fit sermo, fateor *videre Deum facie ad faciem*, essentiæ diuinæ claram visionem intelligendam, & opponi visioni per speculum in ænigmate 1. *Cor.* 13. 12. *videmus autem nunc per speculum in ænigmate*, βλέπομεν ἐν αἰνίγματι, tunc autem *facie ad faciem*, πρόσωπον πρὸς πρόσωπον. id est, (vt Chrysost. hom. 34. & Oecumenius explicãt,) σαφέστερον καὶ τρανότερον, *apertius & manifestius.* Chrysostomus. Oecumenius.

Ex his facile est intelligere, quantò magis consentanea sit de visione Moysis vetustissima, iam inde ab Apostolicis temporibus, hæc sententia negatiua, quæ fuit magnorũ Martyrum S. Dionysij Areopagitæ, & B. Irenæi, vt cæteros omittam; quam accuratè tuentur nostri Scholastici Molina. *in* 1. *p. q.* 12. *ar.* 11. *disp.* 2. & Gabriel Vazques *d. ar.* 11. *disp.* 55. *per totam.* S. Dionysius Areopagita. Irenæus. Molina. Vazques.

EX EODEM CAP. VER. XII. ADAG. XC.

Nosse ex nomine.

Exo. 33. 12.

DEVS vt indicet Moysem sibi gratiosum, ait d. 1. v. 12. ידעתיך בשם *Noui te in nomine* siue *ex nomine*, vt vertit noster. Chaldæus, *Vocaui te ex nomine*, hoc est solitus sum compellare nominatim. clariùs adhuc Lxx. οἶδά σε παρὰ πάντας, noui te præter omnes. plus gratiâ vales apud me, quàm cęteri; meliùs te noui cęteris, notitiâ videlicet approbationis. Puto quod sequitur, *& inuenisti gratiam coram me*, esse præcedentis interpretationẽ. Cùm enim Deus dixerit duo; *noui te ex nomine, & inuenisti gratiam apud me:* Moses alterum tantùm repetit; *Si ergo inueni gratiam in conspectu tuo.* Significauit ergo hac parœmiali phrasi Deus, Moysem sibi familiariorẽ cęteris, vtpote quem non de facie tantùm, nec monitu nomenclatoris (vt solent pleroſq; subditos Principes nosse) sed etiam de nomine norit, & vocet; quod intimorum est inter homines. Hebræum Nosse ex nomine.

EX CAP. XXXIIII. VER. XXX. ADAG. XCI.

Cornuta facies.

Nosse pro approbare & fauere.

Damascenus. Nicephorus Blemmidas.

Syrus. Scientia approbationis.

Cognoscere pro frui carnaliter, cur dictũ.

Nescire pro odisse.

Caietanus

Cornuta facies.

Pictorum error.

Bacchi cornua.

Cippi cornua.

Ouidius. Valer. Maximus.

LXX.

glorificatus aſpectus cutis faciei. Bona paraphraſis, quam ſecutus etiam Chaldæus. Chaldæus, *quòd multiplicatus eſſet ſplẽdor gloriæ vultûs ſui.* Quod caput eſt ita fuit interpretatus Apoſtolus 2.*Cor.*3 7 dicens *ita vt non poſſent intendere filij Iſraël in faciem Moyſi, propter gloriam vultus eius,* διὰ τὴν δόξαν τοῦ προσώπου αὐτοῦ: vbi gloria ponitur pro ſplẽdore & maieſtate quadã corporeos oculos præſtringente vt appareat *cornutã faciẽ* dici luminoſam & promicantẽ, quæ quaſi quoſdam radios fulgoris, inſtar cornuum prominentium emittat, Latini *radiatam* dicunt. Ideo velabat faciem, ne tam claro iubare intuentium oculos percelleret: nam ſi vera cornua fuiſſent, velo non ſatis contecta fuiſſent, ſed velum protuberantia eleuaſſent. Sic itaq; pingendus Moyſes facie radiatâ: vt cælites pingimus, quorum radij, *cornua* ab Hebræis dicerentur; qui *cornua* pro robore, maieſtate, regno vſurpant; & quantũ memini, laudi ſemper adſcribunt, vt patebit ex variis adagiis quæ poſtea explicabuntur.

ADAGIALIA SACRA EX LIBRO LEVITICI.

ADAG. XCII.

EX CAP. XVIII. VER. XXVIII.

Euomere gentes, vel *homines.*

Euomere gentẽ, homines, habitatores. De terrâ vt de animatis loquuntur.

Terra deuorans.

Terra euomit. LXX.

Theodoretus.

Euomere aliquem. Caſſianus.

Vomitus pro re deteſtabili.

ADmonet legiſlator *Cauete ergo ne & vos ſimiliter euomat* (terra) *cùm polluerit is, ſicut euomuit gẽtẽ quæ fuit ante vos.* & verſ. 25. *Vt euomat habitatores ſuos.* De terrâ metaphoricè; tãquam de voraci belluâ, quoniam cadauera abſumit, ſacra ſcriptura loquitur, ſicut etiam mugitus raucos poëtæ illi tribuunt. Voracitas datur *Num.*13.33. *terra quam intrauimus deuorat habitatores ſuos.* Cui vorare, & etiam euomere conuenit, & quod ingratum & graue ſtomacho; quod abominatur enim id quaſi vi expellit, vt ſolet inualidus ſtomachus edulia corrupta & noxia, קאה *kaah* propriè ſignificat *euomere*: ſed LXX. idiotiſmum explicant, προσώχθισεν *aggrauata eſt.* Idcirco enim euomuit, quia ſentiebat ſe aggrauari, & contaminari quodámodo à tam ſceleroſis. Poteſt etiam vox Græca reddi, ſtomachata, indignata fuit. Egregiè Theodoretus explicat μὴ βδελύξηται, ὡς ἐβδελύξατο. *Ne execretur ſicut execrata fuit*, &c. Sic enim de iis quos Deus abominatur legimus *Apo.* 3. 15. *incipiam te euomere ex ore meo.* Id eſt, execrari Caſſian. *collat.*4.*cap.*19. *Quòd nauſeâ compellente proiicimus, odibilius deteſtamur.* nõ dicã labiis admouere ſed eminus intueri ſine ingenti horrore non poſſumus. Vnde factum vt ſoleat *vomitus* pro maximè deteſtabili reuſurpari, velut pro abominatione; *menſæ plenæ vomitu, ſordibúmque.* Iſai. 28.8. *Allidet manum Moab*

in

in vomitu suo. Ier. 48. 26. Hinc *vomitus ignominiæ*, vt noster bene vertit *Abac.* 2. 16. hinc aliud adagium, *Canis ad vomitum. Prou.* 26. 11.

ADAG. XCIII.

EX CAP. XIX. VER. XIV.

Non maledices surdo.

Nō maledices surdo I. Expositio.

VAriè exponitur. Glossa interlinearis capit de inobediēte, cui non est maledicendū sed corrigendum eum ait. Verum hoc. Meliùs tamen conuenit, quod visum

II. Gloss. ordin & Liran. Horatius.

Glossæ ordinariæ & Lirano, dici de illo qui non audit, nēpe de absente contra quos Horatius.

. . . Absentem qui rodit amicum,
Qui non defendit alio culpante.
. . . Hunc tu Romane caueto.

D. Augustinus.

Quò pertinet illud D. Augustini;

Quisquis amat dictis absentum rodere vitam;
Hāc interdictam noueris esse sibi.

Adscripserat mensæ suæ, vt conuiuæ futuri legerent, & linguæ frenum iniicerent.

III. Caietanus.

Caietanus de surdo propriè dicto interpretatur, & subaudit: licèt ille non audiat, Deus tamen audit, & punit. Bene quidam Tragicus,

Infiens oris vectigal calamitas.

IV. Tostatus.

Possumus cum Abulensi de vtroque accipere, de surdo, & absente, par enim iniquitas est, cùm neuter suam causam queat defendere.

ADAG. XCIV.

IBIDEM.

Nec coram cæco pones offendiculum.

EOdem pertinet, quò superiùs. Nam primò intelligendus verè cæcus, oculis corporeis orbus. Quid enim inhumanius quàm videre non valenti, obiicere in quod impingat, & corruat. Secundò per

Cæco non ponendo offendiculum. I. Ioseph.

II.

tinet ad animi cæcitatem, nempè imprudentiam, ignorantiam, simplicitatem. Sceleratum enim valdè ignaros decipere, indoctos in errorem pellicere, simplices circumuenire, aut imprudentibus malum vel scandalum obiicere. *Marci* 9. 42. *Quisquis scandalizauerit vnum ex his pusillis credentibus in me, bonum est ei magis si circumdaretur mola asinaria collo eius, & in mare mitteretur.* Vtrumq; coniunxit Philo Iudæus li. περὶ κατας. ἀρχ. *de creatione Principis* & elegantissimè explicuit, his verbis, sunt enim dignissima, quæ referātur: ὅτως μηδὲ ἐς μηδὲν ὠφελοῦσαν κακηγορίαν, μᾶλις᾽ ἂν καφεῖν, ὅσῃ ἀδικίαι ὧν ἀδικεῖται δυνάμενον λαβεῖν. εὐδὲ ἐν τοῖς ἴσοις παρ᾽ αὐτὸ τοῦτο ἀμύνασθαι. μάχη γὰρ πασῶν ἐκτοπωτάτη, καθ᾽ ἣν τὸ μὲν ἕτερον μέρος ἐν τῷ δρᾶν ἐξεταζεῖται, τὸ δ᾽ ἕτερον ἐν τῷ μένειν παγίως. τοῖς δὲ κακηγόροις τὰς αὐτὰς δοὺς καὶ τὰ ὦτα βεβλαμμένους, ἐμοὶ μὲν ἀδύνατα δρᾶσιν οἱ τυφλοῖς, ὀλισθοῦσι ἐμπεσοῦσιτες, καὶ ἕτερα ἄτλα ἐν ποσὶ τιθέντες. αὐτὰρ καὶ γὰρ ἐυχῆς τὸ ὄντας ὑπερβαίνειν δίκαιον, περιπλαίσαντας ἀμφότερα καὶ τῆς ὁδὸν δρᾶν μαστάνειν, καὶ τὰς βάσεις βλάπτεσθαι. τοῖς δὲ τῶν τοιούτων εὑρεταῖς καὶ ζηλωταῖς ἐπανατείνεται τὸν ἐκ τοῦ θείου φόβον ὁ νόμος εἰκότως καὶ προσηκόντως, ἐπειδὴ μόνος οὗτος πρὸς χεῖρ ὑπερέχει, καὶ παρασπίζει τῶν αὐτοῖς ἑαυτῶν ἀδυνατούντων, καὶ μονονοὺκ ἀντικρύς φησι τοῖς ἀδικοπραγοῦσι τὰς περιπλημμελημένας. ὦ κακοὶ φρενῶν, λήσεσθε νομίζοντες τελέως ἀγκύμονες τὰς ἐκείνων συμφορὰς, καὶ εἰς ταὐτὸ ἐξαμαυτάνοντες, περὶ ἃ συμβεβήκασιν ἀτυχῆ αὐτοῖς, ὥστε μὴ δρᾶν κακηγορίαν, ἐφθαλμῶν ἢ δρᾶν τῶν ἐν ποσὶν ἐλισθόντων, τὸν ἢ παντὸς ἔφορον καὶ δίκην

Philo Iudæus, vt prime explicet hoc adagium.

πον θεὸν ὐδέποτε λήσεθε, καιοπραγίαις ἀθλίων ἀνθρώπων ἐπεμβαίνοντες, οἷς ἰᾶς ὁμοίας κῆρας οὐκ ἐνδέξομενοι, σῶμα μὴ πάσαις ἀλωτὸν νόσοις ὑπάρχοντες, ἀισθήσεις δ' ὑπερφώνους ἔχοντας, ἃς μικρὰς ἕνεκα καὶ τῆς τυχούσης τροφάσεως οὐκ ἀμαυροῦται μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀνάτους ὑπομένουσι πηρώσεις. τοὺς οὖν ὑπολελειμμένους μὴ ἑαυτῶν, ὑπερυβρίζοντες δ' ὁμοίους εἶ) τῆς φυσικῆς ἀνθρώπων ἀσθενείας, ἐκπεφευγέναι ὑπὸ τὰς ἀσθενείας, καὶ ἀτειμάρτους ὄντας τῆς τύχης ὑπὸ βυλὰς, ἡ πολλάκις ἀιφνιδίους σκηπτοὺς ἐπέρριψε, καὶ ἐυπλοίᾳ δίκῃ χρωμένους μενοεικὲς ἐν αὐτοῖς λιμέσιν ὐδαιμονίας κατέλυσε. τί δεῖ μεγαλαυχεῖν καὶ ἐπεμβαίνειν συμφοραῖς ἑτέρων, μηδὲ πλὴν πάρεδρον δίκην ἡγεμόνα αἰδεμένους, λῃθεμις ἀκειμήτους καὶ ὀξυωπεστάτους ὄμμασι, καὶ τὰ ἐν μυχοῖς ὡς ἐν ἡλίῳ καθαρῷ πελαβρεῖν. ὅυτοι μοι δοκοῦσι μηδὲ ἂν ἐλεηλεσθηκότων ἀποχέσθαι, δὶ ὑπερβολὴν ὠμότητος, ἀλλὰ τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο ὦφ' ἑπολλοῖς, μὴ ἂν ἐκπῆσαι νεκρὸς ὑπισφάτλεν, ἐπεὶ καὶ μέρεσι τοῖς τρόπον τινὰ προτεθνηκόσιν ἐαλύειν καὶ ἐνιβρίζειν ἀξιοῦσιν. ὀφθαλμούστε γὰρ μὴ βλέποντες νεκροὶ, καὶ ὦτα μὴ ἀκούοντα, ὥστ' εἰ καὶ μέρη ταῦτ' ὄξιν ἐξ ἀνθρώπων ἀφανισθείη, τὸ ἀνάλγες καὶ ἀσύμβατον ὑπόδειξονται, μηδὲν ἀνθρώπινον καὶ συμπαθὲς, δράσαντες ἃ τετελευτηκόσι καὶ ὡρὲς ἐχθρῶν ἐν ἀπηύκτοις πολέμοις σώζεται. Quæ sic reddidit interpres, non æquauit; *Ne quis impetat alterum conuicio, præsertim surdum, quū ne sentiens quidem iniuriam, par pari referre nō potest; est enim iniquissima conflictatio, vbi alterâ parte agente, altera tantùm patitur. Quisquis autem muro surdoq; facit conuicium, similis est faciemi caco offendiculum, & obiicienti præ pedibus, quod cùm illi transcēdere nescīt & aberrant à viâ, & impingendo cura obladunt. Hos & eorum similes lex meritò, minis cælestibus intentatis, territat. Quandoquidem solus Deus protegit nō valentes sibi ipsis succurrere. Videturq; illa tantùm non his verbis increpare iniurios: ô vacua cerebro capita, creditis vos latere posse, dū illuditis miseris, & calamitates eorum irridetis, maledicēdo surdis auribus & cæcos inducendo in lubricum? certè Deum inspectorem speculatorémq; rerum omnium non latebit vestra insultatio petulans, cùm & ipsi circumferatis corpora similibus malis exposita, & sensus vitiabiles, leuiq; momento hebetari facilos, & interdum post acceptum detrimētum insanabiles. Itáne immemores vestræ conditionis putatis vos exemptos ab humanis necessitatibus naturalibus, & ab incertis inexpectatisq; fortunæ insidiatricis casib.? quæ sæpe repētino percellit vulnere, & in mediâ vitæ tranquillitate, tantùm nō in portu nauigantibus infert, naufragium. Quid opus est, vos insultare alienis miseriis, quasi nō iustitia diuino tribunali assideat, quā reuereri debueratis, insopitis oculis lustrantem omnia, vel in penitissimis recessibus, haut secus ac in luce clarissimâ? Talium crudelitas, opinor, non abstineret nec à mortuis iniuriam, iugulatura hos quoq;, iuxta vulgare prouerbium. Quandoquidē paribus quodammodo præmortuis non verentur illudere: oculi enim dum non vident, sunt mortui, sicut aures dum non audiunt. Itaque si post cladem membrorū suorū, etiā totus homo tolleretur è medio, ne tum quidem ad miserationē moueretur istorum inhumanitas, adeò alieni sunt ab omnibus humanitatis affectibus, quos etiam infensissimis hostibus nonnūquā exhibemus post obitum.* Ex his Philonianis discāt pueri, quàm graue peccatum sit subsannare defectus naturæ, quibus alij imbecilliores; & causam cernimus, cur in similes, Elizæo Prophetæ illudentes, ira diuina repentè irruerit, tradens vrsis deuorandos, qui viro Dei caluiciem exprobrarant. 4. *Reg.* 2. 23. *Quod autem de conflictatione iniquissimā, vbi vno agente, alter tantùm*

pati

patitur, dixit; priùs *in Comœdiâ* Terentius expresserat, *in Adelphis*, vbi Sanio,

Terētius.

. . . numquam vidi iniquiùs
Certationem comparatam, quàm
hac hodie inter nos fuit.
Ego vapulando, ille verberando, vſ-
que ambo defeſſi ſumus.

Huic diuino præcepto ſimile eſt quod habes *Deuter.* 27. 18. execratorium, *Maledictus qui facit errare cæcum in itinere.* Nam cæcitas illic, & ad corporis, & ad animæ oculos, hoc eſt ignorantem, vel imprudentem pertinet, vt rectè Strabus, Lyranus & cæteri. Hinc Athenienſes didicerunt, qui Cicerone teſte. 3. *de Offic.* ſoliti publicis execrationibus eum deuouere, qui viam erranti non demonſtraſſet. Contrà laudat hominem, *qui errantí comiter monſtrat viam.* Nam,

Maledictus qui fallit in itinere oſtend.

Athenienſium lex. Cicero.

Ennius.

Quaſi lumen de ſuo lumine accendat facit.
Vt nihilò minùs ipſi luceat, cùm illi accenderit.

Quid feciſſent Iudæi ſi præceptũ id illis non fuiſſet; qui, quod præceptum, ad ſolos circumciſos reſtrinxerunt? Iuuenalis ait, *Sat.* 14.

Iudæorũ inhumanitas.

Iuuenalis.

Non monſtrare vias eadem niſi ſacra colenti:
Quæſitum ad fontem ſolos deducere verpos.

Vbi fallitur Britannicus credens Iuuenali, Moyſis hoc decretum fuiſſe.

Britannicus.

ANAG. XCV. EX EODEM CAP. VER. XVI.

Non comedere placẽtas in populo: Item; *non ambulare fraudulenter.*

Placentas comedere.

HEbræa, לא תלך רכיל *Lo thelech rachul* ad verbum ſonat, *non ibis fraudulenter* vel *non ibis detractor.* Lxx. ἀπὸ πορεύου δόλῳ, *Non ambulabis dolo.* Noſter phraſim explicuit, *Non eris criminator in populis.* Chaldæus, *Lo theschul kurſin,* קרצין לא תיכול, quidã vertunt vt noſter, alij explicãt adagialiter; *Nõ comedas placẽtas*, id eſt, nõ paraſiteris, non aſſecteris aliorum lauta conuiuia. Belgæ dicimus, *aſſentatores obtrudere placẽtas*: Hebræi contrà, *placentas aſſectari.* Iarrius refert ad morem eorum, qui gnatonibus delectabantur, alere illos opiparè, & lautioribus ferculis paſcere; vt ſic eorum accenderent dicacitatem, & mordacitatẽ acuerent. Nã ſolent paraſiti, vt dominos oblectent, aliorũ ſiue præſentium, ſiue abſentiũ vitam carpere, mores arrodere, dicta factáque in peius detorquere, & calũniari רכיל deducunt à radice רכל *rachal*, miſcuit; nempe רכיל *rachul*, qui miſcet & cõcinnat potum criminatoriũ, quouis veneno amariorem. Hebræi etiam vocant מלשין *Malſin*; receptâ ab Hiſpanis voce, *malſin*: y *malſinar.* vicinum vocabulum רוכל *rochel*, pigmentarium, pharmacopolam, negotiatorem denotat. *Quia* (inquit Abenezra) *ſicut mercator quod ab vno emit alteri vendit: ſic detractor quod ab vno audiuit, fucis & mendaciis interpolatum & mixtum alteri propinat, & obtrudit.* Dauid Cãmius ita ſcribit: *vt pigmentarius varias commiſcet ſpecies, & negotiator ventris cauſa huc illuc diſcurſat: ita paraſiti & criminatores vtrò citróque commeant, vt habeant quod in aures auditorum infundant, & ita ſpargentes litium ſemina, vnanimitatem ſoluant, & amicos inter ſe committant. En tibi peſtem diriſſimam: melle hæc placentula.* Vides etiã cur *ambulandi* vocabulo hac in ré Hebræi vtantur. *Prouer.* 11. 13. *Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana. Holech Rachil* הלך רכיל Chaldæus vertit vt hîc Lxx. ἀπὸ δόλω-

Conciliatæ verſiones.

Aſſentatores etiã criminatores Iarrius.

רכל

מלשין Malſin Hiſpan.

רוכל

Abenezra.

Dauid Cãmius.

Ambulare fraudulẽter.

exec. *Vir bilinguis, Prou.*20.19. *ei qui reuelat mysteria: & qui ambulat fraudulenter, & dilatat labia sua ne commisceatis.* LXX. περιεύεται διγλώσσος, *ambulat lingua bifulca.* Ierem.6.28. *omnes isti Principes declinantes, ambulates fraudulēter.* LXX. περιπορευόμενοι σκολιῶς, *ambulantes tortuose*, hoc est, per calumniam opprimentes. Hebraicè semper eadem est locutio, tot modis à LXX. explicata. *Ezechiel.*22.9. רכיל noster *detractores* LXX. *Latrones* λησταί. Chaldæus, vt hic, *kurso.*

Caietan

Caietanus hoc loco, ab omnibus recedit, & vertit, *exploratorem*, & exponit, *non tibi ad explorandum facta aliorū, vt inuenias quod improbes, traducas, calumnieris.* Sic tandem recidit in communem sententiam.

ADA. XCVI.

EX CAP. XXVI. VER. V.

Apprehēdit tritura vindemiā & vindemia occupat semētem. Abundātiæ.

Apprehendet messium tritura vindemiam, & vindemia occupabit sementem.

Mirè fœcūda est sacra Scriptura in fertilitate describendâ, vt videatur cum eâ loquendo certare. Notaui quædam adagio. XLV. & LII. & LXI. adiiciam tropos parœmiales nihilominùs elegantes. *Hoc ver.*5. *Apprehendet messium tritura vindemiam, & vindemia occupabit sementem.* Tanta futura vini copia, vt non possit cellariis recondi, antequàm messis tempus adueniat: & messis rursū tāta futura vbertas, vt nequeat demeti, colligi, triturari priusquam vindemiationis nouæ necessitas te opprimat. Idem sensus est Amos 9.13. *comprehendet arator messorem, & calcator vuæ mittentem semen.* Non sufficies frugibus demetendis, sed nouæ sementis tempus vrgebit te stiua manum admouere: & prælo vacare copia vini adiget etiam tempore sementis iaciendæ. Tale quod sequitur v.10. vt qualitas quantitati iungatur.

EX EODEM CA. VER. X.

ADA. XCVII.

Comedetis vetustissima veterum, & vetera nouis superuenientibus proiicietis.

Comedere vetustissima veterum, & vetera nouis superuenētibus abiicere. Abundātiæ.

TAm bona erūt cuncta frugum genera, vt & diutissimè seruata, meliora fiāt: tanta quoque bonitas nouarum erit, vt veteribus sint præferendæ: & ideo præ nouis vetera abiiciatis; non modò propter superabundantiam, sed etiam propter nouarum frugum excellētiam. Copiæ & bonitatis certamen erit.

IBIDEM VER. XIX.

ADAG. XCVIII. Cælū ferreum & terra ænea. Sterilitatis.

Cælū sicut ferrū, & terra ænea.

ELegans similitudo. Nubes (ait) ita condensabo & claudam, ne pluant: cœlum indurabo & conspissabo, vt nec lucē trāsmittat, nec influat inferioribus corporibus: terrā tantopere desiccabo, & arefaciā, & constipabo, vt non magis queat quicquā producere quàm æs. sic ferè Chaldæus. Confirmant explicationē loci similes. *Aggæi.*1.10. *Propter hoc super vos prohibita sunt cæli, ne darēt rorē, & terra prohibita est ne daret germen suū: & vocaui siccitatem super terrā.* Quod hîc *cælum ferreum* alibi vocatur, *clausum.*3.*Reg.*8.35. *Si clausum fuerit cælū & non pluerit, propter peccata eorum, &c.*17.1. Elias minatur Galaaditis, *si erit annis hisce ros & pluuia*; quod Saluator noster explicat, *Luc.*4.25. *Quando clausum est cœlum*

Cælum clausum.

cælum annis tribus, & mensibus sex: cùm facta esset fames magna in omni terra.

S. Ambrosius. D. Ambrosius *lib. 2. Hexam. cap. 4.* docens quid sit cælum ferreum, duas interpretationes suggerit: vnâ, significari aërẽ subobscurum, pressum, nubilosum, ferrugineum: alterâ, quãdo nullis nubibus imber rumpitur. Idem *tractatu symbolum*, notat hoc dici, non quòd elementorum natura mutetur, sed quòd per æs & ferrum pœnarum magnitudo monstretur. Homerus etiam *in Odyss.* vocat οὐρανὸν σιδήρεον, *cælum ferreum.* Sed ille pro incorruptibili & immobili posuit: quo sensu alij quoque poëtæ dixerunt æreum, vt de empyreo loquens Orpheus,

Homerus.

Orpheus.

ἵστις γῆ χαλκεον ἐς οὐρανὸν ἐστήριξας,
χρυσείῳ ἐπὶ θρόνῳ, γαίης ὑπὶ πασὶ βίβηκε,
χειρὶ τέρμα δεξιτερὴν ὑπὲρ ἕρμασε Ὠκεανοῖο.

Ipsius sedem æreo in cælo firmauit,
Aureo in throno: pedibus terra inambulat,
Dexteram vsque ad Oceani limites porrigit.

Illud χάλκειον ex Iobo furatus, qui *cap. 37. 18. Tu forsitan cum eo fabricatus es cælos, qui soliditate quasi ære fusi sunt,* aliud de aureo throno, & pedibus terram calcante, *ex Isaia 66. 1. Hæc dicit Dominus: Cælum sedes mea, terra autem scabellum pedum meorum.*

ADAG. XCIX.

EX EODEM CAP. VER. XVII. ET XXXVI.

Fugere, & cadere nemine persequente, Terreri à sonitu folij.

PANICI terroris mentionem feci superiùs adagio XLI. sunt aliæ quoque paræmiæ sacræ, quibus clarè admodum proponitur comes inprobæ conscientiæ animus inquietus & pauidus. *v 17. fugietis nemine persequente*, & vers. 36. *Cadent nullo persequente*, & paulò antè; *dabo pauorem in cordibus eorum in regionibus hostium, terrebit eos sonitus folij volantis, & ita fugiẽt gladium.* Plus autem dixit Moyses cùm addidit *volantis.* Nam hic minor est, quàm adhuc hærentis in ramo suo: significat leuissima quæque maximam formidinem allatura. Pro *pauore* Hebraicè est *Morech* מרך quæ vox mollitiem & teneritudinem minimè virilem significat: ideo peritè admodùm B. Gregorius Nazianzenus huc alludens ἀνανδρους dixit, vt sic vsurpem, *enervatos*, cùm canit foliorum sonitum: lepusculos; effœminatos verò viros vmbras rerum perterrefacere,

Fugere (item cadere) nemine persequente. Terreri à sonitu folij.

מרך

Nazianzenus.

φύλλων λαγωὸς ἐκφοβέουσιν οἱ κλύοντες,
ἄνδρας δ' ἀνάνδρους αἱ σκιαὶ τῶν πραγμάτων.

Nimirum huiusmodi vmbraticis terriculamentis mundus, caro, & dæmon nos territant: ridebimus ea, si viri sumus. Idem Horatius expressit comparatione trepidi hinnuli, quærentis matrem aliis montibus,

Horatius.

Non sine vano
Aurarum, & siluæ metu.
Nam si mobilibus vernis inhorruit
Adventus foliis: seu virides rubum
Dimouere lacertæ,
Et corde & genibus tremit.

Aristoteles in Ethicis ad Nicomachum aliunde sumpsit prouerbium; πάντα δ' ἰδίναι, καὶ σοφὸν

Aristoteles.

μῦς. *panere omnia, etiam cùm mus obstrepit.* Hoc timidorum proprium esse Sophocles docuerat in Acrisio, à quo fortè sumpsit philosophus,

Sophocles

ἅπαντα γὰρ τοι τῷ φοβουμένῳ φοβερά.

Nihil non timido obstrepit.

Vide peccatis impuratos, quàm animis imparati? *Iob* 15.21. *Sonitus terroris semper in auribus illius: & cùm pax sit, ille semper insidias suspicatur. Nò credit quòd reuertì possit de tenebris ad lucem. circumspectans undique gladiũ. Cùm se mouerit ad quærendum panem, nouit quòd paratus sit in manu eius tenebrarũ dies. Terrebit eum tribulatio, & angustia vallabit eũ, sicut regem qui præparatur ad prælium.* Prou.28.1. *Fugit impius nemine persequente, iustus autem quasi leo confidens absque terrore erit.* Sed omnium copiosissimè Spiritus sanctus in Ægyptiis hoc expressit: cùm enim *Sap.* 17. 10. dixisset, timidam nequitiam dare testimonium condemnationis: perturbatam enim conscientiam semper sæua præsumere, v. 17. exemplis metum declarat, inquiens, *sine spiritus sibilans, aut inter spissos arborum ramos anium sonus suauis, aut vis aquæ decurrentis nimium, aut sonus validus præcipitatarũ petrarum, aut ludentium animalium cursus inuisus, aut mugientium valida bestiarum vox, aut resonans de altissimis montibus Echo; deficientes faciebant illos præ timore.* Hoc ait, quicquid audiebant, terrori id erat, etsi naturâ suâ cæteris iucundum foret.

Peccatores sæpe pauidi.

ADAGIALIA SACRA EX LIBRO NVMERORVM.

EX CAP. V. VER. XXII.

ADA. C.

Amen, Amen.

SIVE formula, siue adagium optimè claudet agmen centuriæ adagialium primæ. In sacrâ Zelotypiæ causâ solemnis formula fuit, addi Amen, Amen אמן אמן, & sic etiã Chaldæus hîc vsurpat. Lxx. solent reddere γένοιτο *fiat, fiat*, quasi dicant ita vti rogas eueniat. In veteri testamento & nouo facit vel ad auxesim, vt 2.Esd.8.6. & in Hebræo Psalm.40.vlt. vbi noster, *fiat, fiat*, ex Lxx. vel, ad roborandum affirmationem, vt passim CHRISTVS Dominus vtitur, vbi etiam Græcus & Latinus contextus Hebræum Amen retinent.

Amen, Amen. γένοιτο, γένοιτο.

De significatione pauca veteres tradunt; recentiores plura, sed non consentiunt inter se. Steuchus Eugubinus hîc asserit vocem esse Hebraicam, qua soliti confirmare, quæ antè dicta fuerant. Verumtamen constat ea confirmari aliquando, quæ dicenda. Oleaster ait, *à verbo* Aman, *quod est firmare, stabilire, venit* AMEN, *id est, firmetur, stabiliatur, fiat firmum, stabile, permanens.* Sed non est tantopere restringenda significatio. Seruit sæpè affirmationibus rerum narratarum, narran

Quid significet. Eugubini sententia. Oleaster.

narrandarúmue, in quibus nec imprecatio nec benedictio vlla continetur, vt *Isai.* 25.1. & 65.16. & passim in Euangelio. Eos qui exponunt, confirmetur, stabiliatur, vt sit quasi *ieamen* יאמן alij reprehendunt: quâuis enim hîc iod non sit de themate, & abiiciatur; adhuc dura foret in plerisque locis compositio, maximè in illo; *Amẽ, Amen dico vobis.* Kimchi & Mercerus substantiuum nomen esse volunt, *veritas*, sed Caninius mauult esse aduerbium, certè patet plerumque vim aduerbij *verè*, habere; quod additâ paragogicâ ה dicitur *amenah* אמנה & eo denotatur certitudo & veritas euentûs vel narrationis; quod Romani dicebant, verba, preces, vota rata sint, aut fiant; quando annuebant; & contrà quæ auersabantur, ne rata, sed irrita sint, patet ex formulis Brissonij lib. 1.

Kimchi. Mercerus. Caninius.

Brissonius.

Noster Maldonatus, præstanti sanctitate, & eruditione, ingenio & iudicio vir, exactè rem discussit Comment. *in Matth. cap.* 5. *v.* 18. ita scribens; AMEN DICO VOBIS, *idem est, atque in veritate dico vobis.* Luc. 4. 25. Ioan. 16. 7. *Duplicem habet vsum. alterum, vt sit confirmatio eorum quæ à nobis, vel ab alio antè dicta sunt*, vt Num. 5. 22. Deutero. 27. 26. 1. Cor. 14. 16. *alterum, vt sit affirmatio eorum quæ dicturi sumus, vt hoc loco* Matth. 5. 18. *& aliis penè innumerabilibus. Prior vsus in vetere testamento frequẽtissimus, in nouo rarus: posterior in nouo frequẽtissimus, rarissimus, aut nullus, in vetere. Causam esse arbitror, quòd veteris testamenti scriptores Hebraicè loquerentur, non Syriacè. Hebraicè autem* אמן *potiùs confirmantis, quàm affirmantis; Syriacè potiùs affirmantis quàm confirmantis sit.* Græci pro AMEN, dicerent ναί, quod noster solet reddere, *verè, certè, ita est*; Matth. 11. 26. Luc. 11. 51. & 12. 5. reddit, *ita* Luc. 10. 21. *etiam* Luc. 21. 2. *verè*: pro quo (vt notat Fr. Ribera *ad Apocal. cap.* 1.) *amen* reddidit *Mar.* 12. 43. & *Matth.* 23. 36. Interdum geminant, ναὶ ἀμὴν, vt Apoc. 1. 7. vbi noster, *etiam Amen*; fortassis, vt ab omnibus gentibus intelligeretur, Asiaticis, & Europæis.

Maldonatus.

Duæ significationes vna Syrorum, alia Hebræorum.

ναί. ναὶ ἀμὴν.

De significato vocis AMEN, orthodoxi Patres probè conueniunt: aliquot eorum verba referam. S. Iustinus Martyr Apolog. 2. tradit morem veterem in Ecclesiâ Christianis fuisse, vt post preces & gratiarum actiones populus sacerdoti acclamaret fausto clamore, AMEN, & hoc Hebræis significare, *Fiat.* ὑσωθλίσαντες τὰς ψυχὰς ἐγτλωὐχαεισίαν, πᾶς ὁ παρὼν λαὸς ἐπιφημεῖ λέγων, Αμὴν. τὸ δὲ ἀμὴν τῇ Ἑβραΐδι φωνῇ, τὸ γένοιτο σημαίνει. Quod lucem præfert loco diui Pauli, 1. *Cor.* 14. 16. *si benedixeris spiritu* (id est si mente tantùm preceris, ita vt à præsentibus non intelligaris:) *qui supplet locum idiotæ* (hoc est laici, quẽ clero opponit;) *quomodo dicet, Amen, ad tuam benedictionem? quoniam quid dicas, nescit.* quomodo ad preces sacerdotis, quas non intelligit, respondebit? fiat quod petis, vel ratum sit quod postulasti: opto id fieri: ratum habeo, & confirmo quod præiuisti. idem in Synagogâ fieri solitum discas *ex Deutero. cap.* 27. & 2. *Esdræ* 8. Quod *Amen* respondentium ex Thalmudicis tres defectus notauit Angelus Caninius lib. de vocabulis Hebraicis noui testamenti: quos, vt similia vitia in Ecclesiasticarum horarum recitatione vitemus, vtiliter recensebo. Primus defectus dicebatur, אמן יתומה *Amen iethomah*, *amen pupillum*, quando temerè ad non intellecta quis respondet: iste à D. Paulo ibidem describitur. Secun-

Amẽ, quid Patribus. S Iustino.

Amen Thalmudicis triplex.

Vitia horas recitantium.

Amen pupillum.

dus erat *Amen chatnpah* חטופה, *amen surreptitium*, quando quis præcipitanter, *Amen* respondet, priusquàm precatio absoluatur. Tertius fuit *Amen ketuah*, קטועה, *amen sectile* seu *diuisum*, quando quis oscitanter respondet, aliud agens, diuiso à precibus corde; quia sic quasi seipsum dilacerat, aliò mentem, aures aliò transferens. Restat *legitimum Amen* esse, quando intelligenter, opportunè, & attentè respondetur. Intelligentiam ego, Iudaicè non restringo ad ipsa verba & sermonem (vt hæretici faciunt;) sed ad Ecclesiæ mentem, & rem quæ agitur. Sic enim ad Missæ sacrificium, & alias horarias preces aptè idiotæ respondent *Amen*, licèt Latina non intelligant. de quo nunc non est disputandi locus. Redeo ad Patres.

Amen surreptitiũ.

Amen sectile.

Amen legitimum.

Andreas Cæsariensis ad d. locum Apocal. 1. sic scribit; ναὶ ἀμὴν. hoc est, ita planè futurum est. siquidem ναὶ hominibus Græcis idem planè sonat, quod Hebræis אמן *Amen* autem interpretatum, idem hominum menti offert, quod, Fiat, vel, ratum esto.

Andreas Cæsariensis.

Idem docet S. Hieronymus *epist. 137. ad Marcellam* & *in Esai. c. 65. & in fine comment. epist. ad Gala.* tradens LXX. aliquando vertere γένοιτο *fiat*, aliquando ἀληθινὸν *verum*; Aquilã πιστωμένως & πιστωμένως, *fideliter*; & hoc secutos Symmachum & Theodotionem. Explicat autem ipse his verbis; *& quomodo in veteri testamento, quadam iurandi consuetudine, Deus sua verba confirmat dicens*, Viuo ego dicit Dominus: *per sanctos quoque iuratur*, Viuit anima tua: *ita & Saluator noster in Euangelio, per verbum*, Amen, *vera esse quæ loquitur, ostendit. Quod autem*, Amẽ, *consensum significat audientis; & sit signaculum veritatis, ad Corinthios quoque prima 14. 16. nos docet, in qua Paulus ait*; Cæterùm, si benedixeris spiritu, qui supplet locum idiotæ, quomodo dicet Amen super tuâ benedictione: quoniam quidem nescit quid dicas? *Ex quo ostendit, non posse idiotem respondere, verum esse quod dicitur, nisi intellexerit, quod docetur.* Hactenus D. Hieronymus.

Hieronymus.

LXX.

Aquila.

Symmachus. Theodotion.

Eusebius autem *in catenâ Ps. 40.* tradit, Symmachum ἀμὴν, ἀμὴν retinuisse; Aquilam geminasse πιστωμένως, πιστωμένως. Nicephorus ibi scribit, ἀμὴν, orationis intensionem significare: vereor ne cum *Selah* סלה confuderit. Apollinarius nimis exiliter *ein fit*: sed necessitas carminis geminationem excluserit, & poëtam excusat.

Eusebius. Nicephorus. Apollinarius.

Florus Magister in expositione Missæ in hunc modum & verba disseruit; *Amen autem, quod ab omni Ecclesiâ respondetur, interpretatur verum; non vbicunque & quomodocũque, sed mysticâ religione. Hoc ergo ad tanti mysterij consecrationem, sicut & in omni legitimâ oratione respondent fideles, & respondendo subscribunt.* & postea; Amen, *signaculum Dominica orationis; quod interpretatur*, verè, *siue* fideliter; *attestatio est veritatis: quod ex Apostoli traditione, etiam ad cæteras orationes consuetè respondet Ecclesia.* probat deinde ex d. loco ad Corinthios, & eum explicat, sicut D. Hieronymus.

Florus Magister.

Micrologus *de Ecclesiast. obseruationibus cap. 8.* docet etiam exorcismos per *Amen* concludi consueuisse. & postea, *omnes* (inquit) *adstãtes, iuxta antiquam Patrum traditionem, in signum confirmationis*, Amen, *subiungere debent, vt communem orationem, quam Sacerdos pro omnibus libauit, confirment. Vnde & in ipsâ secretâ*, Per omnia sæcula sæculorũ, *altiùs dicit, vt præmissa oratio per Amẽ*

Micrologus.

à po

à populo posſit confirmari.

Cyrillus Hieroſol. Simili modo *Amẽ* exponit S. Cyrillus Hieroſolymitanus, *Catechesi mystagog. quintâ.* Verùm alias ſignificationes, copioſior cęteris, adiicit

Vrbanus. B. Vrbanus IV. Pontifex, in ſuâ deuotiſſimâ precatione, qua Dominicam orationem illuſtrauit; quæ quòd typographicis mendis ſcatet, caſtigatam ex coniecturâ veriſimili, interdum & certâ, hîc exhibebo. ait; *ô Deus Hebræorum ſcire me voluiſti, quòd* Amen, *nec Græcum eſt, nec eſt Latinum; ſed eſt Hebræum: &, propter ſui excellentiam, tranſlatum non fuit ab interpretibus, nec mutatum: vt nomen tuum, quod eſt mirabile & immutabile deſignaret: vnde tres ſignificationes hoc vocabulũ habere voluiſti. Num quandoque* Amen *accipitur nominaliter, & ſignificat ſanctum & terribile nomen tuum, vt cùm in Apocalypſi legitur.* Hæc dicit Amen, teſtis fidelis & verus; qui eſt principium creaturæ Dei. *A te ergo Domino meo, qui ſolus hoc nomine deſignaris, ex totius cordis mei affectibus poſtulo & requiro, vt propter reuerentiam huius ſancti nominis tui, nomen meum in libro viuentium reſcribas, & cum illis qui cuſtodierunt ſabbata tua & elegerunt quod voluiſti, & tenuerunt fœdus tuum, des mihi in domo tuâ, & in muris tuis locum, & nomen melius à filiis & filiabus, nomen ſempiternum, quod de cætero non peribit. Secundò accipitur* Amen *aduerbialiter, vt cùm tu Deus meus, quoniam in terris viſus & cum hominibus conuerſatus es, veritatem aliquã aſſerere voluiſti, pluries adiunxiſti,* Amen dico vobis, *hoc eſt verè vel veraciter ſeu infallibiliter dico vobis. Et nonnumquam* Amen, Amẽ, *ingeminaſti, vt ipſa ingeminatio maior eſſet expreſſio veritatis: vnde te, qui es clara veritas, quæ non fallit; exoro ſuppliciter, vt veritas tua ſemper in corde meo refulgeat, & omnis mundana & diabolica falſitas deſtruatur.*

Amen habet tres ſignificationes

I. Eſt nomen Dei.

II. Eſt aduerbium.

Matth. 5.

Ioan. 3.

Tertiò Amen *accipitur verbaliter, & eſt verbum: vt cùm in orationibus optatiuis,* Amen, *hoc eſt fiat, ab optantibus & deſiderantibus, quod petitur, reſpondetur: quod & pſalmiſta in fine quorumdam pſalmorum ingeminaſſe legitur, vbi dicitur,* fiat fiat. Hactenus ille ambas aliorum obſeruationes complectens, & inſuper addens primam illam in quâ veriſſimum eſt quod ait Pontifex, *Amen* illic poni vt nomen proprium Dei: ſed addo vim tamen adhuc retinere prouerbij, q. d. hæc affirmat ille qui eſt *Amen*: hoc eſt; qui ſemper & fideliter & verè eſt; & inſuper ſemper vnus, verus, & immutabilis eſt, vt in eſſentiâ, ſic in dictis factiſque ſuis: cui par eſt vos confidenter credere & aſſentiri & obedire. Græci expreſſiùs, ταῦτα λέγει ὁ Ἀμήν, ὁ μάρτυς, ὁ πιστὸς, καὶ ἀληθινὸς, hæc *dicit ille Amen, ille teſtis, ille fidelis & verax*: quemadmodum 1. *Cor.* 14. v. 18. & 19. explicari cenſet Ribera ad d. cap. 3. v. 14. Arethas quidem accipit vt aduerbium, *certe, profectò,* ſed tandem non diffitetur dici de ipſo CHRISTO; quod his verbis Andreas prætulerat. Fidelitatis *voce,* CHRISTI *veritas hoc loco inſinuatur: aut verius, illum eſſe ipſummet* Amen, *vel ipſiſſimam veritatem per eſſentiam, hac phraſi indicatur.* Primaſius etiam in hæc verba ſcribit; *Animaduertendum exiſtimo, quòd hoc loco Dominus,* Amen *vocatur.* Amen *quippe interpretatum ſignificat idem quod verè, ſine fideliter. vnde in hoc loco referendũ eſt ad diuinitatis eſſentiam. de quâ Moyſes Exod. 3. dixit;* Sic dices filiis Iſraël: Qui eſt miſit me ad vos. *Et item;* Ego ſum qui ſum. *Ille enim ſolus verè eſt, qui ſemper idem eſt.* Eadem antè ſcripſerat Ticonius, & poſtea ſcripſit Beda.

III. Amen verbale.

Ribera.

Arethas

Andreas Cæſarien.

Primaſius

EX

ADAG. CI.

EX CAP. XI. VER. XX.

Donec exeat per nares.

Donec exeat per nares veſtras.

HYperbole prouerbialis; ſignificans tantam ſaturitatem, vt præ faſtidio, quaſi per nares eructent fœtorem carnium voratarũ, quem nec ipſi ferant, nec in ipſis alij. plus enim vult innuere, quàm præ nauſea vomitum. Verba Moyſis: *Vt det vobis Dominus carnes, & comedatis: non vno die, nec duobus, vel quinque aut decem, nec viginti quidem; ſed vſque ad menſem dierum: donec exeat per nares veſtras, & vertatur in nauſeam.* vbi accurata illa dierum numeratio indicat agi de faſtidio & nauſeâ, non ex repletione tantùm nata, quod vno die poteſt contingere, ſed ex aſſiduitate cibi eiuſdem proueniente, quæ ſolet diuturnior eſſe, & moleſtior. Lxx. vt noſter; ἕως ἂν ἐξέλθῃ ἐξ ὑμῶν τὸ μυκτήρων ὑμῶν. ἐὰν ἔσῃ ὑμῖν εἰς χολέραν: *in bilem, nauſeæ cauſam.* Chaldæus, *donec in faſtidium eam habeatis, & ſit vobis in ſcandalum.* Recentiores ex Hebræo aliter transferunt & interpretantur: ſed non bene aſſecuti ſententiam mihi videntur. Eugubinus, pro naribus, *ora* reddit: eo quòd *aph* אף interdum pro *facie* ſumatur. *Quamquam* (ait) אף *narem ſignificet, os tamen ac faciem ſæpe denotat. Quamobrem & pro ore videtur hoc loco ſumendum, id quod videtur veriſimilius. donec* (inquit) *exeat ex ore veſtro, donec enomatis has carnes pro ſaturitate*: ſi veriſimiliùs, quia ſolitum os euomere; tollas licebit tali argumento hyperbolicas omnes locutiones: quod eſt in omni ſcriptione inofficioſum. Naſutiores noſtro interpreti cõſentiunt, Lyranus, Pagninus, Vatablus, Oleaſter, Montanus: ſed aliter & aliter nares interpretantur, propter vocem זרא *zara*: quam Chaldæus offendiculũ, alij abominationem, alij diſperſionem, alij exponunt ſparſionem, per vomitum tamen, vt ait Caietanus. Lyranus vult dici per nares euomi, quia vomitu nares conſpurcantur. Oleaſter ſenſum eſſe vult, donec euomatis carnes per nares, & per os diſpergatis eas. Solent enim (ait) vomentes non ſolùm per os, ſed etiam per nares cibum indigeſtum emittere. nimis craſsè. liquida fortè carnis fruſta non crediderim: niſi quis meatus illos habeat Polyphemios. Potiùs hyperbole eſt: ſicut in illis verbis, *infer. ver. 33. adhuc carnes erant in dentibus eorum.* hoc eſt, vix maſticarant, vix in ſtomachum demiſerant.

LXX.

Chald.

Eugubin.

אף

Lyranus. Pagninus. Vatablus. Oleaſter. Mõtanus.

זרא

Caietan.

ADAG. CII.

IBIDEM VERS. XXIII.

Numquid manus Domini inualida, vel, abbreuiata eſt?

MOyſi diffidentię aliquid paſſo Deus ſuggerit, ſicut olim, ita etiam nunc omnia ſibi poſſibilia eſſe factu: & more adagij interrogat, iuxta noſtrum interpretem; *Numquid manus Domini inualida eſt?* Nobis vſurpandum quotieſcumque volemus dicere, nihil deſperandum. æqualem nunc, atque olim, Dei potentiam & liberalitatem exiſtere; nec minùs poſſe, nec minùs velle nobis, quàm priſcis ſæculis voluit, potuítque. Iungo duas interpretationes. vnam Caietani, qui per manũ intelligit ipſam opera

Numquid manus Dei inualida eſt?

Caietani expoſitio.

operationem & executionem, vt dicatur Deus non minùs nunc liberalis; & Moyſes non de potentiâ Dei, ſed de voluntate dubitarit, an vellet, quod poſſe ſciebat. Altera eſt communis, quæ magis conſentanea eſt noſtræ verſioni, & phraſi ſacræ Scripturæ per *manum* ſignificari potentiam Dei, non quòd de illâ dubitarit Moyſes, ſed quia ſic voluit vim huius miraculi exprimere Deus; quod diuinæ omnipotentiæ illuſtre teſtimonium futurum erat. Hebraicè eſt יד יהוה תקצר de verbo; *numquid manus Domini decurtabitur?* abbreuiabitur, truncabitur, vel velut paralyſi ſoluetur & contrahetur. hac enim metaphorâ *manûs mancæ* vtitur ad remouendam à Deo impotentiam. Inualidus eſt, qui minus poteſt. LXX. μὴ οὐχὶ τὸ κυρίου ἡ χεὶρ ἐξαρκέσει, *numquid manus Domini non ſufficiet?* reſpicientes ad epithetum Dei, ſibi ſufficiens: quam αὐταρκίαν ſic expreſſit poëta de diuinitate diſſerẽs,

Omnis enim ſemper Diuûm natura neceſſe eſt,
Ipſa ſuis pollens opibus, nihil indiga noſtri.

Chaldæus: *Numquid verbum Domini impeditur?* Num aliquid factu Deo impoſſibile? *Sic Iſai. 59. 1. Ecce non eſt abbreuiata manus Domini, vt ſaluare nequeat: neque aggrauata eſt auris eius, vt non exaudiat.* Hebraicè לא קצרה vbi LXX. *Numquid non poteſt?* Procopius, οὔτε γὰρ ἀδυνὰς ἐστιν. *neque enim viribus imbecillis eſt.* Cyrillus: *Non omnipotens dextera Domini debilitata eſt.* Hieronymus; *contracta, vt eam ad liberandum populum extendere nequeat.* Nam manus inualida ſolet arefcere & contrahi. Obſeruo cùm de defectu voluntatis ſeu liberalitatis agitur, etiã vti hac formâ dicendi ſacram Scripturam, ſed eam tunc potiùs opponere manui apertæ; nam tunc ſignificat auaritiam ſeu parcitatem; aliquando verò transfertur ad pigritiam, ſed tunc dicitur manus in ſinu, vel complicata: tunc illa manus abbreuiatio ſeu contractio voluntaria eſt; hîc verò agitur potiùs de non voluntariâ, vt ex morbo, vel extrinſeco obſtaculo.

Communis expoſitio.

LXX. Deus αὐταρκης.

Lucretius.

Chaldæus

Procopius. Cyrillus. Hieronymus.

Manus contracta interdum opponuntur apertæ interdum extentæ. Manus cõtractio voluntaria.

De auaritia.

De illâ voluntariâ multa ſunt ſacræ Scripturæ loca, vt *Deuteron. 15. 7. ſi vnus de fratribus tuis, qui morantur intra portas ciuitatis tuæ in terrâ, quam Dominus Deus tuus daturus eſt tibi, ad paupertatem venerit: non obdurabis cor tuum, nec contrahes manum, ſed aperies eam pauperi, & dabis mutuum, quo eum indigere perſpexeris.* & ver. 11. *præcipio tibi, vt aperias manum tuam fratri egeno & pauperi.* Hebraicè geminatur, *aperiendo aperi*, hoc eſt, largè & affluenter ſubueni. *Pſalm. 144. 16. aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione.* hoc eſt ſaturitate. & quia pigri ac deſides parci ſunt laboris & operæ; *complicare manum* (quod etiam eſt contrahere) ſignificat indulgere otio, ignauiæ & deſidiæ ſe dedere. *Prouerb. 6. 10. paululum dormies, paululum dormitabis, paululum conſeres manus vt dormias, & veniet tibi quaſi viator egeſtas.* LXX. ὀλιγακαλίζειν χεῖρας. idem repetitur *cap. 24. 33.* item *Eccleſ. 4. 6. Stultus complicat manus ſuas, & comedit carnes ſuas, dicens; Melior eſt pugillus cum requie, quàm plena vtraque manus cum labore, & afflictione animi.* LXX. σφαλίλαβε τὰς χεῖρας, qui locus indicat peſſimè Rabbinos duo illa Prouerbiorum loca ad vxorios amplexus retuliſſe. *Lucan. lib. 2.*

de Pigritiâ.

Manum complicare, vel cõtinere.

Rabbini.

Lucanus.

Compreſſâs tenuiſſe manus-----& Liuius *lib. 7. De nobis im deſperaſti, vt te mancorum ac debilium ducem indi-*

Liuius.

carere esse? Quid enim aliud causæ *esse credamus, cur veteranus dux, fortissimus bello, compressis (quod aiunt) manibus sedeat?* locus explicat quod de Metaphorâ mancorum dixi. Eodem sensu desidiæ Quintilianus *libro* 12. *institut.* vsurpat *manus habere sub pallio:* & contrario sensu ait Æschines τὴν χεῖρα ἔξω ἔχειν, *manum extra pallium habere.* Sic interpretor *Psal.* 73. 11. *vt quid auertis manum tuam, & dexteram tuam, de medio sinu tuo in finem?* Sensus: cur adeò mihi in finem, donec consumar, infestus esse perseueras; vt læuam quidem à me auersam hostibus porrigas; dexteram verò sub pallio, & intra sinum habeas; neque mihi illam porrigas, & te geras, quasi otiosum & desidem malorum meorum spectatorem? sic Theocritus.

Manus cõpressæ.

Quintilianus.

Manus sub pallio.

Æschines.

Manum habere extra pallium.

Manum habere in sinu.

Theocrit.

Πᾶς δ' ὑπὸ κόλπου χεῖρας ἴσχων: præceperat propter lucri cupidinem id fieri ὑπὸ κόλπων. vnusquisque manus habet in sinu, nullus pauperi manum porrigit. Alij ad auaritiam, alij ad desidiam, alij ad iniuriam referunt illud Salomonis *Prouerb.* 11. 21. *etiamsi manus ad manum fuerit, non est innocens.* de quo illic dicemus. Nunc claudo caput. Hebræis *manus liberalis* vocatur, manus aperta, יד פתוחה *iad Pethouchah*; auara verò & sordida dicitur, יד קמוצה *iad kemusah, manus clausa.* Hispanis profusa, *mano oradada*, quasi pertusam dicas, & effluentem; contraria, *apretada.*

Manus aperta.

Manus clausa.

ADAG. CIII.

EX CAP. XIII. VER. XXXIII.

Terra deuorat habitatores suos.

MISSI à Moyse exploratores, cùm reuersi, præ ignauiâ & pauore conarentur terræ promissionis mendaciter detrahere, inquiebant, *Terra, quam lustrauimus, deuorat habitatores suos.* d. v. 33. Hebraicè est *consumit vorando.* Chaldæus, *occidit.* Quidam exponunt, assiduis bellis ciuilibus agitatur, & sic mutuis cædibus habitatores absumuntur. Non placet. quia foret hominum & non regionis vitium. Poterât illa bella ciuilia ex duabus causis nasci. Si ex petulantiâ & luxu hominum, propter rerum omnium abundantiam: hoc Hebræos magis inflammasset, quàm deterruisset. Si verò ex sterilitate, & inopia terræ, quæ nequibat habitatores alere, & ideo alij aliis alimenta vi rapere significabantur (vt putat Oleaster) calumniam fructus quos adferebant satis refutassent. Sanè dura interpretatio est, *deuorat*, id est, non valet alere. Cæteras illas explicationes solidè refutauit hoc loco Abulensis. *q.* 51. Ipse cum Lirano, & Caietano amplectitur commentarium R. Selomo, significari cœlum & solum ibi esse insalubre, obnoxiúmque pestilitati, quò fieret vt homines illic vastis corporibus, sed breuis vitæ nascerentur. Quod rationi naturali satis consentaneum est. calor enim humori iunctus, vt fertilitatis, sic exuberans corruptionis & insalubritatis parens est. Quod verò more suo Rabbinus ibidem addit, vidisse exploratores funera illic densari, & Abulensis id adscribit alicui extraordinariæ pesti, tum grassanti; mihi non est credibile, nec diuinæ prouidentiæ valdè congruum, vt tum præcipuè pestis ibi sæuierit, quando, si non murmurassent, in terram illos erat introducturus. Nec necesse fuit incolas morbis absu

Terra deuorat habitatores suos. I. Expositio.

II. Expositio.

Oleaster.

III. Expositio.

Abulẽsis. Liranus. Caietan.

absumere, quos Deus victoriæ & gloriæ suæ victimas destinarat. Mentiebantur magis exploratores, & hæc hyperbolicè exaggerabant, sicut quod subdam adagio sequenti. Hoc igitur prouerbium est de terrâ insalubri, vbi incolæ haut diuturnæ vitæ degunt.

ADAG. CIV.

EX EODEM CAPITE, VERSV VLTIMO.

Quasi locustæ præ illis.

Quasi locustæ præ illis. Ennius. Locusta pro re parua.

PRo re minimâ locustam sumi, patet etiam ex veteri prouerbio Ennij, nisi fallor; *Citius pariet locusta lucam bouem.* hoc est elephãtum. Mutilum adducit adagiographus ex codice mendoso. sicut ibi elephanto, sic in sacra Scriptura giganti opponitur hoc versu vltimo. *Vidimus ibi monstra quædam filiorum Enac, de genere giganteo: quibus comparati locusta videbamur.* Alibi *locusta* pro multitudine, sed rei paruæ, imbecillæ, & fugacis vsurpatur. *Nahum* 3.15. *multiplicare vt locusta.* nimirum infecta vt cætera imperfecta, mirè propagantur, & ver. 17. *Custodes tui quasi locustæ, & paruuli tui quasi locustæ locustarum, quæ considunt in sepibus in die frigoris: sol ortus est, & auolauerunt: & non est cognitus locus earum vbi fuerint.* sic Madianitas innumeros, sed mox internecione fermè absumendos, idque minimo labore, indicat sacer scriptor *Iudic.* 6.7. *instar locustarum vniuersa complebant.* & capite 7. 12. *fusi iacebant in valle, vt locustarum multitudo.* Hinc intelliges illud Psalmi 108.23. *Sicut vmbra, cùm declinat, ablatus sum, & excussus sum, sic vt locusta.* Nam potentia inimicorum nullo illum loco consistere, sed incertis vagari sedibus compellebat.

Locusta pro multitudine imbecilli.

ἀκρίσιν αἰθρείσῃ παντὶκλεις ἐξετινάχθην. Apollinarius.

S. Remigius referens ad fugam Apostolorum, phrasim elucidauit, *excussi sunt mei, sicut locusta, quia fugati sunt vbique à persecutoribus.* Cassiodorus de ipsomet CHRISTO, vult & fugam (quam dixi) & imbecillitatem attendi; *excussus est sicut locusta, dum persecutionibus crebris loca videbatur mutare diuersa. Locusta enim manus apprehendentis euitans, quibusdam saltibus euolat: cui se propter paruitatem comparat, & propter celeritatem discessionis associat.* Adagium nostrum repetitur *Isaiæ* 40.v.21. *Qui sedet super gyrum terræ: & habitatores eius, sunt quasi locustæ.* Hebr. בחגבים *chebhaghabim, sicut pumili & nani.* Quod exploratores falsò, id verè vsurpat Prophèta. quid aliud homulli sumus cum Deo comparati? ne hoc quidem, licèt de vniuersis hominibus vniuersim sumatur. B. Cyrillus *lib.* 3. *in Isai. An ergo* (inquit) *apud Deum magna est hæc inhabitantium vt terrâ multitudo, quantumuis immensa? Nequaquam. Nam præ diuinâ magnificentiâ & excellentiâ, sunt quasi locustæ. Vel etiam alio modo. Continet enim orbem terræ, id est omnem eius circulum, & præ ipso nihil sunt qui eam incolunt, quantumuis instar locustarum gregatim in eâ pascantur, & omnem superent numerum.* S. Remigius. Cassiodorus. Cyrillus Alex.

BIBLIOTHÈQUE DE LA VILLE LYON 1891

ADAG CV. EX CAP. XIIII. VER. IX.

Deuorare sicut panem.

Deuorare sicut panem.

VT indicent facilem & expeditam, sine sudore & sanguine, de inimicis suis victoriã: se quidem sano & famelico homini, hostes verò pani comparant viri fortissimi, veris dictis aliorum exploratorum criminationes elidentes *d.v. 9. Ne timeatis populum terræ huius*: quia לחמנו הם *panis noster ipsi* scilicet sunt. Lxx. *cibus vobis est* κατάβρωμα ὑμῖν ἐστιν. bene *panem* pro cibo acceperunt; sed intelligendi de cibo, qui facilis paratu & esu. ideo noster prudenter retinuit nomen panis: & vim adagij ostendit metaphrasticè vertens, *quia sicut panem ita possumus eos deuorare*. Recidit in idē Chaldæus, *quia in manum nostram traditi sunt*. Bene Liranus explicat, *absque vlla difficultate*. & anterior D. Augustin. *qu. 22. quod dictum est*, cibus nobis sunt, *id est, consumemus eos*. Abulensis; *sicut sine labore panem deuoramus, ita eos possumus deuorare, subito destruentes Deo propitio*. Oleaster, *sine vllo nostro præiudicio*.

לחמנו הם

Cõciliatæ versiones

Liranus.

Augustinus.

Abulẽsis.

Oleaster.

Simile prorsùs, ideo non separandum, quod Dauid cecinit *Psal. 13. 4. Qui deuorant plebem meam, sicut escam panis.* אכלי אכלו לחם *okle akelu lechem.* vbi S. Hieronymus, *comedunt sicut cibum panis.* Lxx. versio non eodem modo in libris habetur, quidam ὡς habent, alij omittunt, vt sit *cibo panis*, eodem sensu. nam positum ὡς βρώσει ἄρτου, pro ὡσεὶ ἄρτον, *sicut panem*, vt verterunt Symmachus, Hieronymus, & Augustinus, gnari ab Hebræis notam comparationis sæpe reticeri; idcirco Chaldæus, noster, Apollinarius, & Euthymius illam

Lxx lectio.

supplent. Vt verò panem propriè & strictè capiam, suadet adagij sententia, quæ sic futura largior. Primò vti licebit de quotidianâ & quasi iugi pauperes opprimentium violentiâ & rapacitate. sic D. Augustinus & Remigius. II. quando sine resistentiâ & facilè aliquid fit. vt sunt illa Comici,

1. Vsus primus.

Augustinus.

Et Remigius.

2.

Sicut vulpes pyrum comest.

Item;

Tam facilè homines occidebãt, quàm canis exta edit.

Tale illud Xenoph. rerũ Græcarũ *li. 3.* crudos velle *deuorare ipsos*, κἀ ὠμὸν ἐσθίειν αὐτῶν. III. si fiat sine vllâ commiseratione. quis enim boli panis miseretur? IV. si fiat auidè & cũ desiderio, sicut vescimur pane, cibo necessario & salutari. Apollinarius;

3.

4.

Apollinarius.

λαὸν ἐμὸν καὶ ἐδόντες, ὅπως ἐναλθεα σῖτον.

Plebem meam deuorantes, sicut facilè sanantem cibum.

Quintò cum gustu & voluptate, sicut solent famelici, sic Ruffinus. ita respõdit Lacon coquus Dionysio tyranno, de Spartanorum nigro iure. Nam optimum condimẽtum est fames. Denique possunt hæc spiritualiter intelligi de hæreticis. Cassiodorus; de illis dicit, qui dogmate ferali absorbẽt Christianos. *Nam quod ait*, sicut escam panis, *animo peccantium videtur aptatũ: quia sicut esurientes famẽ suam putant dulcissimo cibo panis expleri: Ita & isti fictinãt Christianorum deceptione satiari.*

5. Ruffinus.

6.

Cassiodorus.

Idem repetitur *Psal. 52. 5. Qui deuorant plebem meam, vt cibum panis.* vbi idem Cassiodorus, voce *deuorat* vult celeritatem notari; voce *panis* desiderium, vt dixi. verba sunt; *sicut cibum panis. scilicet qui semper desideranter in vsu est. Nam quamuis singulis quibusque temporibus escarum varietate satiemur: ingiter tamen nobis panis edulium est.*

Cassiodorus.

IBI

ADAG. CVI. IBIDEM VER. XXXIII.

Pastores, seu *pascentes*.

Pastores in malum sumpti.

QVędam quasi per ironiam cõtrariis nominibus appellari adagialiter constat. vt cùm de stulto dicimus, *Cor Cruetis*; cùm propudiosam vocamus Lucretiam & similia nota. Tale est quòd diuini libri *pastorum* vocem laudabilem nõ ratò detorquent in sensum contrarium, errones, & vagabũdos, latrones & interdum efferos tyrannos sic nominando. Vt variis locis sacræ Scripturæ; quæ dabimus discussa *ad Ps.* 2.9. cùm explicabimus, quid sit *pascere in virga ferreâ*, & *pascere in lanceis*. *Pastores* ergo, vt vno dicam verbo, sic sunt adagio sacræ Scripturæ sicut profanis ἀμαξόβιοι: quo vsus est Tertullianus *contra Marcionem*. non videre, quod tam certò intelligimus, ac si oculis istis cerneremus? vis persuadere nos cæcos animo esse? tam bardos puras, blennos & buccones esse, vt in animum tuũ non penetremus; vt ambitionem, & machinamenta tua non deprehendamus; te tot consutis technis dolisque, quam callidè occupasti tyrannidem velle tueri & stabilire? sic ex parte Oleaster & ideo noster ad sensum rectè vertit, *An & oculos nostros vis eruere?* Conuenit adagium in importunè procaces, sicut vsurpant etiam num Hispani; *quereys sacarme los ojos?* D. Augustini quandam expositionem Abulensis *q.* 9. refellit. Certè nec Hebræo, nec Latino contextui admodum amica est. Longè alio sensu solet dici, *eruere in gratiam alterius oculos sibi*. De quo alibi, ad *Gala.* 4.15.

Oleaster.

Abulẽsis.

Oculos sibi eruere.

ADAG. CVII. EX CAP. XVI. VER. XIV.

Eruere alicui oculos.

Eruere alicui oculos.

PVtat Eugubinus de exploratoribus tantùm sermonem esse, quoniam Hebræa de verbo sonant; *Num oculos istorum virorum erues*, & Lxx. reddunt, τὰς ὀφθαλμὰς τῶν ἀνθρώπων ἐκείνων ἐξέκοψας: *Oculos istorum hominum eruisti*, & Chaldæus fauet. Sed in sacræ Scripturæ intelligentiâ canon ille necessarius est valdè, quo monemur; sæpè dictorum significationem à gestu quo demonstrabantur, seu quo dicentes tum vtebantur, pendere: quam aliàs confirmabo. Hoc quidem loco arbitror ista verba proferentes, manu se & reliquum populum ostendisse, quasi diceret: vísne putemus nos

Regula, verba gestu ipso explicari.

Defensus noster.

ADAG. CVIII. IBIDEM VER. XV.

Nec asellum accipere.

Nec asellum accipere.

AB omni cupiditate & sordibus, vt se Moyses alienum indicaret, ait Deo, *Tu scis quòd ne asellum quidem vnquam acceperim ab eis*. Hebr. *nec asinum vnum onerani*. Carent enim diminutiuis vocibus: ideo noster optimè sententiam expressit. LXX. pro *asino*, ὀπτηθύμημα, *desiderium*. Certum est, significari quoduis vilissimum munus. Cur ergo LXX. *desiderium?* Eugubinus censet allucinatos legisse חמד per daleth finale. Præstat dicere legisse חמור per rech, sed phrasim interpretatos; *q.d.* Moyses se nec à spõte dantibus accepisse, nec quidquã desiderasse. Similia sunt, *nec floccum, nec obolum, nec cassam nucem*; (ny vn cornado Hispanis.) Sic Samuel 1.

LXX. defensi.

Nec floccum, nec obolũ, nec cassam nucem.

Nec bouẽ nec asinũ.

Reg. 12.3. se nec bouem, nec asinũ cuiusquam tulisse, & mox explicat, se de nullius manu munus accepisse. Possumus autem Hebræa etiam interpretari non tantùm de extorto vel auerso dominio, sed de vsurpato vsu & labore, vt solent qui cogunt rusticos curribus, aut veterinariis iumentis ad iter, vel onera ferenda sibi deseruire. *Audiam* (Oleaster inquit) *gubernatores, reges, iudices, & qui diligunt munera obcæcantia; qui sequuntur retributiones. Et hæc duo iudici maximè necessaria esse sciant, nihil ab aliquo accipere & neminem grauare.* Liranus, nec asellum, id est, minimam rem.

Oleaster.

Liranus.

ADAG. CIX.

EX CAP. XVIII. VER. XIX.

Pactum salis.

בְּרִית מֶלַח עוֹלָם Noster, pactum salis erit sempiternum, Lxx. *διαθήκη ἁλὸς ἀιωνίου pactum salis sempiterni.* Sic etiam Chaldæus, & consensio est omnium versionum. Itẽ 2. *Para.* 13.5. *nũ ignoratis, quòd Dominus Deus Israël dederit regnum Dauid super Israël in sempiternum ipsi & filiis eius in pactum salis?* Consentiunt recentiores omnes, hac paræmiâ significari pactum perpetuum, incorruptũ, & inuiolabile, vt optimè Sepharadi, Kimchi & alij. Caietanus autẽ negat se scire, cur pactum firmum & stabile, vocetur *pactũ salis*: causa tamẽ non vna ad manum est. 1. petitur à salis natura, quod solet tribuere rebus corruptibilibus quandã durationem & incorruptionem. Lege Gonzalem à Miedis *tractat. de sale.* II. Quia hoc pacto homines cũ inuicem, & Deum hominibus & homines Deo arctissimè deuincte-

בְּרִית מֶלַח עוֹלָם Pactum salis sempiternum.

Sepharadi.

Caietan⁹. Causæ adagij. 1.

Gonzales à Miedis. 2.

bat, ita vt inuicem violare non liceret. III. Quia (vt suspicatur Oleaster) fortè sal fœderibus & pactis omnibus adhibebatur ad significãdum fœdus inuiolabile & perpetuum fore. IV. Est Antonij Fonsecæ significari sale, pactum hoc perpetuò ita obseruandum, sicut Deꝰ voluit seruari præceptum suum de omnibus sacrificiis apponendo sale. Quidquid sit, ipse sacer textus *pactum salis* explicat perpetuum: fortè quia lex illa de sale sacrificiis adhibenda in perpetuum sancita, vt inuiolabiliter seruanda, *Leuit.* 2. 13. *Quidquid obtuleris sacrificij, sale cõdies, nec auferes sal fœderis Dei tui, de sacrificio tuo. In omni oblatione tuâ offeres sal.* Vbi vides vocari *Sal fœderis Dei.* Quia Deus pactus est vt in omni sacrificio sal adderent. In fœderibus sanciendis sacrificia abhibebantur, vt constat *ex Gen.* 15. *à v.* 9. *&* 31.54. Victimas autem quæ postea comedebantur, quis credat insulsas fuisse? in omni ergo fœdere solemni sal fuit adhibitum. quare *pactum salis*, idem est quod pactum solemne, & perpetuum. Sed quo pacto illud Dei, & Israëlis perpetuum fuit? certè & significatione ac typo. Sal enim figura CHRISTI, qui sal verus est, sine quo (meritis eius dico) oblatio omnis Deo insulsa & insipida futura. Tropologicè *Sal* significat discretionem; hanc remoue, quid erit acceptum Deo, aut duraturũ? Hac de re præclarè Philo *lib. de sacrificiis*, seu offerentibus victimas, & Rupertus lib. 1. *in Leuit. cap.* 10. Licebit vti adagio quando fœdus vel pactum volumus significare piè & maturo consilio ictum initumve, & ideo sperabitur inuiolabile & perpetuum conseruatum iri. Sebastianus Varadius *p.* 2. *concord. lib.* 7. *cap.* 5. aliam significationem suppeditat, nempe

3. Oleaster.

4. Anton. Fonseca.

Explicatur.

5.

Allegorice.

Tropologicè.

Philo.

Rupertus.

6. Expositio.

Varad.

pactum

pactum salis idem esse quod pactũ amicitiæ. Sal enim sumi pro mensa, cibo, & consuetudine amicorũ atque contubernalium, vt 1. *Esd.* 4. 14. *memores salis quod in palatio comedimus.* Mihi hæc non videtur cõuenire locis Num. & Paralipom.

ADAG. CX.

EX CAP. XXI. VER. XIV.

Sicut fecit in mari rubro, &c.

Sicut fecit in mari rubro, sic faciet in torrentibus Arnon. Scopuli torrẽtium inclinati sunt, vt requiescerent in Ar, & recumberẽt in finibus Moabitarum.

ABstinuissem hoc loco, quia præterinitium, vix adagiale quidquam continet, nisi viderem inter parœmias à quibusdam reponi: & à similitudine historicâ passim adagia peti, vt *sicut in die Madian*, & similia. Omnino locus est dignissimus diligenti commentario, vel quia fragmentum est ex libro bellorum Domini, & sacræ Scrip. insertum. De libro illo *bellorum Domini* prima quæstio est, an aliquis olim peculiaris hoc titulo liber fuerit? quidam negant, & nituntur etymologia nominis *Sepher* ספר quam ipsi malunt significare vel narrationem, vel numerationem. Qua de re scribit Oleaster à Saphar *fit* Sapher. *Significat autem propriè verbum* Sephar *numerare: vt patet* 2. Samuel. 24. *Vbi sic habetur; postquam* siphar, id est, *numerauit populum.* & Leuit. 15. *Cùm mundabitur fluens à fluxu suo.* vesapharlo, id est *numerabit sibi septem dies.* & cap. 25. Saphartha, *id est, numerabis tibi. Et quia qui narrat aliquid, dicit vnum post aliud, quasi numeret res quæ acciderunt, significat secundo narrare, vt patet* Ps. 44. *vbi dicitur, Patres nostri,* Sipperu, *id est, narrauerunt nobis. Quem loquendi modum nos Hispani habemus hodie,* contad me esso. *hoc est numera mihi, vel narra mihi hoc. Et quia Hebræi per literas numerant, supputantes aleph id est vnum, beth duo, gimel tria, & sic consequenter, vt in Grammaticâ docetur: inde est quòd* Sepher *significat literas, acsi significaret numeros, &* Sephor, *numerationem. Potest ergo hìc significare librum, & numerum, & narrationem.* Ex his tribus versionibus Oleaster minùs probat nostram, quia non putat peculiarem librum fuisse. Qui malunt verti *narrationem* seu nudam commemorationem; hi volunt Moysi reuelationem factam à Deo de iis quæ in Arnon facturus erat, nẽpe se eadem magnalia facturum in torrentibus Arnon, quæ olim fecerat in mari rubro: & ideo duo hæc loca *(mare rubrum & torrentes Arnõ)* nobilitata his miraculis, in ore & laude posterorum celeberrima futura. Vt sensus sit, quotiescumque posteris mirabilia bella, quæ Deus pro populo suo euidentibus miraculis se gessisse ostendit, grato animo recolẽtur, tũc horũ in mari rubro & in torrentibus Arnon gestorum memoria celebrabitur. Sic R. Menachem citatus à Sixto Senensi *lib. 2. bibliothe. in lit. B. Verbo Bellorum Domini liber*; & secuti sunt Eugubinus & Oleaster hìc, qui Oleaster eundem sensum esse vult, si vertatur, (In numeratione bellorũ Domini.) Ex hac sententia R. Menachem videtur Abulẽsis quædam mutuatus; vt & Caietanus: sed dissentiunt: quia licèt Caietanus sentiat vertendum *narrationem*, tamen refert non ad illam

Liber bellorũ Domini, an aliquis liber peculiaris?

Negantes ex etymo.

Oleaster.

ספר

Sixtus Senensis.

lam vulgi narrationem, sed ad certam in sacra Scriptura exstãtem vt statim videbimus. Verùm nullus istorum negare potest *sepher*, etiam significare librum: & sic hoc loco vertendum probatur: primò quia LXX. vertunt ἐν βιβλῳ πολεμος τῦ κυριου &c. quod interpretor; *libro qui inscriptus bellum Domini*, Chaldæus, *Bellorum quæ facit Dominus*. Sic enim debet distinguí, vt initium sit *In mari rubro*, &c.

Esse librũ ostenditur.

LXX.

Chaldæus

Quando scriptus liber iste. D. Augustin ante Moysem.

Communior post Moysem.

Secundò quæritur quando scriptus liber, ante Moysen, an post Moysis tempora? S. Augustinus *lib. 18. de ciuitate Dei*, vult scriptum fuisse ante Moysis tempora. Tunc necessariò dicendum propheticè hæc in illo libro dicta. Cõmunior sententia est, post tempora Moysis scriptum, & Moysem hoc propheticè prædixisse; quod mihi magis placet. Namante Moysis Exodum nõ videtur valdè verisimile à quoquam plagas illas Ægypti, & transitum maris rubri descripta fuisse. Præterea cur non potiùs Moysi, quem prophetam scimus, quàm obscuro nescio cui, certè non canonico scriptori, hanc prophetiam ascribamus? Non obstat quòd noster & LXX. vertant in præsenti, & non in futuro. Cùm enim Hebr. & Chald. sit futurum; respondeo, præsens positum ad certitudinem vaticinij indicandam: futuro verò indicari librum nondum conscriptum, sed conscribendum. Et Moysem indicare voluisse, hunc illum Arnonem esse, ad quem Deus illis mox præstò sit futurus.

Quis liber I.

Sententia Abenezra.

II.

III.

Tertiò quæritur, quis liber iste sit, *Bellorum Domini?* Abenezra putat esse librum Iudicum, quòd in eo multa bella Domini recensentur: Alij librum Iosue: Alij Rabbini ipsum fortè librũ Numerorum. nitũtur etymo, quod dixi; & refert Lyranus. Sed refellit bene Abulensis q. 23. His omnibus obiicitur, nõ posse hæc verba, nec sententiam ipsam in his libris ostendi. Nec credendum excidisse: quia Iudęi Pentateuchum, & libros Iosue ac Iudicum semper summâ curâ asseruarunt. Caietanus, qui vult verti *narrationem*: eam censet contineri *in Psal. 135. & 136.* Vbi sicut narratur transitus maris rubri; sic etiam cõmemorantur victoriæ contra Seon Regem Amorrhæorum & Og regem Basan. Verùm nemo illi concesserit Psalmos esse librum bellorum Domini. Nouũ hoc planè, & possent aliæ multæ prophetiæ vocari *narrationes bellorum Domini*, quibus Dei victoriæ prædicuntur. Denique nititur eius cõiectura fundamento fallaci, ac mendaci, melius verti *narrationem*, quàm *librũ*. Antistes Abulensis contendit *librum bellorum Domini*, eundem esse cum libro *Iustorum*, de quo Iosue 10. 13. & 2. *Reg.* 1. 18. Quod non credo, cũ tituli librorum adeò sint diuersi. Cur non dixit etiam eosdem esse *libros sermonum ac dierum*? Pro me, diuersos esse, stat communis non Hebræorum modò sententia; sed etiam Patrum, Hieronymi, Augustini, Theodoreti, & aliorum. Fit etiam argumentum contra Abulẽsem ex ipsomet. Vult librum bellorum Domini scriptum ante Moysem: in libro verò Iustorum multa continebantur, quæ temporibus Iudicum Israël, & regum, tot sæculis post Moysem gesta. Scio quid respondeat: In illo libro multa futura narrata per modum historiæ, quasi iam peracta fuissent, & tale esse quod hîc citatur; & hunc librum valdè obscurum, & similem Apocalypsi fuisse. Verùm hęc quid, nisi coniectanea, quę quâ dicuntur, eadem facilitate negantur? Quid ergo?

IV. Caietanus

V. Abulẽsis. De libro Iustorum. Rabbini.

Hieronymus. Augustinus. Theodoretus.

ergo? pedibus discedo in quorundam etiam Hebræorum sententiam, hunc librũ bellorum Domini vnum illorum esse, qui interciderũt: quod voluit D. Augustinus, *hîc in quæstionibus*, & Fonseca *in notis ad Cajetanum*; qui huiusmodi libros, quibus caremus, enumerant, vt & Sixtus Senẽsis, *lib. 2. bibliothe. sanctæ in princ.* De libro quod dicam, ampliùs non habeo. Veniamus ad loci explicationem.

Adagij vsus.

Qui volunt esse locutionem parœmicam, censent vsurpandam, quando propter paria & similia delicta, diuersos à Deo populos, non dissimilibus cladibus & suppliciis obtritos legimus, vel affirmamus: quam Dei consuetudinem, vt cæteros præteream, docet nos Ieremias, cap. 7. 12. *Ite ad locum meum in Silo, vbi habitauit nomen meum à principio: & videte quæ fecerim ei, propter malitiam populi mei Israël: & nunc, quia fecistis omnia opera hæc* (quæ illi fecerant) *dicit Dominus: & locutus sum ad vos manè cõsurgens, & loquẽs, & non audistis: & vocaui vos, & non respõdistis: Faciam domui huic, in qua inuocatum est nomen meum, & in qua vos habetis fiduciam: & loco quem dedi vobis & patribus vestris, sicut feci Silo. & proiiciam vos* (ô Iuda & Beniamin) *à facie meâ, sicut proiecs omnes fratres vestros, vniuersum semen Ephraim.* Quis non ad hæc expauescit, videns tam ad amussim quadrare in nos Europæos? propter hæreses & schismata proiecit Deus Asiam, & Africam: abrupit non exiguam Europæ partem; Græciam, Macedoniam, Mœsiam, Dalmatiæ & Pannoniæ non contemnendas ciuitates. Quid Septentrioni nostro, Germaniæ, Galliæ, Britannijs expectandum? & non est qui recogitet, qui stanto ea clamet voce, *Sicut fecit in mari rubro: sic faciet in torrentibus Arnon*, &c.

Ier. 7. 12.

Verborum sententiæ præmittenda defensio vulgatæ versionis. Multa namque nouatores vellicãt. Primò quòd Hebræum contextum quibusdam additis, aliò videatur detorsisse. Hebraicè tantùm esse: *quòd dedit in vento forti, & torrentes Arnon.* Verùm noster prudentissimè animaduertit copulam Hebræam (ve) vim comparatiui continere, & ideo luculenter expressâ comparationis notâ, effugit caliginem; quæ LXX. & Chaldæum obsidet. Secundò contendunt *Vaheb* והב esse nomen vrbis proprium, & ideo vocem retineri debuisse. Habent pro se LXX. qui vertunt, πλὴν ζωὰβ ἐφλόγωσε, *ipsam Zoob combussit*; vt videantur pro vaf legisse zain, quarum literarum ו & ז non valdè dissidet figura. Nihilominùs noster magis crebrâ & faciliore mutatione, & clariore multo sensu vaf accepit vt positum pro iod, ו pro י: quasi scriptum foret יהב *Iahab*, *dedit*, *dare* autem pro facere, frequentissimum est, sicut *Psalm.* 55. 23. *Non dabit in æternum fluctuationem iusto.* Hoc est, non faciet vnquam illum fluctuare, & 2. *Reg.* 22. 41. *inimicos meos dedisti mihi dorsum*, fecisti eos mihi tergum vertere, in fugam cõpulisti, quod hoc loco Dauid Kimchi & Pagninus confirmant. Tertiò contendunt pro, *in mari rubro*, verrendum, *in turbine*, vel *in vehementi vento* Quia non habetur *suph* סוף, sed *suphah* סופה, quod *turbinem* hîc significare multis asserit Oleaster. LXX. quoque de fulmine vel flammâ videntur accepisse, ἐφλόγωσε reddentes. Illis ita visum: pro nostro est Chaldæa Paraphrasis על ימא דסוף *Super mare suph*, & Pagninus quoque fauet nostræ versioni, & certum est mare ru-

Defensus noster interpres.

I. Obiectio.

Solutio.

II. Obiectio.

LXX.

Solutio.

Dare pro facere.

Kimchi. Pagninus.

III. Obiectio.

Oleaster.

סופה Solutio.

על ימא דסוף

brum sic vocari, *Iudi.* 11. 16. vbi de hac ipsâ historiâ mentio; *quando de Ægypto conscenderũt, ambulauit per solitudinem vsque ad mare rubrum.* עַר יִם סוּף vbi Lxx. ἐως θαλάσσης ἐρυθρᾶς. *vsq; ad mare rubrum:* ים verò nihil ad significationẽ hîc pertinet, sed (vt solet) ornatus causâ fuit additũ.

Explicatio verborum.

In sequẽtibus verbis, *Scopuli torrentium*, &c. iuxta Liranum & Abulensem, miraculi ipsius, quod Deus in torrentibus Arnon fecerat, narratio continetur, & subauditur *nã, quia*, aut simile quidpiam. Nõ dissentiũt Lxx. aut Chaldæus: sed munùs perspicuè & eleganter, quàm vulgatus id expressêrunt. Ad miraculũ etiam referunt Hebræi, & miraculũ ipsum narrat ex illis Liranus, quẽ Abulensis (homo fabellis Iudaicis non solitus auscultare) hîc sequitur, ita scribens; *Dicitur autem fuisse historia, vt colligitur ex verbis infrà positis: scilicet quòd cùm Iudæi vellẽt intrare per terminos terræ Amorrhæorum, latuerunt Amorrhæi in scopulis cauernosis, qui erant apud torrentem Arnon, in vtraq; parte torrentis: erat autẽ inter scopulos angustia viarum, per quam transituri erant Iudæi. Latuerunt autem Amorrhæi in cauernis scopulorum, vt inde insidiosè sagittarẽt Iudæos & lapidibus obruerent. Deus autem fecit, quod scopuli illi inclinarentur super torrentem: scilicet quòd altitudo montis inclinaretur vsq; ad planitiẽ: & ibi mortui sunt omnes Amorrhæi latentes in cauernis super torrentem Arnon: Iudæi autem exeuntes videbãt illos mortuos, quando aqua educebat eos sub scopulis inclinatis.* sic ille *q.* 22. & 23. rem prolixiùs adhuc aperit, aliam quoque explicationem addens, quam tamen præfatæ postponit. Verba eius sunt; *Ista, recũberent, & requiescerent, possunt referri ad duo, scilicet ad Iudæos, & ad scopulos. Primo modo sensus est, quòd scopuli inclinati sunt: & hoc, vt Iudæi recumberẽt in finibus Moabitarum, & requiescerent in Arnon, scilicet quòd non poterant transire Iudæi ad figenda castra prope Arnon in finibus Moabitarum, nisi primò transirent inter scopulos, & quia ibi latebãt Amorrhæi, qui non permitterent*, inclinati sunt scopuli, vt *Israëlita* requiescerent in Arnon, & recumberẽt in finibus Moabitarum, *quod idem est, scilicet figendo ibi castra.* Hæc prior est explicatio ipsa quoque ingens, miraculũ proponens, sed vnicum de scopulorum in planũ descensũ: posterior hoc supponit & addit hostiũ oppressionẽ, quæ supposito illo miraculo priore non foret miraculosa. Subdit; *Alio modo referuntur illa verba ad scopulos; scilicet, quòd* inclinati sunt vt requiescerent in Arnon, *id est vt iacerent super torrentem Arnon. q.d. priùs erant scopuli erecti: nũc quando* inclinati sunt, recubuerunt in finibus Moabitarum, & requieuerunt super Arnon: *scilicet quia humiliata sunt cacumina scopulorum vsque ad planum super aquas torrentis, & ibi iacuerunt tanquãm requiescerent: & hoc erat,* super Arnon, *scilicet super aquas torrentis, & super terminos* Moabitarum, *quod idem est. Vterque sensus cõuenit, sed magis iste secundus;* ita vir grauissimus Abulensis. Quæ tamen omnia, supercilioſum quoddam Lutheri mancipium, plagosus Orbilius, fabulas & nugas Iudaicas indigetat.

Liranus Abulẽsis.

Lutheranorũ arrogantia & nugæ.

Nunquam differebor Salomonem Gallũ, & similes verpos multa nobis passim fabulosa obtrusisse: de hoc tamen miraculo non audeo tã proteruè idẽ asserere; cũ videam Tostado placuisse, cuius sincerũ iudicium, acutũ ingeniũ, eruditio magna, sanctitas illustris nota est orbi. Nec cõtinuò fabulosum, quod alibi narratum non legitur. Nunc tamen hæc mihi minùs placent: quia Moysi menti (quã postea proponam) minùs consentanea videntur. Verùm

Tostadi laus.

quid magistri huius adeò rigidi censoris probabilius attulerunt? Audite commenta commentorum. Lutherus asserit VAHEB fuisse cognomen montis Arnon, qui propter altitudinem caput inter nubila conderet (sic enim ille vertit Hebræum CHESVPHAH) & supernè quidem omnibus vetorum flabris & turbinibus quatiebatur: inferiori parte scaturiginibus abundabat, & fluuium eiusdem nominis è radicibus emittebat. Quis non videt omnia hæc ab illo fingi? Cur non Arnoni etiam prænomen, & agnomen addidit; & patriciæ alicui familiæ inseruit? Virgilium æmulabatur, & Atho nobis vel Olympum describebat? vbi hęc de Arnonis tantâ celsitudine lecta? vbi de frequentia scaturiginum in terra vehementer squalida & inaquosa? alij *Vaheb* vrbis ipsius nomen esse pertendunt; quæ aquis, & iunco palustri vndique cincta fuerit. Placuit hoc Ariæ Montano. Quasi de hac vrbe vel vestigium sit in diuinis libris; vel Geographorũ quenquam laudare queant authorem. Non deficit, qui putet ad hoc confirmandum pertinere, quod legitur *Iosue 13. v. 16.* In descriptione limitum Moabiticorum, vbi volunt situm vrbis cuiusdam ita depingi, vt eam fluuius non secùs ac peninsulam vtrimque alluat, verba sunt: *Aroër quæ sita est in ripa torrentis Arnon, & in valle eiusdem torrentis media.* Ita noster, qui sic ipsam Aroër sitam indicat. Paulo aliter LXX. καὶ τὴν πόλιν τὴν ἐν μέσῳ τῆς φάραγγος, *& vrbem quæ in medio vallis.* Hebr. *& ciuitas quæ in medio torrentis*; Quod noster censuit adhuc de Aroër dictum, quæ ad ripam Arnon per mediam conuallem fluentis sita sit. Si alia ciuitas quàm Aroër, vnde probant Vaheb vocatã? Tertia diuinatio est eorum, qui volunt subaudiri hoc loco Moysis, *euertit Deus.* Nempe ipsam vrbem Vaheb vehementi à Deo turbine subuersam, & torrentes Arnon, sic ab eodem Deo directos fuisse, vt mutato priore alueo, iam planè contrario motu ferãtur. Maior hæc fictionum & audacior colluuies est. Quo nituntur authore, vt credamus? placeat id Oleastro, qui perperam vult id ex contextu colligi: videlicet, quia venti fortis & torrentium mentio fit. Non sequeretur, licèt daremus, *ventum fortem* verti debuisse; quod non damus.

Lutheri commenta. Arias Mõ. Oleaster.

Vt quod sentio meliùs intelligatur, fragmentum hoc libri bellorum Domini, in duas partes diuido. Priorem; *Sicut fecit in mari rubro, sic faciet in torrentibus Arnon.* posteriorem: *Scopuli torrentium inclinati sunt, vt requiescerent in Arnon, & recumberent in finibus Moabitarum.* Quæ duo non arbitror sic ab inuicem pendere, vt posteriore prioris ratio reddatur: siue, vt miraculum in priore positum, in posteriore explicetur. Habeo mecum sentientem Caietanum, qui vult priora illa; vsque, *in torrentibus Arnon*, inclusiuè; esse interpositionem dicendorum in libro bellorum Domini: sequentibus verò, *Scopuli torrentium*, &c. redire Moysem ad narrationem & descriptionem situs Arnon, quem inceperat describere à termino Amorrhæorum, & confinio inter Amorrhæos & Moabitas; & nunc pergat describere eius abundantiam aquarum. Ego hinc sumo, & verum puto; miraculum satis apertè narratum priori illâ parte: posteriore verò describi situ loci, vbi illud miraculũ acciderat, & totã partem posteriorem adhuc esse verba

Authoris explicatio. Partitio cõtextus. Caietanus.

libri bellorum Domini: in quo à Caietano recedo. Si quæras, quale ergo fuit miraculum? Respondeo tale fuisse, quale factum in mari rubro, vt contextus sacer indicat. an ergo aquis hinc inde assurgentibus, recedentibus ab inuicem, & more muri hinc inde firmatis, Israëli siccus & liber transitus patuit; & post eius transitum, aquæ iterum inclinatæ, cursum & alueũ suum repetẽtes, vti priùs faciebant, defluxu suo Moabitas, Ammonitas, & Amorrhæos ab inuicẽ certo limite dispescuerunt? volunt multi, quia satis clarè comparatio instituitur à Moyse, inter transitum maris rubri, qui sic contigit; & transitum torrentium Arnon, qui vt similis sit, similiter cogitandus contigisse. Tempus miraculi nobis indicauit Iephte *Iudic.* 11. *à v.* 17. Narrans quomodo populus Dei, negato sibi à Moabitis & Ammonitis transitu, ex Cades profectione institutâ, coactus fuit latus terræ Edom & Moab circuire, & ad finem terræ Moab, qua ortum solis adspiciebat, castrametari citra torrentem Arnon, ex Arnonis petræ cacumine, non pede, ortum, & in mare mortuum illabentem. Vnde missis legatis ad Sehon regem Amorrhæorum, nec impetrato transitu, iussu Dei *Deutero.* 2. 24. contra Sehonem pugnaturus, hoc Dei miraculo adiutus fuit, & flumine miraculosè siccato, & pedibus transmisso, Sehonem in Iasa debellauit: si vera sunt, quæ *ad d. cap.* 11. Arias Montanus scripsit: vellem auctorem aliquem nominasset. Iosephus quidem *lib.* 4. *antiquitat. cap.* 3. Narrans res cum Sehone à Moyse fœliciter gestas, siccati fluuij nec vmbram iacit: non prætermissurus, vt genti suæ glorioſum, si qua tum temporis traditio exstitisset. Moyses ipse *Deuteron. cap.* 2. fusiùs omnia exsequitur, nec alterius miraculi meminit, quàm de terrore hostibus immisso diuinitùs, & gentis excidio. Quare inclinor in eam opinionem, vt censeam comparationem non à fluuij desiccatione petendam; sed dumtaxat in eo sitam, quòd sicut illustrem de Ægyptiis ad vnum deletis Deus Israëli ad mare Suph victoriam largitus fuit: ita, licèt non eodem modo per omnia, pari tamen euentu, eodémque Sehonis & exercitus ad internecionem cæsi exitio, suis præstò fuerit apud Arnonis fluenta. Tribuitur Deo victoria, quia Sehon humanis viribus ab Israële, tam facilè, & incruentâ penè victoriâ vinci non poterat. Conuenit itaque mihi cum Montano, de miraculo in genere, de loco & tempore eiusdem: dissentio de modo miraculi: ille tribuit fluuij desiccationi, ego Dei terrori hostibus immisso: quod etiam videtur Caietanus sensisse; sed vult narrari hoc in psalmis, ego haberi in libro bellorum Domini amisso.

Qualemiraculum fuit?

Tempus miraculi.

Arias Montanus. Iosephus.

Pergo ad membrum posterius, quod præcedenti connecto, vt meritam repetiti Arnonis descriptionem: quasi dicat, in torrentibus qui scaturientes ex Arnone monte defluunt vsque ad Arnoné vrbem (quæ Ar & Aroër quoque vocata) & Moabitarum territorium spondæ modo cingunt. Hoc enim vnũ Moysi nunc probare propositum, quod dixerat; *Arnon terminus est Moab, diuidens Moabitas & Amorrhæos*, quod etiã docebit *Deu. 2. v. 36.* Probat autem id clarissimè ex dicti libri authoritate, in quo poëticis

Auctor.

meta

Scopuli pro fluctibus. metaphoris hæc topographia mirè exornatur. Nam quod noſter vertit *ſcopulis torrentium*, metaphoricè poſitum pro fluctibus torrentium, quia fluctus torrentium citatorum ac procelloſorum videntur inſtar ſcopulorum, quibus ſe illiduut, aſ-

אשד ſurgere. Sanè Hebræum אשד *defluxionē* ſeu *decurſum* ſignificat: quod

ושפך Lxx. adſtruit Chaldæus, qui habet ושפך & effuſiones. Lxx. ſimpliciter χειμαῤῥους torrentes. quia fluxus torrentis nihil eſt aliud quàm ipſe torrens. Figurata quoque ſunt reliqua; *inclinatos* ait, vt exhibeat lectori quaſi reſidentes ac demittentes ſe rurſus fluctus; quia fluctus qui quaſi in ſcopulum intumeſcens aſſurrexerat, reſidens & detumeſcens inclinatur. Non caret exemplo, quod

Lucanus. dixi. Lucanus enim lib. 5. Corum alloquens, ſcribit;

. . . tam te tollente furebat
Pontus, & in ſcopulos totas erexerat vndas.

Seneca. Seneca in Hippolyto:

Conſurgit ingens pontus in vaſtum aggerem.

Audis aquarum ſcopulos, & aggeres; alibi & *montes aquarum*,

Virgilius. Virgilius.

Inſequitur cumulo præruptus aqua mons.

Ouidius. Ouidius etiam deſcribit inclinationem horum montium,

Me miſerum quanti montes volluntur aquarum!
Iam iam tacturos ſydera ſumma putes.
Quanta diducto ſubſidunt æquore valles!
Iam iam tacturas Tartara nigra putes.

Arnonis topographia. Quod verò hîc ſequitur *requieſcerent, & recumberent*, ab animatis ad inanima vtrumque transfertur, eo fœliciùs, quòd ex editâ rupe prolapſus torrens, quo propior originì, magis æſtuãs rapidior torrentiórque fertur; quo proximior fini, nẽpe mari mortuo quo abſumitur, pacatior leniórque incedit: maximè poſtquam furorem poſuit in lacu Iazer, tam lato vt mare vocent. in hunc enim poſt multos anfractus illapſus, inde rurſùs elabitur, & vrbem Ar vnâ ex parte totam alluit: poſtea porrò multò auctior, ſed lentior manat. Igitur Arnon primo loco ſignificat torrentem, ſecundo ipſam Ar. fretus ſum auctoritate Lxx. qui tranſtulêre κατέςησε κατοικίαν Ηρ, vt quidam libri habent; alij κατέςησεν κατοικῆσαι ſenſu eodem, quaſi dicant, torrentes hos habitatoribus Ar pro terminis conſtitutos. Nam Ηρ pro Ἀρ poſitum D. Hieronymus docuit. ex quo patet vitioſè in Regiâ editione legi ἱερ. Confirmat quod dixi Thargum, *effuſio torrentium, qui defluunt prope Ar, coniungitur termino Moab.* Ioſephus *d. lib. 4. in fine cap. 4.* de Arnone, ὃς ἐκ τῆς Ἀραβίας ὄρων ὁρμώμενος, καὶ διὰ πάσης ἐρήμου ῥέων, εἰς τὴν Ἀσφαλτίτιδα λίμνην ἐκδίδωσιν, ὁρίζων τὴν τε Μωαβίτιν καὶ Ἀμωρίτιδα: *ex Arabia montibus exortus, deſertum medium pererrans, in Aſphaltiten lacum influit, Moabitida & Amoritida diſterminans.* nõ quidẽ diſterminat vbi influit, ſed apud ipſam Ar, inter eam & Meſor. Vide Adrichomium in voce Arnõ: cuius tamẽ icones diſſentiunt. Vna exhibet flumẽ ex Arnonis petrę vertice ſcaturiẽs, altera ex pede rupis, errore ſculptoris: non ſcriptoris. Ex his etiam illud manifeſtum fit, Eugubinum hoc quoque loco in Lxx. immeritò calamo graſſari: neque textum noſtrũ ab Hebræo tam eſſe diſſentaneum, quàm Caietanus aſſeruit, ſed probè cum fonte conuenire. Diu nos iſte torrens detinuit, ſed Deo duce ſcopuli non obruerunt.

Chaldæus. Ioſephus. Adrichomius. Eugubinus. Caietanus.

ADAG. CXI.

EX EODEM CAP. VER. XXX.

Ignis egressus & flamma deuorauit.

AIT diuinus scriptor: dici in Prouerbio:

Venite in Hesebon, ædificetur & construatur ciuitas Sebon.
Ignis egressus est de Hesebon, flamma de oppido Sehon,
Et deuorauit Ar Moabitarum, & habitatores excelsorum Arnon.
Va tibi Moab. periisti populе Chamos. Dedit filios eius in fugam,
Et filias in captiuitatem regi Amorrhæorum Sehon.
Iugum ipsorum disperiit ab Hesebon vsque Dibon,
Lassi peruenerunt in Nophe, & vsque Medaba.

Hebræa vox *hamnoselim* המשלים paraboliſantes, & Græca αἰνιγματισταὶ, ænigmate inuoluentes, & Chaldæum מחליא *mathlaia*, latè patent, ideò noſtra verſio cenſenda valdè vocem prouerbij extendiſſe. Nam reuerâ quæ propoſui omnia ſunt carmen victoriale, ἐπινίκιον Amorrhæorum: quod fortè omnibus Epiniciis omnium gentium vetuſtius eſt. certè primum tempore omnium, quorum ſacra ſcriptura meminit. Nam ante Moyſis ex Ægypto profectionem Amorrhæi Moabitas vicerant: & hoc cantico (quod veriſimile eſt cani cœptum ſtatim poſt victoriam) Moabitis inſultarunt. forraſſis vocatur Prouerbium, quia poſtea Iudæi Moabitas perſtringentes, eo ſoliti ſunt vti, & victis improperare: & ius ſuum in vrbibus illis oſtendere. Videlicet ſe illas non Moabitis, ſed victoribus eorum, & pacificis iam poſſeſſoribus Amorrhæis eripuiſſe. Ideo enim hoc Moyſes inſeruit, & ſimul vt diſcerent poſteri, quàm promptam Deus Iſraëli, de tam potenti hoſte victoriam conceſſiſſet. Duo quoque in hoc cantico occurrunt adagialia. prius eſt quod dixi, *Ignis egreſſus eſt de Heſebon, & flamma de Dibon*, &c. Nam ignis pro celeri exitio & clade ponitur, ſicut etiam repetitum à Ioâthan Gedeonis filio *cap. 9. Iudic.* 20. verſu, *Sin autẽ peruersè egrediatur ignis ex eo, & conſumat habitatores Sichẽ, & oppidum Mello: egrediaturq́ ignis de viris Sichẽ, & de oppido Mello, & deuoret Abimelech.* hoc eſt, bello ciuili ſe inuicem cõſumant. Belli vna clades incendium eſt. Chaldæus optimè hîc: *ventus vrens fortis ſicut ignis egreſſus eſt de Heſebon: & facientes prælium ſicut flamma de ciuitate Sehon, occiderunt populum*, &c. Aliud adagium ſequitur verſ. xxx.

Epiniciũ vetuſtiſſimum.

Ignis egreſſus deuorauit, &c.

IBIDEM VER. XXX.

ADAG. CXII.

Lucerna extincta, vel *periit.*

NIRAM ABAD. נירם אבד

IN fonte prouerbium eſt apertũ, in noſtro prouerbij explicatio. Nam vbi noſter, *iugum ipſorum diſperiit*, Hebraicè eſt *niram*, quod variè transfertur. Lxx. exponunt σπέρμα *ſemen*; Chaldęus *regnum, malchu* מלכו; Caietanus, *dominium*; Selomo confirmat noſtram & Chaldæam ſimul: ſenſu enim conueniunt, quia iugum intelligitur quo alios premebant. Suffragatur etiam Eugubinus; ſed ne ſibi diſſimilis ſit, Lxx. reprehendit: quaſi nominis נר radix non ſit ירה *iarah*, iacere: & ſemen non poſuerint, pro regni

Lucerna perit, vel exſtinguitur.

Verſiones cõciliatæ.

Eugubinus.

Lxx. defenſi.

regni successione seu propagatione. Mercerus & alij malunt reddere *Lucernam*; quia נִיר hoc propriè est, pro נֵר. Præ cæteris hoc acriter tuetur Oleaster: verba sunt: *Miror cur nostri relinquentes hîc propriam verbi significationem sequuntur Onkelõ, qui vertit* regnum. *cùm* נִיר *nusquam inueniatur illud significare: sed significat lucernam, aut arationem agri antequam seratur.* deinde accumulat exempla vtriusque significationis, quę in Pagnini & aliorum lexicis inuenias. Sed Onkelon sequuntur etiam Iarrius, Kimchi, & Pagninus. Non nego videri frequentiùs significari *lucernam* vel *lucem*: sed assero nullam harum versionum reprehendi debuisse: sed eas inuicem adstipulari. Quo pacto?

נר Oleaster.

Regula optima recte vertendi, & defendêdi vulgatũ

Prudentis interpretis est versione suâ facem præferre lectori. fit hoc commoditissimè, quando quæ in fonte turbida habentur, aut latent obscura, ea ipse clara & limpida promit. Solent autem Lxx. & vulgata hac ratione id præstare, cùm tropi nihil subest. v. g. quando de verâ lampade vel faculâ sermo fit, vel metonymicè de vase, cui ellychnium vel candela imposita est, agitur, tum candelabri, vel lucernæ nomen retinere, vt *Exo.39.v.37. Lepit.24. v.4.* cum similibus: sed si in primitiuo sermone se tropica locutio offert, eam aliquando retinẽt, vt originariæ linguæ discamus idiotismum. Aliquando idiotismum explicant, vt vim eius intelligamus. Alia locis aliis exempla danda, nunc hoc agamus de Lucernâ.

Cur נִיר tã diuersimodè vertatur.

נִיר ergo proprio suo idiotismo, retentâ phrasi, lucernam noster vertit, vt 3. *Reg.* 11. 36. *filio autem eius dabo tribus vnam, vt remaneat lucerna Dauid seruo meo.* Lxx. verò illic explicant ἡ δόσις, vt sit firmamen seu positio; Chaldæus, vt stabiliatur seu firmetur regnum. vides Onkelo etiam Lxx. & Ionathanum assentiri, contra Eugubinum.

Ibidem cap. 15.4. *Propter Dauid dedit ei Dominus Deus lucernam in Ierusalem, vt suscitaret filium eius post eum, & statueret Ierusalem.* Lxx. explicãt καταλειμμα residuum seu reliquias. Chaldæus, firmauit illi regnum.

4. Reg. 8. 19. *Noluit autem Dominus disperdere Iudam, propter Dauid seruum suum, sicut promiserat ei, vt daret illi lucernam & filiis eius cunctis diebus.* retinent Lxx. λύχνον, Chaldæus, firmaret regnum.

Metaphoræ quoque illæ apud Iob. 18. 5. *Nonne lux impij extinguetur, nec splendebit flamma ignis eius? Lux obtenebrescet in tabernaculo illius, & lucerna, quæ super eum est, extinguetur.* vbi Lxx. & Chaldæus retinent idiotismum lucernæ.

Psalmo 131. 17. *illic producam cornu Dauid, parani lucernam Christo meo.* iterum Lxx. λύχνον, & Chaldæus שרגא. an quòd de spirituali regno agebatur? שרגא

Prouerb. 20. 20. *Qui maledicit patri suo & matri, extinguetur lucerna eius in medijs tenebris.* נר Lxx. λαμπτήρ. eodem modo Chaldæus: & idem adagium est, *Prou.* 13. 9. *Lux iustorum lætificat: lucerna autem impiorum extinguetur.* & cap. 24. 20. *Quoniam non habent spem futurorum mali: & lucerna impiorum extinguetur.* vbi, *Prouerbium est* (ait Baynus) *contra eos, qui præsentem fœlicitatem futuræ præponunt, & impiorum æmulantur vitam, vt eorum momẽtaneam prosperitatem assequantur.* Sensus est, spem, gloriam, imperium, posteritatem impiorum, cum eorundem memoriâ breui interitura. Nam hæc omnia נִיר complectitur. Quod d. v. 9. *Lux iustorum*, &c. pulchrè explicatur. Fœlicitas (inquit) & gloria iustorum, solidæ est lætitiæ, quia semper augenda. Nam *iustorum se-*

נר

Rob. Baynus.

Quid interfit inter lucem iustorum, & lucernam impiorum.

mita, quasi lux (scil. auroræ) *splendens procedit, & crescit vsque ad perfectam diem. Prou.*4.18. hoc est magis atque magis splendescit. (Chabes phrasim, *Esther.*9.4.) vsquequo ad solis meridiani splendorem atque perfectionem; in hac vitâ, virtutis & gratiæ; in futurâ gloriæ & beatitudinis, pertingat. Per hanc enim claritatem doctrinæ & sanctitatis, iusti sunt, *lux mundi, Matth.*5.14. Lucerna verò impiorum, quæ in huius mundi caliginosâ nocte, videtur potiùs lucere, quàm lucet; illa breui tempore ac leui flatu, dissipatis hisce nebulis, & die vero illucescente, obscurabitur. Iustorũ fœlicitas comparatur Soli & luci, quia iugis est, solida, stabilis, & per totum orbem se diffundit, apud iustos & iniustos, carnales & spirituales. Gloria verò & fœlicitas impiorum lucernæ assimilatur, quia durat in hac tantùm nocte, indigens oleo alieno, hoc est vano fauore; quòd si defecerit, exstinguitur; si aduersitàs aliqua adflauerit, exsufflatur, & fœtet: & insipientibus tantùm splendere ac lucere videtur. sæpè in hac vitâ, semper cum eâ exstinguitur.

Cur regni vocant. Non rarò verò Lxx. & noster idiotismo relicto, quid velit versione suâ malunt ostendere: & pro lucernâ, gloriam, splendorem, potentiam, & proinde *regnum*, cui hæc omnia insunt, transferunt. Quia in diuinis libris fœlix status per lucem, infœlix per tenebras denotatur. quia qui potentes sunt & in dignitate positi, læti degunt, amant videri, lucem quærunt, & quasi radios quosdam nitoris & fortunæ suæ dispergunt: quibus contrà sunt aduersa omnia, lucem oderunt, seque abdunt in tenebras, & animi suliginem etiam atrato habitu manifestant. Ideo נִיר *nir*,

Lux pro fœlici statu. Tenebræ pro infœlici statu.

Chaldæus rectè vertit *regnum*; & quia hæc Moabitarum dominatio violenta erat, ideo noster metaphoram metaphorâ explicuit, *iugum* transferens. scitum enim *iugi* appellatione, sæpe imperium significari, vt *Gen.*27.40. & 3. *Reg.*12.14. *Isai.*10.27. & passim. Lxx. denique præclarè & ipsi, vt firmamentum (quod aliàs στέρεωμα vertunt) indicarent, quod in regno est legitima prolis successio, & ostenderent stirpitùs excisum ibi regnũ Moab, vsi sunt voce feminis, τὸ σπέρμα. sciebant enim sic liberos in sacra Scriptura vocari, *Genes.*9.9. *Sap.*10.15. *Dan.*11.6. & vbique ferè: semen ergo idem illic quod lucerna.

Versiones defensæ. Chaldæus. Noster iugũ pro dominatione. Lxx. Semẽ pro liberis.

Si penitiùs inspiciamus, videbimus non malè opinatos, qui scripserunt primitiuam significationem vocis *nir* נִיר, magnam cognationem habere cum נָהָר & נהר cum אוֹר, quia denotat propagationem in genere, siue luminis, siue aquæ, siue successionis. Successionis, locis omnibus, quibus de posteritate agitur: Aquæ, locis quibus agitur de sulcis aratro ductis, eò quòd sint quasi aluei per quos aqua decurrit, etsi hoc videtur frequentiùs à Chaldæis vsurpari, vt *Prouer.*13.23. *Ierem.*4.3. *Osea* 10.12. Luminis denique, quando de regni splendore, aut imperio agitur. Vnde B. Ioannes ad regale sacerdotium, hoc est Episcopatum, transtulit, cùm Angelum minantem refert, *venio tibi & mouebo candelabrũ tuum de loco tuo, Apoca.*2.5. Vbi Andreas scribit, ex quibusdam, significari dignitatem episcopalem. idem habet Arethas. addo per Metonymiã *candelabrum* pro ipsâ lucernâ poni seu candelâ, quæ in candelabro sita, Regi similis in solio sedenti.

Andreas Cæsarien.

EX

ADAG CXIII.

EX CAP. XXIII. VER. X.

Mori morte iustorum.

Mori mor te iustorũ.

QVI fœliciter mori optabant, vulgò dicebant, *moriatur anima mea morte iustorum.* Eodem quidem modo morimur omnes animæ à corpore separatione: sed quæ morti annexa considerantur. Moriuntur iusti, fœliciùs resurrecturi in vitam æternam: moriuntur impij damnandi ad æterna mortis secundæ supplicia. *Novit Dominus viam iustorum, & iter impiorum peribit. Psalm. 2. v. vlt.* Ideo Dauid clarè distinxit, *pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius.* Psalm. 115. 15. *mors autem peccatorum pessima. Ps. 33. 22.* planè perniciosa & miseranda,

Apollinarius.

vt ibi Apollinarius.

θάτμος ἁμαρτιτῶν ἔλεος ἢ ἀποτμες ἔυχθη.

Basilius.

D. Basilius in catenâ: *Mors iustorum non mala secundùm naturam, sed bona. Qui mortui sunt cum* CHRISTO, *in bonâ morte sunt. At peccatorum mors mala est. nam eos tormentum ingens excipit.* nempe (vt

Athanasius.

ibidem scribit S. Athanasius) *sempiternus ignis, tenebræ exteriores, irrequietus vermis, fletus, & stridor dentium, gehenna & tenebræ.* Quærat aliquis, qui in adagio, *Iusti*, vocentur? Certum est de Israële loqui: non de illis tamen omnibus, quos Balaam videbat; pauci namque illorum bonâ morte sublati: sed de vero ac spirituali Israële, & qui nouissimo CHRISTI tempore futurus, ad quod tempus propheticè respexerit. In votis enim illi erat, quod optimum: sed non assecutus, quia non meritus.

ADAG CXIV.

IBIDEM VER. XIX.

Non est Deus quasi homo, vt mentiatur.

Nec vt filius hominis, vt mutetur.

Non est Deus sicut homo. Iustinus Mart.

QVI vult significare Dei immutabilem constantiam, τὸ θεῖον ἀτρεπτον, vt ait D. Iustinus, illub Balaami vsurpet, quod inuito veritas extorsit: quo Dei in dictis factisque fidem, veritatem, perseuerantiam confitebatur; *Non est Deus, quasi homo vt mentiatur: nec vt filius hominis; vt mutetur.* quod explicat addens; *ipse dixit, & non faciet? locutus est, & non implebit?* Sic 1. Reg. 15. 29. *Porrò triumphator in Israël non parcet, & pœnitudine non flectetur: neque enim homo est, vt agat pœnitentiam.* Vide, lector, vnde Gentiles suum IOVIS TRIVMPHATORIS nomen furati. Item *Iob. 33. v. 14. Semel loquitur Deus, & secundò idipsum non repetit*, vbi Olympiodorus in hanc sententiam scribit; *Atqui illud tibi cogitandum erat quæ Deus decreuit, non ideo iure sancita esse, quia illum vel hominum more pœniteat, vel quòd aliquid melius ratiocinando reperiat. Immò verò reprehensione vacant omnia quæcunque is scisset. Homines enim pœnitere solet eorum, quæ ipse dicunt, faciuntve: quod vitium in Deum minimè cadit, cui semel pronunciasse sit satis.* Scio, Symmachum, Aquilam, & Hebræos longè aliter Iobi locum accepisse, sed nunc non vacat, nec necessarium est, discutere. Aliò referenda sunt verba

Iuppiter triũphator.

Olympiodorus.

Iudithæ *cap.* 8. 14. *Non enim quasi homo, sic Deus comminabitur: neque, sicut filius hominis ad iracundiam inflammabitur.* Mutat enim Deus, quam comminatus erat vindictam, nisi pœnitentiam agerent, hominibus illam agentibus: non mutat, si perseuerent: sed ea conditio ipsi decreto vindictæ inerat. Testes sunt Niniuitæ placabilis iræ Dei: testes sunt Sodomitæ immutabilis decreti. Quod attinet ad versionem Lxx. hoc versu. *Numero.* 19. si constaret quo pacto illi verterint, facilius foret definire, vtrùm Eugubinus illos bono iure damnet, tanquam ab Hebrææ vocis significato nimis longè recesserint. Nam quòd excusat, & culpam in librarios confert, eius dementiâ hîc non videntur eguisse. Nam quomodocumque legas, sensu cum Hebræo & nostro conueniunt. Duæ sunt lectiones, quarum neutra facilè reiicienda. Romana editio continet; *Non sicut homo Deus ab instituto dimouetur, nec sicut filius hominis minis terretur.* οὐχ ὡς ἄνθρωπος ὁ θεὸς διαπεσεῖται, οὐδ' ὡς υἱὸς ἀνθρώπου ἀπειληθήναι: sic etiam nonnulli veteres legerunt. Scholia Græca explicant, διαπεσεῖται, τοῦτ' ἐστι σαλευθῆναι. τὰ γὰρ κρεμάμενα σαλεύεται. *suspendi hoc est cilleri seu fluctuare: nam quæ suspendantur, ea cillentur seu fluctuant.* sic etiam Græcè Theodoretus *qu.* 43. & S. Cyprianus *lib.* 2. *aduers. Iudæ. testim.* 20. qui vertit: *Non quasi homo Deus suspenditur, neque quasi filius hominis minas patitur.* satis autem, remotâ sententiâ id intelligit de CHRISTO crucifixo. Complutenses & regij libri nobis exhibent priore loco, διαψεύσεται, fallere vel mentiri: quam lectionem videtur Origenes amplexus *hom.* 16. *in Num.* nisi nos fallit interpres Latinus, qui voce *frustrandi* vsus; & Origine prior, Philo Iudæus *libro* 1. *de vitâ Moysis*, citans οὐχ ὡς ἄνθρωπος διαψευσθῆναι δύναται, οὐδ' ὡς υἱὸς ἀνθρώπου μετανοεῖ. *Non sicut homo mentiri potest: nec sicut filium hominis eum pœnitet.* Hæc ex notis Vaticanis, vt alia multa similia de lectionis varietate à me mutuata. Non dissident Lxx. à nostro: nam dimoueri seu fluctuare proprium est mendacij, sicut constantem & firmum esse, veritatis. Quando *minis terreri* dixerunt, causam pro effectu posuerunt: nempe pro metu perculsum mutare sententiam, & facti dictiue pœnitere; quod alia lectio μετανοεῖ apertè insinuat, & noster interpres expressit 1. *Regum* 15. 29. d. verò loco Iudith, Græca verba longiùs absunt à nostrâ versione; nam continent, οὐχ ὡς ἄνθρωπος ὁ θεὸς ἀπειληθῆναι, οὐδ' ὡς υἱὸς ἀνθρώπου διαττηθῆναι. *non quasi homo Deus vt minis afficiatur, neque sicut filius hominis vt iudicetur.*

Philo.

Deversione Lxx. cõtra Eugubinum.

Notæ vaticanæ.

Conciliatæ verbones.

Romana editio.

Scholia Græca.

Theodoretus.

Cyprian⁹.

Complutensis lectio.

Origenes.

EX CAP. XXIIII. VER. III.

ADAG. CXV.

Vir cuius obturatus est oculus.

Obturati oculi vir.

VEREOR ne mihi mentis, hoc loco sit non apertus: adeò tenebricosa hæc Balaami verba. Hebraica sunt, הגבר שתם העין *hageuer sethum haain*: vbi cùm Lxx. transtulerint ὁ ἄνθρωπος ἀληθινῶς ὁρῶν, *vir verè videns*; & Chaldæus, *vir qui pulchrè videt*: mirandum, cur noster in speciem directè contrà verterit; *vir cuius obturatus est*

Vulgata nostra defensa & explicata.

est oculus. auget tenebras, quod sequenti versu ipsemet habet, *Qui visionem omnipotentis intuitus est: qui cadit, & sic aperiuntur oculi eius:* quod cum Hebræo, Chaldæo, & Græco textu consonat. Nihil nos iuuant Origenes, Augustinus, Theodoretus; vel Procopius, nam solius versionis Lxx. interpretandæ hîc curam habuerunt. Quid dicendum? referam sententias aliorum. R. Selomo censet corporales oculos verè Balaamo ab Angelo erutos, saltem coclitem factum. Abenezra explicat de oculo sopore obturato: censet enim nonnisi in somnis prophetiam à Deo accepisse: iterum verò apertum ei oculum quando expergiscens, vigilans vaticinatus fuit. Non desunt, qui distinxerint inter practicum & speculatiuum intellectum: quoad speculatiuum, aiunt apertum ei oculum fuisse, quia Deum speculatiuè cognoscebat: quoad practicum intellectum; volunt clausum ei fuisse oculum, quoniam practicus eius intellectus non illustrabatur, ad rectè de agibili iudicandum. Primam sententiam vt ridiculam, tertiam vt nimis ab instituto & more sacræ Scripturæ alienam, meritò Abulensis reiecit. *qu.* 2. Secundam illam non satis solidè impugnauit. nam fieri potuit vt aliquam vigilans visionem viderit, sed sæpius tamen in somnis, quod Lxx. apertè indicarunt addentes ἐν ὕπνῳ, & Philo quoque libro de vitâ Moysis confirmat: aliquid ergo in hac sententiâ secundâ veri videtur inesse. Abulensis censet totum hoc de intellectu speculatiuo accipiendum, qui vocetur *oculus*, & dicatur *obturatus*, antequam Propheta lumine prophetico illustretur: tum enim nihilo plùs intelligit, quàm cæteri homines: apertus verò dicatur postquam irruit lumen propheticum. quia tunc eleuabatur intellectus eius supernaturaliter, vt posset eas veritates comprehendere, quas priùs naturaliter non potuisset. Vereor ne nimis acutè. cur enim quod hîc de Balaam, non de aliis quoque Prophetis alicubi vsurpatum: nisi quoniam in Balaam aliquid peculiare indicatur, aut in modo prophetiæ eius? Quod quale fuerit, nescio. Non omittendum, quod hoc loco tradidit Oleaster, ita scribens; *Si teneamus, quòd cùm Bilham exciperet reuelationes Dei, clausis oculis corporis, aperiebantur ei oculi mentis. Cùm verò ei fienda erat diuina reuelatio, cadebat in terrâ, vt ipse hîc dicit, & claudebantur oculi eius corporales, quoniam non poterat spiritum ferre: & tunc aperiebantur ei oculi mentis, & futura præuidebat quæ prædicebat. & secundum hoc sic exponendus est textus*; dixit vir, seu fortis, obturatus oculo: *id est cui oculus corporis obturatur, dum ei fiunt reuelationes, aut cui claudituroculus dum accipit diuina à Deo.* Dixit audiens eloquia fortis *(scil. Dei)* qui visiones omnipotentis, seu *conterentis*, videbit: cadit, & apertus est oculis, id est, *aperiuntur ei oculi mentis. Posset etiam verti*, dictum viri clausi seu obturati oculi. dictum audientis eloquia Dei. qui visionem omnipotentis videbit cadens *(id est dum cadit) & apertus est oculis. id est, & tunc aperiuntur oculi eius. qua litera germanior est.* Hactenus Oleaster. Mihi quoque posterius illud magis probatur. tantùm dissentio, quòd cum Abulensi & Caietano, vtrumque

I. R. Selomo.

II. Abenezra.

III. Quærendum.

Abulensis 4.

V. Oleastri.

Authoris explicatio.

Caietanus.

capio de ſpirituali oculo mentis; & prius *eſt* exiſtimo poſitum, pro fuit, vel erat; poſterius *cadit*, pro cecidit, quæ conſtructio Hebræis non noua eſt. Tunc ſic interpretor: Balaam priùs verè mentis oculis excæcatus, quamdiu, vt Magus & ariolus, vtebatur operâ dæmonum; & vi pacti cum illis initi fretus, & muneribus illectus (quæ ſolent excæcare) aduenit ad maledicendum illis, quibus Deus volebat benedici: poſtquam aſinâ labente cecidit, veram à Deo reuelationem accepit: & ex cæco *videns* factus eſt: hoc eſt verus Propheta, quo ad ea quæ nunc effabitur. Notum eſt Prophetas Dei, vocari ſolitos *videntes*: locus iſte docet, pſeudoprophetas, quales fuere Gentilium arioli, vocari meritò *cæcos* potuiſſe, & poſſe etiam hodie. peſſima enim pſeudoprophetarum, ſiue magorum, ſiue hæreticorum cæcitas eſt: proxima præuaricatorum, quos munera verum cernere non patiuntur. de iis ergo cunctis dici poterit, *Vir cuius oculus obturatus eſt*, & de iiſdem, ſi agnitâ culpâ flagris Dei vel aliter moniti reſipiſcunt, (vt legimus de Beato Cypriano Nicomedienſi) poterit dici quod ſequitur ver. 4. *Vir qui cadit, & ſic aperiuntur oculi eius.* Rectè igitur à noſtro verſum fuit. Procul, vel in Cyrnum, hæreticus ſcriptor, qui pronunciat vulgatum interpretem deceptum ſimilitudine literarum legiſſe סתם *claudere* ſeu obturare, pro שתם *aperire*. Nec audiendus Eugubinus, qui audacter nimis contextum corrumpit, volens reſcribi, *cui non eſt obturatus oculus*: ne (inquit) ſit in his, tertio & quarto, verſiculis contradictio, Nulla contradictio eſſe poteſt, cùm (vt oſtendi) de diuerſo tempore ſermo ſit. Neque noſter legit aliter quàm Hebraicè ſcriptum: cùm vox Hebræa noſtram interpretationem exigat: potiùs crederem, ſi qua textus deprauatio foret, eam in Græcis exemplaribus latere. Nam Chaldæum non moror. Vel dici poteſt, Lxx. de præſenti quo hæc verba dicebantur, tempore accepiſſe; tunc enim iam eius oculi aperti; qui antea clauſi. aperiuntur enim quæ priùs clauſa. Noſter *ver.* 3. accepit de tempore illo præcedenti. Et ne hoc temerè ſuggiles, accipe quid Oleaſter, Hebrææ linguæ probè peritus, hac de re ſenſerit. *Dictio* (inquit) *ſequens ſcilicet* Sethum, *quam noſtri & Hebræi omnes*, apertum *vertunt (noſtros vocat Sanctem, & recentiores) eis etiam auctoribus ſignificat* clauſum & obturatum. *dicunt enim idem ſignificare* Satham, *cùm prima radicis eſt* Scin, *& cùm prima radicis eſt* Samech. *& cùm* Satham, *priore Samech ſignificet obturare; ſequitur etiam* Satham *priore ſcin idem ſignificare:* quod mox probat additis quibuſdam ſacræ Scripturæ locis, & ait mirum valdè eſſe, quòd cùm hoc verum ſit, illi vocabulum vertant in contrariam ſignificationem, vertendo *apertus*. Tres illæ primæ expoſitiones, Salomonis, Abenezræ, & aliorum indicant, eos de obturatione *in verſ.* 3. nobiſcum ſentire. Illis autem Dauidem Kimchi & Eugubinum poſtponere non vereor. Nobis etiam ſuffragantur Mercerus & Bertramus hæretici, ſed idioma Hebræum callentiſſ. qui Kamnium reprehendunt, quòd *apertus* expoſuerit. *Thren.* 3. 8. שתם noſter vertit, *excluſit*, Lxx. & recentiores *clauſit*. Nec refert quòd illic ſit

Adagij vſus.

Oleaſter, pro vulgata.

שתם ſignificat obturatū.

Noſter defenſus.

סתם שתם

Contra hæreticū quendā. Itē contra Eugubinum.

sit *sebin* cum puncto in sinistrâ, & hîc sit cum puncto in dextrâ *sein*, hoc enim Massoretæ illic fecerunt, vt sciamus idem valere quod *sathan* per Samech. Cur non idem hoc loco fecerint, ipsi viderint. Proripio me ex spinis istis Dikdukistarum.

ADAG. CXVI.

IBIDEM VER. IV.

Vir qui cadit, & sic aperiuntur oculi eius:

Vir qui cadit, & sic aperiuntur oculi eius.

ADagium de illis qui labendo sapientiores fiunt, idem quod Hispanis, *Caër en la quenta, caër del asno* (fortè hoc ductum ex hac Historia Balam) *hazerse las cejas*. Sic spe sua decidens & delusus S. Cyprianus Nicomediensis (vt dixi) sic à Seneca inducitur in Thyeste, ipsemet regno lapsus, & exul, disserere de regni, quam expertus vanitate & fragilitate. Nihil est, quod nos rerum humanarum conditionem clariùs doceat, quàm eorum intuta vicissitudo. Cognoscimus nos in lubrico pedem posuisse, cùm corruisse videmus. Insciam & ignorationem, quotidiani errores persuadent: imbecillitatem peccata cogunt agnoscere. In editis oculi caligant, & cerebrum rotatur: in plano & humili solo, valet caput, visus ægrè decipitur. Chirurgum aiunt optimum qui sæpè saucius. *No ay mejor cirurjano quel acuchillado.*

EX EODEM CAP. VER. XXIII.

ADAG. CXVII.

Heu quis victurus, quando ista faciet Deus.

Heu quis victurus quando ista faciet Deus.

BAlam detestans clades humani generis, quas futuras prædixerat, priusquàm subdat extremam & grauissimam, quam Romani cęteris illaturi, & ipsi tandem subituri, exclamat: *Heu quis victurus, quãdo ista faciet Deus?* Iambico fere trimetro, planè patheticè, & ad sensum commodissimè. LXX. magis ad verbum, nisi quòd interiectionem cum affectu geminant, ὤ, ὤ τίς ζήσεται, ὅταν θῇ ταῦτα ὁ θεός? ὀ, ὀ (vel heu, heu) *quis viuet quando posuerit ista Deus?* Chaldæus *Vai lechaiauaio* וי לחיביא *ve miseris*, reis ad mortẽ destinatis. Ex quibus patet labi Glossam ordinariam, cùm hæc refert ad prosperitatem, & quasi esset vox optantis eò vsque vitam producere. Contrarium vult, & simile est illis dictis Domini Matt. 24.19. *Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus*, & v. 21. *Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vsque modò, neque fiet.* Et Luc. 23.29. *Filiæ Ierusalem nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, & super filios vestros. Quoniam ecce venient dies, in quibus dicent: Beatæ steriles, & quæ non genuerunt, & vbera quæ non lactauerunt.* Quorum prius ad mundi finem & Antichristi tẽpora, posterius ad excidium Hierosolymæ pertinet: vtrôque explicatur vis dicti Balaam; quod qua parte agit de clade inferendâ per

Versionũ conciliatio. Noster.

LXX.

Chaldęus.

Glossæ lapsus.

Matt. 24. 19. Væ prægnantibus & nutriẽtibus.

Beatæ steriles & vbera quæ non lactauerunt.

Vespasianum & Titum, confirmatur verbis CHRISTI apud S. Lucam; quatenus verò agit de ipsorum Romanorum monarchia abolēda, de quo *Daniel* 2. 40. & disseruit Ribera *in Apocal. cap.* 17 & 18. loco B. Matthæi stabilitur. Neq; omnino contemnenda hoc loco Paraphrasis Hierosolymitana, aliàs non tuta, quæ est huiusmodi: *Et egrediētur copiæ multæ ex prouincia Italia, vnà cum multis legionibus Romanorum: & humiliabunt Assyrios, humiliabúntque eos qui sunt trans flumium (hoc est Hebræos, ad quorum etymon alludit) sed tandem futurum est, vt tam isti quàm illi in æternum pereant.* Quod sanè vt de perfidis Iudæis, sic de Italis ad Gentilismum reuersuris, verissimum. Thargumæus Onkelos hîc idem asserit. Nec audiendus Theodoretus; & alij Græci; qui non de Romanis, sed de Macedonibus ista interpretantur. Nec assentior Caietano qui ad secundum CHRISTI aduentum, quo mundum iudicaturus, omnia refert. An tum venturæ triremes ex Oenottriâ, quod hîc statim subditur? Ad illa tempora secundi aduentûs dumtaxat referendum illud *v.* 24. *& ad extremũ ciuium ipsi peribunt.* Cætera ad tempus primi pertinent. Dixi hæc verba non esse optantis: quia Hebræũ vocabulũ אוי id non patitur, vt patet ex locis similibus, Num. 21. 29. & *Psal.* 120. 5. nec decet cum אוה confundere. Leuia sunt argumenta quibus nituntur qui volunt esse optantis, & adfert quidam ex Notatoribus. Nempe talia fuisse vota Patrum, aduentum Messiæ desiderantium, *Luc.* 10. 24. & apud Nonnum *Ioannes* 8. *carmine* 180. & apud Sibyllas, quarum versus Virgilius expressit, teste Constantino apud Eusebium, *in Orat. ad cœtum sanctorum*. Verùm Patres, & Sibyllæ, de fœlici statu fidelium, & renouatione per Messiam facienda sentiebant: non verò de cladibus gentium, & Hebræorum, de quibus Balaam vaticinatur. Deinde repugnant huic hæretico, Pellicanus, Borrhaius, & cæteri gregales eius.

Thargum Hierosol.

Onkelos. Theodoretus.

Caietan⁹.

Non esse hæc verba optantis.

אוי

אוה

Nonnus. Sibyllæ. Virgilius.

Eusebius.

EX CAP. XXV. VER. IV. ADAG. CXVIII.

Contra solem.

Contra solem.

QVod palàm, in propatulo, & clarâ luce fit, hoc Hebræi dicunt *fieri contra solem* נגד השמש, *coram sole*, vel *contra solem*. LXX. etiam & Chaldæus phrasim retinēt. Sensus verborum, *Suspende eos contra solem in patibulis*, duplex esse potest: prior, palàm peccauerunt, palàm puniantur. Posterior, peccauerunt in domus penetralibus, volo illos palàm plecti & aliis exemplum præbere. Sicut 2. Reg. 12. 12. *Tollam vxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, & dormiet cũ vxoribus tuis in oculis solis huius. Tu enim fecisti abscondità: ego autem faciam verbum istud in conspectu omnis Israël, & in conspectu solis.* Hebraicè est, vt hîc, *Coram sole.* noster secutus est ibi LXX. Chaldæus habet, ante solem. Cùm verò tam plana & notoria sit hæc locutio, miror cur Abulensis hîc q. 3. relicta hac interpretatione glossæ interlinearis, & Liranis; defluxerit ad leues quasdam ratiunculas de veteri situ patibulorum; quę sunt planè incertę. Verisimiliùs Caietanus, sic iubere suspendi ad detestationem idololatriæ, quâ solem adorabant. Solemne enim id Orientalibus fuit. Verùm quod subdit *Peor* Solem esse, & cum

נגד השמש

In oculis solis.

Abulensis Glossa interlin. Liranus.

Caietan.

Peor non Sol, sed Priapus.

eum sic vocatum, quòd sol annum & terram aperiat ad fructificandum; honestius est quàm verius. Alidi docebo *Peor* vocatum numẽ illud impudens Lampsacenum, & hortense; & sic vocatum ab aliâ apertione, in qua soli non nisi remota functio; quatenus dici solet sol & homo generant hominem.

Augustini locus.

Præclarè de hoc loco D. Augustinus disseruit hîc *q.* 52. Dixit Moysi vt ostentaret Domino duces populi contra Solem: *in quo verbo intelligitur iussisse crucifigi. Vt hoc sit*, ostentare eos Domino contra solem; *id est palàm in conspicuo huius lucis. Nam Græcus ait* κατὰ ἥλιον τοῦτο, *quod dici posset*, Exempla, *quia* κατὰ ἥλιον Exemplum *dicitur. Nam Aquila dixit*, confige, *vel potiùs* sursum confige, *quod est* ἀνάπηξον. *Symmachus autem*, suspende κρέμασον. Sic enim restituendus locus S. Doctoris, quem in Glossa ordinariâ mendosum habemus.

LXX. κατὰ ἥλιον. Exemplare. Aquila. Symmachus.

ADAG. CXIX.

EX CAP. XXVII. VER. XVII.

Exire & intrare.

Exire & intrare. Seu, *egredi & ingredi.*

IMperatoris ac ducis officium, sicut boni Pastoris est, non sequi gregem, neque, cum comico Thrasone, post principia stare; sed regere, ducere, præire: hoc ergo sacer sermo trita phrasi vocat, *exire & intrare* seu *egredi & ingredi*, aliquando simpliciter, vt *Deuteronom.* 31. 2. *Centum viginti annorum sum hodie: non possum vltrà egredi & ingredi.* LXX. ordine transposito εἰσπορεύεσθαι καὶ ἐκπορεύεσθαι. Sed Hebræus & Chaldæus, vt noster; subauditur, ante exercitum, vel ante faciem vestram: vt mox *v.* 3. Dominus *transibit ante te.* Hebraicè, *transiens ad facies tuas*, hoc est secundùm LXX. ὁ προπορευόμενος πρὸ προσώπου σοῦ. *Ante faciem tuam incedens*: quod mox ibi *v.* 6. repetitur. Hic *d. v.* 17 *& possit exire & intrare ante eos, & educere eos, vel introducere*: quam esse metaphoricam locutionem à re pastoritia desumptam docet quod sequitur: *ne sit populus Domini, sicut oues absque pastore* Sic 1. Reg. 18. 13. de Dauide chiliarchâ facto, *egrediebatur & intrabat in conspectu populi.* 2. Reg. 3. 25. *vt sciret exitum tuum, & introitũ tuum*; omnia belli arcana exploraturus venit 3. *Reg.* 3. 7. *Ignorans egressum & introitum meum*, ignarus regendi & ductandi populum. Cur autem ingressus ingressui plerumque præponatur, fortassis causa est, quia sicut pastor oues priùs ex caulis educit in pascua, de pascuis autem postea domum reducit: ita ex castris milites in aciem imperator, & iterum ex acie in castra. Non sẽper tamen hic ordo attenditur, vt *Deutero.* 28. 7. *Benedictus eris tu ingrediens & egrediens.* Sed illic nõ restrinxerim ad militiam: dictum potiùs de quolibet negotio, *q. d.* quidquid incipies aut perages: omne enim opus significat, quod homo facit; & quidem cum fœlici successu, non tantùm cum libertate & securitate, vt putant Theophylact. Titelmam. & Iansen. ad *Ioan.* 10. 9. *Per me si quis introierit, saluabitur, & ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet*: sibi & aliis cuncta illi prosperè succedent. Dabitur. n. illi gratia, vt possit rectè operari & facere. Psal. 120. vlt. *Dominus custodiat introitum, & exitum tuũ*: totam vitam, (Basilius) seu totius vitæ actiones & conuersationem (Euthymius) vt omnia tua negotia tibi prosperè succe

Exire & intrare seu egredi & ingredi.

Cur hoc ordine.

Ingredi & egredi.

Theophylac. Titelmanus. Iansenius.

Basilius. Euthymius. Vatablus.

succedant (Vatablus.) *Isai.* 37.28. *Habitationem tuam, & egressum tuũ, & introitum tuum cognoui.* vitæ & actionum tuarum nihil me latuit. 2.Paralip.1.19. *Da mihi sapientiã & intelligentiam, vt ingrediar, & egrediar coram populo tuo,* vt illum pacificè regam, & iustitiam colam, vt patet ex sequ. *Quis enim potest hunc populum tuum dignè iudicare?*

ADAG. CXX. IBIDEM EODEM VER.

Oues absque pastore. *Sicut oues absque pastore.*

QVod dixi, de metaphorâ pastorali confirmat Dominus *Ioan.*10.2. *Qui intrat per ostium, pastor est ouium. Huic ostiarius aperit, & oues vocem eius audiunt, & proprias oues vocat nominatim, & educit eas: & cùm proprias oues emiserit, ante eas vadit, & oues eum sequuntur.* Fœlices ter & ampliùs oues tali pastore! Si mercenarius periculo impendente fugiat, vel bonus pastor percussus moriatur, destitutum pastore gregem lupus truculenter inuadit, rapit, dispergit. vnde factum, vt exercitum duce orbum ac fugientem, palantémque sacra Scriptura soleat vocare *oues sine pastore.* hoc loco, *ne sit populus Domini, sicut oues absque pastore.* & 3.Reg.vlt.17. *vidi cunctũ Israël dispersum in montibus, quasi oues non habentes pastorem.* Quod ait quia Rex in prælio vulnerandus, & fugiturus, & populus profligandus à Syris. Nec abludit illud Zachar. de CHRISTO & discipulis, *Percute pastorem & dispergentur oues.cap.*13.7. vt exponit ipsamet veritas *Matth.*26.13.

EX CAP. XXXIII. VER. LVI. ADAG. CXXI.

Claui in oculis, & lanceæ in lateribus. Claui in oculis, & lanceæ in lateribus.

IVssi è Deo Israëlitæ, victos Cananęos internecione delere, redditâ ratione: *Alioquin qui remanserint, erũt vobis* לשכים *in oculis vestris,* ולצנינים *in lateribus vestris,* אחכם *in terrâ habitationis vestræ.* Hîc primò videndum quid Hebræa illa propriè significent. Nec agimus de וצררו quod liquidè cõstat esse, hostili modo aliquem inuadere, premere, & in angustùm redigere; quod bene expressum à nostro voce *aduersabuntur,* & à LXX. ἐχθρεύσουσιν: Sed agimus de aliis duobus שכים & צנינים prius noster vertit *clauos,* LXX. habent σκόλοπες, *aculei.* posterius nostro *lancea,* LXX. βόλιδες *iacula.* Chaldæus neutram vocem expressit, cõtentus sensum vtcumque, & diminutè exprimere, hoc pacto; *futurum est vt quos residuos feceritis, sint in turmas, quæ arma capiant contra vos; & in castra, quæ circumdabunt angustiabúntque vos.* nihil innuens de scandalo, fortè vt silentio cõsuleret honori gentis suæ. frustrà cùm pœna peccatum præsupponat. In eũdem scopulum diminutæ explicationis lapsus Abulensis videtur *q.*9.

לשכים ולצנינים אחכם וצררו

Chaldęus.

Abulẽsis.

Prioris nominis שוכות *radix est* שנך, quam communiter exponunt sepire vepribus, spinis, tribulis: Puto cum Oleastro propriè esse claudere vel sepire generatim: Nã cũcta sacræ Scripturæ loca hãc significationẽ bellè recipiunt, vt ipse ostendit: Sed arbitrór id potissimùm, de clausurâ quæ fit rebus acuminatis

שו כה

Oleaster.

& fron

& frondosis, vt sunt pali ramorum præcisorum, dumi, sentes, vepres, spinæ, & claui. sic cogor coniicere, quia linguæ Hebrææ doctores dissentiunt: Oleaster vertit, inclusa:

R. Ioseph R. Dauid. R. Ioseph & Dauid cultros, vt noster vertit, *statue cultrum in gutture tuo, Prouerb.* 23.2. Arias allusione

Arias Mõt. Abenezra Caietanus. R Leui. Chaldæus. R. Selomo. ad sonum Hebræum, *ficas:* Abenezra & Caietanus *spinas*: R. Leui, *ramum:* Chaldæus, *Exod.* 38.20. *clauos vel paxillos*; & sic hoc loco R. Selomo: *in clauos qui perforent oculos vestros.* vt appareat *clauos* hîc poni pro sudibus, siue palis præacutis.

Claui, quid צנינים Caietan. Oleaster צנם צנן צנת Secundam vocem צנינים *seninim* Caietanus exponit *sentes*; quia ad lateris læsionem maioribus stimulis opus, quàm ad oculorum, & sentes spinis maiores sunt, *spinas* autem posuerat primo loco. Verùm, si ad rem ratio illius est, fauet magis nostro interpreti. Hieronymus de Oleastro ita scribit: Sanan *à qua* Sinim *id est spina, significatio etiam incerta est. & si radix sit* Sanan, *seu* Sinach, *quod est scutum, non video quam allusionem ad illud habeat spina. Sunt tamen aliquot loci, quibus spina quadrare videtur, vt* Prouerb. 22. *vbi habetur*, Sinim, *id est spina*, laquei in via iniqui. & Iob 2. Misenim, *id est*, *è spinis tollet eam. sic Iehosuah* 23. *& si certum esset significare* frigus, *quemadmodum Hebræi dicunt, posset verti*, Et

Frigora in lateribus. vt frigora in lateribus vestris. sic ille nouam planè vt solet cudens versionem, quæ sensũ non inepta, *erunt qui residui fuerint, vt inclusa in oculis vestris, & vt frigora in lateribus vestris.* Quod certè molestiæ magnæ adagium est. Quid enim acerbius, quàm si acuti & duri aliquid oculis includatur? quis dolor vehementior, ischiadico, vel pleuritide ex algore natâ? Verumtamen cùm de bellicis hostibus, non clinicis agatur impedimentis; & adeò incerta sit Hebræa significatio, & versio vetus Lxx. & vulgata nostra non minùs instituto, sed magis quadrent: nónne hæc nouandi auiditas reprehensioni potiùs obnoxia, quàm laudanda meritò censeatur? Arbitror itaque *lancea* nomen à nostro latiùs vsurpari, pro quauis re præacutâ, quæ sit apta oculos effodere, & latus perfodere: ductâ metaphorâ à tardigradis bubus vel asellis petita, quorum latera, vt progrediantur, stimulanda sunt. Noster *sudes* transtulit *Iosue* 23.13. verbis, quæ huic loco sunt pro commentario, nam agit de iisdem gentibus: *iam nunc scitote, quòd Dominus Deus vester non eas deleat ante faciem vestram: sed sint vobis in foueam ac laqueum, & offendiculũ ex latere vestro, & sudes in oculis vestris.* Hebraicè vltimo loco לצנינים vt hic. Lxx. vt hodie legitur, βολίδες: sed Theodoretus legit, σκόλοπες ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς, *aculei* seu *stimuli in oculis*, vt vertit noster σκόλοπα. 2. Cor. 12.7. Nec malè oblongus boum stimulus, *lancea* vocatur.

Theodoretus. σκόλοψ.

Explicatio authoris. His positis, sic locum interpretor: Gentes illas residuas crucem Israëli futuram; quoad animam, & quoad corpus. animæ, propter scandalum, & peccati imitationem: corpori, propter crebra bella, peccati supplicium. Illi (ait) vos exemplo suo ad idolomaniam adducent: sic mentis oculos vobis eruent. Ego, vt pœnas pendatis, permittam, eos, qui peccandi vobis illecebra fuerunt, vos contemnere, & arma capere, & non rarò vincere. permittam, vt quasi sepes aculeata, vos vndique exercitibus suis circumuallent, vt nullum vobis effugium pateat; sed vos

infestent, profligent diræ subdant seruituti. Quod illis accidisse Iudicum & Regum Historia docet. Dicerent Hispani, *Sacarte han los ojos, ferte han como abrojos, garroxarte han como à toro. Ezechiel.* 28. 24. de Tyro legitur, *& non erit vltrà domui Israel offendiculum amaritudinis, & spina dolorem inferens vndique per circuitum eorum, qui aduersantur eis.* pro spinâ Hebr. סִלּוֹן *kots*, Lxx. ἀκανθα.

ADAGIALIA SACRA EX LIBRO DEVTERONOMII.

ADAG CXXII.

EX CAP. I. VER. XLIV.

Sicut solent apes persequi.

Apum instar persequi.

AMORRHÆVS (vt Moyses narrat) fugientem Israëlem, instar apum irritatarum fuit insecutus. animalculum irritabile est: iratum mirâ pertinaciâ & contentione inuadit eos qui aluearibus insidiantur, nec desinit donec aculeo vulneret: quo amisso & infixo ipsum emori aiunt. hinc aptissimam petit comparationem, quæ sapit adagium. Nam Amorrhæi terram melle manantem possidebant, colebant, armis tuebantur; sicut apes fauos suos. Israëlitæ hæc Amorrhæorum aluearia inuadebant: Amorrhæi eos inuaserunt, & terga vertere compulerunt. territis instabant, & necem moliebantur, & de Seïr vsque ad Horma eos cæciderunt. Sed, vt apiculis lethale hosti infigere aculeũ, sic animositas & victoria Amorrhæis exitio stetit. Verba Moysis sunt: *Egressus Amorrhæus, qui habitabat in montibus, & obuiam veniens, persecutus est vos sicut solent apes persequi.* Abulensis refert adagium ad impetum & multitudinem: Lyranus exponit faciliter & turmatim. R. Selomo commiscitur de certis apibus, quarum spicula lethalia fuerint. Adagium vsurpandum de acri & infesta multorum persecutione, maximè quæ tandem damnosa persequentibus; vt solet accidere, quando victi ad desperationem adiguntur, aut victores incautè victoriam partam amittunt. Prius illud de omni iniuriæ & vexationis genere infestantibus, etiam exprimunt voce (circumdandi.) Dauid; *circumdederunt me sicut apes, & exarserunt sicut ignis in spinis. Psal.* 117. 12. & inde faciliùs intelligitur, cur regem Assyrium Isaias, maximo cum exercitu Iudæam vastaturum, nomine huius insecti nuncuparit, *Isai.* 7. 18. *Sibilabit Dominus muscæ, quæ est in extremis fluminum Ægypti,* (hoc est Pharaoni) *& api quæ est in terrâ Assur.* Sennacheribo Regi Assyriorum.

Abulẽsis. Lyranus. R. Selomo. Circũdare sicut apes.

EX

ADAG. CXXIII.

EX CAP. VIII. VER. III.

Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit ex ore Dei.

Nō in solo pane viuit homo, &c.

ADAGIALE est, vtendum, quādo grauis est annona, vel cibi proponuntur minùs appetibiles, & in omni cibariarum rerum inopiâ vel difficultate. Non probo quod nonnulli (vt sensu literali) accipiūt, indicari, animum non ali visibili cibo, sed diuini verbi doctrinâ. Patres mystico sensu locuti: Nouatores suum verbi ministerium (vt vocant) conantur commendare. Nónne Moyses expressè de cibo visibili & corporeo Man loquitur? Narrat enim magnificam Dei munificentiam; qui, cùm in deserto nullus ad manum panis esset, extraordinarium & inauditum cibi genus populo suo de cælo subministrauit; naturâ suâ non valdè idoneum ad hominis famelici & robusti sustentationem. Et asserit hoc factum vt posteri discerent, hominum vitam nó à solâ fruge triticeâ pendere, seu à nutu & beneplacito Dei: adeò vt quicquid Deus alimoniæ humanæ deputarit, quale quale fuerit id cōmodè & abundè sit suffecturum. Primò igitur ipse cōtextus hāc sententiā efflagitat: Deinde CHRISTI Domini commentarius hoc euincit, qui Satanæ postulanti, vt, ad famem depellendam, lapidem in panem conuerteret, ex hoc Deuteronomij loco respondit: *Non in solo pane viuit homo, sed ex omni verbo quod procedit ex ore Dei. Matth.* 4. 4. seu (vt Lucas breuiùs) *sed in omni verbo Dei.* Luc. 4. 4. Hebraicè hoc loco habemus, *ad omnem egressum oris Dei.* מוצא־פי *mosapho.* ex ore autem Dei egressę omnes creaturæ: quia ipse dixit, & quæ dixit facta omnia. Mosa spontaneā egressionē significat, quo probatur potentia (quam vocant) obedientialis.

מוצא

Potentia obedientialis.

ADAG. CXXIV.

EX DEVTERON. CAP. XI. VER. XXI.

Quamdiu cælum imminet terræ.

Quamdiu cælū imminet terræ.

IMITATI sacrā Scripturā profani scriptores vsurpādis similibus parœmiis, quibus duratio æterna significatur; quale est istud (nam de aliis dicetur, prout incidēt) de datâ à Deo filiis Israël terrâ promissionis, *quamdiu cælū imminet terræ.* Hebraicè; *iuxta dies cæli super terram.* sic etiam Chaldæus & Lxx. καθὼς αἱ ἡμέραι τοῦ οὐρανοῦ ἐπὶ τῆς γῆς. noster adagium clariùs expressit: quod etsi nonnullis etiam videatur capi de rotatione cælorum circum terram, & influentiis, quæ post mundi demum exustionem cessabunt: præstat tamen simpliciter intelligere de æternitate quoque post mundi exustionem. Nam locutio ista, *dies cæli*, denotat æternitatem. *Psal.* 88. 30. *ponam in sæculum sæculi semen eius, & thronum eius sicut dies cæli.* De duratione vsque ad ἐκπύρωσιν, sunt ista Senecæ *in Oedipo.*

Dies cæli.

Lucida dum current annōsi sydera mundi;
Oceanus clausum dum fluctibus ambiet orbem;
Lunæque dimissos dum plena recolliget ignes,
Dum matutinos prædicet Lucifer ortus;

Aliaq; cæruleum dum Nerea nesciet Arctos.

& ista in Octæo;

Vere dum flores venient tepenti,
Et comam syluis hyemes recident,
Vel comam syluis reuocabit æstas,
Pomáque autumno fugiente cedent.
Nulla te terris rapiet vetustas.
Tu comes Phœbo, comes ibis astris.

Rursus in Troade;

Dum terra cælum media libratum feret,
Nitidúsque certas mundus euoluet vices.
Numerúsque arenis deerit, & solem dies,
Noctem sequentur astra, &c.

Redeo ad adagium nostrum Baruch. 1. 11. *Orate pro vitâ Nabuchodonosor regis Babylonis, & pro vitâ Baltasar filij eius, vt sint dies eorum sicut dies cæli super terram.* vbi cernis vsum adagij in precatione faustâ diuturnæ & constantis, non obnoxiæ vicissitudinibus, vitæ.

ADAG. CXXV. EX CAP. XIII. VER. VI.

Vxor quæ dormit in sinu.

In sinu esse vel dormire.

In sinu esse vel dormire.

CVR dici consueuerit, non tam obscurum est, quàm inobseruatum plerisque, cùm frequenter sit obuium, & multis sacræ Scripturæ locis intelligendis necessarium. dicam succinctè, quæ sufficient rei declarandæ, & quorumdam opiniones discutiam, nam refuturum me non ausim dicere. hîc *Deutero.* 13. 6. habetur, *vxor quæ est in sinu tuo*, Hebræi dicunt *vxorem sinûs*, hîc & sequentibus locis. *Deutero.* 28 54. de marito, *inuidebit vxori, quæ cubat in sinu suo.* & vicissim *v.* 56. *inuidebit viro suo qui cubat in sinu eius.* vbi Hebræus vocat *virum sui sinûs* אישׁ חיקה: quod quia ambiguum erat, de viri an vxoris sinu dictum esset (nam Hebræi reciprocis impropriè vtuntur:) ideo Lxx. quos noster secutus, vt priore loco *v.* 54. τὴν γυναῖκα τὴν ἐν κόλπῳ αὐτοῦ, & posteriore v. 56. τὸν ἄνδρα αὐτῆς τὸν ἐν τῷ κόλπῳ αὐτῆς: & Chaldæus *v.* 54. *vxorem fœderis*, & 56. *virum fœderis* קימה vocat, nempe nuptialis pacti de mutuâ corporum traditione. 2. *Reg.* 12. 8. *dedi tibi domum domini tui, & vxores domini tui in sinu tuo*, vt habeas eas vxorum loco. & de Abisag Sunamitide 3. *Reg.* 1. 2. *Quæramus Domino nostro regi* (Dauid) *adolescentulam virginem, & stet coram rege, dormiátque in sinu suo.* Nam & hæc vera vxor Dauidis fuit, vt bene Caietanus *ex cap.* 2. 22. Sic etiam retento Hebraismo scribit Siracides *Eccles.* 9. 1. *Nezeles mulierem sinus tui.* γυναῖκα τῦ κόλπυ σῦ, hoc est, *quæ cubat in sinu tuo*, vt explicatur hîc, & apertissimè *Miche.* 7. 5. *ab eâ quæ dormit in sinu tuo custodi claustra oris tui.*

Vxor & sinûs.

Vir sinûs.

אישׁ חיקה

Vxor fœderis.

Vir fœderis.

קימה

Caietanus.

Quibus locis, & si qui similes, non tantùm agi putarim de nuptiali accubitu, quo sensu etiam de adulterâ legimus *Prouer.* 5. 20. *Quare seduceris fili mi ab alienâ, & foueris in sinu alterius*: sed existimo alludi ad morem priscum conuiuiorum; quo solebant vxores aut liberi in imâ lectuli parte accumbere, in viri vel parentis sinu: quem morem

In conuiuiis in sinu cubabãt dilecti, vt vxor & liberi.

rem arbitror etiam Hebræis in vsu fuisse. Nam & loca quædam iam citata, possunt ad conuiuialia referri, *vt dd. Pron.* 5. 20. & *Eccles.* 9. 1. Iudæis & cæteris Orientalibus consueta, quæ & Romanis multa, nemo rerum huiusmodi peritus negauerit. Plutarchus *lib.* 1. *Sympos.* 9. 3. testatur, in lectulo ad mensam; medium locum honorarioré fuisse, mox primum qui supra medium, denique imum, & in hoc teneriores affectu locari consueuisse; qui quòd capite ad sinum vsque medij pertingebant, dicebantur in medio sinu recumbere. Scribit ergo Plutarchus Persis medium honoratissimũ in quo rex discumbebat: Πέρσαις μὲν ὁ μεσάτατος, ἐφ' ὃ κατακλίνεται ὁ Βασιλεύς: & subdit, *apud Romanos initio medium locum fuisse regium*, ἐν τῇ μέσῃ καὶ βασιλικῇ χώρᾳ, *è medio & regio loco.* de imo & supremo, quod dixi, sic firmat, ὁ μὲν ὑφ' αὑτὸν ἢ γυναικὸς ἢ παίδων ἐστίν. ὁ δὲ ὑπὲρ αὐτὸν, εἰκότως τῷ μάλιστα τιμωμένῳ τῶν κεκλημένων ἀπεδίδοτο, ἵνα ἐγγὺς ᾖ τοῦ ἐσιῶντος: *locus enim infra eum (medium) vxoris est aut liberorum: qui supra est, vt par est, tribuitur conuiuarum honoratissimo.* Scilicet è duobus. nam absolutè honoratissimus medio tribuebatur. Titus Liuius *lib.* 39. agens de Q. Flaminini cõsulis conuiuio, minimè consulari, ostendit illum conuiuialem morem flagitiosè contemptisse; eò quòd, si ipse in consulari loco discubuit, meretricem in medio collocarit; si verò ipse in medio, illam in imo lectuli, in sinu suo, præter dignitatem facium quasi legitimam vxorem. Filiorum locum hunc fuisse, & præ cæteris dilectorum, ex sacris libris colligo. Idcirco scribitur 2. *Reg.* 12. 3. *Pauper autem nihil habebat omnino, præter ouem vnam paruulã, quam emerat, & nutrierat, & quæ creuerat apud eum, cum filiis eius simul, de pane illius comedens, & de calice eius bibens, & in sinu eius dormiens: erátque illi sicut filia.* q. d. idcirco, quia filiæ loco illam habebat. Quoniam cuncti ex Israële iusti, erant Abrahæ dilecti filij, ideo ab ipso Saluatore, in veridicâ de Epulone & Lazaro historiâ, in Abrahæ sinu collocantur, *Luc.* 16. 22. *Factum, vt moreretur mendicus, & portaretur in sinum Abrahæ*, & postea de diuite epulone sepulto in inferno; cui pro missu flammæ, pro dulciariis pix & sulphur, pro triclinio tartarus; *Eleuans oculos suos, vidit Abraham à longè, & Lazarum in sinu eius*; non iam micas de mensâ diuitis desiderantem, sed ab vbertate domûs Dei satiandum, vt dilectum filium. Verbum quoque diuinũ legimus in sinu patris. *Ioan.* 1. 18. *vnigenitus filius, qui est in sinu patris*: Quod licèt de vnione essentiæ seu naturæ dicatur potissimũ, tamen etiam amoris arctissimum vinculum denotat. Quare (quæso) virgo Euangelista potiùs quàm Petrus in sinu Domini recubuit, cùm omnes Apostolos IESVS sit solitus *filiolos* nominare, *Mar.* 10. 24. *Ioan.* 13. 33. nisi quia Ioannes peculiari iure discipulus IESV dilectus fuit? *Ioan.* 12. 23. & 21. 7. *ac* 20. Amabatur enim amore teneriore, licèt æstimatione, seu (vt scholæ loquuntur) appretiatiuè Petrus illi præferretur. Hinc moueor, vt discedam ab hominis eruditi sententiâ, volentis *Ioan.* 12. 23. in illa vltimâ cœnâ CHRISTVM supra, Ioannem in medio, Petrum in imo recubuisse: & hanc fuisse Iudæorum consuetudinem, vt dignissimus in summo, secundus in medio accumberet. Si dignitatis ratio in illo accubitu foret habita, Petrus in medio collocaretur, quẽ

Plutarchus.

Abrahæ sinus.

T. Liuius.

CHRISTVS iam cæteris præluleràt, & aliis quasi caput constituerat, *Mat.*10.v.2. & 16.à v.18. & *Luc.*21. 32. Ex quibus locis hanc Petri eminentiam Patres solent comprobare. Si ergo mos Iudæorum fuit, digniori locum medium tribuere, Petrus nõ in imo, sed in medio fuisset. Sed innuit Petrus Ioã. vt IESVM interrogaret? quasi non potuerit æquè de superiore, ac de inferiore loco innuere. Non scribit dixisse Ioanni vel cubito monuisse, sed nutu, gestúque. Credo Dominum in medio recubuisse, Ioannem in imo: nec eâ in re Iudæos à Persis aut Romanis dissensisse. Nec difficulter diluo, quæ contrà infunduntur. Nam quod aduersarij capiunt de primo vel supremo ratione ipsius habitûs corporis; quo pacto qui in medio recumbit, non primus, sed secundus est; qui in supremo primus: id nullâ necessitate supponunt, & sumunt non concessum. In omnibus enim quæ adducunt, rectè interpretabimur supremum locum vel primum ratione dignioris consessûs: sic medius erit primus, qui superior secundus, qui inferior tertius, vt de Persis & Romanis docuerunt homines eruditissimi, Iustus Lipsius in mellito suo conuiuio, & Petrus Chiaconius *lib. de Triclinio.* Conuiuabantur non in continuâ mensa, vel accubitu, vt nos (quod puto non attendisse contra quos dissero:) sed in diuersis mensis, quando plures erant conuiuæ; aut ad vnam in diuersis lectulis, vt plurimùm tribus. Iam ordo dignitatis non considerabatur aspectu omnium conuiuarum simul, sed aspectu lectulorum: & cùm in singulis lectulis ordinariè tres ponerentur; ipsâ naturâ monente, medius manet honoratissimus. Quid ergo dicimus de conuiuio Ioseph? fratres *sederunt coram eo, primogenitus iuxta primogenita sua, & minimus iuxta ætatem suam. Gen.* 43.33. quid? Quod iam dixi. sic diuisos; vt qui in singulis lectulis natu maximus, is in medio, qui proximus suprà accubuerit. Nec plus euincãt ex Philone libro de Ioseph. Philo. Samuel Saulem collocat *in capite inuitatorum. 1. Reg.*9. 22. Nimirum Samuel in suum (hoc est præcipuũ) lectulum hospitem recipit, loco superiore puerum, medio Saulem; sibi imum reseruat: sic in Saulis recumbens sinu, adspectu ad regnum futurum se quasi filium gerit. Non sine mysterio: quòd Ecclesia à Regibus alenda, iuxta illud; *Suges lac Gentium, & mammillà regum lactaberis. Isai.*60.13. Pharisæis improperat CHRISTVS eos amare primos accubitus in cœnis, *Matth.* 23.6. Græcè habes πρωτοκλισίαν, quod de digniore κλισίᾳ nihil nos vetat accipere. Denique *Luc.*14.9. & *seqq.* fit mentio *primi* loci & *nouissimi* in nuptiis. quid inde? inter tres medius primus, & imus nouissimus fuit. Quanquam illic etiam lectuli dignissimi ratio habetur, vt primus sit absolutè, qui eius medius. Hæc de sinu conuiuiali, & matrimoniali sat sunto.

Lipsius. Chiaconius.

Aliàs etiam *sinûs* vocabulo vel secreti fides, vel dilectio & cura denotantur. Dilectionis sunt sequentia. *Num.*11.12. *Porta eos in sinu tuo, sicut portare solet nutrix infantulum. Psal.*88.51. de opprobrio, non modò æquanimiter, sed lætanter perpessò dicit, *quod continui in sinu meo:* Nempe vt fasciculũ myrrhæ inter vbera repositũ. Isaias de CHRISTI boni pastoris erga gregem suum amore & sollicitudine prædixit *cap.* 40.11. *Sicut pastor gregem suum pascet: in brachio suo congregabit agnos: & in sinu suo leuabit: fœtas ipse portabit.*

Sinu dilectio & custodiæ cura significatur.

tabit. Quoniam verò quò res dilectior, eò diligentiùs asseruatur, & reconditur secretiùs: ideo quæ penitiùs infixa, & (vt ita dicam) intimiùs in corde abstrusa, ea dicũtur, *in sinu*. Iob. 23.12. *In sinu meo abscondi verba oris eius*, dilexi ea & cordi infixi. *Iob.* 19.27. *reposita est spes mea in sinu meo.* Hebraicè *in renibus meis*; qui & ipsi intimi, & in iis sedes cõcupiscentiæ seu desiderij. *Iob.* 31.33. *celaui in sinu meo iniquitatem meam.* Psal. 34.13. *Oratio mea in sinu meo cõuertetur*, in cordis penetralibus latẽs homines, soli patens & grata Deo. *Prouer.* 17.23. *Munera de sinu impius accipit.* quę cuique charissima & pretiosissima & centum (vt ait ille) clauibus clausa, & ea quidem clanculùm & occultè accipit, & sic accipio munus absconditum & donum in sinu cap. 21.14. *Munus absconditum extinguit iram, & donum in sinu indignationem maximam.* transfer de sinu in sinum munus clanculùm, & placabitur, quia

Munera, crede mihi, placant homines q; Deosque:
Placatur denis Iuppiter ipse datis,

Quod hîc *in sinu* dicitur, alibi *in corde*. Eccles. 29.15. *Conclude eleemosynã in corde pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo*, vbi illud *pauperis*, non est iungendum cum corde, sed cum eleemosynâ. q.d. pauperis eleemosynam. hoc est quã confers pauperi, illam conclude in corde tuo, id est adeò occultè confer, vt ex te nemo id resciscat, maneat secreta in cordis tui intimo. constat ex Græco, σύγκλεισον ἐλεημοσυνην ἐν τῆς ταμείοις σου. *in penetralibus tuis.*

Sinu penetrissima indicantur.

In corde abscõdere.

ADAG. CXXVI. EX EODEM CAP. XIII. VER. XIII.

Filij Belial. *Filij Belial.*

בני בליעל Lxx. ἄνδρες παράνομοι, *viri transgressores legum.* Chaldæus, *viri filij iniquitatis*, id est, viri iniqui, frequens nomen in diuinis libris. Græcè tribus modis scriptum reperiò, *Belial, Beliar*, & *Belias*: sed prima scriptio præferenda, quia Hebræo magis consentanea, & Romana Ecclesia fuit eam amplexa. Diuus Hieronymus, vt ab optimo harum rerum autore ordiar, in Nahum cap. 1. & in Isaiæ cap. 27. tradit *Belial*, literali sensu significare præuaricatorem seu ἀποστάτην, nempe loco illo Sennacherib; & per ἀναγωγὴν ipsum diabolum, de quo D. Paulus 2. *ad Corinth.* 6. ait, *quæ communicatio* CHRISTI *&* *Belial*? Idem *libr.* 2. *in Epist. ad Ephes.* ad illud, *Neque locum detis diabolo.* Diabolus *Græcum verbum est, quod Latinis* criminator, *in quâ Hebreâ dicitur* Satan, *id est aduersarius siue contrarius, & ab Apostolo* Belial, *hoc est absque iugo: quòd à collo suo Dei abiecerit seruitutem, quẽ Aquila* Apostatam *transtulit. Et sciendum vbicumq; in veteri lege*, filij pestilentiæ *scribuntur, sicut ibi*, filij autem Heli pestilẽtiæ: *ibi in Hebraicis voluminibus*, Belial, *hoc est diabolũ, pro pestilentiâ nominari: licèt plurimi pro* Belial, *corruptè in Apostolo*, Beliar *legant.* Hanc lectionem quã D. Hieronymus damnat, semper reperies in cod. manuscr. Sibyllarũ, & apud Origenem, Suidam, & Epiphanium *lib. de vitis Prophetar.* quod deduxerunt à *Belsor*, q.d. sine luce, vnde & princeps tenebrarum vocatur. Sic Leo Castrius, *lib. vltim. Apolog. cap.* 243. *Belias* inuenio apud Sibyllas in codicibus impressis, *lib.* 2. & 3. & S. Nazianzenum, *in carminibus.* Diuus Hieronym. alibi testatur *Belial* accipi, pro diabolo, idolo, & Antichristo. Sanè pro desertore seu Apostatâ illo principe, hoc est diabolo, *Belial* ab Apostolo vsurpari, & id

בני בליעל

Belial, Beliar, Belias.

D. Hieron.

Diabolus.

Satan suprà.

Belial. de Beliar.

Sibyllæ.

Origen. Suidas. Epiphan. Belsor.

Leo Castrius. Belias.

Nazianz.

Belias pro diabolo apud Paulum.

He

Hebræum nomen significare, cum S. Hieronymo testantur; S. Chrysostomus, *hom.* 13. Theophylactus, & Theodoretus, & Ambros. *ad d. cap.* 6. & Sedulius ait; *Belial diabolum significat, & interpretatur, absque iugo.* Sed Photius & Primasius exponũt, Antichristum: quos secutus quidam recentior, solitâ suâ confidentiâ, & in Catholicos scriptores omnes licentia styli, negat sententiam alteram explicantium Apostoli dictum de Diabolo legitimam esse, & hoc nullum cordatum negare posse. Quasi CHRISTO è diametro diabolus opponi nõ possit. An ergo cor non habuerũt Hieronymus, Chrysostomus, Theodoretus, & cæteri illi? Quid? quod ipse D. Thomas, & cum eo alter Thomas Caietanus, sic exposuerunt? his saltem tertius Thomas pepercisset. Sed de B. Pauli loco erit cùm, Deo duce, plura dicentur.

Hieronymus. Chrysost. Theophilactus. Theodor. Sedulius Ambros D. Thom. Caietan. Thom Maluenda lib. 1. de Antichri. cap. 3.

De Hebræo *Belial*, בליעל tria quæri possunt vel quatuor. I. quod sit etymõ eius. II. quid nomẽ significet? III. quo pacto D. Hieronym. cõueniat cum Lxx. IV. quibus conueniat nomen filiorum Belial.

I. Quæstio de etymologia nominis Belial.

Quod attinet ad 1. quæstionem, quam dixi explicationem Leonis Castrij, *sine luce*; moneo tantùm esse nominis Græci βελιὰρ; ideo huc nõ spectat. Conueniunt omnes componi ex *Beli* בלי nõ vel sine, & alio vocabulo: sed de isto alio ambigitur. I. sententia est vocem hanc esse *Jabal* יעל quasi dicas *beli iabal*: hæc valdè arridet omnibus ferè Hebraizantibus, excipio Oleastrum; sed modernis: nituntur punctis quæ hodie exstant, & volunt à Græcis & Latinis tertiam syllabam fuisse extritam; sicut (aiunt) ex nequicquam factum fuit nequam. Sed inter se dissentiunt, quia quidam deducunt à יעל, quam volunt significare pro-

I. Sent. ex beli iabal. יעל

fuit (Sic Pagninus, Vatablus, Mercerus:) vt vir Belial, seu vir filius Belial (nam hæc eadem sunt) sit idem, quod homo nequam nihili, inutilis ad omnia, nullius rei aut frugis bonæ; quem Græci vocarent ἀνωφελῆ, ἀχρεῖον, ἀνέλαστον, μαρὸν, ἄχαριν, καὶ ἀχάριστον (lege A. Gellium lib. 7. cap. 11.) secunda sententia est, dantium radicem *Halal* עלל quæ interdum significet idem quod עלה *Halah*, ascẽdere: atque idcirco censent *Belial*, idem esse, quod non ascendens. Nam mali ad virtutem nequeũt assurgere aut ascendere: vel quia (sic Eugubinus) dæmon peccatores sursum ascendere non permittat: nec in bono prosperari: addo nec ipse eò vnde deturbatus valebit vnquam conscendere, quicquid Origenes opinatus sit. Tertia sententia est Marini Brixiensis in arca Noë, ipsum sibi esse radicem vocabulũ quinque literarum. Quod haut scio an vlli probabit. Cæterorum pace dixerim, alia vocis est analogia, & Massoretæ falsa puncta perperam videntur subscripsisse. Quia nec Lxx. nec D. Hieronym. nec veterum quisquam, ante Massoretas, agnouit *Beliyahal* quadrisyllabum. D. Paulus etiã manifestè cum Lxx. vt trisyllabum accepit. fateor ergo radicem esse עלל *Halal*, quatenus interdum significat ascendere, idem cum עלה Hinc, non ab *vl* עול descendit nomen עול *Hol*, significans *iugum*: quia Hebræi dicunt iugum cùm imponitur, ascendere super collum bestiæ. habes hac significatione עול *Hol*, *Num.* 19. 2. vbi noster, *nec portaueris iugum*. Hebraicè de verbo, *quam non ascendit super eam iugum* & 3. *Regum* 12. 11. *posuit super vos iugum graue*: & passim. Sic igitur *Belial* deducitur à Beli, & Hol, (בלי & עול) significat, *non iugum*, seu *sine iugo*, vno verbo iniugem, seu indomitum.

Pagninus Vatablus, Mercerus.

II. Sententia ex Beli & halal.

Eugubin.

Origenes. III. Sententia Marini Brix. carere radice.

IV Sententiæ probatior ab Beli & Hol.

II. Quæst. quid signi ficet.

Hinc

Hinc iam expedita est responsio quæstionis secundæ: videlicet veram esse expositionem nostri interpretis *Iudi.* 19. 22. *filij Belial, hoc est absque iugo:* & *filios Belial* dici homines exleges, qui negant iura sibi nata, neque Deo vel hominibus volunt obedire. In sacrâ Sapientiâ, Dei lex *iugum* appellatur. *Eccles. siast.* 51. 34. *collum vestrum subiicite iugo, & suscipiat anima vestra disciplinam.* Ierem. 2. 25. *A sæculo confregisti iugum meum, rupisti vincula & dixisti non seruiam,* Thren. 3. 27. *Bonum est viro, cùm portauerit iugum ab adolescentiâ suâ.* Osee 7. 16. *Reuersi sunt, vt essent absque iugo: facti sunt quasi arcus dolosus: cadent in gladio.* Matthæi 11. 29. *Tollite iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde: & inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue:* contrà quàm fuit lex Mosaica; de qua B. Petrus Acto. 15. 10. *Quid tentatis Deum, imponere iugum super cernices discipulorũ, quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus.* Veteres tamen Rabbini, non respectu oneris, sed respectu datoris, legem Moysis vocabant *iugum cæli:* vt patet ex illo loco Sanhedrim; *Viri Belial sunt filij seu homines, qui iugum cæli* (עול השמים) *collo suo excusserunt.* Nobiscum ergo illi contra recentiores, senserunt. Meritò planè. Quia hæc significatio sola cunctis sacræ Scripturæ locis conuenit: si meminerimus, aliquandò personas; aliquãdo rem seu ipsam iniquitatem, contumaciam, vel præuaricationem denotari. Personas, vt cùm D. Paulus *d. cap. 6.* Belial CHRISTO opposuit: hoc est eum qui obediens patri vsque ad mortem fuit, illi qui vix creatus, statim Dei imperio se subduxit, & in contumaci rebellione æternum perseuerat. *d. capite 6. 2. ad Corint. vers.* 13. item hoc loco *Deutero. ver.* 13. vbi continetur præuaricatio primæ tabulæ. & *Iudic.* 19. 22. vbi agitur de transgressione legis per sodomiam & adulterium. & 1. *Reg.* 2. 12. *filij Heli, filij Belial,* quia duplici peccato, mœchiæ & sacrilegij leges Dei violabant. *ibid. capite* 10. 27. sic vocantur qui Regem à Deo datum aspernabantur 2. *Reg.* 20. 1. Seba vocatur *vir Belial,* quia contra Dauidem rebellarat. 3. *Reg.* 21. 10. falsi testes apertè contra legem Decalogi faciebant, in causâ Nabutthj. Sic *Nahum.* 1 *v. vlt.* Sennacherib in Deum blasphemus, vocatur *Belial.* 2. *Reg.* 16. 7. Semei Danidem vocat *filium Belial:* indicans reum iniustitiæ, & tyrannidis, & necis Saulis soceri ac Regis sui. Cætera quoque loca omnia possunt sic exponi.

Iugum pro lege

Lex Dei, iugũ cæli. Veteres Rabbini pro nobis sunt.

Non tamen subtraham vobis quod sentio. puto dictis locis omnibus & cæteris quibus agitur de personis immediatè valdè commodè; saluâ manente analogiâ & significatione vocis *Belial;* posse vbique capi pro ipso diabolo, & filios pro imitatoribus poni; *filios Belial* dici, qui ipsum Belial contemptu diuinæ legis ac Dei legislatoris audacter imitantur. considera loca præfata; & etiam sequentia; sicut antonomasticè apud Apostolum *d. v.* 13. *Belial* caput præuaricatorum cacodæmonem significat, sic etiam participatione quadam impios eius membra. sicut vulgò Hispani & Galli & Germani, dicunt, *est diabolus non homo:* & CHRISTVS, *Vos ex patre diabolo estis. Ioan.* 8. 44. & de Iudâ, *ex vobis vnus diabolus est Ioan.* 6. 70. Certè hoc sensu Beata Anna negat se *vnum filiorum Belial,* signi-

Auctoris sententia. Belial pro diabolo, & filij Belial, filij diaboli, hoc est imitatores eius, quando immediatè de persona dicitur.

ficans se nec temulentam, nec impudentem, quæ Deo crapulam irructet. 1. *Reg.* 1. 16. sic serui de Nabal hero suo dicunt, *ipse est filius Belial, ita vt nemo possit ei loqui*, propter superbiam. 1. *Reg.* 25. 17. sic 3. *Reg.* 21. 10. quos nostèr vocarat *filios Belial*, eosdem *vers.* 13. vocat *filios diaboli*, & *viros diabolicos*. Ergo hæc eadem sunt. sic 2. *Reg.* 22. 5. *torrentes Belial terruerunt me*: quod desumptum ex Psalmo 17. 5. vbi noster non retinuit nomen proprium, sed reddidit *iniquitatis torrentes*, & Apollinarius χείμαῤῥοι ἀμπλακιάων. Significatur autem vel iniquorum hominum violenta multitudo: vel tentationum quæ à diabolo immittuntur. De rebus autem sumitur, vt cùm *Psalm.* 40. 9. *Verbum iniquum constituerunt aduersùm me.* Hebraicè *verbum Belial*, tale vt diabolum appareat suggessisse, vel per eos locutum. *Nahum.* 1. 11. *mente pertractans prænaricationem*, Hebr. est *Belial*, id est consilia diabolica quibus Israëlem seducat.

Belial immediate de re ipsa.

Ex quibus colligitur, non semper de personis, nec semper de rebus, multò minùs vbique de diabolo capiendum, nisi aliquando, vt effectus pro causâ: quod arbitror Oleastrum voluisse. Quod verò putant nonnulli significare interdum homines inutiles, & nullius neque spei, neque rei bonæ, fit tantùm consequentiâ quadam: quia apostatæ & alij filij diaboli, tales esse consueuerunt: sicut bos iugum detrectans agricolæ inutilis est. Causam habetis cur noster & Lxx. aliter atque aliter verterint. Nam quod Eugubinus excogitauit, nunquam ferè nostrum in vertendo, quid nomen significet, indicasse: & quoniam de significatione ambigebat, ideo Hebræum vocabulum retinuisse: hoc verum non est. Nam plures interpretationes, omnes bonas nobis suppeditauit, quæ satis indicant vim vocis illum non ignorasse.

Oleaster.

Eugubinus.

Vt enim iam tertiæ quæstioni satisfaciamus, de consensu nostri interpretis & Lxx. sicut Lxx. variis vocabulis eodem tendentibus *Belial* transtulerunt, sic etiam eos imitatus noster fecit, sed pluribus: Prima nostri est *sine iugo*, *Iudic.* 19. 22. quâ respexit analogiam nominis. Secunda est *ex* 3. *Regum* 21. 13. *diabolus*, pro vt etiam exposuit D. Paulus, *Actor.* 13. 10. vbi Syriacè est filius criminatoris seu calumniatoris, quod Hebraicè dixisset Iudæum alloquens, *fili Belial.* ibi ergo expressit primariam significationem. Tertia est cùm vertit *iniquitatem*, *Psalm.* 17. 5. more Hebræo, ponens abstractum pro concreto, & denominans ab iniquo (hoc est diabolo) per antonomasiam. Quarta, *prænaricationem*, *Nahum.* 1. *vltim.* eodem modo & sensu. Scriptura cùm reddit *apostatam*, *Prouerb.* 6. 12. à capite ad membra transferens. Lxx. quoque tribus modis verterunt. aliquando voce λοιμῶν *pestilentium*, vt 1. *Reg.* 1. & 2. aliquando voce *prænaricatorum* seu *transgressorum legis*, παραβόμων. *Iudic.* 19. & 2. *Reg.* 16. & 3. *Reg.* 21. aliquando denique voce ἀποστασίας, *apostasiæ*, vt *eodem capit.* 21. Quæ omnia de ipsis diaboli filiis eundem habent sensum, ac si *diaboli filios* dixissent; & eodem haut dubiè recidunt. Nam prænaricatores & apostatæ, ipsâ pestilitate pestilentiores sunt, & veri diaboli filij, sibi non minùs quàm aliis pernicioſi existunt.

Q. 1. an dissentiat noster & Lxx. Respon. negatiuè. Noster de sensus.

Lxx. de sensu.

Si

Dubium an Belial substantiuum sit. Fran. Ribera.

Si quæras verùm in sacra Scriptura, vt mobile, an vt fixum vsurpetur? assentior Francisco Riberæ vnicum in sacra Scriptura esse locum vbi tanquam mobile ponitur, Nahum. 1. in fine. *Non adiiciet vltrà, vt pertranseat per te Belial*, hoc est blasphemus & impius in Deum & Israëlem ad defectionem à Deo prouocans. Cæteris locis omnibus (maximè quando habemus, *filios Belial,*) possumus & debemus capere vt genitiuum substantiuum: quòd si in paucis malis accipere, vt substantiuum casum rectum, v. g. 2. *Corint.* 6. 13. & similibus locis, haut multùm refragabor. Considera verò mihi lector, nullum omnino locum esse, vbi pro Antichristo cogamur interpretari; plurimos, vbi de illo non possimus. Verùm debuit scilicet sic D. Paulus vsurpasse, vt libro de Antichristo cento ille de Belial assueretur.

IV. Qui dicèdi filij Belial.

Vltima quæstio, & maioris vtilitatis erat, quibus conueniat Adagium, *filij Belial.* In omnes quadrat, qui mores patris sui diaboli imitantur, præcipuè quorum vitia sic indicauit sacra Scriptura; in rebelles, blasphemos, libidinosos, temulentos, iniustos, scandalosos, ac superbos, & in hos quidem maximè; quoniam cæterorum peccatorum radix est superbia. disseruit hac de re præclarè B. Cæsarius Arelatensis *Homil.* 18. docens notas filiorum Dei, & stigmata filiorum Belial, hisce verbis; *Duo ædificia, & duæ ciuitates à mundi initio constituuntur. Vnam ædificat* CHRISTVS, *alteram diabolus. vnam ædificat humilis, alteram superbus. vna humiliatur vt firmiter surgat, altera erigitur vt infeliciter cadat. In fabricâ* CHRISTI, *qui ædificantur, de imis leuantur ad summa: in fabricâ verò diaboli, de summis ad ima præcipitantur. Attendat vnusquisque, fratres dilectissimi, conscientiam suam; & si in se viderit dominari superbiam, in ciuitate diaboli se infeliciter ædificare, immò & præcipitari non dubitet: Si verò in illo vera humilitas regnat,* CHRISTO *se coædificare, & feliciter adhærere congaudeat. Non enim discernuntur filij Dei, & filij diaboli, nisi humilitate & superbiâ. Quemcunque superbum videris, diaboli filium esse non dubites: quemcunque humilem conspexeris, Dei filium esse confidenter credere debes, vt in hoc verum esse cognoscas, audi Scripturam dicentem, Ecclesiastici* 10. 14. Initium apostatare à Deo omnis superbia. &: Omnis qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur. *Nam quod Diabolus per superbiam deiecit,* CHRISTVS *per humilitatem erexit: quia ad vulnus superbiæ medicamentum humilitatis exhibuit. Si ergo volumus venenum superbiæ effugere, antidotum humilitatis iugiter debemus haurire. audiamus Dominum dicentem, Matth.* 11. 29. Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Sic ille. Germanus ergo *filius Belial,* est superbus: CHRISTI, humilis. hoc enim est patrissare.

S. Cæsarius Arelatensis. 1. Nota. Superbi sunt filij Belial.

B. Macarius adhuc alia quædam suggerit indicia, *Homil.* 5. qua conatur nos docere, quantùm dissonet vita Christianorum, à reliquorum hominum vitâ. Excerpam compendiô, quæ ille fusissimè disseruit. *Habitatores terræ, & filios huius sæculi* (sic filios Belial nuncupat) *similes ait esse frumento in cribrum huius terræ proiecto, eo quòd concutiuntur volubilibus huius mundi cogitationibus, &*

B. Macarius. Deutero. 13. 13.

assiduâ tempestate rerum atque desideriorum terrenorum, & crassarum varij generis cogitationum. ἐοικασι σὶτῳ διϐλημένῳ ἐν σινίῳ τὴς γῆς ταύτης σειναζομένοις ἐν ἀσάτοις λογισμοῖς τῦ κόσμε τύτε, καὶ σάλῳ ἀνανεμῳ τῶν γηίνων πραγμάτων, ἐπιθυμιῶν, καὶ πολυπλόκων ἐνοιῶν ὑλικῶν. Cribratorem verò seu agitatorem esse Satanam, cribrum ipsas res terrenas: instabilitatis autem seu agitationis causam esse, iustitiæ originalis per peccatum amissionem: quod confirmare potuit testimonio Prophetæ; *Thren.* 1. 8. qui cùm Ierosolymam instabilem factam deplorat, præmittit peccatum peccasse, vt causam declaret instabilitatis. Maluit probare ex maledictione Cain, cui propter parricidialem noxam Deus ait; *Genes.* 4. *Gemens ac tremens super terram agimberis.* στένων καὶ τρέμων, καὶ σειόμενος ἐσῃ ἐπὶ τῆς γῆς. addit hanc latentem omnium peccatorum imaginem esse, ac tales patris sui diaboli characterem gerere: contrà qui ex Deo nati, & veri sunt filij Dei, per magnos licèt labores & sudores, ad summam tandem stabilitatem, tranquillitatem, & requiem peruenire, οἷς φασιν, καὶ ἱδρωτίλα, καὶ ἀταραξίαν, καὶ κατάπαυσιν. Huius causam esse, quia mente renouati, mundo calcato, terrenis despectis, ex morte ad vitam transeuntes, in cælis iam conuersantur, & Deo, quem solum aspiciunt ac diligunt, firmiter inhærent. *Ioan.* 5. *Philipp.* 3.

Filij Belial, animo instabili, turbato, inquieto.

Filij Dei sunt animo tranquillo & sedato.

Eâdem homiliâ aliam quoque notam certissimam ex CHRISTI verbis depromit, qua docentur esse *filij Belial*, qui mendacium & cædes diligunt. ait enim Saluator, *Ioan.* 8. 44. ὑμεῖς τὰς ἐπιθυμίας τῦ πατρὸς ὑμῶν θέλετε ποιεῖν. ἐκεῖνος ἀνθρωποκτόνος ἦν ἀπ' ἀρχῆς, καὶ ἐν τῇ ἀληθείᾳ οὐκ ἔστηκεν. *Vos ex patre diabolo estis: & desideria patris vestri vultis facere. ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit.*

III. Amare cædes & mendacium.

De eorundem filiorum Dei & filiorum diaboli differentiâ disserit etiam *Hom.* 46. Hos enim esse homines animales, & ideo nauseare, & præfocari sermonibus spiritualibus, de Deo ac virtute: filios autem Dei, cùm sint spirituales, & vnus cum Deo spiritus, teste Apostolo, sermonibus mundanis & carnalibus eodem modo malè affici, & eos ipsis mortem videri. Rationem esse; (quia vtraque propago parentum suorum similis est, & vtriusque requies atque tranquillitas ibi sita, vnde prognata est.) ἕκαστον γὰρ γέννημα τοῖς ἰδίοις ἔοικε γενέσιν. item; ἡ γὰρ ἀνάπαυσις αὐτῶν ἐκεῖ ἐστιν ὅθεν καὶ ἐγεννήθη. Sic B. Macarius.

IV. Filij diaboli sunt homines animales, ad spiritualia nauseantes.

EX CAPITE XV. VER. IX.

ADAG. CXXVII.

Oculus malignans, seu nequam.

Oculus malignus seu nequam.

ALCIPPVS in epist. quadam, ait paræmiam fuisse, δυσμενὴς καὶ βάσκανος ὀφθαλμὸς γειτόνων, *inimicus & inuidus est vicinorum oculus.* sumptum ab Hesiod. *inde oculus vicini*, pro inuido & maligno. quia vicini vicinis solent inuidere, ait ille,

Alcippus.

Hesiodus. Oculus vicini.

Vicinúmque pecus grandius vber habet. Ouidius.

Simili adagio Hebræi vsurpabant *oculum nequam* seu *malignum.* Latet hoc loco *d. vers.* 9. sed in Hebræo. Nam vbi noster, *& auertas oculos*

tuos

tuos à paupere fratre tuo, LXX. habēt πονηρεύσηται ὁ ὀφθαλμός σου. *malignetur* (seu sit iniquus) *oculus tuus*, & sic est Habraicè רעה עינך vbi Onkelos, *oculus tuus sit nequam*. Nam adagiali more in sacra Scriptura opponuntur; *oculus malus & oculus bonus, oculus simplex & oculus nequam*. Oculus nequam siue malus, significat immisericordem, inuidum, & omnia in malum detorquentem. Bonus & simplex oculus, significat fauentem, beneuolum & liberalem, boni animi & mētis probæ indicem, indicēque. Patebit res testimoniis. noster *Deuter.* 28. 54. *inuidebit fratri suo*. & 56. *inuidebit viro suo*. Hebraicè est, *malignus erit oculo* תרע עינו Chaldæus, *habebit oculum nequam*; præ inuidia occultabit ne partē ei det; aut, si illi habeant, dolebit ipsis bene esse, *Prou.* 22. 9. *Qui pronus est ad misericordiam, benedicetur*. Hebraicè טוב-עין *qui bonus est oculo*. & cap. 23. 6. *Ne comedas cum homine inuido*. Hebraicè; *habente malum oculum*, רע עין hoc est homine tenaci & illiberali, qui cùm te inuitauerit simulandæ beniuolentiæ & liberalitatis gratiâ, inuitus facit, & dolet oculis cùm videt te comedentem frusta quę annumerat: Matth. 6. 22. *Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit: si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuū tenebrosum erit*. simplex, ἁπλοῦς, purus & innocens. nequam, hoc est inuidus, impurus, suspicax, vitio imbutus, πονηρός, Chaldaicè בישא *Bischo*; vnde Hispanicum, *visco*: Matth. 20. 15. *An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum?* vbi *bonus* pro liberali, *nequam* pro inuido, Theophyl. Orta locutio quia tales affectus oculis hauriuntur, & produntur.

Oculus bonus. Oculus simplex.

רעה עינך

תרע עינו

טוב-עין

רע עין

EX CAP. XXII. VERS. VI.

ADAG. CXXVIII.

Matrem cum filiis.

Matrē cū pullis.

PROVERBII istius mentio facta §. 45. sed vsus non plenè indicatus. facilis est non nescienti causam, cur Deus prohibuerit cum *pullis matrem capere*: sed voluerit saltem matrem dimitti. Theodoretus scribit hoc præcepto doceri nos humanitatē. τοῦτῳ φησὶ φιλανθρωπίαν παιδεύει. eò quòd, si matrē abstuleris, pulli deserti à nutrice fame interibunt: sin matrem simul cum pullis, quantùm in te situ, speciem totam adimis, & si tuo id cæteri faciāt exemplo, citò auium internecio sequatur. idcircò præcipi, vt solos pullos capiamus. Quęritur an idem de ouis inuētis statuatur, vt ea auferamus matre relictâ? Ratio suadet. Nam si relinquas oua, matrem auferens; illa refrigerabuntur, & fotui inidonea fient; si foueri cœpta, nec esui esse poterunt. Hoc ergo tantùm interest, quod inter fœtus viui & non viui necatorem. Rupertus ad mysticū allegorię sensum cōfugit. Potius est illud Theodoreti, humanitatem & misericordiam in homines nos doceri, quando iubemur etiam clementer cum brutis agere. 2. docemur fortuitò oblatis bonis parcè & cū iudicio vti? quod iis maximè attendēdum, qui vsumfructum rei habent. 3. sic nos amicorum opibus & liberalitate frui debere, vt ne ad fundum vsq; exinaniti, nec nobis, nec sibi ipsis postea queant sufficere.

Theodoretus.

I. vsus. Rupertus.

II. vsus.

III. vsus.

ADAG. CXXIX.

EX EODEM CAP. VER. X.

Non arādum in boue & asino.

Non arabis in boue & asino.

VETANTVR Iudæi *in boue & asino simul iugatis arare.* docet Nathan Iustus pœnam faciēti, luelam asini bouisq; fuisse. Vti licebit adagio, siue intelligas de cunctis animantibus diuersæ speciei, cū quibusdam, siue de asino & boue tantùm, cum aliis: licebit inquam vti multipliciter, vt est multiplex huius loci explicatio. Primò cum Rabbinis monendo, nec boni cum malis societatem ineant. II. ne fidelis cum infideli connubio iungatur. 2. *Cor.* 6. 14. vt innuit S. Hieronymus, si iūgas quæ de hoc Apostoli loco tradidit libr. 1. contra Iouinian. cū iis quæ scripsit ad illud Isai. 1. *Bos cognouit possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui.*

Vsus.
1.
Rabbini.
2.
Hieronymus.
3.

III. De omni coniugio valdè impatis conditionis, quando alter cōiugum nobilitate, aut diuitiis multò potentior. vetus dictum;

Ouidius.

Si qua voles aptè nubere, nube pari.

Item illud eiusdem,

Non bene inæquales veniunt ad aratra iuuenci,
Sic premitur magno coniuge sponsa minor.

4. Isidorus.

IV. contra Marranos Iudaizantes. S. Isidorus sic explicat his verbis; *In boue & asino arat, qui recipit euangelia cum Iudeorum obseruantiâ.*

5. Basilius.

V. Non esse in muneribus aut officiis publicis coniungendos homines promptos & tolerantes laborum, iis qui voluptatum amantes, & captiui tenentur affectibus: sic S. Basilius in c. 1. Isaiæ prophetę.

6.

VI. Non permittendum vt diligentes & segnes, fatui & sapientes; æquali potestate verbum Dei annuncient. sic S. Augustinus *libr. 6. contra Faustum cap. 9.* S. Isidorus hîc in glossâ, Ionas Aurelianensis *lib. 1. de cultu imaginum*, & Rupertus ad hunc locum. Adscribam D. Gregorij aurea verba *lib. 1. in Iob. c. 16.* Boū (inquit) *nomine vita vniuscuiusque operantis exprimitur, vt legis præcepta testantur, quæ per Moysem præcepit dicens,* Non alligabis os boui triturāti: *quod apertè rursus dicitur;* Dignus est operarius mercede suâ. Asinorū *quoque nomine aliquādo stultorum pigritia, aliquando immoderata petulantium luxuria, aliquando gentilium simplicitas designatur. stultorum pigritia asinorum appellatione figuratur, quando per Moysem dicitur;* Non arabis in boue simul & asino: *ac si diceret, fatuum sapientibus in prædicatione non socies: ne per eum qui implere rem non valet, ei qui præualet, obsistas.* Quod nimis quàm sæpè fit; in officiis, & dignitatibus, in Academiarū prælectionibus, in foro, in militiâ, vbique.

Augustinus. Isidorus. Ionas Aurelian. Rupertus. Gregor.

7.

VII. Putarim etiam nos doceri; ne ab imparibus paria exigamus, hoc enim foret imbecillos opprimere: sic Oleaster, Abulensis, & alij.

8.

VIII. Vt omnia ordine & mensura fiant: nec pygmæus Maximini caligâ induatur.

IBIDEM VER. XI.

ADAG. CXXX.

Non indueris vestimēto, quod ex lanâ linóque contextum est.

Non indueris vestimēto, quod ex lanâ linóque contextum est.

Non indueris vestimento ex lanâ & lino.

SIc etiam Chaldæus, & Hebræus textus. LXX. vocabulū ponunt quo vestem hanc infamem indicant; οὐκ ἐνδύσῃ κίβδηλον, ἔριον καὶ λίνεον ὁμοῦ τὸ αὐτό. *Non indueris adulteratâ*

terratâ veste, lanâ & lino in idipsum. Eodem ferè spectat, quò superius. nam malam mixtionem damnat. *Lana* simplicitatem innocentiæ, *lino* subtilitatem malitiæ volunt indicari glossa interlinearis, & ordinaria, & Isidorus: & quia in tali veste lana tegit linum, vt nō appareat, ideo censent nos moneri, ne verbis simplicibus subtilitatem malitiæ celemus.

2. Glossa ordin. II. Ne hypocrisi quadam & specie virtutum vitia occultemus: veluti si coniugata ferat vestes monialis, vel etiam hæc ornetur vestibus profanis. Ita hîc glossa.

3. Procopius III. Procopius: *Minimè conuenit, vt qui* CHRISTVM *ac veræ ouis lanā induerunt, simul quoque terrenum illud linum induant: huiusmodi verò est, qui sub ouino vellere lupus rapax mentis sensu, & operibus exsistit.*

4. IV. Hęc nobis vtiliora, quàm eorum explicatio, qui referunt ad speciē idololatriæ, vel ad vestis sacerdotalis imitationem, vt Iosephus, Liran. & Abulensis.

6. Iosephus. Liranus. Abulēsis. VI. Egregiè Oleaster; *Abhorret Deus summè à confusione: neq; vult nos facilè species rerum confundere, quas ipse tamâ sollicitudine voluit distinguere. vnde iniurij suo modo naturæ videtur, qui distinctas species confundere audet. gaudet Dominus Deus simplicitate, nō solùm in hominibus, sed etiam in rebus.*

7. Anton. Agellius. Vltimus sensus est Antonij Agellij Acernensis Episcopi; qui hæc & similia, nam similia esse censuit, cōtra eos intorsit, qui nimiâ quadam variæ lectionis ostētatione, ex profanis authoribus multa consarcinant in commentarijs librorū sacrę Scripturæ: sic enim scribit præfat. in Cantica diuini officij; *Ex profanis authoribus, nisi vbi locus postularet, petere testimonia, & ex Gentilium libris infercire commentarios, & oratorum Poëtarumq; flosculos carpere nec libuit, nec libuit, ne vestem ex lanâ linóque texerem, & agrum diuerso semine sererem, ararem in bone & asino, aut Moabitam & Ammonitam in Ecclesiam Dei inducerem; quæ omnia lege veteri mysticè prohibebātur: ne postremò fraude ac more cauponum, quod Isaias 1. reprehendit, aquam vino miscerem.* Quę loca sacrę Scripturæ si hic forent intelligenda, certè nunquam liceret sacræ tractationi huiusmodi profana testimonia, & flosculos inserere. Nam vel vnum Moabitam aut Ammonitam inducere fuit in legē peccare; & polluta satio pauculâ admistione censebatur, & caupo modicè diluens vinum adulterat, licèt minùs adulteret. Modus ergo in his est adhibendus, non verò res ipsa damnanda. videndum ne quid nimis, vel non suo loco: vt vera nihil aut nusquam quis censeat; nisi B. Iustinum, Clemētem Alex. Naziāzenum, Hieronymū, Ambrosium, Augustinum simul, mysticæ legis reos peragat. Nec aliud arbitror virum doctissimum sensisse, quàm quod dixi: si sensit dissentio; & puto discessione factâ plures eruditorum in meam sententiam ituros.

Deut 22. Exod 19. Deut. 25.

EX CAP. XXV. VER. IV.

ADAG. CXXXI.

Non ligabis os bouis terentis in areâ fruges tuas.

Non ligabis os bouis tricturantis.

DOCET nos Apostolus ex similibus mysticis præceptis, parœmiales locutiones decerpere. Sciendum porrò, à triturâ Romanis boues vocatos *triones* & *teriones*: hos in triturâ variis modis impediebāt, ne spicis vel granis vescerentur. Quidam boum nares fimo bubulo liniebant. est enim huius animalis Mos. ea na-

ea natura vt tetro odore offensum, nullâ fame queat adigi ad vescendum, vt narrat Ælianus *lib. 4. de hist. anim. cap. 24.* Alij fiscellis boum ora capistrabant, ne germinum tenera præcerperent. Græcis instrumentum fuit παυσικάπη dictum, quo collò inserto serui impediebãtur ne molentes polentam comederent. nam illa machina vetabat manũ ori admouere, vt docet Pollux *lib. 7. Onomastici cap. 4.* sed Ælius Dionysius apud Eustathium *Iliad. 10.* docet etiã subiugalibus machinam hanc solitam adhiberi, ne comederent, & quia vesci prohiberet, sic vocatam. Meminit etiã hominum ita coërceri solitorũ, παυσικάπη, κ) Αἴλιον Διονύσιον, μηχάνημα τὶ τρεχῶ ἐμφερὲς, δι' οὗ τὸν τράχηλον διεῖρον τῶν ὑποζυγίων, ὥστε μὴ ἐσθίειν. ὁμοίως δὲ κ) τῶν ἀνθρώπων, ὥς τε φησὶ μὴ δοῦναι εἰς τὰς χεῖρας τῷ σίτῳ προσάγειν. κ) ἔοικε κ) τετους τοὺς λόγους παυσικάπη λέγεσθαι, ὡς παύουσα τῆς κάπης, ἢ τὸ κάπλειν, ὃ ἔστι τὸ ἐσθίειν. hodie corbibus paruulis ori alligatis & prætentis solent agasones & agricolæ vti, ex ferro, ligno, fiscellis.

Ælianus Plinius.

παυσικάπη.

Pollux. Ælius. Dionysius Eustathius.

Palàm est quoduis istorum terentibus adhibere, inhumanitatem sapere. vt enim Iosephus verè scripsit *li. 4. antiquita. cap. 8.* iniquum est laboris tui socios fructibus arcere, quos vt perciperes ipsi adlaborarunt. οὐκ ἔξ) δίκαιον εἶργειν τοὺς συνεργασαμένους τῷ καρπῷ, κ) ὥσπερ τῷ γένους αὐτῷ συνήσαντας. Theodoretus *hic q. 31.* satis indicat se hunc literalem de bobus sensum non aspernari: sed mysticum, quem D. Paulus tradidit, sublimiorem censere. *Quid est* (inquit) non alligabis os bouis triturantis? *Huius deductionis nobis sublimiorem intellectũ aperuit diuinus Paulus: attamen per se propositũ valde pium est, siquidẽ periniquum est terram arantem, & messem cum labore triturantem, non esse fructus participẽ.* Caietanus ita hîc metaphoram agnoscit, vt nullo modo sensum literalem de bobus recipiat. *quia* (inquit) *nefas est, quòd Deus legem statuat scriptam bobus.* Nimis audacter, cùm Patribus Orthodoxis tam leuiter obstrepat, & ipsis quos solitus magnificere Hebræis. Præterea nõ lex bobus à Deo statuitur, vt ait (si non sit mendum impressoris) sed hominibus de bobus. Fonseca recedit à Caietano, & accipit de bobus conductitiis, quos ait Iudæos solitos sic capistrare, & tantùm non inedià necare. Maior tum foret inclementia, & iniustitia accederet. sed generaliter accipiendum puto, etiam de propriis, non conductis. lex enim vult ad benignitatem & liberalitatem Iudæos excitare, in homines maximè, quos etiam in iumenta tales esse iubet. Nec Pauli mentem videtur Caietanus satis hîc assecutus. Vtitur enim hoc loco Apostolus 1. Cor. 9. 9. quasi adagio ad probandum esse æquitati apprimè consentaneum, vt qui in vinea vel agro laborant cœlestis patrisfamilias, Ecclesiæ triticum in horrea, botros in cellaria eiusdem inferant, & labore suo hos exprimant, illud excutiant & à paleis seperent: ipsi quoque redditibus ac stipendiis ecclesiæ vel priuatorum, quibus laborant impensis nutriantur. Nec tamẽ negat ibi Apostolus vllam de iumẽtis curam esse Deo (constat enim esse, & pars ea diuinæ prouidentiæ est: sed negat boũ dumtaxat causâ, vel boum præcipuè causa legem latam fuisse; quorũ minor seu minùs præcipua Deo cura est; quàm hominum, quorũ causâ iumenta creauit & conseruat. & ideo legislatoris mentem non stetisse in bobus vt in termino, & præcipuo legis scopo; sed quòd

Caietan.

Fonseca.

Ratio prohibitionis.

Iosephus.

Theodoretus.

1. Cor 9.

bobus

bobus exhiberi iubebat officij, idcirco iussisse; vt inde discerent homines, quo se pacto gerere debetent erga operarios suos, tam spirituales, quàm corporales. Adfert itaque B. Paulus interpretationem mysticam, sed præcipuè à Spiritu sancto intentam. Nec aliud voluere Doctores antiqui adagium hoc interpretantes, quorum nonnulla dicta nunc adscribenda. Tertullianus, adhuc in Ecclesiâ, vertit; *Boui terenti os non colligabis*, & exponit lib. 4. *contra Marcionem cap.* 24. *& lib.* 5. *cap.*7. in hunc modum, Dignus est autem operarius mercede suâ, *quis magis pronuntiarit, quàm Deus iudex? Quia & hoc ipsum indicare, est dignum facere mercede operarium. Nulla retributio non ex iudicatione consistit. Iam nunc & hîc lex consignatur creatoris, etiam boues operantes dignos mercede iudicantis.* Boui, *inquit*, terenti os non colligabis. *quis tam præstans in homines, nisi qui & in pecudes? & d. cap.*7. Boui, *inquit*, terenti os non obligabis, & *adiicit*; Numquid de bubus pertinet ad dominum, *etiam de bubus propter homines benignum?* propter nos enim scriptum est, *inquit. Ergo & legem allegoricam secundùm nos probauit, & de Euangelio viuentibus patrocinantem: & propter hoc non alterius esse euangelizatores, quàm cuius lex, qua prospexit illis cùm dicit, Propter nos enim scriptum est.* Sic Tertullianus ostendens sensum de nobis allegoricum esse. Hoc quidem non tam apertè Theophilus Alexandrinus, *Epist.*1. tamen insinuauit cùm istud Moysis præceptum attulit, vnâ cum D. Pauli dicto, ad probandum irrationabilem animam iumentis comparari. D. Chrysostomus quoque, *hom.*21. *in* 1. *ad Corinth.* non accepit illud Græcum Pauli πάντως *omnino*, quasi excluderet boues à Dei curâ, sed pro affirmatione tantùm; *vtique*; vt noster interpres optimè vertit: Sic autem non accepisse patet, ex vtili quâ ex hoc loco D. Pauli colligit regulâ, *Quod quæcumq; à veteri scripturâ dicta sunt de curâ habendâ brutorum, ea imprimis & præcipuè conferunt ad doctrinã hominum.* nota imprimis & præcipuè. Theodoretus apertissimè sic scribit; *Non hoc dicit, boues non esse Deo curæ, curæ enim sunt: sed propter nos curæ sunt. Nam illos etiam propter nos fabricatus est. Quamobrem dicit etiam beatus Dauid, Qui producit in montibus fœnum, & herbam seruituti hominum.* Idem tenet Ambrosius: postquam ex *Iona* 4. *& Psalm.*35. docuit Deum curam gerere etiam iumentorum, subdit: *Non curat de bobus & pecoribus propter hæc ipsa; sed propter nos, quorum causa sunt facta: ideo de nobis curat, non de illis. Aut potius* (inquit) *propter nos dicit?* Propter nos enim scriptum est. *Per figuram enim omnia dicta ad nos transeunt.* quid est per figuram, nisi per allegoriam? Theophylactus, vt solet, D. Chrysostomum sequitur: sed cùm addit; *non adeò Deo boues curæ esse, vt leges de illis sanciat*: intelligendus commodè, subintelligendo, potissimùm seu solis; sed, vt simul homines officij sui admoneãtur. Quis enim neget de auibus legem sanciam sensu literali, cùm vetamur matrem cum pullis capere? consulit lex illa conseruationi speciei: consulit ista indiuidui sustentationi: idem docet S. Augustinus, *libr.*6. *cõtra Faustum cap.*9. Mitto cæteros: D. Thomas expresè in comment. ad 1. *Corin.*9. *v.*9. ait legem Moysis, primò intelligendam literaliter de bobus; secundò non tantùm literaliter de bobus, sed spiritualiter de prædicatoribus. Qui quod dicit *in Epist.*1. *ad Timoth. cap.*5. *lect* 3. illam

Deut. 25 4. 1. Luc. 10. — Tertullia. — Deut. 25. — 1. Cor. 9. — Theophilus Alexandrin. — D. Chrys. — Regula optima. — Theodor. — Ambros. Psal. 35. — Theophy. — Augustin. — D. Thom.

legem non esse de bobus, antea explicuit mystico sensu se dicere: & sic, velis nolis, debes interpretari, nisi fatearis sibi contradicere. Si Caietanus idem sentiebat, non contradico: si vt verba sonant, sensit, à D. Thomâ dissensit. Abulensis Antistes, de bobus & hominibus duos esse sensus literales asseruit: quod non est necessarium.

Iosephus. Rabbini. Parum verò refert quòd Iosephus & Rabbini, legẽ accipiunt, de omnibus iumentis quibus rustici in agriculturâ indigent: id enim non ex vocis שור proprietate, sed ex rationis & æquitatis similitudine deducunt. Lxx. εὐ φιμώσεις ὃν ἀλοῶντα. & sic B. Paulus *d.v.* 9. sed verbis transpositis, *ad Timoth.* 1. *cap.* 5. 18. ὃν ἀλοῶντα οὐ φιμώσεις. & paraphrasticè Iosephus; μηδ' ἐσθίειν, ὁπότε τρίβοιντο τὰς ἄχυρας, ἀλλὰ τῶν τε ἄλλων ἀπέχεσθαι καὶ τῶν ἀλοωμένων. *Neq; boũ quando culmos terunt, obligabis ora à triturâ.* Sanè semper Iudæi arbitrati sunt contra legẽ Moysis facturum, qui boui in areâ messes terenti, os capistrasset. Nec vllum legis Patrum, qui aliter sentiret: vnde sequitur, legis illum literalem sensum fuisse. Nam pœna, contra literalem legis sensum facienti, consueuit infligi.

Vsus adagij. Vsus adagij, quem D. Paulus indicauit, dignos alimentis corporalibus, qui aliis spiritualia subministrant. II. Operarios qui in hortis, vel vineis laborant, non esse prohibendos moderatè de fructibus maturis decerpere sibi in cibum.

ADAG. CXXXII.

EX CAP. XXVIII. VER. XIII.

In caput, & non in caudam.

In caput & non in caudam. QVod dixerat, *constituet te Dominus in caput, & nõ in caudã.* & vers. 44. *ipse erit in caput, & tu eris in caudam*; & vulgò etiam vsurpant Hispani; adagium non obscurum est, indicans (capite) primum, (caudâ) verò extremum: caput honoratissimum ac superiorem, cauda vilissimum, & infimum, vt dixit *v. eodem* 13. *Eris semper supra & non subter.* dominaberis & non seruies. patet *Isai.* 9. 14. *Disperdet Dominus ab Israël caput & caudam, incuruantem & refrenantem die vnâ, Longæuus & honorabilis ipse est caput: & propheta docens mendacium ipse est cauda.* & cap. 19. 15. *Non erit in Ægypto opus, quod faciat caput & caudam incuruantem & refrenatem.* Scio quàm variè hæc explicentur, & dicam in adagio, *incuruantem & refrenantem*, d. vers. 15. possumus optimè dicere posterius esse prioris interpretationem. nam Lxx. d. v. 14 reddunt μέγαν καὶ μικρὸν magnum & paruum, at v. 15. ἀρχὴν καὶ τέλος principium & finem, vt & Symmachus. q. d. Ienes & pueros (vt vult D. Hieronymus:) & intellige non tam ætate, quàm moribus, tales senes meritò primi in republicâ, & dignitate magni: pueri tales meritò vltimi, & in extremâ plebe. Isaias illos vocat longæuos & honorabiles, hos pseudoprophetas quia tales omnium stultissimi, & maximè infames. Hebræorum verborum posset etiam alia sententia esse, caput & caudam; nempe validum & imbecillem: Validum, inquam, instar roboris rami; ac imbecillum, instar palustris & teneri iunci. Hoc, si ad mores & prudentiam referas, etiam conueniet versioni Græcæ: prior tamen expositio meliùs quadrat nostræ vulgatæ versioni. Vt membra capitis nutu, sic prudentum & meliorum consilio resp. regitur. *Amos* 6. 1. *Optimates capita populorum.* Osee 11. 6. *Gladius in ciuitatibus eius, & consumet electos eius,*

Adag. Caput & cauda.

Lxx.

Hieronymus.

&

& comedet capita vermis. Caput in sublimi velut in arce regiâ; pedes in imo siti. Quare hîc explicat caput & caudam v. 13. *& erit semper supra, & non subter.* & vers. 14. *Advena, qui tecũ versatur in terrâ, ascendet super te, eritque sublimior: tu autem descendes, & eris inferior.* vbi *superior* pro eo qui imperat, inferior pro eo qui paret & seruit. Nam qui parent plerumque sunt pauperes & fœnori accipiant: qui imperant, diuites & fœnerantur.

ADAG. CXXX.II.

EX EODEM CAP. VERS. XXXV.

A plantâ pedis vsque ad verticem.

A planta pedis vsq; ad verticem.

VEL pueri norunt hoc adagio significari totum hominem, à summo capillo, vsque ad imam plantam. In sacra Scriptura quater occurrit, de dolore ter, vt hîc v. 35. & Iob. 2. 7. *percussit Iob vlcere pessimo à plantâ pedis, vsque ad verticem*, Nam vtrobique agitur de plagâ Dei, & iisdem verbis Hebraicè מכף רגלים ועד קדקד: de animi dolore seu peccatis Isaiæ 1. 6. *A plantâ pedis vsque ad verticem, non est in eo* (Israële) *sanitas* vbi Hebræa pauxillùm mutata, מכף רגל ועד ראש sensu eodem prorsus. Contrà verò de summâ formæ laude & perfectione 2. *Reg.* 14. 25. *à vestigio pedis vsque ad verticem*, vbi adhuc alia constructio מכף רגלו ועד קדקדו certè כף *volam* significat, ideo planta, & vestigium verti potest. Duo hîc obserua; vnum de vsu, nempe in bonum & in malum: & de re quauis: nam ab homine ad alia translatum, vt ostendam exemplis, alterum de ordine.

מכף רגלים ועד קדקד
מכף רגל ועד ראש
מכף רגלו ועד קדקדו

constanter sacram Scripturam à pedibus ad caput ascendere; cùm alij scriptores modò sic ascendant, vt Plautus; *vsque ab vnguiculo ad capillum summum.* Cicero; *ab imis vnguibus vsque ad verticẽ.* Apuleius; *ab imis vnguibus aduſque summos capillos.* Aristophanes, *de narratione:*

ἐκ τῶν ποδῶν εἰς τὴν κεφαλήν.

A pedibus ad caput.

frequentiùs tamen *à vertice descendunt*, vt S. Hieronymus *præfat. in Paralipomenon*, *à vertice* (vt aiunt) *vsque ad extremum vnguem.* de libro agebat Horatius;

Plautus. Abvnguiculo ad capillum. Cicero. Apuleius. Aristophanes. Cõtrario ordine. Hieronymus. Horatius.

. . . Talos à vertice pulcher ad imos,

Vt suprà de Absalone. Arbiter in Satyrâ, puræ Latinitatis, sed narrationis impuræ scriptor; *à capillo vsq; ad vngues.* Plutarchus, *ἐξ ἄκρας κεφαλῆς ἄχρι ποδῶν, à capitis extremo, ad pedum extremum*, vt & incertus in Tragœdiâ

Petronius Arb. Plutarchus. Tragicus quidam.

ῥᾴστες ἐξ ἄκρου εἰς ἄκρους πόδας.

Homerus;

Homerus.

ἐς πόδας ἐκ κεφαλῆς.

In pedes à capite.

Menophilus; *ἐκ κεφαλῆς εἰς ἴχνος, à capite in vestigium.* citatur etiam Theocritus, & alij: sed patet à Moyse omnes desumpsisse, vt optima quæque.

Menophilus. Theocritus.

EX EODEM CAP. VER. XXXVII.

ADAG. CXXX.V.

Esse in prouerbiũ ac fabulam.

Esse in prouerbium ac fabulam.

VOLENTES significare maximâ alicuius miseriam, sine commiseratione cuiusquam, sed potiùs cum irrisione coniunctam; vel si quis misereatur, obstupescat ille tamen ad cladis & supplicij acerbitatem; solent Hebræi dicere, illum esse vel fore aliis in prouerbium,

fabulam, adagium, cáticum, dicterium vel sermonem. nonnulli explicant, quod ait Moyses, hoc loco vt dumtaxat significet posterius, nempe dumtaxat de nudâ miseriæ exaggeratione, quando quis in exemplum summæ miseriæ illam frequenter in ore habet, & cum ea componit alias, vel illi postponit. Itaque quod ait Moyses, iuxta nostrum; *& eris perditus in prouerbium ac fabulam omnibus populis, ad quos te introduxerit Dominus*; secundùm ipsos autem, *desolaberis in stuporem omnibus*, &c. *ex Ierem.* 25. 9. & 2. *Paralip.* 7. 21. ipsi explicant adeò desolaberis vt cuncti solâ narratione & commemoratione obstupescãt. Semper malui hoc vlterius ad primum, quod dicebam, referre, nempe ad commemorationem dicentium, audientiúmque sine vllo miserationis affectu, sed potiùs cum despectù, & insultatrice irrisione; quod solet afflictis non iniuriâ acerbissimum esse, & hoc verum arbitror, etiam de locis Ieremiæ d. v. 9. & Paralipom. d. v. 21. euentus docuit pœnam hanc Iudæis comminatam, & illatam. vix enim vlla natio non insultat illis, & illudit potiùs, quàm miserorum misereatur. Concedo clades eorum in memoriam reuocatas stuporem adferre, sed stupor non in miserationem, sed in ironiã vel sarcasmum postea etumpit. ideo sacra Scriptura hæc quasi gradatim commemorat. Hebraicè hîc לשמה למשל ולשנינה quorum prius Lxx. verterunt paulò aliter *in enigmate*, ἐν αἰνίγματι. *enigma* vocantes non propositionem, sed animi affectum ha sitantem, stuporem videlicet adeò magnum, vt quis eum verbis explicare, ac ne intelligere quidem modum tanti mali queat. sicut enim ænigmatica propositio dicitur, quæ sic verbis inuoluta, vt eius sententia non pateat audienti: sic metaphorâ nouâ quidem, sed non ineleganti dixerunt fore in ænigma calamitates ludæorum, quia tantæ, vt neque narrans, neque audiens earum modum, vel acerbitatem, & quo pacto Deus sic exarserit in populũ priùs tantopere dilectum, vel intellectu capere, vel verbis assequi queat: id si Eugubinus aduertisset, à reprehensione se abstinuisset. Nam sic apparet cur Lxx. verterint, *in enigmate*. item cur noster hîc verterit *perditus*: & alibi *stupentes*, & alibi *stuporem*. Eadem nempe ex causâ, quia qui sic desolati, stupent ipsi, & stupori sunt aliis. Hispan. *se pierden, ni saben lo que se digan*. Ierem. d. v. 9. *& ponam eos in stuporem, & in sibilum*, hoc est vt sint stupori & risui. & planiùs adhuc 2. *Paral.* 7. 21. *Et domus ista erit in prouerbium cunctis transeuntibus, & dicent stupentes: Quare Dominus fecit sic terræ huic & domui huic?* שמם, obstupescere, & desolari significat seu prorsus perdi: & ideo ponere in שמה, vt his locis continetur, significat poni in desolationem quæ cunctos obstupefaciat. *In parabolam* verò seu in prouerbiũ למשל, idem est quod in irrisionem. Hesychius εἰς παραβολὴν, εἰς γέλωτα. *in parabolam, in risum*. Eundem sensum habet, nisi quod explicatius est, quod sequitur *in fabulam*. Sic 3. Reg. 9. 7. *eritq; Israel in prouerbiũ, & in fabulam cunctis populis*. vbi vt hic לשנינה. 2. *Paral.* 7. 20. *tradam eam in parabolam & in exemplum cunctis populis*. vbi etiam erat *limsal veliseninah*. & Pagninus vt noster vertit *exemplum* (quod maluit Arias dicere *dicterium*) scilicet exẽplum quod cum traductione παραδείγματος fit, quale quod in codice

לשמה למשל ולשנינה

Lxx. defensi, ænigma mc horicũ est.

In ænigma esse.

Eugubinus.

Cõciliatæ versiones.

In parabolã seu in prouerbium.

In fabulã.

In exemplum.

Noster defensus.

codice vel in caraſtâ locatis infamiam adfert: quod idoneum ſit cæteris præbere documentum diuinæ iuſtitiæ ac ſeueræ vindictæ; vt fructum inde decerpant, & alieno damno fiant prudentiores. hoc ergo docuit, vertendo exemplum: item quo fine narrari debeant excidia gentium, nempe vt ad obediendum Deo excitent auditorem. Hoc ſenſu de exemplo quod imitandum; parabolam accepit S. Paulus *Heb.* 11. 19. *vnde eum & in parabolam accepit*: nempe vt cæteri fidem Abrahæ diſcerent & imitarentur contra ſpem, in ſpem credentes. Sic *exemplum* & *exemplar* quo etiam Tragicus vtitur:

Exemplũ in ingẽs, regiâ ſtirpe edite.

Item

Seneca. *Exemplar ingens deerat, Alcides dabit.*

Habemus ergo hîc adagialia varia explicata, ex noſtro,

Eſſe in prouerbium, ſeu *parabolã*.
Eſſe in fabulam.
Eſſe in exemplum.

Ex Lxx. verò,

Eſſe in ænigma.

Poſſem addere, *eſſe in canticum*, ſed de illo dicam *ad Iob.* 30. Hæc Moſis multis vocabulis aliis, ſed minùs parœmialibus explicat *Ieremias cap.* 24. 9. *dabo illos in vexationem, afflictionémque omnibus regnis terræ: in opprobrium, & in parabolam, & in prouerbium, & in maledictionem in vniuersâ terrâ.* Hebraicè pro לקללה maledictione eſt לקללה, pro prouerbio לשניגה fabula quæ ſæpe in ore voluatur, Lxx. μῖσος odium, vt doceant non ex commiſeratione iterandum: pro parabolâ לכשל, pro opprobrio לחרפה, quaſi dicas ad carpendum; pro afflictione לרעה in malum; pro vexatione לזועה in commotionem. Lxx. hæc duo vltima reddunt vnâ voce, διασκορπισμὸν, diſperſionem. Nihil ſententiæ detrahitur, ſed indicant quod iſtud malum, quæ afflictio & vexatio, nempe exilium atque diſperſio ſit futura.

לקללה לשניגה Lxx. deſenſ. לכשל לחרפה לרעה לזועה

EX EODEM CAP. VER. XLVIII.

ADAG CXXXV.

Iugum ferreum ceruici imponere.

Iugum ferreum.

HEBRÆIS ferrum & æs, nõ minùs quàm Latinis & Græcis varias parœmias præbent. ego ſingulas ſuis locis ſtatui præbere; illud hoc præmittendum. D. Hieronymus ſi ipſe author, *in Marci c.* 4. docet κατὰ σιδηροῦν *ferreum* dici, *quod durum & forte deſideramus intelligi*: interdum etiam, *quod vehementem angustiam, aut afflictionem peracerbam adfert.* Sic (ait D. Auguſtinus *li.* 5. *locutionum*) *ferreum* ſignificat *duram tribulationem*, in illo *Pſal.* 104. 19. *Humiliauerunt in compedibus pedes eius: ferrum pertranſiit animam eius.* Sed puto meliora exempla eſſe de fornace ferreâ, & virgâ ferrea (de quibus ſuo loco) nunc tantùm de iugo ferreo dicendum. Præmitto ſecundò, apud profanos ſcriptores ſæpiùs *ferreum* capi in bonâ partem; in ſacra Scriptura non infrequentiùs vel frequentiùs in malam. In bonam tamen quando ſignificat inuictum, & inſuperabile *vt cornu ferreum*, Michæ 4. 13. & *de columna ferrea*, Ierem. 1. 18. Sæpius in malam partem, vt *frons aenea ferrea, virga ferrea, cor ferreum, cœlum ferreum, frons ferrea, Iugum ferreum*, pro duro, graui, tyrannico. quod tamen excuti nequeat aut diſſringi. iugum ſolet eſſe ligneum & probè dealbatum

D. Hieronymus. Ferreum.

D. Auguſtinus.

Ferrum.

Virga ferrea. Frons ferrea. cœlũ ferreum. frons ferrea. Cornu ferreum. cœl. ferrea.

Iugum ferreum.

ac glabrum, & non rarò suffultum, vel oleo inunctum, vt sit lenius: citò boues vulneret & deceruicet iugum ferreum. habes adagium hîc & *Ierem.* 28. 14. *iugum ferreum posui super collum cunctarũ gentium istarum* Eccles. 28. 24. *iugum enim illius iugum ferreum est: & vinculum eius, vinculum æreum est.* Ani deo *Dan.* 7. Romanorum regnum vocetur ferreum non satis adhuc certus sum.

ADAG. CXXXVI

EX EODEM CAP. VER. L.

Fortis faciebus.

Fortis seu durus faciebus.

עז פנים HAN PHANIM.

EX Hebræo adagium petendũ. Vt enim valdè procacem & perfrictæ frontis hominem facet sermo significet, varias habet parœmias. aliquando *vocat faciem fortem*, vt hoc loco Gentẽ עז פנים, *fortem faciebus*. ponendo *faciem* pro fronte, vt etiam Latini solent, & fortem pro duro; itaque *fortis facie*, idem quod durâ fronte. noster ergo adagium explicat, vertens, *gentem procacissimam*: hoc est impudẽtem & proteruam, cuius cum crudelitate certet inuerecundia, quos nec pudor nec fas vllum à scelere reuocet: vt doceant sequentia, *qua non deferat seni* (hoc est impudentiæ) *nec misereatur paruuli*, (hoc autem feritatis.) vsus est voce *procacis*; vt vtrumque aliquo modo cõprehenderet. alij interpretes alterum tantùm expressêrunt. Onkelos, gentem תקיף *thakkiph*, vnde Gall. & Italicum *takkino*. Lxx. ἀναιδὲς, *impudens*: Oleaster, *immitis*. Hinc Hebræis obfirmare seu indurare faciem, idem quod Latinis *frontem perfricare*. Nã *Prouerb.* 7. 13. vbi noster vertit, *procaci vultu blanditur*, agens de muliere adulterâ, Hebraicè exstat, *roborauit vultum suum*, vbi Lxx. & Chald. vt sup. *impudens facie*. certè hæc meretricis impudens illecebrositas locum fecit adagio alteri, quod exstat *Ierem.* 3. 3. *frons fœminæ meretricis facta est tibi, noluisti erubescere*. de quo illic plura. Eodem sensu Isaias dixit *cap.* 48. 4. *frons tua area*. & profani ——— *roborem*

Ferreo canis exprimamus ore. ———

Item,

——— *Os nullum, vel potiùs pugilis.*

Sunt Catulli, si recordor. Quanquã posterius hoc posset etiam dici de plagipatidâ, vulnerum & opprobriorum contemptore; quo sensu, laudi datur *Ezech.* 3. 8. *Dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum, & frontem tuam duriorem frontibus eorum*. vt obdurando vincas obstinationem, & pertinaciã superes pertinaciam illorum. nam respectu prophetæ in bonum sumitur, respectu populi vitio datur. Nam de populo præcessit, *attritâ fronte, & duro corde* perfrictam vocat *attritam*.

Conciliãtur versiones.

Takkin ex Chaldæo.

Pacẽ obfirmare.

Frõs meretricis.

Frõs ærea

Os canis ferreum.

Os nullũ.

Os pugilis.

Catullus.

Frons attrita.

ADAG. CXXXVII

EX CAP. XXIX. VER. XVIII.

Radix germinans fel, & amaritudinem.

SICVT radix est parens & fons, vnde fructus manant: sic in sacra Scriptura generis primus autor, *radix* appellatur, vt *radix Iesse*, Isai. 11. 10. *radix Dauid*, *Apocal.* 5. 5. & *cap. vlt.* 16. Nam CHRISTVS secundùm diuinitatem est radix ipsius Dauidis & Iesse, quia illos

Radix germinãs fel & amaritudinẽ.

Radix Iesse.

Radix Dauid.

illos creauit, & fouit, & aluit: licèt secundùm humanitatem ipsi illum, vt virgam & florem germinarint, *Isa.*11.1. vt docent Arethas & Rupertus *in Apocal. cap.*5. Hinc fit, vt qui est author & propagator sceleris, radix vocetur. 1. *Machab.*1.11. secundùm quosdam libros, *exiit ex eis radix peccati Antiochus*: Sed Romana editio habet, *peccatrix*. Vtraque lectio referenda ad idololatriam siue auersionem à Deo; quæ simpliciter alibi fel & amaritudo dicitur, vt *Act.*8.23. *In felle enim amaritudinis & obligatione iniquitatis video te esse*, vbi amaritudo & iniquitas pro eodem sumenda, nempe pro apostasiâ, quam Simon magus iam animo concepérat & machinabatur. Respexit D. Petrus ad hunc Moysis locum, *radix germinans fel & amaritudinem* שרש פרה ראש ולענה *Sores poreh rosvelaanoh.* Lxx. vt noster, quare non est opus noua versio, *venenum & absynthium*; licèt eodem sententiâ vergat. Rectè Chaldæa paraphrasis; *ne sit in vobis vir cogitans peccatum, aut superbiam. peccatum* accipiens antonomasticè de idololatriâ, *superbiam* pro auersione à Deo seu rebellione contra Deum. Addo duo; ideo hîc non esse locum Hebraismo, fel & amaritudinem poni pro felle amarissimo: nam diuidenda sunt ambo: nec alterì idiotismo locum esse, quo *radix* Hebræis pro ipso stolone, seu germine ex radice pullulante sumitur; sicut P. Ribera vult *in Apocal.* sumi *radicem Dauid*, & *radicem Iesse*. Nam quamuis de illis hoc recipiatur, de loco tamen Moysis, & Machabæorum, quibus agitur de alios in idem peccatum inducentibus, idem dicere, durum sit. Absurdissima autem est interpretatio Principis Nouatorum: *radicem germinantem fel & absynthium*, hic esse *cùm adulationibus & nobis blandiendo conamur sopire synaresim, & nobis ipsis sic imponere, vt putemus iudicium quid esse peccare.* Fateor hoc esse fel & venenum pessimum quo se multi necant: sed nego vllum sacræ Scripturæ locum reperiri, quo hæc phrasis hunc palpum pessimum significet. Nego etiam hanc expositionem præcedentibus vel subsequentibus Moysis dictis cohærere. Et ideo absurdissimus est, quia à Moysis mente alienissimus est.

Radix peccatrix.

Fel & amaritudo.

Noua versio. Chaldæus. Peccatum pro idololatriâ.

Exclusi quidam Hebraismi. Genitiuus pro adiectiuo. Radix pro germine radicis.

IBIDEM VER. XIX. ADAG. CXXX. VIII.

Absumat ebria sitientem.

OBscurissimus locus. Interpres noster transtulit, *& absumat ebria sitientem*; quod Hebraicè æquè spissis tenebris inuoluitur לְמַעַן סְפוֹת הָרְוָה אֶת־הַצְּמֵאָה, *Lemaan sephoth haruah eth-hasmeah.* Recentiores quidam vertunt, *vt addat ebriam* seu saturam *cum sitiente*: alij *ad addendam ebriam cum sitiente*: alij *vt addat ebriam & sitientem*: alij *vt addat ebriam sitienti*; denique alij, *vt addat ebrietatem siti*, quæ longiùs abit à cæteris: conueniunt omnes, quia censent non fuisse vertendum *absumat*, vt noster vertit.

Absumat ebria sitiẽtem. Versiones recentiorũ. 1. & 2. 3. 4. & 5.

Nota certum esse, quòd רְוָה *ruah, irriguum*, saturum, seu ebrium; *semeah* צְמֵאָה verò significet *sitientem*: tota quæstio est, quomodo sit vertendum *saphah* סָפָה quæ est radix vocis סְפוֹת & significat duo quasi contraria *addere* & *absumere*. Recentiores illi omnes sequuntur primam significationem: & Oleastrius vult, quando significat

Propostra versione & lectione notanda. 1.

סָפָה

Oleaster.

ficat absumere vel consummare, tunc radicem vocis esse *suph* סוף & fuerunt olim codices Latini in quibus legebatur *assumat*: quam lectionem secuti sunt Lyranus, Abulensis, Eugubinus, Sa, & Caietanus: quæ lectio sonat additionem, & conuenit cum versionibus illis recentiorum, sed emendatior lectio est, *absumat*, quę est codicum Complutensium, Regiorum, & Romanorum, & illi fauet versio LXX. interpretum, in quos immeritò genuinum Eugubinus strinxit, vt paulò pòst docebo. Secundò notat Caietanus Hebræum sermonem ambiguum esse de prima & tertia persona, vtrùm dicatur, *vt addam*, vel *vt addat*, in prima capiendum si sint verba impij talia mente voluentis: in tertiâ si sint verba Moysis hæc dicentis de ipso impio. Sed certum est vno modo Moysem pronunciasse, vt arbitror in III. non in I. personâ, & hoc locum habet etiam in versione, absumat, vel absumam. Nam vtrumque erit pro punctorum subscriptorum diuersitate.

De lectione assumc. Lyranus. Abulẽsis. Eugubinus. Caietan. Sa.

II. Not.

Tertiò notandum eos qui primam illam addendi seu assumendi significationem sequuntur valde differentes explicationes comminisci: dabo, quotquot reperio. licebit enim vti quo lubebit vnicuique modo. Hoc facturus sum opere toto. Nam licèt vna plerumque sit vera & germana loci interpretatio; tamen sæpè ex hac vnâ plures nascuntur, quarum cùm eadem ratio sit, vsus idem esse potest. Adagiorum quoque ea indoles est, vt quia sunt obscura & multa paucis insinuant, in vsu, loquelâque hominum, possint ad varia deducî: ideo in his suadet vtilitas, vt varias explicationes adscribam. Ordiar autem à nouissimâ, quæ nunc ad manum, & est Caietani, his verbis; *Prouerbium sonat metaphoricum: quemadmodum apud nos (Italos) describi solet libertas hominis ad malum, prouerbio*, faciendi ex omni herbâ fascem. *Sic enim tum consueuerat libertas ad malum describi, prouerbio (addendi satiatã cum sitienti.) Significatur enim per huiusmodi prouerbia propensio ad iungendum sibi quæcumque inter se dissidẽt & propterea, vel in primâ personâ impius explicat libertatem suam ad malum: vel in tertiâ personâ Moses hoc prouerbio malam illius maligni libertatẽ.* Sic ille, vt dici solet, obscura obscuriùs. Nã si propriè (vt verba sonant) agit de arbitrij libertate; longè recedit à Moysis mente, qui non agit de quouis homine, sed de illis tantùm qui de facto mali futuri, & fas ac nefas peruersuri. Si libertatem vsurpat, pro licentiâ: restabat ostendere, quo pacto conueniant illa, *addere satiatam cum sitiente*, & *facere fascem ex omni herbâ*: suspicor voluisse hoc dicere, faciam quodcumque libebit: quæ quorumdam sententia fuit, de qua postea: vel cuncta rapiam & conuerram, spoliabo diuites pauperésque.

Caietani.

Tertiò obseruanda varietas explicationum.

Regula de vsu adagiorum.

I. Explicatio.

II.

Chaldæi.

A nouissimo, saltamus ad primum, nempe Chaldæum Paraphrastem, qui explicat; *Vt addantur peccata ignorantiæ peccatis superbiæ. Ebriam* putat pro ignorantiæ peccatis poni, *sobriam* seu *siccam* pro peccatis superbiæ: quasi dicat qui statuit facere quicquid ei collibuerit; ille non ex fragilitate tantùm, vel per errorem, sed sciens volénsque ex merâ malitiâ peccabit, & pœnam grauiorem merebitur, & fiet coram Deo inexcusabilis. Aptiùs fortè dixisset ordine conuerso, addet peccatis ignorantiæ peccata superbiæ: quia vt plurimum illa solent præcedere: cùm

repen

repentè nemo peſſimus euadat. Non malè tamen quadrat interpretatio cum præcedentibus, quorum hunc ſenſum nobis Abulenſis prodidit. *Ne ſit inter vos vllus, qui cùm audierit verba iuramenti huius (hoc eſt verba legis iuramento confirmata) nihilominus promittat ſibi in corde ſuo, non audens id palam dicere, ſecuritatem* : videlicet arbitretur, etiamſi ſeruiat idolis, id ſibi tamen ceſſurum impunè, nec vlla ſupplicia ſibi propterea ſubeunda, quæ Deus comminatus. & ex hac falſa perſuaſione futurum, vt aſſumat ebria ſitientem. Hac continuatione poſitâ duos ſenſus profert Abulenſis.

III. Abulēſis.

Vnum, dici *ebriam*, animam quæ ex perturbatione peccat, quaſi vino victa: *ſitientem*, quæ ex deſiderio, ſiue ſponte delinquit. Alterum,

IV. Eiuſdem.

qui ex ignorantiâ peccat, ebrium; qui ex certa ſcientiâ, ſitientem vocari: atque ita accidere, vt cùm priùs peccarint vt ebrij, perturbati vel ignorantes; poſtea peccent vt ſobrij & ſicci per meram malitiam: & ideo deteſtabiliores ſunt. Si has duas coniungas habebis plenam Chaldææ paraphraſis explicationem.

V. Lirani.

Liranus non multò aliter, ſed tamen aliter, vult hæc dici de illo, qui priùs ex ignorantiâ ſicut ebrius peccabat; ſed poſtea per actuum multiplicationem, crebriùs delinquendo, ſibi quendam habitum acquirit etiam ex malitia peccandi: & ipſis peccatis delectari, ſicut ebrius ſitiens potu. Iuxta illud, *Qui lætantur cùm malè fecerint, & exſultant in rebus peſſimis.* Et ſic *ebriam addi ſitienti* etiam quia ſicut ſaturitatem ſequitur deſiderium potûs, & *quo plus ſunt pota plus ſitiuntur aquæ*: ſic ex præcedentibus peccatis propenſio & promitas in alia peccata comparatur. Hæc eſt mens Lirani. Videmus enim tricongios iſtos ſemper ardere ſiti, & vix experrectos, ſummo mane poculis inhiare; nec ſitim bibendo tolli, ſed hydropis more ali & gliſcere: ſed tunc commodiùs verteretur, aſſumat ebrius ſitientem, vel ebrietati ſitis addatur.

Notum eſt abſtracta & concreta in ſacra Scriptura ſæpè promiſcuè vſurpari: atque ita cenſuit Eugubinus *ebrium* pro ebrietate, *ſitientem* pro ſiti accipi debere, hac ſententiâ: *vt auidiſſimè peſſimos quoſque errores imbibant: vt eorum malefaciendi ſitis fiat quædam ebrietas: inebrientur malefactis, quod tantoperè prius cupiebant.* Hoc ſenſu planior eſſet noſtra verſio, *abſumat*. q. d. donec peccatis ſaturetur ſitis peccandi. non quòd vnquam peccanti peccati ſitis leuetur; ſed vt ſic indicetur, maxima frequentia & aſſiduitas peccandi, quæ per ſe ſufficeret cupiditatem explere, ſi illa non foret inexplebilis, & ſemper clamaret, *Affer, affer.*

VI. Eugubini.

Malæ notæ & nominis ſcriptor quidam adhuc aliter accepit. Nam cùm quæ præceſſerunt de felle & amaritudine, expoſuiſſet falſam quorundam ſibi ipſis blandientium perſuaſionem, impunè ſe peccare, nec eſſe cur ſyndæreſis morſus magnificiant; quod venenum eſt lethale & peſtilens multos iugulans: Vult hanc ipſam perſuaſionem exprimi, per adagium, *adiungere ebrietatem ſiti.* (ſic enim vult verti) *quia* (inquit) *naturalis noſtra affectio inordinatus eſt appetitus, & veluti malè agendi ſitis: cùm igitur nobis ipſis benedicimus, vt hic ait, atque nobis perſuademus nos pace potituros, quamdiu nequiter & perfidè vixerimus: id perinde eſt ac ſi quis vehementi ſiti accenſus, ſeſe inebriaret vino, ne vllo*

VII. Nouantius.

amplius tangeretur sensus: cùm potius sitim illam frænare ac restringere sobrietate debuisset. Vult ergo iste intelligi adagium de illis, qui idcirco peccata peccatis aggerunt, vt sensum syndæresis omnem amittant, & conscientiam suffocent, & pœnæ peccatis debitæ metum omnem eliminent. Si hæc vera interpretatio, suo se gladio iugulat improbus, & eius eum verbis licet iudicare, ipsum adiungere ebrietatem siti. Valde ipsum & gregales eius ebrios esse, qui ex sectæ præscripto, contritionem & confessionem peccatorum tollunt; pœnitentium gemitus, lacrymas, satisfactionem irridentur; purgatorium exufflant; שאול *ădŏlus infernum*, in sepulcrum commutant; ignem gehennæ ad meros tropos detorquent; bona opera & eorum necessitatem negant; specialem illam suam cum mille criminibus fidem securam esse, & ad salutem sufficere vociferantur. Quid hoc aliud est, quàm obdurare animam & vano palpo syndæresim conari consopire? Deinde tota interpretatio dissidet à Moyse, quantum Ganges à lacu Lemano. *Sitim* exponit naturalem peccandi appetitum. Si de corruptâ naturâ loquebatur, non erat. Si de naturâ simpliciter, homo de Manichæi fermento suspectus, cauendus hoc etiam in verbo.

Contra Caluinistarũ falsam securitatem.

Qui legitis flores, & humi nascentia fraga:
Frigidus, ô pueri, fugite hinc, latet anguis in herbâ.

Si de corrupta natura loquebatur: non peccatorum dumtaxat ista propensio est, sed omnium Adami posterorum: Moyses autem de impiis dumtaxat loquitur. Denique quòd putat agi de pace hominis internâ, quam secum & cum syndæresi habet, id menti Moysis non conuenit, qui agit de pace cum diuino numine, quæ Dei manum detinet ne puniat improbum. Hoc postulant præcedentes comminationes, hoc exigit, quod sequitur *vers.* 20. *Et Dominus non ignoscet ei.*

VIII. Rabbinorum.

Cammius & quidam Rabbini contendunt, *ebriam* vocari partem animæ inferiorem, quæ concupiscentiis inebrietur: *sitientem* verò vocari, portionem superiorem, in qua ratio, quæ se à voluptatibus sæculi abstineat. Præterea את pro על positum fuisse, q. d. vt det primas partes portioni concupiscibili, & posteriores rationali, vt concupiscentiam rationi præponat. Vt intelligatur de illis quibus in ore ac mente est,

---sit pro ratione voluntas.

Item illud, *fiat quod lubet, non quod licet.* Quorum ratio se sinit à concupiscentiâ rapi, vt & ipsa inebriatur bibens peccata sicut aquam. Hanc ego vel propter authores nõ multùm moraret: nunc quòd eam video placuisse Ioan. Pinedę *in Iob.* 34. *v.* 7. quem virtutis & doctrinæ & beneuolentiæ causâ magni meritò facio; grauatè dissentio; & suspicor nimis argutam, & à simplicitate veritatis alienam.

Pineda.

IX. Pauli Burgensis.

Idem mihi sensus est de Pauli Burgensis interpretatione, totum referentis ad vnum eundémque hominem, vt plerique; ratione tamen aliâ. vult enim voluntatem dici *sitientem*, quamdiu concupiscit & desiderat peccare: eãdem *ebriam* vocari, quãdo mandat executioni desiderium suum: itaque ebriam addere sitienti illum, qui non consensu tãtùm, sed insuper opere delinquit: acutè, sed non ad mentem Moysis, qui non loquitur de quouis peccato, nec hîc discrimen statuit inter peccata mentis, & facti: Nec minùs ebrietas spiritualis loci

par

partísue vindicat sibi in peccatis internis, quàm externis.

X. Manuelis Sa. Nostet Sa refert quosdam, qui sensum esse volunt de diuersis, & quidem de magistris ac discipulis, illos (ebrij) hos (sitientis) nomine comprehendi; hac sententiâ, ne pereat malus magister cum discipulo. Nam & ipse *assumat* legit. Iuxta hanc explicationem, quæ propè accedit ad veram, melius diceretur, ne perdat magister secum discipulum. Omnino melius illi, qui ad diuersos homines referunt.

XI. Oleastri. Nullus plura de hoc loco, quàm Oleaster. Nam aliquot suggerit interpretationes ipse solus: & fundamenta quædam præmittit. Primò *assumat*, vel *absumat* potius tribuendum Deo, quàm peccatori: Moysē enim hortari Israëlitas, ne audeant has Dei minas contemnere, & putent sibi inultum fore, licèt hoc fœdus transgrediantur, & ideo sibi ipsis blandientes, statuant animo, quicquid collibitum fuerit, id sibi non denegare; itaque eos admonere frustrà illos hoc putaturos; caueant potius ne tali licentiâ prouocent furorem Domini, & causa sint vt iratus Deus *absumat ebriam & sitientem*, siue *addat ebriam & sitiētem*. Secundò credit posse *ebriam & sitientem*, referri non ad mores hominum, sed ad ipsam rempub. siue regionem. His præmissis quatuor interpretationes adfert, quarum prima nobis erit II. nempe ne fortè Deus prouocatus omnes interficiat, addens populum iam possidentem terram promissionis irriguam & vberem, populo qui olim in deserto loco arido & siticuloso

XII. Eiusdem. ob peccata fuit interfectus. Huic obstat, quòd cùm hæc dicebantur, adhuc erant in deserto: sed posset responderi, Moysem respicere ad tempus præteritum & futurum. Secunda eius est, ne talem faciat terrā promissionis irriguā, qualis est terra inaquosa deserti: hoc est ne statuat terram fructiferam in salsuginem. Tertiam addit, vocari ebrium populum qui peccatis iam plenus est ac satur, sitientem verò, qui desiderat delitias & irritamenta, atque copias peccandi, quibus alios videt abundare. Vt solet accidere, cùm homines vnius oppidi, vident incolas alterius lasciuire & genio indulgere, & vitiis diffluere, neq; tamen puniri; vnde cuperent posse similia, & quadam peccandi siti inflammātur. Hæc tertia refert ista ad peccatores, quemadmodum cæteri enarratores faciunt. Repudiat quidem hanc Oleaster, & magis probat quartam, quā subdit: sed, vt ostendam, tertia melior est, pusillum reformata. Quarta igitur ipsius est;

XIII. Eiusdem.

XIV. Eiusdem. terram diuinæ irę romphæā percussam & desolatam vocari *ebriam*: & nondū percussam, sed quæ videtur desiderare percuti, & accersere diuinam irā, vocari *sitientē*. Verba eius sunt, & est sensus: *dicet impius cùm audierit verba maledictionis huius, benedicens sibi in corde suo, id est polliceni sibi immunitatē: pax erit mihi, in cogitatione cordis mei ambulabo: quod quidē faciet, vt* addat ebriā *(id est eā terrā vel plebē iam punitā à Domino & percussam abūdè)* & sitientē *(id est eā quæ nondū percussa est) ac si dicat, vt addat nondū percussam percussæ. Et putarē esse illius tēporis adagiū seu prouerbiū, quēadmodum nos dicimus: Peccabit vnus, & Deus bonos ac malos puniet. Et etiā iste sensus erit si verbum: vt cōsumat seu ad consumendū*, ebriā & sitiētem: *qui adhuc magis quadrare videtur.* Hactenus Hieron. de Oleastro. Qui primo iure prætulit *consumat*, quod nostro interpreti cōsentaneum est. Secūdò rectè cēsuit posse minimo negotio pugnā veritatis conciliari,

dicens eundem sensum fore vtriusque, *addat*, & *absumat*. Eius autem quarta interpretatio fundatur, in eo quòd secundùm multos in sacra Scriptura ebrietas dicitur de magnitudine & acerbitate pœnarum, quibus quis obruitur, *Isai.29.9. Obstupescite & admiramini, fluctuate & vacillate: inebriamini, & non à vino: mouemini, & non ab ebrietate.* &.63.6. *inebriaui eos in indignatione meâ*: natâ locutione, ex aliâ metaphorâ, *calix furoris Domini*. sicut etiam dicitur terra *inebriari sanguine*. Sed quoniam plerique illam ebrietatem apud Isaiam potiùs referunt ad malum culpæ & morum: ideo fundamentum hoc non est firmum.

Ebrietas de supplicijs.

XV Interpretatio vetus quam sequitur author. Lxx.

Equidem mihi omnium maximè semper placuit vetusta explanatio ipsorum Lxx. interpretum: qui adagium clarè versione suâ explicarunt, quod noster retinuit: illi vertunt ἵνα μὴ συναπολέσῃ ὁ ἁμαρτωλὸς τὸν ἀναμάρτητον. hoc est, *vt non simul perdat peccator innocentem*: sic codex Romanus Græcus habet: Latina versio Nobilij à Græco codice discedit, quem vertebat. D. Augustinus, qui vertit *q.* 52. *Vt non simul perdat peccatorem & eum qui sine peccato est*, videtur legisse τὸν ἁμαρτωλὸν καὶ ἀναμάρτητον. sed prior illa lectio confirmatur etiam à codicibus Complutensibus & Regijs; ego quoque prætulerim, quia Pontificiæ editionis est, & proximè accedit ad vulgatam, & æquè atque altera conuenit Hebræo fonti. Hoc autem interest inter has lectiones, quòd illa D. Augustini confirmat quartam Oleastrij explicationē. & in *absumat*, subauditur Deus, omnes puniens, q.d. nulli parcat Deus. Ista verò Romana lectio subaudit non Deum, sed ipsum peccatorem. Possent ista conciliari. nam rectè impius dicitur absumere, qui prouocat diuinam vltionem, & causa est cur Deus noxios & innoxios absumat: rectè quoque tribuitur Deo, qui pœnam infligit, nec vllum est malum pœnæ quod non à Deo. Verumtamen præstat referre ad ipsos peccatores. cum glossâ ordinariâ, & Græcis Ebrij dicuntur qui malitiâ, & præsertim idololatriâ, de qua Moyses loquebatur, pleni, & quasi saturi sunt. hi perdunt innocentes & simplices, aliquando suasione, aliquando exemplo. suasione, cùm docent & adhortantur ad nefarios ritus suos (sicut hodie faciunt hæretici,) exemplo, quando quia non citò à Deo flagellantur, cæteri videntes illis omnia prosperè succedere, incipiunt desiderare illis esse similes, & tandem peccati consortio inuoluuntur, & simul ruunt. sic enim magistri improbi, sequaces discipulos simul pertrahunt in gehennam.

Sequetur lector, quod magis probabit, & vtetur adagio vno tot modorū, quot indicaui expositiones.

IBIDEM VER. XX. ADAG. CXXXIX.

Fumabit nasus vel *furor Domini.*

יעשן אף-יהוה *Iehsan aph Iehoua.* Fumat furor vel nasus Dei.

HEBRAISMVS dignus examine, vt tam difficilis, quàm vulgò tritus. Hîc v. 20. noster, *quòm maximè furor eius fumet, & zelus contra hominem illum.* non dubium est more humano describi Deum, vt significetur id ei valde displicere. sic Caietanus; & Chaldæus ac Lxx. explicant de Dei excandescentiâ: sed dubium manet, vnde desumptum sit huiusmodi genus loquendi, *nasus Dei fumabit.* nunc de fumandi vocabulo disseremus, cur Deo nasus tribuatur, non quærimus.

Cur Deus dicatur fumare.

mus. Scriptor libri de essentiâ diuinitatis, vult fumum narium Dei significare inspirationem eius in corda fidelium, *ex* 2. *Reg.* 22. 9. *Ascendit fumus de naribus eius: & ignis de ore eius vorabit: carbones succensi sunt ab eo.* Hoc mysticum est, nam etiam illic agitur de Irato, & non de propitio Deo. nam tam *d. v.* 9. quàm *Psal.* 17. 9. immediatè præcedit, *quoniam iratus est eis*, vt exponit Theodorus Antiochenus: quicquid tamen sit de illo loco, de quo in comment. Psalmorum fusè dicendum: planum est nostro vers. 20. non conuenire hanc sententiam.

1. Sent. scriptoris lib. de essentia Diuinitatis.

Theodorus Antiochen.

2. Sent. Oleastrij multiplex discutitur.

Hieronymus de Oleastro, explicat, quasi fumus exibit, ne putes verum fumum fore. illud autem quasi fumus exponit quatuor modis, primò continuò & cum impetu egredi, sicut fumus de fornace egreditur. II. cum molestiâ circumstantium, quia fumum nemo potest ferre. III. per modum flatus fumosi egredi. quia solet ira per modum spiritûs, vel flatûs ex naribus vel ore egredi. IV. quia flatus Domini ex irâ procedens per modum fumi procedit. Vereor ne nimis crassè metaphoram hanc de irâ Dei accipiat, vt solet de Deo agere, quando loquentem vel spirantem inducit, vt *ad cap.* 2. *Geneseos*, vbi nõnullis visus ab Anthropomorphitarum errore non satis recessisse. Certè in metaphoris huiusmodi de Deo explicandis cautè versandum, nec arbitror tam ad vnguẽ omnia resecanda, vt ex ipso corpore ductę cõparationes per omnia Deo quadrent: sicut enim mystică tãtùm ratione corpus Deo attribuitur, sic etiam rerum corporatarum comparationes, sat erit si spiritualiter Deo accommodentur, vt hoc loco nullus à Deo egredi flatus ex irâ putandus: sed fumus simpliciter vocatur ipsa excandescentiæ magnitudo, Deo per ἀνθρωποπάθειαν attributa. Comparationes verò naturæ fumi, accommodandæ sunt iræ Dei & effectibus eius, non vlli flatui, seu spiritui exeunti. Subdit Oleaster idem quod hoc prouerbio, significari aliâ phrasi, qua dicitur ira vel furor Domini *stillare*. Probat hoc tribus sacræ Scripturæ locis 2. *Paralip.* 12. *Ezech.* 21. *& Amos* 7. quæ postea explicabo. probat etiã ratione vtriq; locutioni cõmuni. *Irã Domini stillare, est per modum flatus, quẽ pluuia sequitur, exire punitionẽ Domini. Est enim homo iratus, velut caminus ardens, aut nubes aquâ redũdans: & cùm incipit punitionem vel vindictam facere, dicitur velut caminus fumare, vel velut nubes stillare.* Pace illius dixerim, plus aliquantum est stillare quàm fumare, & eo posterius. Eadem iræ magnitudo significatur vtroque tropo, sed non eodem modo significatur. Quando gliscit animo iracundia, & in alienum damnum gestit erumpere, tunc dicitur *nasus fumare*; cùm verò quod malum alteri fuit meditata, in eius sinum effundit, tum dicitur *furor Dei stillare*. Illud ergò est quasi desiderij & præparationis, istud vindictæ & vltionis cœptæ sumi. docet ipsa comparatio. Vapor primùm in nubem sursùm ascendit, sic fumat nasus: post condensatus defunditur in terram pluuiæ guttis, sic stillat super alios. Huc adspiciebat Socrates, firmæ tolerantiæ manifestus; quem cùm vxor morosa & grauis, conuiciis & minis oneraret, mox lotio perfudit. at ille immotus & subridens; Sciebam inquit post fulmeñ pluuiam stillaturam. Voce naribus

Stillat ira Dei.

Differũt, furor Dei stillat, & furor Dei fumat.

Reg. de Deo metaphoras rerũ corporearum explicandi.

Socratis dictum.

De voce stillæ & stillandi.

fumandi, nescio an vspiam bonum significetur, voce *stillandi* sæpè, vt cùm verbis tribuitur propter copiam, *Iob.* 25.14. *cùm vix paruam stillam sermonis eius audierimus.* Deutero. 32.2. *concrescat vt pluuia doctrina mea: fluat vt ros eloquium meum: quasi imber super herbam, & quasi stillæ super gramina. Iob.* 29.22. *verbis meis nihil addere audebant, & super illos stillabat eloquium meum.* 2. Machab. 8.27. *liberauit illos in isto die misericordiæ initium stillans in eos.* In malum sæpiùs sumitur, & quidem de inchoato malo, 2. Paralip. 12.7. *non stillabit furor meus super Ierusalem per manum Sesac.* non tradetur Ierusalē in manum eius, vt eam disperdat sicut alias Iudææ vrbes. promittit se vindictam, quam à duabus tribubus exigere cæperat, repressurum. pro nobis ergo facit locus iste ab Oleastrio citatus. & ibidem *cap.* 34.21. *Magnus enim furor Domini stillauit super nos.* cuius loci duæ sunt bonæ interpretationes. vna Moysem comminatum in libro legis magna supplicia, altera iam cæpisse Deum sæuire tempore patris & aui Iosiæ, qui hæc loquebatur. & ibidem *vers* 25. *idcirco stillabit furor meus super locum istum, & non extinguetur:* perget stillare donec exscindatur, vt regnum decem tribuum. *Daniel.* 9. *v.* 11. *stillauit super nos maledictio & detestatio quæ scripta est in lege Moysi serui Dei.* Sensus est, quam Moyses hoc *capit.* 29. & 28. fuerat præuaricanti populo interminatus, iram Dei fumaturam, illa nunc reuerâ imbrem vindictę in nos effudit. *Mich.* 2.6. *Ne loquamini loquentes: Non stillabit super istos:* Non exequetur minas suas. Si obiicias, quo pacto igitur ante omnē vindictam longo tempore prophetæ dicuntur stillare, quando dumtaxat prædicunt vltionem? Hoc Oleastrum mouit. Sic enim *Ezech.* 20.41. legitur, *Fili hominis pone faciem tuam contra viam austri, & stilla ad Africum, & propheta ad saltum agri meridiani.* & cap. 21.2. *fili hominis pone faciem tuam ad Ierusalem, & stilla ad sanctuaria. & propheta contra humum Israël.* Amos 7.16. *Non prophetabis super Israël, & non stillabis super domum idoli.* Duplici modo remoueo hunc obicem. vel enim his locis stillare non ad supplicium, sed ad ipsa prophetæ eloquia debet referri, sicut Deutero. 32.2. & Iob. 29.22. vel peculiare est hoc denunciationis certitudini, quia tam certa prophetæ sunt quæ prædicit, ac si illa videret iā adimpleri cæpta. Sufficiant hæc de phrasi.

Rationes metaphoræ.

Rationes phrasis, siue similitudinis ab Oleastrio allatæ; nec ipsæ quidem satis sunt ad salutā meam: prior de impetu & continuatione longè petita, & ad fumum exnare prodeuntem pertinet. secunda de læsione oculorum, magis conuenit adagio *fumus in oculis*, de quo aliàs. Potior ratio, quia sicut fumum flāma, sic iram vltio consequitur: itē ex efferuescentia cordis, excandescentiæ furor: sicut ex æstu & calore non protsus victoriam adepto fumus nascitur. sic enim *Psalm.* 143.5. dicitur. *Tange montes & fumigabunt:* irrita potentes sæculi, & irâ efferuescent. sic *Isai.* 7.4. conuitium est iræ minacis, sed inualidæ & inefficacis, *caudæ titionum fumigantiū.* sic *d.c.* 22. *libr.* 2. *Reg. vers.* 9 Primùm ascendit fumus, deinde ignis ex ore erumpit, tandem carbones exurūt. Elegantissimè verò *Iob* 41 à *vers.* 9. hæc de Beemoth agens descripsit; *Sternutatio eius vt splendor ignis, & oculi eius vt palpebræ diluculi. De ore eius lampades procedunt, sicut tedæ ignis. De naribus eius procedit fumus, sicut olla succensa atque feruentis. Hali-*

eius eius prunas ardere facit, & flamma de ore eius egreditur. Vbi etiam flamma fumum subsequitur. sicut & *d. Ps.* 17. 9. vbi in metaphrasi suâ elegantèr Apollinarius;

Apollinarius.

Κἠσὼν βειαρὴ δ' εδλόνητο, τρόμος δὲ μιν εἶλετο πᾶσαν,
ἔκτυπεν ἠλιβάτων ὀρέων τετάραχτο θέμεθλα,
θεσπέσιον βρεμέεντα χόλον κἠ μῆνιν ἄνακτος
ἀθανάτω, κλείοντες, ἀπείρητες ὄρνιθος καπνὸς,
καὶ πυρὶ λαμπόμενον μάκαρες θῆκαν ὁρᾶσθαι.

Terra grauis commota est, terra verò eam occupauit totam,
Alicunde excelsorum montium conturbata sunt fundamenta,
Diuinam trementia bilem & iram regis
Immortalis, irascentis, immensus excitabatur fumus,
Et ignis lampadis instar micãs beati robur orichalcum vultus.

Quis Iobi vel Dauidis ista magniloquus Maro, vel Homerus æquauerit? Luisius Legionensis commentar. eleganti *in cap.* 7. *Canticor.* huc etiam retulit illud *Isai.* 2. *vers. vlt. Quiescite ab homine, cuius spiritus in naribus eius, hoc est* (ait) *ab homine magni multique spiritûs, qui præditus animo magno & excelso subitũque námque explicationem, quoniam excelsus est ipse causam sententiæ reddit: quia nasus significat excandescentiam, item grauitatem maiestatémque vultûs, quæ oritur ex spirituum feruore ac multitudine. creber enim ac multus spiritus magni animi indicium est. vnde Maro de generoso sonipede,*

Luisius Legionẽsis.

Stare loco nescit, micat auribus & tremit artus,
Collectúmq; premens volvit sub naribus ignem. Hæc ille. Nec reticebo descriptionem similis argumenti; sed meliorem, quia ab afflatu diuino equi pugnam meditantis, iram voluentis, prælio proludentis, ex beato Iob *cap.* 39. 19. *Numquid præbebis equo fortitudinem, aut circumdabis collo eius hinnitum? Numquid suscitabis eum quasi locustas? gloria narium eius terror:* hoc est quasi gloriatur se narium sonitu astantes terrefacere. illud quoque, *terram vngula fodit, exultat audacter: & feruens ac fremens sorbet terram.* Vincit Maronem, & ad fumũ illum narium, & ignem sub naribus collectum pertinet.

Fumantẽ vrsi nasũ non tentare.

Adagij nostri adagium profanum quædam scatebra est: habes apud Martialem *l.* 6. 6. *epigr.* 64.

Martialis.

——— *rabido nec perditus ore*
Fumantem vini nasum tentaueris vrsi.

Sit placidus licèt, & lambat digitósque manúsque;
Si dolor & bilis, si iusta coëgerit ira,
Vrsus erit, . . . hoc animal vehementer fumat naso, cum bile & ira concitatiùs: & notum est illi se Deum itatum comparare. Notat Raderus noster illo suo, docto certè & laborioso commentario; cui quidam viri semidocti, faciliùs inuideant, quàm paria præstent; ab Hieroglyphicis iram immodicam vrso notari; & eum qui natus in eo gradu tauri, vbi vrsus retrò spectans statuitur, iracundum futurum: mathematicum apotelesma esse; poëtarum verò Theocriti & Persij iudicio, nares iræ sedem. Ad eum remitto lectorem. Mirum est, Senecam vbi notas omnes iratorum diligenter & luculenter fuit prosecutus *libro* 1. *de irâ cap.* 1. *& libro* 2. *cap.* 35. *& lib.* 3. *capite* 3 *&* 4. hoc tamen illustrissimum nasi fumantis seu frementis & intumescentis omnino præteriisse: vel obscurè sub spiritu

Matthæus. Raderus.

Vrsus animal irritabile, hieroglyphicis & mathematicis.

Seneca.

ſpiritu coacto ac ſtridente comprehendiſſe. Maiore emphaſi & energiâ vno ferè verbo diuinus *Ezech. cap.*21.31. rem expreſſit, *effundam ſuper te indignationem meam: in igne furoris mei ſufflabo in te.* Nam & illic Deus excidium comminatur. Vide comment. noſtrum *Threnor.* 1. *ver.* 12. *in fine.*

Differentia inter fumũ cùm Deo, & fumum, cùm homini tribuitur.

Reſtat vnum obſeruatu digniſſimum: cùm de Dei irâ ſermo eſt tunc fumum ab igne non ſeparari, ſed vel vtrumque exprimi, vel vnũ altero ſignificari: ſed cùm agitur de hominibus, quorũ ira ſæpè caſſa & inefficax eſt, tunc diligentiùs inter fumum & flammam oportet diſtinguere, vt in illo *caudæ titionũ fumigantium*, hoc eſt, volentium nocere, ſed non valẽtium, & mox exſtinguendorum. Sic Eupolis quendam Theagenem propter vanam iactantiam, vocabat *fumum*: & *vendere fumum* dicebantur, qui promiſſis inanibus clientes fallebant, fingentes ſe gratiâ valere apud Principes, & commendationem promittebant, ſimulabántque. Tales Zoticus apud Heliogabalũ, Thurinus apud Alexandrum Seuerum, de quibus Lampridius. Martialis ait, his prior:

Eupolis. Theagenes. Fumus adag. Fumum vendere ad. Zoticus Thurinus. Lampridius Martialis.

Vendere nec vanos circum palatia fumos.

Nota paroemia, quia fumus magnum quid, nempe ſplendorem flãmæ lucentis pollicetur, ſed mox abit in tenebras: ſic iſti lætitiam promittunt, & in maiorem condũt mentes mœrorem. Ideo florem vitæ Dauid fumo comparauit. *Pſal.* 36. *verſ.* 20. *deficientes tanquam fumus deficient.* & Pſalm. 103. 4. *quia defecerunt ſicut fumus dies mei.* de quo illic plura dicenda.

Sicut fumus deficit.

EX CAP. XXXII. VER. XIII. ADAG. CXL.

Mel de petrâ & oleum de ſaxo.

Mel de petrâ & oleũ de ſaxo.

SIGNIFICATVR adagio, primùm deliciarum magnitudo & multitudo, deinde diuina ſapiẽtia, quæ nouit hominibus maximas commoditates ex incommodis, voluptates ex ærumnis, lactymas ex obſtinatione, lucem ex tenebris, & optima quæque vnde minimè ſperabantur, elicere. Ductum ex miraculo quod habes *Deuter.* 8. 15. vbi Deus dicitur eduxiſſe riuos dulcis aquæ ex petrâ duriſſimâ, & cibaſſe mannâ in ſolitudine. *Pſal.* 113. 8. *Qui conuertit petram in ſtagna aquarum, & rupem in fontes aquarum.* Narratio exſtat *Num.* 20. 11. *mel* vocatur tropo; quo dulcia cetera. Hinc *Deuteron. d. verſ.* 13. *vt ſugeret mel de petrâ, & oleum de ſaxo duriſſimo.* Pſal. 80. 17. *de petrâ melle ſaturauit eos.* Non enim arbitror illa accipienda grammaticè de vero melle aut oleo. Græcus quidam ad Pſalmos, ἐν μὲν γὰρ τῇ ἐρήμῳ τοὺς ἤδισεν αὐτοῖς ἐκ τῆς πέτρας ἐξήγαγεν ὕδωρ. ὃ δι-ψῶσιν αὐτοῖς μέλιτος ἐνομίζετο μιμεῖσθαι γλυκύτητα. *Nam & in deſerto dulciſſimam illis aquam ex petrâ eduxit, qua ſitientibus mellis dulcedinem imitari videretur.* Laudat Agellius. Notat etiam ibidem Genebrardus quodam idiotiſmo mel *Debas* cuncta dulcia deſignare, etiam ſaccharum ficus, vuas, dactylos. Vnde *Exo.* 13. *terram fluentem lacte & melle,* Rabbini interpretãtur affluentem lacticiniis pecorum, & fructibus dulcibus ſtirpium: & Galenum hac notione per μέλι intellexiſſe ſaccharum,

Græcus quidam. Agellius. Genebrardus. Mel pro dulcibus. Rabbini. Galenus.

charum, & similia dulcia; alioqui nullam sacchari feciſſet mentionē, quod tamen in medicamentis vſitatiſſimum & efficaciſſimum ſit. verùm de hoc medici audiendi.

ADAG. CXLI.

EX CAP. XXXII. VER. XXXII.

Vineæ Sodomorū & ſuburbana Gomorrhæ.

De vineâ Sodomorum, & de Suburbanis Gomorrhæ.

CApiendum de Iſraële, inuitis Rabbinis & Rabbinizātibus. Sed cur taxatur vt progenies harum vrbium nefandarum? conſtat, non à moribus tantùm, quos profani Maſſilienſes vocabant, quanquam & his obnoxij Iudæi fuerint; ſed ab aliis quoque vitiis, quibus hos imitabantur, conuitium petitum; maximè inhumanitate & ingratitudine. Nam erga aduenas inhoſpitales, in peregrinos contumelioſi, tenuiorū oppreſſores, & erga Deum, à quo incredibilibus ſæpè beneficiis affecti, ingratiſſimi exſtiterunt; & doniscius abuti ad luxum & ſuperbiam, quàm in proximi commoda, & honorem diuinum vti maluerunt. *Gen.* 13. 13. legimus: *homines autem Sodomitæ peſſimi erāt.* & Ezech 16. 49. *Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ, ſuperbia, ſaturitas panis, & abundantia, & otium ipſius & filiarum eius: & manum egeno & pauperi non porrigebant. Et elatæ ſunt, & fecerunt abominationes coram me: & abſtuli eas ſicut vidiſti.* Saturitatem, abundantiam, ſuperbiam & idololatriam Iudæorum, fusè præcedentibus verſiculis (à 13. *vſque ad* 20.) Moyſes hoc cap. 32. commemorauit. mox ſubdit vltionem diuinam, & reddit rationem, cur eos nō deleuerit vt Sodomam, *v.* 27. Ex quibus puto patere, non ad punitionem, ſed ad crimina quæ diximus, comparationem hanc inſtituendam: atque ita parœmias ſacræ Scripturæ, à Sodomitis petitas pleraſque explicandas, & inter eas iſtam de qua nunc agitur, *de vineâ Sodomorum vinea eorum, & de ſuburbanis Gomorrhæ*, vbi ſuburbana cape pro hortis, qui plerumque in ſuburbanis: vbi & vineæ Hebræis ſitæ. Senſus eſt: meritò eradicabuntur, quia cùm eſſent populus & filij Dei, rami ſtirpis electæ patriarcharum, vites vineæ Soreeh quam plantarat Dominus in cornu filij olei, maluerunt arrogari in filios Sodomæorum & Gomorrhæorum, vitiorum imitatione: cúmque poſſent vuas dulces (opera bona) proferre, maluerunt gignere labruſcas, peccata felle & veneno mortifero referta. Huc ſpectant parœmiæ ſimiles ex eodem riuo fluentes, nempe à corruptis horum moribus. *Ezech.* 16. *verſ.* 48. *&* 55. *Soror Sodomæ*; quâ licet vti, vt & noſtrâ ad morum ſimilitudinem indicādam. Si verò voles innuere populum rectoribus, greges regibus dignos, en tibi aliud *Iſaiæ* 1. 10. *Principes Sodomorū & populus Gomorrhæ*: nempe, quia ſicut ait cap. 3. v. 9. *peccatum ſuum ſicut Sodoma prædicauerūt, nec abſconderunt. Ierem.* 23. 14. de pertinaciâ & obſtinatione aptâ magis excindi, quàm refingi aut corrigi; *Confortauerunt manus peſſimorum, vt non conuerteretur quiſque à malitiâ ſuâ: facti ſunt mihi omnes vt Sodoma, & habitatores eius quaſi Gomorrha.* Thren. 4. 6. *effecta eſt maior iniquitas populi mei peccato Sodomorum.* Vbi conſule comment. noſtrum. *Apoca'yp.* 11. 8. Hieruſalem *vocatur ſpiritualiter Sodoma & Ægyptus.*

Suburbana pro hortis.

Sodomæ ſoror tua.

Principes Sodomorum & populus Gomorrhæ.

Sodomorum peccata.

Facti ſicut Sod. &c.

Maior iniquitas peccato Sodomorū.

Sodoma spiritualis.

Fieri vel esse sicut Sodoma.

Similiter ratione punitionis inuenias vsurpari, *fieri vel esse sicut Sodoma.* Isa. 1. 9. *Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus, & quasi Gomorrha similes essemus.* hoc enim accommodatum est terræ penitùs desolatę, & destructæ, & addictæ sterilitati: quando (vt ait Moyses hîc v. 22.) Deus ignem in furore suo succendit, & ardet vsque ad inferni nouissima, deuorátque terram cum germine suo, & montium fundamenta comburit. sic de non reædificandâ nec habitandâ ciuitate vsurpauit Isaias cap. 13. 19. *Et erit Babylon illa glorioſa in regnis, & inclyta ſuperbia Chaldæorum: ſicut ſubuertit Dominus Sodomam & Gomorrham. Non habitabitur vſque in finem: & non fundabitur vſque ad generationem & generationem.* & Ieremias 49. 18. *ſicut ſubuerſa eſt Sodoma & Gomorrha, & vicina eius, ait Dominus: non habitabit ibi vir, & non incolet eam filius hominis.* Amos cap. 4. 11. *ſubuerti vos, ſicut ſubuertit Deus Sodomam & Gomorrham, & facti eſtis quaſi torris raptus ab incendio.* Nam talis nec reuirescit, nec amplius pullulat vel fruticat. *Sophon. 2. 9. Moab vt Sodoma erit, & filij Ammon quaſi Gomorrha*: explicat ver. seq. *Siccitas ſpinarum, & acerui ſalis, & deſertum vſque in æternum.* Sal causa sterilitatis est, inde salsugo pro sterilitate. *Iob.* 39. 6. *Cui dedi in ſolitudine domum., & tabernacula eius in loco ſalſuginis*, Psalm. 106. 34. *Poſuit flumina in deſertum & terram aquarum in ſitim. Terram fructiferam in ſalſuginem, à malitiâ inhabitantium in ea.* salsuginem opponit terræ fructiferæ, & vt opinor respicit ad Pentapolim, vt interpretantur Apostoli apud Clementem Romanum, *lib. 8. conſtitut.* vide Genebrardum. ad sterilitatem consequitur alterũ, vt etiam non habitetur. Ideo *Ierem.* 17. 6. ista hoc ordine coniunxit, *in ſiccitate, in deſerto, in terrâ ſalſuginis, & inhabitabili.*

Salsugo pro sterilitate.

Clemens Roman.

A peccato & pœnâ simul videntur esse in nouo testamento quædam, vt 2. *Pet.* 2. 6. *Et ciuitates Sodomorum & Gomorrhæorum in cinerem redigens euerſione damnauit: exemplum eorum, qui impiè acturi ſunt, ponens.* Eodem quoque hunc §. refero, & laboris hunc opto fructum lector ferat. *Iudæ v. 7. ſicut Sodoma & Gomorrha & finitimæ ciuitates ſimili modo exfornicatæ, & abeuntes poſt cárnẽ alteram, factæ ſunt exemplum, ignis æterni pœnam ſuſtinentes.* Consumptæ enim nunquam reædificandæ; quia pœna illis à Deo irreuocabilis implacabiliter est decreta, vt indicauit *Ieremias cap. 20. 16. ſit homo ille vt ſunt ciuitates, quas ſubuertit Dominus: & non pœnituit eum.*

EODEM VERSV, ET VERS. XXXIII.

ADAG. CXLII.

Adagialia quoque sunt, quæ de eadem sua *vineâ* subiunxit:

Vua eorum vua fellis, & botri amariſſimi.

Vua fellis & botri amarissimi.

Fel draconum vinum eorum, & venenum aſpidum inſanabile.

Fel draconum & venenũ aspidum insanabile.

SPECTANT eodem & vnam habent sententiam: diuersis tamen modis malitiam Israëlis exprimit. Primò dicit vniuersum populum talem esse, vt Pentapolitarum stirpis censeri debeat. Nam tota vinea,

Vinea seu vites.

vinea, quasi stirps & vniuersitas est vitium: & pro suburbanis Hebraicè est *sadmoth* שדמות, quod alij arua, alij vites exponunt.

Secundò addit, omnes cogitationes, opera, studia, tum Deo, tum hominibus odiosa & planè fellita esse. hæc enim botris & vuis significantur. denique docet illos magnam proximis & vicinis omnibus offensionem ac scandalum præbere: quibus propinent doctrinam & exempla prorsùs lethifera; quæ notantur vino iam ex botris expresso. Hinc patet trium adagiorum vsus, primus de vitibus, secundus de vuis, tertius de vino. reliquum vt exemplis singula stabiliantur.

Botri & vuæ.

Vinum. Tria adagia. Probātur locis sacræ Scripturæ

Per vineam significari totam synagogam, patet *Psal. 79.9. vineam de Ægypto transtulisti: eiecisti gentes, & plantasti eam.* Isai. 5.2. *vinea facta est dilecto meo in cornu filio olei.* Cantic. c. 1. v. 6. *vineam meam non custodiui* & 2.13. *vineæ florentes dederunt odorem suum.* & 8.11. *vinea fuit Pacifico.* &c. *Ierem.* 2.21. ait Deus Israëli: *ego plantaui te vineam electam, omne semen verum: quomodo ergo conuersa es mihi in prauum vinea aliena?* & alibi sæpè.

Vinea pro toto cœtu.

Per *vuas* seu *botros* denotari mores, studia, & opera, æquè notum est. *Cant.* 1.14. *botrus cypri dilectus meus mihi in vineis engaddi.* & 7.7. *statura tua assimilata est palmæ & vberatua botris. Dixi: ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius: & erunt vbera tua sicut botri vineæ.* Iob. 15.33. *Ladetur quasi vinea in primo flore botrus eius.* in ipsis initiis virtutis. *Miche.* 7.1. *non est botrus ad comedendum,* nulla sunt opera bona. *Isai.* 5.2. *exspectauit vt faceret vuas, & fecit labruscas.* pro operibus gratis & dulcibus opera ingrata & acerba. nec minùs frequenter in nouo testamento. *Matth.* 7.16. *Luc.* 6.49. *Iaco.* 3.11. & pro ipsismet peccatoribus *Apocal.* 14.18.

Vox ac botri pro studiis, operibus, &c.

Nec obscurum est, *vino* doctrinam & exempla indicari, siue in bonum siue in malum. en aliquot loca. *Prouerb.* 4.17. *comedunt panem iniquitatis, & vinum iniquitatis bibunt.* Cant. 7.9. *guttur tuum sicut vinum optimum.* cap. 8.2. *dabo tibi poculum ex vino condito.* Isai. 1.22. *vinum tuum mistum est aqua.* Zachar. 9. vlt. *vinū germinans virgines.* nonnulli sic accipiunt, sed ego de Eucharistico poculo malim. De malâ doctrinâ & exemplis, hoc loco Moysis & *Apocal.* 17.2. *vinum prostitutionis.* Suo seruiebat instituto S. Ambrosius lib. de Eliâ, cùm Moysis verba propriè dictæ ebrietati accommodauit. Aliter adhuc hunc locum exposuit B. Gregorius *lib. 4. in 1. Regum cap. 3.* ex quo non erit difficile paulò aliter his adagiis vti, & eius instituto accommodare. Verba eius sunt ista: Vinearum *quoque appellatione mentis concupiscentiæ rectè figurantur, quæ reproborum corda inebriant, & à cognitione veritatis alienant. Huius vineæ fructus vituperans Moyses ait:* Ex vineâ Sodomorum vinea eorum, & de suburbanis Gomorrhæ. vua eorum vua fellis, & botrus amarissimus. *Ex Sodomorum quippe vineâ vitem, ex Gomorrhâ ducit propaginem, qui nefandissimis concupiscentiis mentem replet. Quasi enim vineâ facit, qui inde æterna obliuiscitur, vnde & per concupiscentias inebriatur: & qui se quasi sub vmbrâ vineæ, & amœnitate præsentis dilectionis refrigerat, æterni sibi incēdij retributionem parat. Vnde aptè nimis eiusdem vineæ fructus exponens,* vuam fellis & botrū amaritudinis *dixit. Vua quippe in visu est, fel in sapore, visum oblectat, gustum amaricant. Quia animarum re-*

Vinū, pro exemplo quod præbetur.

Ambrosius.

Gregorius.

probe menti valdè placet quod concupiscit, sed in aeternâ pœna quod sibi modò est dulce, amaresçit.

ADA. CXLIII

EX CAP. XXXIII. VER. I.

Homo Dei.

Homo Dei.

EXPLICVI suprà, §. 19.

ADA. CXLIV.

EX CAP. XXXIII. VER. XVII.

Cornua rhinocerotis cornua eius.

Cornua rhinocerotis cornua eius. Chaldæus.

HEBRAICE קרני ראם קרניו difficultas de voce ראם ad quam vocem attendens Chaldæus accepit vt appellatiuum, reddens *à facie fortissimi & excelsi*, potuit etiam legisse RAM, potuit phrasim explicare voluisse; idem fecit *Num.* 23. 22. LXX. vertunt vnicornem μονοκερωτος: & sic eos secutus noster vertit in Psalmis. Quæritur ergo quæ vera significatio vocis *Reem?* Res ambigua est, Rabbini dissentiunt, vt & recentiores. Nec noster constans: nisi si, quod arbitror; cùm LXX. secutus, vnicornem vertit, nomen genericum ponat. Nam plura esse huiusmodi animalia, quibus altum & robustum in capite cornu vnicum, sciunt omnes. Quarum ferarum quia maxima & robustissima rhinoceros, ideo per antonomasiâ Rhinoceros, aliquandò dictus monoceros. Non vt species hæ diuersæ, vna monocerotis propriè dicti (qui vnicornis vocari solet, *& vnicornio*) & altera rhinocerotis (qui dicitur vulgò *la bada*) confundantur: sed vt animal intelligamus robustum, cui robur sit in præduro, & excelso cornu; quod vtrique speciei probè conuenit. Certum verò, si cornua adspicias, longè diuersa esse vtriusque animalis. Monoceroti vnicum in summâ fronte est, non nigri coloris (hoc asini Indici proprium) sed subfului: duo vidi plusquam quinque pedalia, vnum in fano B. Dionysij prope Lutetiam, alterum in Munstelbilzen in Brabantiâ: vtrũque in imo crassitudinis trium plus minùs digitorum, in conum vergens opere ferè striato. Colore alterum Rhinocerotis conuenit, multo crassius & breuius, vix bipedale, in summa nare situ, vnde Græcum nomen: nisi malis ab Hebræis duabus vocibus formare cum nonnullis, רמנא *Rimna* & קרא *kara*. Si vnum cornu Rhinocerotis: quomodo in plurali ראם *Reem* habetur? dici posset, sicut Cyclopum aut Arimasporum oculi dicuntur, non de vno Arimaspo vel Polyphemo, sed de pluribus collectiuè: sic duorum vel plurium rhinocerotum plura esse cornua. Sed quia noster interpres & LXX. in singulari verterũt, dixerim potiùs ad geminum cornu respexisse, vnum & præcipuum in nari, alterum minus; sed & ipsum valdè validum, in colli ad scapulas extremo. Visa bellua superioribus annis Europæ Lusitanorum beneficio. De gemino cornu apud Martialem, crux fixa Grammaticis.

Cornuum differentia.

Rhinoceros vnde dictus.

Cur in plurali. ראם

LXX ראם Noster defensus quòd aliquando vertat vnicornem.

Martialis lib. 1. epig. 10.

Ille grauem gemino cornu sic extulit vrsum;
Iactat vt impositas taurus ad astra pilas.

Monoceros, el vnicornio. Rhinoceros, la bada.

Quidam *geminum* cornu exponunt validum; quibus non assentior, non magis quàm si Cumani asini aurem geminam sic interpretarentur, quia crassa & magna. Vereor ne & Politiano mens gemina cum de tauri cornibus accepit.

Calderinus.

Politianus Rhinoceri tis duo cornua.

pit. Grauem ait tauro futurum, cui sunt cornua gemina. Coactum & ineptum hoc Gesnerus pronunciat, & censet de vtroque cornu rhinocerotis agi, quod nec Pausanias in Bœoticis nesciuit. Adde, vtroque cornu non excepisse, sed extulisse, quia vim capitis adnisu humeri adiuuit. Plura si lubet apud Raderum nostrum reperies ad hoc epigramma. 22. perpende autem, an meritò hic fuserit nuperus scriptor quem par fuisset rationes de *vro* positas soluere; *vrum* tamen non referibo pro vrso. Illud Eucherij de gemino in nari cornu, falsum sciunt quotquot rhinocerotem viderunt. Duo cornua habet situ quem Pausanias prodidit. Falluntur etiam qui minus sub maiori statuunt. Quoniam minus illud maiori componi non meretur, ideò præter Pausaniam, cæteri veteres illud omiserunt. & Tertullianus contra Praxeam, vocauit *rhinocerotem vnicornem*. Maius ita celebrat Oppianus lib. 1. de venat.

Gesnerus. Pausanias. Raderus. Eucherius. Tertullianus. Cur Plinius, Aelianus, Solinus, Strabo vnici cornu meminerunt. Oppianus.

--Paullum autem super summum nasum
Attollit cornu saeuum, acutum, atrocem gladium:
Illo es perforarit impetu facto,
Feriens durúmq; diuiserit saxum.

Ita Turnebus vertit. Addit Oppianus, nullas in hoc genere fœminas visas, omnes esse mares. Id si verum, casti cælibatus typus sit rhinoceros. Rabbini, qui cum bubalo confundunt, bubalinæ carni (qua digni) lolium adiiciant, quo victitant.

Rhinoceros typus castitatis Rabbini.

Prophani scriptores hominibus illusoribus & dicacibus, qui naso cæteros adunco suspendunt, tribuunt *nasum rhinocerotis*. Martialis lib. 1.

Adag. Rhinocerotis nasus.

Maiores nusquam rombi, iuuenésque sinesq;
Et pueri nasum rhinocerotis habẽt.

Cornu rhinocerotis pro fortitudine inuicta.

Sacræ literæ per cornu rhinocerotis robur inuictum significant: hoc v. 17. de Ioseph casto, CHRISTI figurâ: & de Deo vel Israële, Num. 22. 23. *Cuius fortitudo similis est rhinoceroti*: vbi Oleaster fatetur incertum esse ראם significet vnicornem, an rhinocerotem. Chaldæus exponit, fortitudo & celsitudo. Ferum animal est, etsi vafrum, nec patitur cicurari; vel subiugari. Vt docet sacra Scriptura *Iob. 39. 10. Numquid alligabis rhinocerota ad arandũ loro tuo: aut confringet glebas vallium post te? Numquid fiduciam habebis in magnâ fortitudine eius, & derelinques ei labores tuos? Numquid credes illi, quod sementem reddat tibi, & aream tuam congreget?* Sed hæc suffecerint de hoc naricorni: de *vnicorni* propriè dicto agemus ad Psalmos.

Oleaster. Rhinoceros typus indomiti.

IBIDEM. ADAG. CXLV.

Cornu ventilare.

Cornu ventilare.

DE hostili vi, & victoriâ facillimâ dicit sacra Scriptura *cornu ventilare*, ductâ metaphorâ à belluis cornutis, quæ iratæ solent res leues in altum iacere, & quasi dispergere, sicut tauri irritati olim pilas stramineas in astra iaciebant; non secus ac paleæ ventilabris spargentur. Hinc loco de cornibus rhinocerotis ait; *In ipsis ventilabit gentes*. Eadem vox tribuitur areæ, Ruth. 3. 2. *aream hordei ventilat*: & hostium dispersioni, *Ierem. 15. 7. dispergam eos ventilabro in portis terræ*. & 51. 2. *Mittam in Babylonem ventilatores, & ventilabunt eam, & demolientur terram eius*. cornibus, sicut ventilabro. 3. *Reg.* 22. 11. *Fecit*

quoque sibi Sedecias filius Chanaana cornua ferrea, & ait: Hæc dicit Dominus: His ventilabis Syriam, donec deleas eam. Psal. 43. 6. *Inter inimicos nostros ventilabimus cornu.* Ezech. 32. 2. *Ventilabas cornu in fluminibus tuis.* Item 34. 21. *Pro eo quod lateribus & humeris impingebatis, & cornibus vestris ventilabatis omnia infirma pecora, donec dispergerētur foras* Vbi habes expressam vim metaphoræ. solent enim greges ab armento robustiore cornu peti, fugari, & dispergi. Cornu ventilare Hebræis est נגה *Niggah*, Græcis κεραίζειν, & de exercitu profligato ac palante etiam à profanis vsurpatur. Homerus *Iliad.* β. Vt solet ex sacris libris, τρῶας κεραΐζει, *Troas cornu ventilauit.* Vbi notant scholiastæ, dictum à cornibus animalium pugnantium, ἀπὸ τῶν τοῖς κέρασι μαχομένων ζώων. *Zachar.* 1. 19. & 21. *Hæc sunt cornua quæ ventilauerūt Iudam:* quod explicat; *quæ leuauerunt cornu super terrā Iuda vt dispergerent eam.* 1. Machab. 7. 46. *& ventilabant eos cornibus.* Sap. 5. vlt. *Contra illos stabit spiritus virtutis, & tanquam turbo veni dissipabit illos.* Græcè pro *dissipabit* est ἐκλιμάσει. Vnde nota nostrum vti solere voce *dissipandi*, pro voce *ventilandi*. Nam quod *Eccli.* 5. v. 11. dixit, *Non ventiles te in omnem ventum.* & Ierem. 49. 36. *Ventilabo eos in omnes ventos: & nō erit gens, ad quam non perueniant profugi Ælam.* hoc idem *Dan.* 11. 4. dixit, *conteretur regnum eius, & dissipabitur in quatuor ventos cæli.* & sic passim *dissipare* sumitur pro dispergere, vt *Gen.* 49. 7. *Thre.* 4. 16. Quia Hebræa radix פרש pro situ puncti, *dispergere* aut *dissipare* significat.

נגה

κεραΐζειν. Homerus

Vētilare, dispergere, dissipare, cadē.

Dissipare pro dispergere.

פרש

EX CAP. XXXIII. VER. XXV. ADAG. CXLVI.

Ferrum & æs calceamentum.

Ferrum & æs calceamētū.

LXX. pro *calceamento*, ὑπόδημα, vt noster. Sunt qui malint vertere *clausuram* seu habitationem, quia dicunt נעל *nahal* significare *claudere* seu *circūdare*: vt sensus sit, hanc tribum fortem fore ac munitam firmissimis vrbibus & castellis, æquè ac si ferro & ære clausa foret. Sic Oleaster: quod à Chaldæo accepit, qui habet; *fortis sicut ferrum, & sicut æs erit habitatio tua.* Quod nescio quàm probè conueniat cum topographicâ veritate. In aliis enim tribubus, vt Iudâ, Nephtalin, & Zabulon, munitiora oppida & castella fuisse patet ex Iosephi libris de bello Iudaico, & eius abbreuiatore Hegesippo.

Defensa nostra versio. I. Explicatio. Oleastri. Chaldæi. Iosephus. Hegesippus. II. Explicatio.

Alij vertunt, *ferrum & æs compes tuus.* hac sententiâ, copiam æris & ferri causam fore, vt hæc tribus domi suæ, quasi compedibus vincta resideat, nec vt cæteræ huc illuc negotiationis causâ discurrat. Suboler fictiuncula Iudaica, sed inepta: Scilicet omnes de hac tribu, Plautini sutores claudi fuerunt.

Tertia expositio est, tantam ibi copiam æris & ferrifodinarum futuram vt nusquam pedem figere queant, quin æs aut ferrum calcent. egregia hyperbole, quæ placuit Antonio Fonsecæ: sed non quadrat nostræ versioni.

III. Anton. Fonseca.

Quarta per *calceamentum* significari fines & terminos ipsius possessionis, cùm dicitur *Psal.* 59. 10. *In Idumæam extendam calceamentum meum*: quod repetitur *Psal.* 107. 10. id

IV.

10. id est fines & terminos regni mei. *Amos 2. 6. pauperem pro calceamento.* Et apud Iudæos possessionis resignatio fiebat per calcei solutionem, de quo dicetur postea. Nūc de Psalmistæ loco non disputo: fiet aliàs. Amos verba certum est aliò respicere, ibi enim calceamentum pro re viliſſimâ vsurpatur, non pro possessione. Hæc etiam interpretatio non potest commodè ad nostram versionem reduci.

V. Procopij. Quinta est Procopij, significatum hac locutione robur perenne & inuictum huius tribus: & calceos poni pro ipsis pedibus. Verùm nónne tribus Iudâ & Beniamin robore potiores fuerūnt? & sequitur mox de pedibus.

VI. Caietani. Sexta cæteris præferenda mihi videtur, quæ Caietani & communior est, tantam æris ac ferri abundantiā denotari, vt iis etiam ad viliſſimos vsus vti & abuti queant, nempe ad calceorum quoque soleas. Recensui omnes interpretationes; vt vnusquisque pro vt ferret eius instituum, quo velit modo hāc paræmiā vsurpet. Pro vltima est nota phrasis diuini sermonis, qui calceos pro re viliſſimâ consueuit ponere: quod docuit Hieron. D. Hieronymus in Amos, & postea confirmabo.

ADAG. CLVII.

EX CAP. XXXIIII. VER. VII.

Non caligauit oculus eius, nec dentes moti sunt.

Non caligauit oculus eius, nec dentes moti sunt.

ETsi fatear hoc fieri potuisse; nec negem rectè sic accipi, vt verba sonant sine vllo tropo vel adagio: Hebræus tamen fons & versio LXX. faciunt, vt dici quoque possit, esse adagialem locutionem, qua senectam vescam, vegetam, viridem significabant, quæ nullum valetūdini incommodum senile intulerit, nec membrorum vel sensuum vsum debilitarit. Hebraicè est, לא כחתה עינו ולא נס לחה noster: *non caligauit oculus eius, neque dentes illius moti sunt.* LXX. οὐκ ἠμαυρώθησαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῆ, οὐδὲ ἐφθάρησαν τὰ χειλύσια αὐτῆς. in priori membro conueniunt cum nostro: in posteriore, nisi capias adagialiter, certè non conueniunt: erit enim, *neque corrupta sunt labia illius.* Sic etiam Chaldæus in eodem membro verbis cum vtrisque pugnat, dum reddidit; *neque mutatus est splendor gloriæ vultus eius.* hoc secuti recentiores, qui transtulerunt: *nec aufugit vigor eius.* q.d. senio facies non euanuit, pulchritudo non emarcuit, mansit illi succulentia & color bonus: Hispanicè, *quedo la cara fresca.* Varietas interpretationum sensū conueniet, si fatearis adagium esse: nata autem fuit diuersitas, propter radicem לוח, quæ primariò significat rem succulentam, viridem & æqualem, sine rugis aut carie, siue illa lapidea, siue lignea, siue alterius materiæ sit, maximè si in modum tabulæ polita & læuigata fuerit. nam & de tabulis lapideis, & ligneis vsurpatam inuenies. vide Pagninum in verbo לוח. Vt appareat omnes has versiones probas esse. Recentiores nituntur; quòd vident virgis pōpulneis Iacob vocem attributam; & quia vigor lignorum metaphoricè solet de facie pulchrâ dici; propter eamdem causam, nempe boni succi copiam; à qua nascitur quoque splendor & decus quoddam formæ: ideo Chaldæus splendorem gloriæ vertit.

LXX. Ch. Idem. Recentiores. Cōciliati & offensa origo. לוח

LXX.

LXX. verò *Labia* pro toto ore vsurparunt, quia sunt vestibulum oris & dentium repagulum; quæ in senibus roseum illud succidum, quo laudari solent, in seri alborem, siue pallorem vertunt. Noster admodùm peritè, quoniam Hebræa vocula tabulam etiam marmoream denotat; lapis autem & marmor humore suo ingenito indiget vt consistat & læuigari queat: tabulæ verò si nitidæ, æquales, plenæ & compactæ sint, commendantur: dentium quoque bonitas à laudabilis succi sufficienti fotu dependet, qui nitoris, duritiei, & æqualitatis eorum causa est: ideo iure optimo noster Hebræum vocabulum pro his oris tabellulis accepit, quæ tum probæ, cùm nec aridæ, nec scabræ, nec luxabundæ; quæ vitia humidi radicalis inopia & succulentiæ defectus in decliuem ætatem solent aggerere. Senectus enim vt oculorum aciem, sic dentium acumen & soliditatem vt plurimùm deintegrat. Quare prudenter rex sapientissimus senij malas merces commemorans, *Eccles* 12.3 scribit tum *otiosas fieri molentes in minuto numero, & tenebrescere videntes per foramina.* Hoc est dentes rarescere & hebetescere, oculos verò caligare. cùm verò volemus indicare aliquē ab hac miserandâ lege eximium, poterimus dicere, quod hîc de se Moyses; & significauit in benedictione Aser, *supra.ca.33.25. Sicut dies iuuentutis tuæ ita & senectus tua*; & de se prædicat Caleb *Iosue 14.v.11. Octoginta quinque annorum sum, sic valens vt eo valebam tempore, quando ad explorandum missus sum: illius in me temporis fortitudo vsque hodie perseuerat.* Huic ergo loco persimile est adagium, *Aquila senectus*, de quo loco differetur, si Deus dabit, vt dedit ad Pentateuchi calcem peruenire. Illi laus & gratiarum actio.

ADAGIALIA SACRA EX LIBRO IOSVE.

ADAG. CXLVIII.

EX CAP. I. VER. I.

עבד יהוה Hebed Domini.

Seruus Domini.

Seruus Domini quid significet

ORDIAMVR à bene ominata voce. Vtinam nos quoque tales. Magnę & solidæ laudi tributur, & adeò frequēter vt paræmiā sapiat. Vulgus etiam hodie quem à pietate laudare vult, *seruum Dei* nuncupat. In sacris literis non multorum hoc nomen est, nec constat quo sensu tributum. R. Selomo & Lyranus, de Moyse inquiunt dici, vt sciamus eum Deo gratum obiisse, nec damnatū fuisse. Non est hoc D. Augustini *q.* 1. Nam id non colligit ex eo quòd dicatur Moyses seruus Dei; sed quia Deus Iosue dixit, *sicut fui cum Moyse, ita & ero tecum.* Quare ratio ista Lirani meritò improbatur Tostado; qui censet hoc dumtaxat ad nudam Moysis laudem pertinere, vt eius excel

1. Sent.

R. Selomo. Lyranus.

S. August.

17. Tostadus.

excellentiam ſitam intelligamus in familiaritate cũ Deo, in miraculorum patratione, in magnarum virtutum meritis. Hæc ſententia, quo ad ſingula vera eſt, non tamen vim locutionis manifeſtat. Dionyſius Rickelius ait accipiendam de timore non ſeruili, ſed filiali, an ad rem? Nec magis Caietani opinio, ſignificari, licèt Moyſes peccauerit apud aquas contradictionis, tamen mortuum eſſe Dei ſeruum: ita, vt quicquid operaretur, id Dei eſſet, & Deo placeret. Prius dictum incidit in Lirani ſententiam, poſterius nimis generale eſt, nec magis Moyſi congruit, quàm aliis iuſtis, qui & ipſi & opera illorum Domini fuerunt. Andreas Matius aliò recedit, & cauſas accumulat: laudari ab officiorum ſedulitate: præterea quia ipſe in domo Dei famulus, CHRISTVS autem filius iuxta Apoſtolum: denique & potiſſimùm propter imperij munus, cui, cùm Moyſes eſſet defunctus, Ioſue ſubſtitui debebat. Hæc vltima ratio valeret, ſi hoc tantùm loco Moyſes *Seruus Dei* nominaretur: ſed ſæpiùs ita vocatur, quando huic rationi parum vel nihil eſt loci. *Exod.* 14. *vlt. Num.* 11. 11. & 12. 7. & 8. *Deuteron.* 34. 5.

III. Carthuſianus.

IV. Caietan⁹.

V. Andr. Matius.

Equidem cauſam à ſignificatione appellationis diſtinguo: cauſam veram cur Deus Moyſem vocarit ſeruum ſuum puto ab ipſo Deo nobis inſinuatam *Num.* 12. 7. *At non talis ſeruus meus Moyſes, qui in omni domo meâ fideliſſimus eſt. ore enim ad os loquor ei, & palam,* &c. Vbi non vocatur *ſeruus Dei,* quia Deus illi *ore ad os* loquebatur. Nam Abrahã, Iob, Dauidem ſeruos quoque ſuos Deus vocauit, quibus tamen ore ad os non loquebatur: ſed ita vocatur, quia totius cœtus Iſraël erat fideliſſimus. Docuit id B. Paulus *ad Hebr.* 3 *v* 5. ſcribens: *Et Moyſes quidem fidelis erat in totâ domo tanquàm famulus, in teſtimonium eorum quæ dicenda erant.* Vbi *fidelis* ponitur pro ſuperlatiuo, vt docet præpoſitio *in* addita, quæ ſolet eius eſſe nota. Pro *famulo* θεράπων, honeſtius vocabulum quàm δοῦλος, & ita verterunt Lxx. *d. v.* 7. & *hic v.* 2. *Serui* itaque & δοῦλος, vocabula in hac phraſi de miniſtro ſiue famulo honoratiore ſumenda, vt ex B. Paulo & d. v. 7. patet Hebræum עבד *Hebed*, vtrumque ſignificat, *ſeruum* & *famulum*: ſed in hac phraſi coarctatur ad præcipuos illos. Sicut in Claudiani *lib.* 1 *in Eutropium*

VI. Authoris vera ratio.

(In) nota ſuperlatiui apud Hebræos.

θεράπων.

Phraſis explicatio.

עבד

Claudianus.

Ipſi quinetiam tali conſorte fremebant
Regales famuli, quibus eſt illuſtrior ordo
Seruitij.

Igitur vſus & ſignificatio locutionis, non videntur aliena à vulgari noſtro, *priuado del Rey*, vt ſeruus Dei ſit idem quod *priuado de Dios*, familiaris ſeu intimus Deo. Duo complectitur, ex parte Dei familiaritatem & dignationem quam dixi; ex parte hominis præcipuum & excellens quoddam ſtudiũ Deo in omnibus placendi & obtemperandi, & eius mandata ad amuſſim exequendi: in quo poſita fidelitas illa ab Apoſtolo ſignificata. Vtrumque indicatum à CHRISTO apud *Ioann.* 15. 14. *Iam non dicam vos ſeruos.* (ſtrictè ſumptum pro genio ſeruili, & imis officiis) *Quia ſeruus neſcit quid faciat Dominus eius.* (Hiſp. no priua, no ſabe los ſecretos) *Vos autẽ dixi amicos, quia omnia, quæcumque audiui à patre meo, nota feci vobis.* Idem ergo in noſtrâ phraſi ſeruus quod amicus, q. d. ex cohorte familiarium. Sic vocati Patriarchæ, Abraham, Iſaac, Iacob, *Exo.* 32. 13. *Gene.* 26. 24. *Ezech.* 28. 25.

Priuado de Dios.

Serui Dei dicti. Abrahã. Isaac. Iacob Moyses. Iob. Caleb. Dauid. Eliacim. Daniel. Zorobabel. Prophetæ. Iusti. CHRISTVS. Qui serui Dei etiam vocati amici Dei.

Moyses, 4. *Reg.* 18. 12. & 21. 8. 1. *Paral.* 6. 49. 2. *Esdr.* 10. 29. *Iudith.* 4. 13. *Baruch.* 1. 20. *Sap.* 10. 16. Item Iobus, *Iob.* 1. 8. & 2. 3. & 42. 7. & 8. Caleb. *Num.* 14. 24. Dauid 2. *Reg.* 3. 18. & *cap.* 7. *v.* 8. & 18. Eliacim *Isai.* 22. 20. Daniel, *Dan.* 6. 20. Zorobabel *Aggæi* 2. 24. Omnes Prophetæ, & omnes iusti. *Zacha.* 1. 6. & *Deut.* 32. 36. & *Psal.* 88. 51. Ipse quoque iustorum & prophetarum Dominus, vir Oriens, *Zachar.* 3. 8. Hoc sensu *serui regum* vocantur eorumdem amici, vt Chusai & Nathan Dauidis. 2. *Reg.* 15. 37. & 3. *Reg.* 4. 5. Daniel tyranni Chaldæi *Dan.* 14. 1. & alij *Machab. lib.* 1. *c.* 2. 18. & *lib.* 2. *c.* 1. 14. Et Abraham vocatur etiam *Dei amicus.* 2. *Paral.* 20. 7. *Iudith.* 8. 22. & *Isai.* 41. 8. & iusti omnes *Psa.* 138. 17. & *Sap.* 7. 27. Igitur in hac phrasi seruus non opponitur amico, sed sumitur pro intimo amico. Ideo videas à nostro interprete tam crebrò Moysem vocari *Famulum Dei* 2. *Paral.* 1. 3. 2. *Esdr.* 1. 7. *Iudi.* 2. 8. & in hoc libro Iosue plus septies. Sicut etiam vocatur Dauid, 3. *Reg.* 8. 25. 1. *Paralip.* 17. 23. Sic populus Israël promiscuè vocatur, *seruus & filius*, quando agitur de illo vt dilecto à Deo. *filius Exo.* 4. 22. & 23. *Isai.* 1. 2. *Osee.* 1. 10. & 11. 1. *Seruus Psal.* 77. 71. & 135. 21. *Sap.* 12. 20. *Isai.* 41. 8.

De vers. & lectione. Lxx. cõtra Masium. Masius.

Masius vult in nostro vers. 1. Lxx. non vertisse δόλῳ κυρίου : sed ex Theodotione id acceptum à posteris. Cur magis, quàm ex Symmacho, quem sic etiam fatetur vertisse ? Deinde impressiones Complut. Regia, & Aldina hoc retinent : nec video, cur non credamus ipsos quoque Lxx. sic transtulisse. Certè nulla probabilis affertur causa, cur omiserint, quod in Hebræo erat. Aliter præterea & aliter eos עבד reddere solitos facilè probatur. Quia licèt Gen. 24. in quibusdam libris Græcis hoc fuerit prætermissum, habetur tamen expressum in iisdem libris. *Exo.* 32. 13. τῶν οἰκετῶν, *suorum domesticorum. Exo.* 14. *vlt.* τῷ θεράποντι, *famulo.* Sicut & *Num.* 11. 11. & passim, aliis locis citatis.

Itaque concludo hanc dignationem homini acquirendam, tum Dei gratiâ, tum propriâ mortificatione, & oratione : & inter Dei & hominum seruitutem hanc differentiam maximam reperiri. Quòd qui hominis seruus est, vel nunquam, vel rarò eius amicus est : verus Dei seruus semper etiam Dei filius & Dei amicus est. Seruitus enim Dei innititur filiali timori; seruitus humana potiùs naturâ suâ innititur seruili timori. Ideo in hoc filius & amicus opponuntur seruo : in illo omnia conspirant. Benedictus Deus qui etiam hoc adagio nos docuit, quantò præstabilius sit illi, quàm regibus terrenis seruire. *Vt sciant distantiam seruitutis meæ* (inquit Dominus) *& seruitutis regni terrarum.* 2. *Paralip.* 12. 8. Quid sit homo Dei, dictum adagio XXIX.

Differẽtia serui Dei & serui hominis.

EX EODEM CAPITE, VERSV VIII.

ADAGIVM CXLIX.

Diebus ac noctibus.

יומם ולילה Iomam Valailah.

Diebus ac noctibus.

HYPERBOLE est prouerbialis, indicans quàm assiduè possit agendum. Lxx. ἡμέρας καὶ νυκτός. Sic Græci, Homerus;

νυκτας

νυκτάς τε καὶ ἡμέρας πάντα.
Noctésque & dies omnes.
Hesiodus;
--ἠῶ' ἡμέρη κὲ' ὅτι νυκτὶ. Interdiu noctúque.

Horatius. Horatius etiam; — *exemplaria Græca*
Nocturnâ versâte manu, versâte diurnâ.

A Græcis Romani, ab Hebræis Græci mutuati. Crebrum est sacris libris. *Psal.* 1. 2. *In lege eius meditabitur die ac nocte* adspectu ad hunc nostrum vers. 8. vbi malè Aquila noctis vocem omisit, quæ in Hebræo habetur. Psal. 54. 11. *Die ac nocte circundabit eam super muros eius iniquitas.* Id est semper & assiduè, vt explicant Clemens Roman. *lib.* 1. *constitut. cap.* 4. 5. Basilius, & Arethas *in cathe. Ps.* 1. Et ex hoc loco Iosue continuam lectionem & memoriam sacræ Scripturæ nobis commendant S. Marcellinus Papa *Epist.* 1. *ad Salomonem*, S. Athanasius *in exhortat. ad Monachos in prin.* Tertullianus *libro* 2. *contra Marcionem cap.* 19. & author sermonum, qui D. Augustino inscribuntur, ad fratres in eremo, *serm.* 56. Sic *Psal.* 31. 4. *Quoniam die ac nocte grauata est super me manus tua.* Luc. 2. 37. *Quæ non discedebat de templo, ieiuniis & obsecrationibus seruiens nocte ac die.* Interdum ponitur vnum altero omisso, sed tunc quod positum est, pro tempore in genere positum, vt *Psalm.* 118. 97. *Tota die meditatio mea est.* Hoc est omni tempore καθ' ὑπερβολήν.

Clemens Roman. Basilius. Arethas.

Sacræ Scripturæ lectio commendata. Marcellinus Papa. Athanasius Tertullianus Augustin.

ADAG. CL.

EX CAP. II. VER. XVII.

Funiculus coccineus Raab.

SI licuit Gentilibus *Ariadnæ filum* vsurpare pro cæcæ & incertæ viæ ducatu: cur vetabimur ab hoc funiculo Raab, deducere adagium; *Funiculus Raab coccineus*, de certæ in periculo summo salutis signo? Narrat sacer historicus, quo pacto Raab meretrix, Israëlis exploratores primùm occultarit, & de fenestrâ demiserit, salutem ab illis toti familiæ suæ stipulata, hoc est omnium qui in domo illius, vrbis Iericho expugnatæ tempore, reperirentur. Huius immunitatis, asyli, seu vt hodie barbaricè vocamus *Saluaguardia* signum fore, appensum de illâ fenestrâ, per quam demissi fuerãt, funiculum rubrum. Hebr. תקות השני *Tikuath hasani*, Lxx. σπαρτίον κόκκινον; Chaldæus *fimbriam*, minùs rectè, quicquid Cammius dicat. תקות significare funem, à verbo *kauah* קוה *colligere*, docet R. Isaias, rectiùs adhuc Masius exponit contexere. Qui texunt multa fila, in vnum colligunt. Ne credam recentioribus fuisse similem funiculo cæmentarij, facit color additus. Nunquam coccus adeò viluit. Sumpsit potiùs ex mundo muliebri. Nec arbitror adeò crassum, vt per eum dimiserit exploratores: sed fasciolæ alicuius instar; fortè crinalis (Gallis, *vn ruban.* Hispan. *vna cinta*) quæ videretur fortuitò illic ligata. Cauendum enim fuit, ne tanta esset, vt per eam aliquis demissus videretur; tanta tamen esse debuit, vt à transeuntibus militibus videri & discerni posset. Fuit autẽ typus CHRISTI Domini, nos purpurâ sanguinis sui, ex æternæ mortis faucibus erepturi: vt docent S. Iustinus, disputat. cum Tryphone, Origenes *homil.* 3. *in Iosue*, & *hom.* 35. *in Matth.* & S. Ambros. *lib.* 5. *de Fide cap.* 5. Dein-

Funiculus coccineus Raab.

חקות Chaldæus.

Cãmius.

R. Isaias. Masius. Qualis funiculus?

Typus CHRISTI.

Iustinus. Origenes.

Ambrosius.

Cant 4 3. de ad hũc funiculum alludi Cant. 4. 3. *Sicut vitta coccinea labia tua*, non Hebræi tantùm, sed & Christiani Doctores asserunt: eò quòd Ecclesia, sponsi sui sanguine purpurata, beneficium & salutem ab illo accepta, non cessat prædicare. Ita Nyssenus, Theodoretus, & Angelomus, quorum verba inuenies in Commentario nostro. §. 2. Non frustrà denique coloris coccinei mentio fit, quia vt eruditè prodidit noster Martinus de Roa lib. 1. Singular. *cap.* 3. color iste creditus olim salutiter esse. Si physicam spectes; Ægyptij prodiderunt ambustioni & plagis ab igne illatis resistere, author S. Epiphanius lib. 1. aduersus hæresim Nazoræorum, vbi cùm narrasset Ægyptios initio veris oues arboresque rubricâ illinere; opinantes hoc olim die orbem terrarum incendiô absumptum fuisse, addit. *figuram verò sanguinis ignicolorem remedium auxiliare talis ac tantæ plagæ extitisse:* τὸ δὲ σχῆμα τὺ αἱματος τὸ πυρωπὸν ἀλεξητήριον ὄξὶ τῆς τοσαύτης πληγῆς καὶ τιμωρίας. Si verò superstitionem attendas: olim pueris præfiscini filum coccineum appendebatur, & puellæ fasciolis russeis præcingebantur, vt ex Chrysostomo, Apuleio, & aliis notatum Roæ *d. capite* 3. *& lib.* 2. *cap.* 23. Hodie Silesij, Morani, & vicinæ gentes equorum ephippiis ac frenis rubras tæniolas eodem errore contra fascinationem alligant. Vtrùm hæc obstetriculæ mens fuerit *Genes.* 38. 28. non liquet. Malo non credere: quia cur credam causa non suppetit.

Nyssenus. Theodoretus. Angelomus. Cur coccineus? Martinus de Roa. Epiphanius. Superstitio vetus. Purpureꝰ color medicus, & præfiscini. Moraorum & Silesiorum.

EX CAP. V. VER. IX. ADAG. CLI.

Auferre opprobrium Ægypti.

CVM Iosue filios Israël secundò circumcidisset, æreis, ferreis, vel lapideis cultris: dixit ad eum Deus: *Hodie abstuli opprobrium Ægypti à vobis.* In *opprobrio* vertendo conueniunt omnes. Sed quod fuit? Procopius vult sic vocari seruitutem Ægyptiacam. Hoc visum etiam Caietano. Sed ab hac iam Moysis tempore fuerant liberati. Addit Theodoretus, ab Ægyptiâ impietate liberationem, & adeptionem promissæ terræ. Puto adeptionem intelligere, ius ad illam terram. Quia quamdiu fuerunt incircumcisi, non reputabantur pars populi Dei, in quibus fœderis icti cum Abrahamo signum non comparebat: & proinde alieni à promissione terræ sanctæ Abrahamo factâ. Rabbini Moses Hadarsan, Moses Gerundensis, & Selomo Iarchius, & cum illis Liranus, hic meras nugas crepant: quas refellunt Abulensis, & Carthusianus: simpliciter opprobrium vocati ipsum præputium, esse incircumcisum instar Ægyptiorum, quod opprobriosum Iudæi censebant; & in eam tamen diem plerique ipsorum circumcisi non fuerant: & similes vitæ ac morum licentiâ, nullâ omnino notâ ab Ægyptiis discerni potuerant: circumcisi verò iam palàm prodebant se non Ægyptios, sed Hebræos esse. Si obiicias huic sententiæ, cur potiùs dicatur *opprobrium Ægypti*, quàm alterius nationis incircumcisæ: ad manum responsio est, recèns ex Ægypto venerant, vbi tot annis habitarant.

Auferre opprobrium Ægypti. I. Sentent. Procopij. Caietani. II. Theodoreti. III. Moses Hadarsan. Moses Gerúden. Selomo. Liranus. IV Abulénsis. Carthusiani.

Leui

Leui Ben-Gerson. Vatabli. Sa.

Leui Ben Gerſon,& Vatablus & Sa adhuc aliter, nempe ſolitos Ægyptios Iſraëli obiicere, Deũ ipſos non poſſe liberare, & in terram promiſſionis introducere, & propterea circumducere per deſertum, & ſinere paulatim interire. Magis mihi placet præcedens explicatio,cuius etiam meminit Gerſonis filius, & eſt accommodatior hiſtoriæ.

Canõ pro adag. ſacris, pendere vſum à ſenſu myſtico. I. Vſus. Theodoretus.

Vt ſemel hoc moneam:Adagiorum ſacrorum vſus maximè petendus ex myſtico ſenſu, quando hiſtoricus ſenſus ad certum tempus vel perſonas reſtringitur. Huius paræmiæ duplex vſus ſe offert.primus,quando per baptiſmum peccati opprobrium auferetur. Theodoretus: diſcimus, quòd qui ſacrũ baptiſmum meruerit,& circumciſionem ſpiritualem ſuſcipit,peccati contumeliam deponit. Secundus,cùm quis mundi illecebris, & carnalibus deſideriis relictis, vel hæreſi abrenunciatâ , ex vitiorum cæno vel erroris ignorantiæ tenebris emergit,per pœnitentiæ ſacramentum.Nam tunc ex Ægyptio fit verus Iſraëlita,Deum hîc iam intelligentiâ ſeu fide cernens, & verus Iudæus eundem laudans eíque cõfitens: ex tenebris enim (*miſraim*) venit in lumen Dei filiorum.ita ferè Origenes hîc ho.5.& in c.5.epiſt. ad Rom.Notandum vltimò quòd pro *abſtuli* Hebraicè eſt, גלותי *ghaluthi*, *reuolui*, vnde & loco nomen *galgala*,qua voce indicatur ipſa cõuerſio hominis à malo ad bonum, à dæmone ad Deum.

II.

Origenes.

Galgala.

ADAG. CLII.

EX CAP. VII. VER. XIX.

Dare gloriam Deo.

Dare gloriam Deo.

FREQVENTISSIME fuit in ore Hebræis. שִׂים־נָא כָבוֹד לַיהוָה *ſim-nachabod leadoriai. pone,* vel *da gloriam Domino.* Sunt qui formulam adiurandi fuiſſe velint: à quibus diſſentit Maſius. ipſe vult his verbis peti,vt veritatem confiteatur, & hac confeſſione oſtendat, Deum nihil latere poſſe, & verum fuiſſe iudiciũ eius, quod forte miſſa dederat. Idem voluerunt Abulẽſis, Vatablus, Caietanus.eſt Rabbinorum expoſitio.foret excellens, ſi cæteris ſacræ Scripturæ locis æquè ac huic conueniret. Hoc tamẽ quod omnibus conuenit,inſinuat, quod arbitror eſſe veram explicationem & ſufficere: videlicet idem eſſe,*Da gloriam Deo*; ac , dic veritatem ad Dei gloriam, vt hîc Sa.Nã 3.*Eſdr.*9.8. videtur noſter ſic exponere, *Date confeſſionem & magnificẽtiam Domino Deo.*hoc eſt, magnificate Deum confitendo peccatum veſtrum. Conuenit hæc expoſitio æqualiter locis omnibus. 1.*Reg.*6.5. *Dabitis Deo Iſraël gloriam:* hoc eſt, ſigillis iſtis fatebimini vos in illum peccaſſe, & iuſtè ab illo tam ignominioſâ pœnâ multatos.*Ierem.* 13. 16.*Date,date Domino Deo veſtro gloriam antequàm contenebreſcat.*hoc eſt dum tempus vitæ ſupereſt agnoſcite , & confitemini peccata veſtra. *Ioan.*9.24.*Da gloriam Deo,* dic veritatem. fatere te ab illo fuiſſe ſanatum.Subaudiri videtur in hac formulâ: ſcis Deum nihil latere,ſcis te coram illo ſiſti;cogita ipſum te interrogare;quem nequis fallere.Verum fatendo , oſtende te veracem illum credere ; & veritatem profitendo,cole illum qui veritas eſt.

I.

II. Maſij.

Abulẽſis. Vatablus. Caietan. III.

ADAG CLIII. Vno ore vel animo. Quasi vir vnus.

EX CAP. IX. VER. II.

פֶּה אֶחָד, PHEH ECHAD. *Vno ore.* item,
בְּאִישׁ אֶחָד BEIS ECHAD. *Quasi vir vnus.*

HÆc seperari non debuerunt, quia planè pro eodem sunt Hebræis: & noster promiscuè illa vertere consueuit. quando Hebræi volebãt indicare aliquid valdè vnanimiter factum ab omnibus, vtebantur vocabulo *vnius.* dicentes, *pheh echad*, vel *beis echad*: quæ LXX. & noster, & Chaldæus diuersimodè, eadem tamen sententiâ, reddiderunt, & non minùs adagialia sunt, quàm illa profanorũ, *vno tenore, vno fasce, vno ore.* Hoc loco colligam omnia iuxta nostrã versionẽ.

Vno tenore, vno fasce.

Primò quod hoc ver. 2. Hebraicè est פֶּה אֶחָד *vno ore*, id explicat paraphrasticè, *vno animo, eadémque sententiâ.* LXX ἅμα πάντες. simul *omnes* Chaldæus; *vno consensu.* retinet verò Hebraismum 3. *Reg. vltim.* 13. *sermones prophetarum ore vno regi bona prædicant.* 2. Paralip. 18. 12. *En verba omnium prophetarũ vno ore regi bona annunciant.* Dan. 3. 51. *Tunc hi tres quasi ex vno ore laudabant, & glorificabant Deum.* Rom. 15. 6. *vt vnanimes vno ore glorificetis Deũ.* illud vnanimes mutuans à LXX. qui sic solent reddere, ὁμοθυμαδὸν, quod alibi noster reddit *pariter*, *Sap.* 10. 20. vbi Vatablus vertit *vno ore*: sed *Act.* 1. 14. noster reddidit *vnanimiter.* Vnicordes vocãt acta SS. Tharaci, Probi, & Andronici, edicta cum fastis sacris Heriberti Rosweydi nostri, anno 1607.

Vno ore.

ὁμοθυμαδὸν.

Aliquando dicitur *vna voce*, Iudith. 7. 12. *omnes simul vna voce dixerunt.* Græci *voce magnâ* sicut & postea v. 18. & *cap.* 15. 11. *bene dixerunt eam omnes vnâ voce.* Græcè est ὁμοθυμαδὸν *vnanimiter.*

Tertiò dicitur *beis echad*, quod ad verbum sonat *quasi vir vnus*, vt sæpe noster reddit, *Iudith.* 20. *ver.* 1. *pariter congregati, quasi vir vnus.* vbi etiam LXX. & Chaldæus retinent Hebraismum. ibid. *v.* 8. *omnis populus quasi vnius hominis sermone respõdit.* & v. 11. *conueniique vniuersus Israël, quasi homo vnus eadẽ mente, vnóque concilio*, egregiâ paraphrasi, vbi Lxx. dũtaxat ὡς ἀνήρ. sicut vir. Chaldæus, sicut vir vnus æquales. *Num.* 14. 15. *quòd occideris tantam multitudinem quasi vnum hominem*, omnes simul ad vnum. 1. *Esdr.* 2. 64. *Omnis multitudo quasi vir vnus.* & *c.* 3. *v.* 1. & 9. & 2. *Esdr.* 7. 66. & *Iud.* 6. 3. cùm *percussérimus eos omnes sicut hominem vnum.* omnes nullo dempto.

Quasi vir vnus.

Quartò reperias versum *vno animo.* Iud. 1. 11. *qui omnes vno animo cõtradixerunt.* expressit Græcum illud ὁμοθυμαδὸν: cùm tamen ibi sit Hebraismus, ὡς ἀνὴρ εἷς. *quasi vir vnus.*

Vno animo.

Sextum est, conuenire in vnum. *Psal.* 47. 5. *reges terræ congregati sunt, conuenerunt in vnum.* simul vt ex cõpacto ad eam obsidendam copias iunxerunt.

Conuenire in vnũ.

Septimum, *consilium facere in vnum.* Psalm. 70. 10. *Qui custodiebant animam meã consilium fecerunt in vnũ.* Qui me obseruabãt vt perderent, simul consilium inierunt.

Consiliũ facere in vnum.

Octauum, *habitare in vnum.* Ps. 132. 1. *Ecce quàm bonum & iucundum, habitare fratres in vnum.* concordi animo simul degere.

Habitare in vnum.

Nonum, *cor vnum & via vna*, vbi *Spiritus* pro mente; *via* pro fide vel studiis & instituto: vt sit, idem velle, sentire, sapere, studere. *Ierem.* 32. 39. & *dabo eis cor vnum & viam vnam.* vt idem ament & credant. *Ezech.* 11. 19. *dabo illis cor vnum.* factum hoc post Spiritûs Sancti descensum

Cor vnum & via vna.

scensum, quando vt scribit B. Lucas Act. 4. 32. *multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna.* indicatur summa charitas & vinculũ arctissimum beneuolentiæ.

Humero vno. Decimum, *Sophon. 3. 9. seruient ei quasi humero vno.* LXX. *sub vno iugo.* vnanimiter sub iugo dulci IESV: vni legi, in vnâ Ecclesiâ & vnicâ fide.

Vnus populus. Vndecimum, *vnus populus.* habes 1. Mach. 1. 43. *Scripsit rex Antiochus omni regno suo, vt esset populus vnus, & relinqueret vnusquisque legẽ suam.* vt idem crederent, eosdẽ Deos colerent, iisdem ritibus & castris vterentur. vides in quo posita sit vnio in vinculum reipub. nempe in vnâ fide. Quæ ergo spes regnis esse potest, vbi quot capita, tot fides? Benedictus Deus, quòd vnus adhuc in Hispaniâ populus sumus: sumus, facô Deus, semper simus.

Omnes vnum. Denique sensus idem CHRISTI verborum *Ioan. 17. 21 vt omnes vnũ sint.* & v. 23. *vt sint consummati in vnũ*, perfectè, cõcordes & vnanimes, quasi forent essentiâ vnus homo, vnicâ præditus anima, mẽte, corde.

ADAGIALIA SACRA EX LIBRO IVDICVM.

ADAG. CLIV.

EX CAP. I. VERS. VII.

Sicut feci, ita reddidit mihi Deus. *Sicut feci, ita reddidit mihi Deus:* Item, *Adonibezec talio.*

ADONIBEZEC regẽ captum à Iosue eo supplicio multatum, quo solebat ipse victos à se crudeliter plectere, tradit Historia diuina his verbis, *Quem comprehenderũt, cæsis summitatibus manum eius ac pedũ* (Hebr. pollicibus) *Dixitque Adonibezec: Septuaginta reges amputatis manuum ac pedũ summitatibus colligebant sub mensâ meâ ciborum reliquias: sicut feci, ita reddidit mihi Deus.* Hoc nobis ab ipsâ naturâ quodammodo insitum dictamen, diuinis & humanis legibus semper sancitum, & hominum iustissimorum praxi confirmatum fuit: *Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris;* &, vt ait S. Orientius; *in Monitis;*

Lex naturæ diuinitus sancita. Orientius.

Proximus vt tibi sit, sic velut ipse tibi es.
Nosco salutiferam mansuro munere legem.
Vno qua cunctis prospicit officio.

& post aliquot versus:

Hinc venit illa placens meritò sententia, nec lens
Humanum parili conditione genus.
Nec facias aliis, quicquid fieri tibi non vis;
Idq; aliis facias, quod tibi vis fieri.

Hoc iure recepta talionis lex, & in veteri testamento disertè decreta, de qua idem poëta Iberus;

Talionis lex.

Hinc fuit vt Dominus primâ sub lege iuberet,
Pensari paribus crimina supplicijs.

Pro

Pro damno damnum, vulnus pro vulnere, dentem

Pro dente, atque lui lumina luminibus.

Nec minùs, vt propriam sub iudice redderet audax,

Alterius cuperet qui rapuisse animam.

Talione ergo punitus tyrannus iste. quod fecerunt (nisi poëtæ finxerunt) in Busyri, & Diomede Hercules (Seneca in Furente & Oetęo) in Sinni Theseus (docui notis in Claudiani lib. 2. in Ruffin.) Relata lex in tabulas decẽuirales, & Rhadamanto iudici inferorum eã tribuit Seneca, post Aristotelem lib. 5. Ethic. Nicomach. & ornat veteri versu:

Seneca.

Claudian.
Aristoteles.
Lex Rhadamanti.

εἶκε παθοι τὰ χ' ἕρεξε, δίκη ἰθεῖα γένετο.

Si quod quis fecit, patitur, iustissima lex est.

Seneca sic describit apud inferos;

Quod quisque fecit patitur: authorem scelus

Repetit: suoq; premitur exemplo nocens.

Æschylus:

δράσαντι γάρ τοι καὶ παθεῖν ἐφύλεται.

Perpetranti expedit pati quod fecerit.

Et alius quidam,

εἰ δεινὰ ἔδρασας, δεινὰ καὶ παθεῖν σὲ δεῖ.

Si dura faxis, dura te pati decet.

Matth. 7. 12. *Omnia quæ vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis.* vbi dicenda plura. Pausanias in Messeniacis author est veteres adagialiter dixisse *Neoptolemicam vindictam*, Νεοπτολέμειον τίσιν, quando quod quis in alios fecit, idem ipse patitur, & natum à Neoptolemo Achillis filio, qui sicut Priamum apud Iouis aram occiderat, sic ipse Delphis ab Oreste apud Apollinis aram cæsus occubuit. Sic licebit vsurpemus ex hoc capite *Talionẽ Adonibezec.* Cur minùs quã *Termerium malum?* de quo verbà Plutarchi adscribam nostro instituto aptissima: de Theseo, in eius vitâ; scribit Damasten Procrusten dictũ interemptum à Theseo, compulsum vt lectis se coæquaret, sicut hospites ille compellere solebat: Herculeis vsum exemplis: qui quibus ipse petebatur insidiis, iisdem pœnas ab inuasoribus exigebat: inter quos Termerum capite contrito interemit, ἀφ' οὗ δὴ καὶ τὸ Τερμέρειον κακὸν ὀνομασθῆναι λέγουσι παίων γὰρ (ὡς ἔοικε) καφαλῇ τοὺς ἐντυγχάνοντας ὁ Τέρμερος ἀπέκλυεν. οὕτω δὴ κἀ Θησεὺς κολάζων τοὺς πονηροὺς ἐπεξῆλθεν, οἷς μὲν ἐβιάζοντο τοὺς ἄλλους, ὑπ' ἐκείνοις καταβιαζόμενος, ἐν οἷς τοῖς τρόποις τοὺς ἑαυτῶν ἀδικίας τὰ δίκαια παρέχοντας. *à quo Termerium malum ferunt dictum. Quippe feriens capite obuios Termerus necabat. Itidem puniebat Theseus improbos, vlciscebatúrque eos eadem vi, qua alios illi, opprimens, ad modum suæ improbitatis iustas pœnas pendentes.* Sic etiam possemus eodem sensu vsurpare *Adonibezec malum.* & ex Historiâ Esther. 7. 10. *patibulum Aman.* vide adagio Psal. 71. 3.

Neoptolemi vindicta.

Adonibezec talio.

Plutarch. in Theseo.

Termerium malum.

EX CAP. V. VERS. XXXI.

ADAG. CLV.

Sicut Sol in ortu suo splendet.

DEBBORA & Barrach in epinicio benedicentes Deum diligentibus orant, vt rutilent *sicut sol in ortu suo splendet*: vt sint ait fons בצאת השמש בגבורתו *keseith hasemes begburatho.* Arias vertit, *secundùm exire solis in sua fortitudine.* Vatablus, *sint sicut sol cùm oritur in fortitudine*

Sicut Sol Oriens splendet, rutilare.

fortitudine suâ. Sic etiam Chaldæus & LXX. καθὼς ἀνατολὴ ἡλίου ἐν δυναστείᾳ αὐτοῦ. noster more suo quæ sit hæc fortitudo seu potentatus solis orientis optimè exposuit, *sicut sol in suo ortu splendet, ita rutilent.* hoc est sicut solis Orientis splendor augetur, fitque rutilantior semper, *donec crescat in perfectum diem*, nempe meridiano tempore: sic eant iusti de splendore in splendorem. Sacri libri solent Soli iustos adagialiter comparare: quia glisscente eorum virtute, crescit etiam gloria; quo fortiores & robustiores animo, hoc etiam gloriosiores & micantiores in cœlestium oculis efficiuntur, & eorum iubare, vel vt Phœbeis radiis, alij illustrantur, & ad veram pietatem incenduntur. *Psal.* 88. 37. *Thronus eius, sicut sol in conspectu meo*, æternum fulgens. loquitur enim de CHRISTO eiúsque regno, quod est Ecclesia, de qua *Cant.* 6. 9. *Electa vt Sol:* præcessit, *pulchra vt Luna*, quod apud Dauidem sequebatur, *& sicut luna perfecta in æternum.* Sed creberrimè Salomonis imitator Siracides, vt *Ecclesiast.cap.* 17. 16. *Omnia opera illorum velut Sol in conspectu Dei.* tam libenter illa videt, sicut solem videmus; gratissimus ei illorum aspectus. & *cap.* 26. 21. *Sicut Sol oriens mundo in altissimis Dei, sic mulieris bona species in ornamentum domus eius.* & de Oniâ. 50. 7. *quasi sol refulgens, sic ille effulsit in domo Dei.* CHRISTVS à Malachia vocatur, *Sol iustitiæ*, Malach. 4. 2. & ipse de membris suis dixit, *Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum.* Matth. 13. 43. *facies eius sicut Sol lucet in conspectu suo*, inquit Ioannes *Apocal.* 1. 16. Hebraismum nostri Historici, nempe Samuelis, seruans adspectu ad hunc, nisi fallor, locum. Omisit autem illud de exortu solis, quia CHRISTVM iam glorioſum comparabat soli merediano, quo tempore fulgentior, & fortior est quàm oriens vel occidens. *In merediano exurit terram, & in conspectu ardoris eius quis poterit sustinere? Fornacem custodiens in operibus ardoris: tripliciter sol exurens montes, radios igneos exsufflans, & refulgens radiis suis obcæcat oculos.* Eccli. 43. 3. Barach verò & Debbora de iustis adhuc viatoribus locuti, quorum fulgor nondum perfectus crescit. Solis nascentis comparatione vsi quoque poëtæ, vt Q. Catullus.

Cõciliatæ versiones.

Iusti similes Soli.

Catullus.

Constiterant solem exorientem fortè salutans,
Cùm subitò à lauâ Roscius exoritur.
Pace mihi liceat cælestes dicere vestrâ,
Mortalis visus pulchrior esse Deo.

Pessimis tamen oculis Roscium fuisse addit Cicero; ego peioribus Catullum qui mente cæcus tum fuit. Arias Montanus interpretatur adagium de sole cùm totius anni aspectu in auge suo altissimus est: sed non conuenit nostræ versioni.

EX CAP. VI. VER. XVI. ADAG. CLVI.

Quasi vnum virum.

Quasi vnus vir.

EXPLICVI superiùs adagio 153.

ADAG. CLVII.

EX CAP. VIII. VER. II.

Nónne melior est racemus Ephraim vindemiis Abiezer?

Melior racemus Ephraim, vindemiis Abiezer

QVANDO (vt ait ille) myricis cupressos, vel contrà, parua cum magnis volumus componere, & rẽ vnam deprimentes alteram magis extollere, licet nobis cum Gedeone dicere הלא טוב עלולית אפרים מבציר אביעזר *Halo Tob Halloth Ephraim Mibsir Abiezer*, seu vt vertunt Lxx. racematio melior vindemiâ. οὐχὶ κρείττων ὀπωφυλλιὰς ἐφραὶμ ἢ τρυγητὸς ἀβιέζερ; postponit Gedeon victoriam suâ victoriæ Ephraëmitarum. & suam quidem, quia prior fuerat, vocat vindemiam, illorum racemationem: quia licèt ipse in prælio longè plures occidisset, tamen, vt vindemiantibus nonnunquam contingit optimum aliquem botrum ignaros præterire; qui (vt Tertullianus loquitur) manet post vindemiam superstes racematio: & sicut post demessionem collectionémque manipulorum sæpè spicum aliquod melius in agro reliquum cedit spicilegium facienti: ita vt molli responso placet efferatos, ait sibi accidisse. suam enim falcem latuisse maximum botrum, qui totâ vindemiâ melior esset. Reges namque effugisse, quos ipsi occiderunt; se vilem tantùm plebeculam iugulasse. Ideo illis palmam se concedere. Eodem ferè sensu dixit Debbora sup. *Ind. cap. 4. 9. in hac vice victoria non reputabitur tibi, quia in manu mulieris tradetur Sisara.* licèt tu hostium multitudinem vincas & profliges, hostium tamen Imperator euadet, & à Iahele perimetur. ideo cõfecti belli gloria penes illam stabit. melior futurus racemus Iahel; vindemiâ Barach. sic ergo explico sententiam communiorem, Chaldæi, Lyrani, Abulẽsis, Caietani & Vatabli volentium comparari victoriam victoriæ, & adddo posse capi racemum pro racematione. Procopium Græcum in Octateuchum non potui nanciscì: Latina versio talis est; ὀπωφυλλιάδες *parui botri sunt, qui ob parunitatem vindemiantes latent: quibus se ipsum cum suâ tribu modestè comparauit: vna verò tribũ Ephraim, quæ strinxerit multos.* ita Clauserus vertit: Hæc Procopij fauent aliis, qui volunt tribum cum tribu conferri, seu potiùs familiam cum familia, quasi dicat paucæ personæ de Ephraim meliores sunt tota familia Abiëzer. hanc etiam posuit Abulensis. sed præcedens melior est. nam hîc non de nobilitate, sed de victoriâ iurgium erat. Potest tamen vsus adagij esse in comparatione generis & gentis: qualis est adagio apud Strabonẽ lib. 6. Geor. Κρετονιατῶν ὁ ἔχατος, πρῶτος τῶν ἄλλων Ἑλλήνων. *Crotoniatarum vltimus, cæterorũ Græcorum primus.* nec valdè dissimile dictum Plinij lib. 18. *Histor. cap.* 11. Plus apud Campanos vnguenti, quàm apud alios olei fieri.

Chaldæus. Lyranus Abulẽsis. Caietan. Vatablus. Procopij locus.

ὀπωφυλλιάδες. II. Sententia.

Abulẽsis.

Strabo.

Plinius.

Tertia sententia est Ariæ Montani ex significatione vocis עלולות tradentis posse etiam dici de opibus & copiis, item de conatu, cogitationibus, & consiliis. itaque licebit vti, quando quis indicaret vno loco plus valere ingenio & maturitate pueros, quàm alibi senes. III. Sententia.

EX

ADAG. CLVIII.

EX CAP. XII. VER. III.

Ponere animam suam in manibus suis.

Ponere animā suā in manibus suis.

INIQVE secum expostulantibus Iephthe respondet, *posui animam meam in manibus meis*, siue de verbo, *in volâ meâ*, ואשמה נפשי בכפי *vaasimah naphsi becaphi*. Lxx. sicut noster. Chaldæus, *tradidi animam meam vt occideretur*. Hispani clarissimè exprimunt Hebraismum, *tomè mi alma en mi palma*: Occurrit adagium etiam alibi 1. *Reg.* 19. 5. de Dauide, Ionathas *posuit animam suam in manu sua, & percussit Philistæum*. Iob. 13. 14. *& animam meam porto in manibus meis*. 1. Reg. 28. 21. ait Pythonissa *posui animam meam in manu mea*. Psal. 118. 109. *Anima mea in manibus meis semper*. Apud Athenæum *lib.* 13. Xenarchus ait; ἐν τῇ χειρὶ τὴν ψυχὴν ἔχοντα. *in manu animam habentem*. Obscuram phrasim Hebrææ linguæ imperitis obscuriorem reddiderunt corrupta quædam Græca psalteria: apud Dauidem exhibentia, σοῦ in *manibus tuis*; quam secuti SS. Basilius, Hilar. Theodoret. Apollinarius in Metaphrasi, Ambrosius, Augustinus, Prosper, Cassiodorus, & recepta extat in codicibus Vaticanis, Regiis, Complutensi. Aldinis, & in psalteriis Romano, Arabico & Æthiopico. Pauciores codices habēt μοῦ, in manibus meis; quæ lectio tamen videtur præferēda. primò quia D. Hieronymus *epist. ad Sunniam. quæ est* 135. harum rērum diligentissimus, planè credidit codices mendosos in quibus habetur σοῦ, & vult Lxx. vertisse μοῦ, sicut fecerunt Aquila, Symmachus, Theodotion, & Quincta editio. Secundò, quia Patres plerique contrarium tenentes tantùm ideo fecerūt, quia quid esset portare animam suam in manu sua non assequebantur, vt de se fatetur S. Augustinus ad d. v. 109. Tertiò quia Hebraicè est *meis*; & ita reddit Paraphrast. Chaldæus. Quartò quia nostra psalmorū editio, quam Ecclesia retinet, est iuxta versionem Lxx. ergo sic legit Ecclesia secundùm Lxx. quemadmodum nostra versio habet. nostra verò versio Latina semper habuit *meis*. sic enim legerunt Patres Latini, qui nostram vulgatam ex professo interpretati sunt omnes, Beda, Remigius, Bruno, Haymo, Richardus, & Arnobius; qui testatur Græcos ita canere. Denique quia similia sacræ Scripturæ loca, quæ laudaui, hanc lectionem confirmant.

Xenarchus.

De lectione vera in Psalm. d v. 109.

Basilius. Hilar. Theodor. Ambros. Apollinarius. Augustin. Prosper. Cassiodor.

Hieronymus.

Sed quid est *in manu mea*, vel *in manibus meis*? valdè se torquēt plerique: sed Pineda noster in Iob pensiculatè aliquot opionum meminit, vt Eugubini qui vult animam pro corpore poni, & esse idem quod lacero carnes meas. Verùm attendit tantùm ad locum Iobi: II. est S. Augustini, qui exponit se vitæ suæ errata non silere, sed ea quasi in manum omnibus inspicienda gestitare. III. Olympiodori vitam meam pignori oppono, nisi vera sim locutus. IV. Varlenij. animam meam, vt rem pretiosissimam & charissimam, sollicitè custodio. nec ausim vlli credere, ideo securitatis causâ in manu meâ charissam porto. Non multùm abit à Varlenio Roa noster, *lib.* 1. *singular. cap.* 18. qui vult his verbis periculi curam solicitudinemque significari. quasi dicat, statui apud me certamen mihi esse de vitâ, nec minùs quàm de eâ dimican-

Explicata Phrasis.

I Sentēt. Eugubini.

II. S Augustin.

III. Olympiodori.

IV. Varlenij.

Roa.

Virgilius. dum sicut ait Maro----

nec enim lenia aut ludicra petuntur
Præmia: sed Turni de vitâ & sanguine certant.

Probat. quia Latinis habere in manu, aut inter manus, idem est quod tractare, diligenter videre, versare, aut incumbere in rem, quę mihi minimè probantur. Vitæ curam nemo nō gerit maximam, & pro eâ se cuivis discrimini, etiam ignauissimus quisque opponit: nec eam sollicitudinem nisi stolidus aut impudens alteri queat imputare: quod tamen Iephthe, Ionathas, & Pythonissa faciunt. Deinde parœmiæ vera interpretatio, nō ex Latini, sed ex Hebræi sermonis proprietate petenda fuit; non ex profanis, sed sacris literis eruenda, & ea quidem præferenda quæ locis omnibus æquè conueniret: cuius contrarium licet cernere in prędictis omnibus explicationibus: vt etiam in aliâ S. Remigij & quorumdam veterum. Semper sollicitus fui de profectu animæ meæ. Item, Animam meam tibi semper per opera mea manifestaui. Tropologica sunt ista. Paulò propiùs Roa accedit interpretando; Intellexi vitam meam non aliunde, quàm ex me ipso manúque meâ pendere. propè accessit, quia aduertit de periculo agi: non pertigit tamen ad metam, quia deflexit ad custodiam & sollicitudinem sui.

V. & VI. Remigij.

VII. Roa.

VIII.

Vera. Simplicissima & verissima est expositio, quæ antiquissima & communior Paraphrastæ Chaldæi ad d. v. 109. *anima mea periclitatur ac si in superficie manus meæ esset.* S. Hieronymi; d. loco; *Quotidie periclitor, & quasi in manibus meis sanguinem meum porto.* In catena Græca Apollinarius exponit, Δαυὶδ κινδυνεύων, cùm *Dauid periclitaretur.* eadem mens Polychronij *in Iob.* & ibi secuti, Cyprianus, Stunica, Pineda *in Iob.* Genebrardus & Agellius *in psalmos*, hîc verò Liranus, Abulēsis, Carthusianus, Caietanus, Vatablus, Sa, & Montanus. Conuenit locis omnibus: nam omnibus affirmatur dumtaxat, iacta vitæ alea, Hispan. *puso la vida al tablero.* Iephthe dicit se populi in libertatem vindicandi causâ caput suum aperto mortis discrimini obiecisse. Idem de Dauide asserit Ionathas. Ipse Dauid ait se in acie gladij positum, & morte ante oculos obuersante, legis diuinæ non immemorem fuisse. Pythonissa eodem tendit, nam inquit se, vt morem Sauli gereret, non veritam facere, quod morte vindicandum Saul sanciuerat. Vnde verò nata locutio? vult Caietanus, inde quòd manu pugnemus. Remotè valdè, meliùs alij, quòd qui pecuniam manu per intuta viarum deferunt, facilè illam perdant casu, culpâ, vel vi alienâ. Quòd denique Auendanus in *d. Ps.* 118. id retulit etiam ad ærumnas & afflictiones: cæteris sacræ Scripturæ locis non quadrat; & merè accommodatitium est.

Polychronius, & recentiores. Cyprianus. Cister. Stunica. Pineda. Genebrardus. Agellius. Lyranus. Abulensis. Carthus. Caietanus. Montanus. Sa. Caietanus.

Auendanus.

EX CAP. XIV. VER. XIV.

ADAG. CLIX.

De comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo.

De comedente cibus exiuit, & de forti egressa est dulcedo. Procopius.

HOc ænigma Samsonis, quomodo historicè intelligendū sit, notissimum est; vel ex Procopio hîc; *Fertur quemnus leonem vinum, os habere fœtidissimum: adeò vt dictu sit mirificum, in ore fœtido mel repertum dulcissimum*: hoc ait, quia vix fit, vt quod odoris mali, saporis sit suauis. hinc elicio vsum adagialem: quando

quando beneficium accipimus à tyrannis, ab auaris pecuniâ, probum ab improbis consilium, & à sæuis ac morosis mitia aut lenia verba. Sunt similia adynatis quibusdam, *lupus ouem docuit, mare vitem gignit, tribuli ficus, spinæ vuas proferunt.* D. Ambrosius & D. Augustinus mysticè interpretantes elegantem quoque vsum alium subindicant.

II. Vsus. S. Ambrosius lib. de *Eliâ & ieiunio* sic scribit *cap.* 11. *Nemo amaritudinem præoptet dulciora. Dulcis voluptas videtur, amarum ieiunium: hoc amaro illud dulce tollitur. Solent amara etiam ipsis plus prodesse corporibus. Sicut enim cùm in intimis puerorũ visceribus vermes ex cibi indigestione nascuntur, exstingui non queunt, nisi cùm amarior potus infunditur, aut medicamentorũ vis inolescit asperior, quorum odore moriantur: ita profundũ animæ vitium ingressa ieiunij, culpam latentem interficit. Quid Esau seruum fratri suo fecit? nonne esca ad horam dulcis, amara in posterum? Quid Iacob Dominum fratri dedit? nónne cõtemptus cibi ad tempus amarior, sed salubris in reliquum? Ipsa corpora dulcibus frequenter inflantur, & melle iecur tenditur, idem tamen esca amaritudine temperatur. Ideo nõ mediocris, sed laudata quæstio:* De manducante exiuit esca, & de forti dulcedo. *Alij habent*, & de tristi dulce, *Græci codices maximè. Sed & fortè laboriosum est. Exit enim dulce de tristitiâ vel labore.* Igitur iuxta Senecæ. S. Ambrosium huic dicto locus, quando ad virtutem stimulamus, Augustin. dicendo eius radicem amaram, fructus esse dulces: ex spinis rosas, & thyrso fœtido lilia nasci. Cuius contrarium occurrit in *Apocal.* 10. 9. *Accipe librum & deuora illum, & faciet amaricari ventrem tuum: sed in ore tuo erit dulce tanquam mel.* Initio erit melleus, postea felleus. Tales sunt carnis & mundi voluptates.

Tertiò poterimus hoc dicere, III. Vsus quando aliquis victor ex persecutionibus & ærumnis emersit. Nam *vincenti datur manna absconditum: & quod fuit durum pati, meminisse dulce est*, vt docui pluribus Aduersariis & commentar. in Senecæ Herculem Furentem: atque hoc nobis insinuat allegorica expositio D. Augustini *serm.* 108. *de tempore*, ita perscripta; *Quæstio ipsa quæ continet*, De edente exiuit cibus, & de forti est egressa dulcedo, *quid aliud significat quàm* CHRISTVM *à mortuis resurgentem*? De edente *vtique, id est de morte, quæ cuncta deuorat atque consumit*, exiuit cibus, *ille qui dixit*; Ego sum panis viuus, qui de cælo descẽdi; *quem humana exacerbauit iniquitas, eique aceti & fellis amaritudinem propinauit: atque ab eo plebs gentium vitæ dulcedinẽ conuersa suscepit: & sic de mortui leonis ore, id est de* CHRISTI *morte, qui accubans dormiuit vt leo*, apum, *id est, Christianorum, processit examen.*

EX EODEM CAP. VER. XVIII. ADAG. CLX.

Dulcius melle.

VT ex ore leonis apũ examen, sic ex æno Samsonis ternio dulcium adagiorum egreditur. En vnum: *Dulcius melle*, de re vehementer suaui & iucundâ. Dauid de iudiciis Dei *Psal.* 18. 11. *Dulciora super mel & fauum.* Psal. 118. 103. *Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo!* Et Sapiẽtia de se prædicat, *Spiritus enim meus super mel dulcis, & hæreditas mea super mel & fauum.* Eccles. 1. 24. 27. alibi; *erit in ore tuo dulce tanquam mel, Apocal.* 10. 9. Sic Virgilius, Virgilius.

Fauo mihi dulcior Hybla.

Melle dulcius.

ADA. CLXI.

IBIDEM.

Leone fortior.

Fortior leone.

EN secundum adagium, exstans etiam 2. *Reg.* 1. 23. *Aquilis velociores, leonibus fortiores.* Prouerbij causa redditur à Salomone *Prouer.* 30. 30. *Leo fortissimus bestiarum, ad nullius pauebit incursum.* Hinc enim fit vt viros fortes leonum appellatione donemus, & leo sit symbolū
Pierius. fortitudinis. Lege Pierium *lib.* 1. *Hieroglyph.*

ADAG. CLXII.

IBIDEM.

Arare in vitulâ alienâ.

Arare in vitulâ alienâ.

HOc tertium Samson suppeditat responso suo elegantissimo Hebraicè disticho, Coriambico, homœoptoto & homœoteleuto, ferè isocolo,

לולא הרשתם בעגלתי

Lule HARASTHEM BEHEGLATHI

לא מצאתם חידתי

Lo MESATHEM HIDATHI.

Arias Mōtanus. Quod veteri Hispanicâ dialecto fœliciter Montanus reddidit.

Si con mi novilla non labraras,
Mi cosico silla non fallaras.

Nec Græcus, nec Latinus sermo rythmicam elegantiam fuit assecutus: sententiam probè noster reddidit; *Si non arassetis in vitulâ meâ, non inuenissetis propositionem*
Vera explicatio. *meam.* Aculeus & sal dicti positus in voce הרש *Haras*, quæ significat meditari, excogitare, rimari, & etiam arare; quia vomere quodāmodo terram scrutamur. Volebant Philistæi videri sedula tot dierum cogitatione & studio assecuti sensum ænigmatis, ludit Samson in voce הרש & transfert ad rem rusticam, & simul illos perfidiæ latenter insimulat, & vxoris suæ petulantiam & futilitatem indicat, & ideo aptissimè vitulam vocat. Non vestra (inquit) industriâ, sed muliebri dolo & leuitate assecuti fuistis animi mei sententiam. Nisi ego blanditiis euictus ipsi, & illa vobis prodidisset, numquam ænigma intellexissetis. Nunc illa quasi vitulâ vsi estis, ad sulcandum secreta pectoris mei, per illam velut aratro, quod in imo latebat, eruistis. Hoc totum disertissimè, sicut solet S. Ambrosius expressit epist. S. Ambrosius. Lxx. ad Vigilium, verba sunt: *Qui cùm enodare implexa, & distinguere ambigua nequirent, mulierem eius partim minis exagitando, partim fatigando precibus eò impulerunt, vt à viro posceret quæstionis eius absolutionē, insigne futuram coniugalis gratiæ in mercedem amoris. At ea seu animi territa, seu muliebri ingenio inflexa, veluti pio quæstu maritalis odij dolorem prætexere cœpit: quòd secretū viri, consortis totius vitæ, & consocia non comperisset: similisq; cæteris habita foret, cui arcanum viri proprij non crederetur.* En quo vomere illa pectus mariti arauit, lacrymis, verbis, tædio, habes v. 16. ipsorum verò aratio, preces & minæ; quibus muliebrem animum perculerunt: *Si facere nolueris, incendemus te, & domum patris tui. An idcirco vocastis nos ad nuptias, vt spoliaretis? v.* 15. Sic dici possunt arasse in ipsâ iuuencâ, si velis, *in*, propriè capere: sic etiam simul cum ipsa, sumendo *in* pro *cum*: ararunt pectus Samsonis, vsi muliebri astu. Sicut enim arando pars cespitis quæ delitescebat, eruitur, & in superficiem terræ sublata,

ta,

ta, oculis omnium conſpicua exhibetur: ſic iſti muliebri vſi pellaciâ, quod in cordis Samſonis penetralibus latebat, arcanum eruerunt. Sic *aranda* vox pro laborandi ponitur. *Prou.*20.4. *Propter frigus piger arare noluit.* Mich.3.18. & Ierem. 26.18. *Sion quaſi ager arabitur.* Si contendas his locis propriè ſumi, non pertendo contrà: ſed ecce iſta: *Oſeæ* 10. 12. *Aſcendã ſuper Ephaim, arabit Iudas, confringet ſibi ſulcos Iacob.* tropicè namque dicta, vt quod ſequitur, *v.*13. *Araſtis impietatem, iniquitatem meſſuiſtis.* magno labore & ſtudio operati eſtis iniqua. Hic Lxx. habent; *niſi domuiſſetis vitulam meam*; niſi minis illam coëgiſſetis, & precibus flexiſſetis. Chaldæus clariſſimè, *niſi inueſtigaſſetis in vxore meâ*: Sic accipiunt Lyran. Abulenſ. Chartuſia. Montã. Vatablus, Sa; quos ſequor, & aliorum (quos Roa noſter ſecutus, *lib.* 3. *ſingul. cap.* 13.) commentum de adulterio repudio. Nihil hîc obſcœni imaginandum. Poteſt, & verò debet *aratio* honeſtè intelligi. Nihil neceſſe vel ad Lucretij vomerem ſulcúmve, vel ad Plautinum fundum alienum reſpicere, *vitulam* vocat, eſto: meretricum nomina fuere vitula, iuuenca, vacca. Fuere profanis ſcriptoribus. Hîc non eſt locus. Arandi vox etiam inter obſcœnas; quæ hîc poſita. Sit alibi obſcœna, non hoc loco. Quæſo an cum omnibus illa, quibus dictum, niſi araſſetis? quis auſam credat in feſto nuptiali, & penè in Samſonis mariti ſinu? Potiùs ergo *Vitulam* vocauit à iuuentâ, à muliebri leuitate & ſtoliditate; quaſi iunicem, non vaccam; quæ nondum pepererat, ac ne cognita quidem coniugi: Horatius virginem viro immaturam, vocat *inuencam:*

Circa virentis eſt animus tuæ
Campos iuuencæ. . .

Noſter potiùs *vitulam*, quia iam apta iugo, & Varrone teſte, *lib.*2. *de re ruſt.* quæ primum annum non expleuit vitula, eo expleto *iuuenca* dicitur; hæc autem erat in veſtibulo anni primi nuptiarum.

Ponit ipſiſſima reſponſionis verba. Vnde igitur author Scholaſticæ hiſtoriæ, *lib.* 3. *cap.*17. tradidit Samſonem reſpondiſſe, *Quid doloſius muliere?* an ex Ambroſio Sup. Qui refert, *Quid perfidioſius muliere?* quod à Ioſepho mutuatus *lib.*5. *cap.*13. *vbi*, εἰδὲ γυναικὸς ἄναξ τι δολερώτερον, ἢ τις ὑμῖν ἐκφέρει τὸν αἰνιγματισμὸν. *Nec muliere quicquam eſt doloſius, quæ vobis propalauit ænigma meũ.* Sed hi omnes non verba ipſa, verùm ſententiam verborum expoſuerunt.

Ex qua colligitur, nos vti hoc diſticho poſſe, quando volemus aliquem plagij accuſare: quòd non ſuo, ſed alieno ingenio aliqua fuerit adeptus. Item ſi quis per gratiam vxoris alienæ ad dignitatem, vel munus publicum ſubrepſerit.

Arare pro laborare.

Lxx.

Chaldæus. Lyran Abulenſ. Carthuſ. Vatablus Montan Sa. Roa.

Arare hîc non eſt obſcœnũ.

Vitula quid.

Horatius.

Iuuenca quid.

Pet. Comeſtor author hiſt. ſcholaſticæ.

Ambroſ.

Ioſephus.

Vſus.

EX CAP. XV. VER. IV.

ADAG. CLXIII.

Vulpes Samſonis incendiariæ.

Vulpes Samſonis.

ETſi nota ſit hiſtoria, quomodo Palæſtinorum dolos, dolosè aſſumpto animalculo vaferrimo Samſon vltus fuerit; nonnullum tamen operæpretium erit eam vobis D. Ambroſij verbis dare: *ſtimulo iniuriæ exulceratus* (inquit) *publicam excogitauit vltionẽ capeſſere, domeſtica contumeliæ indignatione: correptiſque vulpibus adultâ æſtate, cùm iam maturæ eſſent in agris frumenta,*

D. Ambr.

binas

binas sibi inuicem caudâ ad caudam ligauit: atque in medium earum ardentem inseruit facem, nodóque strinxit inexsolubili, & vltor iniuriæ super manipulos messis dimisit frumentarias, quam seuerant incolæ Philistinorum. At illa igitur exterritæ, quacumque præcipites conuoluebantur, spargebant incendium & exurebant spicas eorum. Sic ille *d. Epistol. ad Vigilium:* & est rei gestæ summa. Faces, siue titiones, ex materiâ ignem diu retinente; puta ex pinu, cupresso, iunipero, genistâ; motu ipso magis inflammabantur: erant insertæ vinculo seu loro, quo caudæ colligatæ, paulo longiore, vt vulpes quasi currum attraherent, & igne non amburerentur, sed calefierent, & exterrerentur. Ita velociùs & longiùs vagantes, segetes, vineta, & oliueta perdiderunt, fors & tandem seipsas. Aptissima parœmia de nostris hæreticis. Sententiis inter se dissident, capitibus diuersi, & sæpe aduersi (lege Stanislai Rescij Ministromachiam) caudis tamen colligantur, dolis & odio in Catholicam, vitiis quoque ac flagitiis conueniunt probè, & segetes CHRISTI, vno animo & ardore concremant. Potes etiam aliter vti ex D. Ambrosio, *in Psalm.* 118. *sermon.* 11. *in fine: Samson binas vulpes sibi nexuit, ad quarum caudas alligauit faces, & dimisit illas per messes allophyllorum: per hanc figuram significans quòd improbi ac fraudulenti homines, & maximè hæretici liberã linguam habeant ad latrandum, sed exitus impeditos: aut religiosa principia, finem verò fraudis suæ, incendio deputatum.* hoc ipsum ab Ambrosio didicerat S. Augustinus, & luculentiùs sibi exprimendum duxit hoc modo: *Videamus mysterium, ipse Samson quid fecerit consensit. Cepit enim vulpes, id est adulteratos sodales, de quibus dicitur in Canticis Canticorum,* Capite nobis vulpes parvulas exterminantes vineas. *Quid est capite? id est, comprehendite, conuincite, confutate, ne exterminẽtur Ecclesiastica vinea. Quid est aliud vulpes capere, nisi hæreticos diuinæ legis authoritate reuincere? & sanctarum Scripturarũ testimoniis velut quibusdam vinculis colligare atque cõstringere? Vulpes capit, ligatis caudis ignem apponit. Quid sibi volunt caudæ vulpium colligatæ? caudæ vulpium quid sunt, nisi posteriora hæreticorum; qui prima habent magna, & blanda, & deceptoria opera: posteriora ligata, id est damnata, & in ignem in fine trahentia, vt eorum fructus & actus consumant, qui suis seductionibus acquiescunt.* Sic ille *d. ser.* 108. *de temp.* pluribus egi, *in cap.* 2. *Cant. vers.* 15. illa his, & his illa poterunt coniungi. 2. Cãt. 15.

Vsus de Hæreticis. Stanislaus Rescius.

Vsus S. D. Ambr.

Augustin.

EX CAP. XV. VER. VIII. ADAG. CLXIIII.

Suram femori imponere.

VBi noster vertit, *percussitque eos ingenti plagâ, ita vt stupentes suram femori imponerent.* Hebræa de verbo tantùm exhibent, *& percussit eos coxâ super femur plagâ magnâ.* Vbi illud שוק על-ירך *Sok Hal-iarech*, satis ambiguum est & (vt notauit Caietanus) pro diuerso casu posset intelligi, vel de Samsone percutiente, vel de Philistæis percussis. שוק inquit (quod ipse vertit *tibiam*) *potest legi in casu accusatiuo, & sic significaret rem percussam: & potest legi in casu ablatiuo: & sic significaret instrumentũ percutiẽdi. Et quidẽ, si percussa res significatur, intelligũtur nomine* tibiæ *pedites, nomine coxæ, equites: quia illis super tibias, isti super crura sustinẽtur. hæc ei⁹ expositio est Chaldæi,* Suram femori imponere.

Caietan.

Chaldæi, vt max oſtendam, ac etiam Hugonis Cardinalis. Si verò inſtrumentum percutiendi intelligitur, mirabilis percutiendi modus ſignificatur, videlicet quòd pede percuſſerit femora eorum. Et hic ſenſus quadrat negotio. Nam iſti Paleſtini loquentes cum Samſone, venerant, vt Samſon agnita combuſtione ſoceri & vxoris facta ab eis, teſſaret à vindicta: nec erat multitudo magna, & propterea facilè potuit Samſon monſtrata iniuſtitia eorum, contra ipſos inſurgere pede percutiendo femora eorum, & fugientium poſteriores partes; vtraque enim partes ſignificantur dicendo ſuper coxam. Hæc Caietanus; non ex ſuâ pharetrâ, ſed Burgenſis, qui pro tibiâ calcem ponit, & ait hanc ſententiam fuiſſe veterum Hebræorum. Sed quorumcumque fuerit, omnino reiicienda eſt. Agitur enim de vltione quam Samſon ſumere decreuerat de omnibus Philiſtæis non de pauculis quibuſdam. Ridicula etiam vltio, calcibus tantùm petere, *acoçearlos*; quos perditos & adeò afflictos volebat, vt Iſraëli ampliùs non dominarentur. Præterea ſi hic ſenſus recipiatur, non caret falſitate verſio noſtra, quæ dicit plagâ magnâ percuſſos. Nec ſatisfacit, quod ait Caietanus, noſtrum ſibi interpretis (hoc eſt, paraphraſtæ) munus ſumpſiſſe. Nam ſi noſter fidus paraphraſtes fuit, malè Caietanus, Burgenſis & Rabbini illi interpretantur: ſi bene ipſi, noſter fidus interpres non fuit.

Burgēſis.

Rabbinorum.

I. Explicatio.

Nec magis probari poſſunt cæterorum Rabbinorū & ſequacium explicationes. Vna Dauidis Kāmjj, percuſſos à Samſone fugientes cadentéſque illiciſſe tibias ſuas femoribus ſuis. Alia, Samſonem eos ab armo vſque ad femur percuſſiſſe. Alia, tam femur quàm ſuram percuſſiſſe. Non quidem ſingulorum, ſed equitum fugientium femora, peditum verò fugientiū ſuras; quæ eſt expoſitio Chaldæi paraphraſtæ, & poſita quoque ab Abulenſi, ſed fuſiſſimè explicata ab Ariâ Montano, qui reddit Hiſpanicè, *dava en ellos quando arriua, quando abaxo, quando en pierna, quando en anca.* Fundantur omnes quia Hebraicè eſt עַל, quod aliquando & vel *tum* ſignificet: negat quidem hoc Abulenſis, ſed negare non oportuit. Reſpōdeo hoc loco meliùs verti *ſuper*: vt etiam verterunt Lxx. ἐπάταξεν αὐτὰς κνήμην ὅτι μηρὸν πληγὴν μεγάλην. *Percuſſit eos tibiam ſuper femur, plagam magnam.* Sic enim vertendum, non, *Circa femur*, & ſubaudiendum ex noſtro, percuſſit eos ita vt ponerent tibiam ſuper femur, cernentes plagam adeò vaſtam.

Chaldæi.

Montani.

עַל

Lxx. cum noſtro cōciliati.

Montanus putat noſtrâ verſione indicari habitū fugientiū; qui dum fugerēt, à tergo vulnerabātur, & in terrā procūbentes, ipſo caſu & impetu cogebātur crus plicare & furā ſuā femur ſuum contingere. Quod non placet. An quæſo omnes eodem modo procumbebant, omnes in tergo, nulli in fronte vulnerati? ſic potiùs concidunt, qui aduerſis vulneribus interimuntur. Denique tūc fruſtrà foret additum à noſtro illud, *ita vt ſtupentes*: quod re vera clauis eſt huius loci, & prudenter ideo fuit additum, & à Paulo Burgenſi reprehendi, à Caietano, & Ariâ deſeri non debuit.

Montanus.

Sequor ergo explicationē Lirani & Abulenſis. Solēt homines meditabundi & laſſiſſuram vnius pedis alterius femori ſedentes imponere: ſignificatur itaque adagio ſumpto ab hoc habitu (vt multa ſumi ſolent) ſtupor Philiſtæorum, qui manūs Samſonis euaſerant, & quibus narrarant cladis magnitudinem, vehemens admiratio & admiratio-

Vera explicatio. Lirani. Abulēſis.

II. Eorūdem.

III. Eorūdem.

IV. Eorūdem.

nem consecuta deliberatio meditabunda, quo se pacto vlciscerentur. Vidit hoc B. Augustinus, quem illi non citant, nam in locutionibus diserte monet, non indicari his verbis vllum certum vulneris locum, sed locutionem esse, quâ stupor indicatur, luculentiùs autē lib. Quæstionum *in Iudi. q.* 55. rem totam his verbis discussit: *Quid est quod dictum est, quòd* percussit alienigenas Samson tibiam super femur? *Quis enim habet tibiam super femur, cùm tibia deorsum versus non sit nisi à genu vsque ad talum? Deinde si locum corporis significauit, vbi eos vulnerauit, nũquidnam omnes quos percussit, in vno corporis loco fuerat vulneraturus? Quod si esset credibile, possemus forsitan suspicari eum pugnasse tibiâ alicuius animalis tanquam fuste, & eâ illos super femora percussisse: sicut de illo scriptum est, quòd maxilla asini mille occiderit. Sed neque illud, vt dixi, credibile est, quòd pugnans vnum tantùm locum obseruauerit vbi eos percuteret. Et non ait scriptura* percussit eos tibiâ super femur; *sed* tibiam super femur. *Nimirum ergo inusitata locutio facit obscuritatem. Ita enim dictum est, ac si diceretur, percussisse eos valdè mirabiliter, id est, vt admirando stupentes, tibiam super femur ponerent: tibiam scilicet vnius pedis super femur alterius, sicut solent sedere, qui mirando stupent. Tamquam si diceretur: percussit eos manum ad maxillam: id est tantâ cede, vt manum ad maxillam tristi admiratione ponerent. Hunc sensum ita se habere etiam interpretatio, quæ est ex Hebræo, satis edocet: nam ita legitur:* Percussit eos ingenti plagâ, ita vt stupentes suram femori imponerent. *Tale est enim ac si diceret,* tibiam femori imponerent. *quoniam* sura *vtique retrorsus cum tibia est.* Hactenus D. Augustinus, defendens nostram versionem, & cum Lxx. concilians, & vtramque clarissimè elucidans. *Suram* quoque noster maluit dicere, quia re verâ hæc tibiæ pars femori proximè imponitur, femurque in hoc habitu attingit. quis nō malit de limpidâ lymphâ Augustini, quā de cloacis Iudæorū bibere?

August.

EX CAP. XVIII. VER. XIX. ADAG. CLXV.

Dignum (vel manum) *super os ponere.*

Digitum super os ponere. Iuuenal. Sigalion Ægyptius seu Harpocrates. Varro. Ausonius.

NIhil est aliud quā sibi silētium indicere, & tacere. Iuuenalis,

... *Digito compesce labellum.*

Hoc, digito sigillans os suum innuit Sigalionis, seu Harpocratis Ægyptij statua, apud Varronem *lib. 4. de linguâ Latinâ cap.* 10. Ausonius eò respicit *epist.* 12. *ad Paulin. Aut tua Sigalion Ægyptius oscula signet.*

Didicerant ex libris Hebræorum. *Iob.* 21. 5. *Superponite digitū ori vestro.* Silentiô me audite. & 29. 9. *Principes cessabant loqui, & digitum superponebant ori suo.* Idem est manum ori imponere. Iob. 39. *Qui leuiter locutus sum, respondere quid possum? manum meam ponam super os meum.* Tacebo deinceps. *Prou.* 30. 32. *Si enim intellexisset, ori suo imposuisset manū.* Sap 8. 12. *Sermocinante me plura, manus ori suo imponent.* Eccles. 5. 12. *Si est tibi intellectus, responde proximo: sin autem sit manus tua super os tuum, ne comprehendaris in verbo indisciplinato, & confundaris.* Miche. 7. 16. *Ponem manum super os, aures eorum surdæ erunt.*

Manum ori imponere.

EX CAP. XIX. VER. III. ADAG. CLXVI.

Loqui ad cor alicuius.

Loqui ad cor.

VBi noster ait, *volens reconciliari ei atque blandiri,* paraphrasticè explicuit Hebræam parœmiam

miam לדבר על-לבה *Ledaber Hallebab. Vt loqueretur ad cor eius*, vbi Chaldæus & Lxx. retinent Hebraismum. τῦ λαλῆσαι ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτῆς. Eodem modo noster interpretatur *Gen.* 34. 3. *tristémque delinisit blandicijs.* Vide ibi à me notata. Phrasis significat loqui verba delenifica, blandiri, & consolari; verba quæ audienti sint cordi. Sic *ad d.v.*3. Chaldæus, Hieronymus & Procopius. Idiotismum sæpè noster interpres *Ruth.* 2. 13. *Qui consolatus es me, & locutus es ad cor ancillæ tuæ.* Isai. 40. 2. *Loquimini ad cor Hierusalem.* Osee 2. 14. *Lactabo eam & ducam eam in solitudinem: & loquar ad cor eius.* Ioan. 11. 19. vbi noster, *Vt consolarentur eas de fratre suo.* Syriacè est, *vt loquerentur cum corde earum.* Latini dicerent, vt consolarentur eas allocutione.

Chaldæ⁹. Hieron. Procop.

EX CAP. XX. VER. I.

ADAG. CLXVII.

Quasi vir vnus.

REmitto te ad adag. 153. Non est, quod addatur.

Quasi vir vnus.

ADAGIALIA SACRA EX LIBRO RVTH.

ADAG. CLXVIII.

EX CAP. I. VER. XIII.

Manus Domini.

Manus Domini.

MAnum *Domini* trito sermone Hebræi vsurpant pro afflictione & plagâ vehementiore. Sic enim hîc Noëmi exilio, senio, paupertate & orbitate obruta dicit, *Egressa est manus Domini contra me* d.v.13. Chaldæus explicat (exiuit in me percussio ab ante Deum.) Sic *Iob.* 13. 21. *Manum tuam longè fac à me, & formido tua non me terreat.* Remoue seueram hanc vindictam, plagam tolle, cessetque vlcerum dolor, formido recedat vt valeam loqui. *Exo.* 3. 20. *Extendam manum meam, & percutiã Ægyptum.* Psal. 31. 4. *Quoniam die ac nocte grauata est super me manus tua.* Nullum interea leuamẽ dabas, semper grauiùs grauiúsque me flagellabas, *Isai.* 14. 26. *Et hæc est manus* (Dei) *extenta super vniuersas gentes.* Leuauit manum vt vniuersis gentibus plagas infligat. Nam sequitur v. 27. *Dominus enim exercituum decreuit, & quis poterit infirmare? & manus eius extenta, & quis auertet eam?* Flagellum vibrat, & quatit: quis auertet, vel extorquebit eî? Sensu eodem B. Paulus *ad Hebr.* 10. 31. *Horrendum est incidere in manus Dei viuentis.* Frequẽs etiam est illud, *Manus Domini tetigit nos*, vt 1. Reg. 6. 9. *Sciemus quia nequaquam manus eius tetigit nos.* Iob. 19. 21. *manus Domini tetigit me.* Certè his duobus locis non tam ius ad vindictam, quàm ipsam vindictam iam illatam & grassantem significari, meritò Pineda noster contendit. Auctoris singularium ingenio faueo, quòd non pauca egre-

Chaldæ⁹.

Extenta manus.

Manꝰ Dei tetigit.

Pineda.

Roa.

giè animaduertit; sed probare nequeo quod *lib.* 1. *cap.* 4. molitur, vt in profanis scriptoribus, sic in diuinis quoque voluminibus Dei manum ius illud significare. Vt enim illa duo testimonia prætermittam *d v.* 9. & *d.v.* 21. & *d.v.* 13. *& ver.* 4. alia sunt loca plurima id euicentia quod contendo: & plurima quidem apud Iobum, non pauca quoque apud alios: quædam delibabo. *Iob.* 1. 11. *Extende paululum manum tuam & tange cuncta quæ possidet.* Cedo, Sodes, an illic de iure, an de executione iuris & pœnâ actu inferendâ locutus? idem iudicium est *de cap.* 2. 5. *Mitte manum tuam, & tange os eius, & carnem.* Certè sequitur, quid postularit hostis, cùm percussit Iob vlcere pessimo à plantâ pedis vsque ad verticem eius. Quia Deus illi dixerat *in manu tuâ est.* Vnde vides quantum differat *manus*, cùm dicitur *est in manu tuâ*; & cùm dicitur, *mitte vel extende manum tuam.* cap. 4. 5. *Nunc autem venit super te plaga & defecisti; tetigit te, & conturbatus es.* quod hîc *plagam*, id alibi *manum* vocasse, non est dubitandum. Ipsa vox *tangendi* effectum, non ius ad effectum denotat, *Iob.* 5. 19. *Gen.* 32. *ver.* 25. & 32. *Exod.* 11. 1. *Iosue* 2. 19. 2. *Reg.* 5 8. & 14. 10. vbi *v.* 8. *tangere* est perstringere. *vers.* 10. *tangere* est affligere matrem, occidendo filiũ. 1. *Paral.* 16. 22. *vbi tangere* est quocumque modo vexare & affligere. *Sapient.* 18. 20. *tetigit* idem est quod multos occidit, reliquos occisura percussit. *Amos* 9. 5. *tangit terram*, hoc est, percutit plagâ. Hoc adhuc apertius est in Miche. 1. 9. *Desperata est plaga eius, quia venit vsque ad Iudam, tetigit portam populi mei vsque ad Ierusalem.* Hoc est omnes illos qui in portis Iudææ sedere soliti, interfecit: sic vocat optimates, iudices, principes. Denique *tangere pupillam oculi*, estne posse lædere, vel actu lædere conari? *Zachar.* 2. 8. Item 1. Ioann. 5. 18. *malignus non tanget eum*: quid est aliud, quàm non valebit eum necare vel sauciare? Planè nullum pro se adducit sacra Scriptura locum, quem non meliùs ex nostrâ sententiâ queas explicare. Interdum *manus Domini* in bonum sumitur, sed rarò. Vide Adag. CCXVII.

EX CAPITE II. VER. IV.

ADAG. CLXIX.

Dominus vobiscum.

Dominus vobiscũ.

NON sum à Musis tam alienus neque tam asinus (pace Hypolymæi) vt non bonis carminibus delecter; sed odi, fateor, mala. Non tam ratione grammaticâ mala, quàm sensu improba aut impia: huius sunt generis quæ quotidie prodeunt ex hæreticorum scholis; quæ cùm damnamus, vocamur in crimen reductæ barbariæ, expulsæ humanitatis, bonarum artium profligatarum. Fuit apud Batauos poëta (Manibus parco, non parco petulantiæ, in carmine adhuc superstiti) qui huic formulæ tam piæ, tam antiquæ, tam contestatæ sacris literis, non veritus fuit, famoso versu, oppedere dicam, an occinere? hoc libentiùs nunc tuebor. An vt adagium? Si formulæ bene precandi, in salutando & valedicendo Ethnicis vsurpatæ, vt *Saluete equorum filiæ Vale charum lumen. Valeat amicus cum inimico. Salue ac vale. Iussit longum valere*, & quæ talia his adnumerantur; cur in adagialem sensum non sinent referri, hanc faustam precationem, quam

Deus

Deus inſpirauit priſcis patriarchis; quam Angeli in vtroque teſtamento vſurparunt, quam tam ſedulâ curâ ſancta mater eccleſia conſeruauit? ſibilent angues, rumpantur rubetæ: nobis erit in ore, nobis in calamo, nobis in corde, *Dominus vobiſcum.* comtemno Bœotum, audio Boozum. vnus meſſorum, licèt ſegnis, vnus tamen ſum in ſegete Dominicâ. Non tam Archilochi iſti ſacrificuli (vt putabant) quàm ſacræ Scripturæ, quàm Boozo, quàm angelis inſultant. Manum Domini metuant, qui à Domini nuncijs manum non abſtinent. Ait ergo Boos Bethleemita meſſoribus *hoc v.4.* יהוה עמכם *Adonai himmachem, Dominus vobiſcum*, Lxx. κύριος μεθ' ὑμῶν. Chaldæus explicat, *ſit verbum Domini in auxilium veſtrum.* Et vt apud nos populus benedicenti Sacerdoti conſueuit reſpondere, ſic viciſſim meſſores, *benedicat tibi Dominus. Iebarecha* יהוה יברך *Iudic.6.12.* ait Angelus Gedeoni; *Dominus tecum virorum fortiſſime: Luc.1.28.* alter Angelus Deiparæ, *Aue gratia plena, Dominus tecũ*; quãquam hoc loco aliâ ſignificatione ſumendum, vt docebo in Gloſſa. Reſponſio quoque populi ex ſacrâ Scripturâ fuit petita. 2. *Time.* 4. in fi. *Dominus* IESVS CHRISTVS *cum ſpiritu tuo.* ab Angelis ergo, Apoſtolis, & Patriarchis hanc formulam accepimus: cur non eam libẽter vſurpemus? B. Clemens *lib.8. cap.12.* expreſſè vt ſancitum ab Apoſtolis tradit, Epiſcopus dicat, ἡ εἰρήνη τοῦ θεοῦ εἴη μετὰ πάντων ὑμῶν. *Pax Domini ſit cum omnibus vobis.* omnis autem populus reſpondeat, καὶ μετὰ τοῦ πνεύματός σου. *& cum ſpiritu tuo.* Habes eadem in Liturgijs SS. Baſilij, Chryſoſtomi, D. Iacobi, & in Miſſa Æthiopum. Quid ergo carpunt Momi quod non capiunt? cur inſcitiam Eccleſiaſticæ antiquitatis pergunt prodere? Similes formulæ ſunt, CHRISTI; *Pax huic domui*, Luc. 10.5. & *Pax vobis. Luc.* 24.36 & Angeli Raphaëlis, *Gaudium ſit tibi ſemper.* Tob.5.11. Vide Feuardentium hîc commemtar. in Ruth.2.

Clemens.

Miſſa Iacobi.

Baſilij Chryſoſtomi. Æthiopũ.

EX EODEM CAP. VER. XII.

ADAG. CLXX.

Sub alas confugere.

Cõfugere ſub alas.

NORVNT omnes imitatione volucrum hominibus nomen alarum tribui. hinc illa Catulli, Catullus.

Valle ſub alarum trux habitare caper.

& Horatij —— *ne fortè ſub alâ* Horatius.
Faſciculum portes librorum, vt riſticus agnum.

Alas vellere.

Vnde, *alas vellere*, commune apud probos Latinitatis authores, eſt hominib⁹ auibúſq;. Ad veſtes quoque nomẽ transfertur, vt ſtatim dicetur. Quia verò quos ad nos confugientes, volumus protegere, illis brachia circũfundimus, inſtar gallinæ pullos à miluio ſic protegẽtis; plura hinc prouerbia fuerunt nata, quæ vno faſce dabo, promiſcuè pẽnarum & alarum vſus nomine. nã ad ſententiam nihil attinet, vtrùm dicatur: quia res eadem. S. Bernardus *ſuper Pſ.*90. explicans *ver.4. ſcapulis ſuis obumbrabit tibi, & ſub pẽnis eius ſperabis*, ita ſcribit. *Sicut videns venientem accipitrem mater expandit alas ſuas, vt pulli ſubeant, & habeant tutum refugium: ſic nobis parata, & quodammodo dilatato ſinu extẽſa eſt, ſumma illa & ineffabilis pietas* DOMINI *noſtri* IESV CHRISTI. Et quidẽ, vt notarum à Ioanne Ferdinandez

Alæ de veſtibus.

Bernard⁹.

Sub pẽnis.

Ioan Ferdinandez.

nostro in thesauro diuinarum Scripturarum *to.* 1. *cap.* 65. eodem sensu Saluator Ierosolymam alloquitur, *Matth.* 23. 37. *Quoties volui congregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti?* Lucas idem aliis verbis posuit: *quoties volui cõgregare filios tuos, quemadmodum auis nidum suum sub pennis, & noluisti?* Luc. 13. 34. vbi habes *vocatiue, nidum.* Metonymicè pro pullis, seu (vt loquitur Columella) pro pullitie, sicut apud Virgilium,

Congregare sub alas.

Nidus pro pullis.

-----*ipsaque volantes*
Ore ferunt dulcem nidis immitibus escam.

4. Esdr. 1. 30. *ita vos collegi, vt gallina pullos suos sub alas suas.* Psalm. 16. 8. *Sub vmbrâ alarum tuarum protege me à facie impiorum qui me affixerunt.* Psal. 35. 8. *filij autem hominum in tegmine alarum tuarum sperabũt.* Psalm. 56. 2. *in vmbrâ alarum tuarum sperabo, donec transeat iniquitas.* D. Augustinus exponit, tu mihi præbebis vmbraculum & protectionẽ. Psal. 60. 5. *protegar in velamento alarum tuarum,* Vbi Cassiodorus eleganter disserit: *sed intendamus quare frequẽter velamentum alarum, Domini sacris defensionibus comparetur. Primùm quòd alæ auium in modum palmarum, quasi quadam costa pulcherrimè porriguntur. deinde quia sic defendunt, vt onerare non possint. Tertiò quoniam æstui & frigoris inclementiam à dilectis pullis affectuosâ protectione depellunt. Ita defensio Domini, si ad eum piè confugiamus, potestates aëreas à nobis efficit alienas: vt nec furor earum incẽsus noceat, nec venenum frigidum vipereâ qualitate percutiat. Meritò ergo protectio Domini aliis noscitur comparata, qua nec subiectos onerat, & lesionem totius contrarietatis emendat.* Ps. 62. 8. *& in velamento alarum tuarum sperabo.* D. Hieronymus: *dum adhuc moror in corpore, tua muniar protectione.* Sic hoc loco dicit Booz ad Ruth 2. 12. *ad quẽ veneris, & sub cuius confugisti alas.* Chaldæus: *veneris ad protegendum (te) sub vmbrâ maiestatis gloriæ eius.* Theodoretus *in Psal.* 16. *alas* nominat, *celerem & efficacem prouidentiæ securitatem.* Sic etiam Didymus, Eusebius, & Euthymius ibidẽ. Eodem modo *penna* pro auxilio & protectione diuinæ prouidentiæ capitur *d. Psal.* 90. *v.* 4. & *Isai.* 10. 14. *non fuit qui moueret pennam,* hoc est, auderet defendere vel auxilium ferre.

Sub vmbra alarũ.

D. Augustinus.

Cassiodorus.

In velamẽto alarum

Chaldæus.

Theodoretus.

Alę, quid. Didymus. Eusebius. Euthym.

Pẽna pro auxilio.

EX CAP. III. VERS. IX. ADAG. CLXXI.

Pallium expandere super aliquam.

AB eodem alarum remigio naues veliuolæ vocantur, & secundùm aliquos Isaias vela vocauit *alas cap.* 18. 1. *Væ terræ cymbalo alarum, quæ est trans flumina Æthiopiæ.* Vestem quoque laxiorẽ, vt est palliũ, Hebræi vocant *alam,* vt hoc loco; ne putes eos describere Ruth amplexus petentem. Hebraicè habemus: *vpharasta chenaphecha hal amathcha & expandes alam tuam super ancillam tuam.* LXX. ad verbum, καὶ διασκεπάσεις τὸ πλεύγιόν σου ἐπὶ τὴν δούλην σου. Chaldæus exponit idiotismum hoc pacto, *vocetur nomen tuũ super ancillam tuam, ad accipiendum me in vxorem.* hoc est me tibi nuptiis iũge, vt dicar vxor Boozi. Plura hic obseruanda sunt. Primò כנף propriè significat alam, & ad eius similitudinem metaphoricè vestis seu pallij oram. 1. *Reg.* 24. 4. & *Aggæi* 2. 15. ideo nostet propriè & accõmodatè ad rem propositam. Secũ-

Alę pro velis.

Ala pro pallio.

Chaldæus.

Nostet de sensu.

dò

Palliũ expandendi super sponsam mos.

dò fuit consuetudo nuptialis, vt notat Liranus, vti sponsus contrahens sponsalia, vestis extremum imponeret sponsæ. Vellem Liranus morem probasset, quem Abulensis impugnat, non expugnat. Contendit enim Rutham se simpliciter actu coniugali cognoscendam præbuisse, his verbis, quæ Rabbinorũ quorumdam sententia fuit, etiam à Lirano narrata, & videtur authori Historiæ scholasticæ placuisse; & iis qui ex hoc facto iudicant Ruth peccatricem, quòd ante nuptias amplexum experierit. Mihi vehementer hæc sententia displicet. Vt CHRISTVM ex peccatricibus nasci voluisse cõstaret, sufficiebat Bethsabea vxor Vriæ, cui si lubet, adde Raab, etsi nonnullis dumtaxat hospita fuerit, & probet alienigenas maiores CHRISTVM nõ dedignatum, hoc mihi sufficere videtur, cur catalogo Ruth inserta. Ex suspicionib. illam impudicitiæ arguere, nec iustum, nec valde piũ arbtror. Certè veteres, vt auctor imperfecti *in Matth. homil.* 1. & Theodoretus *in cap.* 39. *Genes.* lasciuiæ & voluptatis affectum in hoc facto à Ruthâ remouent, & quòd se periculo videatur exposuisse, id obedientiæ, qua socrui paruit; & fidei de prouidentiâ Dei sub cuius alas cõfugerat, adscribũt. Si quod hic peccatum fuisset, vel periculum, Noëmi hoc non consuluisset, Booz non laudasset. Cur ergo malè suspicaces peccato tribuũt? certè vox *pallij*, amplexum non sonat. nec crediderim Tostado supponenti, nudam nudo Booz se applicasse. Vestita potiùs ad pedes eius se abiecit. hoc textui magis consentaneum, & à crassis illis interpretamentis carnalium Rabbinorum lõgiùs remotum. Meliùs, qui eruditior illis fuit, Chaldæus Paraphrastes totum hoc ad nuptias restrinxit, nec aliud visum Iosepho *lib.* 5. *antiq. cap.* 11. qui scribit, ad pedes, nõ ad latus, cubuisse, *& persisse, vt se tanquã Dominus cõmuni thalamo dignaretur*, ἐχ φαμίνης ὡς αὐτὸν δεσπότην συγχωρεῖν. vbi *Domini* vox, Sacræ & profanæ literaturæ more, *maritum* significat, vt docui Commentar. in Senecam. Haut Ruthę mentem euincit addita ratio, quia *propinquus es*; seu vt sonant Hebręa, vindex aut redempror: scilicet quę iubet lex sterilitatis opprobrium à cognato amoliri, eráque derelictã vnà cum hæreditate tibi vindicare.

Abulẽsis. & Rabbinorũ sententia refellitur.

Ruth defensa.

Auctor imperfecti. Theodoretus.

Iosephus.

Dominus pro marito.

Pro consuetudine illâ Lirani, sunt qui putent facere, quòd, ab hoc pallij expansi tegmine, vxor aliquando nominetur *ala*: vt *Deutero.* 22. *vlt.* cùm dixisset, *non capiet vir vxorem patris sui*, subditur, *nec reuelabit operimentum eius.* pro *operimento* Hebraicè est *chenaph* hoc est, *alam*. Verùm illic puto potiùs significari oram straguli quo lectus tegebatur. q.d. non committet incestum cum nouercâ, non conscẽdet thalamum patris sui, vt cum nouercâ misceatur. posterius est interpretatio vel ratio prioris. Nónne idem repetitur ibidem *cap.* 27. 20. *Maledictus qui concumbit cum vxore patris sui, & reuelat operimentum lectuli sui.* Hebraicè, *cùm discooperuerit* כנף *patris sui*, hoc est, oram vestimenti patris sui, sicut illic confirmant LXX. & Chaldæus. Nimis inuerecundè illic Vatablus & Rabbini, qui volunt id, quo nouerca mulier, vocari oram seu alam patris. Denique notatu digna est Chaldæi expositio, *Vocetur nomen tuum super ancillam tuam.* Nam viam aperit ad veram adagij intelligentiam. significat enim, *vt dicaris*

Vxor ala viri.

Chaldæus. Vatablus.

Vocari nomen suum per aliquam.

marius

maritus & dominus meus. vt dicar vxor tua, vocer Rutha Booſi. ſicut apud poëtas habemus, *Hectoris Andromache, Martia Catonis, Arria Paeti, Cornelia Magni, Calpurnia Cæſaris.* Sic Iſai. 4. 1. *tantummodo inuocetur nomẽ tuum ſuper nos, aufert opprobrium noſtrum.* hoc eſt tantummodo patere nos dici vxores tuas. ne finas nobis viduitatem & orbitatẽ diutiùs opprobrari.

Vſus. Vera igitur paræmiæ noſtræ explicatio eſt quam Vatablus ex Chaldæo prodidit, ſuſcipe me in tuam tutelam: & quia mariti eſt fouere & tueri vxorem non ſecus ac proprium corpus, quod pallio ſuo tegit, ideo ad matrimonij contrahendi indicium tranſlata locutio; fortè etiã ex illâ conſuetudine fuit orta; quam propendeo potiùs fuiſſe quàm non extitiſſe.

ADAG CLXXII. EX CAP. IIII. VER. I.

Peloni almoni. פלוני אלמני *Peloni almoni.*

Tu talis.

CVM Boos in porta Bethleem cum aliis iudicibus conſediſſet, & illac præteriret propinquus, qui Rutham prior ducere debebat, reuocauit eum Boos, his verbis, iuxta noſtram verſionem; *Declina paulìſper, & ſede hic, vocans eum nomine ſuo:* quo loco ſi Hebræum cõtextum conſulas, quiddam paræmiale videbis latere. Nam Hebraicè, pro *vocans eum nomine ſuo*, exſtat *Peloni almoni*.. quæ verba quid ſignificent, inquirendum. LXX. vertunt κρύφιε *abſcondite*, qui conatus nos clanculum præterire & latere, tenebrio Siſennæ. פלוני Selomo latentem & abditum exponit, quem Montanus ſequitur. Chaldæus, *cuius humiles* (vel incuruatæ) *vias eius*, hoc eſt qui demiſſo capite ambulat, velut ſibi non bene conſcius. alij verba Chaldæi reddunt, *vir deſertor viæ ſuæ*; id eſt qui non præſtat, quod ex lege Moyſis facere tenebatur. Sed R. Elias *in dictionario Chaldaico* vertit, *vir qui abſconditor eſt viæ ſuæ*, quod cum LXX. conuenis. Pagninus hîc tranſtulit, *Tu talis & talis.* Arias Montanus, *Quidam ſingularis*, obſcurè nimis. Nonnulli, *quiſquis tandem ſis. ſeays quien quiſieredes*, Hiſpanicè. Vatablus Kammium ſecutus tradit, voces Hebræas nihil ſignificare, tantùm poni vice nominis proprij, quod tacetur. velut ac ſi diceret, tu N. ſede. Arbitror Boos quidem illum compellaſſe proprio nomine, ſed ſacrum Scriptorem noluiſſe nomẽ eius; qui ſe non magni facere legis præceptum indicarit, & indignum fecerit ex quo CHRISTVS naſceretur; ſacræ Scripturæ inſerere: eius verò loco formulam expreſſiſſe, quâ tunc vulgò vtebantur, quando certum hominem ſignificãtes, eius tamen nomine abſtinebant. Notat Saa, ſimile hoc eſſe Hiſpanicũ *Fulano, Zutano*, certe magna ſimilitudo eſt inter *Phelani*, & *Fulano*. vtebantur Hebræi hac phraſi etiam quando nolebant locum aliquem, de quo agebatur, indicare. vt intelligatur vſus adagij; teſtimoniis agam. 1. *Reg.* 21. a. *Nam & pueris condixi in hunc vel illũ locum. en vtal y tal parte.* Hebraicè, *ad locum Peloni Almoni.* Vbi LXX. aliter legentes verterunt, quaſi foret nomen proprium loci, διαμεμαρτύρημαι ἐν τόπῳ λεγομένῳ φελαννὶ ἀμονὶ, *teſtatus ſum in hoc loco dicto phelanni almoni:* puto materialiter; vt dici ſolet, vſurpaſſe. Chaldæus ibi, *miſi ad locum abſcõditum & cuſtoditum hoc eſt*, quem illis ſecretò dixi, nec volo

Authoris ſententia.

Saa. Hiſp. Fulano, Zutano.

LXX.

Selomo Montanus Chaldæus.

LXX. Chaldæus.

ſciri,

sciri. Rursus 4. *Regum* 6. 8. Hebraicè, *in loco (pheloni almoni) ponamus insidias.* Lxx. τὸν τόπον φελωνὶ ἐλμωνὶ. noster, *in loco illo & illo.* Chaldæus & Arias locum absconditum & obscurum, ignotum & incelebrem. Denique *Daniel.* 8. *v.* 13. noster, *& dixit vnus Angelus alteri nescio cui loquenti.* ibi est Hebraicè pro *alteri nescio cui*, per contractionem *Lephalmoni.* Lxx. πρὸς φελμωνὶ. Non dubium deduci à radice פלא, *abscondit.*

Vsus. Vsus adagij, qualis Hispanici quod dictum: & sicut Latinè dicere solemus, *quidam*, & *nescio quis*; etiamsi nomen sciamus; quia nominare nolumus. Quod dixi à Boozo nominatum, sed à Samuele præteritum, putarim etiam, ex aliâ tamen causâ factum à Matthæo. 26. 18. *ite in ciuitatem ad quendam, & dicite ei.* vt forte CHRISTVS indicarit submissa voce illis quos mittebat, nomen hospitis, ita vt ipsi soli audirent: ad quod secretum indicandum, Hebraicè Matthæus scripserit לפלמוני *laphalmoni*, quod Græcus interpres prudenter vertit πρὸς τὸν δεῖνα, *ad quendam.* Si nomen non dixit, certè signum dixit. quod Lucas expressit. 22. 10. *occurret vobis homo quidam amphoram aquæ portans*, &c. vbi habes, nostrum, *quidam.*

ADAG. CLXXIII.

EX CAP. IV. VER. VIII.

Calceamentum soluere.

Calceamẽtum soluere, quid, in bono.

CONTRARIO sensu in diuinis libris vsurpatur calceamenti solutio. Aliquando vsurpatur pro actu religionis, & cultûs diuini: vt cùm *Exod.* 3. *vers.* 5. Deus ait Moysi, *Solue calceamentum de pedibus tuis: locus enim, in quo stas, sanctus est.* quod idem Iosue filio Nun, repetiit Angelus *Iosue* 5. *vltim.* vbi R. Moses Neehman Gerundensis notauit hoc præceptum postea datum sacerdotibus, vt nudi pedes in templo factis operarentur. Hoc dicere possumus monentes, vt sancta sanctè, & munda mysteria mundè tractentur. R. Moses. Gerund. Vsus.

Calceos soluere, in malo, quid. Discingi. Discinctus. Aliquando autem sumitur in malum, & *calceamentum soluere*, est ignominiosum, sicut Romanis *discinctum* esse, inter pœnas militares fuit, & etiam infame domi. nam de solutæ vitæ ganeonibus dicebatur,

. . . . *in morem discincti viuere Natæ.*

Et Iulius Cæsar adolescens malè audiebat, quòd malè cinctus esset: contrà seueri illi & graues Romani veteres, *cinctui* vocabantur, quòd arctè cingerentur. Sic apud Hebræos iudicialis infamia fuit, *tollere calceamentum*, & vocari *discalceatum*: initio sumpto ex lege Moysis *Deuter.* 25. *à vers.* 5. *vsque ad v.* 11. vbi Moses statuit, si duo fratres simul habitauerint, & vnus ex eis absque liberis mortuus fuerit, ne vxor defuncti nubat alteri, sed accipiat eam frater eius, & suscitet semen fratri suo, & primogenitum ex illa nomine defuncti appellet, vt non deleatur nomen eius ex Israël. Si verò superstes noluerit accipere vxorem fratris sui defuncti, quæ illi lege debebatur: pergat vidua ad portam ciuitatis, & interpellet maiores natu, illic iudicium exercentes, & dicat; Non vult frater viri mei suscitare nomen eius in Israël, neque me in coniugem accipere. Iudices verò iubent accusatum accersere & interrogare, Num vera mulier queratur. Si responderit se nolle illam ducere, *accedet* (ait) *mulier ad eum coram senioribus, & tollet calceamentum de* Cinctus.

pede eius, spuéque in faciem illius, & dicet; sic fiet homini, qui non edificat domum fratris sui: Et vocabitur domus illius in Israël, Domus discalceati. Vbi vides hunc dehonestari, quantus quantus est, à summo ad imum, à facie ad pedes, & coram: affici infamia quâ pote maximâ. vides insuper toti familiæ notam nominis infamis inuri; vt eius posteri, vocentur Liberi discalceati. vt quorum studio fuit impius in fratrem, luant hoc præposterum eius studium, & immoderatum sui nominis amorem. Quod vsu venit huic propinquo mortui Elimelech, Ruthæ viduæ coniugium auersanti. sic enim narrat Samuel hîc *cap.* 4. *v.* 7. *Hic autem erat mos antiquitus in Israël inter propinquos, vt si quando alter alteri iure suo cedebat, vt esset firma concessio, soluebat homo calceamentum suum, & dabat proximo suo. Hoc erat testimonium cessionis in Israël. Dixit ergo Booz* quasi Patronus Ruthæ, *propinquo suo*, ducere recusanti, *Tolle calceamentum tuum. Quod statim soluit de pede suo.* Quidam contendunt Chaldæum hoc loco, interpretari de chirothecâ: Onkelos tamen in Exodo accepit de calceo dextri pedis. Adfertur etiam pro chirothecâ ex R. Immanuele *in Ps.* 59. solitos Reges cùm aliquam vrbem obsiderent, chirothecam in eam proiicere; signum, se statuisse non soluere obsidionem donec vrbe potirentur. Fran. Feuardentius *fol.* 285. *comment. in Ruth*, conatur has sententias diuersas Thargumæorum conciliare, quòd in causis matrimonij calceum, in cæteris chirothecam tollebant. Non videtur hæc conciliatio satis beneuola verbis huius historiæ, quæ recitaui. vix ambigo totum hoc de chirothecâ recentiorum Iudæorum commentum esse: quod licèt verum esset, non satis tamè inde mos ille chirothecæ porrigendæ in priuatorum contractibus firmaretur. Duelli morem apud Europæos fuisse scio: apud Hebræos nec de bello quidem reperio. Calceo potiùs fauet bellator magnus. *Psal.* 107. 10. *In Idumæam extendam calceamentum meum: mihi alienigenæ amici facti sunt:* hoc est, vt alia versio, *subditi sunt.* certè de subiiciendis sibi agi inter doctiores Historici sensus interpretes ferè in confesso est, Theodoret. Chryso. alios. Rabbini quoque non consentiunt, nec, qui illos duces habent, recentiores. Elias Germanus in Tisbi fatetur initio calceum receptum, sed postea inualuisse, vt loco calcei pannum porrigerent, quem *sudar* vocent: & de hoc panno intelligi Dauidis verba. An respexit ad alium ritum duelli, quo pro chirothecâ sagi, vel loricæ ora tangenda porrigitur? Quinquarboreus notis in Ruth, mordicus tuetur chirothecam, quam vult voce *nahal* נעל hîc & apud Dauidem significari. Addit in sacrâ Scripturâ duplicem morem indicari. Vnum *Deut.* 25. quando ipsa viduamet senatũ adibat, & agebat cum cognato coràm, vt se in vxorem caperet: tum enim si recusaret, viduam illi calceum detraxisse, & in faciẽ spuisse. Alterum hîc Ruthæ *cap.* 4. haberi, quando non per se præsens, sed per procuratorem absens id vidua postulabat (hîc factum censet, vel quia Boos pudori Ruth sic ibat consultum, vel quòd adhuc esset proselyta: quarũ neutra causa mihi satis probatur.) tũc enim ipsummet recusantem sibi ipsi chirothecam detraxisse, & poscenti actori tradidisse, signum cessionis iuris sibi competentis, sed cur hîc chirothecam, illic calceum posuit? certè נעל vel vnum, vel alterum, non ambo signi

Domus discalceati.

Cessio iuris vel rei quo pacto facta olim apud Hebræos.

An chirotheca an calceus solutus? Onkelos. R. Immanuel.

Feuardẽtius.

Chryso. Theodor.

Elias Germanus.

Quinquarboreus.

נעל

Duplex ritus.

significat. deinde tota hæc distinctio imaginaria est, nec sacra Scriptura vel Patribus confirmatur. Liranus illã quod sciam, forte ex Selomone Iarrio primus prodidit: sed non probauit. Posterior consuetudo, de calceo hîc non abludit à cõtextu, & eam tradidit R. Abraham Abenezra. Crediderim tamen Iosepho *lib. 5. antiq.* scribenti, Rutham præsentẽ iudicio fuisse, *& Booz iussisse mulieri vt recusantis calceũ, secundum legem, solueret, & in faciem eius exspueret*, & ita factũ: μαρτυράμενος ἐνώπιος τὴν γερουσίαν ἐκέλευσε τῇ γυναικὶ ὑπολῦσαι αὐτὸν ἀρισθεῖσαν κατὰ τὸν νόμον καὶ πτύειν εἰς τὸ πρόσωπον. In ritualibus Iudaicis maior apud me vnius Iosephi, quàm Rabbinorum recentiorum omnium est authoritas. Quare crediderim (quicquid dicant Cardinalis Hugo Carensis de triplici modo soluendi calceamentũ, & alij nonnulli) semper in iudicio viduam, de qua ducenda cõtrouertebatur, siue per se, siue per aduocatum ageret, comparere debuisse: semper etiam ab ipsâ recusantem discalceari consueuisse: & quod hîc dicitur, *soluebat homo calceamentum suum*, item, *tolle calceamentum tuum*; non esse diuersum ab eo quod dicitur *Deut.* 25. de muliere, *tollet* (ipsa) *calceamentum de pede eius.* recusantis:) nec alium morem indicari, sed eundem. Recusans soluebat corrigiam seu vinculum calcei, vt ostenderet se iure suo cedere fundum siue possessionẽ, quam cum viduâ erat aditurus, calcandi: mulier autem, vltionis mariti demortui gratiâ, mox eum discalceabat, vt eum dehonestaret. Nec malè dicitur calceum dedisse, qui soluendo permisit, vt sine labore mulier illum auferret sibi. Sic loca concilio. Quod verò נעל *calceum* significet potiùs quàm chirothecam, probatur, quia noster sic vertit vtroque loco. II. quia Lxx. vertunt τὸ ὑπόδημα. III. quia Iosephus legem Moysis explicans haut longè à fine lib. 4. antiq. vertit τὰ σάνδαλα: quæ vox videtur è Græco eius exemplari apud Ruth intercidisse. IV. quia RR. Iarchius, Immanuel, Abenezra, Kimchi, & Elias de calceamento acceperũt, & eos sequuti Pagninus, Vatablus, Oleaster, & Montanus. V. quia cũcta sacræ Scripturæ loca, in quibus nomen hoc positũ, commodè capi possunt de calceo vel cõpede, nullus cogit nos chirothecam mutuari. VI. quia Chaldaica paraphrasis hoc loco nihil vrget. nam *narteqeh* נרתקה propriè significat thecam siue vaginam, quod æquè conuenit calceo ac chirothecæ. Deniq; calceus in matrimoniali cessione videtur aptior esse. primô quia calceamento subiectio indicatur *(vt in Psal. 95. & 107.)* cũ calceo terram calcemus, & vxor viro subdita esse debeat. II. quia plerumque vxor est oneri & pressuræ; maximè quando legis coactione magis, quã sponte ducebatur, & quando non licebat eã repudiare; vt de istâ docet Abulẽsis. Scitum illud occurrit hac in re dictũ Senatoris Romani; qui percunctãtibus, cur vxorem in qua nihil apparebat coniugio indignum, repudiaret? pede protenso calceum ostendit: hic, inquiẽs, pulcher est & integer, nescitis tamen quâ parte pedẽ meum premat. III. quia nõ est ignominiosum, sed virile, chirothecâ carere; est autẽ, discalceatum esse. quia signum erat captiuitatis, & seruilis conditionis. patet *ex Isai. 20. 2.* vbi Propheta iubetur tollere calceamenta de pedibus suis & ambulare discalceatus, ad prædicendum captiuitatẽ & seruitutẽ populo imminentem. Ex aduerso Ezechiel Propheta 24. 17. in

I. II. Lxx. III. Iosephus. Rabbini, & recentiores. IV. V. VI. נרתקה VII. Causæ cur calceũ & nõ chirothecam soluebãt. I. II. Cur discalceatũ esse infame fuerit. III.

Abenezra Iosephus.

Conciliata loca Deut. & Ruth.

נעל Calceum significat.

funere vxoris iubetur cuncta lætitiæ signa retinere: *luctum non facies, corona tua circumligata sit tibi: & calceamenta tua erunt in pedibus tuis.* Itaque tollendo illi calceum indicabatur esse dignus seruitute: digniot domo luctûs, quàm domo geniali & conuiuio. Item (vt ait Abulensis *q.61*) esse indignus omni bono, etiam re minimâ: hoc est dignus, cui nec calcei corrigia reliqua maneret. vide sup. *Genes.* 5.23.

Si consideres verba Iosephi superiùs citata: colliges Rutham hic præsentè fuisse: & ideò non esse verũ, quod Hugo Carensis tradit, tres modos soluendi in vsu viguisse. si vxormet interpellabat per se, tunc ipsammet soluisse calceum recusantis: si alius pro illâ, hunc soluisse. si sponte & non interpellatus iuri suo renũciabat, tunc ipsummet renunciãtem soluisse: quæ quàm parum conueniant contextui sacræ Scripturæ, si conferas duo loca, quæ sola de hac re agunt, primo intuitu videbis.

Non fuisse tres soluẽdi modos.

Præterea cùm in loco Ruth, fiat mentio legis Mosaicæ, quæro à dissentiẽtibus exhibeant nobis alium locum vbi alia lex ponatur cessioni rerum cæterarum, quàm cessioni vxoris & possessionum eius. Item peto dent locum sacræ Scripturæ, vbi inter fratres & cognatos alios distinguatur, vt voluit Abulensis, & ideo infert cæteris cognatis hoc non fuisse ignominiosum, & alia multa, quæ habet *q.71.* & *72.* nãeum Iosephi narratio manifestè refellit.

Itaque duo, vt certiora & probabiliora hac in re censeo. Primum est, calcei solutionem communem omni contractui fuisse, quo dominium transferebatur inter cognatos. colligo ex Hebræis verbis hoc loco, quæ sonant, *super redẽptione seu vindiciis* (matrimonij) *& super permutatione ad confirmandum omne negotium.* Lxx. ὅπι τλὼ ἀγχιστείαν καὶ ὅπι τὸ ἀνταλλαγμα. *super propinquitatem & super commutationem.* subaudi, omnem. Nam indefinitè positum. Quod in omni contractu, non in solâ permutatione docet Chaldæus his verbis; *in tempore quo ferentes, aut ponderantes, aut permutantes vnus cum socio suo,* &c.

Locũ habet in omni cognatorũ cõtractu.

I.

II.

III.

Secundum est, non videri inter cognatos alios & fratres defuncti distinguendum, primò quia de aliis cognatis seorsim non habetur lex Mosaica, & tamen ex lege Mosaicâ hîc cognatus vrgebatur. ergo vel dent nobis aliam legem Moysis de cognatis, vel fateantur more Hebræo etiã cognatos nomine fratrũ contineri. II. quia pro nobis hac in re sunt Iosephus suprà, & Chaldaica paraphrasis: item S. Ambrosius *lib.3. de fide c.5.* & S. Augustinus *q.46. in Deut.* qui inter fratres & cognatos non distinguunt. III. quia ipsemet Abulẽsis & alij fatentur huius cognati nomen à sacro Scriptore reticeri, quoniam indignus erat qui nominaretur. quomodo indignus, si nulla notabatur infamia? IV. hæc opinio inde nata quòd ex malè intellecto contextu collegerint, Rutham non interfuisse, nec in faciem recusantis exspuisse; quod tamen vtrumque affirmat Iosephus. Denique confirmant potiùs nostram sententiam, quàm contrariam, quæ mysticè de hac historiâ, de hoc facto & lege prodiderunt S. Ambrosius *lib.3. in Luc.* post mediũ. S. Hieronymus *epist. ad Theraſiam de verâ circumcisione tomo 4.* S. Chrysost. *hom. 2. in Matthæ.* & Pseudo Chrysost. *hom. 1. in Matthæ.*

Idem de cognatis aliis, quod de fratribus.

I.

II.

III.

IV.

V.

Ambros. Hieron.

Finem facio, ne breuissimum librum delibans cuiquam prolixus videar fuisse.

ADA

ADAGIALIA SACRA EX LIBRO REGVM I.

ADAG. CLXXIV.

EX CAP. I. VERS. XVIII.

Vultus idem seu *immutatus.*

Vultus nô amplius mutati.

QVIA solent homines vultum euêtui accommodare; lætû lætis, tristem tristibus exhibere: ideo Hebræi, vt significent, nihil aduersi accidisse, cur par sit aliquê dolere vel irasci, aiunt vultum eius eundem permansisse. Vt hic 1. *Reg.* 1. 18. narratur Samuelis mater Anna, benedictione Heli lætata, redisse domum, & deinceps spei atque fiduciæ plenam perseuerasse; *Vultúsque* (ait) *illius non sunt amplius in diuersa mutati.* Hebræa sunt obscura, *& facies eius non fuerunt ei vltrà.* subauditur mœsti, bene LXX. τὸ πρόσωπον αὐτῆς οὐ συνέπεσεν ἔτι. *Facies eius non concidit vltrà.* Sicut de Cain. *Gen.* 4. 6. *Concidit vultus eius.* Chaldæus hîc, (& vultus mali non fuerût ei vltrà.) Quia cùm Hebræi *facies* in plurali numero vsurpant, sæpe pro mœrore vel irâ vsurpant: eô quòd homo mœrens vel irascês alium vultum assumit, pro læto & miti, seuerum & minabundum. Sic *Ps.* 21. 10. Hebraicè, *ponas eos vt clibanum ignis in tempore facierum tuarum*: hoc est quando faciem præ irâ mutabis. Noster vertit, *in tẽpore vultus tui.* Hoc est faciei iratæ. *Psal.* 34. 17. *Vultus Domini super facientes mala.* Hebr. est pluralis numeri *facies*, hoc est ira. *Thren.* 4. 16. *facies Domini dimisit eos, non addet adspicere eos.* Hoc est vultu iratos illos adspiciês, eos dispersit, nec vultum hunc mutabit aut remittet. Huc pertinet illud *Genes.* 31. 2. *animaduertit quoque faciem Laban, quòd non esset ergase, sicut heri & nudius tertius*: quòd esset minùs beneuola. Est ergo phrasis qua ex signo signatum colligimus. Nam affectionum animi notæ solent se in facie prodere. Allegoricè vti poterimus ad significãdam Ecclesiæ Catholicæ constantiã, quæ fide & dilectione redemptoris, nũquam fuit in diuersa mutata. (Sic Rabanus) Vsus. I. Rabanus. II. tropologicè de illo, qui in bene cæptis & in votis suis firmiter perseuerat, iuxta glossam interlinear. & Hugonem Card. Ad locutionẽ pertinet istud ex Thyeste, Glossa interlin. Hugo Card. Seneca.

Facies.

פָּנִים in numero plurium.

> . . . *Miseri*
> *Temporis omnes dimitte notas.*
> *Veterem ex animo pelle Thyestem.*
> *Redeant vultus ad læta boni.*

Et quod ait idem prudentiæ fore, si quis norit *vultus variare suos.*

ADAG. CLXXV. & CLXXVI. Suscitare de puluere. Eleuare de stercore.

EX CAP. II. VER. II.

Suscitare de puluere.
Eleuare de stercore.

CONiunxi, quia sacra Scriptura vbique ferè coniungit hæc

adagialia fortunæ aduersæ: in faustam conuersæ significatoria: qualia profana, *ex vepreculis extracta nitedula, à remo ad tribunal, de rethore consul, à ferula ad sceptrum.* Habes hic, *Suscitat de puluere egenum & de stercore eleuat pauperem; vt sedeat cum principibus, & solium gloriæ teneat.* Item *Psal.* 112. 7. ex hoc Cantico, *Suscitans à terrâ inopem & de stercore erigens pauperem: vt collocet eum cum principibus.* Hoc vno verbo dixit B. Virgo, *Luc.* 1. 52. *Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles*, nempe supplices. Videtur sumptum adagium prius ex veterum more. Solebant enim supplices non stare, neque etiam in terrâ iacere, sed in cineribus, vel puluere sedere: interdum verò fiebat vt eorum miserti, quib. supplicabant, etiam inter proceres sedere inberent. Sic etiam Odyss. ζ. Vlysses supplex Alcinoo regi, ad focum in cineribus resedit. κατ' ἄρ' ἵζετ' ἐπ' ἰφθίμῃ ἐν κονίῃσι: sed mox eum Alcinous à foco leuat ὦρσεν ἀπ' ἰφθίμης ἐκ κονίης manu prehẽsum χειρὸς ἑλών, & in sede argenteis clauis distincta, erectum ὄπι θρόνου ἀργυροήλου ἀνασσέμεν, sibi in cõuiuio proximum collocauit. Quanquam nõ restringo ad sessionem in cinere, sed hoc exemplo vsum indico, & ad quamuis infœlicitatem, propter quam domo, fortunis vel statu vel animo deiectus erat, & erigitur, extendo. Sic etiam ex sterquilinio Iobus (nescio an huc Anna respexerit) ad solium à Deo fuit euectus. Sic Tertullian. *lib. 4. contra Marcio. c. 28. Deus nostro ipsos dynastas detrahente de solio, & pauperes alleuante de sterquilinio.* Tropologicè poterit quis de diuinâ gratia iustificante accipere cum Cassiodoro *in Psalm.* 112. *Hoc beneficium* (inquit) *non sibi soli inopes vendicent & egentes. Nam de sterco re & paupertate erigitur, quisquis de hac labe corporis per Dei gratiã eleuatur. Rex denique ipse mundanus inops est munerum Dei, & in sterco re voluitur, cui carnis vitia dominantur. Eleuat ergo ab istis Dominus quoslibet ordines, quaslibet ætates, cùm eis misericordiæ suæ dona largitur.*

Supplicũ mos sedẽdi in puluere vel cinere.

Homerus.

Tertullianus.

Vide Cassiodorum.

EX CAP. III. VER. XVIII.

ADAG. CLXXVII.

Fiat voluntas Dei.

Fiat voluntas Dei.

AVreum adagium, quod nobis quotidie in corde & ore versari deberet, siue læta nos recreent, siue aduersa vrgeant, in honore, in infamia, in persecutione. Veteres Ethnici dicere solebant, *Deũ sequere, noli cum diis pugnare; id superis curæ, viderit Iupiter, hoc in Iouis situm genibus.* Et similia, quæ parœmialiter vsurpabant. Sacræ literæ melius & clariùs hoc loco, 1. Reg. 3. 8. *Dominus est, quod bonum in oculis suis faciat.* Iussi sumus à CHRISTO Domino cùm oramus dicere, *Fiat voluntas tua, sicut in cœlo & in terrâ. Matth.* 6. 10. præiuit nobis exemplo *Luc.* 22. 42. *Verumtamen nõ mea, sed tua voluntas fiat:* vt & Deipara *Luc.* 1. 38. *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.* Sic nostra desideria Dei voluntati subiicienda.

EX CAP. X. VER. XIII.

ADAG. CLXXVIII.

Numquid & Saul inter prophetas?

Numquid & Saul inter Prophetas?

PRouerbium vocat ipse Spiritus sanctus, 1. *Reg.* 10. 11. his verbis,

verbis, *Videntes omnes, qui nouerant eum heri & nudius tertius, quòd esset cum prophetis, & prophetaret, dixerũt ad inuicem: Quanam res accidit filio Cis? Num & Saul inter Prophetas? Respondítque alius ad alterum dicens: & quis pater eorum? propterea versum est in Prouerbium, Num & Saul inter prophetas?* cùm idem accidisset ei aliâ vice iam Regi, mortem Samueli meditanti idem repetierunt, vt narratur hoc eodem libro *cap. 19. vers. vlt.*

Vsus. I. Prouerbij vsus multiplex esse poterit. I. Si quem artis alicuius imperitum videamus illam profiteri: tunc vim habebit, quam habent illa sæcularis sapientiæ, *Ne sutor vltra crepidam. Tractent fabrilia fabri. Quam quisque nouit artem, in hac se exerceat.* Item, si quis ineptus & inidoneus se iactet in munere docendi, concionandi, iudicandi; vel appetat officium, beneficium, dignitatem, qua indignus. Hoc sensu bellè vtitur B. Gregorius Nazianzenus *in apologetico pro fugâ suâ*, de iis qui ob indignitatem officio se ingerentium indignè ambitionem hanc ferunt. Qui sensus valdè accommodatus est verbis Historiæ, vt ibi etiam notat Elias Cretensis. Certè *veterem historiam & paræmiã* Nazianzenus appellat, τὴν παλαιὰν ἱστορίαν καὶ παροιμίαν. Talia vulgò iactantur, *Graculus inter musas, anser inter olores, nos poma natamus, muscerda piperi admixta*, &c.

Gregor. Nazianzenus.

Elias Cretensis.

III. Tertiò ex admiratione si homo idiota & indoctus subitò compareat laureatus siue doctoris infulâ ornatus, vel ignobilis purpuratus, aut belli inexpertus imperator, & talia quotidie. Sic de CHRISTO Domino, & de Apostolis Iudæi mirabantur in eorum doctrinâ. habemus id *Marc. 6. 2. Qui audientes admirabantur in doctrinâ eius dicentes: vnde huic hæc omnia? & quæ est sapientia quæ data est illi? & virtutes tales, quæ per manus illius efficiuntur? Nónne hic est faber, filius Mariæ*, &c. Ioan. 7. 15. *Quomodo hic literas scit, cùm non didicerit?* De discipulis verò Act. 2. 7. *stupebãt autem omnes & mirabantur, dicentes, Nónne ecce omnes isti qui loquuntur, Galilæi sunt? & quomodo audiuimus nos vnusquisque linguam nostram in qua nati sumus?*

IV. Quartò licebit vsurpare quando videbimus aliquem subitò gratiâ Dei conuersum, ex mundano religiosum, ex carnali spiritualem, ex mendaci veracem, ex leone agnum, ex Saule Paulum, ex persecutore martyrem. sic explicat & accommodat S. Gregorius Magnus *lib. 4. expositionis in hunc librum* cap. *vltimo.* [*More suo* agit Spiritus sanctus, cùm ad virtutum culmen pauperes, humiles atque simplices erigit. Nam de eo scriptum est, Iob. 5. 11. *Qui ponit humiles in sublime, & mœrentes erigit sospitate.* Hinc omnipotens pater de eodem omnipotente suo Spiritu per Prophetã dicit, Isai. 66. 2. *Super quem requiescit Spiritus meus, nisi super humilem & quietum, & trementem sermones meos?* Hinc Paulus ait, 1. Corint. 1. 26. *Non multi sapientes secundùm carnem, non multi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat fortia: & ignobilia mundi elegit Deus, vt ea, quæ sunt, destrueret, vt non glorietur omnis caro in conspectu eius.* Quod certè prouerbium etiam electis ascribi potest. Non enim minor admiratio habita est de B. Paulo Apostolo, quando auditum est ab Ecclesiâ, quia ille euangelizaret, qui Ecclesiam minando & cædendo expugnare solebat, nunc prædicando defenderet. Tunc quidem

S. Greg. Magn.

ij, qui

ij qui audiebant, dicere poterant: Num Saulus inter Apostolos? Nũquid ille IESVM prædicat, qui IESVM persequi solebat? sed hoc iam in electorum prouerbium versum est. Prouerbium quidem est, quando in eo quod dicitur, aliud occultatur. Conuersio autem B. Pauli Apostoli facta est Prouerbium peccatoris. Audiat ergo vnusquisque peccator B. Pauli conuersionem, & non desperet de criminum multitudine. *Saulus enim spirans minarum, & cædis in discipulos Domini,* vbique electos affligebat, lapidantium protomartyrem Stephanum vestimenta seruabat, & velut omnium manibus lapidabat, qui expeditos ad lapidandũ omnes reddebat. Sed qui talis exstitit CHRISTVM persequens, ad CHRISTVM conuersus, caput effectus est nationum: quia obtinuit totius Ecclesiæ principatum. Dum ergo tam magnum peccatorem conuersum, tã sublimi dignitate à Domino honoratum cõspicimus, peccatorum nostrorum inuenire nos posse remissionem præsumamus. Prouerbium ergo nostrum, id est; quòd ad euangelizandum persecutor assumitur; quod hoc mysterium cõtinet: quia conuersus peccator, non solùm sperare à Domino veniam, sed quòd viriliter certando pertingere valeat *ad coronam.*] Hactenus diuinus ductor, animum lapsis erigens. Cuius verba optimè conueniunt *versic. vltim. capite* 19. quem explicabat, vbi cùm Saul Samuelem ad necem quæreret, eo inter prophetas inuento, cum eodem cuneo, vestibus se spolians, cœpit ambulare, & immemor instituti sceleris, prophetare cum prophetantibus. Vnde quod priùs iam dixerant, alio adhuc sensu vsurparunt de illis qui subitò ex inimicis amici fiunt; vt accidit Paulo Apostolo. *Actor. 9. 1. & ad Galat. 1. 23.* & Satellitibus ad IESVM capiendum missis; *Ioann. 7. 46.* & Heliodoro probè flagellato, *2. Machab. 3.*

EX CAP. XIII. VER. I.

ADAG. CLXXIX.

Filius vnius anni.

Filius vnius anni.

LOcum habet de illis, qui infantili sunt humilitate, innocentiâ, simplicitate. Quo sensu vsurpatur *d. v. 1.* de Saule, vt apertè Symmachus & Chaldæus. Nam vbi noster, *Filius vnius anni erat Saul cùm regnare cœpisset;* & LXX. *filius anni Saul cùm regnaret ipse:* Chaldæus exposuit: *Sicut filius anni in quo non sunt culpæ:* Symmachus quoque, *Sicut puer anniculus,* &c. Gnari more Hebræo notam comparationis reticeri בן *Ben* positum pro כבן *Ciben.* Est cõmunior sententia S. Hier. hîc *in quæstionibus,* S. Greg. *lib. 5. expositionis in lib. 1. Reg. cap. 3.* S. Augustini *lib. locution. in prin. Iudic.* Procopij, Anselmi, Angelomi. Paruulum ergò malitiâ non ætate accipiamus, & sic adagio vtamur. Alia explicatio Rabani, Strabi, & quorumdam; volentium quasi per anticipationem dictum de Isbozeth; abrupta est, nata ex ignoratione Hebraismi, & errore calculi vitiosa: quia initio regni Saulis Isboseth iam erat viginti annorum, vt hîc docet Abulensis.

Cõciliatæ versiones.

Comparationis notã Hebræi subaudiũt. Hieronymus. Gregor. Augustin. Procopius. Anselmus. Angelomus.

Rabanus. Strabus.

Abulẽsis.

EX

ADAG. CLXXX.

EX CAP. XIIII. VER. XXVII.

Oculi illuminati.

Oculi sunt illuminati.

CVM oculis corporeis etiam mentis oculi, de quibus arcano sermone innuitur. Hebræa, *& viderunt oculi eius.* Sic etiam LXX. & Chaldæus, & idem repetitur v. 29. sed quomodo viderunt? cæcúsne antè fuit, aut luscitiosus? prouerbiale puto, quo significetur aliquis, iam animo defectus, quasi reuixisse. Nam qui deliquium animi patiuntur, quando ad se redierunt, vsum sensuum, qui fuerat ligatus, recuperant. Seneca. Seneca cùm in Hippolyto describeret animi deliquium, *Terrâ repente corpus exanimum cadit,*

Et ora morti similis obduxit color:

Post redeunte animâ iubet eam nutrix vultus attollere, & aspicere illud cuius brachiis sustentabatur. In Agamemnone de aliâ legitur:

Vbi sum? fugit lux alma, & obscurat genas
Nox alta: & æther abditus tenebris latet.

Catullus. Et apud Catullum ex poëtriâ Lesbiâ,

——Sonitu suopte
Tinniunt aures: geminâ teguntur
Lumina nocte.

Non quidem animi deliquium passus Ionathas, sed quo ad visum ferè, quid simile, ex inediâ, labore, fatigatione: has nebulas inde subortas, mellis dulcedo & alimonia discussit. Caietan. Bene Caietanus, *Pra labore multo debiles effecti spiritus, refocillati sunt: ita vt sensibiliter mutatio appareret in oculis, tanquam restauratus fo-*
ret visus. & prior illo Abulensis Episcopus; *Quandocunque euenit homini aliqua debilitas, siue ex fame, siue ex similibus laboribus, primò oculi languescunt: quia ipsi sunt partes tenerrimæ, & ad videndum plus soluto hebetes fiunt. Cùm verò homo recipit vires, tunc oculi illuminantur: scilicet recipiunt pristinum vigorem ad videndum: & per illuminationem oculorum significatur confortatio cordis & resumptio virium.* Idem voluit glossa interlinea. Possumus cum Rabano referre ad eos, qui damno, quod voluptas attulit, docentur sapere, & inter bonum & malum, licitum ac vetitum discernere: nam volunt tunc Ionatham ab aliquo adstantium paternæ prohibitionis admonitum fuisse. Alioqui mel oculorum vitia corrigere, & prodesse oculorum claritati, sciunt medici ex Galeni libro de simplic. medicament. Abulēsis. Glossa interlin. Rabanus.

ADAG. CLXXXI.

EX CAP. XXIV. VER. XIV.

Ab impiis egredietur impietas.

Ab impiis egredietur impietas.

מרשעים יצא רשע MERSAHIM IESE RESAH.

LXX. *delictum*, παλαμμιλεια, codē sensu lucis causâ Chaldæus addidit, *& à te.* Quasi diceret, quorum impiorum tu non minimus, quia mihi necem iniustam moliris. antiquum adagium esse patet ex contextu. Ipsa quoque historia docet, duo Dauidem hoc dicto dicere voluisse, primo se à crimine perduellionis tam alienum esse, quàm 1. Expositio.

id erat alienum à vitâ moribúsque suis. Non enim tam enorme crimen animo concipi posse, nisi à vehementer improbis, quorum ex numero ipse nec fuerit vnquam, nec modò esse velit. Hoc ergo ait: Absit à me. scelus scelestis arrideat, non mihi. Hispanicè, *ruin sea, quien ruindad amare. Cada qual haze como quien es.* Mala mens, malus animus. Malus homo de thesauro cordis sui profert malum. Mala arbor malos fructus fert. & *Dan.* 12. 10. *impiè agent impij.* Secundò vult indicare, impiorum esse & superborum se vlcisci, & sibi manu ius dicere: se Deum timere, & illi placere studere. Procop. Procopius breuiter hoc dicit, *iniquorum est peccare: prudentium verò, quæ in illos impiè fiunt, tolerare.* Licebit ergo hoc vsurpare. Vsus. I. I. Ad indicandum nos innocentes esse, neque conscios criminis quod II. impingitur. II. Quoties alicui suadebimus, vt iniuriam patienter ferat, neque de vltione sumendâ cogitet.

II. Interpretatio. Selom. Iarrius. Alia est non longè hinc remota explicatio R. Selomo, qui censet Dauidem hoc agere, vt Saulem à scelere deterreat: & præterea Deum vltorem sceleris, & innocentiæ suæ vindicem imploret, vt Saulem quidem puniat, sed manu alicuius impij Sauli similis. Esse ergo tale, quale si diceret, fiat tibi sicut veteri prouerbio iactatur, *ab impijs egredietur impietas.* Non sinet Deus te impunitum: non tamen ego manu mea, nec alius iussu meo te occidet. Ita factum, nam Philistæorum & propriâ manu interiit. Sic ille, addens vocari vetus prouerbium, quia positum *Exodi* 21. 13. respiciens ad legem talionis illic positam; quod longè petitum: ibi enim tantùm dicitur *versu* 13. *Deus illum* (nempe casu occisum) *tradidit in manus eius*, scilicet occisoris: non ergo hinc desumptum: sed potiùs reuerâ verus prouerbium fuit, vndecumque desumptum fuit. Selomonis huius interpretationem secuti Lyranus, Abulensis, Carthusianus. Lyranus. Abulēsis. Carthus. Secundùm illam vtemur prouerbio, quando malos mali malè perdunt: quò pertinet illud *Iudic.* 9. 20. *Egrediatur* Vsus. III. *ignis ex eo, & consumat habitatores Sichem, & oppidum Mello: egrediatúrque ignis de viris Sichem, & de oppido Mello, & deuoret Abimelech.* Vt factum eodem *cap.* 29. & 53.

III. Vatablus. Vsus. IV. Sunt adhuc tres aliæ recentiorum explicationes singulæ vsum habentes adagialem. Vna, quæ est numero hîc, III. Vatabli, suo se gladio impij iugulabunt, committent aliquid quod exitium adferat. Tu tibi eris causa mortis, nisi respiscas.

IV. Vsus. V. Alij explicant: non me latet te occalluisse, & non cessaturum me persequi. Noui enim impiorum ingenium, semper obdurandi & pertendendi in impio conatu: similia sunt; *Nec Æthiops pellem, nec pardus maculas mutat*, de quo aliàs, & Belgicum, *Een exter en sal het huppelex niet laten*, & Gallicum, *Tousiours Robbin tourne à ses flutes.*

V. Vsus. VI. Denique sunt qui referunt ad malorum contagionem in bonos proserpentem. Vt dicat; ego quidem à te manus abstinebo: sed nec ad familiaritatem tuam redibo, ne pice tuâ inquiner, ne cæno colluluet, ne tuam mihi porriginem affrices.

Quam

Quam primo loco posui, optima est interpretatio.

ADAG CLXXXII

EX EODEM CAP. VER. XV.

Canem mortuũ persequi.

Canem mortuum persequi.

MVLTA reperias dicta à Gentilibus in eamdem sententiam: sed nihil quod æquè disertum, vel tam multa simul cõprehendat. Nam illorum dicta, dumtaxat indicant resistendi imbecillitatem, vilitatem verò rei simul indicare non valent: in eo tantùm conueniunt, quia facti indignitatem exprimunt. Nostro sacro adagio indicatur imbecillitas & rei vilitas, imbecillitas voce *mortui*, vilitas voce *canis*, vtraque simul fœditas & absurditas quædam atque contagio. Quid enim fœtidius cane cadauere? simpliciter indignum est rege, canem persequi; hoc est hominem vilissimæ & abiectissimæ conditionis. Sic sumitur 4. *Reg.* 8.13. *Quid enim sum seruus tuus canis, vt faciam rem tantam?* additum *mortui*, hoc est cadaueris, nomen, magnoperè attollit sensum; vt ad eos spectet, qui cum imparibus sibi, & indignis irâ, exercẽt odia; qui premunt humiles, afflictos grauãt, oppressos planè mergunt, & nudos spoliant. Contra quos noster alibi *Psal.* 68.27. *Quem tu percussisti persecuti sunt, & super dolorem vulnerum meorum addiderunt.* Hispani, *à moro muerto gran lançada.* Huc spectant profana. *Vtrem excoriat* vel *vellis* ἀσκὸν δέρεις aut τίλλεις; item cum laruis luctaris, mortuum flagellas. Quæ vehementer improbata etiam Gentilibus; vt Homero,

Canis.

ἀλλ' οὐκ ἔσθ' ἁλαμύσσειν ἐπ' ἀνδράσιν οὐχ ταδόν. Homerus.

Non sanctum est mortuis viris insultare.

Et contra Leptinem Demosthenes, negat vlli mortuo maledicendum. Demosth.

Virgilius, Virgilius.

Nullum cum victis certamen & æthere cassis.

Claudianus idipsum suadet exemplo belluarum generosarum. Claudianus.

Præterennt subiecta fera, mortisque facultas
Emollit rabiem prædæ; toruíque leones,
Quæ sæuisse valent, ea mox prostrata relinquunt,
Nec nisi bellantis gaudent cervice suuenci,
Nobiliore fame.

.....Et paulo post probat numinum suorum exemplo, quæ nos veriùs de Deo dicamus, humilitate & submissione vinci facili, cætera inuicto: sic autem canit,

Iam iam suppliciis fessos humilesq́ue ferenus
Respice, quid tantâ dignaris morte clientem?
In brenibus nunquam sese probat Æolus vndis,
Nec capit angustus Borea certamina collis,
Alpes ille quatit, Rhodopeia culmina quassat.
Incubuit nunquam cœlestis flamma salictis.
Nec parui frutices iram meruêre Tonantis.
Ingentes quercus, annosas fulminat ornos.

De mortuo plura dicenda quando explicabimus illud, *Melior est canis viuus leone mortuo*, *Eccles.* 9.4. Vtitur nostro adagio etiam

Abisai 2. *Reg.* 16. 9. *Quare maledicit canis hic mortuus Domino meo regi?* proximè accedit, etsi non æquat illud Græcorum, κυνὶα δέρειν δεδαρμένον. *Canem excoriatam deglubere.*

ADAG. CLXXXIII.

IBIDEM.

Pulicem persequi.

Pulicem persequi.

CHaldæus istud à superiore nõ diuisit, sed ambo simul interpretatur, *post debilem vnum, post abiectum vnum.* Si voluit diuidere, istud posterius melius cani, prius melius pulici conueniebat. Aliter accipio, dixerat se vilem, & nihili instar cadaueris canini: nunc addit se prorsùs indignum irâ regiâ, & quem tantus rex tanto labore persequatur, & venetur per auia & incerta latibula, hominem leuem, inanem, nusquam consistentem, huc illuc vagabundum. Hanc germanam esse sententiam, mox docebit *cap.* 26. 20. *Egressus est rex Israel, vt quærat pulicem vnum, sicut persequitur perdix in montibus.* Quid laboriosius quàm pulices persequi? aiunt vulgò, *pulicum gregem difficulter minari.* Talia sunt adagia à *Lupi venatu. Passim cornos sequi testâ lutóque.* τὰ πτίλωτα δύκειν, *pennata sectari. Anes quærere, muscas depellere*: Quibus difficultas & incertitudo laboris indicatur. Addit Abulensis, *etiam esse ridiculum, qui vnicum pulicem rem minimam persequatur.* Sed reuerà hoc minimum sæpè permolestum est.

ADAG. CLXXXIV.

EX CAP. XXV. VER. XXII.

Nõ relinqueremingẽtem ad parietem.

Non relinquere mingentem ad parietem.

PROVERBIVM fuit comminantium internecionem, & maximam cladem cædemque: vt hoc loco iustè excandescẽs Dauid, ob contumeliã sibi à Nabale illatam *si reliquero* (inquit) *de omnibus, quæ ad ipsum pertinẽt, vsq; mane, mingentem ad parietem* d. v. 22. משתין בקיר *Masthin vekir*, sic etiam Lxx. ἀφέτα πρὸς τοῖχον. Hoc variè explicant. Abulensis vult omnes homines significari, vt sit idem quod viros ac fœminas. Confirmat Chaldæus, qui exponit, cognoscentem cognitionem, *Iadagh Madagh*; hoc est omnes ratione vtentes, vt videantur excludi infantuli. Hæc pia magis quàm verbis accommodata. Procopius, totam familiam, nimis obscurè. Alij restringunt ad virilem sexum hominum: quia fœminis non conueniat phrasis: alij ad viros non decumbentes in lecto præ debilitate: quasi diceret omnes validos ad resistendum. Mihi simplicissima videtur expositio, vt dicat se nulli nec vilissimo parciturum, ne canibus quidem; qui & ipsi parieti irrorant crure sublato. Ita Vatablus, Caietanus, & Sa. Nec te moueat, quòd fœminæ canes non ita solitæ, quemadmodum nec mulieres. Nam principaliore sexu comprehendit alterum, & principalioris sexûs signum posuit, quod etiam canibus commune. voluisse autem canes comprehendere, manifestum est, cùm inquiat, *de omnibus, quæ ad ipsum pertinent.* Si quæras quid canes: comme

Nõ relinqueremingẽtem ad parietem.

I. Sententia.

Abulẽsis.

& Chaldæus.

II. Procopius.

III. IV. V.

Vatablus. Caietanus. Sa.

Lyranus. commeruêre? Lyranus respondet, nihil meritos: sed ita significari iræ & vindictæ exuberantiam. Potest ratio reddi, quia canes sunt custodes & symmachi suorum dominorum: ideò cum dominis odiosi & hostes. sicut contrario sensu dicunt Hispani, *Qui en quiere bien a Beltrã, bien quiere a su can.* Infer. *v.* 34. *Non remansisset Nabal vsq; ad lucem matutinam, mingens ad parietem.* Interdum restringitur ad solum virilem sexum quando adiuncta id postulant, vt 3. *Reg.* 14. 10. *Inducam mala super domum Ieroboam, & percutiam de Ieroboam mingentem ad parietem*, &c. agit enim de posteris Ieroboam tãtùm: vt & de posteritate Baasa, 3. *Reg.* 16. 11. *percussit omnem domũ Baasa, & non dereliquit ex eâ mingentem ad parietem.* & cap. 21. 21. *demetam posteriora tua, & interficiam de Achab mingentẽ ad parietem.* & lib. 4. *Reg.* 9. 8. *Perdamq; omnem domũ Achab: & interficiam de Achab mingentem ad parietem*, &c. canes sunt aliquid seu res Achab, Baasa, Ieroboã: sed non sunt ex illis procreati: ideo ibi non includuntur: hîc verò v. vicesimosecundo comprehenduntur.

Hugo Carensis. alia lectio, quam attulit Hugo Carensis, *in fasciculo vitium*, & exponit de fasciculo sarmentorum seu surculorum, qui reponitur in aquâ, vt ibi conseruetur ad transplantandũ. Perspicuè mendosam esse docent optima Latina exemplaria, Hebræus fons, versio LXX. & Paraphrasis Chaldaica. LXX. habent, ἐνδεδεμένη ἐν δέσμῃ τῆς ζωῆς, *alligata in fasciolâ vitæ.* Chaldæus, *in thesauro vitarum seculi coram Deo.* certum est Hebræos aliquos de futurâ vitâ accipere; & sic Abulensis Chaldæum intellexit: fors tamen *vitas seculi* vocat vitam diuturnam & trãquillam. Sensum loci nostri puto, vt idem sit, *à Deo illigari fasciculo viuentium*, à Deo sedulò & diligenter custodiri, conseruarique, ne quis vitam, (nam anima hîc vitam hanc præsentemq; significat) non modò adimat, sed vel perturbet; vt indicat oppositio rotationis in fundâ. Præclara hic est Eucherij, Rabani, & Angelomi anagogia. [*Mirè* omnipotentem prouidentiam describit superni pectoris, cùm dicit *animam* viri sancti, quasi *in fasciculo viuentium* apud Deum esse custoditam. Sicut enim facillimum est cuilibet fasciculum herbæ vel fœni suâ manu retentum conseruare: ita virtus Domini & Saluatoris nostri, omnes per orbem electos ab initio vsque ad finem sæculi, ne quis ex illis vllâ ratione pereat, sine labore conseruat. iuxta quod ipse in Euãgelio sub figurâ ouium de ipsis loquitur: *& sequuntur me, & ego vitam æternam do eis, & nõ peribunt in æternum, nõ rapiet eas quisquam de manu meâ.* Sicut fasciculus vnus quibuslibet vinculis alligatur: ita omnis Sanctorum cœtus vnâ eademque fide, spe, & charitate, ad inuicem constringitur, vno diuinæ protectionis munimine circumdatur.

Lectio quædam mendosa.

LXX.

Chaldæ.

Hebræi.

Vsus anagogicus. Eucherius. Angelomus. Rabanus.

ADAG. CLXXXV

EX EODEM CAP. VER. XXIX.

Ligari in fasciculo viuẽtium.

Ligari in fasciculo viuentium.

Hebraismus, quo magnitudo & præstãtia iurali numero indicatur.

HEBRAICE est *fasciculus vitarum*, quo significatur quieta, secura, & diuturna vita. Nam Hebræorum idiotismus est numero pluratiuo præstantiam & magnitudinem rei indicare. Noster *viuentium*, hoc est qui soli digni dici viuere. *Erit anima domini mei custodita quasi in fasciculo viuentium apud Dominum Deũ tuum.* Corrupta est

Patet sanè sensus, quia anima Dauid, à persequentibus licèt hostibus, semper fuit in sorte *viuentiũ*.] Quæ vltima verba indicant eos literali sensu de hac vitâ accepisse, quæ sola periculo est exposita. Fasciculum sume, vt monui *Cant.* 1.13. de fasciculo myrrhæ.

ADAG. CLXXXVI.

IBIDEM.

Rotari in impetu & circulo fundæ.

Rotari quasi in impetu & circulo fundæ.

CIRCVLVM vocat habenæ circà caput rotationem. Hebræa ad verbum, licèt minùs Latinè, sonant; *funditabit eam quasi in curnaturâ* siue in inflexione *funda*: sic etiam Lxx. καὶ τὸν ψυχὸν τῶν ἐχθρῶν αὐτῆς σφενδονήσει ἐν μέσῳ τῆς σφενδόνης. *& animam inimicorum tuorum iacies fundâ in medio fundæ.* Chaldæus: *volare faciet, vt qui volare faciunt lapides è fundâ.* volatum intelligit non emissi iam lapidis, sed reuoluti in fundæ sinu, ideo meliùs verteretur *in fundâ*, cum Lxx. & nostro, quod in illo poëtæ exprimitur,

Virgilius.

Ter tamen adductâ circum caput egit habenâ.

Cassianus. Aliter Cassianus vsus *lib. 4. institut. monastic. cap. 3. continuò* (inquit) *de monasterio, velut fundâ rotante, fugiturum.* actum videlicet vertiginoso spiritu, celerrimè se in pedes daturum apostatam. Hoc autem *vers.* 29. adagialiter indicatur impiorum, Dauidis hostium, vita dubia, breuis, inquieta, curis & sollicitudinibus, & æruminis plena. Nam funditor lapidem rotat & turbine circumagit, & tandem illum, quò & quando lubet, eiicit, vel ille excidit, quâ caua funda patet. Hanc explicationem confirmat ipse contextus, quia horum vita opponitur vitæ diuturnæ & sedatæ: vt appareat animam quasi in circulo fundæ rotari, nihil esse quàm in perturbatione iugi, & sollicitudine versari, & tandem malè perire. *Inimici eius* (ait Angelomus) *insistentibus sibi aduersitatibus, sicut lapis fundâ circumactus, sic instabili motu perturbandi, & suis essent expellendi de finibus, vel etiam ab humanis rebus auferendi.* Angelomus.

EX CAP. XXVI. VER. XX. ADAG. CLXXXVII

Sicut perdix persequitur in montibus.

Sicut persequitur perdix in mõtibus.

DVÆ hîc interpretationes occurrunt, quæ ambæ in adagij sensu conueniunt. Sunt qui *persequitur* actiuè sumunt, sensu: sicut ipsa perdix pulices venatur, eos etiam in ipsis montibus persequẽs: hi coniungunt cum præcedentibus vt vnica tantùm sit comparatio: quos non sequor. I. Expositio.

Alij capiunt passiuè, pro perdix patitur persecutionem. Tam auidè me tãto studio & conatu persequeris, etiam inter abrupta montium, & petrarum scabra & glabra, quãta cupiditate & pertinacia perdicem auceps vbi vbi insectatur. ita Carensis. Lyranus, Abulensis, Caietanus, Vatablus & alij: quod placet. Quia scriptores Ecclesiastici sæpè pro passiuis quædam deponentia sumunt, vt promereor, *talibus hostibus promeretur Deus Heb.* 13.16. vbi plura. sic hoc loco sumit *persequitur*, & Græcum κατεδίωκεν. hoc enim Hebræa & Chaldæa hîc postulant. *kore* קורא Lxx. vertunt *nictycoracem* ad sonum nominis attendentes: sed perdicem cum nostro trãsferunt Kimchi, Pagninus & Vatablus. II. Carensis. Lyranus. Abulẽsis. Caietanus. Vatablus. Deponẽs pro passiuo. Promereor. Persequor. קורא Lxx. Pagnin. Vatabl.

Montan. blus. Montanus autem *Cantorem* vertit, vt arbitror de perdice illice, quæ cantu cæteras aduocat & ita illaqueat. certè *perdicem* ipsemet vertit, *Iere.* 17. 11. vbi & LXX. πέρδιξ. radix est, *kara vocare*, & *clamare*: quod proprium masculi illicis, seu calatoris, de quo plura dicam *Eccles.* 11. 32. Perdicis meminit sacer scriptor, quia vafrum animal sæpè astu fallitur, & difficilè capitur, maximè in locis saltuosis. de astu illius quędam Plinius *lib.* 10. *Nat. hist. cap.* 33. his verbis; *Si venator ad nidũ cœperit accedere: procurrit ad pedes fœta, pregrauem aut delumbem sese simulans, subitoq; in procursu, aut breui aliquo volatu, cadit fracta, aut ala aut pedibus: procurrit iterum, iam iamq; prehensurum effugiens, spemq; frustrans, donec in diuersum abducat à nidis. Eadem pauere libera, ac maternâ vacans curâ, in sulco resupina, gleba se terræ pedibus apprehensâ, operit.* Quid non faciat in saltu, quæ sic tueri se nouit in aprico agro?

Perdicis astus.

Plinius.

ADAGIALIA SACRA EX LIBRO II. REGVM.

ADAG. CLXXXVIII. Aquilis velociores.

EX CAP. I. VER. XXIII. *Aquilis velociores.*

SIGNIFICARI censeo non tantùm veloces, sed etiam ita dextros & constantes, vt prędam, quam sequuntur, comprehendant. Aquilam certè vix est, vt venatus frustetur. volat enim concitato impetu, & adeò librato ac recto, vt nullum obstaculum metuat vel ab aliis auibus, vel à ventis, vel ab ipso fulmine, si Plinio creditur, *lib.* 10. *cap.* 3. Certè de Saule & Ionathâ præmisit eorum sagittam ab hostium cæde numquam retrorsum rediisse, hoc est reflexam vel repulsam; gladium nunquam inanem (h. non hausto sanguine) reuersum. Celebris comparatio diuinis scriptoribus: *Deute.* 28. 49. *in similitudinem aquilæ volantis cum impetu.* Iob. 9. 26. *pertransierunt sicut aquila volans ad escam.* Ierem. 4. 13. *velociores aquilis equi illius.* Thren. 4. 19. *Velociores fuerunt persecutores nostri aquilis cæli.* S. Ambrosius, *lib.* 5. *Hexaem.* cum D. Basilio, obseruat à diuina prouidentiâ carniuoris auibus, quæ venatu alũtur, velocitatem attributam, vt, quam appetunt prædam, faciliùs queant corripere. Similia demonstrantia celeritatem sunt poëtis varia, vt Homero, θέειν δ' ἀνέμοισιν ὁμοῖοι. *ad currendum ventis similes*, Virgilio,

Aquilæ volatus qualis.

Plinius. Ambros.

Homerus. Virgilius.

——*vincant qui cursibus auras.*

Item,

Corripiunt spacia audito, limenque relinquunt
Effusi, nimbo similes ——

de aquilâ Pindarus *in Nemeis*:

Pindarus.

ἀετὸς ὠκὺς ἐν πετάνοις
ὃς ἵλαθεν δίφρα τυλόθεν μεταπετόμενος
δαφοινὸν ἄγραν ποσὶ

κράγχ

κράζοντες δὲ κεἰλοιοὶ ταπεινὰ νέμονται.

Aquila pernix inter volucres
Quæ repentè aduolans
Pede cruentam arripuit prædam.
Loquaces autem graculi humi pascuntur.

Nazianzenus. Ad quem locum videtur alludere voluisse B. Nazianzenus epistol. ad Eudoxium: τοὺς σκολιὰς ἴα χαίρειν, ἐν ᾗ κολοιὸς πᾶσιν ἀετὸς δοκιμάζοντας. *Sine plures valere & esse graculos, qui volatum aquilarum probent.* probi qui probant, sed prô dolor! hodie plerique calumniantur, & verbis factísque detrahunt. Hinc etiam natum adagium de imperitis quibusdam sciolis, qui cùm vix idonei sint discere, præsumunt docere, est autem illud, *aquilam volare doces.* simile alteri, sus Mineruam. Huc etiam pertinet Aristophanis ex oraculo Atheniẽsibus reddito prouerbium, *αἰετὸς ἐν νεφέλῃσι, aquila in nubibus,* apud adagiographum.

EX CAP. III. VER. VIII.

ADAG. CLXXXIX.

Caput canis.

Caput canis.

OMNES conueniunt significari summam vilitatem atque despectionem. sed varia est interpretatio. S. Hieronymus, si ipse Traditionum *in libb. Regum* est author ita scribit: *Numquid caput canis, ego sum aduersum? Iudam hodie ac si diceret, propter te, & propter domum patris tui, dicor, caput canis esse contra Iudam: eo quòd non reducam domum Israël ad Dauid, quem scio vnctum esse regem, & regnaturum super vniuersum Israël.* Caput canis *se dicit esse, id est vilem: eò quòd à Iudâ sic haberetur, sicut latratus canis, & eo quòd Princeps esset canum, hoc est stultorum hominum*: sic ille, quæ verbo tenùs, vt solet Angelomus desumpsit.

Hieron.

Angelomus.

Lyranus exponit, vilem & abominabilem sicut est canis caput. Abulensis vult esse sensum, quòd esset litigiosus & pertinax: sicut canes sunt litigiosi nimis, sempeł latrantes & murmurantes: sic Abner toti Israëli, bellum mouendi & rebellandi causam & caput fuisse. vnde quinam in Gallicis, Anglicis, Germanicis bellis ciuilibus *caput canis* vocandi sint. Caietanus adhuc aliter, dabo verba, vt sensum quem voles & poteris, exsculpas: *Mentionem* (inquit) *faciendo* capitis canis, *significat quòd de officio latrandi & custodiendi more canis loquitur. caput enim hoc canis facit. Dicit autem se reputari vt canem, non vt principem exercitus, quia non habebatur ratio eius propter ipsummet (dum reprehendebatur pro re muliebri) sed propter bonum ipsius regis dumtaxat: sicut habetur ratio canis custodis propter custodiam dumtaxat.* Vatablus vult singulare positum pro plurali, *caput canum*; hac sententiâ: Mène sic tractari decet, quasi forem custos canum hostilium? idem dubitat an Abner falsò fuerit accusatus ex suspitione: sed Iosephus expressè prodidit cum Respha concumbentem deprehensum, *lib. 7. antiqui. in princ.* Mihi videntur duo significari, quæ ambo vim habent paræmiæ prius est huiusmodi esto, commiserim, quod improperas. an idoneus visus sum tibi, quem palàm dehonestares? Mène adeò impudentem putas, vt non erubescam, & grauiter feram coram aliis hoc mihi flagitium obiectari? nemo nescit, quàm impurâ & impudenti lasciuiâ sit canis, qui matrem quoque & in propatulo solet. Vnde natum illud, *masculi canis infinita cubilia.* & Achilles Agamemnonem

Abulēsis.

Caietan.

Vatablus.

Iosephus.

Auctoris explicatio duplex. 1.

canum

caninis oculis vocauit indicans inuidum & impudentem. Posterius
11. est, significari imæ sortis & vilissimi ministerij seruitium, cuius curæ vel canes domo pellere, vel canes alere & custodire: quo munere videmus mancipia Turcica apud Europæos heros fungi. colligitur ex *Iob.*30.1.*quorum non dignabar patres ponere cum canibus gregis mei.* vbi Lxx.paulo aliter, *non putaui esse dignos canibus gregis mei.* hoc est qui
Chrysost. præficerentur pecuariorum canum custodiæ. vbi S. Chrysostomus (contra nonnullos hîc) *non eò*, inquit, *retulit quòd latrante hoc animale deteriores ipsos ducaret: sed ob eam rem hoc dixit, quia indignos ipsos existimabat, qui canes eius curarent.* Sic
Eugub. Pineda. etiam Eugubinus,& eruditè Pineda noster ad *d.v.*1.

ADAG. CXC.

EX EODEM CAPITE, VERSV XXIX.

Fusum tenens.

INTER diras, quas Dauid Ioab, propter necatum Abner imprecatur, vna est, non facilis intellectu; vt non deficiat de domo illius *tenens fusum.* difficultas se ingerit ex omni parte. Hebraicè est מחזיק בפלך *Machasik baphelech.* Quod Chaldæus exponit אגר *aghar* mercede meriturum, ad sensum non ad verbum. Lxx. σκυτάλιν, quod Complutenses interpretãtur *scuticam*, quia hanc aliquãdo significat: verùm significat etiam interdum baculum seu scipionem,& sic
Procopius. video accipi à Græcis. Procopius hîc, σκυτάλα *vtuntur qui mutilo sunt corpore: quare Aquila talem* cæcum
Theodoretus. *exposuit*, τυφλὸν. quod à Theodoreto *q.*12.sumpsit, qui tamen postea videtur interpretari extremam pau-

Lxx. Scytale quid. Complutenses.

pertatem.de scipione etiam capiũt Liranus, Abulensis, Vatablus, Pagninus,& alij. Hugo Carensis, instrumentum quo leprosi tympanisant vt audiantur: quod vnde acceperit nescio; nec Græcæ, nec Hebrææ, nec Latinæ voci conuenire scio. Glossa ordinar. exponit effæminatũ. optimè Caietanus & Saa, vile & muliebre exercitium ad quærendum victum: quæ germana expositio est, sed indiget explicari & confirmari.

Liranus. Abulẽsis. Vatablus. Pagninus. Carensis. Glossa ord. Caietan⁹. Saa.

Per eum qui *fusum tenet*, arbitror indicari duo, extremam paupertatem, quæ cogat ad indigna genere suo ministeria; de paupertate vidit Theodoret⁹,& subindicauit Chaldæus; & præterea animum adeò vilem & muliebrem, vt, cùm possint honestioribus & virilem sexum decentibus seruitiis se impendere, tamen muliebria amplectantur,&(vt sic dicam) virum planè exuant. Nam Hebræum פלך
Auctoris explicatio.

propriè significare bacillum tenuẽ & teretem, quem noster hîc & *Prou.vlt.*19.optimè expositi, *digiti eius apprehenderunt fusum.* dixerat manum misit ad fortia, digitis tribuit quod debilius, sed par illis; vbi Pagninus nescio cur *colum* verterit, Baynus Anglus prudenter *fusum.* sic possumus Græcam vocem accipere de bacillo tenuiore seu furculo, quale fusum, & qualis scytala Laconica, de qua Erasmus in adagio, *tristis scytala.* Indicatur ergo effæminatus animus. Nam fusus muliebre instrumentum, & ideò effæminatos vulgus remittit ad colum & fusum, Hisp. *tomad la rueca y el huso*: exitio fuisse Sardanapalo docẽt Herodotus, Diodorus, Trogus & alij, quòd dux militum inter concubinas purpuram nentem inuenisset. de Hercule quoque in Lydiâ mulierato legimus,

Baynus. Scytala Laconica. Sardanapalus. Hercules.

Seneca. *Amore captus ad leues sedit colos,*
Vdum ferocì stamen intorquens manu.

Ideo illi Deianira improperat apud Ouidium. Ouidium in epist.

Non fugis, Alcide, victricem mille laborum
Rasilibus calathis imposuisse manum?
Crassaq; robusto deducis pollice fila,
Æquáque formosa pensa rependis hera.
Ah quoties, digitis dum torques stamina duris,
Prænalidæ fusis comminuere manus!
Diceris, infœlix, scutica tremefactus habenis,
Ante pedes Dominæ pertimuisse minas.

Suspicio. Claudian. Quid si etiam illi latenter posteros imprecetur truncos parte, quâ Eutropius, Claudiano laceratus. Nam eunuchorum hoc munus inter cætera, fuso & calathis vacare. idcirco enim ait idem,

. . . quid te, turpissime, bellis
Inseris, aut sani pertentas Palladis campi?
Tu potes alterius studiis hærere Minervæ,
Tu telas non tela pati, tu stamina nosse,
Tu segnes operum sollers vrgere puellas,
Et niueam dominæ pensis inuoluere lanam.

Marses. Idcirco Narseti, viris multis fortiori, Iustiniani Imperatoris illa Iuno impotens minitata, se illum in gynæceo pensis & quasillis addicturam: quam ignominiam, vir strenuus, grauiter, cum Romani imperij clade vindicauit. Exemplum ingens, ne, qui superiores sunt, in subditos temerè linguam laxent. Mysticè S. Augustinus vult isto verborum ambitu notari illos, qui fallaciam suam defendere nituntur: Glossa interlin. mundanæ voluptatis instabilitatem.

S. August.

Glossa interlin.

EX CAP. V. VER. VIII. ADAG. CXCI.

Cæcus & claudus non intrabunt in templum.

Cæcus & claudus non intrabit in templum.

SIc sacra Scriptura ait, Iebusæos ante expugnationem Hierosolymæ dixisse Dauidi: *Non ingredieris huc, nisi abstuleris cæcos & claudos, dicentes: Non ingredietur Dauid huc. Cœpit autem Dauid arcem Sion: hæc est ciuitas Dauid. Proposuerat enim Dauid in die illâ præmium, qui percussisset Iebusæum, & tetigisset domatum fistulas, & abstulisset cæcos & claudos odientes animam Dauid. idcirco dicitur in prouerbio: Cæcus & claudus non intrabunt in templum.* Locus, propter historiæ ignorantiam, valdè obscurus est, & non potest prouerbium intelligi, nisi priùs constet de verborum sententiâ. Hebraicè, pro *templo* est *domus*: Lxx. domum Dei dixerunt, sic enim templum vocant Hebræi. & loquitur de ciuitate Dauid, vbi erant arx & templum. Chaldæus pro cæcis & claudis habet *chattzia vechaiaibaia*. peccatores & culpati, siue rei.

Domus Dei.

Chaldæ.

Hebræi, à quibus narratio rei petenda erat, diuersa comminiscuntur, & ex incertis nos incertiores dimittunt. Sunt enim eorum, vt minimùm, quatuor explicationes. I. est à D. Hieronymo tradita; hoc sibi Iebuzæos velle; cùm tanta sit murorum altitudo, & locus adeò munitus, quâ fiducia Dauid hunc locum obsidet? an habet nos pro cæcis & claudis? sciat ergo se non priùs hanc arcem occupaturum, nisi nos, quos ita contemnit, hinc amoueat. hanc etiam referunt

I Sentẽt.

S. Hieronymus ex quibusdã Hebræis.

Glossa

Gloss. ord. Carensis. Camestor. Abulēsis. Vsus erit obsidentium iactātiæ reprimēdæ.

Gloſſa ordinat. & Hugo Carenſis, & hiſtoria ſcholaſtica; fuit autem eam amplexus Abulenſis. Si quæras quo pacto hoc conueniat prouerbio; facilè dicant Iebuzæos à templi aditu excluſos, addito elogio quod ſibimet inſcripſerunt iſta iactitando.

II. Sēntia. R. Salomonis.

II. Sententia eſt R. Salomonis, duas ſtatuas, vnam Iſaac, cæcam; & alteram Iacob, claudam, Iebuzæos in muris collocaſſe; & videtur Lirano non diſplicuiſſe, ſed eam refellit Abulenſis, vt & Burgenſis.

Lyranus.

III. Abenezræ.

III. Eſt R. Abenezræ, non agi de ſtatuis patriarcharum, ſed de ſtatuis idolorum, quæ colebant Iebuzæi: hæc idola vocabantur à Iudæis cæca & clauda. (*vt Pſalm. 115. à v. 5.*) ea Iebuſæi in quadam turri forti habebant, in muris ſitâ, & fortè quædam in ipſis murorum minis collocarant, iactitantes; Eia Hebræi, ſi poteſtis hos claudos & cæcos à muris auferte; quod non veremur. Dij ſe tuebuntur, quos contumeliâ afficitis. Contrà Iudæi, poſtquam Ioab primus murum conſcendit, & commentitia numina deturbauit, in adagium, ad rei geſtæ memoriam verterunt, inuicem ab idolis reducendis auertentes, *Claudos & cæcos nemo in domum Dei introducat.*

Burgēſis.

hæc explicatio Paulo Burgenſi placuit: mihi diſplicet, non vt minimè veriſimilis; ſed vt nullâ auctoritate antiquitatis ſubnixa, nullo Patrum ſuffragio roborata.

Hæretici.

In maius illam efferunt Nouatores, & ariete cæcitatis ſuæ contra cultum Sacrarum imaginum intorquent. claudicabunt ipſi, & aries erit exarmatus; donec probauerint, ſacras Catholicorum imagines idola eſſe: quod poterunt nunquam, vt hactenus non potuerunt.

IV ſententia Caietan⁹.

Quarto loco occurrit explicatio Caietani. ſupponit vrbem inferiorem iam fuiſſe in poteſtate Dauidis (quod verum eſt:) & illic degentes Iebuzæos amicos Dauidi fuiſſe; alios qui in arce habitabant, vnde eos Iſraël nondum potuerat eiicere, hoſtili ſemper animo in Dauidem fuiſſe. Vult itaque hîc ſubintelligi quaſi quendam dialogiſmum. Arcis habitatores dixiſſe, Non ingredietur huc Dauid, ſcilicet in hanc arcem. Hoc nunc repetere dictum inferioris oppidi incolas, & alios illos accuſare, & monere: vt ante omnia arce illâ ſtudeat potiri, & inde contumaces, qui hoc iactauerant, ſummoueat. hos vult appellari cæcos mente, vt qui non intelligant quàm vtile ſit ipſis ſedem regiam in vrbe Ieruſalem collocari. Claudos verò vocari eoſdem, vt non rectè in hoc negotio cum Dauide incedentes. Poſtea addit Hebræos hoc prouerbio ſolitos vti, quando aliquem ab officio petito repellebant, tanquam animo cæcum vel claudum. Similiter vſos, quando aliquem ſuſpectum habebant, dicendo, Cæcus & claudus non ingredietur domum: loquendo quidem in genere, ſed non abſque notâ eorum, de quibus erat ſermo. Si hanc ſententiam ſequeretur: potiùs dicerem vti aliquem poſſe ſenſu anagogico; in cæleſtem Sionem, nec claudos (tales ſunt politici) qui omnis, & ideo nullius fidei: nec cæcos, (tales ſunt hæretici) niſi verus Dauid, CHRISTVS; claudicationem & cæcitatem illorum ſuſtulerit, vnquam ingreſſuros.

II. Vſus prouerbij.

III Vſus.

IV. Vſus.

Vltima eſt explicatio, quam veram puto, Fl. Ioſephi lib. 7. antiquitat. Iebuzæos. qui in arce morabantur, reuerâ cæcos & clau-

V ſententia Ioſephus.

dos & leprosos, ad irrisionem Dauidis, in muris & propugnaculis statuisse, addentes solos hosce sufficere ad ipsum ab arce repellendum, & ideo munitioni loci confisos, omnes obsidentium & impugnantium conatus insuperhabere. cum Iosepho videtur sentire Abenezra apud Pagninum in voce עור: sed apertiùs grauissimi scriptores Tertullianus *libro 4. aduer. Marcio. cap. 36.* S. Cyrillus Alex. *lib. 3. in Esai. cap. 29.* Procopius, Anselmus, Angelomus, Vatablus hîc, & Ioannes Zonaras *lib. 1. Annal.* Quam historiam secutus, arbitror Iudæos arce expugnatâ dicterium illud Iebusæorum, per sarcasmum, confirmasse, perinde ac si dicerent: Verè iactabatis arcem vestram inexpugnabilem esse, & vel à cæcis claudisque defendi posse; sed id contra similes vobis, quibus nec prudentia nec robur ad tuendum fuit, hoc est cæcos & claudos: non verò contra nostri similes, qui consilio, & fortitudine, & dextevitate pollemus, & Deo nostro auspice ac duce, res quantumuis arduas perficimus. Non absimile est illud Græcanicum apud Suidam, ἀλλ' οἱ γὰρ ἀθυμοῦντες ἀνδρες οὔποτε τρόπαιον ἐχήσαντο. *Sed enim formidolosi viri nunquam tropæum statuunt.* Licebit vti, de re, quæ licèt adspectu primo sit impossibilis, reipsâ tamen prudentiâ, vigilantiâ, animo, manu, constantiâ potest superari: quod in multis arcium & vrbium obsidionibus euentus sæpe docet docuitque.

Abenezra. Tertull. Cyrillus. Procop. Anselm. Angelomus. Vatablus. Zonaras. Suidas. Vsus.

EX CAPITE XIIII. VER. VII. ADAG. CXCII.

Scintillam exstinguere.

HOc est vnico sublato filio seu hærede orbum & fine successore facere. Quoniam Hebræi *lucernam* vocant potentum liberos (vt suo loco docebo) ideo qui tenuiores erant, ideo Thecuitis de reliquo sibi filio, quem fingebat ad necem quæri, dicit: *& quærunt exstinguere scintillam meam, quæ relicta est, vt non supersit viro meo nomen, & reliquiæ super terrā.* Hebraicè נחלתי Lxx. τὸν ὑπόλοιπόν. rectè Chaldæus; vnicum qui relictus est. ὑπολοιπὶς enim vtitur voce scintillæ; quasi dic. vestri Regum filij, lucernę sunt, meus pauperculæ viduæ scintillula dumtaxat.

Scintillā extinguere. נחלתי

EX CAP. XVII. VER. VIII. ADAG. CXCIII.

Vrsa raptis catulis.

SÆVITIA, malitiæ, & furori impertertito mixta, nulli obuio parcitura, & dum perdat, peritura indicatur. hoc vsurpat Chusai *v. 8. esse fortissimos, & amaro animo, veluti si vrsa raptis catulis in saltu sæuiat.* de Dauide, & militibus eius, quibus nec peritia dolos nectendi, nec manus aut animus deerant, causæ verò iustitia, & desperatio superabat. sic habetur. *Prouerb. 17. 12. Expedit magis vrsæ occurrere raptis fœtibus.* Osee 13. 8. *occurram eis, quasi vrsa raptis catulis, & dirumpam interiora pectoris eorum:* quod vltimum addit declarandæ auiditati. D. Hieronymus ibi; *tradunt, qui de bestiarum scripserunt naturis, inter omnes feras, nihil esse vrsa sæuius, cùm*

Vrsa raptis catulis. S. Hieron.

cùm perdiderit catulos. meritò sacra Scriptura semper vrsam, non vrsum nuncupat, tum quia de catulis mentio, quos masculus contemnit, & interdum necat: tum quia in hoc genere fœmina fortior sæuiórque, teste Aristotele: eadem quoque libidinis impatiétior, adeò vt eius causa partum immaturum expellat, teste Aeliano. Quare fors rectiùs Maro. 3. *Georgicor.* de venereo animantium furore agẽs, vrsas posuisset quàm vrsos,

Aristoteles.

Ælianus.

Virgilius.

Tempore non alio catulorum oblita leæna
Sæuior errauit campis: nec funera vulgo
Tam multa informes vrsi, stragémque dedere.

Nec dubitarem reponere, si membranæ fauerent. Sæuitiæ malitiam attexui; quia Ælianus, & Oppianus, & Adamantius, dolosos, perfidos, & fraudulentos esse: ab iisdem feritate cæteras belluas superari scribit ex Apollonio Philostratus.

Ælianus. Oppian⁹. Adamãti⁹.

Philostratus.

ADAG. CXCIV.

EX CAP. XX. VERS. I.

Non est, pars.

Non est pars.

SIc sacra Scriptura solet indicare aliquẽ esse alienũ planè, neque ad se quidquam attinere eum de quo sermo. Hoc loco; *Non est nobis pars in Dauid, en-lanu cheleb Bedauid.* אין-לנו חלב בדויד, idiotismum seruant hîc LXX. & Chaldæus. Elias Leuites, & Bengorion, vt alij notarunt. 3. *Re.* 12. 16. habes, *Quæ nobis pars in Dauid, vel quæ hæreditas in filio Isai.* 2. Cor. 6. 15. *Aut quæ quæ pars fideli cum infideli?* Quid commune habent, quod inter eos partiri oporteat? Hispanicè, *Que tienen que partir vno con otro?*

EODEM CAP. VER. XVIII.

ADAG. CXCV.

Qui interrogant, interrogent in Abela.

Qui interrogant, interrogent in abela.

RAra mulier sapiẽs. Ecce istam vnã, quæ & hosti optimè cõsuluit & patriæ saluti fuit. Nam vrbẽ Abelã obsidenti Ioabo, sic traditur locuta; *Sermo dicebatur in veteri prouerbio: Qui interrogant, interrogent in Abelâ, & sic perficiebant.* Et mox inducitur quasi loquens Abel.; *Nónne ego sum, quæ respondeo veritatem in Israël: & tu quæris subuertere ciuitatem, & euertere matrem in Israel?* Hebraicè ad verbum, *interrogando interrogent in Abel: & sic perficerunt.* Idcirco miror, LXX. *& sic deficiebant*, καὶ οὕτως ἐξέλιπον. An deest negatio? οὐκ, vel an potior lectio, εἰ ὅτως, *si sic* q.d. nequaquam. Iosephus *lib. 7. antiquita. cap.* 11. ita narrat; vt hoc prouerbium prorsus omiserit, nec verbum habeat vllum de sapientiâ Abelæ, aut quod sententiæ adagij explicandæ prosit. S. Hieronymus, vel potiùs nescio quis alius hîc *in Hebræorum traditionibus* & cum eo Leui Bengerson mira quædam & incredibilia referunt de senio huius mulieris, quæ hoc loco refellunt Liranus & Abulensis; sanè prouerbij rationem omnem tollunt, & nequeunt versioni nostræ accommodari, vt nec ea quę Scholasticæ historiæ author prodidit, aut quæ Theodoretus habet. Angelomus & alij quidam contẽti fuerunt ponere verba Hieronymi; quibus etiã Chaldęa paraphra-

LXX.

Ioseph⁹.

Hieronymus.

Bengerson.

Liranus. Abulẽsis.

Cõmestor. Theodoretus. Angelomus. Chaldęus.

sis fauet. Procopius omnino silet. Carthusianus, Carensis, Saa rem indecisam relinquunt. Mihi nefas versionem nostram deserere: quam conaret cum Lxx. conciliare, si Lxx. lectio hîc pura aut certa foret. Notæ Romanæ fatentur ex pluribus versionibus hîc coagmẽtatam. Ideo manum abstineo. Sequor in nostrâ explicandâ Abulensem & Caietanum; quorum opinio nostræ vulgatæ, & Hebræo contextui probè conuenit. Verba illa, in Hebræo, *Interrogando interrogent*, vel *loquendo loquentur*; indicant non de lege latâ, sed de vulgato prouerbio agi. Fortassis Abela seu Abelmacha fuit Academia: certè sapientes in eâ habitasse locus indicat, à quibus soliti fuerint Israëlitæ, in dubiis consilium petere, & experti vt plurimùm id sibi fœliciter succedere. Hinc natum prouerbium, *Qui interrogant, interrogent in Abela.* Si quis magni momenti, vel arduum negotium cogitet aggredi, ab Abelanis consilium petat, & feliciter succedet. Ad institutum Ioab hoc fuit opportunum. Quia parabat excindere vrbem fortem, & munitam, quæ erat quasi oculus prouinciæ, & cum qua de deditione priùs nihil egerat, nec causam belli indicauerat; quod lege fuerat sancitum fieri. Ideò nec iustè nec prudenter se gerebat. (hactenus admitto quæ Iosephus, Theodoretus, & Hieronymus prodiderunt.) Sapiens ergo matrona ista hoc adagio vtitur, vt Ioabum moneat, maturè & cum consilio potiùs, quàm iracundè & præproperè rẽ agere. Indicet priùs, quid ab eis postulet, & cur pro hostibus habeat. Hoc se illi consilium ex Abelâ dare, quæ metropolis & quasi mater bonorum consiliorum semper habita fuerit. Credidit consilio Ioab, & rectè monẽti paruit: & bellum fœliciter sine vrbis excidio, sine exercitus sui periculo, confecit. Vtemur & nos adagio monentes, vt aliquid molientes priùs consulant peritos ac sapientes. Talis ergo Abela in Israël, qualis in Galliis Lutetia, in Hispanis Salmantica, in Brabantiâ Louanium, in Pannoniâ Græcium. Tale vulgatum, *Pregumtalo a quien lo sabe.* Tob. 4. 19. *Consilium semper à sapiente perquire.* & contrà *Eccles.* 8. 20. *Cum stultis consilium non habeas.* Menander.

Abulẽsis. Caietan⁹. Author explicat sententiã Abulẽsis. Vsus. Menãder.

σοφὸν παρ' ἀνδρὸς προσδέχου συμβουλίαν,
σοφὴ σοφοῦ γὰρ γίνεται συμβουλία.
A viro prudente accipe consilium.
Prudens prudentium etenim est consilium.

Hinc illud inualuit, consilio & fortitudine chimæram superari, inter Alciati emblemata. Apuleius *lib. de dæmonio Socratis*, ita scribit, *Nonne Vlysses cum Diomede deliguntur, veluti consilium & auxilium, mens & manus, animus & gladius? Nihil egregium, nihilque magnificum perfici belle potest in his potissimùm, quæ bellica negotia respiciunt, nisi maturo consilio coniungantur corporis vires.* alludit ad Diomedis petitionem Iliad. κ. Alciatus. Apuleius. Homerus.

ADAG. CXCVI.

EX CAP. XXII. VERS. III.

Cornu salutis.

Cornu salutis.

קרן ישע *Cheren ieśah.*

POtẽtem saluatorem, seu à quo salus & insignis victoria, significat, vt hîc, *Scutum meum, & cornu salutis meæ.* Sic Psal. 17. 3. *Protector meus, & cornu salutis meæ, & susceptor meus.* Si de Dauide ad literam acci

accipias, tũc sensus, non solùm mihi fuisti protector, ne hostes me impetu suo profligarent; sed etiam virtutem contulisti, vt ego illos sternerem fugarémque, sicut solẽt infirmiores bestiæ à cornigeris fortioribus ventilari; hanc metaphoram indicat Theodorus Antiochenus in catenâ. Si verò (quod mihi magis placet) sublimiorem sensum agnoscis, & suadet addita vox salutis, tũc (vt ait Asterius, ipse CHRISTVS vocandus est *cornu salutis*, sicut legimus Zachariã vocasse *Luc.* 1.69. *Et erexit cornu salutis nobis in domo Dauid pueri sui.* Asterius rationem reddit sic vocati CHRISTVM, quia ex patribus, & principibus populi natus. Eusebius ipsũ CHRISTVM sic dici, tum quia nobis vt Dauidi salutis author, tum etiam quia quatenus Deus, sibi ipsi quatenus homo talis fuit; sed notandũ, quando de Christo capiendũ *cornu*, tunc solere adiici verba aliqua quæ significent reparationem, restaurationem, & quandam repullulationem vt *d.v.69. erexit*, scilicet quod ceciderat, regno ad alienigenam translato, sed restauratum fuit in CHRISTO æterno rege, iuxta *Amos* 9.11. interpretante Iacobo *Act.* 15.16. Sic *Psa.* 131.17. *illuc producam cornu Dauid.* 1.Reg. 2.10. *sublimabit cornu saluis* CHRISTI *sui.* Ezech. 29.21. *In die illo pullulabit cornu domui Israël.* Aliàs aliquãdo ponitur *cornus* pro extremâ exstantiâ rei, vt cornu altaris, *Psal.* 117.27. aut pro qualicumque potentiâ, *Psal.* 74. *v.6.* & 11. vel pro angelicâ dominatione, *Apocal.* 5.6. vel pro terrono regno, *Daniel.* 7.24. & *Apoc.* 17. 12. Lege Maldonatum *ad d.v.93.* & Riber. *in Amos* 9.*v.*11.

Theodor. Antiochenus.

Asterius.

Eusebius in catenâ Barbari.

Regula quando cornu pro priè de CHRISTO capiendũ.

EX EODEM CAP. VER. VI.

ADAG. CXVII.

Funes inferni.

Funes inferni.

AIt Dauid, *Funes inferni circumdederunt me, præuenerunt me laquei mortis.* Prorsus frigida esset repetitio, funes sepulchri, & laquei mortis: ideo malè Abulensis exponit *sepulchrum* pro inferno: quia pugnat cum nostrâ versione & cũ LXX. nec placet, quod Clarius Brix. cùm verterit *dolores inferni* explicet *dolores sepulchri.* Nam sepulchri dolores nulli sunt, quia cadauer est insensile. Chaldæus paraphrasticè, *castra impiorum*, hoc est, Lemures & Manes me vndique coronâ cinxerũt, à quo non abhorret Liranus. Notãdum quando funes inferni iungũtur *laqueis mortis*; prius intelligendum de grauissimis & ineuitabilibus doloribus, quales impij perserunt in inferno, posterius de maximis periculis accipiendum, sed per hysteron proterõ, vt si diceret, præoccuparunt me laquei mortis, & tradiderunt me circumcirca vinciendum inferni cruciatibus. Sẽsus est, iam in acie nouaculæ positus, summis & ineuitabilibus cruciatib. ærumnarum affectus videbar mihi ad manes properare. Eadem verba habes *Psal.* 17.6. Nisi quòd noster eodem planè sensu illic posuit, *Præoccupauerunt*, pro *præuenerunt.* Vbi quotquot de Dauide ad literam accipiunt, volunt parœmiacum sermonem esse. Quidam censent *funes inferni* vocari hostes, quia coniuncti & sociati inter se erant, vt funes complicantur, & in excidium atque exitium Dauidis conspirauerant, iuxta illud *Psal.* 118. *Fu-*

Abulẽsis.

Isidor. Clarius.

Chaldæus.

Liranus.

Funes inferni, quid aliud quã laquei mortis.

nes

nes peccatorum circumplexi sunt me. (Sic Agellius) alij explicant dolores maximos & acerbissimos, alij pericula lethalia. Nõnulli dolores, quales sunt damnatorum. Quod de Dauide, foret hyperbolica locutio; de CHRISTO, cum grano salis accipiendum. Cùm enim, ô Catholice, hoc Caluinistam audis dicentem, vel legis scribentem; scito sentire, CHRISTVM omnes dolores animæ, vt sunt desperatio, impatientia, & similes subiuisse, quos in gehennâ damnati perferunt. Quæ execranda blasphemia est, & perfidia diabolica. Quando Catholici hoc dicunt vel scribũt, non loquũtur de pœnis animarum damnatarum, sed solummodo volunt dolores passionis CHRISTI, quàm graues fuerint, hac tropicâ locutione explicari. Verùm de doloribus corporeis dictum satis erat *Ps.*17. *v.*5. *Circumdederunt me dolores mortis, & torrentes iniquitatis cõturbauerunt me.* Cur ergo iterum idem inculcaret *v.*6. Respondeo non idem eodem modo, sed crescente oratione indicari: nec eadem sunt vnquam sacræ Scripturæ mors, & sepulchrum, & infernus: quicquid nouatores contendant. Euthymius quidem hic asserit *mortem* & *infernum* pro iisdem vsurpari: sed dicit tantùm, nec probat: quin etiam quod dixerat mox deserit, & ea discriminans mortem vocat inferni ministram: quia mors animas à corpore separat, vt eas infernus postea recipiat & includat. Sic mortis dolores inferno ministrare dum animas ad eum transmittunt. *Infernum* quoque iuxta Græci nominis etymogiam locum mortuorum subterraneum insuauem & iniucũdum significare: dictum ἀΐδης ὡς ἀνιδρύς. Sic ille. Didymus quoque clarè separat mortem ab inferno: & infernum Apollinarius in ecphrasi luculenter describit,

Caluinistarum blasphemia.

Mors, sepulchrũ, infernus diuersa.

Euthym.

Didymus.

Apollinarius.

ταρταρίων μ' ὠδῖνες ἐκυκλώσαντο βιαίων.

Tartarinorum me dolores coronâ clauserunt barathrorum.

Separant etiam DD. Hieronymus, Augustinus, Ruffinus & Cassiodorus. Cæteri quoque, Latini Patres & Græci, distinguunt, licèt multi non satis cõmodè exponant, vel de amissione rerũ terrenarum; vel de peccatis quib. quis in infernum trahitur; vel de Iudæis & Gẽtilibus inferno addicendis. Omnes tamen in eo nobiscum conueniũt, quòd infernum, à morte & sepulchro distinguunt. De sepulchro res nimis manifesta est, de morte duo loca obiiciuntur, vnus ex D. Petri verbis, *Act.*2. *v.*31. Alter ex *Osee cap.* 15. *v.*14. vbi videntur iidem *mortis & inferni dolores.* Ergo infernus pro morte sumi consueuit. Fortis aries & qui firmum doctorum hominũ pectus quassauit: nec arbitror rem tanti momenti leui brachio dum taxat attingendam; sed integrâ & plenâ disputatione pertractandam. Liceat ergo mihi; pie Lector, hîc nonnihil digredientem exspatiari, operæpretium erit pro nonnullorum adagiorum commodiore intelligentia.

Hieronymus. Augustin. Ruffinus. Cassiodorus.

DIGRESSIO SECVNDA.

De vocibus שאול ᾅδης, *infernus, an pro sepulchro aut morte in sacra Scriptura sumantur, contra Nouantes.*

Præ

Cap.1 cõtinẽs fundamenta & conclusiones.

PRÆLECTIONIBVS Gratzensibus in epist. ad Hebræos docui, Caluinum & alios nonnullos nouantes conari, omnem ex sacris literis gehennæ mentionem expungere: atque ideo, quæ de flammis inferorum in illis continentur, ad metaphoras & internos tantũ animæ cruciatus detorquere; præcipuè vt sic eliminent articulum fidei, de CHRISTI ad inferos, seu ad limbum patrum descensu: quam hæresim iam D. Isidori notam tempore, nostro Martinus Bucerus suscitauit, & amplexi Caluinus Buceri discipulus, & Caluini sectatores Beza, & Drusius, ac cęteri: contra quos legi possunt Alf. à castro *lib.8.hæresi.3.de inferno*, Fran. Feuardentius Appendicis ad castrum, *lib.3.hæresi.9.* Henricus Vicus Northouius, *lib.integro de* CHRISTI *ad inferos descensu*, & illustriss. Bellarminus, *tom.1.lib.4.de* CHRISTO *ca. 6. & 7.* & idcirco hæretici illi laborant omnia loca sacræ Scripturæ de hoc agentia, vanâ verborum significatione corrumpere. Alia est mens Catholicorum quorumdam, hac in re mustea sectantium, non malo animo, sed non satis cauto. In articulo enim de descensu CHRISTI ad inferos, & de veris inferorum incendiis piè sentiunt cum Ecclesia: sed de significatione vocis Hebrææ nimis liberaliter; quia minùs attenti ad fraudes hæreticorum, & fors non satis in illis detegendis ac refellendis versati, nimis inquam liberaliter cum aduersariis depaciscuntur, inter quos Pagninus, Olcaster, Caietanus, Fœlix, Eugubinus, & Montanus, & alij suis quique locis citandi refellendique.

Caluinus conatur gehennã expungere.

Christi descensus ad inferos.

Alf. à Castro. Feuardentius. Henricus Vicus.

Bellarmi.

Quo differant Catholici quidã ab hæreticis in hac quæstione.

Certum est hunc de igne metaphorico errorẽ vetustum esse: nam Cassiodorus scribens *in Psa. 9. v.18.* refellit nescio quos, id opinantes, his verbis: *dicit vnde cognoscatur Dominus iudicia facere, quando nexuosis operibus suis peccator astringitur, & secundùm actuum qualitatem, dignã recipit vltionem. Nam sensus ille omnino vitandus est, qui putat peccatorem sola peccatorum suorum recordatione cruciandum. Nam si hoc sufficeret tantùm, quare diceretur*; Matth.25. *Ite in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius.* & illud Isaiæ *66. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non exstinguetur.* & quæ sequuntur. D. autem Hierony. *to.2. epist.* ad Auitum, quæ incipit, Ante annos circiter decem, paulò post medium, inter Origenis *in lib.* de principiis errores, hunc recensет; *Ignes quoque gehennæ & tormenta, quæ Scriptura sancta peccatoribus comminatur, non ponit in supplicijs, sed in conscientiâ peccatorum, quando Dei potentia & virtute omnis memoria delictorum ante oculos nostros ponitur: & velut ex quibusdam seminibus in animâ derelictis vniuersa vitiorum seges exoritur: & quicquid fecerimus in vitâ vel turpe vel impium, omnis eorum in conspectu nostro pictura describitur, ac præteritas voluptates mens intuens, conscientiæ punitur ardore, & pœnitudinis stimulis confoditur.* En vobis delirium Origenis. Cur tã putridã crambẽ nobis Caluinistæ recoquunt? vt ergo hũc suũ errorem, & alterum simul de CHRISTI descensu ad inferos metaphorico, homines illi tropici & metaphorici, aliquo colore queant inumbrare, machinantur nobis pleraque sacræ Scripturæ testimonia de inferno agentia extorquere & ad sepulchrum deflectere: sed tollere debebant, & postea sepelire, quâ homines soliti facilitate. Hæc nunc illis claua extorquenda: & de germanâ significatione vocũ

De igne vero inferni. Cassiodo.

Hæresis vetus de inferno.

Hoc vult Caluinus.

Hierony.

Origenis error.

(Seol, שאול, ᾅδης, infernus) disserendum.

שאולה Genebrardus.

Hebræum שאולה *Seolah*, *Psal.* 9.18. teste Genebrardo, exponitur in lib. *Deras Gihinnon*, & Thalmudici dicunt addi ה in fine, vt ima pars gehennæ significetur. Deducitur à radice שאל, quæ significat auidiùs & procaciùs experere, seu postulare. Vnde suppono duo, vt vera. Primò illam vocis שאול fore veram significationem, quæ cum radice optimè conuenit: Secundò, illam quoque meliorem esse interpretationem, quæ cunctis sacræ Scripturæ locis conuenit, quàm quæ quibusdam non conuenit: & quando in illâ communi significatione verba capi commodè possunt, non esse ad alias recurrendum. His suppositis, quæ ab aduersariis non negantur, notanda sunt nonnulla.

שאל

שאול

I. Suppositio de vera significatione

II. De optimâ interpretatione.

Not. I. de dissensione recentiorũ inter se.

Primò notandum veteres Rabbinos *Seol* propriè accepisse pro inferno, vt patet ex apocrypho Esdræ quarto, cuius author valdè antiquus est; & *cap. 4. v. 8. & cap. 8. vers. 53.* inferos cœlo opponit, *Seol & Samaim*; & *d. cap. 4. v. 41.* promptuaria quæ sunt in *Seol* comparat matrici, & animas in die vltimi iudicij parienti. Obseruandum verò recentiores istos plurimùm inter se dissentire. Quia Caluinistæ cum iunioribus Rabbinis, & ex Catholicis Caietanus, Eugubinus, Montanus, *Seol*, vertunt sepulchrum, foueam, sepulchrum deterius quàm cæteri, nec vllum omnino locum habent sacræ Scripturæ qui nos vrgeat, nec vllo illis loco vel nostri interpres, vel Lxx. fauerunt. Quod cùm probè aduerteret Montanus, & à Leone Castrio asperè idcirco fuisset reprehensus, maluit in psalmorum paraphrasi, vbi non audebat *Sepulchrum* dicere, loco illius ponere *Barathrum*: bene si de inferno; malè si de quauis voragine intellexit. Miror non attendisse ad causam, quæ iuniores istos Rabbinos impulit ad huiusmodi expositionem vocis *Seol*: quam causam discere poterant ex Dauide Cimchi. Tradit enim eos existimasse, animas impiorum cum corpore interituras, vt author est Genebrardus *ad Psal. 2.* quare necessarium crediderunt, cùm de impiis agitur, *Seol* pro sepulchro vel scrobe accipere, non pro inferno, quem pro impiis non agnoscebant. Ecce bellæ huius Libitinæ prima incunabula. Secunda opinio est aliorum, qui in sacra Scriptura infernum & mortem sæpè pro iisdem sumi arbitrantur. Verùm isti si mortem tunc propriè accipiunt, pro separatione animæ à corpore, vt sumere videntur: profectò nullũ sacræ Scripturæ locum clarum, & certum pro se possunt adducere; nos plurimos adducemus liquidè ipsis aduersantes. Quare hanc sententiam in Cantico Cantic. *cap. 8. 6.* refutaui, nunc etiam fusiùs & pressiùs impugnabo, vt minimè necessariam, vt inducentem verborum atque rerum confusionem; & catachresim: hac verò in re non tantùm dissentio ab Antonio Gueuarâ in Habac. qui vult hoc esse perpetuum, sed etiam ab aliis, qui vno atque altero loco id admittunt, vt nostri, Ribera *in Osee*, Sa *in phrasibus*, & Ioannes Lorinus *in Actor. cap. 2.* Tertiæ classis sunt qui vocabulum *Seol* vniuersim interpretantur de ipso statu & conditione, non de loco mortuorum. Sic Vuolph. Musculus ex hæreticis, & Corn. Iansenius vir pius, & Catholicus. Hi dupliciter peccant. Primò quia hoc pro perpetuâ & propriâ vocis significatione nobis

I. Opinio. Caluinistę Rabbini iuni. Caietanus. Eugubin. Montan.

Leo Cast.

II. opinio.

Antoñ. Gueua.

Ribera. Sa. Lorinus.

III. Sentent.

Vuolph. Musculus. Corn Iansenius.

pro

propinant, adeò vt non putent propriè ipsum locum significare: quod omnibus illis testimoniis retellitur, in quibus cœlũ inferno vt summum imo, opponitur. Secundò, quia tunc superorum, hoc est animarum beatarum status, nomine *Seol* quoque contineretur, quod nescio cui possint probare. Si dicerent non de omnium qui ex hac vitâ migrarunt statu id se intelligere, sed de illis solummodò qui in gehennâ, limbo, purgatorio continentur; nonnulla testimonia possent huc pertrahi. Hæc de Hebræo *Seol*.

II. Notabile de Latinâ voce inferni: & aliis vocibus Hebræis.

Deinde notandum Hebræum *Seol* à nostro vulgato interprete aliquando verti voce *mortis*, sed rarò; & tunc accipi, non pro separatione animæ à corpore (quam Hebræi propriè vocant *Maueth* מות) sed de infœlici animarum conditione, quæ in tristi illâ mansione, velut in carcere detinentur: atque ita locus ipse (semper enim de loco capio) animabus ipsis quasi quædam mors est. Hoc enim sensu etiam ᾅδης & θάνατος nonnumquam apud Lxx. confunduntur: vt tunc *mors* metonymicè ponatur pro loco mortuorum istorum, non respectu corporis, sed respectu animæ, cuius à corpore separatæ est receptaculum. Quo sensu noster interpres voces *Seol* ac *Dor*, דור pro isdem interdum accepit, pro *Dor*, transferens *infernum*; & pro *Seol* aliquando *Lutum*, hoc est *carcerem*: nunquam tamen vel *Seol* vertit *Sepulchrum*, vel *keber* (quod propriè sepulchrum est) קבר, vertit *infernum*, vel *Maueth* transtulit *infernum*. Denique *Abaddon* אבדון, hoc est *perditionem* seu exterminium, & תחתית *Tachtioth* cum addito ארץ *Eres*, vel auxesis gratiâ שאול *Seol* adiuncto, nempe *Eres Tachtioth* vel *Seol Tachtioth*, idem significant, quod per se *Seol*, solum, ideóque noster solet illa vertere, *terram inferiorem*, aut *infernum inferiorem*.

Mors & θάνατος interdum pro loco mortuorum.

שאול & דבר & קבר & מות & אבדון & תחתות

Tertiò notandum nunquam Lxx. vocem ᾅδης in veteri testamento aliter vsurpasse quàm pro inferni receptaculis: neque hactenus Beza, Stephanus, aut alij Caluinistæ, vel vnum testimonium proferre potuerunt, vbi liquidè pro sepulchro ᾅδης poneretur. Lxx. aliquando שאול λακκον, sed tunc λακκος illis non est idem quod τάφος, seu ταφὴ, sed idem est quod ᾅδης: numquam verò inuenio illos ᾅδης & ταφὴ confundere. Idcirco Scapula in suo Lexico, quod est compendiũ Thesauri Stephanici, commentum illud Bezæ, ᾅδης idem esse quod ταφὴ, prætermisit. Noster interpres & loco ᾅδης aliquando vertit *mortem*, sed intelligens de morte secundâ. Cæterùm in nouo testamento vbi plusquàm duodecies Græcum ᾅδης occurrebat, nunquam senior Beza fuit ausus vertere sepulchrũ, vt patet ex eius nouo testamento, quod anno 1580. Henri. Stephanus excudit: sed perpetuò *inferos* & *infernum* reddidit. Vnde facilè colligat aliquis, illum vel sententiam mutasse, vel contra suam conscientiam, in veteri testamento vocẽ capere pro sepulchro, & affirmasse id Græco nomini cõsentaneum. Si in veteri, cur non in nouo? an cum lege veteri significationes quóque Græcorum vocabulorum abolitæ? Alioquin, quæ hęc ingenij mobilitas in re grauissimâ? cum de eodẽ CHRISTI Domini descẽsu ad inferos, & ab inferis reditu vtrobiq; agatur, *Actor. quidẽ* 2. vertere *infernum*, Psal. verò 15. *Sepulchrum*, his in paraphrási psalmorum nõ admodũ probis versiculis.

III. Not. de Græco ᾅδης Theodor. Beza. Henric. Stephan. λάκκος ταφος. Scapula.

Beza inconstantia ostensa & reclarguta.

Nam tu me minimè cano in sepulchro
Linques, nec tumulo sines educi
Jacentem in cineres tuum hunc resolus.

Videlicet multum iuris est Protheo ad Lemanum, & fœlices tali Vertumno initiati; qui in nouo testamento anno 1556. verterat *sepulchrum*, ab aliis etiam symmystis reprehensus, reposuit anno 1565. & 1589. *inferos*, timens ne crederetur nullos post sepulchrum inferos credere. Adscribam mirabiliorem quàm probabiliorem analogiam ἅδης, ex Sibyllinis oraculis: volunt ἅδης dictum παρὰ τὸ Ἄδαμ, quòd primus eò descenderit, postquam morte obitâ telluri redditus fuit:

Oracula.

Sibyllina. An ἅδης ab Adam dictus.

ἅδης δ' ἐστ' ἐκάλεσαν, ἐπεὶ πρῶτος μόλεν Ἄδαμ
γευσάμενος θανάτου, γαῖα δὲ μιν ἀμφεκάλυψε.
τοὔνεκα δὴ πάντες γ' εἰς ἐπιχθόνιοι γεγαῶτες,
ἀνέρες εἰν ἀΐδαο δόμοις εἶναι καλέονται.

Est ἅδης (dictus) *quòd eò primus descenderit Adam*
Vitâ defunctus, quando est tellure repostus.
Hinc homines quotquot fuerint telluris alumni
Infernas Orci sedes dicuntur adire.

Prior omnino Abel εἰς ἅδην descendit, nempe *in limbum*. Illud tamen contra Bezam est, quod ἅδης pro inferis sumpsit. Non argumentor ex etymo, quod non repugnat aduersariis, siue ἅδης, quasi ἀϊδὴς *Luce carens*, siue quasi ἀδὴς, *illetabilis*, teste Hesychio.

IV. Notabile de vsu prouerbiali.

Quartò velim notari, sacram Script. inferni nomine interdum vti adagialiter, sicut Theodoretо, & quibusdam aliis veteribus visum fuit; non detrahendo aliquid inferni & pœnarum eius veritati, sed potiùs ipso vsu illam confirmando. Quod cum nostrâ sententiâ nihil pugnat: fauet potiùs, vt quod maximè. Tunc enim sumitur adagium à veris inferorum conditionibus, & ad similia transfertur: & ideo, vt basis, supponitur vera vocis significatio, & huic veræ significationis fundamento illud vulgò tritum prouerbium superædificatur. Quod profanis auctoribus & antiquis Patribus tam notum & crebrum fuit, quàm insolens & ignotum, locum inferorum cum sepulchro, quo cadauer conditur, confundere.

V. Notabile de metaphoris in hac materiâ.

Vltimò tamen aduertendum, aliquando ea quæ propria sunt cadauerũ in sepulchro sitorum, vt v.g. sepeliri, rodi à tineâ aut vermibus, & quæ talia, pereleganti locutione μεταφορικῶς posse & solere transferri ad animam, perpetuâ in inferno compede quasi vinctam; & peccatorum pondere prostratam; & ideo frequenter, cùm de animâ fit sermo, ea vsurpari, quæ constat sepulti corporis esse propria, vt postea, vbi opportunum, ostendetur. Non tamen idcirco licet ab hac metaphoricâ translatione, ad propriam vocis significationem id producere: dicuntur enim illa non propter vocis significationem, sed propter rei quandam similitudinem. Præterea quotiescumque in sacris literis hæc metaphorica locutio vsurpatur, videas simul aliquid addi, quod attentum & perspicacem lectorem à vero aberrare, vel decipi non permittat.

His præmissis, contra dissentientes duo axiomata statuo, quibus meam sententiã complector; vnum

affir

affirmatiuum, alterum negatiuum.

Primum axioma; *Multa sunt in Sacris libris loca in quibus Hebream vocem Seol, aut Gracam ᾅδης, aut Latinam Infernus vel inferi; non potes, nisi violenter & durè, interpretari sepulchrum, scrobē, foueam, mortem (primam & propriè dictā) aut statum animarum vel mortuorum in genere; aut denique aliter, quàm aliquod inferorum receptaculum, saltem Metonymicè significatum.*

Probabitur hoc axioma plusquàm sexaginta sacræ Scripturæ testimoniis, quæ primo loco hic subiungentur & discutientur. huiusmodi enim sunt omnia illa loca. Primò quæ spectant ad ipsum terræ centrum, quia summo cælo opponunt inferos, vt *Iob.26.6. Isai.14.11.* Secundò, quæ agunt de hominis animâ, quam constat non sepeliri, vt *Psal.15.10. & 48.15.* Tertiò, quando sententia respicit solos peccatores, vt *Psal.6.6. & 9.18.* Quartò, quando aliquid additum non conuenit sepulturæ vel mortuorum statui in communi, vt cùm Iacob dicit se ad filium descensurum, quem putabat voratum à ferâ, *Genes. 37.35.* vel fit ignis mentio, vt *Deutero.32.22.* vel abyssi, vt *Ezech. 31.15.* cum sequent. vel distinguitur infernus superior ab inferiore, vt *Psal.85.13.* & similia:

Axioma II. negatiuum.

Secundum axioma est: *Nullus in sacrâ Scripturâ locus est in quo* שאול, *ᾅδης, infernum, inferos, cogamur capere pro sepulchro, scrobe, foueâ, anima à corpore separatione, vel in genere pro statu mortuorum, aut alio, quàm pro animarum receptaculo, saltem Metonymicè accepto.*

Hoc primâ specie difficilius videtur, non est tamen; vt ostendam, locorum omnium, quæ negotium facessunt, explicatione; à loco sexagesimo tertio vel quarto, vsque ad digressionis finem.

Pro primo axiomate sunt loca sequentia.

Cap. 11. Continet probationes primis axiomatis.

Primus est *Genes. 37. ver. 35. Descendam ad filium meum lugens, in infernum*, ait Iacob de Ioseph, Hebraicè שאול *Seol*, Græcè ᾅδης habemus. Rabbinizantes autem pars reddunt, pars explicant *sepulchrum*: quibus præit vnus veterum Alcuinus *in Genes.q.254.* hisce verbis; *Vel etiam* inferni *nomine sepulcrum significauit. q.d. in luctu maneo, donec me terra susceperit, sicut illum sepulcrum.* Multa huic expositioni obstant

Alcuinus.

Sed refellitur. Augustinus Eucherius Rupertus. Beda. Rabbini veteres. Hieronymus à sanctâ fide.

Primò cæterorum Patrum authoritas, qui optimè de limbo acceperunt; vt Augustinus, Rupertus, Eucherius, Beda Alcuini præceptor & alij: etiam veteres Rabbini apud Hieronymum de sancta Fide, ex Iudaismo conuersum *lib.1 contra Iudeos.* Præterea manifesta obstat ratio. Iacob enim putabat filium fuisse à ferâ deuoratum: vel ergo habebat illum pro sepulto, vel pro insepulto. Si pro insepulto, quomodo dicit se descensurum ad filium in sepulcrum, quo filium carere putabat? si habebat pro sepulto, quo pacto dicit se ad sepulchrū cum filio descensurum? an vult offerre se deuorandum feræ? cui feræ? an quæ filium deuorarat? at eam non nouerat. an alteri cuiuis & fortuitò? cum filio, in aliam incidens; non sepeliretur. Etiamsi se eidem feræ obtulisset, ibi filium nō reperisset; corpore consumpto, animâ in Abrahæ sinu repositâ; quem Iacob non nesciebat iustorum expiatorum tunc omnium esse receptáculum. Huc ergo se dixit descensurum, vbi gnarus erat se filiū repertūrum. Respondent aliqui,

Respōsio.

non dici descensurum in sepulchrũ ad filium, sed dici eò descensurum propter filium: hoc est præ desiderio filij mœrore moriturum. Apage. tam imbecillis animi credunt hunc patriarcharum patrem, qui contra Deum fortis fuerat, factum, vt vel manus sibi propterea inferret, vel dolori succumberet, neque illi dies & ratio mederentur? falsum etiam est, quod aiunt. Nam Hebraicè non est *Bababur* בעבור *propter filium*, sed *Hel-beni* על-בני *ad* vel *super filium*, vt & Chaldaicè, Græcè, πρὸς τὸν υἱὸν, quibus verbis relatio ad locum includitur, vbi filius degebat. Quando verò על sumitur pro *ideo* vel *propter*, tunc solet addi שם *fem.* aut quid tale.

Reiicitur.

על

SECVNDVS locus est *Deuter. xxxii. ver. xxii. Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima.* Prorsùs capiendum de imo inferni fundo, cum B. Cyrillo in catenâ, & reliquis antiquis scriptoribus. Significat enim vehementiam iræ, & pœnam nunquam exhauriendam: per metaphoram flammæ edacissimæ; quæ non superficiem modò terræ, circa quam est sepulchrum, sed ipsum telluris centrum peruadat, vt qui in eo sunt impios incendio perpetuo excruciet. ibi enim est vorago inferorum, ibi sunt subterranea animarum receptacula secundùm communiorem & verioreui Patrum sententiam. lege S. Irenæum *lib. 5. cap. 31.* Tertullianum *Apologet. cap. 35.* SS. Hieronymũ *epist. ad Ephes. cap. 4.* Augustin. *lib. 2. retract. cap. 14.* Gregorium *lib. 4. Dialog. cap. 32.* De morte quoque non potest accipi, nisi, vt loquitur Plautus, contortuplicatè, & decusso metaphoræ decore. Vatablus vertit ad infimos inferos vsque, & explicat vsque ad terræ infimum & penetralia. Hyperbole est, pro, *etiam profunda & infima terræ loca redigam in sterilitatem.* consentit ei Isidorus Clarius. Inferni nomen etiam Pagnin. retinuit.

Cyrillus.

Locus interorum Irenæus. Tertullianus. Hieronymus. Augustinus Gregorius.

Vatablus.

Isidor. Clarius. Pagninus.

TERTIVS locus est 2. *Reg.* 22. 6. quem explicui suprà adagio. 197.

III.

QVARTVS locus habetur *Esther. xiii. ver. vii. vt nefarij homines vno die ad inferos descendentes.* hîc *infernus* seu *inferi*, non possunt capi de sepulchro, quia Aman insepultos ferarum pabulum esse volebat. ideo additur: *nullúsque eorum misereatur*, videlicet cadauera sepulturæ mandans. Nec poterant vno facilè die tot millia sepeliri: vno autem die, imò & horâ poterant descendere, *... quo dines Tullus & Ancus.* Græcè est τὸν ᾅδην. inferos & infernum ibi Vatablus, Clarius, & Montanus retinuerunt.

IV.

Vatablus. Clarius. Montanus.

QVINTVS locus est 11. *Machab. vi. ver. xxiii.* cùm S. Eleazar ait, se potiùs, quàm per vetitæ carnis simulatam manducationem iunioribus sit scandalo, mortem præoptare, & *præmitti malle in infernum.* Græcè, προπέμπειν εἰς τὸν ᾅδην. de scrobe scilicet, vel sarcophago sollicitabatur. Nónne Machabæi Martyres tunc insepulti abiiciebantur? Iustus ad iustos in limbum, non ad monumentum properabat. Vatablus ibi, *ad manes* vertit; Isidorus, Clarius & Arias Montanus *infernum*, Robertus Stephanus *Orcum*: verùm minùs aptè exponit *sepulchrum*. An Geneuæ noua lexica sunt, in quibus *Orcus* seu *Vrgus*, idem quod *sepulchrum*?

V.

Vatablus. Clarius. Montanus. Robert. Stephan.

SEXTVS locus est *Iob. xi. ver. viii.* de Deo, *excelsior cælo est, & quid facies? profundior inferno, & vnde cognosces?* vbi exertè opponitur, vt altissimo profundissimum, cælo infernus. Non ergo significat mortẽ, vt nec cælum vitam; nec sepulchrum,

VI.

chrum, vt nec cælum terræ superficiem; nec sepulchra tam profundè fodiuntur vt cœlo debeant opponi: sed cœlum empyreum opponitur centro telluris, vbi est orcus.

Didymus. Polychro. Olympio. Beda. Gregor. Varablus. Pagnin. Clarius. Arias.

ita exponunt Didymus, Polychronius, Olympiodorus, Beda. D. Gregorius, *lib.* 10. *Moral. cap.* 11. Sanè illic nec Varablus, nec Pagninus, nec Clarius, nec Arias ausi fuerunt aliter, quàm *infernum*, vertere.

VII. SEPTIMVS locus est, *Iob. 21. ver. 13. ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.* Non potest capi de morte, quia etiam iusti subitò vitâ excedunt; nec de sepulchro, quod piis & impiis commune est. Attamen Blasius Viegas, *in 2. cap. Apoc. comm. 2. sect. 19.* vult de morte vel sepulchro accipi; quoniam inter impiorum fœlicitates hæc quoque numeretur à Iobo, quòd citò moriantur, nec longâ consumantur ægritudinum tabe. Veteres enim putasse fœlicitatis esse partem non minimam, subitò migrare, nec diuturno languere morbo. Ne verò respondeamus hanc Iulij Cæsaris & profanorum dumtaxat opinionem fuisse, idem operosè ex sacra Scriptura conatur astruere. Quod fundamentum si concederetur, non minùs nostræ sententiæ, quàm illius conueniret. Nam qui sic moritur, qua celeritate moritur, eâdem ad inferos descendit. Inter corporis & animæ separationem, atque hunc descensum induciæ vix vllæ. Stante adhuc verâ inferni significatione, Iobi tempore fœlicitati illi locus foret. Sed absit vt cùm de impiis agatur, hunc decessum repentinum, fœlicem putem. fœlicitatis potiùs est, vel cum languore, tempus pœnitentiæ concessum. Iusti fœlices etiam cùm morte præueniuntur: de impiis, de quibus agebat, non credo id Iobum affirmasse. Si bonum etiam simpliciter foret, subitò mori sine sensu doloris, cur Ecclesia docet petere, *A subitaneâ & improuisâ morte liberari?* semper periculi plena res: quia non est homo, qui non peccet: & mors ista, vestibulum quoddam, quoad impios, æternæ damnationis. Nec bonum, in bonis dies ducere. Notum illud S. Ambrosij de hospite nihil vnquam mali passo: non posse tam diuturnam fœlicitatem non tandem magni infortunij subitâ ruinâ obrui. Veneror te, magne Antistes, & sequor, vnà cum Patribus, qui hunc descensum ad pœnam referũt, & supplicia gehennæ, vt Origenes, Gregorius, Philippus, & Beda. Scripserunt & interpretati sunt Patres sacram Scripturam, quo illa spiritu scripta fuit. Idcirco non credo huic illorum sententiæ alia sacræ Scripturæ loca repugnare. Hoc insuper ostendo.

Ambros.

Blas. Viegas. De morte subita.

Origenes. Gregor. Philipp. Beda.

Iob dumtaxat describit apparentem fœlicitatem impiorum, qui à vulgo fœlices censentur, quoniam totâ vitâ bonis fortunæ abundarunt, & sine dolore ex hac vitâ migrarunt: quod vulgus non satis perspectam habet Dei prouidentiam; quæ, quos in hac vitâ non puniuit, ad acerbiores transcribit cruciatus, & proinde ipsa illâ fœlicitate infœlices; quia per illam ad infernum peruenerunt. Si verò abstrahas mentem ab iis quæ post hanc vitam consequuntur, & præcisè breuem ac celerem interitum, cum tabido & per multos cruciatus prorracto compares; nullus dubitat hunc acerbiorem ac duriorem esse; non quia subitus, sed quia caruit illis molestiis alterius: secundùm se verò neuter fœlix dici potest absolutè, sed vnus alio minùs

minùs malus. ambo enim bono priuant, quod est vita. Quo pacto sunt intelligendi loci duo qui nobis obiiciuntur: vnus Ieremiæ, alter Dauidis. Ille *Threnor.* 4. 6. ait, *Maior est iniquitas populi mei peccato Sodomorum, quæ subuersa est in momento.* Vbi meliùs sumetur *iniquitas* pro peccato, cum Origene, Theodoreto, & D. Thomâ; sequens verò probatio est, maius fuisse peccatum, quia maior fuit pœna subuersionis diutinæ, quàm momentaneæ. Dauid verò *Psal.* 72. *v.* 4. & 5. *Quia non est respectus mortis eorum & firmamentum in plagâ eorum, In labore hominum non sunt,* &c. Solummodo querelam proponit tritam vulgò, quòd impiis in hac vitâ cuncta prosperè cedant, & diutissimè sine mortis metu viuant, tandem vitâ saturi absque cruciatu moriantur. Sed ibidem *à v.* 18. suam sententiam prodit, & declarat fuisse solam fœlicitatis vmbram, quæ instar somnij dispergetur, & in nihilum redigetur. Quid hæc obstant subito impiorum ad inferos descensui?

Origenes. Theodor. D. Thom.

LXX. explicati. רגע

Dices; Lxx. Hebræum *Regah* pro quo noster *punctum*, verterunt *requiem*; quæ vox quoad impios meliùs conuenit corporibus sepultis, quàm animabus in flammâ æstuantibus. Breuiter respondeo, *requiem*, non referri ad tẽpus post mortem, sed ad tempus præcedens, quod illi in pace tranquillâ & quiete transegerunt, vt acutè obseruat Olympiodorus: & sic Hebræa interpretati Thargumæus vnus & Abenezra. Vel potiùs referri quidem illud ἐν ἀναπαύσει ad ᾅδου: sed vocari *requiem inferni* per ironiam, quia subiungunt ἐκοιμήθησαν, *dormierunt*, ex Hebraismo, vel Syrismo, quo mortui vocantur dormientes; dormientium quies est; impiorum verò, vt impiorum, ὀνᾅδου nulla. Omnino nostra versio melior est quam alter Thargumæus, & R. Mosech, & Bengerson confirmauerunt.

Olympiodorus. Thargum vnum. Abenezra.

Thargum alterum, R. Mosech R. Leui. Bengerson.

OCTAVVS locus est, *Iob.* 24. *ver.* 19. *vsq; ad inferos peccatum illius.* Nam peccata impiorum non luuntur sepulchro, sed vsque ad gehennam pertingunt: Iustorum aliquando vsque ad mortem durant, & nonnunquam post sepulchrum in purgatorio sunt expianda. sic explicãt Chaldæus, & Beda hic, & S. Gregorius, *lib.* 16. *Moral. cap.* 30.

VIII.

Chaldæus. Beda. Gregor.

Nono loco legimus de Dei cuncta videntis oculo, *Iob.* 26. 6. *nudus est infernus coram illo, & non est operimentum perditioni.* Hîc debere *Seol* & *infernum* propriè sumi, probatur. I. quia *v.* 5. præcessit mentio gigantum sub aquis gementium: quas aquas nemo ponit supra sepulchrũ eorum: sed Sacræ literæ docent eos habitare in gehennâ. *Prou.* 9. 18. *Aquæ furtiuæ dulciores sunt, & panis absconditus suauior: & ignorauit quòd ibi sint gigantes, & in profundis inferni conuiua eius.* II. quia nihil satis magnum esset dicere Deo cognita esse sepulchra, & quæ in eis sunt, quod etiam Lynceis quidam tribuunt, & dæmonibus ea nuda & cognita esse constat, vt docui *lib.* 2. *Magic. disquisitionum*: eadem ratio facit, vt nec de præsenti mortuorum statu locus accipiatur. Nam præsentem atque præteritum clarè cognoscere, solius Dei non est: sed futurum cognoscere, hoc Dei proprium. Violentum verò foret verba Iob ad futurum dumtaxat restringere, nisi esset propheticè dictum; aduersarij autem nullam hîc prophetiam agnoscunt. III. quia mox explicatur, quis sit iste *infernus*, addito nomine *perditionis*; siue, vt luculenter Chaldæus, *domus perditionis*: quod congruentius est Tar-

IX.

taro,

taro, quàm sepulcro, morti, aut statui mortuorum in cõmuni. Quartò hoc sentiunt omnes Latini Patres, hîc D. Gregorius *lib.* 17. *Moral. cap.* 11. Hieronym. Philippus, Beda. Qui partim dicunt *infernum* poni pro ipso diabolo (quod minùs mihi placet, quia Metonymia est non necessaria) partim de sedibus animarum; de quibus haut dubiè loquitur ad spectu ad futurum CHRISTI Domini ad inferos descensum: quod fuit præclarè obseruatum ab Olympiodoro, in catenâ, quam Camitolus noster Latio dedit.

Hieron. Philippus, Beda.

Olympiodorus. Comitol.

DECIMVS locus reperitur *Psal. vi. ver. vi.* qui pœnitentialium est primus; *Quoniam non est in morte, qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?* Si *mors* ibi significat statum & locum mortis, hoc est mortuorum corporum, vt volunt Genebrardus & alij: certè infernus ampliùs aliquid significabit, vel erit nuda repetitio. Mitor, Euthymium hîc se inuoluere, cùm sit expedita satis interpretatio, quam mox adiiciam & ipse.

Refelluntur cõtra sentiẽtes. Inno. III. Cassian.

Scio quæ de triplici morte hîc disseruit Innocentius III. sed illa non sunt ab eo dicta sensu literali, vt nec quod Cassianus *collat.* 1. *cap.* 14. exponit de morte spirituali & regno diaboli. Scio, Anastasium Synaitam, Græco Latinè editum, operâ nostri Phil. Sueuenzelij (extat *in* 3. *tomo* V. Cl. Henrici Canisij) videri ᾅδην & μνῆμα pro iisdem sumere, *infernum & monumentum.* sed videri tantùm: &, si sic sumpsit, dicam me ab illo dissidere, quia à cæteris Patribus dissidet. Recentiores non moror, qui partim dubitant, partim dissentiunt.

Anastas. Synaita. Sueuẽzelius.

Viegas. Sa.

Blasius Viegas *d. sect. 19. sepulchrum* intelligit: Sa duas explicationes ponit, *gehennam* & *sepulchrum. Sepulchrum* vertunt Pagninus, Leo Iudas, Vatablus, Eugubinus, Flaminius, Montanus. *foueam* vertunt, sed *sepulcrum* intelligunt, Fœlix & Caietanus. nostram versionem retinent, sed *inferni* voce sepulchrum indicatam arbitrantur, vel sepulcri foueam, Bredenbachius, Domini Celaya, & Petrus Vega *discur.* 1. Vega & Bredenbachius quædam confirmationis loco adferunt. Bredenbachius nititur auctoritate S. Augustini *cap.* 29. *Quæstionum super Numer.* quâ traditur, nomen inferorum plura significare, etiam sepulchrum. Sed re verâ Sanctus Augustinus ibi solùm docet, in scripturis variè, & sub intellectu multiplici, sicut rerum de quibus agitur sensus exigit, nomen poni *inferorum*, & maximè in mortuis hoc accipi solere: & illic quidem in Numeris inferiores terræ partes sic appellatas, in comparatione huius superioris terræ, in cuius superficie viuitur: sicut in comparatione cœli superioris, vbi sanctorum demoratio est Angelorum. peccatores Angelos in huius aëris detrusos caliginem, Scriptura dicit tãquam carceribus inferi puniendos reseruari, & adducit sacra Scriprura verba hoc modo; *Si enim Deus* (inquit) *Angelis peccantibus non pepercit, sed carceribus caliginis inferi retrudens, tradidit iudicio puniendos reseruari.* vbi perspicuè citat B. Petri verba *ex* 2. *Cano.* 2. *vers.* 4. Sed citauit aliter quàm vulgata, quæ habet; *sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos in diem iudicij reseruari.* & Græcè est ἀλλὰ σειραῖς ζόφου ταρταρώσας παρέδωκεν εἰς κρίσιν τηρουμένους. Quod fortè commodiùs de ipso gehennæ loco capietur, & de reseruatione ad maiorem pœnam accidentalem cum S. Thomâ *in* 4.

Leo Iudas. Pagnin. Vatabl. Eugubi. Flamin. Montan. Fœlix. Caietan. Bredenbach. Celaya. Pet. Vega.

Respondetur argumento eiusdam.

Augustin. exponitur.

S. Thom.

d. 47. *q.* 1. *ar. vlt.* & ad publicam coram omnibus condemnationem; cum Feuardentio, Martinez & aliis *in epist. Iudæ*. Tamen potest capi etiam (vt accepit cum D. Augustin. S. Gregorius) de iis qui in aëre pœnam suam circumferentes ibi ligati, nam & media aëris regio frigore suo meretur nomen tartari, & respectu claritatis empyrei quid aër nisi caligo? Quare respondeo, D. Augustinum nihil aliud nos docere, quàm *infros* plura significare, quando id multiplex superorum, quibus opponuntur significatio postulat. In hoc autem Psalmo 6. infernus non opponitur loco superno, ideo nihil facit ad significationem sepulcri.

Feuard. Pet. Martinez. S. Gregor.

Vega.

Petrus Vega nititur tribus aliis argumentis. primum est, quia vox Hebræa sepulchrum significat. Ad hoc totâ istâ disgressione respondebo. nunc tantùm, licèt alicubi significaret, non sequeretur etiam hoc loco illud significare.

Aliud arg. soluitur.

III. Arg solutio.

Secundò sic argumentatur, locus iste similis est alteri loco Dauidis, vbi de sepulcro agitur: nempe *Psal.* 29. 10. *Quæ vtilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem? Numquid confitebitur tibi pulvis, aut annunciabit veritatem tuam?* igitur & hoc loco fateor aliquam esse similitudinem, sed quæ non probat, id quod Vega voluit. Tantùm enim est similitudo in eo quod vtrobique confessio remouetur: sed remouetur diuerso respectu: in *d.v.* 10. respectu corporis in puluerem resoluti; & ideo ad sepulchrum illa pertinent, nec additur vlla inferni mentio. Nostro verò *ver.* 6. remouetur confessio ab ipsâ animâ, quæ est immortalis, nec migrat in sepulchrum, & ideo hîc fit mentio, non sepulcri, sed inferni. Nam hîc loquitur Dauid in suâ personâ, metuens ad infernum damnari: illic verò *d.v.* 10. CHRISTVS Dominus loquitur agens de suâ resurrectione, vt docent ibi S. Hieronymus, S. Augustinus, S. Remigius, Cassiodorus, & alij, idque sensu verè literali, quod illic, Deo fauente sum ostensurus. Tertium argumentum producit. si capias de sepulcro, cuncta optimè cohærebunt. quia prius petierit ab hoc morbo liberari, & non tolli morte. Respondeo cuncta melius cohærura nostro sensu de vero inferno. quia prius non petiit simpliciter non mori; sed tum non mori, quo tempore metuebat se immaturè ad salutē moriturum, & ideo damnandum; quæ est Patrum communis interpretatio; vt illic docui in Prælectionibus.

Hieron. Augustin. Remigi⁹. Cassiod.

IV. Solutio.

Probatur nostra sententia.

Nunc probo sententiā nostram, debere propriè capi nomen *inferni*, primò, quia ferè omnes (vno aut altero dempto) Græci Latinique Patres de inferno propriè dicto sunt interpretati, Didymus, Theodoretus, Chrysosto. Augustinus, Remigius, Arnobius hîc, Nyssenus hom. de hoc Psalmo, Clemens Romanus *lib.* 2. *Constit. Apost.* Cyprianus *lib.* 3. *ad Quirin. Testim.* 114. Cyrillus *lib.* 6. *in Ioan. cap.* 15. Philastrius *lib. de hæresib.* Hieron. in Amos *cap.* 9. Gregorius *lib.* 6. *epist.* 179. Petr. Chrysolog. *serm.* 66. Damascenus *serm. mortuos vinorum beneficiis iuuari*; & sic intelligi debent Cassiodorus, Euthym. & Beda. & hanc sententiam fortis vulgatæ defensor, non segniter defendit Fr. Nicolaus Ramos *Apologiæ fol.* 127. Secundò quia hîc Græcè est ᾅδης, quod nunquam significat sepulcrum. Tertiò quia cur diceret sepultos non laudare Deum, cùm dixerit Deum à mortuis non laudari? an quòd eùm laudent mortui insepulti? an quòd corporibus sepultis solis insit memoria? sed

Didymus. Theodor. Chrysost. Augustin. Remigi⁹. Arnobi. Nyssenus. Cl. Rom. 2. Cyprian. Cyrillus. Philastr. Hieron. Gregor. Chrysolo. Damascen. & alij.

Nicol. Ramos.

II.

III. Similia loca.

sed verendum ne nuger, nugas senò refellens.

Vela colligo, & assero locum hunc nostrum similem esse aliis quibusdam eodem modo intelligendis. Primus *Ps.*113.17. *Non mortui laudabunt te Domine, neque omnes qui descendunt in infernum.* Secundus est *Isai.*38. 18. *quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te. Non exspectabunt, qui descendunt in lacum, veritatem tuam.* Negat damnatis spem fore se à Deo liberandos, & propterea negat etiam Deum ab illis laudandum. Tertius est *Baruch.* 2. 17. *Non mortui qui sunt in inferno, quorum spiritus acceptus est a visceribus suis, dabunt honorem & iustificationem Domino.* non laudabunt & iustum esse affirmabunt animæ, quæ à corpore separatæ in gehennam sunt detrusæ.

Sensus non fuit loci. Sic sensus Psalmi 6. *v.*6. est; Nec anima per peccatũ mortua, interea dum talis permanet, fructuosè, & gratâ tibi memoriâ, tui recordatur, vel postquam in tali statu fuit à corpore separata, & addicta gehennæ, te confessione honoris, laudis, & gloriæ celebrat, vt bene explicat Hieron. D. Hieronymus *ad Isaiæ*: & probatur ex simili loco Baruch. *d. v.* 17. Psalter. Arabicũ. Apollin. & ex Psalterio Arabico, in quo hic habemus *laudabit te*, & Apollinario qui *Cὼν εὐφημεῖν λέγει, clamorem faustum* seu *gratulatorium canere.*

Clarius. Iansen. Genebra. Ex his patet, Clarium, Iansenium, Genebrardum; qui *infernum*, explicant statum & locum mortuorum; si de sepulcro agunt, valere iubendos: si de statu omnium mortuorum agunt post sepulcrum corporum; falli de his qui olim erant in limbo patrum, & his qui nunc in purgatorio degunt, vbi & Dei meminerunt, & Deum laudant: si de solis damnatis locuti; verbis, quàm reipsâ, à nobis dissentire.

Vndecimvs locus petitur à Ps. ix. *ver.* xviii. *Conuertantur peccatores in infernum, omnes gentes quæ obliuiscuntur Deum.* Non posse capi de sepulcro manifestum est; vt nec de morte, vel mortis statu in genere: quia hæc omnia tria communia sunt iustis cum impiis. Dauid verò de solis peccatoribus loquitur. Illi qui sperabant (ait) Deum de excelso suo solio deturbatum iri à se, ipsi en vt in ima tartara deciderunt. sic enim Patres concolore calculo iudicarunt intelligi debere, Origenes, Athanasius, Basilius, Didymus, Eusebius, Chrysost. Theodoretus, Euthym. Hesych. & Nicephorus; Hieronymus, Rufinus, Augustinus, Cassiodorus, Remigius & Honorius hîc. Clemens Alexandri. *lib.* 6. *Stromatum.* Tertullianus *lib.* 4. *contra Marcionem cap.* 14. & Hieronymus *in cap.* 9. *Amos*, & Cassianus *lib.* 1. *collat.* 1. Idipsum senserunt Rabbini Aua, Selomo, & Kimchi. Tertiò, quia Hebræi pro *sepulcro* proprium nomen habent significans sepulcrum, nempe *Keber* קבר, quod non solent cum *seol* confundere. Quartò quia hîc habetur duplex nota motûs seu præcipitationis ad locum, Lamed in principio & He in fine, לשׁוֹלָה *Liseolah.* Quare Caietanus, Arias & alij recentiores hîc non sunt audiendi.

Origenes. Athanas. Basilius. I I. Eusebius. Didymus. Chrysost. Theodor. Hesych. Euthym. Nicepho. Hieron. Augustin. Rufinus. Cassiod. Remig. Honor. Cle. Alex. Tertullia. Cassianus. RR Aua, Iarrius. & Dauid. I I I. I V.

Dvodecimvs locus sit *Psalmo xv. ver. x. Non derelinques animam meam in inferno: neque dabis sanctum tuum videre corruptionem.* Huic telo siculneum scutum aduersarij obtendunt, sed per illud confodiuntur. *Anime* inquiunt carnem significant: quæ tanta catachresis sine necessitate non est admittenda. præterea de carne seu corpore statim sequitur, neque *dabis sanctum tuum videre corruptionem.*

I. Probatio ex sacra Scriptura.

quod de corpore ipsemet vertex Ecclesiæ S. Petrus exposuit. *Act.* 2. 31. Dauid *prouidens locutus est de resurrectione* CHRISTI, *quia neque derelictus est in inferno: neque caro eius vidit corruptionem.* vbi satis clarè corruptio remouetur à parte quæ naturâ suâ corruptibilis; & ea pars separatur ab eâ, quæ naturâ suâ non potuit corrumpi, sed potuit detineri in inferno, si anima CHRISTI non fuisset. Priore itaque membro describitur CHRISTVS à parte hominis nobiliore, descensurâ ad inferos. sed ibi non remansurâ; vti remanserant derelictæ ad longum tempus animæ Abraham, Isaac, & ipsius Dauidis loquentis de CHRISTO: vide Pererium *disp.* 8. *in cap.* 37. *Genes.* D. Paulus quoque *Act.* 13. 35. posterius membrum, *non dabis sanctum tuum videre corruptionem*; de carnis incineratione in sepulchro intellexit. Nam ideo Dauidem CHRISTO opposuit, quia Dauid vidit corruptionem, quã CHRISTVS non vidit. Confirmatur quia in Psalmo nostro præcessit de lætitiâ animæ (sic enim *cor* exponũt Idiota hîc, & alij patres) & seorsim agit de lætitiâ corporis; *propter hoc lætatum est cor meum, & exsultauit lingua mea, insuper & caro mea requiescet in spe. d. Psal.* 15. 9. idcircò seorsim causæ subduntur vtriusque lætitiæ, respectu animæ reditus ab inferis; respectu corporis, eius incorruptio & resurrectio.

Pererius.

Cor pro anima.

II. Probatio ex patrib.

Secundò probatur quod dixi Patrum authoritate: quos commẽtum de foueâ & sepulchro prorsùs latuit, quia vanum, quia falsum, quia nihili contra summo consensu infernum hîc propriè acceperunt. Citabo non paucos, & illustriores. sic Concil Lateranense sub Innoc. III. *capite* 1. Origenes *tract.* 12. *in Matth.* S. Athanasius *Orat.* 3. *& 4. contra Arianos*, & Orat. *de salutari aduẽtu* CHRISTI. B. Nyssenus *in fragmento contra Iudæos*, Gaudentius Brixiensis *ser.* 10 S. Hieronym. *hic & in c.* 4 *ad Ephes.* D. Augustin. *hic & epist.* 57. *& 99.* Ruffinus hîc & in Symbolum. Origen. Didymus, Theodoret. Cassiodorus, Remig. Euthym. & alij hic. quid multis? est iam olim receptissima sententia, vt docent Ill. Bellarminus, Feuardentius, Vicus superiùs citati, & noster Lorinus *ad Actor. cap.* 1. *v* 17.

Cõc. Lateran. Origenes. &c. Athanas.

Nyssenus. Gaudent. Hieronym. August. Ruffinus. Didymus. Theodor. & alij. III.

Tertiò probatur, quia refugium hæreticorum, solere in sacris literis animam pro carne vsurpari, non iuuat eos, vtpote falsum. Ponitur quidem anima sæpè pro personâ; item pro ipsius hominis mortui animâ separatâ, locis quæ ipsi adducunt, sed tunc dicimus hanc separatam carni opponi. Vrgent potissimum tria testimonia, quibus omnino volunt animam poni pro cadauere. *Leuit.* 19. 28. *super mortuo non incidetis carnem vestrã.* & Leuit. 21. 1. *Non contaminetur Sacerdos in mortibus ciuium suorum.* Vbi pro mortuo & mortuis, Hebraicè est *Lenephes* לנפש *in anima.* Denique *Aggæi* 2. 14. *si tetigerit pollutus in animâ.* Sed bene respondsum à Genebrardo, per *animam*, intelligi separatã; quæ vocatur *mortuus*, quia est anima non ampliùs informans & viuificãs, sed anima hominis mortui. agitur enim locis illis Leuitici de ritibus & solemnitatibus funerum, & precibus pro animâ, nõ pro corpore. Apud Aggæum qui mortuum tetigit, dicitur *pollutus in animâ*, quia tetigit cadauer discessu ánimæ immundum factum.

Probatio ex refutatione.

Anima nõ ponitur pro carne

Anima pro separatâ.

IV. Probatio.

Quartò probat idipsum ratio, quia iuxta communem expositionem in hoc versiculo. 10. duæ (vt dixi) prophetiæ continentur, prior de descensu animæ CHRISTI ad

adinferos; posterior de præseruatione corporis & post triduum suscitatione. Iuxta recentius figmentum, vnica erit prophetia de solo corpore, & sic adimitur nobis luculentissimum alterius Prophetiæ de reditu ab inferis testimonium. Nimirum hoc Caluinistæ conantur. Cur nō vnanimiter omnes Catholici obuiam tendimus, & resistim⁹, potiùs quàm nouis istis versionibus suppetias imus malitię perfidorum?

DECIMVS TERTIVS locus est *in psalm. 17. ver. 6. Dolores inferni circūdederunt me, præoccupauerunt me laquei mortis.* De quo vide dicta superiùs adagio CXCVII. ad 2. *Regum.* 22. 6.

DECIMVS QVARTVS locus est *Psalm. 29. versicul. 4. Domine eduxisti ab inferno animam meam.* Beza & alij hæretici nobis hîc fauces sepulcri referant, quę fœdam mephitim exhalant. Si animam propriè capiunt, nihil potè stolidius. Nam anima sub sarcophago non clauditur. Sin animam, interpretantur personam: certè de mortuo necesse est capiāt. Verùm inquiunt tropicè dici Dauid ereptum sepulcro, quia mortis periculo liberatus fuit. Quid opus circumloqui, quod paucis dici propriè sumptâ voce potuit? Nónne tunc anima eius æquè fuit erepta inferno, quando mortis eductus periculo, atque corpus ereptum sepulchro? huic cadauer, illi anima cedebat. Theodoretus intelligit de Ezechiâ liberato lethali morbo; Eusebius & Nicephorus de ipso Dauide sanato. Hi nobis fauent, quia censent esse sermonem adagialem, quo significetur nomine inferni, magnitudo & certitudo *periculi*; comparatione tamen ducta, non à sepulcro, nec corporis ab animâ separatione, sed ab orco propriè dicto. Quod probatur *ex psalm.* 85. 13. *Eruisti animam meam ex inferno inferiore*: vbi epitheto inferioris hoc detegi docebo adagio. Verùm res adhuc certior & liquidior est multò de Seruatore nostro qui descendens ad inferos ipsum quoque Dauidem inde eduxit ex lymbo; & priùs, post factum Vrię, ne in gehennam, lacum profundiorem damnatorum, descēderet, gratia, & merito passionis suæ, præseruauit. Cum aliis duabus hanc interpretationem ponit Euthymius; quæ fuit Origenis, Didymi, & S. Basilij *in Catenâ*, Hieronymi, Augustini, Arnobij & Cassiodori hîc, Ruffini hîc & *in Symbolum*.

QVINTVS DECIMVS locus inuenitur *psalm. 30. ver. 18. Erubescant impij, & deducantur in infernum.* Negare nequeunt aduersarij prædictionem esse impios impœnitentes damnandos. Cur igitur impropriè sumunt, quod molliter & propriè sumendum? debet propriè capi, tum quia nulla necessitas adest vocis aliò inflectendæ: tum quia mors corporis (de qua illi) & sepulchrum etiam iustorum sunt, Dauid autem memorat aliquid impiis peculiare. Theodoretus & Euthymi⁹ capiūt de Achitophele, nimis strictè: sed pro nobis sunt, quia Achitophel erubuit malè, & laqueo suspensus in orcum descendit. Illi Eusebius rectè addit alios impios, Optimè D. Hieronymus, S. Augustinus, Ruffinus, & alij veteres Latini, ad diem vltimi iudicij retulerunt, quando mali omnes audituri verbum illud tristi tristius elleboro, *Ite maledicti in ignem æternum*, &cæt. pro nobis sunt Symmachus & Aquila, qui transtulerunt σωπησάτωσαν εἰς ᾅδου. *Sileant in in-*

Beza hęret.

Theodor.

Euſebius Nicephor.

Euthym. Origenes. Didymus. Basilius. Hierony. Augustin. Arnobius. Cassiodor. Ruffinus.

Theodor. Euthym.

Euſebius. Hierony. Augustin. Ruffinus.

Symmachus. Aquila.

ferno. Nam inferi solent vocari silentes, vt posta docebo.

Silentes sunt inferi.

DECIMVS SEXTVS locus exstat in his Dauidicis: *Sicut oues in inferno positi sunt: mors depascet eos. Et dominabuntur eorum iusti in matutino: & auxilium eorum veterascet in inferno à gloriâ eorum. Verumtamen Deus redimet animam meam de manu inferi, cùm acceperit me. Psalm.* 48. *à versu* 15. se impiis opponit: non quo ad corpus, in cuius morte & sepultura nō erat discrimen, sed quoad animam: illorum crucianda & non liberanda, Dauidis tantùm detinenda ad tempus & pòst eripienda de potestate inferni. Sic accepit Cassiodorus, qui de comparatione illa, *sicut oues*, optimè hoc pacto; *Sicut oues lana sua amissione iugiter perseuerant: sic in illo semper sine imminutione (ita corrigo) substantia inuenit quod pœna discruciet. Depascet enim à iumentis tractum, qua herbas non radicitus euellunt: sed abscindunt ipsas potiùs summitates.* vides ista litis cadaueribus conuenire. De quo plura dicam adagio ad hunc ipsum locum.

Cassiodori locus.

Locus hunc subsequens est *psal.* 85. *ver.* 13. *Eruisti animam meam ex inferno inferiori.* dicam plura adagio alio. Nūc capite duas expositiones S. Remigij, vtramque bonam, sed posteriorem meliorem, ait: *Nota quia est infernus superior, & inferior. Vita enim ista, quantum ad dignitatem illam in qua sunt angeli, infernus (nempe superior, quod puto reponēdum) dici potest: sed infernus inferior, pœna qua consequitur post hanc vitam, à qua eruuntur animæ sanctorum*, hæc est anagogica. Subdit enim mox, vel ad literam dicamus: *eruisti animam meā ex inferno inferiori*, id est, à loco tormentorum, licèt non à loco tenebrarum. Tormentorum locus ergo infernus inferior; sinus autē Abrahæ, locus tenebrarum, est infernus superior.

Remigius correctus.

OCTAVVS SVPRADECIMVM locus exstat *psal.* LXXXVIII. *versic.* 49. *Quis est homo qui viuet, & non videbit mortem: eruet animam suam de manu inferi?* Pagninus *inferi* vt nos neque Montanus, quod alibi solet, hîc in suâ interlineari id ausus fuit loco mouere: ne tamen nescieremus, quo pacto vocem *inferi* accipiat in paraphrasi, *sepulchrum* appellauit. Iansenius explicat de manu mortis; vt idem bis dicatur, & posterius sit prioris commētarius. Quātò certiùs & rectiùs quidam veterum Hebræorum de speciali inferorum receptaculo fuerunt interpretati, vt Kabuenaki & Ioseph Albo apud Genebrardum? Nam est illustris prophetia de descensu CHRISTI ad inferos, non quasi rei ac debitoris, sed vt triumphātis & exactoris: quam nobis, si non ereptum eunt, saltem obnubilant ieiunis suis interpretatiunculis recētiores. Tu (lector) sequere potiùs indubitata Patrum vestigia, S. Hieronymi, S. Augustini, Cassiodori, Remigij, & Haymonis hoc loco. Cunctis inferi, inferi sunt.

Pagnin. Montan. Iansenius. Kabuena. Ioseph Albo. Hieronym. Augustin. Cassiodor. Haymon.

DECIMVS NONVS locus occurrit *psal.* 114. *ver.* 111. vbi habetur *circumdederunt me dolores mortis, & pericula inferni inuenerunt me.* Vide dicta *sup. adag.* 197.

VICESIMVS sit *psal.* 139. *ver.* 8. *Si ascendero in cælum tu illic es: si descendero in infernum, ades.* Non est apta antithesis, si cœlum sepulcro contra ponas, quod vix, quantillum certè infra terræ superficiem profundatur. Vide sis, quanta vis veri. Pagninus & Arias *infernum* reddūt. Eugubinus cum Cammio & Abenezrâ, de imo inferni exponit: nimis ambiguè Arias in paraphra-

Pagninus. Arias. Eugubin. Abenezra.

si

Euthym. Cassiodor. Hierony. Augustin. Remigius. Athanas. Nouatian. Nyssenus. Chrysost.

si tumulum, quæ vox sepulcro propior: Euthymius maris imam abyssum quæ à terræ centro non admodum remota. Sic etiam nobiscum sentit expræfectus Cassiodorus; fauent Sancti Hieronymus, Augustinus, Remigius: nec angustiis sepulcri se alij includunt, cogitatione ad imum tartari descendunt: maximè qui hinc colligunt, vniuersi loca omnia Deo impleri, & nihil esse, cui Deus potentiâ & substantiâ suâ non sit præsens, vt S. Athanasius lib. 5. de vnitâ substantiâ trium personarum. Nouatianus lib. de Trinitate, Nyssenus, Chrysostomus & reliqui: qui non idoneè hoc probarent, ex eo quòd vsque ad sepulchrum Deus se penetret. Quãtum enim superest à fundo scrobis vsque ad imum telluris centrum?

Primvs post Vigesimvm locum locus desumitur ex psalmo 140. *ver. 7. dissipata sunt ossa nostra secus infernum.* Recentiores malunt vertere, *iuxta ora sepulchri*, opinantes, ita Chaldæum accepisse; cuius in psalmis exigua est authoritas. Audet Damianus Abbas Hortolanus comment. *in cap.* 8. Canticor. nostram vulgatam reprehendere, & negare vllo modo locum hunc intelligi posse, de vllo inferorum receptaculo. Ratio eius est, quoniã illuc ossa mortuorum non delabũtur. Lepidè: cùm ipsemet Dauidem de viuis locutum fateatur, quorum ossa prope sepulcrum non delabũtur. Verba Hortolani sunt: *Dauid maximas angustias, & ingentia mala quæ à Saule & consiliaris eius paterentur, volens exprimere, appositissima hac vsus est similitudine. Sicut agricola (inquit) proscindit terram & frangit: sic dissipata sunt ossa nostra iuxta sepulchrum....* Ossa ergo Dauidis vult dissipata, qui viuens de se viuo loquebatur. Agit de sepulcro metaphoricè sumpto. Cur non æquè ossa metaphoricè poterunt intelligi? cur obicit de verâ ossium humanorum dispersione, de qua fatetur non agi? sed cũ vulgatâ & Lxx. cõsentiũt omnes antiqui interpretes, vt Aquila, Symmachus, Theodotio, & D. Hieronymus. Quincta editio, psalterium Arabicum, & Æthiopicum. Aduerte *rè secus* idem esse, quod ante seu iuxta, vt habet quincta editio. Nam ossa & cadauera vsque ad extremi iudicij diem quæ integra, supra terram; quæ cõsumpta & in terram versa, intra tellurem, sed ante orcum remanebũt huc illuc dispersa. Sic Latini Patres DD. Hieronymus, Augustinus, Remigius, & alij; præ quibus licet mihi deferere Theodoretum & Euthymium, qui sepulturam exponunt, prout Latinè exstant redditi: quod me minùs mouet, quia Græcos codices eorum mihi videre nõ contigit; & versionibus exiguam fidem adhibeo, in quibus multa reprehensibilia reperio. Non agitur hîc de glèba vel puluere ad humandum mortuis negato, sed de occisorum corporibus sepultis & insepultis, quæ ante Orci regiam hîc illic sita vel sparsa per totum orbem, qui totus nónne orci vestibulum est? hîc remansere, quoniã animas suas comitari nondum potuerunt: simul ingredientur posteà quando spolium suum animæ resument.

Defensa vulgatæ.

Hieronymus. Augustinus. Remigius. Theodoret. Euthym.

Abbas Hortolan.

Vigesimvs secvndvs locus exstat *Prouerb. cap. 1. ver. 12. Deglutiamus eum, sicut infernus, viuentem, & integrum quasi descendentem in lacum.* Omnino videtur respicere ad dictum Dauidis *psal. 54. 16. descendant in infernum viuentes*: scilicet, vt

Dathan

Dathan & Abirō *Num.* 16. hoc eſt quanti quanti ſunt, & mortis genere inopinato, per hiatum terræ. Nec fruſtrà additur vox *viuentis*, ſed vt appareat de toto homine agi; abſorbeamus eum totum tantâ facilitate, quantâ viuentes illi ſe in infernum penetrarunt. Sepulchra, nō hominem, vel hominis partem nobiliorem, ſed molem tantùm hanc luteam abſorbent. Chaldæus & LXX. inferni vocē ſeruant: quod verò de ſolo corpore non ſit locus intelligendus, D. Hieronymus, & Strabus monent: confirmat additum, *& integrum*, ſicut homines in carcerem præcipitantur. *Si viuentem* dicant, totum pro parte ſumēdum; videāt ne quam in cerebro Synecdochem patiantur, vt parte deficiēte, reliqua ſit pro toto. Nónne vult ſic deglutiri, quemadmodum deſcendunt in lacum? plura dicenda nobis Adagio alio.

VIGESIMVS TERTIVS locus eſt PROVERB. 11. ver. 18. *Inclinata eſt enim ad mortem domus eius, & ad inferos ſemitæ ipſius.* Non lucet ei, cui non pollucet, hoc loco de inferis potiùs quàm de ſepulcro tractari. רפאים Quia in fonte pro *inferis* רפאים *rephaim* habemus: quæ vox non ſignificat qualeſcumq; mortuos (vt velle videntur nouantes) multóq; minùs cadauera vel ſepulchra; ſed manes robuſtorum ac validorum II. gigātū, qui cæteris mortalibus formidini fuerūt. Deinde nullus eſt ſ. Scripturę locus, qui nequeat de his gigantibus propriè explicari inuitis Rabbinis, Immanuele, Abenezrâ, & Kimchio. Tertiò hoc ſuadent R. Immanuel. R. Abenezra. R. Dauid Kimchi. verſiones antiquorum. LXX. ὠδῖνες τῷ ᾅδῃ τῶν γηγενῶν *apud infernū cum terrigenis.* Chaldæus, III. LEGIBBARAIA. IV. Quartò quoniam idem repetitur inferiùs *cap.* 21. 16. *Vir qui errauerit à via doctrinæ in cœtu gigantum commorabitur.* vbi plura dicemus. ibi LXX. retinent *Gigantes*: Chaldæus, *terræ filios*, quod eſt epithetum gigantum, etiam apud poëtas. Cadauerum quis cœtus, quæ vnquam audita concio? manium cœtus frequens, diſcors, luctuoſus in inferno, vt bene hîc R. Solomo Iarrius; & de his morte ſecūdâ obrutis intelligūt D. Hieronymus, ſeu Beda & Strabus, & ex nouatoribus Mercerus. Hoc ergo hic habes, quod apud Satyricum legis, paucos tyrannos ad ſocerum Cereris ſiccâ cum morte peruenire. Fit autem primo verſiculi commate mentio mortis primę, quia ſemper illa mœchis impendet; & ſolet animas ad ſecundam mortem tranſmittere, quæ æterna eſt: ideo ſubditur in ſecundo commate mentio inferni ſiue gehennæ. Plura mox *Adagio viceſimo ſexto.*

R. Solom. Hieron. Strabus. Mercerus.

Eodem modo venit explicādus locus VIGESIMVSQVARTVS *Pro.* 5. *verſ.* 5. *pedes eius deſcendunt in mortem, & ad inferos greſſus illius penetrant.* Quid acuti, ſi dicatur, poſteriore tmemate quod primo? nempe in temporalis vitæ exitium ruere? lōgè acutior, & vtilior gnome futura, ſi dicas huiuſmodi mœchas, vnà cum aduentoribus vtramque mortem citò & certò ſibi accelerare, temporariam & ſempiternam. Perſpicuè LXX. LXX. κατάγουσι τοὺς χρωμένους αὐτῇ μετὰ θανάτου εἰς τὸν ᾅδην. *Vientes eâ poſt mortem in infernum deducunt.* Idcirco nimirum paulo antè fecit mentionem bicipitis gladij, ſcilicet occidentis corpus, & occidentis animam, vt bene Beda & Strabus. Ipſe Mercerus, vnus ex Libitinariis, fatetur mentionem mortis animæ potiſſimùm fieri. Idem coguntur Rabbini fateri, & Beda. Strabus.

quot

quorquot mœchiam hanc referunt ad idololatriam, hæreſes, & falſa Gentilium dogmata.

Subdo VICESIMVMQVINTVM locum *ex Prouerb.* VII. *ver.* XXVII. *Via inferi domus eius, penetrantes in interiora mortis.* Ex his verbis apertè colligitur, infernum dici aliquid interius, ad quod per mortem tranſeundum: mortem corporis quaſi veſtibulum eſſe, infernum verò penetrale. Arias non aduertit ſe hîc ſolum deſeri loco periculoſo, cùm ſolus vertit *ſepulcrum*. Chaldæus pro inferis poſuit *ſeol*, pro morte *kibera*: vnde patet illum *ſeol* non accipere pro morte primâ, nec pro ſepulturâ, ſed pro gehennâ. Liranus exponit gehennam. Pagninus & Oſorius *infernum*, quod in contextu Mercerus retinet, & in Comment. explicuit; *via, quibus ad eius domum itur, ad inferos ducunt, ſunt ipſiſſima orci via.* Iáſenius etiam ſic enarrat; *profundum, grauémque mortis æterna damnationem.* D. Ambroſius, pro *interiora*, vertit *ſeceſſum lib. de Cain.* Sed apertiſſimè D. Hieronymus: *Interiora mortis, acerrima gehennæ tormenta, quaſi arctiora & obſcuriora*, dicit. Sanè vox *interior*, adyta quædam, conclauia, & penitiora cubicula ſignificat, poſt ipſam mortem & buſtum, infra ſepulcra & monimenta hæc cipporum & ſarcophagorum.

Arias. Chaldæus. Liranus. Pagninus. Oſorius. Mercerus. Iáſenius. Ambroſius. Hieron.

Similis loco VICESIMOTERTIO ſuccedit VICESIMVS SEXTVS, quo de periculis & damnis ſcortatorum agitur, *Prou. 9. vlt. Ignorauit quòd ibi ſunt gigantes. & in profundis inferni conuiua eius.* Cerne miſer profundum gurgitem ſulfureum, in quem te proiicis, cùm putas meretriculæ ſtratum te premere. Nihil apertius, nihil aptius hac Patrum explicatione, Hieronymi, Strabi, cæterorum veterum, *raphidim* propriè gigantes ſignificare: ſcilicet inferno addictos dæmones ac homines, qui giganteo ritu vixerunt. Nota turris Babel, noti mores, qui flagitiis ſuis diluuium prouocauerũt. Hinc nata figmenta de Titanomachia: in ipſis diuinis literis Titanum mentio reperitur, *Iudith 16. 8. Nec filij Titan percuſſerunt eum, nec excelſi gigantes oppoſuerunt ſe illi.* Vtrorumque par ſcelus, ideò coniunguntur. Serrarius noſter, vir diligentiæ doctæ, *Titanes* ibi cenſet vocari, qui priores diluuio fuerunt; *gigantes*, qui poſt diluuium nati. Quid ſi dicamus, vt ad nomina fabuloſa, ſic etiam ad genealogias fabuloſas alludi? Nam vel ex Cl. Claudiani gigantomachiâ conſtat, priùs Titanas à terrâ genitos, & inferis addictos, poſtea verò gigantes. Si cui minùs hoc arrideat, adferat meliora. Poſterior appellatio gigantum frequentior eſt, etiam de illis, qui ante diluuium vixerunt, & propter diluuium fortaſſis etiam dicti ſub aquis gemere. *Iob. 26. 5. Ecce gigantes gemunt ſub aquis, & qui habitant cum eis.* Vbi explodenda nouitas nouantium, qui *cete* exponunt. Scilicet Lemures balænis connubio iungent. Patrum expoſitio amplectenda de gigantibus qui tempore Noë (qui vnus gigãtum, ſed iuſtus) oppreſſi fruſtrà moliantur emergere. Confirmat Symmachi verſio, θεόμαχοι, contra Deum pugnantes: & ſic Olympiodorus, D. Hieronymus, S. Gregorius, Philippus preſbyter, & B. Thomas. Verùm cur ergo dixit Iob adhuc ſuo tempore illos ſub aquis gemere? quia his aquis oppreſſi, ad centrum terræ deſcenderunt, vbi infernus eſt; cui artificio Dei librata pelagi abyſſus ſuperimpendet: & ſic, quotquot in inferno degunt, ſub aquis gemunt. Itaque verba Salomonis & Iobi de

Titanes. Serrarius. Gigantes. alij a Titanibus. Symmachus. Olympiodorus. Hieron. Philippus Gregor. Thomas.

Hieron. Strabus. רפדים

gehennâ debent sumi, & conuiuæ gigantum sunt cacodæmones simul degentes in tenebricoso Tartari specu. B. Salonius in mystica prouerbiorum expositione ita scribit: *Gigantes appellauit immundos spiritus, id est dæmones: de quibus B. Iob dicit:* Ecce gigantes gemunt sub aquis, & qui habitant cum eis, *id est, dæmones & omnes quos ipsi deceperunt, & qui ipsis consenserunt, sub pœnis torquentur. Quare dæmones appellantur* gigantes? *Quia dæmones superbi & elati sunt, & mali ac fortes sicut olim gigantes fuerunt. In* cœtu *ergo istorum gigantum, id est, dæmonum, commorabuntur* omnes, qui errauerunt à viâ doctrinæ, *id est, à viâ veritatis, quia simul cum dæmonibus torquebuntur in pœnâ æternæ damnationis.* Habes originem fabulæ poëtarum; qui hinc docti, suos Terræ & Erebi filios montibus & insulis integris obruerunt, quo ad corpora, Enceladum Siciliâ, Typhœum Inarimis, Porphyrionem Delo, sed animas fatentur Virgilius, Claudianus, Seneca & alij apud inferos cruciari. De gehennâ hîc explicant etiam Iansenius, Osorius, Mercerus, Pagninus *inferos* posuerat; Arias depulit, & reposuit *sepulcrum*. Restituendi illi interdicto vnde vi. Quid? an in vno aliquo cippo gigantes clausi, vt ibi cum conuiuis dæmonibus epulentur? Gentiles quidem cœnam mortuorum agnouerunt, & *silicernium* vocarunt; eam tamen non cadaueribus, sed manibus ipsis proponebant, & viuentes eorum loco ferales cibos absumebant.

Salonius.

Gigãtum sepultura iuxta poëtas.

Virgilius. Claudian. Seneca. Iansenius. Osorius. Mercerus. Pagninus. Arias.

Silicernium.

VICESIMVS SEPTIMVS locus est *Prouerb.* XV. *ver.* XI. *Infernus & perditio coram Domino: quanto magis corda hominum?* Explicabitur in Adagiis. de inferno capiunt Lxx. D. Hieronymus, Chaldæus, Liranus, Pagninus & ipse Arias. malè de mortuorum statu Iansenius, de morte Gueuara, de sepulcro Mercerus, vt illic ostendetur.

OCTAVVS AD VICESIMVM locus exstat *eodem cap.* XV. *ver.* XXIV. *semitæ vitæ super eruditum, vt declinet de inferno nouissimo.* Si quem eruditio sepulcri necessitati eripere valeret, exemisset illum qui hoc dixit. Mortuus tamen, & sepultus fuit Regum sapientissimus. Paruit legi, quâ vitæ vsuram acceperat. Pallida mors æquo pulsat pede cathedras doctorum, & ineruditorum sellas. Cur etiam adderet, *nouissimo*; nisi vt à priore, & superiore discerneret? Hebraicè est *mi scol matta, ab inferno infra*, hoc est inferiore: sicut apud Plautum, *in naui super.* hoc est, in naui superiore. Chaldæus infernum inferiorem exponit: & *infernum* retinent Pagninus & Arias. Illud *super* opponitur Hebræo *infrà*. Sensus est: vir eruditus seu prudens cogitationes suas supra se attollit, cogitatum defigit in superna, mente in cælis conuersatur: & inde discit præcepta, quo se pacto gerere, & actiones vitæ debeat instituere: vt pœnam gehennæ effugiat: hoc est, sicut Lxx. explicationis gratiâ addiderunt, *vt saluus fiat.* Nec otiosè transmittendum illud *declinet.* Eo monemur, quo quis propiùs accedit ad cælestia, hoc ab inferno longiùs abscedere: & quo quis terrenis se artiùs agglutinat, eo fieri gehennæ viciniorem. Cæterùm licèt hîc (nouissimus infernus) dicatur, non tamen necessariò dicas opponi inferno superiori sicut opponitur *in Psal.* 85. 13. sed hoc totum, *infernus nouissimus*, optimè opponetur per antithesim cælo summo. q.d. vt declinet ab inferno, qui est rerum creatarum locus imus, infra quem

Hebraismus etiã Plauto vsurpatus: præpositio pro adiectiuo. Plautus. Chaldæus. Pagninus. Arias.

Lxx.

quem non est alius quò te queas penetrare. Duo namque termini humanæ vitæ proponuntur, quò tendamus; cælum & inferi. Denique Iansenius, Osorius, & Mercerus fatentur hoc loco per *Seol*, significari damnationem æternã, seu infimam tartari regionẽ, non verò mortem primam vel sepulchrum.

Iansenius. Osorius. Mercerus.

VNDETRIGESIMVS locus *Prouer.* XXIII. *ver.* XIV. æquè apertus est; *Noli subtrahere à puero disciplinam: si enim percusseris eum virgâ, non morietur. Tu virgâ percuties eum, & animam eius ab inferno liberabis.* Si *Seol* significaret *sepulcrum*, vel animæ à corpore separationem, matres hîc pro liberis suis compendiosam haberent ἀθανασίαν. percuterent virgâ pueros, & Tithono viuaciores numquam morerentur, nunquam sepulchro indigerent. Quis non intelligit istius sensûs ἀπαιδείαν; Ideo Mercerus, Pagninus, Arias hic *sepulchrum* vitarunt, & *infernum* transtulerunt, cum Lxx. & Chaldæo, item Osorius ad sempiternum exitium retulit. Cur ergo Mercerus in commentario *sepulcrum* posuit, & tamen exponit ibidem orcum? an vt confundat diuersissima? an quia Caluinistis hæc eadem, & eorum sepultura vbi diuitis epulonis? subdit etiam, significare mortem præsentem tortoris manu illatam, & futuram sempiternam. Requiro exemplum vbi *Seol* שאול & קדמ significent *crucem*, gabalum, gladium, aut simili instrumento manu carnificis illatam mortem. Breue verbum & verum audiant; per inuitas interdum fauces veritas, licèt ægrẽ, erumpit tamen, & inter mendacia renitet, sicut lilium natum inter spinas. Cuncta illa additamenta adpinxit, ne commento de sepulcro nihil omnino loci relictum videretur. Fateor hîc Lxx. reddere περὶ θανάτου, sed de secundâ (vt solent) morte loquuntur: vide *sup ad Psal.* 17. 6. & *infr. Act.* 2. 24.

Mercerus. Pagninus. Arias Hieronymus Osorius. Lxx.

TRIGESIMVM testimonium profero ex *Prouerb.* XXVI. *ver.* XX. *Infernus & perditio numquam implentur.* De quo dicendum ibidem adagio.

TRIGESIMVS PRIMVS & Prouerbiorum vltimus locus, est *Prou.* XXX. *ver.* XVI. *Tria sunt insaturabilia, & quartum quod nunquam dicit: Sufficit. Infernus & os vulua.* pro *inferno* est קדמ שאול si hoc significaret *sepulcrũ*, vt volũt Osorius & alij, nónne meliùs memorasset Oceanum, vt insaturabiliorem, in quem cuncta flumina se exonerant, in quem tot imbres illabuntur, nec tamen expletur; quàm sepulcrum, quod pauca cadauera simul ingesta possunt implere? Beda, & cum eo Viegas, metonymicè de diabolo accipiũt: Iansenius, de mortuorum statu; nescio cur status vocetur insaturabilis. Cur non sequamur S. Athanasium in Synopsi, Strabum & alios veteres hic de Tartaro seu Erebo interpretantes? de quo quidam poëta Ecclesiasticus,

Osorius. Beda. Viegas. Iansenius Athanas. Licentius.

Infernus insaturabiliter sua guttura pandit.

TRIGESIMVS SECVNDVS inuenitur *Eccles.* IX. *ver.* III. *Corda filiorum hominum implentur malitiâ, & contemptu in vitâ suâ: & post hæc ad inferos deducentur.* Pro hoc vltimo membro tantum est Hebraicè; *est post hoc, al hammethim* עֹל הַמֵּתִים vbi Lxx. πρὸς τοὺς νεκρούς. sed noster optimè sensum reddidit, & ad mortuos damnatos restrinxit; videns non posse agi de cadaueribus mortuorum, quæ in sepulcris iacent, neque de hominibus, quatenus tantùm desierunt viuere; sed agi

Lxx.

nec ſtatìm de ſolis mortuis dignum malè actâ vitâ exitum conſecutis, qui de morte in mortem (hoc eſt à peccatis ad pœnas) tranſierunt.

Chaldæ°. Quod Chaldæus his verbis docuit: *& poſt dies hominis ſeruatur ei, vt corripiatur cum mortuis, iuxta iudicium peccatoris.* Idem vult S. Hieronymus, cùm ait; *& tamen ad inferna deſcendum.* Idem Olympiodorus ſecundo loco, iſtorum mortem cum iuſtorum ſempiternâ vitâ ἀναλογίαν comparans. Quanquam liberaliter do, *inferos* hoc loco etiam capi poſſe pro ipſis ſimpliciter mortuis, in hanc ſententiam, omnes ad eamdem mortis metam perueniunt, nemo morti eripitur. Probus ſit, vel improbus, moriendum. Sed haut dubiè cohærentior eſt altera expoſitio noſtri interpretis. Nec obſtat, quòd priore loco Olympiodorus ita generatim accepit, & eo prior ſanctus Gregorius Thaumaturgus. Nam illi Græcum contextum interpretabantur. Præterea hîc nec Hebraicè שאול *Seol*, nec Græcè eſt ἅδης. Ideo non pertinet ad ſtatum quæſtionis hæc obiectio.

Hieronymus. Olympiodorus. Olympiodorus. Thaumaturgus.

TRIGESIMOTERTIO loco nobis inſpicienda verba Salomonis *Eccleſ. capit.* IX. *ver.* X. *Nec opus, nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia erunt apud inferos, quò tu properas.* Hîc Hebraicè eſt *Seol*, Græcè ἐν ἅδῃ, & quidem de ipſo loco, ſicut expreſsè capiunt Thaumaturgus, Hieronymus, & Olympiodorus: nec congruit ſepulcrum, quod Chaldæus obtrudit. Nam cùm in ſepulcro ſolùm ſit cadauer, non verò ibi ſit anima; cuius dotes ſunt ſapientia, ratio, ſcientia; ſi de cadauere ageretur in ſepulcro poſito; vim nullam obtineret argumentatio Salomonis. Diceret enim redargutor. Eſto: cadaueri nihil horum competit: animæ tamen quæ apud inferos deget, cur id denegas, cur non poterit ſapientior, & prudentior & meritis cumulatior, ibi fieri? Occurrit ergo tali dubitantiæ: & de ipsâ id animâ: quo verò ſenſu id deneget animæ, hoc alterius loci eſt. Interim conſule ſi lubet Lorini noſtri commentaria. Porrò vertiginis hæreticæ veſtigium clariſſimum hîc exſtat à Ioan. Mercero impreſſum. Principio namque meritum vitæ æternæ per bona huius vitæ opera confitetur nobiſcum, contra Caluinianæ ſectæ decreta: quod miror Bezam (qui eo mortuo comment. illos Merceri edidit, vt multorum ſuſpicio eſt, multis additis adulteratos) non aduertiſſe. Deinde fatetur etiam Seol hîc poni pro loco damnatorum. Verùm tandem veritatem totius dicti Salomonis vertit in dubium, cùm vult quoad loquendi modum hæc ironicè dicta, ſicut illa poëtæ Epicutei.

Grego. Thaumat. Hieron. Olympiodorus. Chald.

Mercerus. Beza.

Iam te premet Nox, Fabulæq; Manes.
Et domus exilis Plutonia; quò ſimul meâris;
Nec regna vini ſortiere talis,
&c.

Horatius.

Quòd verò Alcuinus vocabulo *inferni* ſcribit ſignificari mortem, id de morte ſecundâ recipio; de morte primâ, non niſi quatenus illa via eſt ad ſtatum, quem apud inferos anima nanciſcetur, non verò de ſepulcri ſitu cadaueroſo.

Alcuinus.

TRIGESIMVS QVARTVS locus petitur ex *cantico Canticorum* c. VIII. *ver.* VI. *Fortis eſt vt mors dilectio, dura ſicut infernus æmulatio*: propriè ſumêda vocabula oſtendi in commenta-

tis eius loci, & ostendam infer. Adagio.

Idem Rex sapientissimus exsertè negat (sit locº TRIGESIMVS QVINTVS) *Sap.* 1. *v.* XIIII. Inferorum regnũ in terrâ esse, his verbis; *Creauit enim, vt essent omnia, & sanabiles fecit nationes orbis terrarum: & non est in illis medicamentum exterminij, nec inferorum regnum in terrâ.* ᾅδου βασιλειον ἐπι γῆς. Certum est de morte accipi nõ posse, quæ hîc in terrâ dominatur; nec de sepulcris, quę sæpe supra terram, sed de orco, qui in telluris centro, vt bene Liranus & cæteri. vide Adagiô, *Inferorum regnum.*

TRIGESIMVS SEXTVS locus habetur cap. II. ver. 1. qui eodem sensu capiendus, vbi aiunt athei, *Non est qui agnitus sit reuersus ab inferis.* quo volebant probare, eo quòd defunctorum animæ non redeant, vt referant quæ in futuro sæculo gerantur; eas credendas interire cum corporibus, & fabulosa esse quæ de bonorum præmiis & malorũ pœnis apud inferos commemorantur. Mendacio probando mendax argumentum adhibeat. Nam & animas aliquando redire, cum Tyreo nostro lib. de apparitionibus, probaui accuratè *Magicar. Disquisition. lib.* 2. & licèt animæ nunquam redirent, indetamen, quod impij volũt, minimè consequeretur. Hîc Græcè est ἐξ ᾅδου, *ex inferno.* & sic Nannius, Osorius, & alij acceperunt.

TRIGESIMVS SEPTIMVS locus habetur *Sapien.* v. *ver.* XIV. *talia dixerunt in inferno, hi qui peccauerunt.* Nullum legi, nec vllum fore confido, tam infœlici ingenio, vt si verba, quæ præcesserunt, legerit attentè, non vereatur dicere, vel ómnibus mortuis etiam iustis, talia tribui, vel in sepulchris hæc dictura cadauera. Restat fateantur de solis agi animabus, ita sortem suam infructuosè inter gehennę cruciatus lamentantibus. Hæretici fortassis responderent in Græco contextu ista non haberi: hodie quidem, nam olim noster in suis codicibus inuenit. Sed ad nos illa responsio nihil attinet, quibus scilicet vulgatæ versionis auctoritas authentica & sacrosancta est.

TRIGESIMVS OCTAVVS locus produci posset ex Sapientiâ Siracidæ *Eccles.* 41. 7. οὐκ ἐστιν ἐν ᾅδου ἐλεγμὸς ζωῆς. *non est enim in inferno accusatio vitæ.* Quid hoc? nisi, vt exponũt Anselmus Laodunensis, & Liranus, damnatis nec accusandi, vel confitendi præteritæ vitæ peccata tempus vllum reliquum; addo, nec id faciendi flexibilem vllam esse volũtatem. Ianseníus procul à scopo recessit, scilicet mortuos de vitæ breuitate vel longitudine iam conqueri. Quod etsi detur, querela tamen hæc non tribuitur decenter corporibus sepultis; sed animabus separatis, iam degentibus in suis receptaculis: idcirco propriam vocis ᾅδου significationem fugiens, in scopulum impegit. Anselm. Laodu. Liranus. Iansenius.

VNDE QVADRAGESIMVS est locus *Isaiæ v. ver.* XIIII. *Propterea dilatauit infernus animam suam, & aperuit os suum absque vllo termino: & descendent fortes eius, & populus eius, & sublimes gloriosique eius ad eum.* Probatur hîc retinenda recepta vocis *Seol* significatio, primò quia de morte corporis præcessit, & multi istorum non erant sepeliendi; ad vnum verò debebantur Erebo. Secundò quia verbum *descendendi* meliùs conuenit animâbus, quàm

cadaueribus, quę se nequeunt mouere; & apertio illa faucium inferno aptior est, quàm busto. Tertiò, quia cum Chaldæo id affirmant passim Patres antiqui. S. Cyrillus hîc, (locus potiùs est *infernus*, & animarum carcer horridus.) Florēs Tertullianus vertit *orcum*; Venantius Fortunat. adspectu ad Isaiam, cecinit,

III. Chaldęus. Cyrillus. Tertullianus. Venantius.

Infernus insatiabiliter cana guttura pandit.

Sic etiam Sanctus Hieronymus, & Procopius hîc, & D. Gregorius *lib. 26. Moralium capit. 32.* Non probo Catholicos quosdam, qui hunc Sanctorum consensum vilipendant, cū etiam plerique hæreticorum nihil hîc audeant immutare. Hieronymus. Procop. Gregor.

QVADRAGESIMVS locus est *Isaiæ VII. ver. XI. Pete tibi signum à Domino Deo tuo in profundum inferni siue in excelsum supra.* His verbis cælo barattrum Erebi opponitur, vt terminus aduersus maximè remotus. ideò fortè LXX. simpliciter dixerūt εἰς βαθος, ἢ εἰς ὕψος: quod D. Cyprianus lib. 2. testimon. contra Iudæos reddidit, *in altitudinem sursum*, aut *in altitudinem deorsum*. Quod verò LXX. nomen *inferni* hîc præterierunt, factum, quia legerunt *Sealah*, sine vaf & cū Camets שאלה, quod significat *petitionem*, & ideo pro illo *pete petitionem*, sufficienter verterunt *pete*. Noster rectiùs legit שאולה *Seolah* cum vaf, quod infernum significat, quo pacto etiam legerunt Chaldæus, Aquila, Symmachus, & Theodotion, & isti tres transtulerunt εἰς ᾅδην. Cur ergo Mercerus hanc expositionem vocat recentiorum? Priores quidem fuerunt LXX. sed isti statim post CHRISTVM vixere. Sumendum de loco qui est in centro terræ, docent S. Irænæus *lib. 3. cap. 27.* Origenes, S. Basilius Hieronymus, Cyrill. Procopius, & Haymon hîc. S. Ambros. *in Psal. 118. serm. 8.* Videlicet isti recentiores, quorum aliqui ante annos 1300. vixerūt; Caluiniani & cęteri veteres, qui vix heri deuixerūt. LXX. Cyprian. Mercerus. Irenæus. Basilius. Hieronymus. Cyrillus. Procopius. Haymon. Ambros.

IN QVADRAGESIMO PRIMO plures loci sunt, sed separari non debent. ait *Isaias cap. 14. à vers. 9. vsque ad 16. Infernus subtus conturbatus est, in occursum aduentûs tui suscitauit tibi Gigantes. Omnes principes terræ surrexerūt de solijs suis, omnes principes nationum. Vniuersi respondebunt, & dicent tibi. Et tu vulneratus es sicut & nos, nostri similis effectus es. Detracta est ad inferos superbia tua, concidit cadauer tuum: subter te sternetur tinea, & operimentum tuum erūt vermes. Quomodo cecidisti de cœlo Lucifer, qui manè oriebaris? corruisti in terram, qui vulnerabas gentes? Qui dicebas in corde tuo; In cœlum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum: sedebo in monte testamenti in lateribus Aquilonis. Ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo. Verumtamē ad infernum detraheris in profundum laci. Qui te viderint, ad te inclinabuntur, atque prospicient.* Trib. locis vox eadem repetitur, & eodem semper modo debet accipi: quare vnus locus alterius optimus est interpres. Non posse autem hîc capi pro corporis separatione ab animâ, neque pro sepulchri fossâ, patet ex ipso contextu. Descriptio est descensus tyranni mortui ad inferos, quo pacto excipiendus ferali illo fuerit hospitio. Docet, sicut vnus vnos conturbarat, sic mortuum mortuos sollicitaturum. Deinde perspicuè separat fortē corporis eius ab animæ sorte. Corpus ait abiiciendum insepultum; nec honorandum cadauer iustis, vt fuerant cadauera interfectorum ab eo honorata. Clarè I. II. III.

rè hoc habes *ver.*18.*omnes reges gentium vniuersi dormierunt in gloriâ, vir in domo suâ. Tu autem proiectus es de sepulchro tuo, quasi stirps inutilis, pollutus, & obuolutus cum his qui interfecti sunt gladio, & descenderunt ad fundamenta laci quasi cadauer putridũ. Non habebis consortium neque cum eis in sepultura.* Vnde conuincitur, *Seol* hîc non posse capi pro sepulcro. Nam dicitur cadauer fore insepultum, saltem non possessurum eumdem locum sepulturæ, quem habuerunt illi qui obuiam ei processerũt. Occursus autem iste nõ futurus in sepultura, neque in momento quo anima à corpore separabitur, neq; in viâ ad orcum; sed erit in spaciis receptaculi communis animarum, & erit postquam relicto in terris cadauere suo tremens & trepidans anima in infernum deuenerit. Cõfirmatur; quia cùm de sepulchro agit Isaias; vocat *kiber*: cùm de gehennâ, *seol*: differunt igitur. Deinde quia pro gigãtibus habes *Raphaim*, hoc est manes (vt vertit Arias) nec tamen qualescumque manes, sed tyrannorum gigantibus moribus similium, (dixi ad Iobi locum similem:) ideo Chaldæus vertit *Gibborin*, quod de cadaueribus non solet vsurpari. Deinde *vers.* 11. illud, *detracta est ad inferos superbia tua* (peccatum indicat agi de animâ, cuius superbia propria est:) *concidit cadauer tuum* (hoc iam corporis est:) *sub te sternetur, tinea & operimentum, tuum erunt vermes.* (hoc iam potest vtrique adaptari, corpori propriè, animæ metaphoricè.) Denique cũ ait *vers.*15. *verumtamen in infernum detraheris, in profundum laci:* posteriore mẽbro prius explicatur, quasi diceret, in infernum vbi est telluris centrum; siue in inferni fundum imum. ita perspicuè LXX. εἰς τὰ θεμέλια τῆς γῆς, & *ad ima terræ fundamenta*. Chaldæus, *ad extremitatem laci, domûs perditionis*. Notandum hîc Hebraicè haberi *Bor*, בור pro lacu: quod *Bor*: vt & Latinum, & Græcum λάκκος ad omnia profunda loca maximè subterranea, sepulcra, cisternas, carceres, inferos porrigitur. Sensus est, factus es im[a], qui volebas esse summus; socius dæmonum, qui collega præsumebas esse Dei: qui lucidum cœli solium appetebas, demersus in Tartari tenebras palpabiles iaces, & ernúmque iacebis, vt tui similes admoneas

Discere iustitiam monitos, nec temnere Diuos.

De inferis propriè dictis agi est cõsensio Patrum, Eusebij *lib.*7. præparat. Euang. *cap.*6. S. Hieronymi, Cyrilli, & cæterorum in Isai. maximè illorum, qui de Principe malorum angelorum hæc ad literã dicta volunt; de quâ sententiâ nunc dicere supersedeo. Eusebius. Hieronymus. Cyrillus.

QVADRAGESIMVS SECVNDVS locus legitur *Isaiæ cap.*28. *vers.*15. *Percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum.* Verba sunt impiorum irridentium prophetarũ minas de morte & inferno, quæ illos maneant impœnitentes. Nihil horum (aiunt) formidamus, fœdus percussimus, solemne pactum iniuimus, nos inuicem nõ nocituros. Vel aliter, non curamus vestras cõminationes, quas moriendo præueniemus. Mortui sepeliemur, & in inferno absc̃odemur. Sarcophagus corpori pro pelta, animæ pro clypeo futurus ereb[o]. his mala ingruẽtia depellentur. Sic ferè SS. Hieronym. & Cyrillus, & propheta mox *ver.*18. negat hæc illis quidquã profutura: *delebitur fœdus vestrũ cũ morte, & pactum vestrum cum inferno non stabit,*

Arias. Chald. Hieron. Cyrillus.

ſtabit; nempe illud quod iactitatis. Chaldęus pro *inferno* vertit (diſperdentem) quod diaboli & erebi eſt epithetum ſiue cognomen.

Teſtimonium QVADRAGESIMVM TERTIVM habemus *Iſaiæ cap. xxxviii. ver. x. Dixi, in dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi.* Portæ inferi. Hebraicè *Beſaare ſeol.* Græcè πύλαις ᾅδου. ſic etiam Chaldæus. ſed de portis inferi plura in adagiis, & docebo non ſignificare ſepulchrum.

Eodem *cap. v.* 18. habemus locũ QVADRAGESIMVM QVARTVM his verbis, *Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te: Non expectabunt, qui deſcendunt in lacum, veritatem tuam.* Chaldęus Metonymiam proponit Chaldęus, reddẽs, Nõ enim mortui, qui habitant in inferno, cõfitentur coram te, neque laudant, neque ſperant ſalutare tuum, ij qui in lacum perditionis deſcendunt. Satin' luculenter? de Tartaro quoque accipiunt S. Hieronymus, S. Cyrillus & Procopius. Hieronymus Cyrillus Procopius Pro *inferno* Hebraicè eſt *Seol*: pro *lacu*, *Bor*, vtrũque LXX. LXX. reddunt ἐν ᾅδου, vt pateat eos tã *Bor* quàm *Seol* de Erebo intelligere, vt fecerunt etiam *c. 28. v. 19.* vide ſuper *loco* X.

QVADRAGESIMVS QVINTVS locus eſt *Iſaiæ cap. 57. ver. 9. miſiſti legatos tuos, & humiliata eſt vſque ad infero*. Pagninus eodem vertit modo, & nobiſcum ſentit Cyrillus, & patet de ſummâ humiliatione agi: profundior autem infernus eſt, quàm ſepulchrum: mori, vt ſic, non eſt dedecus, maximum annumerari damnatis.

QVADRAGESIMVS SEXTVS locus ſeſe offert *Baruch* II. *ver.* XVII. *Quia non mortui, qui ſunt in inferno, quorum ſpiritus acceptus eſt à viſceribus ſuis, dabit honorem & iuſtificationem Domino. ſed anima quæ triſtis eſt ſuper magnitudine mali*, &c. puto ſenſum eſſe eundem qui eſt *Iſaiæ 38. v. 18.* Animam à ſuo corpore ſeparatam opponit animæ corpus informãti. de illa dicit, *mortui qui ſunt in inferno:* conſtat autem animas in ſepulchris non manere. igitur infernus ibi nõ poteſt capi de ſepulcro. Theodoretus accipit vt locutionem adagialem ſignificantem ſummas & extremas miſerias: tum antitheſis periret, ſed propria ſignificatio inferni non periret. Theodoretus.

QVADRAGESIMVS SEPTIMVS locus eſt *Baruch. cap.* III. *ver.* XI. *coinquinatus es cum mortuis; deputatus es cũ deſcendentib. in infernum.* Theodoretus vult eſſe comparationem deſumptam à mortuis, qui extremè infælices ſunt. ſed profectò non tales, quâ mortui tãtùm primâ morte, aut quâ ſepulti (nã in cælis multi tales, qui beatiſſimi ſunt) ſed quâ ſunt addicti gehennæ & mortui morte ſecundâ. Illud quoque notandum, *mortuos* illic nõ tam ſignificare cadauera, quã idola vitæ expertia, quæ ſolent vocari *mortui*, vt aliàs docebo. Theodoretus. Idola, mortui.

SECVNDVS ANTE QVINQVAGESIMVM locus eſt eodem *cap. verſic.* XIX. *exterminati ſunt, & ad inferos deſcenderunt.* Loquitur de auaris, quorum vitium B. Paulus vocat idolorum ſeruitutem. patet agi de orco: quia morte moriuntur etiam liberales. mortui ſunt Tobias, & Iob; ſed in cœlum aſcenderunt, Græcè eſt ᾅδης.

QVADRAGESIMVS NONVS locus exiſtit *Ezech. 31. ver.* 15. valdè manifeſtus: *In die quando deſcendit ad inferos, induxi luctum:* ſumi de gehẽnâ probo. I. Quia immediatè ſequitur *operui eum abyſſo*, quod conuenit locatis in centro terræ, non in eius ſuperficie. II. Quia præcedenti proximè verſiculo dixerat, *omnes traditi ſunt in mortem, ad ter-*

ram vltimam, in medium filiorum hominum ad eos qui descendunt in lacum: vbi *lacus* significat infernum tam Græcis quàm Latinis, & volunt Chaldæus, Hieronymus, & Hieronymiani instituti Pintus. Obseruandùm enim, quando agitur de demissione viuorum in lacum, tunc lacum significare cisternam, vel carcerem, vel puteum: quando dicuntur in eum mortui descendere, tunc significari infernum, vt infer. *cap.* 32. *versic.* 23. & 24. Mysticè verò designari summam miseriam. sic concilianda, quæ de laci variis significatis, non eodem semper modo, B. Doctor Hieronymus tradidit, *in cap.* 4. *Thren. in Isaiæ cap.* 14. & 53. *in Ezech. cap.* 32. *in Zachar. capite* 9. *& in Psalm.* 27.

Regulæ Lacus significatis.

Hieron.

III. III. probatur quia Ezechiel loquitur de tyranno post mortem ad inferos descendente; *vbi gigantes gemunt sub aquis*; hoc est Oceani alueo, seu abysso pelagi. Præstat enim hoc loco sequi D. Hieronymum literali sensu de veris aquis intelligentem; quàm Theodoretum capientem de populis ab eo debellatis. IIII. quia sequentibus verbis *numer.* 16. & 17. dicuntur cum eo plures *descendisse ad inferos gladio*, quo satis indicat se loqui tam de insepultis (quales cæsorum bello multi, maximè quando clades ingens) quàm de sepultis, & agere de descensu in commune omnibus receptaculum. talis autem regia Plutonis potiùs, quàm bustuarium.

Theodor.

IV.

Profectò solus Ezechiel, cætera vt inter Græcos Heraclitus, nîc nihil minùs quàm tenebricosus, potest solo *cap. xxxij.* (vnde fit TESTIMONIVM QVINQVAGESIMVM, & multiplex) nostros aduersarios errotis conuincere de significatione vocis *Seol*, & similibus; quas omnes reperias accuratè separatas & discriminatas hoc vno *cap.* 32. & tam à Lxx. quàm à nostro interprete mirâ cum proprietate & eruditione, suo quamque vocem significatu redditam. Lampadem nunc præfero nolentibus errare. Illic enim habes *terram vltimam*, habes *lacum*, habes *infernum*, habes *sepulchrum*; nec quicquam priorum eâdem voce exprimitur, quâ sepulchrum; nec potest aptè sepulchrum significare. *Terra* tamen *vltima*, & *lacus* debent de inferno accipi. Recitentur loca: *versic.* 18. de Ægypto dicitur, *detrahe ipsam & filias gentium robustarum ad terram vltimam, cum his qui descendunt in lacum.* Hebraicè pro terrâ vltima *Eres tachtioth* ארץ תחתות, quod Pagninus transtulit *terram inferorum*, ne de vltimis & remotissimis gentibus accipiatur. Ideo etiam Lxx. dixerunt *profunda terræ*, Chaldæus *terram inferiorem*: vt appareat, quæ sit illic nostro, *vltima terra.* Confirmat illud, *in lacum*: nam agitur de occisis prælio, & Hebraicè est *Bor*, Lxx. habent vocem genericam βόθυνον *foueam*, quod æquè conuenit inferno ac sepulchro.

Terra vltima. Pagninus.

Lacus.

בור

Item *vers.* 22. & 23. vbi agitur de sepulchris, ipsa nominantur. *in circuitu* (inquit) *illius sepulchra eius.* Item: *quorum data sunt sepulchra in nouissimis laci, & facta est multitudo eius per gyrum sepulchri eius.* his locis semper Hebraicè est *Kebbura*, quæ vox sine dubio sepulchrum denotat, vt noster transtulit, & ideo Lxx. vertunt aliquando τάφον, *sepulchrum*; aliquando μνῆμα, *monumentum*; non verò ᾅδην vel λάκκον, vt faciunt quando de inferno propriè loquitur. Itaque *d. vers.* 22. de propriè dicto sepulchro accipio: quia verò in 23. versiculo

קבורה

Cur impij dicantur sepeliri in inferno.

mentio additur *nouissimorum laci*, capiendum id de sepulchro metaphorico, nempe gehennâ, translatione à corporibus ad animas impiorum verè carnalium, deductâ; quæ sic vixerant, quasi porcorum corruptibiles, non hominum incorruptibiles & rationales essent. Quasi diceret; illos, qui fortè in terrâ insepulti, apud inferos sepultos, sicut apud D. Lucam legimus de infortunato epulone. Rursus *versic.* 21 *loquentur ei potentissimi robustorum de medio inferni.* Item v. 27. *Et non dormient cum fortibus, cadentibúsque, & incircumcisis qui descenderunt ad infernum cum armis suis, & posuerunt gladios suos sub capitibus suis, & fuerunt iniquitates eorum in ossibus eorum: quia terror fortium factí sunt in terra viuentium.* vbi non vult armatos ad infernum se penetrasse, sed tropica locutione significat, nihil illis arma profuisse, quin armati & valentes occiderentur, nihil illis ferociam & bellandi peritiam profuisse; nihil cædes quas etiam quietis tempore voluebant animo, & ipsis in somno reddebantur; nihil versurias & dolos quos animo penitùs imbiberant, & quibus plurimùm confidebant: his dum viuerent solitos terrere cæteros, nunc quæ egerint in terris, eadem apud inferos timere & perpeti. Sanè vtroque loco Hebræi *seol*, Græci vno ᾅδης, altero λάκκον βάθος, *profundum Tartari*, vt capiunt Chaldæus, D. Hieronymus, & Pintus. Vocem *inferni* retinent Pagninus, & Arias. & quis dicat cadauera de medio sepulchri ad inuicem loqui? simileum locum adduxi superiùs *ex Isa. cap.* 14.

Chaldæus D. Hieronym. Pagninus. Arias.

QVINQVAGESIMVS PRIMVS locus exstat *Amos.* 9 *vers.* 2. *Si descenderint vsque ad infernum, inde manus mea educet eos, & si ascenderint vsque in cœlum, inde detrahã eos.* Peruincit antithetica ratio accipiendum de locis summo & imo. iudica, vtrùm hoc meliùs gehennæ quàm sepulchro vel morti quadret. Similem hyperbolem notaui *Psalm.* 138. nec Arias vel Pagninus hîc audent sepulchrum fabricare.

Arias. Pagnin.

QVINQVAGESIMVM SECVNDVM testimonium laudo ex *Ione* 2. *versic.* 3. *de ventre inferi clamaui, & exaudisti vocem meam.* Hîc quòque Pagninus & Arias vocem *inferi* retinent, scientes Ionam loqui de ventre ceti, in quo per triduum latuit, figura CHRISTI DOMINI, cuius corpus in sepulchro futurum triduo, sed etiam anima triduo futura in inferno: & quod de clamore additum & exauditione videbant non corpori exanimo, sed animæ separatæ conuenire. Quod autem Euthymius & Beda *Matth.* 12. 40. *cor terræ* de sepulchro sunt interpretati, meritò noster Maldonatus improbauit. I. quia cor pro medio seu intimo poni solet, non pro extimâ superficie, vel quod illi proximum. Sic enim infrà *in eodem Ion. ver.* 4. habes *cor maris.* & *Psal.* 45. 3. *transferentur montes in cor maris.* II. quia licèt de plurimis sepultis in sacra Scriptura fiat mentio, nullus tamen, præter CHRISTVM, dicitur fuisse in corde terræ. III. quia solus IESVS scribitur *in inferiores partes terræ* descendisse εἰς τὰ κατώτερα μέρη τῆς γῆς, *Ephes.* 4. 9.

Pagninus. Arias.

Euthym. Beda.

I. Maldonat.

Cor.

II.

III.

Locus QVINQVAGESIMVS TERTIVS est *Abacuc* 2. *vers.* 5. *Qui dilatauit, quasi infernus animam suam, & ipse quasi mors, & non adimpletur.* Vbi *seol* loco priore, *maueth*, posteriore; & LXX. ᾅδης & θάνατος. Longè autem elegantior futura

com

comparatio hyperbolica; si infernus, quàm si sepulchrum comparetur gumiæ seu manduco, magnæ inquam voraciq́ue belluæ: rectiùs etiam tyrannus, cuius cum crudelitate certat cupiditas, comparetur orco fauces pandenti, quàm frigido & inanimato sepulchro. Ex hoc autem loco elici possunt duo. primum, aliud significare *seol*, aliud *maueth*: secundum, non esse cur *seol* interpretemur mortem. similia habuimus *Proverb.* 30. & *Isaiæ* 5.

His omnibus veteris testamenti locis LXX. pro *seol* ἅδης, noster *infernum* verterunt. vnde probatur veritas primæ nostræ conclusionis, quam nunc etiam ex Nouo testamento comprobabo, de vocabulo ἅδης.

QVINQVAGESIMVS QVARTVS locus est *Matth. xi. vers. xxiii. Tu Capharnaum numquid in cœlũ exaltaberis? vsque in infernum descendes.* idem repetitur *Luc.* 10. 15. Græcè est ἅδης, quod Beza *inferos* & *infernum* interpretatur. Non inueniebat Capharnaumti sufficiens sepulchrum. cogebat autithesis cœli. Beza.

Locus QVINQVAGESIMVS QVINTVS est *Matth. xvi. ver. xix.* vbi CHRISTVS ait de Ecclesiâ, *Portæ inferi non præualebunt aduersùs eam.* Græcè πύλαι ἅδου. hîc quoque Beza dat manum: nec potuit aliter, quia palàm est de Satanæ viribus, astu, consiliis agi. Nec vnquam Ecclesia sepelienda, semper visibilis supra montem posita micabit; nostra quidem, quę sola Ecclesia est, de qua CHRISTVS agit, quæ Petro credita. Gebennensis illa Satanæ Synagoga plus mille quadringentis annis latuit, quia non erat: sepelienda quoque sub caudâ draconis, vbi sepultæ similes Simonianorum, Borboritarum, Turilupinorum.

QVINQVAGESIMVS SEXTVS locus capitur à *B. Luca cap. xvi. v. xxiii.* vbi diues epulo mortuus dicitur *sepultus in inferno*, ἐν τῷ ἅδῃ, iuxta dispunctionem sinceriorẽ. Bellus foret, qui contenderet, sepultum in sepulchro, quasi posset aliter; & cùm de animâ loquatur, parum aut nihil frontis habent hæretici, tamen hîc aliter vertere, quàm infernum, erubuerunt. Nota mihi præterea vocem *sepultus*. hinc enim probatur, contra nos nullum efficax argumentum peti posse ex similibus locis, vbi sepulturæ vel quietis mentio addita, ad probandum *seol* vel ἅδης de cadaueris loculo accipi debere: sed, quando de animâ sermo fit, metaphoricam esse locutionem. Nota sepulturam metaphoricè sumi sæpe.

SEPTIMVS & QVINQVAGESIMVS locus habetur *Actor. cap. ii. ver. xxiv.* λύσας τὰς ὠδῖνας τοῦ θανάτου, noster, *solutis doloribus inferni*. An ergo infernus nostro mortẽ significatiònon primam qua corpore anima absoluitur, sed secundam deteriorem; quam noster promiscuè mortis & inferorũ nomine consueuit appellare. Difficilis tamen locus est, & indigens explicatione. Inprimis posset videri noster legisse τὰς ὠδῖνας τοῦ ἅδου. sicut Hebraicè *Ps.* 18. 6. est *cheblei-seol* חבלי שאול cum segol, & Græcè ὠδῖνες ἅδου. & ita puraretur Græcum Actorum exemplar ex Latino corrigendum, cùm sit verisimile, Hierosolymis B. Petrum citasse vel Hebraicè vt est in psalmo, vel Syriacè cum Sere, *cheblaia* חבלאיא sicut legerũt Lxx. Sed quia reperio D. Chrysost. *in Acta hom. 6.* Oecumenium & Theophylactum legisse ὠδῖνας חבלי חבלאיא Chrysost. Oecumenius. Theophylactus.

τῆς θανάτου, ideo hac lectione apud D. Petrum retentâ, malo dicere *in d. v.* 24. B. Petrum non respexisse *ad v.* 6. *Psal.* 17. vbi nos *inferni*, & Lxx. ᾅδου: sed ad vers. præcedentem quintum, vbi Hebraicè est *maueth*, Græcè θανάτου, Latinè *mortis*. Postea *v.* 25. progreditur Petrus ad explicationē *d. v.* 6. quem cùm posuisset *v.* 27. eum postea explicat quoad animam *v.* 31. & sic omnia conueniunt: & *d. Psal.* 17. *v.* 6. Apostolicâ auctoritate explicato premimus eos qui contradicunt. Restat, cur in hoc *v.* 6. Lxx. & B. Petrus ὠδῖνας dixerint, & non *funes*, sicut B. Hieronymus ibi vertit. Breuiter respondeo sententiæ discrimen nullum esse, & neutrum radici repugnare: quæ est חבל *chaual*, & habet duo significata principalia, sed opposita. Vnum est vincire seu obstringere, à quo fit *chebel* cum Segol in primâ, quod funem seu vinculum denotat. hoc amplexus fuit S. Hieronymus, & & inde Germanicum *kabel*. & Gallicum *kable*: alterum significatum est corrumpere seu dissoluere continuum, vnde fit *chebel* cum Sere in primâ, quod, quia doloris causa solet esse continui solutio, vsurpatur pro nisu & dolore parturientium, (vnde Belgis feræ dicuntur *cabbelen* quando pariunt) & hoc secuti sunt Lxx. & cum illis B. Petrus. Et vtraque significatio deseruit prophetiæ. Sensus enim est impossibile fuisse talibus dolorum infernalium vinculis CHRISTVM in inferno capi, aut detineri; & ideo dolorum huiusmodi nexus illum diuinitatis suæ gladio dissecasse, quando victor ex erebo rediit. dolores inquam, & funes non suos (nec enim illius animam potuerunt vincire, sauciare, vel attingere) sed Patrum in limbo detentorum, & animarum multarum quæ expiabantur; quæ omnes vnanimiter gemebāt, vt parturiens, suum præstolantes redemptorem. hos dolores soluit, has catenas diffregit, quando captiuam inde captiuitatem eduxit.

חבל

S. Hieronymus.

QVINQVAGESIMVS OCTAVVS locus citatur *Act.* 2. 27. iuxta nostram versionem; ***non derelinques animam meam in inferno***, & Græcè est εἰς ᾅδου, quod desumptum *ex Psalmo* 15. *v.* 10. vide dicta superiùs loco DVODECIMO. Beza retinuit propriam significationem; sed Villerius, Caluinista apud Batauos, marginem Bezæ falsâ interpretatione de sepulchro contaminauit; si cœnum cœno contaminari potest; metuens mendacio sectæ suæ de imaginario CHRISTI ad inferos descensu.

Villerius haret.

VNDESEXAGESIMVS locus exstat eiusdem *cap. ii. ver. xxxii.* vbi de Dauide dictum, ***prouidens locutus est de resurrectione*** CHRISTI, ***quia neque derelictus est in inferno, neque caro eius vidit corruptionem.*** Vbi posterius tmema de corpore est, prius de animâ, resurrectio ad totum compositum refertur, quod resurrexit, postquam ex inferno reuersa anima se corpori vniuit. D. Lucas Græcè scripserat οὐ κατελείφθη ἡ ψυχὴ αὐτοῦ εἰς ᾅδου, *nec derelicta anima eius in inferno.* Vide *sup. loco Duodecimo.*

Locus SEXAGESIMVS continetur 2. *Petri cap. ii. ver. iiii.* de malis angelis, quibus peccantibus Deus non pepercit: ***sed, rudentibus inferni detractos in tartarum, tradidit cruciandos.*** quis non videt, nec de morte primâ, cuius cacodæmones non sunt munifices, nec de sepulchro, quo spiritus non clauduntur, capi debere? ponitur itaque

infer

infernus vel rudentes inferni, pro densâ illâ caligine, cui sunt mancipati tartaro, qua illic velut nexi detinentur. Græcè est σειραῖς ζόφου ταρταρώσας, quasi dicat; tradidit validis rudentibus crassæ caliginis vinctos, in fundo tartari coërcendos cruciandósque vsque ad vltimum extremi iudicij diem: non quòd postea inde liberandi sint, sed quia ad illud vsque tempus, sine alio decreto, vel sententiâ, ibidem mansuri, post autem nouâ sententiâ publicè latâ, & accidentaliter aggrauata in æternum illic permanebunt. Vide *super. loco decimo.*

SEXAGESIMVS PRIMVS locus est *ex Apocal. 1. ver. xviii. habeo claues mortis & inferni.* τῦ ἅδου καὶ τῦ θανάτου. CHRISTVS mortis potestatem habet, quia mors eius corpus non potuit in sepulchro retinere, & potest suis vitam largiri: idem habet potestatem inferni, quia seras eius soluit, & non modò suam animam inde eduxit, sed, victor loci & præsidij priùs inuicti, suos etiam, ibi detentos liberauit, & triumphans captiuam captiuitatem veræ libertatis pileo donauit; vt intellexerunt Ribera noster, & Cælius Pannonius *ad d. v.* 18. Has quidem claues Patres diuersimodè accipiunt, nullus tamen (quod sciã) de sepulchro vocem inferni fuit interpretatus, omnes de gehennâ, vt Ambrosius, Andreas, Arethas, Rupertus, Ioachim & alij. Vide Pererium *ad d. cap. 1. disputat. 24.* & eo priorem Blasium Viegam *commentar. 2. sect. 18.*

Ribera. Cælius Pannon.

Ambros. Andreas. Arethas. Rupertus. Ioachim. Pererius. Viegas.

SECVNDVS & SEXAGESIMVS locus est *Apocal. vi. ver. viii.* vbi *equum pallidum*, qui *vocabatur mors, sequebatur infernus* ἅδης. Sequebatur vnus alium; ergo differunt mors & infernus: & quia in illâ reuelatione (dico verbis illis) non est locus sepulchro, certè *infernus* gehennam seu extremam perditionem significabit, vt bene martyr Victorinus, & meritò illum secutus noster Ribera. Scio quosdam accipere infernum pro dæmone, alios pro Mahometi sectâ; sed necessitas nulla me cogit ad Metonymiam: alias interpretationes, quæ tamen pleræque infernum propriè capiunt, pete à Pererio *ibid. disputat. 14. 15. 16. & 17.*

Victorinus Ribera.

Pererius.

SEXAGESIMVM TERTIVM testimoniũ reperio eiusdem Apocal. *cap. xx. ver. xiii. Dedit mare mortuos, qui in eo erant: & mors, & infernus dederunt mortuos suos.* Iterum distinguitur mors ab inferno. An inanis repetitio, Mors dedit mortuos, & infernus dedit mortuos? apta potiùs partitio est. Mare, inquit, euomet quæ absorpsit cadauera. Mors reliqua dabit, quæ alibi quã in vndis perierunt. Orcus autem animas emittet ad iudicium, quas hactenus in malâ mansione detinuerat. Hæ damnatorum animæ *mortui* vocantur, quia iam peccato mortuæ, mortis secundæ æterno igni addicentur. Hos mortuos dabit infernus, iterum eos recepturus, mare & mors suos dabũt numquam recipiendos. Non meum hoc est de inferno, sed egregiè his verbis ab Andrea Cæsariensi proditum: θάνατος δὲ καὶ ᾅδης, ὡ ζῶα ἔμψυχα, ὡς ὑπό τινων γραφόνται. ἀλλὰ θάνατος μὲν χωρισμὸς ψυχῆς καὶ σώματος. ᾅδης δὲ τόπος ἡμῖν ἀειδὴς, ἀγνὼς ἀφανὴς καὶ ἄγνωστος, ὁ τὰς ψυχὰς ἡμῶν ἐντεῦθεν ἐκδημήσας δεχόμενος. νεκραὶ δὲ ψυχαὶ, αἱ τὰς πονηροποιὰς πράξεις ἐπιφερόμεναι. δικαίων γὰρ ψυχαὶ ἐν χειρὶ θεῦ, καθὼς σοφός τις ἔλεγε. καὶ οὐ μὴ ἅψεται αὐτῶν βάσανος. Negat *mortem & infernum daturũ corpora animata, iuxta quosdam. Sed*

mortem quidem esse separationem animæ & corporis. ἅιδου verò sen infernum esse locum inuisum, obscurum, incognitum, continentem animas ibidem vinctas. mortuas verò dici animas impiorum propter lethifera illarum opera. Iustorum enim animas in manu Dei esse, quas (vt ait Sapiens) *mortis tormentum non attinget.*

QVARTVS & SEXAGESIMVS locus est ibidem *cap. eodem ver. xiv. his verbis: Infernus & mors missi sunt in stagnum ignis. Hac est mors secunda.* Augustin. S. Augustinus *lib. 20. de ciuitate Dei cap. 15.* vult vtroque nomine, mortis & inferni, diabolum significari. Consequēter sanè, si versu præcedenti. *xiii.* mortem ab inferno non distinxit. Verùm, cùm viri Ribera. Viegas. eruditi ex nostris, Ribera & Viegas ea separauerint, non intelligo, cur hîc pro iisdem sumant ea, quibus diuersos versu præcedenti mortuos ascripserunt. Sequor Andreā Andreas Cæsar. Cæsarienſem, qui iure censuit sibi hoc loco quoque mortem ab inferno separandam, & (licèt non admodùm apertè) per *mortem* intelligit eos, qui peccato mortui sunt, homines; per *infernum* cacodæmones, eius proprios inquilinos, quibus illa mansio parata à Deo. Hoc si voluit, propè admodum rem acu tetigit: si noluit, veneror authoritatem, sed timidè suspicor aliquid aliud latere. Non enim puto, sine aliquâ turbatiunculâ seriei, mortem & infernum aliter capi posse in 14. vers. quàm in 13. accipiebatur: nec video quidquam quod me adigat vocem inferni ex vi vocis literaliter hîc pro dæmone intelligere. Metonymicam significationem esse fatetur ipse Andreas, ὥσπερ γὰρ πόλις αἱ τοιαῦτης οἰκήτορες λέγονται, οὕτω καὶ θάνατος καὶ ἅιδης, οἱ τούτων ἄτιοι. Vult *sic infernum & mortem sumi, sicut vrbem vsurpamus pro ciuibus.* Quæ tropica, non propria nuncupatio est. Loquitur ergo Euangelista secundùm metonymiam, vt puto, hac sententiâ, *mors*, id est homines damnati (qui verè dicuntur mortui) quorum corpora mors & mare dederant, animas verò produxerat infernus, postquam resurrexerint, & sententiam irreuocabilem acceperint; *& infernus*, & ipsi cacodæmones Satan & angeli eius, quibus orcus primariò fuit præparatus, *in stagnum ignis*, in Topheth ab initio mundi succensam præcipitabuntur. Vel simpliciùs; tam animæ impiorum quæ ex inferno emissæ ad iudicium; quàm malorum corpora, quæ partim mare, partim tellus exhibuerat, simul in stagnum, &c. Vtrouis modo sumas, nec infernus cum morte confunditur, nec inferno sepulchrum significatur. Mors prima propriè est mors compositi, quoad ipsum corpus quod viuere desinit; nec quicquam iuris habet illa mors in animam humanam, naturâ suâ ex diuinâ gratiâ mortis expertem. Ideo mortuorum nomen, quando de primâ morte fit sermo, non cōuenit vllo modo animabus, vt dicātur mortis mortui. Quia tamē animæ per peccatū moriuntur gratiæ; rectè dici possunt esse mortui inferni seu mortis secundæ: nam in inferno assiduo cruciatu semper velut morientes nunquam emoriuntur, & (vt sic loquar) iugiter ad pœnam sunt rediuiuæ. Concludo directè hunc locum nobis fauere, indirectè nonnihil pro iis facere, qui *infernum* pro mortis statu accipiunt; ne indirectè quidem illis, qui de sepulchro. De vtraque morte sic Andreas Cæsariensis Andreas Cæsar. *cap. 59.* δύο θανάτων ὄντων τῶ μὲν πρώτῳ, τῶ χωρισμῶ ψυχῆς καὶ σώματος. τῶ

δὲ

δὲ διττὴν, τῆς εἰς γέενναν ἐκπομπῆς. *Mortis duo genera esse, prioris quidem resolutionis animæ & corporis, posterioris, missionis in gehennam.*

Pergamus ad secundum axioma.

CAPIT. III. Continet probationem secundi axiomatis.

SECVNDVM AXIOMA FVIT (nam repetendum est) *Nullus in sacrâ Scriptura locus occurrit, quo* שאול *ᾅδου, infernum compellamur interpretari sepulchrum, vel animæ à corpore separationem, vel statum mortuorum in genere.*

Veritas huius manifestabitur, si loca, quæ videntur obstare, commodâ explicatione remoueamus. Ad id accingor. sunt, præter nonnulla iam commemorata, non pauca, quæ, vt confusio vitetur, quo ad numerum, superioribus adnectam.

Igitur locus SEXAGESIMVS QVINTVS *Gene. 42. ver. vlt. deducetis canos meos cum dolore ad inferos.* & cap. 44. 29. *deducetis canos meos cum mœrore ad inferos.* Canities corporis est: corpus ad sepulchrum deducitur. Ergo infernus hîc significat sepulchrum, vel saltè mortem primam. Respondeo שבתי *sebathi* propriè significat *canitiem*, vt noster vertit 3. *Reg.* 2. 6. Sed signum ponitur pro signato, canities pro senectute, Lxx. τὸ γῆρας μου. *Senectam meam*: & abstractum pro concreto, hoc est me senem, & canum deducetis; sicut patet ex locutione simili *Tobiæ* 6. 15. *Cùm sim vnicus parentibus meis, deponam senectutem illorum cum tristitiâ ad inferos.* Vbi plus credendum nostræ versioni, quàm contextui Græco, qui hodie exstat, εἰς τὸν τάφον, *in sepulchrum.* Nam, vt credam nostrum legisse εἰς τὸν ᾅδην, facit quod noster τάφον nunquam soleat vertere *infernum.* Præterea pro Senectute ibidem hodie legitur ζωὴ, *vita*, & totus ille liber, longè aliter hodie extat Græcè, quàm noster interpres illum nactus, quod fuit cùm ab aliis, tum etiam à Ioan. Druso adnotatum. dicam plura loco. Lxxix. Obiectionis itaque vis non magna est, quia *senectus* personæ toti tribui solet, licèt ratione corporis, quod senescit, & animam aggrauat. Quid? quòd omnia hæc tria loca, secundùm versionem nostram, militant pro communi explicatione? quia noster non dixit *infernum*, sed *inferos.* Quare significat se non aliud intelligere quàm ipsum locum inferni, vel loci inquilinos: cùm verò vox *inferorum* malè quadret cadaueribus sepultis, nec *inferni* appellatio bene quadrabit sepulchro. Præterea si nostro interpreti *infernus*, & *inferi* idem significant, *inferos* verò pro sepulchro non consueuit sumere, sanè nec *infernum* sic vsurpabit. Quid porrò aliud est, *deducetis canos meos cum mœrore*, quàm, deducetis me canum & mœrentem; qui alioqui ad aui mei sinum lætus proficiscerer? De limbo igitur, in quem anima descēdit, agitur. Dolor etiam seu mœror ex filij natus amissione, non corporis sed animæ fuit. Idcirco præstat nos sequi Patres. S. Augustinum *q.* 142. Eucherium, Rupertum, Strabum *in Genesim* & B. Prosperum *lib. 1. prædictionum*, qui de receptaculo animarum interpretantur.

Augustin. Eucher. Rupertus. Strabus. Prosper.

SEXAGESIMVS SEXTVS locus est *Numer.* 16. *versicu.* 30. vbi Moyses ait; *Sin autem rem nouam fecerit Dominus vt aperiens terra os suum deglutiat eos, & omnia quæ ad illos pertinent, descenderintq; viuentes in infernum*, &c. Idem repetit *vers.* 33. vtrobique est *Seola* & Chaldaicè *Lesol*, Græcè, εἰς ᾅδην. Vbi certum est narrari miraculum, quod naturæ vires excedat: certum quoque est chasmata & hiatus terræ sæpè sine vllo

miraculo naturales esse : & ideo (quicquid nonnulli dicant) plus significatur, quàm simpliciter hiatu terræ absorptos & absconditos esse, & intra terræ viscera sepultos: crediderim significari, quos viuos valentésque viderant, subitò & ex nullâ naturali causâ nato terræ hiatu obrutos, & oculis subtractos videri desiisse, & sic in orcum descendisse. An corpore simul cum animâ? nunc non lubet discutere.

Abulēsis. Caietan. Abulensis & Caietanus malunt, solam animam descendisse in orcum; corpus in telluris visceribus alicubi remansisse.

Ribera. Ribera verò *in Apocal.* censuit corpore simul & animâ in infernum demersos. Quod vidi ab alio postea exagitatum, quasi velit Ribera illos vastum & infœlix iter viuos penetrasse. Sed ex opinione Riberæ id non consequitur. Potuerunt in viâ exspirasse, & tamen corpus & anima semel separata ad inferos descendisse. Nec quicquam valdè vrgens tum illi poterit obiici, & sententia erit sacræ Scripturæ verbis magis beneuola, & consentiens explicationi

Epiphan. Hieronym. sanctorum Epiphanij *in Anchorato*, & Hieronymi, *in cap. 9. Amos*, & *in*

Pagninus Vatablus. Oleaster. *cap. 4. ad Ephes.* Denique nec Pagninus, nec Vatablus, nec Oleaster hic ausi fuerunt vocem *inferni* tollere.

SEXAGESIMVS SEPTIMVS locus exstat 1. *Regum* 11. *ver. 6.* in Annæ Cantico, *Dominus mortificat & viuificat, deducit ad inferos & reducit.*

Explicat I. Quidam repetitionem esse volunt, & mortificare ac ad inferos deducere eadem. esse, hoc pacto: Deus est qui eos quorum diutina futura vita videbatur, perimit; alios iam à medicis depositos, & à propinquis conclamatos sanat. Idem vitæ ac

II. mortis est Dominus. Alij *inferos* sepulchrum exponunt, vt sit sententia, à solo Deo mortuos ex sepulchris suscitari. Verùm nihil nos co- III. git vocis proprietatem deserere: nihil vetat hæc sumere vt dicta Spiritu prophetico, cum S. Gregorio, Eucherio, Bedâ, Rabano, & Angelomo, qui censent significari reiectionem Iudæorum & electionem gentium; quod conuenit præcedentibus de sterili synagoga, & fœcundâ CHRISTI Ecclesiâ. Puto ad- IV. huc commodiùs explicari de vno & eodem CHRISTO Domino, quod ipsum etiam Beda monuit. Sed refero ad CHRISTVM simul & membra, vt sit prophetia de CHRISTI morte ac resurrectione, & de liberandâ ex inferis captiuitate. CHRISTVS claues habet mortis & inferni, & resurrectione suâ mortuis largitus est corporum resurrectionem. Ipse priores iustos per manus Angelorum (vt de Lazari animâ tradit S. Lucas) in sinum Abrahæ perduxerat, eosdem ipse victor postea inde reduxit secum in cœlis vitâ sempiternâ victuros. Præit ad hunc Commentarium Chaldæus Paraphrastes: *Dominus regnator, qui in sæculo mortificat, & dixit ad viuificandum: descendere facit in infernum, etiam futurus ad educere faciendum ad vitas sæculi.* Apertiùs verò Euthymius; *reduxit enim illuc non tantùm Lazari aut filij vidua, aut filia archisynagogi animas, sed omnes etiam alias, quando nimirum illuc post passionem suam descendit.* Quod à Didymo acceperat, qui in catenâ huius Cantici, hoc clarè explicat de sanctorum animabus limbi carcere liberatis.

Euthym. Didymus.

OCTAVVS & SEXAGESIMVS locus est 3. *Reg. 2. versic. 6. Facies ergo iuxta sapientiam tuam, & nō deduces caniciem eius pacificè ad inferos*, & v. 9 *deducesque canos eius cum sanguine ad inferos.* Vtrobique est SEBATHO

שבחו

Pagninus. שבחו quod Pagninus & alij de sepulcro accipiunt. Verùm nihil necesse. Nam *caniciem* vel *canos cum sanguine ad inferos deducere*, nihil est aliud, quàm senem infœlici & violentâ nece peremptum ad inferos mittere: agitur non de viâ, sed de termino ad quem fit deductio. Nō ad viam, sed per viam deducimur. Sepulcrum corporis quoddā quasi in viâ diuersorium est; donec post iudicij diem, ad terminum, qui improbis gehenna erit, perueniatur. Animæ mors, quædam est via ad eumdem terminum: sepulcrum verò animæ nec via, nec terminus est. Cur ergo cùm de Ioab, hoc est, de totâ personâ loquatur, ad corpus potiùs attendunt, quàm ad eam quâ viuebat animam? dices, quia canorum mentio fit, qui sunt pars corporis: sed responsum superiùs loco Lxv. Nec vlla in his verbis Dauidis (vt hoc obiter dicam) crudelitas, nulla violatæ promissionis culpa exstat: sensus enim est, quòd ego hactenus peperci Ioabo, feci inuitus, quia ratronem habui meritorum quorumdam, & ne tumultus aut seditio militaris oriretur, 2. *Reg.* 7. 39. quòd peperci Semei, feci astrictus iuramento, quo pollicitus ei 2. *Reg.* 19. 23. à me non interficiendum. Tu iureiurando illo non es astrictus. Fac quod iustum censebis. Nec veto, nec iubeo. Senes inueteratæ malitiæ nec satis pœnitentes, coge pœnas in hac vitâ soluere, ne grauiùs postea apud inferos puniantur, nullâ in hac vitâ satisfactione præmissâ.

SEXAGESIMVM NONVM testimonium est Tobiæ *vi. ver. xv.* de quo licèt nonnulla dixerim superiùs loco Lxv. tamen, quia nodus est dignus vindice, alia quædam hîc adiiciam, vt lector deligat quod amplius illi arridebit. Locus est; *deponam senectutem illorum cum tristitiâ ad inferos.* Difficultas emergit ex Græco contextu; καλάξω τὸν γῆρας τοῦ πατρός μου καὶ τῆς μητρός μου μετ' ὀδύνης ἐπ' ἐμοὶ εἰς τὸν τάφον αὐτῶν. *reponam vitam patris mei, & matris meæ cum dolore de me in sepulcrum ipsorum.* Ergo infernus illic significat sepulcrum. vel dissidet nostra versio à Græco, qui habet τὸν τάφον, hoc est sepulcrum. Forte foret argumētum, si noster ex isto textu Græco transtulisset: sed D. Hieronymus S. Hieron. *in lib. præfation.* testatur translatum ex Chaldæo prototypo in Hebræum, & ex Hebræo se in Latinum transfudisse. Quare, cùm fons Chaldæus non superstit, nescimus quale vocabulum in eo fuerit. Mihi probabile videtur ex nostrâ versione, fuisse *Seola* vel *seol*, & Græcum illum interpretem vel potiùs Paraphrastem (talis enim apparet) vocem, vt ipse intelligebat interpretatum: quod ad nostram versionem, nihil attinet: ideo ex nostrâ & Græcâ non potest idoneum argumentum hîc elici. Debet potiùs Græcus ille ex D. Hieronymo explicari; quàm D. Hieronymus ex illo. Potuit Græcus metaphoricè *sepulcri* voce pro gehennâ vti, potuit errare vel de suo apponere; sicut in eodem versu adiecit de suo, *& filius alius non est, qui sepeliat eos*, & alia toto libro non pauca: quæ non arbitror quenquam pro sacræ Scripturæ parte habiturum.

SEPTVAGESIMVS locus est IOBI *vii. ver. ix. Sicut consumitur nubes & pertransit: sic qui descenderit ad inferos, non ascendet: Nec reuertetur vltrà in domum suam: neque cognoscet eum amplius locus eius.* His verbis Vatablus Vatablus. & alij recentiores volunt describi sepulcrum; quamuis Hebraicè sit שְׁאוֹל & Græcè ἅδης. Probant, quia Chaldaicè est *kebirtha* קְבוּרְתָא (sic

Steuchus(& volunt dici de corpore,quod ante diem iudicij non est resurrecturum.

Plurimùm ab illis dissentio, secutus antiquitatis consensum, Patrum dico,quos præfero Chaldæo. Cum Græcis Patribus propriè capio verbum ᾅδης, & cum Latinis *inferni*: & puto respici ad tempus quod resurrectionem præcedit,ante quod lege ordinariâ animæ huc non reuertuntur è suis receptaculis, neque corpus suum subeunt iterum. Soluitur anima à corpore leui momento,& celerrimè deuolat,ac pertranſit ad inferos;sed non valet inde redire,& domum illam suam siue carneam, siue luteam, pro libitu iterum subingredi.Hanc à Iobo sententiam gentiles furati sunt, vt Græci, quos Fuluius Vrsinus collegit, ad Virgilij *vi. Æneï.* qui subducto velo accepit,

Fulnius Vrsinus. Virgil.6. Æneid.

... Facilis descensus Auerni:
Noctes atque dies patet atri ianua ditis:
Sed renocare gradum, superasq́, euadere ad auras,
Hoc opus,hic labor est.

Nec tamen his verbis negatur resurrectio, quod quibusdam suspicio est Didymum & Chrysostomum hîc insinuasse; quod ego tamen non puto illos voluisse; sed voluisse idem, quod alij quidam, nempe negari resurrectionem esse in animæ potestate, vt quando velit iterum corpus informet, vel ad illud reuertatur. Simplicissimum est,quod dixi, & visum Apollinario *in Iob.c.*3.Didymo *in c.*10.*&* 14. & hoc vltimo etiam B. Chrysostomo, S. Hieronymo *epist. ad Paulinum*.hîc etiam propriè capiunt infernũ Philippus & Beda(si diuersi) & S.Gregorius *lib.*8.*Moral. cap.* 14. Nec video quid impediat.

Didymus. Chrysost. Apollinarius. Hieron. Philippus Beda. Gregor.

LOCUS SEPTVAGESIMVS PRIMVS est IOBI *xvii.ver. xiii. Si sustinuero, infernus domus mea est: & in tenebris strauí lectulum meum. Putredini dixi:Pater meus es,mater mea,& soror mea,vermibus. In profundissimũ infernum descendunt omnia mea: putásne salem ibi erit requies mihi?* Hebraicè est שאול Græcè ᾅδης. Chaldaicè קבורתא *Sepulcrum* volunt significari Vatablus, Cyprianus Cisterc.Stunica hîc, Abbas Hortolanus *in Cant.* & alij: & confirmat quod subditur de putredine. Sed neque hoc loco defero veteres. De inferno propriè dicto, sunt interpretati Polychronius & Olympiodorus Græci; Philippus, Greg. & Beda Latini. Cùm corpus ad sepulcrum, anima ad limbum descensura fuerit, cur non à potiore parte sumamus? Quoniam(aiunt) sequitur de vermibus & putredine quæ nihil attinent ad partem potiorem.Verumtamen siue illud capias de vermibus & putredine,quibus tunc scatebat cùm hæc loquebatur,(vt censent S. Gregorius, & Beda) siue de illis, quibus cadauer consumẽdum erat, & morte quam optabat sibi celerem esse, & aduenire properam. (vt volunt Polychronius,Iulianus, & Olympiodorus,quorum trium nomina seorsim suis locis posita habentur in Salmanticensi nostrâ catenâ manuscr.) Certè ad viuentem Iobum, non ad sepulrum pertinent, & à præcedenti versu sunt separanda. Si quis pertinaciter contenderet referenda ad tempus post obitum, ille cogitur præterita pro futuris accipere;& poterunt diuidi,vt prior *vers.* 13.referatur ad animam; posterior, 14.ad ipsum corpus.

Vatablus. Cyprian. Cister. Stunica. Hortolan. Polychronius. Olympiodorus Philipp⁹. Grego. Beda. Iulianus.

LOCUS SEPTVAGESIMVS SECVNDVS *Eodem capite,versu vltimo*, totus planè nobis fauet,*in profundissimum infernum descendent omnia mea: putás*

putásne saltem ibi erit requies mea? cum omnibus Patribus meritò noster Pineda contendit hîc agi de inferorum loco. Primò quia additum epithetum *profundissimi*, quod non aptè bene sepulcro: deinde quia dicit *omnia mea descensura*, hoc est, præcipua mea, nempe anima, quâ potissimùm sum homo: item anima mea, cum iis quæ propriè sunt mea, non quæ fortunæ aut mundi; propria verò sunt cogitationes, dicta, facta, pro quibus solis, vt quæ nostra sunt (in bonis gratiam suppono) retributio exspectanda. Huius enim aspectu additur, dubitatio, putásne saltem *ibi erit requies mea?* ibi statim dabitur quiescere? non erit opus vlteriori expiatione? vides vt vir iustus adhuc paueat, & trepidet: & audent hæretici, etiam vti flagitiis operti certò sibi omnia tuta, quieta, fœlicia repromittere?

Pineda.

SEPTVAGESIMVS TERTIVS locus sit *Psalmo xciii. ver. xvii. Nisi Dominus adiuuisset me, paulo minus habitasset in inferno anima mea.* Posset obiter intuenti videri *infernus* sepulcrum significare, quoniam Hebraicè non est שְׁאוֹל sed *Duma* דּוּמָה, quod Pagninus *sepulcrũ* vertit. Et Euthymius fluctuat inter peccati foueam, animæ mortem, & corporis necem; nec satis ostendit quid præferat. Sed non est hæsitatio necessaria. Rectissimè Lxx, & S. Hieronymus *infernum* reddiderunt. Nam vox Hebræa est à radice DAMA, & duo significat, *Excidium*, iuxta Dauidem Cammium, & *silentium* iuxta Ioseph Cæcum, Chaldæum, & Ariam hîc. Vtraque significatio conuenit inferno melius quàm sepulcro. Infernus enim nos extremo exitio inuoluit, & eius princeps vocatur Angelus exterminij. Idem infernus etiam à Gentilibus nuncupatur *domus silentum*, & quæ illic degunt animæ *silentes*, & *silicernium*, dicitur cœna quæ proponebatur manibus, de quibus Tragicus ait,

דמה דומה Pagninus. Euthym.

Hieron.

Da. Chimchi Ioseph Cæcus. Chaldæus. Arias.

Silentum domus. Silentes. Silentia æterna Silicernii Se[illegible]

Vos precor vulgus silentûm, vósque
ferales deos,
Pallidi fauces Auerni.

Præterea patres Latini de Orco sumunt, in quem incidisset Dauid, nisi illum Deus præseruasset è peccato, & postquam in illud graue incidit, nisi pœnitendi gratiam tribuisset. Videte S. Augustinum, S. Remigium, & Cassiodorum. Placet D. Hieronymi expositio de inferno, in quo Dauidis anima perpetuò cum aliis patribus mansisset, nisi CHRISTVS eam secum eduxisset. Quod B Nyssenus ad omnes extendit iustos, quia Dauidem vult omnium iustorum nomine locutum. Sic scribit *tract. 2. in Psal. cap. 8.* τὸν σκοπὸν λέγει τῆς καθ' ἀνθρωπον τοῦ κυρίου οἰκονομίας. *Finem declarat humanitatis à Domino assumptæ.* & subdit rationem, quia *auxilium Domini non permisit nos inferni incolas esse.* ἡ γὰρ βοήθεια τοῦ κυρίου οὐκ ἐφῆκεν ἡμᾶς τοῦ ᾅδου παροικῆσαι. Non assentior Agellio ad mortem corporis restringenti, & ideo animam pro personâ accipienti.

S. August. S. Remig. Cassiodorus S. Hieron. Nyssenus.

Agellius.

Sequitur locus PSALMO *cxiii. ver.* 17. qui est LXXIV. *Non mortui laudabunt te, neque omnes qui descendunt in infernum.* Ex quo loco potiùs duco argumentum contra aduersarios. Hic Hebraicè non est *Seol*, sed *Dumah*, ergo sicut *Seol* significat infernum, sic etiam *Dumah* probatur consequentia, quia D. Hieronymus & Lxx. vtrumque sic acceperunt. II. Quia suadet ratio. Nam sicut *infernus* voca-

tur *Seol*, quia est procacissimus: Sic etiam vocatur *Dumah*, quoniam in eo degunt silentes, & est domus silentium. III. Quia D. Hieronymus, *d. Psalmo* 93. vertit *infernum*, & *hoc vers.* 17. vertit *silentium*: ergo *silentium* & *infernum* pro eodem accepit: confirmatur, quia hîc in commentariis accipit, non tantùm de illis qui propter peccata digni sunt carcere infernali (vt voluerunt sanctus Augustinus, Cassiodorus, Remigius) sed etiam de iis qui iam in gehennam sunt detrusi. Euthymius hoc loco *mortuos* vult dici peccatores huius vitæ, quorum in ore laus Dei est illaudata: per *descendentes* autem *in infernum*, intelligit peccatores, qui iam pœnas in alterâ vitâ luunt. Sic etiam B. Macarius *homil.* 59. Hinc patet responsio ad obiectionem quorumdam; nónne apud inferos impij strident, eiulant, blasphemant? ergo non sunt silentes: sed sepulta corpora sic vocantur. Respondeo, vocantur damnati *silentes*; quia silent à bonis verbis, quæ sola merentur nomen verbi: quæ proferunt, locutionis nomine sunt indigna. Silentio sunt deteriora, quæ Deus non audit. Canum latratus sunt, non imagine Dei digna eloquia. Addit Agellius silentes vocari, quia voce quæ organo corporeo formatur, sunt destituti. Prior ratio melior est. Nam etiam animæ beatorum iuxta posteriorem deberent vocari silentes. Obiicitur secundò, si propriè sumis *infernum*, cur ergo sequitur, *sed nos qui viuimus?* nónne viui mortuis opponuntur? certè. Sed quæro, an minùs mortui, qui sunt in gehenna, quàm quorum corpora sunt sepulta? licèt animæ viuant, ipsæ tamen personæ sunt mortuæ.

S. Hieron.

Augustin. Cassiodorus. Remigius. Euthym.

Macarius.

Agellius.

SEPTVAGESIMVS QVINTVS locus petitur *ex Sapien. cap. x. ver. xix. Inimicos autem eorum demersit in mare, & ab altitudine inferorum eduxit illos.* ἐκ βάθους ἀβύσσου. *ex profunditate abyssi propellens fecit quasi ebullire.* Non enim loquitur hoc secundo membro de Israëlitis (licèt hoc non displicuerit Carensi) quos à morte liberauit, sed de cadaueribus Ægyptiorum demersorum, quæ postea mare in litus creberrima simul eiecit. Indicat, Ægyptios in imum mare velut plumbum impetu fluctuum absorptos descendisse: postea ex ipso maris fundo, velut ex inferorum sedibus, Cocyti nigras tanas, sic cadauera eiecta. Nam ex Hebraismo nota comparationis subaudienda est, *quasi ab altitudine inferorum*, &c. Multò accommodatior est comparatio profundi pelagi, cum tartaro, quàm cum scrobe vel foueâ.

Hebraismus. Nota ellipsis subaudita.

SEXTVS & SEPTVAGESIMVS locus SAP. *xvii. ver. xiv. Illi autem, qui impotentem noctem, & ab infimis, & ab altissimis inferis superuenientem, eundem somnum dormientes, aliquando monstrorum exagitabantur timore, aliquando anima deficiebant traductione.* Describit tenebras palpabiles Ægyptiorum: & eas comparat tenebris, sed quibus? sunt qui dicant, sepulcri: alij, mortis ipsius. Sed mors nuda priuatio est, & palpabilibus caret tenebris. Sepulcri non adeò densæ sunt, nec maiores, quàm cæterorum locorum densiorum & clausorum; qui non admittunt radios solares. Deinde cur tantoperè exaggeraret, infimos & altissimos vocans? omninò loquitur de Orco, vbi vt canit Tragicus, stat crassa caligo inferûm. Tam (ait) densæ & inexpugnabi

gnabiles erãt tenebræ, quàm si suas densissimas tenebras erebus in Ægyptum infudisset. Græcè, ἐξ ᾅδου πνεῦμα τῶν μυχῶν. *ex impotentis orci spelunca.* Pro adagio sunt *tenebræ inferorum*, cùm maximas, nigerrimas, spississimas exprimere volumus. Adag. infernæ tenebræ. Catullus. Catullus per Antonomasiam malas vocauit,

At vobis malè sit malæ tenebræ
Orci, quæ omnia bella deuoratis.

Et quia quo res profundior & ab oculo remotior, hoc obscurior: ideo peritè de infimis altissimísque additum, vt notis agi de imo planè, quem Seneca vocat, *Tartari imum fundum*. Seneca cùm itaque Tartarus quasi infinito à superis spatio distet, & ipse adeò sit profundus, vt poëtarũ princeps cecinerit, Mato.

Bis patet in præceps tantùm tenditque sub vmbras
Quantus ad æthereum cæli suspectus Olympum:

immensa sit vorago, & immẽsæ voraginis immensa caligo. Altissimas Carensis. Carensis opposuit infimis. sed altum hîc idem cum profundo. Nisi fallor, hanc prætexato nõ satis honesto adagio Diogenianus expressit, Diogenianus. εἰς ᾅδου πρωκτὸν ἐμπέσοις. *in Orci* (sit dicto venia) *culum incidas.*

SEPTVAGESIMVS SEPTIMVS locus exstat apud Siracidem *Ecclesiast. cap. 9. versi. 17. Non placeat tibi iniusta iniustorum, sciens quoniam vsque ad inferos non placebit impius.* eodem sensu Græcè est vocabulum iustificandi ἵνα ᾅδου μὴ δικαιωθῶσιν. significat iniustos non percepturos mercedem iustam & condignam (hoc est ærumna supplicia) donec ad infernam descenderint, vbi nemini amplius poterunt nocere, & de ipsis fiet iustitia: ideo tum demũ placituros sanctis in pœnâ, quibus viuentes displicuerũt in culpâ. iuxta illud *Psal. 57. 11. Lætabitur iustus cùm viderit vindictam: manus suas lauabit in sanguine peccatoris.* sic exponunt Liranus & Carthusianus. Nã vindicta illic est, quâ suos Deus liberat, subito impiorum persecutorum exitio. De sepulcro non est cõmoda interpretatio, quia sepultura sæpè carent impij, & tamen punitio animę iam placet iustis, vt dixi. Liranus. Carthusianus.

SEPTVAGESIMVS OCTAVVS locus est *Ecclesiast. 14. versi. 12. Memor esto, quia mors non tardat & testamentum inferorum, quia demonstratum est tibi.* Volunt quidam nihil aliud dici, quàm vnicuique moriendum, & cunctis mortis falcem imminere. Ad arcton nata expositio, friget conglaciata. Præstat *testamentum inferorum*, exponere legem à Domino latã mortalibus, vt ad CHRISTI aduentum vsque, omnes ad inferos descenderent, sic Rabanus & Carensis. Vocatur *testamentum*, quia hãc hęreditariam successionem nobis protoplastus peccando commeritam, moriendo delegauit. Mors inuidia diaboli in orbem introiuit: ideo necessitas illa mortuis imposita, ad Plutonis regiam descendendi, rectè dicebatur *inferni testamentum*, hoc est hæreditas & successio lege delata, quam, vellent nollent, cernere & adire cogebantur. Miseram cretionem. Rabanus. Carensis. Inferni testamẽti quid.

SEPTVAGESIMVS NONVS locus *Ibidem versi. 17.* sequitur, *Ante obitum tuum operare iustitiam: quoniam non est apud inferos inuenire cibum:* ἐν ᾅδου, hoc est *sepulchro*, aiunt ridiculè. scilicet ibi cadauera sitiunt lympham, & esuriunt polentam. Ne animæ quidem apud inferos: ideo præstat cum Anselmo Laodunensi intelligere de refectione spirituali Anselmus Laodunẽsis.

quæ est in cœlis: vel cum Carensi, & Liranus. Carensis. Lirano merendi spacium & opportunitatem. est enim metaphora ducta à demenso quod seruis laborantibus hîc in vita solet dari. Gratiæ subiectum non corpus, sed anima est: meriti verò initium à gratia est. Merendi spacium hac vitâ circumscribitur. docent idem Salomon *Eccles.* 9. 10. *Quodcumque potest facere manus tua, instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quò tu properas.* & B. Ioannes *cap.* 9. 4. *me oportet operari opera eius qui misit me donec dies est: venit nox, quando nemo potest operari.*

Possent obiici pro loco bis QVADRAGESIMO Siracidæ verba è *cap.* 21. *ver.* 11. *via peccantium complanata lapidibus & in fine illorum inferi & tenebræ & pœnæ.* Græcè pro his tribus inferi, tenebræ, pœnæ; tantùm exstat hodie, βοθρος: ᾅδ-, fouea inferni, quod de variis inferorum locis Liranus. Iansenius. exposuisse nostrum Liranus obseruauit. scio Iansenium aliò declinare: Sed sensus est, peccatores per vias latas, planas, & commodè stratas, tandem ruunt in gehennam tenebrosam & cruciabilem.

PRIMVS & OCTVAGESIMVS locus est eiusdem libri *cap.* 28. *ver.* 25. *Mors illius, mors nequissima, & vtilis potius infernus quàm illa.* Græcè ᾅδης. Audent hoc ad sepulchrum referre vel ad corporis & animæ separationem? quid frigidius, quàm dicere, sepulcrum melius morte? Aliis sensus est, mors corporis minùs mala, quàm mors famæ illata verbis maledicis. sed longè grauior, longè dignior authore sententia. Lingua nequam deteriora vulnera infligit cruciatibus inferorum, & sibi ipsi insuper est exitio maiori. Ratio est, I. quia linguæ vulnera coniuncta sunt peccato, quo nihil deterius, nihil exitialius: cruciatus autem inferorum ipsi vacant culpâ, & sunt ministeria iustitiæ diuinæ. sic ferè Ratio I. Liranus. Liranus. II. quia cruciatus inferni II. solum lædit patientem; lingua mala necat tres, audientem, dicentem, & sæpè cui maledicit. item lingua necat animam; flamma inferni Carensis. tantùm cruciat. III. quia, vt scribit III. Carensis, infernus non nocet nisi malis, & meritis; lingua nequam etiã immeritos, & iustos sauciat. IV. IV. sicut in republica carceres & supplicia vtilia sunt ad coërcendum improbos, & ad defendendos probos, prosunt etiam exemplo: sic in hominum vniuersali hoc mundo ad idem conducit gehenna, quare vtilior est, quàm lingua nequam; quæ ad summum, patientiæ occasionem, & vt se alij cautiùs gerant, præstat.

OCTVAGESIMVS SECVNDVS habetur *Eccles.* 48. *ver.* 5. *Qui suscitasti mortuum ab inferis, de sorte mortis in verbo Domini.* Nollem hic bustum somniarent; quod sors multis dici nequit. multi enim manêt insepulti: sed olim tempore Siracidæ omnes mortui ad inferos descendebant. quare tunc *infernus* erat sors, Sors mortis quę. & hæreditas, & funiculus omnium mortuorum. Loquitur sapiens de Eliâ, qui viduæ Sareptanæ filiolum suscitans, animam de receptaculo vbi erat, reuocauit: non de sepulcro, quia puer erat insepultus; sed ex limbo quò descenderat, *lege* 3. *Reg.* 17.

OCTVAGESIMVS TERTIVS locus est Ecclesiast. *cap.* 51. *ver.* 7. vbi ait se liberatum *de altitudine ventris inferi*: vbi Iansenius vult significari mortem, cuius venter dicatur inexplebilis, quia semper alios super alios absorbet. probat, partim locis quibusdam Iansenius.

busdam psalmorum, quæ iam ostendi aliter accipi debere; partim similitudine Ionæ, qui dicitur ex ventre inferi liberatus, propter vētrem ceti, cui ereptus fuit. Sed venter ille ceti, tantùm metaphoricus infernus fuit, & metaphoricum sepulcrum. ideò tantùm sequeretur mortem posse metaphoricè dici infernum. Præstat propriâ significatione vocabulum accipere: nã agit Siracides gratias, quòd diuinâ gratiâ vitarit animæ pericula. de mortis corporeæ discrimine vitato iam præmilerat. *v.* 3. Non malè Hugo Cardinalis expositit propheticè, de Patribus ex limbo per CHRISTVM liberandis.

Hugo Cardin.

IBIDEM *ver.* 9. in eandem sententiam ait; *Vita mea appropinquans erat in inferno deorsum.* Addiderat gratiarum actionem pro vitatis multiplicibus peccatis, & eorum illecebris: nũc subdit eo ipso quòd fuit à peccato liberatus, simul liberatum se à pœnis peccato debitis nẽpè à gehennâ, vt bene Liranus. Nã, quod Glossa ordinaria hîc exponit mortem, quasi dicat, vita mea quotidie magis deficiebat, non nimis aptè cohæret præcedenti, *laudauit vsque ad mortem anima mea Dominum* (quæ est verior lectio) *& vita mea appropinquans erat in inferno deorsùm*; Aptius expones, laudasse Dominum totius vitæ tempore, quia præseruauit illũ à grauioribus peccatis, & proinde liberauit à gehennæ suppliciis, ad quæ anima, corpore hoc aggrauata, & lege membrorum stimulante, & fomite vrgente, quodammodo per inclinationem ad deteriora appropinquabat: sed diuina gratia retentabat. Non frustrà additum inferno *deorsum*; sed vt significetur imum eius barathrum. Græcè ᾅδου κατωτάτου. *inferni pessimi.* sic libri Complutenses & Regij: sed Vaticanus, vt noster, ᾅδου κατω. Non obstat quod Regij libri *v.* 7. non habent ᾅδου. sed tantum ἐκ βαθους κοιλιας, *ex profundi ventre.* Nam Romana editio cõtinet ᾅδου.

Liranus. Gloss. ord.

Aliquanto firmius argumẽtum petant aduersarij ex loco OCTVAGESIMO QVINTO, *Isaiæ cap.* 14. *ver.* 19. vbi est, *Ioredee el-abne-bor cepheger mubas.* quod noster vertit, *& descenderunt ad fundamenta laci, quasi cadauer putridum.* vbi nec ex Hebræo, quia non est *seol*; nec ex nostrâ versione, quia non ponitur *infernus*: sed ex LXX. versione desumitur telum aduersantium nobis. LXX. enim pro his omnibus tantùm habent καταβαινόντων εἰς ᾅδου. ergo illi voces *Abne-bor* verterunt ᾅδου, sed *Abne-bor* iuxta nostrum significat lapidea fundamenta laci, hoc est cisternæ, vel sepulchri. ergo iam ᾅδης ipsis LXX. significat sepulchrum. Si respondeas à nostrâ versione nõ iuuari LXX. quia noster non addidit *lapidea*, sed fundamenta tantùm dixit, & lacum intelligit ipsum inferni carcerem. Instabunt, quia sequitur, sicut cadauer putridum, quod indicat agi de corporis sepulturâ. Respõdeo, quoniã olim cisternæ & putei lapidibus claudebantur & in imâ etiam parte (vt hodie) contra suffossiones, & humiditatem, carceres lapidibus sternebantur, ideo carcer inferni per metaphoram pingitur à prophetâ habere solum seu fundum lapide panitum; quos lapides rectè noster vocauit fundamenta laci (hoc est carceris) LXX. verò expressêrunt sententiam vt solent, verbum verò verbo non reddiderunt. ideo non licet ex iis verbi Hebræi, quod paraphrasticè explicarunt

De LXX. lectione.

carunt significationem probare: nō licet etiam nostram versionem cum LXX. coniungere, quasi præmissas vnius syllogismi; cùm diuersimodè voces explicarint, noster metaphoricè, illi sine vllâ trāslatione. Conueniūt autem in sententiâ, quam puto de anima esse, quę per contemptum cadaueri putrido comparetur, hoc modo; Non secùs, ô tyranne superbissime bipedum, hæc anima tua, qua nunc adeò turges, & tumidaris, in fundū inferni abiicietur, quàm solet cum adstantium abominatione cadauer aliquod fœtidissimum in profundam scrobē proiici, & terrâ obrui, ne putore suo aërem inficiat. Non agi de corporis sepulturâ docet v. 20. quo traditur ipsum, ne cum erosis quidem & puluerulētis cadaueribus humandum, sed carnivoris volucrib. escam futurum. deniq; nota his *v.* 19. 20. *&* 21. non *seol*, sed *Bor* & *kebura* haberi.

Theodotion.

LOCUS OCTVAGESIMVS SEXTVS est *Daniel.* 3. *versicul.* 88. *Quia eruit nos de inferno, & saluos non fecit de manu mortis, & liberauit nos de medio ardentis flammæ, & de igne eruit nos.* Videatur infernus vocari ipsa mors; vel saltem vt Græci explicant in catenâ, caminus, qui futurus illis pro sepulchro. Pro *inferno*, Theodotion ἐξ ᾅδου. Arbitror contineri his verbis pulchertimam gradationem exegeticam; qua tres pueri Deum glorificant, quia Deus illos liberauit, ne descenderent ad infernum; quò tum omnes morientes descēdebant; liberauit, inquam, quia tunc morti temporariæ imminenti eripuit; morti imminenti eripuit, quia in medio flammæ viuos conseruauit; sic conseruauit, quia voracitatem ignis diuinâ suâ potentiâ compescuit, actiuitate illius impedita, scilicet subtracto suo concursu, à quo vis ignis dependebat.

Ianseni⁹. Gueuara.

VLTIMVS & cæteris difficilior locus est *Osee* 13. *versicul.* 14. *de manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos: ero mors tua, ô mors: ero morsus tuus inferne.* Si quis alius locus, iste videtur aliquid facere pro Iansenio & Gueuarâ, & propter eum fatentur ex nostris viri eruditi, *seol*, aliquando significare mortem. Franciſc. Ribera hîc *in Osee*, & Ioan. Lorinus *in Actorum capite* 2. *versicul.* 27. Nam priore parte Hebraicè est *seol*, & Græcè ᾅδης; posteriore Hebr. *maueth*, & Græcè θανατε. Igitur vel malè noster vertit, vel *seol*, & ᾅδης nōnumquam significant mortem. Confirmatur, quia pro sequenti, *Ero mors tua ô mors: ero morsus tuus inferne*: LXX. reddunt, δίκη σου θάνατε, & κέντρον σου ᾅδη: ad quem locum adspiciens D. Paulus 1. *Corinth.* 15. 55. traiectione verborum vius, & νῖκος ponens pro δίκη, citauit, ποῦ σου θάνατε τὸ κέντρον; ποῦ σου ᾅδη τὸ νῖκος; vbi noster vertit; *vbi est mors victoria tua? vbi est mors stimulus tuus?* apertissimè tam ᾅδην quàm θάνατον explicans vno & eodem mortis vocabulo. Si aduersarij dicerent ᾅδην, *seol*, infernum, aliquando idem esse, quod mors secunda est: aliquid in hoc loco præsidij haberent. sed quia loquuntur de morte primâ, parùm vel nihil potiùs, hoc loco iuuantur. Nostro quidem interpreti non arbitror propositum fuisse, vel apud Osee, vel apud D. Paulum vocabulorum strictam significationem reddere, de verbo vertendo; sed voluisse dumtaxat fideliter nobis sensum vtriusque loci exhibere, de geminâ CHRISTI victoria: perinde ac si diceret, CHRISTVM habere

Ribera. Lorinus.

clauem

clauem vtriusque mortis, seu, mortis & mortis, hoc idem foret ac dicere, CHRISTVM habere clauem mortis primæ & secundæ, hoc est mortis propriè dictę, & inferni propriè dicti: non verò propterea censendus foret dicere, inferni & mortis propriè loquendo eamdem esse significationē, siue propriè capiendo *inferni* vocabulum, eo mortem significari: sed dumtaxat hoc vellet, ista duo sensu eodem recidere, infernum & mortem aliquam, non primam, sed secundam. Itaque effectu hæc eadem sunt, mors & mors, quod mors prima & secunda, item quod mors secūda & infernus. quoniam olim ante CHRISTI Domini ad inferos descensum, mortes hæ duę eatenùs erāt inseparabiles, quatenus quotquot moriebantur, necessariò ad aliquod inferni receptaculum descendebant; & sic necessariò ad locum mortis secundæ descendentes, quidam verè moriebantur morte secundâ, quidam loco cōmuni tantùm cum morte secundâ morientibus, dispari conditione & diuisis receptaculis, (hoc est inferno iuncti, non gehennâ) vitæ beatæ manebant expertes. Qua necessitate per CHRISTVM sublatâ, mors secunda peculiaris & propria manet damnatis, & de illis solis vsurpatur: antea quodammodo (vt dixi) se ad positos in limbo porrigebat. Sic in Apocalypsi, equo pallido insidētem mortem sequitur infernus. Patres certè cōmuniter etiam in Osee loco mortem ab inferno discriminant. D. Hieronymus ibi sic scribit; Inter *mortem* autem & *infernū* hoc interest. *Mors* est qua anima separatur à corpore. *Infernus*, locus in quo animæ recluduntur: siue in refrigerio, siue in pœnis, pro qualitate meritorum. Hæc propria significatio verborū iuxta Diuum Hieronymum, qui vocem vno loco *mortis*, ibi capit de prima morte, vt vides, sicut etiam acceperunt Rufinus & Theodoretus: capit etiam infernum vt aliud significantem, quàm animæ separationem à corpore. Quod verò paulo post idem S. Hieronymus indicat, diabolum, infernum, & mortem pro iisdem sumi posse, hoc ad mysticum sensum pertinet, non ad literalem. Nec diffiteor etiam, tropicè mortem & infernum pro iisdem sumi posse; sed nos de propriâ verborum significatione nunc disceptamus. Contendo igitur nostrum illic priore parte bis mortis vocabulum ponere, *de manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos*; non vt vocem *seol* vel ᾅδης de verbo redderet per vocem *mortis*, sed vt eleganti anadiplosi, CHRISTVM ostenderet vtriusquè mortis victorem fuisse vnicum, nempe mortis secundæ, & mortis primæ: quod vt explicet; in posteriore parte, non repetit bis, *ero morsus tuus ô mors*, sed exegeticè ait; *ero morsus tuus inferne*. Illud enim *ero mors tua ô mors*; est quasi explicatio posterioris, *de morte (maueth) redimam eos*. istud verò, *ero morsus tuus inferne*, est explicatio prioris, *de manu mortis liberabo eos*, *misad seol* משד שאל & sic ista conuerso ordine accipienda esse patet ex Hebræo, vbi in priore parte *seol* præponitur, *maueth* postponitur; in posteriore præcedit *maueth*, sequitur *seol*. sicut etiam apud LXX. ἐκ χειρὸς ᾅδου ῥύσομαι αὐτούς, ἐκ θανάτου λυτρώσομαι αὐτούς. πάρα δίκην σου θάνατε; ποῦ τὸ κέντρον σου ᾅδη; *de manu inferni liberabo eos. de morte redimam illos. vbi causa tua mors? vbi aculeus tuus inferne?* D. Paulus verò

Mortis secundæ vis & significatio latior quàm hodie.

Rufinus. Theodoretus.

D. Hiero.

quia non præmiserat priora illa ἐκ χειρὸς ᾅδου, &c. sed tantùm dixerat, *absorpta est mors in victoria*; non seruauit eamdam accommodationem, neque ordinem, sed priùs egit de morte primâ, stimulum illi tribuens, quo mortales ex hac vitâ expellens, ad mortem secundam exstimulabat; posteriùs verò de inferno seu morte secundâ, illi tribuens victoriam iuxta meliora exemplaria. Cur ergo noster etiam apud B. Paulum seruat anadiplosim, & bis *mortem* ponit? fortassis exemplaria Græca nactus, in quibus ποῦ θάνατε τὸ νῖκος. fortassis, vt ostendat, Paulum, non adnumerasse Osee verba, sed ad locum Osee respexisse. Quicquid de hac re sit, de quo plura Deo fauente ad locum D. Pauli dicentur; non assentior Leoni Castrio *in Apologiâ*, vtrumque de primâ tantùm morte accipienti. Redeo ad Osee: Cùm dicit *Ero mors tua, ô mors*: significat se mortem primam moriendo quasi necaturum: non quòd hominibus semel moriendi necessitatem sustulerit, sed quoniam semel mortuis, qui nunquam resurrexissent si ipse mortuus non fuisset, vt possent resurgere, ipse moriendo & resurgendo tribuit, vt rectissimè Theodoretus *in Osee*, Sophronius Orat. prima in CHRISTI natalé, & Petrus Damianus epist. de Dei omnipotentiâ *cap.* 2. quod D. Paulus insinuauit *ad Hebr.* 2. 14. *vt per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium, id est diabolum: & liberaret eos, qui timore mortis per totam vitam obnoxij erant seruituti.* Cum verò subdit CHRISTVS, *Ero morsus tuus inferne*, significat se de inferno & eius principe triumphaturum, & vinctos educturum, & de manubiis captis tropheum erecturum, captiuâ inde abductâ in cœlum captiuitate. Planè ac si diceret; Tu quidem vorax & insaturabilis bellua (*Seol*) me velut pinguem bolum auidè degluties, sed latente diuinitatis hamo capieris capiens, mordebis, sed dentes infringes in nimis solido, concoquere non poteris, sed sicut Danielis bolo Babylonius draco, cruciaberis, & crepabis; cogeris non me solum, sed innumeras mecum legiones iustorum, quas stomacho premebas, euomere. Neque hoc tantùm, sed ego tibi præterea sic maxillas conteram, & debilitabo, vt nequeas in posterum animas expiandas vltra præscriptum expiationi momentum retinere. In hanc sententiam, licèt non his verbis, explicant tamen D. Hieronymus, Rupertus, Osorius, & Guadalupius hic; Philo Carpathius *Commenta. in Canticum Canticor.* B. Cæsarius Arelatēsis *hom.* 4 *de Paschate*, & quod mirum *Bereshith rabba*, & alij veteres Rabbini apud Hieronymum de Sanctâ fide *lib.* 1. *contra Iudæos cap.* 7.

Leo Cast.

Theodor. Sophron. Petrus Damian.

Ecce, liberaui fidem meam de propriâ significatione vocū שאול, ᾅδης, *infernus*, nullo contendendi studio, sed veritatis indagandæ & proprietatis verborum tuendæ, & hæreticorum, ac Rabbinizantium refellendorum desiderio.

ADAGIALIA SACRA EX LIBRO REGVM TERTIO.

ADAG. CXCVIII.

EX CAP. IV. VER. XXV.

Sub ficu suâ & sub vite suâ habitare.

Sub ficu suâ, & sub vite suâ habitare.

I. Securitas.

SECVRITAS & abundantia & deliciæ hoc adagio denotantur, Securitas, quoniam licet rutò in agris & hortis extra vrbium septa versari, sine hostium, latronum, ferarum metu. Salomon re & nomine pacificus, suos altâ in pace, summâ tranquillitate regebat. *Habebat* (ait sacra historia) *pacem ex omni parte in circuitu: habitabátque Iuda & Israël absque timore vllo. vnusquisque sub vite suâ, & sub ficu suâ.* Sed abundantiam atque diuitias denotat vox *sui*; non vt peregrini transeuntes per viam, neque vt mercenarij, vel serui, vel pauperes precariò, & breui tempore; sed, vt agrorum & vinearum Domini, quamdiu placebit, vmbrâ & fructu fruentur. De vmbrâ sub ficu, habes in Euangelio de Nathanaële *Ioan. 1. 49. cùm esses sub ficu, vidi te*; & sub ficu captarunt vmbram primi parentes, *Genes. 3. 7.* de dominio est quod ait & offert Iudæis Rex Assyriorum; *Facite mecum, quod vobis vtile est:* (dedite vos mihi) *& egredimini ad me, & comedet vnusquisque de vineâ suâ, & de ficu suâ, & bibetis aquas de cisternis vestris. 4. Reg. 18. 31.* Certè pax mater opulentiæ & copiarum. Bacchylides verissimè,

II. Opulentia.

Pax mater Pluti Bacchylides.

τίκτει δὲ θνατοῖσι εἰρήνα μεγάλα πλοῦτον.

Parit autem mortalibus pax magna diuitias.

Vide comment. nostra in Senecæ Medeam *vers. 63.* Delitiæ denique & epulæ indicantur ipso fructuum genere, qui delicatissimi & dulcissimi. *Micheæ 4. v. 4.* altissimam pacem describens inter cætera, *& sedebit vir subtùs vitem suam, & subtùs ficum suam, & non erit qui deterreat.* nempe quin illic lætitiæ vacet, & epuletur. *Amos 9. 14. plantabunt vineas, & bibent vinum earum: & facient hortos, & comedent fructus eorum.* Zachar. 3. 10. *vocabit vir amicum subter vitem & subter ficum.* de ficu res clara, de vite sic Abulensis hîc; dicitur *sub vite*, quia in terrâ Chanaan vites sunt eleuatæ à terrâ, ita vt sub illis sit locus conueniens ad manendum: & ibi ad vmbram gaudebant Israëlitæ. videlicet sub viribus pergulatis, & cum arboribus maritatis, vt fit in Galliâ Cisalpinâ. Vtitur adagio B. Iustinus Dialogo cum Tryphone.

III. Lætitia & deliciæ.

Abulensis.

Iustinus.

ADAG. CXCIX.

EODEM CAP. VER S. XXXIII.

A cedro vsque adhyssopũ.

A cedro vsque ad hyssopum.

SIGNIFICAT à maximo ad minimum. Non enim dubium est indicari eum disputasse circa de arboribus & herbis, nullâ earum,

quas nouerat, prætermisſâ. nam ait *d.v.33. diſputauit ſuper lignis, à cedro, quæ eſt in Libano, vſque ad hyſſopum quæ egreditur de pariete.* hyſſopus non eſt arbuſtum, ſed herba: ideo intermedia, herbas, frutices, arbuſta complectitur. Extarent hi libri Salomonis, minor neceſſitas foret veterum, Theophraſti, Dioſcoridis, Plinij, Macri, Sereni, Apuleij; minor recentiorum Botanographorum, Matthioli, Dodonæi, Lobelij, Cluſij, Dalechampij. *Cedri* nomine ſacra Scriptura ſolet altiſſima quæque; *hyſſopi* humillima comprehendere: quod (Deo fauente) in Hierophyſicis oſtendetur. nunc audite Abulenſem; *ſenſus eſt, quòd nullas de arboribus, nec de herbis dimiſerit. quod probat per duas extremitates maximè diſtantes, ſcilicet per excellentiſſimam arborem, & per infimam herbam.* Adagialia ſimilia quædam iam notata.

Theophraſtus Dioſcoridis. Botanographi. Plinius. Macer. Serenus. &c. Abulẽſis. Cedrus. Hyſſopus.

ADAG. CC.

EX CAP. VIII. VER. XLVI.

Non eſt homo, qui non peccet.

כי אין אדם אשר לא-יחטא

Ki en Adam aſer lo-iecheta.

POTEST exponi de verbo, *quia non homo qui non peccet.* Noſter optimè ſubaudiuit verbum ſubſtantiuum. Senſus duplex, primus qui non peccat non eſt homo, ſed maior homine, vt ſignificetur homo naturâ ſuâ pronus ad peccandum, & poſſe peccare. Secundus, omnes homines aliquando peccare, ſaltem venialiter; intelige de lege ordinariâ, à quâ CHRISTVS & CHRISTI mater eximij.

Vſus adagii.

Vti licebit adagio, quando volemus aliquem excuſare, vel culpam deterere, vel pœnæ eripere, idque exemplo Seruatoris noſtri; qui cùm adulteram deprehenſam ei damnandam obtuliſſent, accuſatorum peccata in terrâ (ſecundùm nonnullos) ſcripſit, & addidit, *Qui ſine peccato eſt veſtrûm, primus in illam lapidem mittat: Ioan.8.7.* ita illos tacitè arguens, ne quis auderet, cùm nullus ſine peccato eſſet. Repetita ſententia prouerbialis paſſim à ſacris Scriptoribus, & à profanis. *Eccleſ.7.21. Non eſt enim homo iuſtus in terrâ, qui faciat bonum, & non peccet.* Iaco. 3. 2. *In multis offendimus omnes.* Sophocles *in Antigonâ*:

Sophocles.

τοῖς φᾶσι κοινὸν ἐστι τἀξαμαρτάνειν.

Omnibus commune eſt delinquere.

Theognis;

Theognis

ὐδεὶς ἀνθρώπων αὐτὸς ἅπαντα σοφός.

Nemo mortalium omnibus horis ſapit.

Neſcio quis;

Incertus.

... nemo ſine crimine vivit.

Horatius;

Horatius.

... vitiis nemo ſine naſcitur: optimus ille eſt
Qui minimis vrgetur.

Cicero; *cuiuſuis hominis eſt errare.* Ideo Thraſeas apud Plinium Iuniorem *lib.* 8. *epiſt.*22. dicit; *Qui vitia odit, homines odit.* Fateor vulgus, maximè ethnicum, iſta vix ſeparaſſe: ſed Chriſtianorum eſt vitia odiſſe, homines amare. tantò ſapientior, quàm Stoicorum noſtra philoſophia.

Cicero. Plinius. Thraſeas reprehẽſus.

EX CAP. XII. VER. VIII.

ADAG. CCI.

Conſilium ſenum.

Cõſilium Senum.

IN narratione infauſtorum regni Roboamij ſchiſmatum, cauſa

sa secessionis decem tribuum fuisse traditur, quia spreto consiliariorum paternorum consilio, iuuenum monitis adhæsit. Vnde natum adagiale, de fœlici consilio; *Consilium senum*: quod apud pleraſque nationes vsu receptum. Possent ex omni ferè memoriâ adponi exempla, & gnomæ: paucula sufficient in re minimè obscurâ, & quidem ab aliis obseruata. Æschines in oratione contra Ctesiphontem, est auctor, olim apud Athenienses publicè concionari, ἀγορίνειν, non permissum nisi iis qui quinquagesimum annum excessissent. Plutarchus in commentario, An seni respub. gerenda? illam rempub. tradidit optimè constituram, & diutissimè conseruandam; in quâ senum consilia, iuuenum lanceæ præualerent. ἵνθα ξυλαὶ γερόντων, καὶ νίων ἀνδρῶν ἀείσησιν ἀιχμαί. Quod vetus dictum vocat Euripides in Melanippo,

Æschines. Plutarchus. Euripides.

παλαιὸς αἶνος, ἔργα μὲν νεωτέρων,
ξυλαὶ δ' ἔχουσι τῶν γεγραστέρων
κράτος.

Dictum vetus: facta quidem iuuenum.

Consilia verò seniorum magis valere.

Intelligendum de senibus, qualis Nestor Homericus, quibus mens viget in pectore, licèt frigida bello dextera. Nam decrepitorum nutat prudentia repueraſcens; de quibus obtinet Hesiodi versus, quem Hyperides contra Autoclen intorsit;

Hesiodus. Hyperides.

ἔργα νέων, ξυλαὶ δὲ μέσων, ἰυχαὶ δὲ γερόντων.

Facta iuuenum, consulta virorum, vota seu preces senum.

Iuuenes enim viribus præpollent. Pindarus.

Pindarus.

νέοισι μὲν ἀρίστει θράσος δ' εἰνῶν πολέμων.

Iuuenta conuenit audacia crudelium bellorum.

Senior ætas stata, vigori mentis multarum rerum adiunxit experientiam. vnde receptum, vt *Senum prudentia* in prouerbium abierit. Decrepiti, quo morti se propinquiores vident, hoc solent esse minus obnoxij peccatis, & religiosiores, ideo vota illorum & preces efficaciores. Vt redeam ad Roboamum, miser quòd imperium auus bellis auxerat, pater sapientiâ stabilierat, ille subitò stultitiâ & imperitiâ iuuenilis ætatis pessundedit. Simile quid illis accidit, qui in veteri orchestrâ rogati,

Quî vestram rempub. perdidistis tam citò? Tragicus quidam.

Verissimam causam reddunt:

Prouenichant oratores nouî, stulti adolescentuli.

Contra decretũ Athenienſium, quod commemoraui ex Æschine. Stultum responsum, quo decem tribus abalienauit subiungam.

EX EODEM CAP. VER. X.

ADAG. CCII.

Minimus digitus grossior dorso.

Minimus digitus grossior dorso.

STOLIDITATI coniuncta solet esse verborũ iactantia, & virium imbecillitas. Quia stolidus plus sibi de viribus suis persuadet, putat posse quæ non valet. Iuuenile hoc vitium est, quod sceptris facilè adhæresci, adulationis multorum glutino adfixum. Talia Roboami iuuenile consilium amplectentis, tam altâ mente digna verba: hoc est vana, ferocula, iuuenilia, per iugulum reditura. *Minimus* (aiebat) *digitus meus grossior est dorso patris*

mei. Hebraicè tantùm, *parvus meus*, sed rectè noster supplevit, *digitus*, pro *dorso*, alibi vertit *lumbos*. 2. *Para-*

Vatablus. *lip.* 10. 10. Vatablus vult significari *totum corpus*. Nihil necesse est, sufficiens antithesis lumborum vel

Lxx. dorsi. Lxx. non malè sensum adagij reddiderunt, concreta hæc abstractis commutâtes, ἡ μικρότης μου, *parvitas mea*, quod in me minimũ, nempe vt explicant *d.v.* 10. ὁ μικρὸς

Iosephus. Syrus. Procopius. Chaldæus. δακτυλός μου, sicut etiam Iosephus *lib.* 8 *antiqui. cap.* 8. Syrus & Procopius hîc. Chaldæus luculenter, *debilitas mea fortior est robore patris mei.* ait se patre longè potentiorem, animosiorem, augustiorem esse. Ille vos vix potuit toro dorso saris premere: ideo nunc insolescitis. Frustrà. Nam ego vel vno digitulo premam & conteram. Quod siue dixit, quia Salomon ferè puer ad regnum accessit, ipse verò iam vir robustâ ætate, annorum quadraginta, vt censuit R. Leui Gersonis filius; siue aliâ ex causâ, stolidissimè se iactauit. Salomoni cum sapientiâ robur animi, & prudentia fuit; huic stultitia, cor pauidum,

Abulẽsis. & pepo pro mente. Abulensis ita; *Est conueniens Metaphora, quia in corpore humano nullum membrum est gracilius digito, nullum grossius est tergo. Sic comparantur maxima & minima pertinentia ad Salomonem & Roboamum.*

Digito attingere. Terẽtius. Licinius. Sic veteres vsurparunt, *digito attingere.* Terentius, ...

.. *Hanc si vel digitulo attigeris.*

Licinius etiam;

Si digito attigero, incẽdam syluam simul omnem,
Omne pecus: flamma est omnia, quæ video.

IBIDEM VER. XI. ADAG. CCIII.

Scorpionibus cædere.

Scorpionibus cædere.

VETVS sententia à D. Nazianzeno repetita,

σκληρὰ δὲ μάστιξ παιδαγωγὸς ἐν καρδίαις.

Durum verò flagellum cordis pædagogum esse, seu,

vt reddunt elegantiùs,

Duro flagello mens docetur rectiùs:
Durum flagellum, est padagogus ingenij.

Qui locus tantùm contra contumaces, & seruili præditos ingenio. Nam qui animo sunt ingenuo, beneuolentiâ & liberalitate meliùs ducuntur. Merum ista flagella incutiunt; amorem excutiunt. Præstat autem amari principem, quàm metui. Cedendo iustis subditorum precibus non soluit imperium, sed nectit nodo adamantino solui nescio. Vtinam ne Roboamum nostris temporibus nulli imitati, culpâ & damno! Illi exhibuerunt, iste minatus tantùm, durum & crudele imperium.

Iugum. Virga. Hebræi *iugi* & *virgæ* nomine regnum describunt. De iugo hîc habemus, de virgâ passim; *Num.* 24. 17. *Consurget virga de Israël.* Psal. 2. 9. *Reges eos in virgâ ferreâ.* Psal. 44. 17. *Virga directionis, virga regni tui.* quod Apostolus expressit *Heb.* 1. 8. *Virga æquitatis, virga regni tui.* Ierem. 10. 16. *Israel, virga hæreditatis eius.* Quando verò volebant indicare asperum, præfractum & valde durum imperium, addebant *Ferrei* epithetum, *Ferream virgam*: vt *d. v.* 19. (vbi rem enodabo) *Apocal.* 2. 27. & 12. 5. & 19. 15. *Virga* enim castigationis nota est, vt instrumentum; ratione materiæ, lenioris, vel

Ferrea virga.

gra

grauioris. Si lorea, leuius supplicium; si ferrea, grauius subindicat. Vnde iam intelliges dictum stolidi Roboami; *Pater meus posuit super vos iugum graue, ego autem addam super iugum vestrum. Pater meus cecidit vos flagellis, ego autem cadam vos scorpionibus.* hic *lib.3.Reg.12.11. & 2. Paralip.10.11.* Nam flagella ex loris; scorpiones, aculei ærei vel ferrei fuere. Hebraicè עכרב *hacrab*, quod etiam Lxx. Iosephus, & Pagninus *scorpionem* exponunt, & omnia sacræ Scripturæ sic possunt exponi, vt & Chaldæum *Margenin*. Vatablus explicat flagra aculeata, debuit addere recurua. Nam talis cauda nepæ. Lyranus & Caietanus perperâ confundunt cum plumbatis. plumbatæ, globulos seu pondera habent in funiculorum extremo, scorpiones verò habêt aculeos recuruos quos dixi. Sicut etiam *Scorpius* teli genus ab eadem similitudine in Machabæorum historia reperitur. *1. Machab.6. 51.* De flagris scorpionum mentio in Martyrũ actis. Lege doctissimas notas Martyrologij Cæsaris Baronij. Plura dicam *ad Ezech.cap.2.v.6. Cum scorpionibus habitas.*

Scorpiones.

עכרב Iosephus. Pagninus

Vatablus. Lyranus Caieta. Plumbatæ Scorpius.

ADAG. CCIV.

EX CAP. XVIII. VER. XXI.

Claudicare in duas partes.

Claudicare in duas partes.

PRoh dolor! quàm pauci rectà incedũt? soli Catholici sinceri. Quàm multi in alteram declinant? aperti hæretici: nec pauciores in duas partes claudicant. Inprimis belli politici, qui ratione status (vt loquuntur) cuiuis religioni sese accommodant, ideo etiam fas & nefas nullo habent discrimine, bonos deprimunt, malos attollunt; coruis veniam dant, columbas diuexant. Ignibus aquas iungere, luci tenebras maritare, CHRISTVM cum Belial fœdere iungere conantur. I.

Secundò sunt in hac classe Dubitantij quidã, qui semper hærent ambigui quam religionem sequantur, quod est dubitare quem colant; Deum verum, an Baal. Item, qui, velut polypi, quemuis induunt colorem, nunquam agunt bonâ fide, aliud loquuntur, aliud sentiũt. Denique quotquot seditiones, rebelliones, factiones in repub. fouent. His omnibus clamat Elias, *vsquequò claudicatis in duas partes? si Dominus est Deus, sequimini eum: si autẽ Baal, sequimini illum. d.cap.18. 21.* Quando de fide agitur, vel vitiorum virtutúmque certamen est, locum habet lex Solonis, damnans neutrales. Palàm verò est, cui se parti vir pius & bonus debeat addicere. Hebraicè est, *vsquequò transilis super duas cogitationes.* Lxx. vertunt, *vsquequò claudicabitis vos in ambobus poplitibus: ἕως πότε ὑμεῖς χωλανεῖτε ἐπ' ἀμφοτέραις ταῖς ὑγιαις ὑμῶν?* Chaldæus, *vsquequò dissisi estis in duas partes?* omnes eâdem sententiâ. Procopius dictum vult: *quia decem tribus Deum adorabant, & simul idola colebant. Deum verò nolle coli idola: & ex aduerso idola Dei veri cultum vetare: Israelitas itaque verumque facientes, nec Deo nec idolis fidos esse vel obtemperantes.* Hoc postea Cutharos fecisse Samaritidis incolas narrat historia 4. *Reg.17.v.33.* & olim in Mesopotamiâ idem fuisse delictum posterorum Nachor docui commentar. in Genesim. Græcis vnica vox est ἀμφιχωλεῖν, modò in vnam, modò in alteram partem lapsare. Sic Homerus εὖδε δὲ ἀτρέμας ἄλλη ἐπ' ἄλλῃ ἐκτύπετ' ἐν φρεσὶ θυμός.

II. Secundò sunt in hac classe Dubitantij quidã, qui semper hærent ambigui quam religionem sequantur, quod est dubitare quem colant;

III. Deum verum, an Baal. Item, qui, velut polypi, quemuis induunt colorem, nunquam agunt bonâ fide, aliud loquuntur, aliud sentiũt. Denique quotquot seditiones, rebelliones, factiones in repub. fouent.

IV. His omnibus clamat Elias, *vsquequò claudicatis in duas partes? si Dominus est Deus, sequimini eum: si autẽ Baal, sequimini illum. d.cap.18. 21.*

Solonis lex contra neutrales.

Quando de fide agitur, vel vitiorum virtutúmque certamen est, locum habet lex Solonis, damnans neutrales. Palàm verò est, cui se parti vir pius & bonus debeat addicere. Hebraicè est, *vsquequò transilis super duas cogitationes.* Lxx. vertunt, *vsquequò claudicabitis vos in ambobus poplitibus: ἕως πότε ὑμεῖς χωλανεῖτε ἐπ' ἀμφοτέραις ταῖς ὑγιαις ὑμῶν?* Chaldæus, *vsquequò dissisi estis in duas partes?* omnes eâdem sententiâ.

Procop. Procopius dictum vult: *quia decem tribus Deum adorabant, & simul idola colebant. Deum verò nolle coli idola: & ex aduerso idola Dei veri cultum vetare: Israelitas itaque verumque facientes, nec Deo nec idolis fidos esse vel obtemperantes.*

Cuthæi. Hoc postea Cutharos fecisse Samaritidis incolas narrat historia 4. *Reg.17.v.33.* & olim in Mesopotamiâ idem fuisse delictum posterorum Nachor docui commentar. in Genesim.

Nachor posteri

Græcis vnica vox est ἀμφιχωλεῖν, modò in vnam, modò in alteram partem lapsare. Sic Homerus

ἀμφιχωλεῖν.

εὖδε δὲ ἀτρέμας ἄλλη ἐπ' ἄλλῃ ἐκτύπετ' ἐν φρεσὶ θυμός.

ἀλλα

ἀλλὰ μετακλάζει καὶ ἐπ' ἀμφοτέρας ἴζει.

Non huic firma satis mens est in pectore, verùm
Clandicat, inque pedem residet proclinis vtrumq;

Psal.17.46. *Filij alieni mentiti sunt mihi. filij alieni inueterati sunt: claudicauerunt à semitis suis.* Quod ipsum vltimum in suâ paraphrasi Beza totum prætermisit, vt dissimilis esset B. Paulo, qui luculentâ paraphrasi elucidauit *ad Ephes. 4. 14. vt iam non simus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrina in nequitiâ hominum, in astutiâ ad circumuentionum errorū.* Huic claudicationi opponit idem Paulus *rectè ambulare*, ὀρθοποδεῖν, *quod non rectè ambularent ad veritatem Euangelij, Galat.2.14.* De quo aliàs. Nostro adagio simile est apud Macrobium, *duabus sellis sedere.*

Macrob. Duabus sellis sedere.

ADAG. CCV.

EX EODEM CAP. VER. XXVII.

Aut in diuersorio est, aut dormit.

Aut in diuersorio est, aut certè dormit.

DIxerat hoc Elias propheta Baalitis, vt ostenderet frustrà & incassum eos numen Baal inuocare; quia lignum vel lapis mutus & surdus, qui suis non poterat esse auxiliator. Hoc dictum postea Græcorum sermone paræmia factum est, quando volebant docere irritas esse preces, quæ idolis funderentur. B. Iustinus libr. de monarchiâ, & B. Clemens Alexandrin. *in proreptico*, citant ex Menandri Heniocho versiculum,

Iustinus. Clemens Alexand. Menãder.

εὐδὲις μ' ἀρέσκει πιεσταθὼν ἴζῳ θεός.

Non placere sibi Deum foris discursantem: & addunt rationem, quia τὸν δίκαιον δεῖ θεὸν οἴκοι μένειν σώζοντα τὰς ἱδρυμένους. *Iustum Deum deceat domi manere, vt suis laborantibus opem ferat.* Simili modo Timæus de Dianæ Ephesiæ incenso templo iocabatur: mirandum id non esse, si quidem illa tum in Macedoniam profecta Olympiadi obstetricabatur. Ita Cicero *De natura Deor. lib.2.* Plutarchus autem *in Alexandro* iocum Hegesiæ attribuit. Eâdem sententiâ in Sophistarum conuiuio reperias dictum, Deos alios aut dormire, aut non esse, apud Athenæum *lib.6.cap.9.* D. Paulus propterea verâ Dei cõditionem apponit, euin vbique esse & cuncta mouere, *Act.17. 27. Quamuis non longè sit ab vnoquoq; nostrum. In ipso enim viuimus, mouemur, & sumus.* Contrarium sensum falsò Eliphaz Iobo attribuit, quasi foret ἄθεος *Iob.22.13. Et dicis: quid enim nouit Deus? & quasi per caliginē iudicat. Nubes latibulum eius, nec nostra considerat: & circa cardines cæli perambulat.*

Timæus. Cicero. Plutarch. Hegesias. Athenæus.

EX CAP. XX. VER. XI.

ADAG. CCVI.

Ne glorietur accinctus, æquè vt discinctus.

Ne glorietur accinctus, æquè vt discinctus.

HEbraicè eodem sensu, *sicut apertus.* Nam qui discingitur, sinum aperit & diffundit. Nec dissentiunt LXX. μὴ καυχάσθω ὁ κυρτὸς ὡς ὁ ὀρθιος. *Ne glorietur gibbosus, vt rectus.* Miles armis & sarcinis (hinc dicti *muli Mariani*) grauis, incuruus incedit & gibberus; liber hoc fasce corpus erigit, & habitu recto incedit. Simile dictum est, Noli triumphum canere ante victoriam. Chaldæus bellè. *Ne laudet se expeditus & descendens in prælium, sicut*

Ne glorietur accinctus, æquè vt discinctus.

Cõciliatæ versiones.

Muli Mariani.

Chaldæus.

sicut vir qui vicit, & ascendens ex eo.
Abulēſſ. Abulensis etiam his verbis; *Ille qui nondum obtinuit victoriam, sed adhuc est in bello, non tantùm glorietur, sicut ille qui iam obtinuit, & cessauit ab illis: eo quòd quamdiu bellum durat, res est in pendulo, cui parti victoria faueat: quia sæpè desperatis solet victoria euenire. Vocatur autem* accinctus, *id est paratus ad bellum:* discinctus *verò, id est qui iam deposuit arma bellica, quibus accinctus erat, propter victoriam obtentam: quia non est iustum, quòd æqualiter glorientur de victoriâ, qui nondum vicerunt, sicut qui iam obtinuerunt.* Vtendum hoc adagio contra ventosos Thrasones, qui aduersarium contemnunt, & ei, quasi victo, ante conflictum insultant, & potest traduci ad iactabundos quosdam ante disputationem, qui postea cùm ad rem ventum, animo concidunt, vel vitium produnt. Sicut *filij Ephraim, intendentes & retinentes arcum, conuersi sunt in die belli.* Elegans exemplum describit
Claudian. quendam Leonem Claudianus, qui ante prælium sic gloriabatur:

... Iam cuncta furore
Qui grauat, efficiam leuiorem puluere lana:
Targibilem tumidum, desertoréque Gothunnos,
Vt miseras populabor oues.
... Hæc nondum viso hoste.

Verùm vt terribilis apparuit Targibilus,

Ipse Leo damâ, ceruóque fugacior ibat,
Sudanti tremebundus equo.

Verissimum illud antiquissimum dictum; θρασὺς πρὸ ἔργου, ἐν πολλῷ κακός. *Confidens ante rem plerumque ignauus.* Aristoteles *lib. 3. ad Nicomach.* scripsit, eos qui ante pericula temerarij sunt, promptos quidem & cupienter ea subire, sed in ipsis deficere. Fortes autem in ipsa acie fortes & acres esse, antè verò quietissimos. Quod ipsum alicubi in Taciti Annalibus Siluius Otho asseruit. Igitur, vt ab hoc vitio caueat, à rege Israël rex Benadad hoc loco *v. vi.* monetur: quod ait Plato in Lysíde, μὴ πρὶν νενικηκέναι, πεποίηταί τι καὶ ἄδειν εἰς ἐπινίκιον ἐγκώμιον. *Antequam vicerit, ne canat aut componat de seipso encomium.* Et in Theæteto, ἀλεκτρύονος ἀγεννοῦς δίκην πρὶν νενικηκέναι ᾄδει, *Galli degeneris instar ante victoriam canit.* Prudenter & animosè apud Plutarchum in Laconicis, cuidam minanti, *si irruperò in Lacedæmoniam, omnes vos extorres faciam*, Spartani respondérunt, εἰ μή, *Si.* Et quod ad rem propinquius, prudentissimus Francorum Rex Ludouicus XII. solitus eodem sensu vsurpare, *Ne visis templorum pinnis, iter te confecisse dicas.* Laudatum quoque illud vulgare ex Apologo, *Non vendendam vrsi pellem, quem nondum venabulo confixeris.*

Vetus adagium.
Aristotel.
Plato in Lisíde.
Idem in Theæt
Plutarch. Laconicū dictum.
Ludouic. XII. Francor. Rex.
Apologus de vrsi pelle.

ADAGIALIA SACRA EX LIBRO IV. REGVM.

ADAG. CCVII.

EX CAP. II. VER. XII.

Currus Israèl & auriga eius.

Currus Israèl & auriga eius.

ADAGIVM sapit. Hebraicè pro *aurigâ*, habes *equites*, plurale pro singulari: & sic Lxx. ἱππεὺς. Nec aliter intelligenda paraphrasis Chaldæa: *qui melior eras Israëli oratione tuâ curribus & equitibus.* hoc est, aurigatoribus. Sensus est, tu gubernasti & protexisti Israëlem. Pacis tempore consilio & prophetiâ regebas, belli tempore precibus à Deo victoriam impetrabas. Qualis olim Moses Israëli contra Amalec pugnanti, *Exo.* 17.11. si precum habenas remittebat, vincebat hostis; si intendebat & contrahebat manibus firmatis, vincebatur. Vtinã tales nobis currus & aurigæ multi! vtinam intelligant & sapiant, qui manus orantium ligant, & habenas veritatis incîdũt iussis & exilius! aurigam equis deturbant, & currum putant ad candidum calcem peruenturum.

Cõciliatæ versiones.

Procop.

Procopius, *Reges* (inquit) *aliarum gentium equis & curribus instructi in acie pugnabant. Hanc ob causam magnum Eliam* currum & equitem *appellat, vt qui solus hostes superare, & suis contribulibus pacem & gratiam posset præstare.* Igitur origo prouerbij, quia tunc præcipuũ robur exercituum in equis & falcatis curribus situm, vt colligas ex Iosue 11.v.4. & 6.& 4.Reg.6.14. Bene hîc post alios Caietanus ita scribit; *Allusit ad apparitionẽ currus & equorum. Laudat Elia quòd eminenter habuerit officium curruum, & officium equitum in Israël: hoc est, quòd eminenter fuerit robur Israëlis, quoad diuina: quemadmodum militare robur regni est in curribus, & in equitibus.* Sic etiam R. Selomo, Liranus, & Vatablus: & est melior explicatio, quàm alia Abulensis, scilicet tantùm indicari apparitionem, videre se velut aurigam in igneo ascendentem curru. Vsum siue praxim adagij docet diuinè S. Gregorius *lib.2.in Ezech. homil.* 21. *Quid est, fratres charissimi, quòd Elias* currus & auriga Israël *dicitur, nisi quia* auriga *agitat,* currus *portat? Doctor ergo, qui mores populi, & per patientiam sustinet, & sacri eloquij verbis docet,* & currus *dicitur* & auriga. Currus, *quia tolerando portat,* auriga, *quia exhortando agitat.* currus, *quia mala sustinet,* auriga, *quia populum bonis admonitionibus exercet.* vide vt boni prædicatores sint currus & aurigæ Israëlis.

Origo adagij, exercitus robur currus & equi.

Caietan. R. Selomo Liranus. Vatablus. Abulensis. Praxis adagij. Gregor.

ADAG. CCVIII.

EX CAP. IV. VER. XXIX.

Si occurrerit tibi homo, non salutes eum; & si Salutauerit te quispiam, non respondeas illi.

Si occurrerit tibi homo, nõ salutes, & si, &c.

HIs parœmialibus summa festinatio præcipitur, quia vetant

tant omnem vel breuissimam moram, distractionem, interruptionem. Similia multa in Plautinis comediis properantes seruuli garriũt: quod ad rem facit, tale quid Seruator noster Apostolis præcepit, *Neminem per viam salutaueritis*, Luc. 10.

S. Ambro. 4. Vbi D. Ambrosius notat Elizæũ hoc vetuisse, ne confabulatione cum aliquo obuio, mandato à munere reflecteretur: & CHRISTVM non salutationis officiũ abstulisse, sed obstaculum impediendæ deuotionis aboleuisse: vt quando mandãtur diuina, paulisper sequestrentur humana. Ideo etiam honesta prohiberi, ne solennis gratia obrepat officij, & impediat ministeriũ, cuius mora culpa sit. Sicille *lib. 7. in*

Augustin. *Lucam.* Sed D. Augustinus hyperbolicum loquendi modum esse notat, *Potest* (inquit) *simpliciter sic accipi, tanquam diceret, omnia prætermittatis, dum quod iniunctum est, peragatis, eâ locutione qua solent dicta exaggerari consuetudine sermocinandi.* &

Gregor. D. Gregorius *hom. 17. in Euang.* hoc præcipit, vt soli operi eis commisso intendant, & oblatam prædicationis occasionem non consumant in ea quæ necessaria nõ sunt, sed præter intentum sese offerunt. Idẽ sentit Euthymius, & hos citãs Toletus

Euthym. Toletus. Vatablus. *in Luc. cap. 10. annot. 8.* Vatablus, hoc vnum agas, vt rectà ad puerum eas.

Caietan. Caietanus, quod Abulensis largè, ipse breuiter perstrinxit, hoc pacto; *propter duo fit huiusmodi mandatum. Alterum est ad tollendum moras quæ inter salutandum solent obrepere. Alterum ad indicãdum silentium ministro, vt deuotè, absque distractione mẽtis properaret ad executionem tanti miraculi.*

Ysa. Hispani similiter vsurpant, *ny seas oydo, ny visto.* Veteres in sacris proclamabãt, *hoc age.* possumus CHRISTIANI, maximè qui sors Domini vocamur, nos ipsos sic adhortari, quando vadimus vt horarium pensum persoluamus, vt concionemur, vt sacrosanctam hostiam Deo Opt. Max. offeramus.

EX CAP. XVII. VER. IX. ADAG. CCIX.

A turre custodum vsque ad ciuitatem munitam.

A turre custodũ vsq; ad ciuitatem munitam.

QVOD simpliciter dixerat, *in iunctis vrbibus*, nunc explicat prouerbio. Ne quis putet illum de magnis ac munitis oppidis tantùm loqui. Quasi dicat, *à mapali vsque ad metropolim.* Hispanicè, *de choça a ciudad*, in omnibus angulis, vbique locorum. *mimmigdal nosrim* מִמִּגְדַּל נֹצְרִים, *turrim custodum*, Chaldæus explicat de turribus quæ pro præsidio & munimento sunt: præstat capere de illis, quæ pro speculis tantùm sunt, Hisp. *atalayas*, etiam hortensibus, vt apud *Isaiam* 1. 8 *vmbraculũ in cucumerario.* Est enim hîc hyperbolica locutio. Anselmus Laodunensis, author glossæ interlinearis, *à castro vsque ad ciuitatem*, fauet Chaldæo. Sed mecum sentit Abulensis, qui vult significari sic inundasse idololatriam, vt vbicumque vel duo simul, vel solus homo degeret, peculiare idolum esset constitutum. Non dissentit Caietanus.

Turres custodum.

Chaldæus.

Anselmus Laodunẽsis.

Abulẽsis.

Caietan.

EX CAP. XVIII. VER. XXI. ADAG. CCX.

In baculo arundineo, & confracto sperare.

Sperare in baculo arundineo & confracto.

QVidam de spe vanâ dici volũt; adde, & noxiâ. Patet ex serie verborũ vbicunque ponitur. Hic v. 21. *An speras in baculo arũdineo atque confracto, Ægypto, super quem si incubuerit homo, comminuens ingredietur manum eius, & perforabis eam. Sic est Pharao rex Ægypti omnibus qui cõf-*

dum in eo.& Ezechiel. 29. 6. *Pro eo quod fuisti baculus arundineus domui Israël. Quando apprehenderunt te manu,& confractus es,& laceraſti omnem humerum eorum:& inniti tibus eis ſuper te,comminutus es,& diſſolviſti omnes renes eorum.* Vbi Chaldæus paraphraſt. Peribit domus confidentiæ,& non eris eis in domum præſidij: peribit Iudæa & non poterit eam Ægyptus defendere. *Iſaiæ* 36. 6. *Ecce confidis ſuper baculum arundineum, confractum iſtum, ſuper Ægyptũ:cui ſi innixus fuerit homo, intrabit in manum eius, & perforabit eam. Sic Pharao,&c.* vbi Lxx. emphaticè, *τῷ ῥάβδῳ τῷ καλαμινοτῷ,τεθλασμένῳ, Illam virgam, illam arundineam, illam confractam.* S. Cyrillus dicit virgam arundineam nominari, *Quia imbecilla ſemper, & fragilis ſpes eſt in illis:& obeſſent potiùs quam prodeſſent iis, qui ipſis vterentur:quemadmodum arundinea virga, ſuper quâ ſi quis reſiderit,& illa prorſus confringitur,& qui ei confiſus eſt laditur.* Abulẽſis, de auxilio quod parùm prodeſt, & multum nocet. Tales Turcæ miſeris Hũgaris. Tales alij Belgis. tales diabolus, mundus, caro, & omnis eorum põpa illis qui, Deo relicto ipſis confidunt. Tales tyrãni. de quibus dictum *Ier.* 48. 17 *quomodo confracta eſt virga fortis, baculus glorioſus?* *Virgam* ſacra Scriptura pro ſcipione quoque vſurpat,& pro pedo paſtorali. Hebraicè *miſheneth hakkaneh* משענת הקנה, quod Arias vertit *fulcrum canne*: Caietanus vult cum Rabbinizantibus verti *baculũ quaſſatum*; nullâ idoneâ causâ à Lxx. & noſtro recedentes. *Arundinis* non otioſa mẽtio, tum quia in Ægypto magnus arundinum prouentus eſt, tam papyriferarum, quàm cæterarum, teſte Plinio *lib.* 13. *c.* 11. *& lib.* 16. *c.* 36. tum quoniam arundo omnis, non ſolùm plotia, quæ debilior, ſed etiam characia, quæ ſolidior, caſſa, inanis, fragilis, & infirma eſt. Vtitur adagio Ioſephus initio lib. 10. antiquit. ὅμοιος ἀνθρώπῳ, ἐς καλάμῳ ἐπειρεισόμενος πεθλασμένῳ, ἀρὸς τὸ καταπατεῖν ἔτι καὶ τὴν χεῖρα διαπαρεὶς ἄσετο τῆς βλάβης. Id eſt, interprete Ruffino, *Similis homini incumbenti calamo fracto, qui cùm ceciderit inſuper manu vexatâ ſentit plagam.* Vtitur etiam apud B. Damaſc. *lib.* 3. *orthod. fid. c.* 11. Sanctus Cyrill. Alex. epiſt. ad Succenſum.

Lxx. Cyrillus. Abulẽſis Vſus. Arias. Caietan⁹. Arundinis natura. Plinius. Ioſephus. Ruffinus. Damaſc. Cyrillus

Non talis virga Moyſis, nõ talis quam CHRISTVS nobis præbuit à ſe geſtatam arundinem. Accipite D. Hierony. verba *ad d. Ezechielis verſ.* grauiſſimè differentis [*Exprobratur* Pharaoni quòd fuerit Iſraëli *virga* ſiue *baculus* arundineus, vanũ eis & fragile & citò comminuendum auxilium repromittẽs. Vt autem ſcire valeamus, quis ſit baculus arundineus, ſuper quo domus Iſraël cõfidere nõ debeat, ex cõtrario baculo & virgâ Domini intelligere poterimus, de qua ad Dominum dicitur, *Virga tua & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt.* Hanc virgã habuit & Aaron, quæ dracones Ægyptios deuorauit:& quando percuſſit aggeres Nili, & cyniphes in totâ Ægypto generatæ ſunt. Moyſes quoq; iuxta Lxx. extendit hanc virgam,& leuauit in cælum, & Dominus induxit ventũ auſtrum ſuper terrã toto illo die,& totâ nocte: & manè leuauit ventus, & adduxit locuſtas ſuper omnẽ terram Ægypti. De hac puto virgâ ſcribi & in Numerorum libro, quòd floruerit, & nuces, ſiue amygdalas germinarit. Hanc habebat & Apoſtolus, cùm dicebat, *Quid in virgâ veniam ad vos?* & qui paſcha celebrabant, baculos tenebant manibus, ſine quibus, imbecillitatem humani corporis ſuſtentãtibus, carnes agni comedere

Hierony.

non

non poterant. Hæc est *virga de radice Iesse*, super quam septem spiritus requieuerunt. Sed nō talis Pharao, nec baculus Ægypti, & virga arundinea quæ decipit *apprehendētes se*. Vis verū, forte, & securū fulcrū, ô CHRISTIANE, apprehende contumelias, apprehēde crucē CHRISTI. arūdo illi pro sceptro fuit, ne nos vt arūdines omni doctrinæ vēto quatiamur, ne vt arundines virtutum cassi, bonorū operum vacui simus: vt nobis quę Iudæis scandalum, gētibus stultitia fuerunt, sint infallibile & infractum fulcimentum.

ADAG. CCXI.

EX CAP. XIX. VER. III.

Venerunt filij vsque ad partū & vires nō habet parturiens.

Venerunt filij vsque ad partum: & vires non habet parturiens.

SIC *Isai. 37. versi. 3. venerunt filij vsque ad partum, & virtus non est pariendi.* Nihil periculosius est in hac humani generis fabrica siue ædificatione; quàm si puerperæ maturo iam partu, vires deficiant ad enitendum. Nequit enim, sine peculiari & nouo atque insolito Dei auxilio fieri, quin mater & proles commoriātur. Ideo in repub. quoque, quando res in eo statu versantur, vt iustum & necessarium bellum sit suscipiendum, adeò tamen accisę sunt vires publicæ, & exhaustum ærarium, vt nequeat sibi pecunias, arma, annonam, machinas, viros comparare; planè in extremo periculo respublica versatur. Tum possumus hoc adagio vti; sicut vsus Rex Ezechias, cui ad resistendum Sennacheribo vires deerāt, nec diu Hierosolymam tueri poterat, nisi Deus, velut ex machinâ, præsentem se præbuisset. tum aiebat Ezechias, *venerunt filij vsque ad partum, & virtus non est pariendi.* Necessaria est eruptiò, & gestimus manum cōferre, nec tamen possumus, adeò arctè obsidemur. Procopius breuiter, *Animo vrimur, & accendimur, audientes nefandas illas blasphemias: cæterùm pœnas ab impiis illis hominibus exigere non valemus.* Sic etiam Abulensis optimè addens, ideo vindicet Deus causam suam. Possemus hoc vsurpare contra Turcas & hæreticos: possemus & deberemus. Optimè Foreirus in Isaiam inquit, [*Est Hebraïs* forma prouerbiali periphrasis, qua & summos dolores & ingentia pericula résq; penè desperatas significant. accedēte enim ad exitum fœtu, & ad arctiorē locum perueniente, orificium videlicet matricis, quod cedit vi, ac planè disrumpitur, (vnde & *fractura* nomine Hebręis significatur) maximè tunc necessarij sūt nixus, & vires parturienti, quibus deficientibus iam iam mors *exspectanda est.*]

Procopius. Abulensis. Foreirus.

Vsum adagij extendo ad superiores ciuiles vel Ecclesiasticos; quando domūs Dei zelo absumūtur, sed vanis nixi artibus, aut non bonis mediis, in ipso (vt sic dicam) puerperio sentiunt Deum subtrahere auxilium, cuius se præsidio non munierunt. Denique locus erit, quando videmus & probamus meliora, tamen abrepti passionum vehementiâ, vel pusillanimitate deiecti, deteriora sequimur, vel saltem meliora non satis ardenter & efficaciter amplecti-mur.

Vsus I.

Vsus II.

ADAGIALIA SACRA EX LIBRO PRIMO PARALIPOMENON.

ADAG. CCXII. Non in corde duplici.

EX CAP. XII. VER. XXXIII.

Non in corde duplici.

SINCERI, quod sentiunt loquentes. fusiùs explicabo *ad Psalm.* 11. *versi.* 2. paulo pòst *ver.* 38. dicet, *corde perfecto*, Hebraicè est, *corde vno*, sicut 2. *Paralipomenon* 30. 12. & *Act.* 4. 32. Cor perfectum.

ADAGIALIA SACRA EX LIBRO PARALIPOMENON SECVNDO.

ADAG. CCXIII. In exemplum.

EX CAP. VII. VER. XX.

In exemplum.

EXPLICVI suprà adag. cxxxv. ibi videte.

ADAG. CCXIV. Homo. Filius hominis.

EX CAP. XIV. VER. XI.

Homo.
Filius hominis.

SACRI libri videntur hæc adagialiter vsurpare non rarò: quãdo sicut pro robusto *virum*, vel *filium viri*: sic pro imbecillo dicunt *filium hominis*, vel *hominem*, vt hoc loco: *Domine Deus noster tu es, non præualeat contra nos homo.* Digna his temporibus oratio, quibus homines, & non viri, potentiâ mundanâ abutuntur, non in vindictam malorum, sed in oppressionem bonorum. Hebræi quando laudant, vtũtur in bonum nomine *viri* איש; vt autem miseriam, imbecillitatem, fragilitatem, insipientiam, impotentiam, aut quamlibet mentis vel corporis imperfectionem denotẽt; vsurpant vocabula אנוש vel אדם *Enos* vel *Adam*; quo sensu etiam vsurpant *filium hominis* (de quo plura *Ezech.* 2. 1.) *Ben-adam.* Gen. 11. 5. *turrim, quam ædificabant filij Adam.* Iob. 7. 17. *Quid est homo, quia magnificas eum?* & cap. 15. 14. *Quid est homo vt immaculatus sit?* & cap. 32. 13. *Deus proiecit eum, & non homo.* Psal. 4. 3. *Filij hominum vsquequò graui corde, quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?* Psal. 8. 5. *Quid est homo, quòd memor es eius? aut filius hominis, vt visites eum?* Ps. 9. 20. *exurge Domine, non confortetur homo: iudicentur gentes in conspectu tuo. Cõstitue Domine super eos legislatorẽ, & sciat gẽtes quoniam* איש אנוש אדם Filius hominis.

niam homines sunt. hoc est miseri & imbecilles, iuxta Euthymium. Sic Herodotus in *Polyhymnia. multos esse homines, paucos viros.* & Xenophō *in Hier. Viri & iam non homines.* Huc pertinent dicta veterum de hominum futilitate & vitę breuitate. Sophocli *homo vmbra & flatus:* Homero *similis caducis foliis:* Varroni *homo bulla* ex veteri adagio ὁμοφόλυξ ὁ ἄνθρωπος. Trium dicta adscribam hoc loco, vt norit homo, quid sit homo. Menander

Euthym. Herodot. Xenophō.

Sophocl. Homerus. Varro. Menāder.

τὸ δὲ κεφάλαιον τῶν λόγων, ἄνθρωπες εἶς,
εὐμίλαβελλὼθᾶτλον πρὸς ὕψος καὶ πάλιν
ταπεινότηλα ζῶν οὐδὲν λαμβάνει.
καὶ μᾶλλα δικαίως ἀσθενίστατον γὰρ ἐν
φύσει μεγίστως εἰκῇ μέστα φράγμασιν.

Caput atque summa orationis hæc: homo es;
Quo non est aliud animal vsquam, quod modò
Surgat, modò cadat citiùs atque crebriùs.
Ac iure sanè, quippè debilissimum
Cùm sit, negotia administrat maxima.

Ioannes Tzetza, more suo nonnihil verbosè, sed vtiliter, & pleno horreo ita describit humanam vitā chiliad. 10. histor. 341. primò sicut Ecclesia eam vocat vallem lacrymarum, sic ipse nuncupat fletûs solum, & reddit rationem nominis.

Ioan. Tzetza.

Vita est solum fletus.

καὶ πάσδον τοῦ κλαυθμῶνος μᾶλλον αὐτὸν
κατονομάζω,
ὡς πλήρη πόνων, συμφορῶν, ἐπηρειῶν
δ' ἀκρήτων.
Et solum fletûs quidem voco ipsam,
Vt plenam laboribus, calamitatibus,
acribus lacrymis.

Secundò vocat aleam,

Est alea.

ἀπὸ στροφῆς χάριν δὲ καὶ τῆ ἀλλεπαλλήλω
καλῶ καὶ κυβεῖαν δὲ, ὥσπερ γὰρ ὀστᾶς
κύβεις
ἄλλοτε ἄλλα βάλλονται, οὕτω καὶ ἐν
τῷ βίῳ,
ἄλλοτε ἄλλα γίνονται μεταβολαῖς
ποικίλαις.
Inæqualis versionis gratiâ, alterius
ad alterum,
Voco autem & aleam. quemadmodum enim tesseris
Aliàs alia iacuntur: sic in vitâ
Aliàs alia fiunt vicibus variis.

Est sphęra instabilis.

Tertiò dicit esse sphęrā instabilem.

καὶ σφαῖραν δὲ πολύτροπον ἐκ τῶν
ἀστάτων λέγω,
τῦ ἀστρόφου ἕνεκα καὶ τοῦ μὴ τεταγμένου.
Atque orbem versibilem ex instabilibus dico,
Continua versionis gratiâ atque inordinatæ:

Est nihil, superbiâ tumidum.

Quartò contendit esse nihil, sed tumidum superbiâ.

οὐδὲν δὲ τύφω ἔπλεον πάλιν κατονομάζω,
ὅτι σκίας καὶ καπνῦ τοῦ βίου πτοικότος,
κενοδοξίαι παύλαχῦ καὶ τύφωσις ὑπόστη
ἡμῶν ἑκάστω μηδαμῶς τοῦτο λογιζομένω.
ὡς αἱ τιμαὶ καὶ δόξαι δὲ, καὶ πᾶν λαμπρὸν τοῦ βίου,
καπνός εἰσι, λύονται σωρίδιμως εἰς
ἄερα.
χρυσὸς, ὠχρὸς πηλός ἐστιν ὑφάσμαλα
δὲ, κόνις.
ἡμῶν δὲ πάλιν ὁ καθὲς, τέφρα τὶς κοτυλαῖα.
Nihil autem superbiæ plenum, rursùs nomino.
Quod vmbrâ atque fumo vitâ existente,
Vana gloria vbique, atque elatio
quantacumque,
Nostrûm vnoquoque nequaquam id
cogitante:
Quod honores, & æstimationes, & omnis splendor vitæ,

Fu

Fumus sunt, qui fatiscunt breuiter in aërem.

Aurum, pallidum cœnum est; vestimenta autem puluis;

Nostrum autem rursùs singuli, cinis quidam vnius cotylæ.

Et superbimus, & inflamur, nec seriò cogitamus illud Sapientiæ, *sum quidem & ego mortalis homo, similis omnibus. Sap. 7. ver. 1.* nec intuemur, & vnde venerimus, & quò tendamus. Audiamus Innocentium Papam *lib. 3. de contemptu mundi cap. 1.* Verba eius sunt puniceis literis notanda in membranâ aureâ; [*Formatus est* homo de puluere, de luto, de cinere; quódque vilius est, de spurcissimo spermate; cõceptus in pruritu carnis, in feruore libidinis, in fœtore luxuriæ; quódque deterius est, in labe peccati: natus ad laborem, dolorem, timorem; quódque miserius est, ad mortem. Agit prauа, quibus offendit Deum, offendit proximũ, offendit seipsum. Agit turpia, quibus polluit famam, polluit conscientiã, polluit personam, Agit vana, quibus negligit seria, negligit vtilia, negligit necessaria. Fiet cibus ignis, qui semper ardet, & vrit inextinguibilis; esca vermis, qui semper rodit, & comedit immortalis; massa putredinis; quæ semper fœtet, & *sordet horribilis.*] hactenus Innocentius.

Innocentius.

ADAGIALIA SACRA EX LIBRO PRIMO ESDRÆ.

ADAG. CCXV.

EX CAP. IV. VER. XIV.

Salis memores.

Salis memores.

DAGIVM esse docent similes paroemiæ ethnicorũ. Notaui vsum Originem Adagio XXI. de pacto salis, & sale fœderis egi *adagio 109.* nunc addam nonnulla, licèt obuia. Nam quæ nonnullis nota, pluribus ignota sunt & inaudita. Martinus Lutherus, vt se familiarem cacodæmoni fuisse significaret, solebat dicere (teste Cochlæo) se cum illo modios aliquot salis deuorasse: tamen, dum histrio agit exorcistam, aut familiariter ab hoc suo familiari exceptus fuit; narrat Staphylus cuius ascia tunc Lutherum eripuit. Fidebat ei cum quo plus modio salis absumpserat; monente prouerbio, *Salis modium absumendum priusquam fidas*: sed improbis nec ante, nec post modium confidendum. Qui volebant olim indicare amicitiæ iura non violanda, dicebant, ἅλα καὶ τράπεζαν μὴ παραβαίνειν. *Salem & mensam non pretereunda.* & idcirco Iambographus Parius Lycomantem acriter perstrinxit, quòd salem ac mensam violasset, refert Origenes *libr. 2. contra Celsum.* Quidam Apollophanes apud Plutarchum Problemat. decade quintâ interrogatus, quinam essent, qui in veteri adagio ἅλα καὶ κύμινον, *iuxta salem & cuminum* dicerentur, respondit prouerbio summam familiaritatem significari. siquidem qui arctâ familiaritate sunt coniuncti, hi vel salem

Lutheri dictum.

Decepti à dæmone.

Salis modius consumendus priusquã fidas.

Salem & mẽsam ne prętereas.

Origenes. Plutarch. Apollophanes. Iuxta sale & cuminũ.

ſalem & cuminum ſimul cænitant, nec requirunt lautiores epulas. Cõſtat, ſale, ſalillo, & tenui ſalino parcum atque frugalem victum ſæpiùs ſignificari: ſed aduerto veteres tum vſos potiſſimùm voce lingendi, vt Cratero Diogenes reſpondit apud Laërtium, ſe malle Athenis ἅλας λείχειν, ſalem lingere, quàm apud Craterum opiparâ mensâ frui. & Plautus Curculione; Hodie apud me nunquam delinges ſalem. vel ſalinum reguſtatum digito terebrare, vt Perſius luſit. Sed Eſdras mentionem comedendi facit, Regiâ mensâ dignum apparatum ſignificãs. Moneo, ne quid ſuſpicere ſimile illi, *Sale emptum mancipium*; quo mercis vilitas denotatur.

Laërtius.

Salem lingere. Plautus.

Perſius.

Sal comedere.

Sale emptum mãcipium.

ADAG. CCXVI.

EX CAP. V. VER. V.

Oculus Dei ſuper aliquem.

SVMITVR in bonũ & in malum: in bonum ſumptum, ſignificat benignè aſpicere & re ipſa oſtendere quàm illi bene velit, ſicut Latinis eſt oculis æquis, vel non æquis aſpicere, aut reſpicere. vt hîc 1. *Eſd.* 5. 5. *oculus autem Dei factus eſt ſuper ſenes Iudæorum, & non potuerunt impedire eos.* diuina aſſiſtentia & fauor, vt excitauit ad inchoandum, iuuit vt perficerent. *Exo.* 12. 36. *Dominus autem dedit gratiam populo coram* (vel in oculis) *Ægyptijs.* fecit, vt Ægyptij illis annuerent, vt gratioſis in oculis eorum, fecit vt libenter illos audirent & viderent. *Num.* 6. 25. *oſtendat Dominus faciem ſuam tibi*, benignũ & fauentem ſe tibi præbeat, & inſtar phari præcedẽs, te dirigat. Nam Hebraicè eſt, *lucere faciat Dominus facies ſuas ad te.* Deuter. 11. 12. *quam Dominus Deus tuus ſemper inuiſit: & oculi eius in eâ ſunt à principio anni vſque ad finem eius.* Dei oculus benignè aſpiciens ſemper promiſſionis terram, cauſa eſt indefeſſæ & continuæ amœnitatis & fertilitatis eius. Noſtis vulgare dictum, *Oculus domini ſaginat equum.* Pſ. ſecundum Heb. 10. 9. *oculi eius in pauperẽ reſpiciunt.* & Pſ. 10. 8. ſecũdùm nos: *æquitatem vidit vultus eius.* Pſal. 31. 8. *firmabo ſuper te oculos meos.* & 32. 18. *oculi Domini ſuper metuentes eũ, & in eis qui ſperant ſuper miſericordia eius.* Eccl. 34. 15. *oculi Dei in diligentes ſe.* & 19. *oculi Dei ſuper timentes eum.* Ierem. 39. 11. *Pone ſuper eum oculos tuos.* In malum verò habes. Pſal. 33. 17. *vultus autem Domini ſuper facientes mala.* Iob. 7. 8. *oculi tui in me & nõ ſubſiſtam.* & 24. 23. *oculi autem eius* (Dei) *ſunt in vijs illius*, nempe peccatoris vt iudicet & puniat. *Amos* 9. 4. *ponam oculos meos ſuper eos in malum, & non in bonũ.* & v. 8. *Ecce oculi Domini Dei ſuper regnum peccans: & conterã illud à facie terræ.* Verũ iſtud rariùs eſt in malum, ſicut quod ſequitur rariùs in bono ſumitur.

EX CAP. VII. VER. VI.

ADAG. CXVII.

Manus Domini ſuper aliquẽ.

EX 1. Eſdr. 7. 6. *dedit ei rex ſecundũ manum Domini ſuper eum omnẽ petitionem eius.* Significatur fauentia Dei tanta, vt Rex Eſdræ nihil negare ſuſtineret. Vatablus; per *oculum*, fauorem & prouidentiam intelligit: *manus eſt magnus fauor, quo Deus Eſdram proſequebatur*: Caietanus, *ſermone metaphorico diuina gratia appellatur* manus Dei, *eo quòd operabatur reddẽdo Eſdram gratioſum Regi, ad obtinẽdum quidquid petiit.* Sæpiùs idem adagium contrario ſenſu accipitur. de vltione & plagâ à Deo immiſsâ, vt docui fusè ad librum Ruth. adagio clxviij. discrimen ex materiâ colligendũ. Quando ſumi-

Manus Domini ſuper eũ.

Vatablus.

Caietan.

Super pro cõtra vel cum.

tur in malũ, tũc *super* vim habet aduersatiuam pro contrà seu aduersùs: quando in bonum, idé est quòd pro vel cũ. sicut cùm dicitur 2. *Reg.* 14. 19 *Numquid manus Ioab tecum est in omnibus istis?* hoc est opera, industria, consilium. Nam respondet Thecuitis fatendo id verum esse; *ipse præcepit mihi, & ipse posuit in os ancillæ tuæ omnia verba hæc.*

ADAG. CCXV. I.

EX CAP. IX. VER. VIII.

Paxillum dare.

Paxillum vel clauum dare.

PAXILLVS siue clauus terræ aut muro infixus, firmitatis indicium est, vnde in parœmiam cessit; sicut Latinis, vt Horatio, dicitur necessitas adamantinos clauos figere. hîc 1. *Esdr.* 9. 8. *daretur nobis paxillus in loco sancto eius:* poneretur firmum & stabile domicilium in vrbe Ierusalem, vt non ampliùs expulsi ab eâ in captiuitatem & transmigrationem abducamur. Hebraicè יתד *iathad*, quod *paxillum* vel *clauum* significat vtrique Cammio, & R. Ioseph. Adagium explicant Lxx. *δοῦναι ἡμῖν στήγμα. daret nobis firmamentum.* Mendosæ sunt editiones Lyrani & Vatabli, malè diuisâ voce, *pax illius*; mendũ Caietanus correxerat, sed malè paxillum retulit ad modicum momentum; potiùs enim significat tempus diuturnum. Ideo Vatablus ait; *paxillum*; id est sedes certas, fixas, stabiles ac permanentes. solent enim, qui certas & quietas sedes incolunt, paxillos in parietibus figere, & ex illis dependere vestes, & cętera huiusmodi. Non carpo; sed arbitror etiam aliò referri. Nam qui papiliones seu tabernacula (cõuentioni huic a transmigratione viâ tam longâ redeuntibus statuũt, eos tensis funiculis dilatant, & paxillis in solo defixis firmant stabiliúntque: ne vento ingruente deiiciantur, vel aliò abripiantur. Paret quod dixi ex *Isai.* 33. 20. *oculi tui videbunt Ierusalem, habitationem opulentam: tabernaculum, quod nequaquã transferri poterit: nec auferentur claui eius in sempiternum, & omnes funiculi eius non rumpentur.* Belgæ vno verbo vocant, *nagelvast.* Idem Propheta *cap.* 54. 2. *dilata locum tentorij tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende, ne parcas: longos fac funiculos tuos, & clauos tuos consolida.* & cap. 22. 23. *Et figam illum paxillum in loco fideli: & erit in solium gloriæ domui patris eius.* hoc est firmabo regnum eius. Contrarium significat auferre paxillum, quo vtitur idem Isaias. 22. 25. *auferetur paxillus, qui fixus fuerat in loco fideli: & frangetur, & cadet, & peribit, quod pependerat in eo.* Quod quidam, meâ sententiâ, non satis penetrant, explicantes; nihil illi integrum remanebit, etiam minima confringentur. quo sensu capitur adagium Luciani, *μηδὲ πάσσαλον καταλιπεῖν. nec paxillum relinquere.* Notatum quidem fuit Ariæ Montano in Ioseph, paxilli nomine minimum vtensile significari, & probatum *ex Zachar.* 10. *& Ezech.* 15. locis; sed aliam esse mentem locorum illorum alibi ostendam: & perspicuè *Isaiæ d. v.* 25. Sobnã scribam significat, sic appellans, quòd ab eo tota domus regia pendere videretur; & quia Sobna cõfidebat, hanc regis gratiam sibi perennem fore; verùm, quia spes aulicæ reuerâ sunt vanissimæ, ipse gratia & dignitate deturbatus vidit successorem Eliacim. Metaphora igitur illic non à paruitate, sed ab vsu paxilli desumpta fuit; quoniam à paxillis multa pendere solita: quò respexit etiam Ezechiel *d. cap.* 15. 3.

Horatius.

Paxillum auferre.

יתד

Moses Kimhi. Dauid Kimhi R. Ioseph Liranus. Vatablus. Caietan.

Lucianus.

Nec paxillum relinquere. Arias.

Metaphora explicata.

Nam

Numquid tolletur de eâ lignum, vt fiat opus; aut fabricabitur de eâ paxillus, vt dependeat in eo quodcumque vas? Sumitur etiam metaphora à paxilli malleo fortiter infixi firmitate, cui potentiam suam Sobna similem arbitrabatur. Apud Zachariam denique *cap.*10. 4. *Ex ipso angulus, ex ipso paxillus, ex ipso arcus prælij*, &c. non opponitur *paxillus* maioribus vasis, immò nec angulo; sed CHRISTVS dicitur futurus simul & angulus & paxillus; angulus, quia ipse rex & lapis angularis: paxillus, quia spes & conseruatio nostra ab illo dependet. Lege Fran. Riberam ibi. de *paxillo* plura dicentem *Isaiæ* 22. *ver.* 23.

ADAG. CCXIX.

IBIDEM VER. IX.

Sepem dare.

Sepem dare.

DE custodiâ & protectione facer sermo vsurpat, hoc v. 9. *daret nobis sepem in Iudâ, & in Ierusalem.* Hebr. *Gader.* גדר Punicè *Gadir.* hinc corrigenda editio Plinij vltima anni. 1599. in qua legitur, de Tartesso; *Pœni Gadir, ita Punica linguâ septem significante: lib.* 4. *ca.* 22. corrige *septum*, vel *sepem* res nota ex Autore, Plinius.

Autenus.

Barbara quinetiam Gades hanc lingua frequentat.
Pœnus quippe locum Gadir vocat vndique septum.

& frustrà est Eustathius, qui voci Barbaricæ Græcam quærit etymologiam. Γαδ ειρα quasi γῆς δειρά, *terræ cervix.* Olim in Solino reposui *cap.*26. *Pœni suâ linguâ Gaddir, id est sepem, nominarunt.* Notum est arcanis notis, *sepis* voce securitatem & defensionem à noxiis significari. quia sepes ab agris & hortis feras & fures arcent. *Isai.* 5. 2. de vineâ electâ, *sepiuit eam.* Matth. 21. 33. & *sepem circumdedit ei.* & quia *vbi non est sepes diripietur possessio*, *Eccli.* 36. 27. ideo quãdo sacra Scriptura vult dicere, rempub. vel populum periculo exponendum & direptioni relinquendum, ait auferre vel destruere sepem. *Psal.* 88. 41. *destruxisti omnes sepes eius.* Isai. 5. 5. *auferam sepem eius, & erit in direptionem.* Ezechiel, 38. 20. *subuertentur montes, & cadent sepes, & omnis murus corruet in terram.* hoc est, sublatis omnibus præsidiis, & munimentis, nihil vspiam tutum manebit.

Eustathius.

Solinus.

Sepé auferre vel destruere.

Plinius.

ADAGIALIA SACRA EX ESDRÆ LIBRO SECVNDO qui & NEHEMIAS.

ADAG. CCXX.

EX CAP. XII. VER. IX.

Ad extrema cœli.

Ad extrema cœli.

SIGNIFICATVR locus maximè distans & remotus. Hisp. *al cabo del mundo.* ait Deus; *d. v. 9. etiamsi abducti fueritis ad extrema cœli, inde congregabo vos, & reducam.* Vatablus: *in regionem remotissimam, qua videatur contingere cœlum ipsum. Nam finitor siue horizon nostri hemisphærij videtur contingere eam regionẽ, quam termis-*

Vatablus.

Sub alio Sole.

Virgilius.

Sub alio sole.

nat. simpliciùs dicas, *ad extrema mundi.* Latini dicerent, *sub alio sole.*

Virgilius.

Virgilius;

Atque alio patriam quærunt sub sole iacentem.

Horatius.

Horatius, ——*quid terras alio calentes*
Sole mutamus?

Seneca.

Seneca pluribus;

——*nefandos diuidat vastum mare,*
Diuinásque tellus abdita, & quisquis sub hoc
Inalia versus sydera, & solẽ auiũ
Dependet orbis——

ADAG. CCXXI.

EX CAP. IV. VER. II.

Lapides in puluerem redactos reædificare.

Lapides in puluerem redactos reædificare.

VSVRPANT indicandæ rei impossibili. *d. v.* 2. *Numquid adsicare poterunt lapides de acernis pulueris, qui combusti sunt?* combustorum enim lapidum puluis nimis aridus est, nec misceri potest in nouos lateres, vel silices, vel saxa qualia priùs fuerant. Hebraicè, *numquid viuificabunt.* LXX. ἰάσονται *sanabunt.* pristinæ formæ, & integritati reddent. Tale Græcorum, ἐκ τῆς ψάμμου χοινίκιον πλέκειν. *ex arenâ funiculum plectere.* Vti possumus adagio, quando res aliqua vel disceptatio in nimis minutas partes & λεπτολογήματα fuit deducta; sic enim nobis præit Iunius Columella *prin. lib.* 10. *Nam etsi multa sunt eius quasi membra, de quibus aliquid possumus effari: tamen eadem tam exigua sunt, vt (quod aiunt Graeci) ex incomprehensibili paruitate arena funis effici non possit.*

Vsus.

Columella.

ADAGIALIA SACRA EX LIBRO TOBIÆ.

ADAG. CCXXII.

EX CAP. III. VER. XXII.

Tranquillũ post tempestatem.

Tranquillum post tempestatem.

DE vicissitate bonorum & malorum in hac vitâ, & succedentibus sibi afflictionibus consolationibúsque parœmia est, ab anni tempestatũ vicissitudine desumpta, in Tobiæ senioris verbis *cap.* 3. 20. *post tempestatem tranquillum facis.* nam idipsum explicans subdit, *& post lachrymationem & fletum, exultationem infundis.* quia & ibi est exegeticum. Totum hoc deest hodie in Græcâ editione: tamen inde patet, quod contendi digressione secunda de inferno, nostrum meliora nactum exemplaria, quod inuenit, fideliter exhibuisse: & sacræ Scripturæ partem esse, quicquid posuit, licèt in Græcis codicibus id desit. Celebre semper adagium fuit, quo vel solus Pindarus ter vsus inuenitur: Theocritus,

Græca editio Tobiæ mutila est.

Pindarus. Theodocritus.

χὠ Ζεὺς ἄλλοκα μὲν πίλναι αἰθρίας,
ἄλλοκα δ' ὖσαι.

Nunc Iuppiter claro fulget æthere,
nunc verò pluit.

Elegantissimè Romanæ lyræ fidicen modulatur,

Non

Non semper imbres nubibus hispidos
Manãt in agros, aut mare Caspium
Vexant inæquales procellæ
Vsque: nec Armeniis in oris,
Amice Valgi, stat glacies iners
Menseis per omneis, aut aquilonibus
Querceta Gargani laborant,
Et foliis viduantur orni.

Quid ornatius vel tenerius queat addi? multa de humanarum rerum variatione, & celeri fortunarum commutatione memini me scribere comment. & aduersariis in Senecæ Thyestem *v.*536.& 597. bene noster in orchestrâ,

Senecæ.

Nulla fori longa est dolor & voluptas
Inuicem cedunt. Breuior voluptas,
Ima permutat breuis hora summis.

Optimo itaque iure subiungit;

Nemo confidat nimiùm secundis:
Nemo desperet meliora, lapsus.
Res Deus nostras celeri citatas
Turbine versat.

Cæterùm ad Tobiæ verba fortassis S. Cyprianus respexit *lib. de lapsis in prin.* scribens; *Pax, ecce, dilectissimi fratres, Ecclesiæ reddita est: & quod difficile nuper incredulis, ac perfidis impossibile videbatur, ope atque vltione diuinâ securitas nostra reparata est. In lætitiam mentes redeunt, & tempestate pressura, ac nube & caligine discussâ, tranquillitas ac serenitas resulserunt.* Hæc adiici possunt iis, quæ hoc loco Nicolaus Serarius erudito suo commentario notauit, docens proprium Dei esse opus, omnem ab oculis suorum lacrymam abstergere, vulnerare & mederi, percutere & eâdem manu sanare: vt hîc quoque locum habeat quod poëtæ de Telephi vulnere & Achillis hastâ cecinerunt.

Cyprianus.

Serarius.

EX CAP. VI. VER. XVII.

ADAG. CCXXII

Sicut equus & mulus.

Sicut equus & mulus.

PARŒMIA hoc loco est de coniugibus, qui effœni cupidine, & sine vllâ sobolis curâ matrimonij opus exercent. De equo res expedita, & sic capiunt, quotquot legere mihi contigit. Equus enim animal est impotenter in venerem ruens, & ideo Ægyptiorum sacræ sculpturæ equi charactere libidinosos notabant, & ἀκρατεῖς, & ἀκρατορμήτους tales vocabant. Lege Pierium *lib. 4. Hierog. ca. meretricia procacitas*: & Serar. hîc *cõmentar. 9. Eze.* 23.20. *sicut fluxus equorum, fluxus eorum.* nullo discrimine loci, temporis, sexûs. Plura dicã Ierem. 5.8. ibi; *Equi amatores, & emissarij facti sunt.*

De equo.

Pierius.

Serarius.

Mulus hîc additur, non quòd equo sit vel in hoc impetu & furore comparandus; sed quia stolidum & stupidum animal equi hinnitum & furias imitatur, & frustrà in equas & asinas salire conatur, cùm sit naturâ sterilis, & symbolum infœcunditatis. Vide Pierium *lib.* 12. Significat igitur eum, qui nullâ spe vel desiderio prolis veneri nauat, quales veteribus salices frugiperdæ nuncupabantur. Indicat Angelus in eos Asmodæo multùm licere, qui luxuriæ tantùm causâ cum vxoribus solent. Vera hæc loci huius est explicatio. Metuebat enim Tobias iunior Saram cognatam capere in vxorem, eo quòd septem viros, quibus tradita fuerat, alastor ille necauerat. Metum hunc vt ei adimat, Raphaël respondet: *Audi me, & ostendam tibi, quibus prænalere potest dæmonium. His namq; qui coniugiũ ita suscipiunt, vt Deũ à se, & à mente suâ excludãt; & suæ libidini ita vacent sicut equus*

Mulus.

Salix frugiperda.

& mulus, quibus non est intellectus; habet potestatem dæmonium super eos. qui nolunt attendere vel aduertere cur Deus hunc naturæ stimulum indiderit, & quem matrimonio finem præscripserit.

II. Praxis adagij.

Allusit haud dubiè Angelus ad locum Dauidis *Psal.* 31. *v.* 9. *Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus.* paulò aliter vtens. nam Dauid non agebat de libidinis furore, sed de pertinaci contumaciâ, quæ rectè monêtes spernit, & Dei præcepta contemnit, & idcirco plagis castiganda, & malis edomanda est, vt quod non vult spõte, metu & coactione perficiat, vt rectè S. Basilius, Augustinus, & alij illic. quam esse germanam explicationem docet quod additum de camo & freno, quibus iumẽtorum ferocia compesci, & castigari cõsueuit, cùm imperium recusant: & sic sacra Scriptura solet cami mentione vti, quæ hîc subditur, *in camo & freno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te.* & superbissimo Assyriorum tyranno dicit Dominus 4. *Reg.* 19. 28. *Insanisti in me, & superbia tua ascendit in aures meas: ponam itaque circulum in naribus tuis, & camum in labiis tuis, & reducam te in viam per quam veniſti.* Prouerb. 26. 3. *Flagellum equo, & camus asino, & virga in dorso imprudentium.* Cassiodorus videtur ad stultitiam restringere, quod non placet. Remigij expositio de his qui viribus naturæ nimiùm tribuunt (Pelagianos innuit) mystica est. Euthymij scholium *ad d. v.* 9. meliùs conuenit verbis angeli, quàm Dauidis; & quia Tobiæ loco conuenit, adscribam: *Nolite* (inquit) *amore mulierũ furere, velut infrenes equi: nec ad virtutem infructuosi fieri, vt muli. Illi quid bonum, aut quid malum; quid honestum, aut quid turpe sit, ignorant: quia ratione, vt vos, donati non sunt. Equi præterea hinniunt ad voluptates, & muli semina virtutis nulla concipiunt, nec fructum aliquem producunt.* Puto in illo Tobiæ sic ambo simul iungenda; vt libidinis impetus væcors, & ex malitiâ operantis ad frugem inutilis simul intelligatur. Istud autem Dauidis puto vel vtrumque simul de contumaciâ & neglectu vtilium accipiendum, (vt nonnulli patres videntur ambo coniungere, & de hac re non iniucunda Philo Iudæus lib. de agricultura circa medium:) vel, si iuuat diuisim accipere, duo suaderi. Vnum, ne simus inobedientes & feroces, vt equi indomiti: alterum, ne simus stolidi & insensati, sicut asinorum & equarum filij muli. Scitis in væcordes dicterium iaci, quo *Muli* vocantur. Catullus,

Mule, nihil sentis.

Verè væcordes muli, qui Deum aspernantes, mundum, & dæmonem insessores ferunt. Lege D. Gregorium *in d. psalm.* 31. Rufinum & Innocentium; ex quibus disces etiam per *mulum* significari ingratos, quia mulus generatur, sed non generat. Item tardos & pigros.

Basilius. Augustin.

Philo.

Mulus.

Cassiodori.

Remigius.

Euthym.

ADAGIALIA SACRA EX LIBRO IVDITH.

ADAG. CCXXIV. EX CAP. I. VER. XI.

Vno animo. *Vno animo.*

Vide sup. Adag. 153.

ADAG. CCXXV. EX CAP. VII. VER. XVIII.

Vna voce. *Vna voce.*

Lege Adag. 153.

ADAG. CCXXVI. EX CAP. IX. VER. XIII.

Labia charitatis. *Labia charitatis.*

CHaritas ponitur non pro virtute, sed pro dilectione verbis mellitis & fraudulentis prætentâ, compositis ad inescandum vel irretiendum alium. Vno verbo; *Labia charitatis*, sunt sermones amatorij, simillimi fistulæ aucupis, quâ dulce canit, vt volucres capiat; simillimi pharmacis, de quibus Lucretius; Lucret.

——Veluti pueris absynthia tetra medentes
Cùm dare conantur, priùs oras pocula circum
Contingunt dulci mellis flauoq; liquore.

Sed medici id ex charitate verâ,
Vt puerorum ætas improuida ludificetur
Labrorum tenus: interea perpotet amarum
Absynthi laticem, deceptáque non capiatur:
Sed potiùs tali facto recreata valescat.

Contrà mulierculæ, quibus linguæ in melle sitæ, labiorum propinant laticem; qui haurienti auribus supra fauum dulcis, sed cor credulum peruadit & sauciat, labrorum tenùs recreans, felle cor inebrians, & deceptos illaqueans; vt bouem ad victimam tandem adducit. Exstat adagium in Iudithæ fœminæ sanctissimæ verbis; *Fac Domine, vt gladio proprio eius superbia amputetur: capiatur laqueo oculorum suorum in me, & percutiet eum ex labiis charitatis meæ. Iud. 9. 13.* Quo pacto vocat *charitatis*, cui nihil magis contrarium, quàm mens per deceptionem perimendi? multa se hîc offerant acuminum amatoribus: mihi in sacræ Scriptur. elucidatione, quod didici à doctore meo, magno Maldonato, simplicitas sobria semper placuit. Tueor nostram lectionem, quia Græci codices dissident. quidam habent χειλέων ἀγάπης, alij χειλέων ἀπάτης. Priorem lectionem ex Chaldæo D. Hieronymus secutus: posteriorem inuexerunt, qui priorem non intelligebant, & ideo maluerunt vertere, *labia doli.* Talia re fuerunt, sed Iudith, ad id quod simulabat, attendens, vocauit *labia charitatis*, respectu Holofernis, cuius animæ expe- Hierony.

diebat citò à corpore absolui priùs quàm plura mala cõmitteret, quem etiã blandis verbis vt amicũ tractabat: respectu Dei, cuius zelum zelabat: respectu patriæ, cui de interitu tyranni salus parabatur. Verè labia charitatis erant, & qualia sponsæ similia virtæ coccineæ. Alibi hoc adagium non reperio, multa tamen apud gentiles non dissimilia comperio, si deceptionem spectemus, & illud ἀπάτης: vt sunt,

Ne verba pro efcis. μὴ λόγους ἀντ' ἀλφίτων, *Ne verba pro escis.* Ne beneficium verbis, sed re præsta. Quia peculium pecuniâ non dictis augetur. Hispanis, *obras son amores, y no palabras.* Talis ille

Homerus. fictus amicus Homericus, in Odysseâ, qui

Vsus. I. *cùm aliud mente versaret, animum mellitis dictis lenibat,*

——θέλγε δὲ θυμὸν
μειλιχίοις ἐπέεσι, νόος δέ οἱ ἄλλα μενοινᾶ.

II. *Mellita dicta* vocat quæ noster *labia charitatis.* Tales qui corãm bene precantur, à tergo ciconiæ pinsunt, & mala moliuntur,

οἵτ' ἐῢ μὲν ζάλωσι, κακῶς δ' ὄπιθεν φρονέωσι.

Theogni. Docti illud Theognidis,

ἀλλὰ δόκει μοὶ πᾶσιν δὴ γλώσσας φίλες εἶ).
χρῆμα δὲ συμμίξης μηδενὶ μηδ' ὁτιῶν.

Hoc est interprete Roterodamo,

Sic facito, vt linguâ cunctis videaris amicus:
At factis cuiquam te cave miscueris.

Sic igitur Iudith vafrè, sed iustè, vbi non erat locus palàm nocendi, dolum parabat in hostem: vnâ panem porrigebat manu, alterâ lapidem in hunc canem gerebat iactura. Serarius. Noster Serarius sic interpretatur: [*Labia charitatis* vocantur, è quibus verborum χάριτες quædam, siue iucunda orationis gratia existit. Vnde & qui auribus aliquid dant, aliísque grata proferunt, ij apud Athenæũ χαριτογλωττοῦντες, ab aliis quibusdam *aretalogi* vocantur. Quia verò huiusmodi orationis melle grauiter ſæpè auditorem fallunt, idcirco in Græco dicuntur, χείλη ἀπάτης, *labia fraudis*, siue vt in *Psalm.* 11.16. 30. *labia dolosa.*] Libentior assentirer si Chaldaicè verbum fuisse scirem, quod contrarias significationes *charitatis* & *fraudis* patereturalioqui, si noster de verbo expressit (vt verisimile) dicendum Græcum ἀπάτης mendosum, vel qui sic Græcè transtulit, se menti non verbis aptasse. Nec idem planè ἀγάπη καὶ χάρις: nec hoc loco Græcè istud, sed illud legebatur: dubium quoque Grammaticis, an charitas à Græco fonte manet, & an caritas dicenda.

χαριτογλωττοῦντες. aretalogi.

EX CAP. XVI. VER. VIII.

ADAG. CCXXVII. Filij Titã.

Filij Titan.

υἱοὶ τιτάνων.

HEbraismus, pro, *ipsi Titanes.* Sapit adagium, de robustis & inuictis hominibus. Nomina gigantum, & Titanum diuersa sunt (vt docui digressione. 2.) sæpè tamen confunduntur. Vtrique enim fuerunt immanissimi. De his Athenagoræ in legatione verba dedi comment. in Herc. Oetæum ver. 144. vbi etiam monui sic à Iuditha Titanis nomen vsurpari, sicut postea Seneca sumpsit, loquens de Hercule,

Athenagoras. Seneca.

Nũ Titana ferum te Rhodope tulit?

Ab his nata duo adagia, *Titanius vultus*, pro tetrico, superbo, toruo, & crudeli: & *Titanas inuocas*, quando tenuiores auxilium potentiorum

Titanius vultus.

rum atque robustiorum adhibent. Meo iudicio dicetur optimè, de clericis qui laicorum sæculare brachium implorant. Si quæras an Chaldaicè Iudith *Titanas* nominarit, certi nihil respondebo. Tamen propendeo, id à D. Hieronymo, & à Græco interprete, pro RAPHAIM vel simili, substitutum. Vt putem mouet me D. Hieronymus, qui *in Amos* 5. 8. docet, interpretes tam LXX. quàm alios subinde Hebræa nomina, quæ apud Hebræos aliter appellantur, vocabulis fabularum gentilium in nostram linguam transferre: non quòd fabulas narrent, aut approbent: sed quoniam gentiles neophyti quæ dicebantur, non facilè intellecturi erant, nisi per vocabula quæ vsu imbiberant. Sic *Tiren.* 4. 3. noster *Lamias* vertit. & *Iob. vlt.* 14. LXX. reddunt, *cornu Amaltheæ.* Sic alibi noster *Arcturum*, & *Orionem.* Sic hoc loco *Titanum filios.* per patrum ingenium indicat indolem filiorum.

Hieron.

Regula de fabulis Gentilium quas tăgit Sac. Scrip.

Lamiæ. Cornu Amaltheæ.

ADAG. CCXX VIII. Anathema obliuionis.

IBIDEM VERS. XXIII.

Anathema obliuionis.

Aristophanes. Campus obliuionis. Tullius. ἀμνηστία.

APVD Aristophanem reperio λήθης πεδίον, *obliuionis campum.* Tullius laudat legem ἀμνηστίας de præteritarum iniuriarum vltrò citróque illatarum obliuione, Athenis à Thrasybulo latam. Sic licet capere, quod hîc decerpsi; quo vti poterimus quando donarium aliquod, pace post diuturnum vel periculosum bellum reddita, Deo dedicamus. Bella, pestilitas, fames, sunt velut arma, quæ Deus impiis in scelerum vindictam infert. Itaque per hostes, quos immisit, Deus cum hominibus quodammodo præliatur. Cùm verò victoriam suis concedit, tum indicat se illis reconciliatum, & sibi vindictâ satisfactum fuisse. Sancta Iudith non ignorans propter populi peccata hæc Deum supplicia sumpsisse; postea cæso hostium imperatore, exercitu profligato, soluta obsidione, patriâ Bethuliâ liberatâ; meritò spem animo concepit propitiatæ diuinæ clementiæ, & iam Deum cum irâ præteritorum quoque delictorum omnem memoriam abiecisse. Huius fiduciæ suæ trophæum, statuit hoc *anathema obliuionis*, de quo nunc agimus; vt narrat Sacer historicus his verbis, Iudith 16. 23. *Porro Iudith vniuersa vasa bellica Holofernis, quæ dedit illi populus, & conopæum quod ipsa sustulerat de cubili ipsius, obtulit in anathema obliuionis. d. ver.* 23. Vbi duo sunt satis manifesta. Primò hæc omnia trophæi more simul in templo collocasse, sicut soliti non Gentiles modò Marti, Palladi, Ioui triumphali; sed & Iudæi. Nam Dauid gladium Goliæ fortassis vero Deo in tabernaculo reponendum obtulerat, vt patet ex 1. *Reg.* 21. 9. reseruatis sibi reliquis armis eius. 2. *Reg.* 17. 54 & licèt gladium obtulerat, non tamen in anathema obtulerat, alioqui eius vsum sibi iterum non vsurpasset. Plus fecit Iudith, nam obtulit in anathema. Secundò constat Iuditham hæc humano vsui planè exemisse, ideo anathema vocatur. Solebant enim Hebræi deuota Deo spolia hostium vel planè incendio absumere; vel partem Deo reseruare. Vt factum prædæ Hierichuntinæ; de qua quicquid auri & argenti fuit,

Iudæi arma victorum Deo dicabant. Oblatio in anathema.

& vasorum æris ac ferri, id fuit Domino consecratum, & repositum in Dei thesauris; cætera igne consumpta. Iosue 6. à vers. 18. Sic etiam templo futuro Dauid aurum, argentum, & æs Syrorum, quos vicerat, seposuit. 2. *Reg.* 8. 11. Sed dubium est cur donum, vocarit *anathema obliuionis*: maximè quia Græcè tantùm legitur ἀνάθημα τῷ κυρίῳ ἔδωκε, quod vertunt, *in obliuionem Domino dedit*. Vir eruditus suspicabatur ex Græco contextu, in Latino redundare vocabulum *obliuionis*. Cur hoc ex Græco suspicatur? quia non ἀνάθεμα sed ἀνάθημα scriptum. Quia hîc de dono agitur, donum verò dicitur ἀνάθημα; non agitur autem da execratione, quæ vocatur ἀνάθεμα. Præterea, potiùs quàm obliuioni, memoriæ consultum ibat, sicut in libro Numerorum simile quid narratur *cap.* 31. vbi Principes & Chiliarchæ obtentæ à Deo victoriæ nomine, numini gratitudinis gratiâ, donarium de prædâ offerunt, & Moyses ac Eleazar *susceptum intulerunt in tabernaculum testimonij, in monimentum filiorum Israël coram Domino.* ver. 54. vbi Græcè habetur μνημόσυνον. Sed hoc tantùm probat illud in Numeris fuisse memoriale monimentum. Largiar ampliùs. Istud Iudithæ fuit quoque μνημόσυνον τῆς εὐχαριστίας. Hanc ipsam tamen animi gratitudinem aliter mulier fortis expressit; inscribens trophæo, vel appellans *Donarium obliuionis*, quasi diceret μνημόσυνον seu ἀνάθημα τῆς ἀμνησίας κυρίῳ. qui super peccatis nostris iam propitiatus, illorum ampliùs non recordabitur. Cùm adspexerit hoc donarium, ponet iram, ne nos propter illa quoque peccata vetera pergat punire. Sic iris cælestis *Gen.* 9. vocatur arcus fœderis Dei cum hominibus initi; quo viso, Deus recordabitur initi fœderis de non perdendo aquis ampliùs mundo; & testimonio hominibus est; Deum mûdò reconciliatum, & oblitum (quo ad hanc pœnam) scelerum ante diluuium commissorum: & quo ad hanc obliuionem, posset ille arcus dici *arcus obliuionis*, licet quoad recordationem pacti sit signum, μνημόσυνον seu memoriale fœderis à Deo initi. Deinde licèt Budæus non malè tradiderit discrimen illud inter ἀνάθεμα καὶ ἀνάθημα: non valdè solidum est, certè non perpetuum. Nam B. Chrysostomus, & Photius in epistol. ad Rom. cap. 2. ea pro iisdem habent. Quod enim Deo consecratum *Levit.* 27. *vers.* 28. *& sequen.* Lxx. vocant ἀνάθημα: & B. Lucas de donis ornatui templi oblatis dicit ἀναθήμασι. *Actor.* 21. *cap.* 5. hoc in D. Pauli Epistolis semper ἀνάθεμα scriptum reperias. Quid? quod hoc loco Iudithæ libri Aldini, & alij multi codices habent ἀνάθεμα? Discrimen ergo ι, & η nimis est exile, ac tenue, vt propter illud versionem nostram deseramus, vel lectionem receptam repudiemus, & *obliuionis* vocem explodamus. Potiùs contenderim ex Græco codice vocem λήθης excidisse. Tum quia diuini codices Latini Græcis sunt emendatiores: tum quia D. Hieronymus hoc opere secutus fuit Chaldæum exemplar, non Græcum; in quo id fuisse cur Hieronymo vertenti non credamus? Nusquam enim dicit se aliquid illi adiecisse; sed *multorum codicum varietatem vitiosissimam amputasse, eáque sola quæ intelligentiâ integrâ in verbis Chaldæis inuenire potuit, Latinis expressisse.* Vocem *obliuionis* Latinè expressit: plenâ igitur intelligentiâ illam in verbis Chal

Cur obliuionis.

Opinio quædam.

Chrysost. Photius. ἀνάθεμα & ἀνάθημα sæpe confunduntur.

D. Hiero. In prolo. Gen.

Memoriæ monimentum.

μνημόσυνον τῆς εὐχαριστίας.

Obliuionis donarium.

Arcus fœderis.

Chaldaicis reperit. Igitur è Græcis libris intercidit, vel ab interprete Græco perperam fuit prætermissa. Bene, bene, quod tandem fatetur vir doctus retinendum. Restat quo pacto sit intelligendum, vult vocari *Obliuionis*, quia facit contra obliuionem: quod monimentorum omnium proprium est. Si hoc satis lene, & amicum contextui, tum certè meliùs, iuxta ipsorum discrimen, legetur ἀνάθεμα. Emmanuel Sa vult *obliuionis* idem esse, quod prosperi successus, quia prosperâ malorum adferunt obliuionem. Liranus multa miscuit verbis non multis; obtulit *Sacerdotibus, vt de cætero nullus vteretur eis: sed seruarentur in loco cultûs diuini ad memoriam beneficij.* rectè vidit simul fuisse donum & חרם *Cherem*, separatum seu exemptum vsui humano, & relictum in templo in μνημόσυνον: & sic videtur etiam per ἀντίφρασιν accipere, obliuionis, pro contra obliuionem. Sed refert ad obliuionem hominum: ego ad obliuionem Dei retuli. Certè placet vtrumque iungi, anathema obliuionis respectu Dei, vt fusè explicui, quoad peccata & pœnam; & simul anathema obliuionis, respectu hominum, quoad beneficium à Deo acceptum.

Sententiæ de nominis ratione.

I. Authoris.

I. Emm. Sa.

II. Liranus.

ADAGIALIA SACRA EX LIBRO ESTHER.

ADAG. CCXXIX.

EX CAPITE XIV.

VERSV XI.

Qui non sunt.

Qui non sunt.

DEI proprium est esse. ideo se Hebraicè vocat, *Ero qui ero, Exod.* 3. 14. Falsorum Numinum proprium non esse; quia sunt mendacium, vero contrarium. Quod autem vero contrarium est, potiùs non est, quàm est. Vnde D. Basilius *lib.* 2. *contra Eunomium*, & S. Hieronymus *in capite* 1. *ad Galat.* docent hoc nomine contemelioso; *qui non sunt*, idola significari; quod placuit etiam Serario nostro, *Comment. in Esth. fol.* 503. Nihilominùs alij censent sic vocari gentiles, qui dicantur non existere, eò quod veri Dei cognitione carebant; in qua vera vita & beatitudo sita: vt *non esse*, sit idem quod infelicem esse, quemadmodum dicunt Comici, *nullus sum*, pro valdè infœlix sum, oppidò perij. iidem volunt Iudæos dici IEHVH יהוה id est, existentes, quia iuxta Dauidem *Psal.* 75. Notus in Iudæâ Deus. Et sic dici *Ioan.* 17. *ver.* 3. *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum.* Lege Fran. Riber. *Osee* 1 *num.* 77. Hi

I. Sem.

Basilius. Victorin.

Serarius.

II. Non esse.

Iehudai quid.

Ribera.

ergo *esse* non interpretantur existere, sed beatè existere & fæliciter viuere, & propter hanc incommutabilem beatitudinem volunt Deum dicere, *Sum, qui sum. Exod.* 3. 14. Mihi prior explicatio magis literalis visa. Primariò idola vocantur *qui non sunt:* Secundariò & Metonymicè etiam eorum cultores. Quid si dicamus *idola* vocari qui non sunt; subaudiendo Deus, quod volunt videri esse: tunc adagialiter conuitium ad omnes pertineret, qui malunt aliquid videri esse, quàm esse; vt boni, sancti, docti, &c.

III. Sententia.

Praxis.

Typographus lectori.

VAcuum hoc à nobis interiectum prima editione, etiam hac ſecunda inſertum eſt, quanquam recuperata ſunt quæ antè deſiderabantur: ſed conſultò lectorem ad ſecundum tomum remittimus, in quo iacturam quam factam verebamur, reſarciat.

ADAGIALIA EX PROPHETIA ISAIÆ.

ADAG DCL XXXIV Vmbraculum in vinea & tugurium in cucumerio. Vsus.

EX CAP. I. VER. VIII.

VMBRACVLVM IN VINEA, & TVGVRIVM IN CVCVMERARIO.

VSVM adagij docet ipse CHRISTVS Dominus, alludens ad hunc locum, *relinquetur domus vestra deserta. Matth.* 23. *versi.* 38. quasi diceret, implebitur breui prophetia Isaiæ. qua prædixerat c. 1. *Terra vestra deserta*, &c. aliquot enim cõparationibus elegãtissimis declarat desolandam, vastandam, comburendam, & solo æquandam Hierosolymam. Primò non fore ampliùs vineam electã (vt olim) cuius custos ipse Dominus, & ideo tunc florebat, & colebatur, *infer. c. 5. & Psal.* 79. 9. & 120. 4. sed fore vilè ac derelictam, sicut vmbraculum *succah* סכה, seu teges, in quo ante vindemiam custos vineæ degebat, vindemiâ peractâ solet deseri & negligi. Neque id tantùm, sed etiam incendio absumendam, sicut solent in cucumerario מקשה *miqschah*, tuguriola speculatorum seu custodum, lectis & ablaris fructib. succendi aut negligi & deseri dum per se corruant. Nam in Palæstinâ regione calidâ, solebant peponum, melonum, citrulorum, cucurbitarum (quæ cuncta *cucumerum* nomine comprehendit) agri consiti haberi; & feris ac furibus arcendis, & nocturni aëris frigore, ad diurnos verò solos fallendos hortolani sibi tuguriola constituebant ex ramis frondosis, culmis, cannísque. LXX. σκηνὴ ἐν ἀμπελῶνι, *tabernaculum in vineâ*. & ὀπωροφυλάκιον ἐν σικυηράτῳ, *& pomorum custodia in cucumerario.* In S. Basilio hodie exstat, σικυήλατον, & explicatur, τόπος καρποὺς ἔχων ὀλιγοχρονίων καρπῶν εἰς ἡδονάς, τέρψιν τινὰ μᾶλλον, ἢ ὠφέλειαν παρεχομένων. *locus ferens fructus fugaces & parùm diuturnos: plus aliquanto delectationis quàm vtilitatis exhibentium.* Idem ὀπωροφυλάκιον explicat *custodiam teneriorum fructuum. custodiarium* vertunt Tertullian. *lib. aduersus Iudæos cap.* 3. Irenęi interpres *lib.* 4. *cap.* 8. & Cyprianus *lib.* 1. *contra Iudæos cap.* 6. & Augustin. *dialo. de altercatione Eccl. & Synagogæ.* Iuxta quos & Origenem, Basilium, Cyrillum, Eusebiũ, Chrysostomum, cæteros Patres & Caietanum prædicitur ipsa Hierusalem sic desolanda, vastandáque, non verò ipsa mansura salua, licèt afflicta; quod Vatablo, Mõtano, Osorio; & aliis recentioribus, sine idoneâ ratione temereque placuit. *Vide infer. adag.* 979.

Basilius.

Tertullia. Irenæi interpres. Cyprian. Augustin. Origenes. Basilius. Cyrillus. Eusebius. Chrysost. aiecan°. Vatablus. Mõtanus. Osorius.

ADAG. DCL XXXV.

EX EODEM CAP. I. VERS. X.

Principes Sodomorũ, & populus Gomorrhæ.

PRINCIPES SODOMORVM, & POPVLVS GOMORRHÆ.

DICITVR de gubernatoribus קציני vehementer improbis, & dignis pessimo populo, quando dignum patellæ operculum obtigit. Nonnullis videatur ex quadam regulâ, hîc & in locis similibus tantùm poni nomen proprium pro gene

Sententia.

generico. sicut *Ierusalem* & *Bethlehem* solent poni pro populo electo; *Babylon, Sodoma*, & *Ægyptus* pro reprobo: ad quod probandũ Martinez *lib. 2. hypotypos. cap. 1.* adducit multa exemplа, quorum tamẽ fortassis vnicum dumtaxat est aptum, nempe Esau poni pro Idumæis apud Abdiam: cętera verò particularibus rationibus nituntur, & non vi huius regulæ. Ideo præstat notare ex Eusebio *lib. 7. de demonstr. cap. 5.* sacram Scripturam solere nominare verum Israëlem deditos contemplationi & vitæ Deo placenti; eos verò qui nationum impiarum mores imitantur, Chananæos, Amorrhæos, Sodomitas, Gomorrhæos, semen non Iudæ, sed Canaam; & probat ex hoc loco: συνάδως τῆς ἱερᾶς γραφῆς τὸν ἀληθῆ Ισραὴλ κ᾽ ὄχυσιαν παντα τὸν διορατικὸν κ᾽ ἀρετῶς θεῷ βιοῦντα ὀνομαζουσης. ὡς ἔμπαλιν τοὺς ἐκ φύσεως ἐναντίως ἐαυτῶν ἁμαρτάνειν, Χαναάνας καὶ ἀσέβημα Χαναάμ, κ᾽ ἐκ Ιούδα, ἄρχοντας τὲ Σοδόμων, κ᾽ λαὸν Γομόρρας ἐμφερῶς αὐτῶν τοῖς τρόποις δοκιμαζούσης. sic teste Cyrillo Hierusalem dicta Ieremiæ Babylon. sic idololatria dicitur *Samaria*, & Magi *Samaritæ*, & orbis totus Ægyptus elogio superstitionis & maledictionis, & *Roma* Babylon, Tertullia. teste Tertulliano *lib. 3. contra Marcionem.* qui subdit: *neque enim nouum est creatori figuratè vti translatione nominum ex comparatione criminum.* Idem docẽt Tichonius *Reg. 7.* hunc Chrysost. nostrum locum adducens, & Chrysostomus *orat. 1.* contra Iudęos & S. Iustinus Iustinus *Dialogo cum Triphone.* Nec ociosum est, quod Sodomorum & Gomorrhæorum potissimùm meminerit, Isaias. primò quia *Sedom* (ait Basilius. Procop. S. Basilius & ex eo Procopius) significat declinationem ἔκκλισιν à lege Dei; *Gomorrha* verò rebellionẽ, στάσιν. quando enim Princeps conniuent, & clanculùm dissimulant peccata, & perfidiam; populus apertè à virtutibus & fide solet desciscere. ideò Principes hîc præuaricatores; populus verò rebellis appellatur. Secundò quia reuerà II. Iudæi ab infami illâ labe nõ erant immunes, vt insinuat Chrysostomus, & Regum docet historia: sic quarumdam gentium nomina in conuitium transierunt, vt Lacones, Lesbij, Ambrones, Osci, Opici, Cilices, Sybaritę, &c. Tertiòquia III. sicut in Sodomis *Gen. 18. vlt.* pauciſſimi iusti, sic etiã Hierosolymis. IV. hæ duę sunt S. Cyrilli. Quartò, quia quia sicut Sodomæi Loth ipsos reprehendentem, sic nec isti CHRISTVM pati potuerũt: illi in Angelos, isti in Dominum Angelorum sæuierunt: sic Rupertus, Hieronymus, & optimè Basilius. Quinctò, si verum quod scribit S. Ambrosius *cap.* V. S. Cyrillus Rupertus, Hierony. Basilius. *19. de Noë & arcâ*, Chaldęis *Sodoma & Gomorrha* significant cæcitatem & sterilitatem: certè Chaldæus explicat similia opera illorum operibus. Principes autem Iudæorum duces cæci cæcorum, populus totus omni virtutum germine infæcundus. Suspicor etiam latenter in hac compellatione amara eis Dei misericordiam proponi, q. d. vos criminum similitudine, ęquale exitium merebamini: tamẽ ille pepercit, & semen reliquit. æquum ergo vt tandem conuertamini, & incorrigibiles esse desinatis. Alloquitur denique Iudam & Hierusalem, quę tribus & ciuitas vt dignitate sic scelere præcellebant reliquæ genti, sicut Sodoma & Gomorrha reliquis tribus vrbibus. Ideo quando cæteras tribus increpant prophetæ, potiùs illas Adamæ & Seboim comparant, *Osee* 11. 8. Ex his

his adagij vsus multiplex eliciatur.

ADAG. D. L XXXVI.

IBIDEM VERS. XVIII.

Peccata vt coccinum rubrâ qua si vermiculus.

PECCATA VESTRA VT COCCINVM, RVBRA QVASI VERMICVLVS.

חטאיכם כשנים
יאדימו כתולע

CHATOECHEM CASSANIM IADDIMV CATHOLAHH.

LXx priore loco φοινικοῦν, posteriore κόκκινον. De cocco & vermiculo differni; quod sat puto, comment. *in Thren. 4. v. 5.* Nunc sufficiat, hac locutione indicari peccata grauissima, & maximè, tetra & inolita animo; instar dibaphi: cuius nec amissos colores lana refert medicata succo. Sic accipiunt præter Tertullianum cæteri ferè patres, vt d. Basilius hîc; *rubro* (inquit) *colori peccata nostra conferuntur, quòd sint φοινικοβαφῆ id est elephantiasa siue lepræ animarum.* D. Ambrosius *in apolo. Dauid cap. 12. Si fuerint peccata vestra sicut phœnicium vt niuem dealbabo:* hoc est inquit, si cruenta, si tetra, mundabo. S. Hieronymus hîc, tunc peccata, quæ priùs in modum coccini sanguinea fuerant, dimittentur, & cæter. sic etiam acceperunt S. Nazianzenus *Orat. 39. in Sancta lumina*, qui, vt & Chaldæus Ionathas, notat posteriore voce magis accensum & inolitum colorem denotari; & dici de perfectis viris sanguinum, hoc est de maximis & pertinacissimis peccatoribus. Cùm enim in purpurâ duo insint, ipsa rubedo sanguinea, & splendor huius rubedinis: non splendori: sed rubedini tantùm comparantur peccata, quæ sanguinum voce solet sacra Scriptura vocitare: quæ sententia etiam est SS. Cyrilli, Ruperti, Haymonis hîc, & Chrysost. *hom. 18. in cap. 11. ad Roman. hom. 8. in 1. ad Cor. cap. 3. & hom. 23. in cap. 10. & tomo 5. hom. ad pop. Antiochen. ho. 25. & serm. de gratijs reddendis Deo.* & Bernardi *serm. 25. in Cant.* Quos ego vni Tertulliano si præferam nihil dum non est; vt nec si præ illis; Leonis Castrij, Foreirij & aliorum recentiorum interpretationes sinam præterfluere. Corrigendus etiam B. Paciani codex *epi. 3. ad Sympronian.* post medium hoc pacto apud eûdem rursùs Isaiã, *Deus dicit. Etsi fuerint peccata vestra vt phœnicium, vt niuem dealbabo: & si vt coccum*, &c. nam vulgò malè transposita habentur *vt Phœnicium Deus dicit, & si* &c. Longiùs petitum est illud Caietani, per rubedinem hîc vindictam Dei, per albedinem gloriam significari. Denique videte quæso quàm nugatoriè & mimicè versentur hæretici in explicatione diuinorum librorum; vnus ex anteſignanis Wolph. Musculus hoc loco: *si fuerint* (ait) *peccata vestra rubra sicut peccata Cardinaliũ.* quasi peccata peccatis, & nõ tinctis purpurâ pannis comparentur.

Chrysost. Bernard. Tertullia. Leo Castrius Foreirus. B. Pacian. Tertullia. D. Basilius. D. Ambr. S. Hieronymus. Nazianz. Chaldæus Ionathas. Cyrillus. Rupertus. Haimon. Heretici VVolph. Musculus.

ADAG. DCL XXXVIII. Bona terræ comedere.

IBIDEM VER. XIX.

BONA TERRÆ COMEDERE.

DICVNT pro fœlicitatem consequi, sumpta locutione à terrâ illâ Palæstinæ, quæ lacte & melle manare dicebatur, & Iudæis promissa fruenda, si Dei præceptis obedirent. *Deuteronom. capite 28.* quod in Genesi dicitur, *medullam terræ comedere*; *capite 45. 18.* hoc est optimis terræ fructibus abundare. Vna interpretatio est, significari bona humana huius vitæ,

vitæ, robur, sanitatem, opulentiam, & rerum ad vitam necessariarum omnium copiã. Sic Clemens Alexandrinus *lib. 3. pædagogi cap. vlt.* τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φαγεῖν ὁ παιδαγωγὸς πάλιν λέγει· γῆς ἀγαθῆς τὰ ἀνθρώπεια ἐπαίρων καλὰ, τὸ κάλλος, τὸν πλοῦτον, πλὴν ὑγίειαν, πλὴν ἰσχὺν, καὶ πλὴν πρεσβῦ. *Bona terræ comedetis ait iterũ pædagogus; terræ bona humana nominans, formã, diuitias, sanitatem, robur, alimenta*: mox ea distinguit à bonis alterius vitæ & spiritualibus huius. Idẽ etiã tradunt SS. Basilius, Hieronymus, & Haymõ hîc. Alia est referentiũ ad terram animi gratia spirituali fœcundari, & bonâ cõscientiâ fruentis. Sic S. Cyrillus, & Procopius, & Rupertus: iidem etiam extendunt ad bona vitæ æternæ, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderũt: huc ex parte facit, quod Tertullianus *c. 26.* de carnis resurrectione, refert ad bona corporis glorioſi, reformati, & (sic ipse loquitur de similitudine agens) angelificati. Denique B. Gaudentius *tracta. 16.* mysticè, vult promissionem esse bonorum non cuiuslibet terræ, sed promissionis: *Promissionis enim terra*, CHRISTI *caro est*, inquit, *ex massâ humani generis de terrâ formati susceptâ, ac dulcibus diuinæ gratiæ fructibus exuberans, cuius purissimo doctrinæ lacte alimur, & nutrimur, cuius cælestium charismatum suauitate reficimur, cuius vbertate credentium corda pinguescunt; cuius bonis obedientiũ mentes, animæq; fidelium, & in hoc & in futuro sæculo saginantur.* Vt prima literalis, sic ista vltima est allegorica; cæteræ partim tropologicæ, partim anagogicæ. Potes eodem sensu κατὰ ἀναγωγίαν accommodare familiis religiosis, in quibus hac bonorum spiritualium copiâ, soli fruuntur veri obedientes. Certè articulus *terra* in Hebræo additus, indicat aliquam insignem terrã significari, vt Montanus notauit.

Clemens Alexandr.

Basilius. Hieronym. Haymon. II. Interpret.

Cyrillus. Procop. Rupertus.

Tertullia.

Gaudent.

Applicatio.

IBIDEM VERS. XXII.

ADAG. DCLXXX VIII. Argentũ tuum, &c.

ARGENTVM TVVM VERSVM EST IN SCORIAM,
VINVM TVVM MISTVM EST AQVA.

OPtimè versa Hebræa, tamen Oecolampadius hæreticus reprehendit, quòd *vinum*, & non *merum*; Castalio quoque *meracum* transtulit: quasi verò non vinum priusquam misceatur merum sit; aut vox סבא *Sabe* non significet vel *potum*, vt vertit Arias, & Forerius; vel vinum simpliciter, vt Pagninus & Clarius, & confirmant Munsterus hæreticus, & Lxx. & Chaldæus. Quod attinet ad expositionem, Nouantium cortina Dauid Kimchi sine vllo tropo vult significari auaritiam Iudæorum, qui pecunias abraserint, & dilutum pro mero vendiderint; quod placuit Oecolampadio hæretico. De vino consentit Montanus, de argento vult indicari, grandem monetæ, quoad materiam, & pondus, adulterationem. Nam nec ipse vllam Metaphoram hîc agnoscit. Cæteri omnes capiunt metaphoricè. & rectè Martinez *lib. 7. hypotyp. in princ.* vult vocare ænigma siue allegoriam totius: exponit autem, *omnes vos qui aliquando Deo adhærebatis, ab eo recessistis.* Nimis vniuersaliter. Osorius quoque, *Nihil in te purum, nihil sincerum & simplex, nihil non fallax & subdolum, omnibúsque flagitiorum sordibus inquinatum. Disciplina namque tua depranata est, mores corrupti, iudicia constuprata, omnia denique labuntur & in perni-*

Oecolampadius.

Castalio.

Arias. Forerius. Pagninus. Clarius. Munsterus. Lxx. Chaldæus. II. Expositio. Dauid Kimchi.

Martinez.

Osorius.

ciem totius ciuitatis incumbunt. Videris copiam verborum, & in ea speciem quandam niiseriæ hodiernæ: non satis tamen explicatur, cur *argentum* & *vinum* dixerit. Vt nec Vatablus. aliâ explicatione Vatabli, *qui in re optimè esse debebant, vel erant, quique purissimi erant, corrupti sunt, & impurissimi facti.* Ad ipsam materiam potiùs, sed genus corruptelæ, quàm hominũ, malunt alij respicere Lxx. Lxx. verterunt;

τὸ ἀργύριον ὑμῶν, ἀδόκιμον.
οἱ καπηλοί σου μίσγουσι τὸν οἶνον ὕδατι.

Argentum tuum reprobum:
Caupones tui miscent vinum aqua.

Ad sensum paraphrasticè. Nam argentum adeò vitiatum vt scoria dici queat, vocarunt non adulteratum, sed planè reprobum, respicientes ad illud Ieremiæ 6.30. *Argentum reprobum vocate eos, quia Dominus proiecit illos.* *Caupones* etiam vocant, quia lucri gratia Dei præcepta peruertebant. Ad hanc verò versionem respiciens & eam elucidans Apostolus dixit 2.*Cor.*2.17. *non enim sumus sicut plurimi, adulterantes verbum Dei*, καπηλεύοντες, quod explicat *cap.*4.2. δολοῦντες, dolosè vtentes: hoc est, non fideliter eam tradentes, sed quæstuosè. De quo plura in Adagio, *cauponari verbum Dei. ad d.ver.*17. Duo igitur indicantur adagio, sanæ doctrinæ fidei corruptio, & prædicatio quoad mores vitiosa, vel ex metu, vel adulatione, vel lucri cupiditate. Sic exponunt plerique. Quia per argentum pura & sincera legis & prophetarum doctrina significatur in SS. vt *Ps.*11.*v.*7. *Eloquia Domini, eloquia casta, argentum igne examinatum.* Idem significatur voce *vini*: per *scoriam* verò & *aquam* significantur falsæ traditiones seu deuteroses Pharisæorum & Scribarum, quibus vim diuinorum præceptorum infringebant, & inanibus quibusdam obseruatiuncũlis commutabant, quo nomine reprehenduntur à CHRISTO *Matth.* 15.*v.*3.6. & alibi. Sic explicant Procopius *in Genes. cap.*49. *in prin.* Procop. Ambros. Ambros. *lib.*10. *in Lucam, & serm.* 11. *in Psal.*118. Chrysostom. *tom.*5. *sermo. aduersus hæretic.* SS. Hieronym. Basilius, Cyrillus, Procop. Haym. Rupertus hîc. Qui etiam magno consensu docent hæc in hæreticos quadrare qui falsis commentariis, versionibus, additionibus, detractionibus, mutationibus; ex verbi diuini argento scoriam faciunt, & fœdâ cauponatione pro vino puro cœnosam aquam obtrudunt, putâ de Lemano lacu, vel Barauicis æstuariis. Videndi de hac re Irenæus *lib.*4.*cap.*25. Tertullianus *de animâ cap.*3. Origenes *hom.* 3. *in cap.* 3. *Leuit.* Basilius, Cyrill. Hieronym. & Haymon hîc. S. Maximus autem *serm.*78. qui est de isto versiculo, scribit, *Iudæos aquam vino miscuisse, cùm* CHRISTVM *non sicut Deum, sed sicut hominem susceperunt, & sincerè ac meræ illius diuinitati turbidum quiddam ac sordidum inferre voluerunt*, &c. Quæ paulò longiùs accersita. Vtiliùs idem moribus accommodat subdens de Episcopis; *Quisquis Sacerdos relicto pontificatus officio, mundi oblectationibus delectatur, hic aquam vino permiscet, hoc est rebus sanctis ac feruidis inserit res viles & frigidas.* Sic ferè Caietanus hîc de vinum bonæ spei & lætitiæ spiritualis miscentibus aquæ affectus bonorum temporalium. Contra concionatores, qui blanda, & ad gratiam composita differunt, aut applausum & vanam gloriam quærunt, dici posse censent SS. Basilius

Irenæus. Tertull. Origen. S. Maxim.

Duo indicata hoc adagio.

Aquam vino qui dicatur permiscere. Caietan.

Basil.

filius hîc & alij. Basilius ità scribit: [*Scripturam ipsam* in aquam conuertunt, permiscentes, quæ suo ipsorum intellectu excogitarunt, in extremam perniciem auditorum. Dum enim studio adnituntur, vt indulgendo eorum voluptatibus, demereantur ipsorum gratiam, per blandiloquia & suaues sermones assentando alunt eorum vitia in perditionem, per hæc eneruantes austeritatem & vigorem Scripturarum vitiosos vtiliter perstringentem, ad auditorum subuersionem enarrantes multimodam erga homines benignitatem planè ineruditam, condonationes item peccatorum, nullo discretionis sale conditas, & talia quædam ad captandam multorum gratiam, quibus maximopere effœminant animas studio *consectantium voluptates.*] Non aliter egerunt Lutherus & sui, nolentes de nouissimis, morte, inferno, iudicio, de suggestu declamari: sed de speciali suâ fide, de peccatis iam CHRISTI passione remissis, de mandatorum Dei difficultate, & similibus, quibus omnem Christiani vigoris districtionem penitus dissoluerunt. Huiusmodi se dissimillimum profitetur Nazianzenus, & dignis eos nominibus vocat *caupones ex cauponatione lucrum sectantes, ventriloquos, vaniloquos, & voluptatum mancipia:* ait, καπηλεύειν δυναμενοι τὸν λόγον τῆς ἀληθειας, & παρακεκαπηλευμένοι τῆς καπηλείας, ἐγγαστριμύθους, κολακας, ἡδονῆς θεραπευτας; *Apologia 1. ante medium.* Denique si de personis capias, constat, auro & argento bonos, scoriâ verò improbos solere deriuari. Nam *scoria* Hebræis סיג *sigh* à recedendo; *argentum* כסף *kesitheph* à desiderando dictum testè Forerio, & Proclus apud Epiphanium *lib.* 2. in hæresi Origenis, Adamantij, hominem improbum comparat vasi æruginoso, probum argento expurgato per ignem: mutuatus à suo Platone qui *libro 3. de Repub.* affirmat, aurum pectoribus illorum inditum, qui iustitiâ & cæteris heroicis virtutibus pollent; argentum, qui cõmunibus aliis præditi; æs, ferrum, stannum improbis, pro vitiorum quorumlibet varietate. Quod ex Isaiâ nostro hîc, & ex *v.* 25. potuit mutuari.

Origenes Adamantius.

Aurũ, argentũ, æs, stannum qui pectoræ inditũ gerant.

Lutherus.

Nazian.

Forerius Proclus Epiphan.

EX CAP. II. VER. IV.

ADAG. DCLXXXIX

CONFLABVNT GLADIOS SVOS IN VOMERES ET LANCEAS SVAS IN FALCES.

Cõflabũt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces.

QVando completa sit hæc prophetia differere non est huius loci, disputant hîc interpretes, & *Micheæ* 4. Nos de locutione tantùm agimus; de qua primùm nota *pro vomeribus*, Hebraicè habere *Ittim* אתים, quo *aratra* & *vomeres* significantur, ideò Lxx. hîc ἀρότρα, sicut & D. Hieronymus *Ioël.* 3. 10. totum pro parte vsurpantes, nempe pro ferro, quod *vomer* vocatur. S. Chrysostomus etiam *homil. de Natiuitate* B. Baptistæ, rationem reddit cur sit potiùs dictum *aratra*, quàm *vomeres*. cùm tamen gladij materies sit ferrum, & aratri sit lignum; quoniam per lignum (*crucis*) *vita nobis data est* (inquit) *ideo iam cessante pristino bello, nobis ligni mentio fit per aratrum, per quod flumina & tribuli euulsi de cordibus nostris.* Pulchra speculatio pro concionatore, dilatari posset, ab aratri formâ, quam cruci persimilem Patres obseruarunt D. Iustinus *Apolog.* 2. & B. Maximus hom. 1. *De cruce Domini.* Deinde מצמרות *Mazmeroth* propriè signifi-

Hieronymus.

Chrysost.

Notãdum I.

D. Iustinus II.

B. Maxim. MAZMEROTH.

cant *falculas*, quibus vineæ putantur aut arbores; item messorias falces, nec non ligones, vt vertit S. Hieronymus *Ioel.3.10.* & *Mich.* 4. 4. Vnde orta varietas versionum, III. sed eodem tendens. Tertiò notandum, hac metaphorâ adagiali summum pacis studium significari hîc, & Micheæ 4.3. *concident gladios suos in vomeres, & hastas suas in ligones:* vt è contra belli studium, *Ioel.3.10. Concidite aratra vestra in gladios, & ligones vestros in lanceas.* Sic *vii. Æneid.*

Alij thoracas ahenos,
Aut lanes ocreas lento ducunt argento.
Vomeris huc, & falcis honos, huc omnis aratri
Cessit amor: recoquunt patrios fornacibus enses.

Gladij. lanceæ. *Gladiorum* enim & *Lancearum* nomine, quæcumque dissensionum & odiorum causæ sunt, significantur, vt ambitio, auaritia, luxuria, iracundia, contrà vomeris & falcis nomine, quæcumque Christianæ paci tuendæ requisita; humilitas, qua Christiani inuicem honore præuenturi; liberalitas, qua in opera misericordiæ sua erogaturi; castitas, qua se ab omni spurcitie abstenturi; iustitia, qua suum cuique reddituri. Hæc enim sunt pacis instrumenta, his animi vitia resecantur, & cor proscinditur, vt dignos CHRISTI legi fructus proferat. Significauit hoc Sibylla *lib.3. oraculor.*

Sybill. oraculis.

πάντα γὰρ εἰρήνη ἀγαθῶν θνητὴ γαῖαν ἐκνεῖται,
ὁμφαίαν τ' ἀφιλῶσι θεῷ μεγάλοιο προφῆται.
αὐτοὶ γὰρ κεκτᾶντε βροτῶν, βασιλεῖς τε δικαιοι.
ἔσται δὴ καὶ πλοῦτος ἐν ἀνθρώποισι δικαιος.
αὕτη γὰρ μεγάλοιο θεοῦ κέλσις ἐστὶ τᾶς ἀρχᾶς.

Pax etenim terram peragrabit
summa bonorum.
Rompheam verò auferent Dei magni propheta.
Ipsi enim (futuri) *Iudices mortalium, & reges iusti.*
Erit etiã opulẽtia hominibus iusta.
Ipsius enim magni Dei iudicium & imperium erit.

Secundũ versum interpretor de Apostolis qui prędicatione hoc effecturi: vt factũ docent S. Irenæus *lib.4.cap.65.* Tertullianus *lib.aduersus Iudæos ca.3. & lib.3.contra Marcion.cap.21.* vbi vertit, *concident macheras suas in aratra, & sibynas in falces.* Origenes etiam contra Celsum *lib.5.* συγκόψαι τὰς πολεμικὰς ἡμῶν λογικὰς μαχαίρας, καὶ ἐβεικὰς εἰς ἄροτρα. καὶ τὰς καλὰ τὸ πρότερον ἡμῶν μάχιμον ζιβύνας εἰς δρέπανα μετασκευάζωμεν. *Vt recudamus nostros rationales gladios & contumeliosos in aratra, & pugnaces nostras priùs lanceas in falces componamus, facti:* (vt subdit) *Filij pacis per* IESVM γενόμενοι διὰ τὸν Ἰησοῦν υἱοὶ τῆς εἰρήνης. Sic idem *hom.undecima in Exod.* Et Athanasius *orat.de incarnatione Verbi*, & Rupert.hîc & alij, & deniq; Leontius Cyprius *lib.contra Iudæos.*

S Irenæus Tertullia. Origenes. Athanasius. Leontius Cyprius.

EX CAP. III. VER. XII.

ADAG. DCXC.

MVLIERES DOMINATÆ SVNT EIS.

Mulieres dominatę sunt eis.

HEbræum נשים *naschim*, variè veteres reddiderunt. Symmachus & D. Hieronymus optimè *mulieres*: nam vocem Hebræam id significare fatetur in commentario R. Dauid. Dubium ergo, cur Lxx. & Aquila verterint, ἀπαιτοῦντας, hoc est, *exactores*, & cur Theodotion δανειστὰς, *fœneratores*, quòd confirmat Ionathan Chaldæus. Triplex ratio occurrit. Prima quòd forsitan aliter legerunt, interiectâ litera

Symmachus. D Hieronymus. R. Dauid. Theodotion. Triplex versionis ratio Ionathan Chaldæus.

litera Gimel, נשים *Neghsem* à verbo *naghas. exegit.* Secundò potuerunt legere vt nos, sed ab alia radice deduxerunt, nempe à *nasa* נשע puncto in sinistra, id est *tulit*, vel *collegit*: hoc astruitur à Tertulliano *lib.* 4. *contra Marcionem cap.* 27. vertente, *qui collegunt.* Tertia ratio est fortè deduxisse à radice *naschab* cum puncto in dextrâ, quod duo significat, *fœnerari, & etiam infirmari* seu *debilitari.* hinc ducta vox *naschum* potest reddi *fœneratores*, quorum proprium est crudeliter repetere; & etiam potest verti *debiles*, aut *infirmi*, quales sunt mulieres. Tertium hoc præfero cæteris, quia conciliat verbo nes omnes. *Mulieres* autem capio non propriè de sexu; sed metaphoricè de moribus & animo: & sic vocari puto adagialiter (sicut apud Maronem, *Phrygia & non Phryges*) ipsos Principes Sacerdotes, Doctores, & Pharisæos; qui ex duplici capite hoc nomine digni. Primò quia dediti voluptatibus, & veneri, vsque ad turpem morbum (iuxta Rupertum.) *suprà v.* 4. *effœminati dominabuntur eis*: quod si accipiendum quicquid recentiores dicant; faueant mihi D. Hieronymus & Haymon ibi, & Aquila vertens ἐναλλάξ. *vicissim turpiter obsequentes.* Item quia LXX. voce ἐμπαικτῶν, *illusorum*, id ipsum honestè expressêrunt; sicut Latini vsurpant *illudere sexui, ætati, capiti*; & Hebræis interdum עלל *hhalal*, vt *Threnor.* 3. 51. explicat Ionathan: quam vocem *Iudi.* 19. 25. Hebræam, noster vertit *abusi sunt*, Rabbini verò exponunt *fecerunt in eâ opus abominabile*, Vbi Thargum *irriserunt in eâ*, LXX. ἐνέπαιξαν αὐτῇ; *illuserunt ei*, quod de actu nefario capiendum ex præcedentibus Abulensis conuincit *q.* 14. & *q.* 34. in explicatione contextûs. Quæ dixi fusiùs ne quis Kimchio, Oecolampadio, & Genevensibus, aut Osorio, Forerio, Montano consentiat; qui omnes de puerilibus moribus, & studiis interpretantur. Sanè noster interpres sic sumit effœminatos, vbique 3. *Reg.* 14. 24. & 15. 12. & 22. 47. item 4. *Reg.* 23. 7. & Osee 4. 14. Secundò puto vocari *mulieres*, quòd essent nimis vxorij, γυναικοκρατούμενοι, *vxorum imperio subditi.* Theutonicè *Vernunfftige mannen*, & (vt more Plautino dicam) *potiti vxorum.* Nam cum viris qui reip. præerant, superbæ mulieres imperarent, meritò dicuntur *mulieres imperasse*; habes in Iezabele exemplum. 3. *Reg.* 21. 7. Notum illud Aristotelis 2. *Politic. si mariti reip. præfecti, sint obnoxij coniugibus, multa per procaces & fastosas mulierculas administrari.* Nec ignotum de puero Deiophanto dictum vulgare, *Deiophantus Græciæ imperat: cuius pater imperabat reipub. mater patri, mater filius.*

Non desunt qui apud Isaiam *mulieres* sine tropo vel adagio capiant propriè; quòd illæ lasciuiâ suâ & illecebris in Principum mentes tyrannidem exercerent, & quocumque lubebat impellerent, vsque ad idololatriam, vt de Salomone legimus 3. *Reg.* xi. 4. Magna certè viris pericula imminent per malè moratas vxores, de quibus diserte D. Augustinus egit *lib. XI. de Gene. ad lit. cap. vlt.* & præmonuit nos spiritus Sanctus. *Non des mulieri potestatem animæ tuæ, ne ingrediatur in virtutem animæ tuæ*, (Græcè est, *ne ascendat.* hoc est, ne tibi & animo tuo dominetur) *ne confundaris. Ne respicias mulierem multinolã, ne incidas in laqueos illius*, &c. *Eccles.* 9. 2. vocat *multinolam* sicut & poëta quidam: tum quia

Tertullia. III. Virgilius. Rupertus. Hieronymus. Haymon Aquila. LXX. Abulēsis. Kimchi. Oecolampadius Genevenses Osorius. Forerius. Montanus. Plautus. Aristotel. Mulier multinola.

multos appetit, tum quia modò hoc modò illud; tum quia donis & muneribus inexplebilis. Vnde fit, vt maritorum diuitias citò dissipēt & cogant illos auaris manibus rapere, & subditis eripere, quod in Charybdim illam profundant. Quare mox aptissimè sequitur de superfluo muliebri mūdo *c. ver. 17.* quem facetissimè Megadorus in Aululariâ describit *Act. 3.* in eum maritorum & parentum opes atque rapinæ infumebantur: vt possit etiam Isaiæ verborum alius esse sensus; capiendo copulam &, vt causale; *Ideo exactores sui populum meum spoliauerunt, quia mulieres dominatæ sunt eis.* D. Hieronymus moribus adhuc aliter accommodat: monet Christiano clero cauendū, ne sint exactores ipsi in populo: & ne, iuxta impium Porphyrium, matronæ & mulieres sint noster Senatus; quæ dominentur in Ecclesiis, & de Sacerdotali gradu fauor iudicet fœminarum.

Aululariæ.

Alius sensus.

D. Hieronymus.

Porphyrius.

ADAG. DCXCI. In cornu filio olei.

EX CAP. V. VER. I.

IN CORNV FILIO OLEI.

ADagium est de loco simul munito, & fertili; qui copiâ interius abundet rerum ad victum necessariarum, & exteriùs imminentia pericula contemnat. Dignus autē locus est, de quo paulo fusiùs disseramus, propter locutionis raritatem. Noster Hebræa verbo tenùs explicat, בקרן בן-שמן *Ekeren ben schamen*, & sic Theodotion & Aquila, teste D. Hieronymo; Symmachus verò *in cornu, in medio oliuarum*; mihi quidem sensum minùs assecutus, quàm Lxx. qui metaphrasticè, ἐν κέρατι, ἐν τόπῳ πίονι, *in cornu, in loco pingui* sive *vberi*: vtrumque verò Ionathan Chaldæus explicuit; *Erit rambaarahh schemena, in monte excelso, in terrâ pinguj.* Sed nunc dubia se offerūt, quid per *cornu*, & quid per *filium olei* proprie, & quid tropicè significetur.

Theodotion. Aquila. Hieronymus. Symmachus.

Ionathan Chaldæus.

Dubia.

Vera sententia per *cornu* significari robur & potentiam (de quo multa dicta sunt *adagio. 106.*) eo quòd Deus in manu forti debellaturis Chananæis terram Israëli dederit possidendam: hæc est D. Hieronymi & Haymonis: confirmatur à terræ Iudææ qualitate; quæ montosa, & vrbibus munitis plena; vt constat ex Iosue historiâ, & Annalibus Iosephi; situ quoque oblonga & angusta instar cornu; & si situm eius solymæ spectes, illa manu quidem valdè, sed magis naturâ loci munita; vtpotè in excelso monte & abrupto posita, & quasi quoddam cornu: hæc non est Hebræorum dumtaxat, sed & Patrum explicatio, S. Basilij primo loco, Cyrilli vltimò, & Chrysostomi. Confirmatur etiam à vocis significatione. Nam *cornu* metaphoricè significare solet robur ac potentiā: vnde locutiones illæ *ventilare cornu, Psal. 43. 6.* & *cornu exaltare, cornu extollere, cornu frangere, Psal. 88. 18. 91. 11.* & *cornu salutis* pro potenti saluatore, *Luc. 1. 69.* & alibi: & *cornu* pro regno florente, *Zachar. 1. 18.* sic crux Christi ab Habacuc vocatur *cornu, cornua in manibus eius c. 3. v. 4.* quia crucis trophæo aduersarias inuisibiles potestates vētilauit. Per *cornu* autem *filij olei*, indicatur regio, mella, & lacte, & omni fructuum copia abundantissima, qualem fuisse terram promissionis notissimum est *Deutero. 33. v. 28. & 29.* Hic ergo erit vsus adagij, quando quis locum aliquem volet commendare à munitione & à copiâ: licèt enim literalis Isaiæ sensus sit Deum

Vera sententia.

Cornu.

Hieronymus Haymo.

Iosephus.

S. Basilius. Cyrillus. Chrysost.

Cornu filij olei.

Vsus adagij.

Literalis sensus.

Deum Patrem qui agricola est, plantasse IESV CHRISTO dilecto suo filio vineam, edito & munito contra hostilem impetum loco, & simul in terrâ fertilissimâ; quæ vinea erat Synagoga: tamen possumus allegoricè, & tropologicè hæc longiùs porrigere, & vsurpare, freti Patrum exemplis. Nam D. Ambrosius *lib. 3. Exam. cap. 11.* vineam hanc exponit ipsam Christianam Ecclesiam. S. Basilius de populo Israëlis, quia cùm Adami caput fuerit sepultum in monte Caluariæ, vbi & CHRISTVS crucifixus, mors per Adamum valida, per CHRISTVM inualida facta fuit: & sic hanc vineam habere simul aduersùs inimicum arma tutelaria, nempe cornu (hoc est, crucem) & situ loci post paradisum pinguissimo, rerum cunctarum abundantiam. Rursùs Origenes *homil. vnic. in libb. Regum*, Eusebius *lib. 4. demonstrat. ca. 15.* Rupertus, & Haym. hîc, & Theophyl. *in c. 1. Lucæ*, per *cornu* CHRISTVM, & per *filium olei* eundem intelligunt, ratione nominis quod *vnctum* significat, ratione vnctionis Sacerdotij æterni, ratione fontium, nempe charismatum doctrinæ, & misericordiæ, quæ in totam Ecclesiam diffundit. Thalmudistarum commenta de decem cornibus Israëlis qui volet legat apud Galatinum *lib. 9. cap. 4.* Longè nobis vtilior est Tropologia S. Chrysostomi, qui *hom. 6. in 2. cap. ad Philipp.* docet hanc vineam vocari posse cuiuslibet Christiani animam, in edito & pingui Ecclesiæ solo plantatam. concludit posito toto vineæ cantico, τοῦτο δὲ ἐφ' ἑκάστης λέγεται ψυχῆς. ὅταν γὰρ πάντα πληρώσῃ, ἀφεῖκεν, ὁ εἰλάνθρωπος θεὸς, εἶτα πάλιν ἀκάνθας ἀντὶ σταφυλῆς, ἀφιλεῖ τὸν φραγμὸν, &c. *id etiam de vnaquaque animâ dicitur. Nam cùm omnia quæ oportuerit impleuerit benignus Deus, illa verò pro vua spinas fecerit, sepem auferet*, &c.

D. Ambr. S. Basil. Origen. Eusebius. Rupertus. Haymo. Theophyl. Decē cornua Israël. Iis. Galatin. S. Chrysost.

Manet illud, cur *filio olei*, & non *oleo* dictum? pendet responsio ex vi Hebraismi. videor mihi obseruare, sacram Scripturâ diuersimodè vocem *Ben, filius*, vsurpare. Ben.

Quando coniungit eam genitiuo rei substantiam denotanti, vsurpat pro casu suo nominatiuo, sic in veteri Testamento passim, *filij hominum*, id est homines; & in nouo, secùdùm quosdam *filius hominis*, homo; sic *filij cantorum*, *Eccli. 38. 5.* vel *arietum*, *Psalm.* tauri vel arietes, *filia areæ*, id est area, *Isai. 21. 10.* sic *filij populi*, populares; *filij exercitus*, ipsi exercitus, *filij Orientis*, Orientales; *filia Hierusalem*, *filia Sion*, *filia Babylonis*, Hierosolymitana, Sionia, Babylonia, & apud Homerum, υἱες Ἀχαιων, *Achæi*. Fallit, quando casus ille patrius continet aliquid pertinēs adipsum patrem, vt affectio vel dignitas, vel peculiaris paternitatis ratio, vt cùm dicitur *filius Abraham*, *filius Dauid*, &c. vel *filius doloris* aut *filius dexteræ Ben-oni*, *Ben-iamin*, *Gene. 35. 18.* vel (secundùm alios) in Testaméto nouo *filius hominis*, quia ex sola matre; vel apud Apostolum *Coloss. 1. 13. filius dilectionis suæ*. hoc est filius dilectus in quo sibi pater ab æterno complacuit. Hebraism.

II. Regula.

Secunda regula, Quando nomen *filius* adiungitur casui patrio, significanti aliquid ipsi rei intrinsecum, aut acquisitum præsens vel præteritum; tunc *filius* significat idem quod generale vel speciale nomen rei de qua fit mentio, & explicari debet genitiuus per suum adiectiuum, v. g. *filius iniquitatis Psal. 88. 23.* id est, homo iniquus: agitur enim de peccatoribus, quorum nomen specificum est homo. sic *filij cantorum*, homines cantores,

2. *Esd.* 12. 28. *filij prophetarum*, 2. *Reg.* 2. 3. homines prophetæ, vel discipuli prophetarum. item iuxta Hebræum textum *filij roboris* seu *fortiũ*, *Psal.* 29. 1. & 2. *Paralip.* 26. 17. & 28. 6. & 1. *Paralip.* 26. 6. & 2. *Reg.* 2. 7. hoc est, homines fortissimi. *filij captiuitatis*, *Dan.* 6. 13. homines captiui: *filij deliciarum*, *Miche.* 1. 16. homines delicati. sic *filius vnius anni*, 1. *Reg.* 13. 1. hoc est, homo vnius anni. Pariter hoc loco *oleum* ponitur pro abundantia & fertilitate vineæ: Nomen verò genericum siue genus, prati, horti, vineæ, est fundus, locus, solum siue terra: quare *in filio olei* explicandum in fundo, solo, loco, terrâ vbere & pingui. sicut *Zachar.* 4. 14. *duo filij olei*, siue secundùm Lxx. pinguedinis, sunt duo prophetæ fœcundi, & in conuersione gentiũ copiosum fructum allaturi.

In filio olei.

Lxx.

III. Regula.

Tertia regula; si nomen *filij* addatur casui patrio nominis quod denotat accidens prorsùs extrinsecum, & à futuro dependens, vt pote indicans præmium vel pœnam, aut quid simile, tunc explicandum est per futurum verbi cognati, vel per vocem dignus. exempli causâ, 1. *Reg.* 20. 31. & 2. *Reg.* 12. *v.* 5. *filius mortis*, homo dignus morte. *Psal.* 78. 11. *filij mortificatorum*, homines digni vltimo supplicio. *Matt.* 23. 15. *filiũ gehennæ duplo quàm vos*, hoc est (vt loquar cum Columellâ) dupliciùs dignũ æternâ damnatione, quàm vos estis. *Ioan.* 17. 12. *filius perditionis*, homo dignus vel certus perdi. *Deute.* 25. 2. *filius verberum*, homo verberandus, verbero. *Ephes.* 2. 3. *naturâ filij iræ*, naturâ digni irâ & supplicio. Sic quod *Matth.* 10. 13. dictum: *si fuerit domus illa digna, pax vestra veniet super eam.* hoc *Luc.* 10. *v.* 6. seruato idiotismo dicitur, *si fuerit ibi filius pacis*, hoc est dignus pace. Hæc, quoad licuit, de phrasi valdè celebri.

Columella.

EX EODEM CAP. VER. II.

ADAG. DCXCII.

EXSPECTAVIT VT FACERET VVAS ET FECIT LABRVSCAS.

Exspectauit vt faceret vuas, & fecit labruscas. Vsus.

VSVRPANDVM quotiescumque vel beneficia conferuntur in ingratum, qui malum pro bono reddit: vel spes de liberis, parentes; aut magistros de discipulis fallit; quando indocti, aut malè morati euadunt: veldenique de hæreticis, qui pro verè fidei vuis, labruscas proferunt falsæ doctrinæ. Aptas esse has accommodationes, palam fiet ex verâ loci sententiâ, pro quâ sciendum Hebraicè haberi, duas voces, quæ aliquid negotij facessunt. prima est pro *exspectauit* יקו *iekaf* à radice קוה *kafah*; quæ non satis plenè vnicâ voce Latinâ potest exprimi. videtur analoga esse, &, deductâ metaphorâ à perspectiuis attentè lineas ducentibus, significare idem quod exerto & erecto capite fixis, intentis, immotis oculis intueri, & pendere ab obiecto visili. B. Lucas *cap.* 4. *Euangel.* & *in Actis* sæpissimè dicit ἀτενίζειν; hinc transfertur ad motum & inclinationem animi, quam B. Paulus *ad Rom.* 8. 19. & *Philipp.* 1. 20. ἀποκαραδοκίαν vocat, noster vertit *exspectationem*, adeò scilicet acrem & attentam quæ in corporis gestum erumpit, qualem describit propheta, *Psal.* 118. *à v.* 81. *Defecit in salutare tuum anima mea: & in verbum tuum super speraui. Defecerunt oculi mei in eloquium tuum, dicentes: Quando cõsolaberis me. Quia factus sum sicut vter in pruinâ.* Possis eam cum S. Chrysostomo exponere

Duo notanda.

I.

ἀποκαραδοκίαν

S. Chrysost.

nere de longanimitate Dei, diutiſſimè præſtolantis & ſuſtinentis moram vineæ in fructu proferendo; quæ longanimitas ſignificata
11. parabolâ ficulneæ *Luc.* 13. 8. Secunda vox eſt, באשים *Beuſchim.* Plurale ſingularis באשה *Baeſchah* à radice באש *Baaſch* quæ non ab vno omnibus modo accipitur; hîc & *Iob* 31. 40. nam noſter illic vertit *ſpinas.* Nec cæteri conſtant. Nam Theodotion aliquãdo *ſpinas*, ἀκάνθας, quod cum R. Ionâ, & Kimchi ſequitur Galatinus *lib.* 8. *cap.* 13. & vtroque loco Lxx. retinuerunt; non quòd vitis loco vuarum ſpinas protulerit, id enim non magis fieri potuit quàm vt tribuli ficus, & ſpinæ vuas ferrent, quod impoſſibile dicitur *Matth.* 7. 16. & *Luca* 6. 44. & hoc meritò impugnant DD. Baſilius, & Hieronymus: ſed *ſpinas* verterunt, quia vinea ſpinis & vepribus eam præfocantibus impedita fuit, ne produceret vuas, ita S. Baſilius *in breuior. interrog.* 75. Nugantur recentiores, qui *lolium* vel *zizaniam* obtrudunt: cæteri, qui fœtores meros protuliſſe aiunt pro vuis, incidunt in Aquilæ ſenſum qui σαπείας vertit, quo ille fœtorem & putridum ſaporem vuæ denotauit. Symmachus qui ἀτελῆ acerbos & immaturos indicauit. Scio recentiores Forſterum, Foreirum, Mercerum, Montanum (apud quem malè *Deuſim* pro *Beuſſim* editum Hebraicè, & Latinè) Marinum, vrgere vocem *fœteris*: neque negandum radicis hanc eſſe ſignificationem: ſed attendenda phraſis Hebræorum, qui *fœtere* dicunt, quicquid alicui triſte, inſuaue, acerbum, aut odioſum eſt, vt *Gen.* 34. 30. vbi noſter *odioſum feciſtis*, Hebraicè eſt, vt fœtere facereris, & 1. *Eſd.* 4. 12. noſter, *ciuitatem rebellem & peſſimam*, quæ Chaldaicè dicitur ibi *fœtida*, *Binſcheta*, noſtra voce. ſic ergò *fœtidas* noſter optimè accepit pro peſſimis vuis, vt & Aquila & R. Sahadiah & R. Haij. & quia in vuarum generibus huiuſmodi ſunt, quas Græci ὄμφακας vocant, vnde ὀμφάκιον propriè dictum, de quo legendus Dioſcorides *lib.* 5. *cap.* 5. 6. prudenter *labruſcam* vertit, quæ vitis agreſtis eſt, cuius flos œnanthe, vua peracerba & vilis, quam nonnulli cenſent dictam *Taminiam*: idem Symmacho viſum. Metonymicè verò *labruſcam* dixit pro labruſcæ fructu.

Theodotion. R. Ionas, & Kimchi. Galatin. Lxx. D. Baſil. Hieron. Aquila. Symmachus. Forſterus. Foreirus. Mercerus. Montanus. Marinus. Aquila. R. Sahadiah. R. Haij. Dioſcor.

Omnes certè interpretationes conueniunt in vſu adagij quem dixi, & indicauit egregiè Ionathan Chaldæus, *præcepi eis vt facerent opera bona, & ipſi fecerunt iniqua ſeu mala*, ita hîc & *infr. verſ.* 4. Idem ſenſus erit, ſi cum Lxx. vertas *ſpinas*; quas Chryſoſtomus exponit malos mores & vitam improbam, & in epiſt. *ad Hebr. hom.* 10. peccata; Cyrillus, opera proximos lædentia & igne digna; Baſilius, curas ſæculares diuitiarum & honorum & crudelitatem in Prophetas: quod vltimum amplexus D. Ambroſius *lib.* 9. *in Luca cap.* 20. & cum præcedentibus iunxit D. Hieronymus, hîc.

Ionathan Chald. Lxx. Chryſoſt. Cyrillus, Baſilius. Ambroſ. D. Hiero.

Quæ cuncta mihi placent: ſed arbitror non hîc ſtetiſſe oculum prophetiæ, progreſſum vlteriùs ad Dominum prophetarum: per *labruſcas*, ſignificare acetum Domino cum felle amariſſimo propinatum, verum fel draconum, meram fellis vuam: per ſpinas verò ſpineam coronam. ſequor Tertullianum *lib. contra Iudæos cap.* 13. & *lib.* 3. *contra Marcion. capite* 23. Euſebium *lib.* 6. *demonſtr.* 18. Ruffi-

Auctoris ſententia. Tertullia. Ruffinus. Euſebius.

Cæsarius. Chrysost. num *in Symbol.* Cæsarium *homil. 5. de Pascha.* Chrysostom. *homil. 3. de resurrect.* & *hom. 2. de cruce & latrone.*

Procop. Cyrillus. Arius. sic etiam hîc Procopius. sic Cyrillus *libro 1. in Ioann. capite 10.* nisi quòd per *vvas* intelligat agnitionem vnigeniti, *per spinas* falsæ fidei varios errores: atque ita pertinet directè ad omnes diuinitatis CHRISTI impugnatores Arium, Photinum, Seruetum, Gentilem, Transiluanos, &c.

Photinus. Gentiles. Transiluani.

ADAG. DCXCIII. IBIDEM VERS. XVIII.

Trahere iniquitatē in funiculis vanitatis, & quasi vinculū plaustri peccatū.

TRAHERE INIQVITATEM IN FVNICVLIS VANITATIS, ET QVASI VINCVLVM PLAVSTRI PECCATVM.

HEBRÆA sonant ad verbum ferè quod noster reddidit, nisi quòd pro *vanitate* possit verti *mendacium*: LXX. τὰς ἁμαρτίας ὡς σχοινίῳ μακρῷ, καὶ ὡς ζυγὸν ἱμάντι δαμάλεως τὰς ἀνομίας, *peccata quasi funiculo longo, & quasi corrigiâ iugi vitula iniquitates.*

LXX.

Incipere peccare quàm periculosū.

Indicatur quàm periculosum sit incipere peccare; & quanto deterior adhuc ipsa consuetudo, tetterrimam inducens seruitutem. clarè Thargum; *væ qui incipiunt pusillum peccare, trahentes peccata in funiculis vanitatis: augentur & crescunt donec fortiora facta sint, & quasi vinculum plaustri peccata.* ex funiculo fit rudens, quo quis perniciem in se attrahit, vt iumenta in præcipitio currum, quo obruuntur. scelus præteritum, gradus est futuri.

Agebat Isaias contra Iudæorum pertinacem impœnitentiam: minatur æterna supplicia illis, qui in peccatis longâ consuetudine callum duxerant, crimina criminibus cumulantes. hos ait suâ contumaciâ velut iumento suo sibi malum accersere. principiò peccatum funiculo simile, posse abrumpi leui conatu: sed consuetudine fotum crescere, & induratum contumaciâ, velut intorqueri in rudentem crassum & fortem, vel potiùs in lora plaustri indissolubilia, quia lenta & intricata: his autem iam implicatos, quò magis conantur se liberare, & supplicia debita euadere, hoc magis se impedire, & ipsam malorum impendentium molem in se ipsos deuoluere, non secùs ac iuuenci indomiti loro recèns plaustro alligati; qui si ferocientes se conentur eripere, instar auiculæ inuiscatæ artiùs illigant, &, si quando in præceps se abripiant, tunc ipsum supra se plaustrum loris attrahunt & se obruunt tuinâ.

Rupertus Allegorica interpretatio.

Rupertus quidem allegoricè interpretatur de funiculo homicidiorum à Iudæis perpetratorum ab Abel iusto vsque ad Zachariam filium Barachiæ, & denique Saluatorem, iuxta vltimum væ CHRISTI *Matth. 23. à v. 29.* Leo Castrius ad restim mendaciorum, quam Iudæi texuerunt. nam & viuum accusarunt, vt bibacem, dæmoniacum, seditiosum, & blasphemum; mortuo, suasêre custodibus vt dicerent corpus à discipulis ablatum: denique miserunt in totum orbem, qui mendacia de illo spargerent: & pergunt prophetias de CHRISTO adulterare falsis dispunctionibus & interpretationibus.

Leo Castrius.

Tropologicè varia hominum genera sic reprehenduntur. exempli causa: Primò qui peccatum

vnius

vnius speciei, diuersæ speciei alio velare nituntur. cerne in apostatis à religione. Malus & nequam monachus fuit: deprehenditur, negat peccatum:(en mendacium:) respuit castigationem:(en contumaciam:) quæritur ad carcerem, fugit(ecce apostasiam:) excommunicatur, fugit Leidam vel Geneuam, fit Caluinista;(ecce hæresim.) sic ferè S. Augustin. *tractatu 10. in Ioann.* S. August.

I I. Secundò, pertinet ad eum, qui ad perficiendum maius aliquod peccatum, quod sibi velut finem præfixit, committit alia multa quasi media ad illum finem: v. g. qui proposuit emere beneficium, mentitur, decipit, calumniatur, fœnerat, furatur; qui intendit virginem deintegrare, se superfluè exornat, canit, tripudiat, lasciuis oculis tuetur, literulas amatorias exarat, lenas & conciliatrices immittit, nonnumquam veneficia miscet. ita S. Basilius. S Basilius. I 1.

Tertiò. Qui (vt ait S. Gregorius *libro 33. Moral. capite 12.*) per augmentum culpam protelant: hoc est adaugent extensione & continuatione eiusdem peccati, putà ebrietatis, fornicationis, &c. hanc etiam agnoscit D. Basilius. Certè consuetudine gignitur habitus, & quasi transit in naturam. Nónne vides, arborem quæ latam spaciantibus vmbram præbet, quo primùm tempore sata, virgulam fuisse teneram, quæ pueri manibus summâ tellure poterat reuelli; nunc annosam stare in immensum vmbras auctam, frangi ægrè, flecti nullo modo posse? Nónne cernitur idem in morbis; qui si per longas moras inualuerint, sæpè respuunt omnem medicinam? vide S. Maximum apud Anastasium Nyssenum in sacram Scripturam *qu.* 8. Peccatum eiúsque concupiscentia principio est instar filj bombicini: postea verò fit simile crasso funi nautico, vt ait R. Akiba citante Galatino *lib. 6. cap. 6.* & confirmatur hoc Isaiæ loco. S. Gregor. Consuetudine gignitur habitus. S. Maxim. Anastas. Nyssenus. R. Akiba. Galatin.

I V. Quartò, peculiariter torquetur in fœneratores, quando de die in diem fœnus producunt. Sic D. Ambrosius *libro de Tobia capite 16.* apud quem truncus est locus, *iugi loro vitula*, pro *iugi loro vitulæ iniquitatis* ex Lxx. & ex ipsomet Ambrosio *in Psalm. 118. sermo. 8.* vbi egregiè disputat de funibus charitatis, & de vinculis peccatorum. Eadem de re D. Hilarius egit in eumdem Psalmum super illo, *Funes peccatorum circumplexi sunt me.* litt. Heth. [*Esse peccatorum* funes (inquit Hilarius) per Isaiam docemur, dicentem, *Væ qui ligant peccata tanquam funem longum.* Modò funis ex pluribus minimis crescentis in multum, peccata semper tanquam longo fune tenduntur. Sunt enim hæc delictorum vincula, quibus humanæ mentes illigantur, de quibus in Prouerbijs c. 5. scriptum est, *Fasciis peccatorum suorum vnusquisque constringitur.* stringit enim nos atque alligat, & his funibus vitiorum implicat diabolus in omni vitæ nostræ cursu laqueos prætendens. Quod autem liget in Euangelijs cognoscimus cùm dicitur: *Luc. 13. hanc autem filiam Abrahæ ligauit Satanas annis decem & octo.* Ligat igitur omni vitiorum genere, ebrietatis consuetudine, voluptatum desideriis, *impietatis piaculo.*] Eadem tradit D. Ambrosius *d. sermo. 8.* sed pro *fasciis*, vertit *vinculis*; & notat Lxx. D Ambr. De fanib⁹ peccatorum. Hilarius. D. Ambr.

alia nobis à diabolo, alia à carne iniici. D. Augustinus vertit, *criniculus*, *d.tractat.* 10. noster locum sic vertit; *Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringuur.d.c.*5.*v.*12. Reatus constringit impium vt lictor animam vinciens & obligans Deo vt iudici, peccato vt domino, ac victori, dæmoni vt tortori, morti & inferno vt pœnis. quàm misera vincula! Sic Rupertus *in lib. Iudic. cap.* 22. septem funes quibus vinctus fuit Samson interpretatur multitudinem peccatorum. Nostra versio comparat peccatum vinculo seu loro *plaustri*, quia grauissimum sit onus oportet, quod animam queat in infernum demergere. ideo psalmista queritur peccata *sicut onus graue grauata* super ipsum, *Psalm.* 37. 5. & Zacharias impietatem vidit *sedere super talentum plumbi, cap.* 5. 7. & Moyses Ægyptios mergi in profundum instar plumbi. *Exod.* 15. 10. quia mergebantur graui sarcinâ peccatorum, D. Hieronymus hîc. Qui docet etiam cur vocentur peccata initio *funiculi vanitatis*, iuxta nostrum, Aquilam, Symmachum & Theodotionem: scilicet, quia peccatum initio facilè texitur, & æquè inane ac futile est atque telæ aranearum: sed cùm inde voluetimus exire, solidissimis vinculis simile deprehenditur: tum simile fit *loro plaustri*, βρόχῳ τῆς ἁμαξης, vt vertit Symmachus, *laqueo plaustri*. μακρὰ γὰρ ὄντα τὰ σχοινία δυσδιάλυτα ἐστιν, τῷ πλῆθι ἁμαρτημάτων ἐυτόνῳ συνειλήμμενα. οἱ γὰρ ζυγόδεσμοι, εὐδὲ ὑπὸ πλῆθι ἰσχυροτάτων ζυγῶν, ἐὰν βιαίως ἐπιπεσωμένων τὰ βάρη, ἐυχερῶς διαῤῥήγνυνται. *Funes enim longos non est facile dissoluere, qui bene peccatorum densitate stipati sunt. Neque enim ipsa etiam lora iugalia, quantumuis robustis iugis onera vi trahentibus contendantur, facilè disrumpuntur.* ita Procopius. Lxx. vocis *hhaghalah* עגלה vnũ; noster & Symmachus, Chaldæus, & alij alterum significatum sunt amplexi; videntur autem hi subaudiuisse, quod illi expresserunt, vt luculentior sit comparatio de iuuencis robustis plaustrum trahentibus. Notat D. Hieronymus huc spectare, quod in Numeris legimus *cap.*19 *a vaccam rufam, cuius cinis expiatio populi est, non aliter immolari & offerri ad altare Domini, nisi quæ terrena opera non fecerit, iugúmque non traxerit, nec vinculis iugi Nabuchodonosor fuerit alligata.* hoc est, quæ sit iniugis. Procopius notat robur lori amplificasse, cùm addiderunt lorum iuuencæ. sic indicantes ἰμαντα ἰσχυρὰ ζωὸς, ἐν ὅτε δεῖ πόνου, ὅτε δεῖ χρόνου διατελοῦντος. *robusti animalis, quod nondũ labore vel ætate confectum.* Et addit aliam rationẽ quòd similes peccatores sint iis qui iuuencas vel boues subiugant, vi enim multâ eos adigunt & trahunt & vinciunt: sic soleant peccatores multo labore diuinam iram in se prouocare. Verùm disertiùs adhuc S. Ambrosius *d.serm.*8. [*Vitula enim* indomita plus se iactat, & excutit cùm tenetur, nec acquiescit imperio, nec astringitur vinculo; sed magis cùm loro retrahitur, exasperatur. Itaque nec coacta se subiicit, nec tamen libera vinculorum est. Sicut ergo trahit vitula lorum iugi, quæ etsi non tenetur è proximo, tenetur tamen, nec se explicat, & absoluit: Ita trahit vnusquisque peccator indomitis moribus iniquitates, qui putat se liberum, quia non est iugo subditus, subiectúsque iudicio; & nescit, quòd non sit exutus, sed magis vt illa

D. Augustin.

Septẽ funes quib⁹ vinctus Samson.

D. Hiero.

Aquila. Symmachus. Theodot.

Procop. Lxx Symmachus. Chald.

D. Hiero.

Procop.

illa vitula, & ipse se implicat suorũ nexibus peccatorum. Hi ergo sunt funes delictorum nostrorum, quibus inuoluimur *& ligamur.*] Quid? quod nec Plato hanc captiuitatem ignorauit, sed cum iniquitate animam asseruit *lib.9.de republ.* partem nostri diuinissimam scelestè & impiè tetertimè subiici seruituti; & similem esse perfidæ Eriphylæ, quæ monile aureũ accepit, vt virum vitâ priuaret? quod monile non viro modò, sed & ipsimet accipienti exitium tandem à proprio filio cõsciuit? Æschylus *in septem ad Thebas*, Statius *in Thebaide*, & alij: res nota, ab Alcmæone in patris vltionem interfectam matrem.

Plato.

Eriphyle, monile.

ADAG. DCXCIV.

EX CAP. VII. VER. IV.

Caudæ titionũ fumigantiũ.

CAVDÆ TITIONVM FVMIGANTIVM.

NOster Hebræũ contextũ optimè expressit, vocat, *caudas*, ipsa titionum extrema frusta: sic sumitur cauda *infer. cap.* 19.15. *& Deuter.* 28.13. Dicitur de tyrãnis, qui sunt iræ impotentes, & minantur grauissima alijs, tum quoque cùm ipsi sunt proximi exitio, sicut erant Phacee & Rasis, de quibus agit Isaias, & exstat historia 4. *Reg.* 16. & 17. & attingitur *Amos.* 1. *ver.* 5. Signanter autem fit fumi mentio, quia molestiam exhibere possunt, durare non possunt, sed euanescunt, *Sicut fumus deficiunt, sicut fluit cera à facie ignis, sic pereunt peccatores à facie Dei.* Psalm. 67. 3. *Quasi tempestas transiẽs non erit impius: iustus autem, quasi fundamentum sempiternum. Prou.* 10.25. Tales fuerunt persecutiones Iuliani & similium quibus accommodauit B. Athanasius apud Damasc. *orat. 1. de imaginib.* & Theodoritum *lib. 3. hist. Eccles. cap. 9.* & Socrates *li. 2. hist. cap. 12.*

D. Athan. Theod Socrates.

Has duas titionum caudas D. Hieronymus gentiles philosophos & hæreticos esse ostendit, secutus D. Basilium; qui tales esse dicit, quia quod in planta genitale & viuificum erat, perdiderunt; sed & splendorem omnem veritatis exstinxerunt, facti titiones fumigantes. Nam accedentium oculos velut fumo prouocant ad lacrymas, eorumdem verò animas denigrant.

D Hieronymus.

Basilius.

S. Chrysostomus literæ inhærẽs more suo docet vsum, quem dixit parœmiæ, in hunc modum: *Reges illos vocat torres siue titiones lignorum, per hoc ostendens, simul quidem peracrem eorum vehemẽtiam & intentionẽ; simul verò declarans, quã facilè possint opprimi. Ob hoc enim adiecit* fumigãtium: *hoc est qui in proximo erant deinceps exstinguendi.*

S. Chrysostomus. Vsus parœmiæ.

Potest extendi ad quoslibis homines, quorum minæ vehementes, iracũdia diuturna, vita breuissima: item ad magistratus quorum citò deficiet iurisdictio. Patet ex S Cyrillo. *Quemadmodum enim lignum (ait) seu titio, quando ex igne extrahitur, fumigat quidem, verum ignem in se amplius habere desinit, pari quoque ratione arbitror homo vel vita, vel rei alicuius finem facturus, meritò torris dici poterit aut lignum adhuc fumigans.* Procopius breuiter; καπνίζο μένας δὲ ἀλκὺς, τὰς δ' ὑοκέκλικε βασιλῆς, ὡς μήτε φῶς, μήτε δ' ὠαμιν ἴχοσας καυσικὴν ἢδη σβιοθῆσαι. *Fumigantes verò titiones duos vocauit reges, tanquam qui luce, quasi vrendi facultate extinctâ, iamiam priuandi.* An huc spectat fabula de fatali torre

S. Cyrill.

Procopius

Meleagri? vide *Metamorpho. lib.* 8.

ADAG. DCXCV. EX EODEM CAP. VER. XV.

Butyrum & mel comedere.

BVTYRVM ET MEL COMEDERE.

POsitum pro vesci cibis communibus, maximè puerorum. In eo namque videntur conuenire plerique sententiæ tractatorum: & patet ex contextu. Nam indicari communem cibum pauperiorum, patet *ex vers.* 22. *Butyrum enim & mel manducabit omnis qui relictus fuerit in medio terræ.* Nec mirum, propter summã mellis & lactis in Palæstinâ copiam. Lactis quidem ouilli & caprini, vt indicatur *Prou.* 27. *vers. vlt.* Quis nescit dictam terram lacte & melle manantem? De puerorum alimento verisimillimum, si accipias Hebraismum vt temporis indicem, quasi dicat, eoúsque his vescetur donec perueniat ad iudicij maturitatem eam, qua norit malum à bono discernere, vt acceperunt Chaldæus & quidam alij. Siue cum LXX. pro *priusquam*, quod secuti patres omnes de infantili cibo capientes. S S. Iustinus *Dialogo cum Triphone*, Irenæus *lib.* 3. *cap.* 26. Basil. Hieronym. Cyrillus hîc, itẽ qui optimè Chrysost. hîc & lib *quòd* CHRISTVS *sit Deus.* S. Bernard. *hom.* 2. *de aduent.* Siue capias, vt noster, pro causali hoc sensu; *Butyrum & mel comedet.* vt hoc conuenienti cibo adolescat perueniens ad robur & ætatem maturiorem, quâ acquisitâ scientiâ experimentali norit discernere cibos bonos & salutares à noxiis. Sic ferè D. Augustinus *lib.* 8. *de Gen. ad litt. c.* 14. Lac puerilem cibum esse nemo nescit, omnium liquidorum maximè alibilem, testibus Varrone *lib.* 2. *de re rust. li. cap.* 11. Alexandro Aphrodis. 2. *problematum q.* 74. & Clemente Alexandrino *lib.* 1. *pædagogi cap.* 6. Huc pertinet consuetudo primitiuæ Ecclesiæ, in qua recèns baptizati lac simul & mel gustabant, in signum concordiæ, simplicitatis & innocentiæ, quasi modò geniti infantes, ita Tertullia. *lib. de corona militis pag.* 449. fortassis potiùs imitatione Christi, adspectu ad hunc Isaię locum. Certum quoque hac phrasi notari Christũ verè hominem cæteris pueris similem fore, ne quis phantasticum corpus in eo imaginetur, quod notatum prædictis patribus: sed quod recẽtiores quidam notãt, etiam morbis puerorum fore obnoxium, & istud addi propter dentitionem, quam (sicut cæteri Hebręorum pueri) passum putant, cui adhibendum mel & butyrum consulunt medici, Ga-nus *lib.* 10. *de medicam. simplicib. cap.* 10. & Plinius *lib.* 28. *cap.* 19. hoc nõ recipio. Nam vt à CHRISTO viro, sic & à puero omnes perpetuò morbi abfuerunt. Nam corpus CHRISTI perfectè temperatum & expers omnis dyscrasiæ fuit. Nec satis etiam placet alia interpretatio Tostadi in li. peculiari de Emanuele: qui vult hac locutione (quã rectè vocat parabolicam hoc est parœmialẽ) significari CHRISTVM secundùm humanitatem futurum valdè prudentem & intelligẽtem; & huius indicium adiici commestionem mellis ac butyri, quòd hoc cibo soleant homines reddi valdè acuti & intelligẽtes. Prudentẽ fuisse & intelligẽtem CHRISTVM, nõ dubito. Dubitent hæretici Agnoitæ, etiam nostri temporis, quorum de CHRISTI ignorantia blasphemias

Chaldæus. LXX. S. Iustinus. Irenæus. Basilius. Hieronymus. Cyrillus. Chrysost.

Varrõ.

Alexand. Aphrodis. Clemens Alexand. Primitiuæ Ecclesiæ consuetudo.

Tertullia.

Galenus. Plinius.

Christi corporis temperamentum.

Tostadus. Cibus mellis ac butyri.

Melchior Canus. Canisius. Bellarminus. Feuardēt.

mias refellunt Melchior Canus *li. 12. de locis cap. 14.* Canisius *lib. 3. Mariał. cap. 22.* Bellarminus 2. *Controuersia de Christo*, & Feuardentius *li. de centum & sexaginta erroribus Caluinistarum.* Sed nego rectè ex hoc loco colligi. Licèt enim physicè vera foret hæc ratio & efficacitas alimenti, & inde Ioannes Huartius in examine ingeniorū omniū Iudæorum acumē conatus sit probare: tamen hîc nihil de Christo peculiare significaretur, cùm mox *v. 22.* de cęteris idē dicatur. Meliùs ergo Isidorus, Clarius & alij colligunt, indicari, vt puerum electurum dulcia, & amara repudiaturum.

Ioh. Huartius. Isidorus. Clarius.

ADAG. DCXCVI.

EX CAP. VIII. V. VIII.

Vsque ad collum.

VSQVE AD COLLVM.

Significatur altissima inundatio. Sic enim infer. *cap. 30. 28. Velut torrens inundans vsque ad mediū colli.* Vsurpatur quando calamitas vsq; ad ipsam regionis metropolim perundit, quæ sicut collum exstat supra corpus, eminētior est totâ prouincia. Sic de Hierusalem acceperunt hîc LXX. & Chaldæus. D. Hieronymus, & alij volunt extremū periculum & summam calamitatem significari. Rupertus impendentem captiuitatem. Vide Ioannem Ferdinandum *in thesauro* voce *collū.*

Vsus. LXX. Chaldęus. Hieron. Rupertus. Ioa. Ferd.

ADAG. DCXCVII.

EX CAP. IX. VER. X.

LATERES CECIDERVNT; SED QVADRIS LAPIDIBVS ÆDIFICABIMVS.

SYCOMOROS SVCCIDERVNT, SED CEDROS IMMVTABIMVS.

BEne monuit Cammius duplex vno sensu adagium esse. Sed & Ionathan Chaldęus breuiter explicuit; *Principes transmigrarunt, & meliores eis constituemus: substantia direptæ sunt, & pulchriora his ememus.* Cōstat decem tribus loqui, contemnentes iacturam quam passi, siue separatione à domo Dauid; siue clade bello acceptâ. Vsus erit in re simili, quando quis non desperat se restaurare posse, quæ amisit. In primo phrasis est similis Augusti dicto, *se Romam lateritiam accepisse, marmoream relinquere.* LXX. de turri addiderunt, vt indicarent decem tribus blasphemè templum quod deseruerant, vocare *Sycomoros*, & sua altaria *vitulorum turres*: quod insinuat S. Basilius, & secuti Hieronymus, Cyrillus, Procopius, ne temerè credas hîc Leoni Castrio. Foreirus monet videri prouerbiales locutiones: id Montano displicet: sed videtur magis consentaneum Prophetiæ ac Patribus. Nec malè Blasius Viegas *in Apoc cap. 12. cōment. 1. sect. 7.* notauit posse Catholicā Ecclesiam hoc verè dicere propter robur suum inuictum: siquidem toties impugnata, multò fortior, feliciórque permansit, & in membris, scilicet particularibus Ecclesiis, aliquoties labefactata, firmior, & infuscata pulchrior emersit. De sycomoris alibi differetur.

Cāmius. Vsus. Augusti. dictum. LXX. S. Basil. Hieron. Cyrillus. Procop. Leo Cast. Foreirus. Blasius. Viegas. Catholicę Ecclesiæ robur.

EX CAP. IX. VER. XX.

ADAG. DCXCVIII.

CARNEM BRACHII SVI VORARE.

Catnem brachij sui vorare

POsset quis falli, & confundere cum alio, *comedere carnes suas*, de quo dictum *Adag. 506.* Sed longè aliud hîc significatur. Nam sacra Scriptura *brachij* nomine solet significarę

Brachij nomen in sacra Scriptura quid.

gnificare robur, fortitudinem, & substantiã vniuscuiusque, vt *Zach.* 11.17. *Isai.* 33.2. *Ierem.* 48 25. Notum ex iis qui odiotissimos Hebræos collegerunt: & quia proximi nobis, sunt quasi pars quædam corporis communis, ideo proximi, oculus, manus, pes *Matth.*18.*ver.*8. & brachium solent vocari: & hoc loco *brachij carnem vorare*, est proximorum bona & substantiam diripere, vt explicant Chaldæus. Forer. Vatabl. Clarius. Sic dicitur *Ierem.*19.9. *Vnusquisq; carnem amici sui comedet.* Et apud eundem 17. 5. *maledictus qui fidit in homine, & qui ponit carnẽ brachium suum. & Iob.* 22. 9. *lacerti pupillorum* ponuntur pro pecuniolis eorum. Et *brachium carneum* pro humano auxilio ponitur 2. *Paralip.*32.8.

Chaldæus. Forcirus. Vatablus. Clarius.

Lacertipupillorum.

II. Interpretatio.

Efficacior adhuc est interpretatio Patrum, vt ponatur pro intestino dissidio inuicem auidè interimẽtium. *Ferinam ac bestialem* (inquit) *quandam animi constitutionem ac statum subindicat, esse mutuam fratrum deuorationem disserens, in sesè mutuâ cede incurrentium.* B. Cyrillus & Procopius simpliciter videntur accipere, quòd præ insaniâ nec suis carnibus abstinebunt. Procopij verba sunt, λιμῷ γὰρ χαιόμενοι τῇ δι' ἀφείσει πλεονεξίαν ἅπτονται καταδαπανῶντες τὰς ἐκ δεξιῶν τῆς ἐξ εὐωνύμων. ἀλλ' οὐδὲ σαρκῶν φείσονται τῶν ἰδίων, κατεσθίουσι δὲ ἀλλήλων ἀδελφοὶ, εἷς τε καθ' ἑνὸς, καὶ καθ' ἕτερον δύω. &c. Curterius ita: *fame enim tanquam rabie, huc & illuc agentur dentibus in quoslibet undiquaq; irruẽtes. Imo ne a suis quidem ipsi carnibus abstinebunt: sed in se inuicem, qui fratres sunt, in singulas singuli, & in alterum gemini consurgent.* quod re verâ contigisse docet Iosephus *lib.* 5. & 6. *belli Iudaici.* & sic accipiunt Leo Castr. & Montanus hic.

III. B. Cyrillus Procopius Iosephus.

Leo Castr. Montan.

EX CAP. X. VER. XIV.

Mouere pennam, dixi §.170.

EX CAP. X. VER. XV.

ADAG. DCXCIX. Numquid gloriabiturserra, &c.

Numquid gloriabitur securis contra eum qui secat in ea? Aut exaltabitur serra contra eum à quo trahitur? Quomodo si eleuetur virga, contra eleuantem se, & exaltetur baculus, qui vtique lignum est.

ADAG. DCC.

ADAG. DCCI.

TRibus elegantissimis adagiis docet, quàm sit insanũ gloriari de viribus aut potentiâ propriâ, aut prosperos successus atq; victorias sibi, non Deo ascribere. Sic fecit de quo hîc sermo tyrãnus Assyrius, *sup.v.*13. Sic Iulius Cęsar superbo elogio; *veni, vidi, vici*: correxit maior Iulio Carolus V. Imperator, Belgarum laus præcipua; *Veni, vidi, Deus vicit.* Tale quiddam *v.* 9. *cap.* 45. de quo ibi. Dixi tria esse adagia, quia Lxx. & Chaldæ⁹, illud de *baculo* & *virga* vt vnũ meritò acceperũt. Lxx.

Veni, vidi, deus vicit. Carol⁹. V.

μὴ δοξασθήσετ) ἀξίνη ἄνευ τοῦ κεκλοντος ἐν αὐτῇ; ἢ ὑψωθήσετ) πρίων ἄνευ τοῦ ἕλκοντ) αὐτόν; ὡς αὔτως ἐὰν τις ἄρῃ ῥαβδον ἢ ξύλον ὑψωθήσεται ξύλον, ἃ οὐκ ἔστως. sic regij & Complutenses, hoc est; *Numquid glorificabitur securis sine eo qui cadit in ipsâ? aut exaltabitur terra sine eo qui ipsam trahit? quomodo si quis eleuet virgã vel lignum, exaltabitur lignum & non sic.* Vaticanus tantùm pro hoc tertio, ὡς ἂν τις ἄρῃ ῥαβδον ἢ ξύλου; ἃ οὐκ εὖτως. *quomodo si quis eleuet virgam aut lignum, & non sic.* Hebræa magis

Corruptè. Rom. editio habet. terra.

magis conueniunt cum priore lectione. Chaldæus Ionathan ita exponit; *Numquid gloriabitur securis contra eum qui scindit in eâ, dicens: Nonne ego scindi? aut magnificabitur serra contra eum à quo trahitur, dicẽs: nonne ego secaui? Quando eleuatur virga ad percutiendum, non virga percutit, sed ille qui percutit in eâ.* Quædam versio; *Quod perinde esset, ac si virga se leuaret cõtra eum qui ipsam fert, & baculus seipse extolleret, quasi lignum non esset.* Hebræa ad verbum sonant; *vt eleuatio virga in eleuãte ipsum, nec eleuatio scipionis est in ligno.* Quo ad sensum omnia eodem tendunt: nempe, sic hæc omnia Deo, non regi Assyriorum esse tribuenda, vt bene Vatablus. Versiones aliæ, quas adfert Isidorus, Clarius, nugaces sunt. S. Basilius, lignũ vel virgam intelligit de sceptro. *Consimili ratione*, inquit, *neque lignum, quod sceptri præfert figuram, sed qui sceptrum in manu sumit in signũ potestatis penes se constituta.* Mox addit & ipse valdè accommodam similitudinem; *Quemadmodum in consistoriis & foris iudicum lictores sunt & carnifices ordine quisque suo constituti, ad expetendam de maleficiis vindicẽ pœnam; non item sunt isti authores aut arbitri irrogandæ pœnæ, neque suâmet fortitudine, aut priuatâ potestate quidquam faciũt, sed quæ tenere & præscripto iudicũ illis demandantur.* Cur ergo glorientur, quasi priorũ victores, isti quauis dignitate, aut fanore maiorũ præpollẽtes? serræ sunt, secures sunt, ligna sunt quibus vrimur, findimur, dissecamur. Abiiciet tandem, qui secat, findit, vrit per illos. *Sic & tu* (verba sunt Hieronymi) *cùm organum Dei fueris voluntatis, erigeris in superbiam, & cuncta quæ geruntur, tua gloriaris esse virtutis.* Non sic erit; consumi, hæc quibus niteris, videbis. Mittet Deus Sabaoth vindex superbiæ in pinguibus tuis tenuitatem, opes has tuas ad nihilum rediget, gratiam qua tantopere nunc turges, extenuabit, & splendorem hunc inanem, ac gloriam flammis subitis deuorabit. Vide Cyrillum & Procopium.

Sensus adagij.

Vatablus. Isidorus. Clarius S. Basilius.

Cyrillus. Procop.

Notat præterea D. Hieronymus, Diabolum in sacra Scriptura *securim*, *serram*, & *virgam* sæpissimè appellari, eò quòd per illum infructuosæ arbores succidantur, & diuidatur atque ferretur incredulorum duritia, & percutiantur virgâ, qui non recipiunt disciplinam. Et proinde, idem pertinere ad Diaboli membra, maximè hæreticos. *Hæreticorum enim os in cælum ponitur, & lingua eorum pertransit in terram: sensu, quem à Deo in bonam partem acceperunt, abutuntur in contrarium atq; peruersum: vt loquantur contra eum à quo conditi sunt: & linguæ ministeriũ, quo laudandus est Dominus, vertant in blasphemiam.* facit hoc loco perfidus Oecolampadius, Catholicos hîc insimulans Pelagianismi, quasi tantùm tribuant viribus liberi arbitrij, & pro conatuum suorum gloriâ contendant. Mentitur planus planissimè. Nam Catholici arbitrium à gratiâ Dei non seiungũt: sed negãt hominem Dei instrumentum inanimatum esse: sed animatum & spontè cooperans. Animam in Deo viuere & moueri fatentur *Act. 17. vers. 25. & 28.* sine illâ mortuam & immotam fore, sed Dei gratiâ excitante & adiuuante, seipse liberum arbitrium exerere, & quidem liberè, sine physicâ prædeterminatione, contendunt. Ideò de solis suis conatibus non gloriantur, nec viribus suis confidunt, nec gratiam euacuant: sed cum Apostolo censent omnia se in eo à quo confortantur, & cui spontè pa-

D. Hiero. Diabolus securis, serra, virga.

Oecolampadius.

Liberum arbitrium.

rent, posse. Vide Adamum hîc. Et Driadonem lib.1. de gratiâ, & lib. arbitr.

ADAG. DCC I.

IBIDEM VER. XIX.

Puer scribet eos.

Puer scribet eos.

VT intelligas de infantulo capiendum *nahhar* נער Lxx. vertunt *puerulum parvum παιδίον μικρὸν*. Quod non satis aptè Ionathan retulit ad imbecillitatem imperij: nam illa ex variis causis oriri potest. Adagium enim est de adeò exiguo numero, vt denarium non excedat. Nam ad decem vsque solent etiam infantuli numerare: & denarium facilè possunt describere, si vel intingant digitum in arenam. Litera Iod. Denarius. Cyrillus Adamus. Nam litera Iod Hebræis *decem* valet, & à puero sic efformabitur. Denarium hunc tuetur Hebræorum traditio, quę vult cum Sennacherib tantùm decem effugisse: & sequitur S. Cyrillus, & Adamus. Quicquid sit de denario (quod fortè nimis subtile) constat significari magnam quæ priùs fuerat multitudinè, eius respectu ad summam paucitatem reducendam. Sic simpliciter S S. Basilius, Hieronymus, Procopius hic & Eusebius *lib.2. demonstratione* 40. & August. *in psa.*94. Basilius. Hieron. Procopius Eusebius Augustin. Vatablus. Clarius Castrius. Vatablus, Clarius, Castrius, qui consentaneè sequentibus & Apostolo *ad Romanos* 9.27. *ad reliquias* referunt, quæ per Romanos vastatâ Hierosolymâ salvæ factæ, & paruulum interpretantur CHRISTVM qui eos libro vitæ inscripsit præclarè: tropologicè verò idem ad sacerdotes pertinere, qui homines per confessionem Deo reconciliant, ostendunt S. Basilius & Eusebius.

Tropologia.

ADAG. DCCIII.

IBIDEM VER. XXVI.

Plaga Madian & dies Madian.

PLAGA MADIAN hîc, & DIES MADIAN suprà *cap.*9.4.

DIcebatur in sacra Scriptura dies qua Deus de hostibus populo suo victoriam concesserat memorabilem, & clades miraculosè Dei Sabaoth virtute hostibus illata, qua ad internecionem fermè occisi; patet ex historia Iudicum 7. & 8. & vnanimi consensu sic tractatores vtroque loco acceperũt. Adagia ex huiusmodi euentibus sumi docẽt prophani, de clade Cannensi; & die Allienſi. Sic posteriores dixere *Vesperas Siculianas*; propter Francos Prochytæ fraudulentiâ per totam Siciliam datos internecioni. Scio quibusdam etiam Lutetiæ tempore Caroli. IX. multis millibus Caluinistarũ cæsis tumultu nocturno, vsurpatum *Matines Parisienses.*

Vesperæ Sicilianæ.

ADAG. DCCIV.

IBIDEM VER. XXVII.

Computrescet iugum à facie olei.

Computrescet iugum à facie olei.

IN Græco non est hoc, totum videtur excidisse, & ex Hebræo reponendum. Chaldæus vt literali sensu exposuit, *conterentur populi à facie Messiæ*: sed vereor ne Messiã intellexerit Ezechiam Regem vnctum. Præstat de CHRISTO IESV accipere, qui propriè *Oleum*, quia fons misericordię & mãsuetudinis, qui sustulit ab humeris nostris, iugum legis veteris; & durius iugum diaboli & peccati: à quo liberati, verè liberi sumus, ipso teste qui dixit, *Qui facit peccatum, seruus est peccati,*

Computrescet iugum à facie olei.

cati seruus autem non manet in domo in æternum. filius manet in æternum. Si ergo vos filius liberauerit, verè liberi eritis. Ioan. 8. 35. *Iugi* asperitas solet vel pinguia boum colla deterere: hîc spiritualis iugi duricies & asperitudo deteritur ab ipso oleo quo collum inunctum. Tum quia CHRISTI exemplo, in patientiâ, mãsuetudine, & charitate aduersarios vincimus, & Deus *per infirma quæ elegit, mundi fortia confundit*, 1. *Cor.* 1. 27. *Oles faciem* vocat præsentiam CHRISTI, Spiritus S. quibus vnctus est, charismata in nos diffundentis: vnde nomẽ illi à sponsâ, *Oleum effusum. cant.* 1. 3. S. Gregorius *lib.* 19. *in Iob cap.* 12. *&* 13. *Iugum quippe à facie olei computrescit, quia dum Spiritus sancti gratiâ vngimur, à captiuitatis nostræ captiuitate liberamur: dumque maligni Spiritus dominatio superba repellitur, iugum conteritur, quo libertatis nostræ colla premebantur.* Sic ergo primùm vti possumus, de Spiritus sancti gratiâ,

Olei facies.

S. Gregorius.

II. Interpretatio.

Secundò de suauitate amoris seu charitatis quę propria legis CHRISTI, cuius iugo suaui ceruicem qui subdit, non atteritur pondere, sed reficitur dulcedine, vt eleganter docet Blasius Viegas *comment.* 4. *sect.* 5. *in cap.* 2. *Apocalyps.* Ostendens CHRISTVM esse illum pigmentarium, de quo *Ecclesiastis.* 38. 7. *In his curans mitigabit dolorem, & vnguentarius faciet pigmenta suauitatis, & vnctiones confectas sanitatis*, hoc est, simul suauia & sana præcepta dabit: onera, non onera. S. Augustinus *libro de naturâ & gratiâ contra Pelagianos cap.* 69. [*Omnia sunt* facilia charitati cui vni CHRISTI sarcina leuis est, iuxta illud Ioan. 5. *Hoc est charitas Dei, vt mãdata eius custodiamus & mandata eius grauia non sunt.* Quare cui grauia sunt, cogitet, non potuisse diuinitus dici, *grauia non sunt*; nisi quia potest esse cordis affectus, cui grauia non sunt: petat igitur, quo destituitur, vt impleat *quod iubetur.*]

Blasius Viegas.

S. August.

III. Tertiò de obedientiæ virtute, hoc religiosi homines quotidie experiuntur, qui cum gaudio sustinent iugum Domini, & per semitas eius currunt labore nec aspero nec oneroso; quia mites sunt & humiles: vt enim scribit S. Leo *Sermo.* 5. *de Epiphaniâ: nihil arduum est humilibus, nihil asperum mitibus: & facilè omnia præcepta veniunt in effectum, quando & gratia præstendit auxilium, & obedientia mollit imperium.* Audiamus ergo B. Gregorium Nyssenum *orat.* 2. *de pauperibus amandis*, post medium; *tollite*, inquit, *iugum meum super vos. Mandatorum obseruationem iugum appellat: iubenti pareamus, efficiamur iumentum* CHRISTI *induentes vincula charitatis: tale iugum ne detrectemus, ne excutiamus, suaue est, leue est, subeuntis ceruicem non atterit, sed demulcet.* Sic ille. notat autem Gillebertus *in allegoris*, vocem computrescendi: *quod putrescit lente deficit, non deficit semel. Propositum voluntatis præcidi quidem potest, & quasi dirumpi: sed inueterata passio non tam decidituri, quàm dediscitur. Et quando operanda salutis impossibilitas auferitur per gratiam, tunc quasi dirumpitur captiuitatis iugum: sed quæ resident adhuc boni difficultas, dũ paulatim tollitur, eius videtur iugum computrescere.*

B. Gregorius Nyssenus.

Gillebertus Computrescere.

IBIDEM VERS. XXXIII. ADAG. DCCV.

CONFRINGET LAGVNCVLAM IN TERRORE.

Confringet lagũculam in terrore.

LXX. συλλαφάσει τὰς ἰσθένεις μετὰ ἰσχύος. *Conturbabit gloriosos cum fortitudine*, seu vt Tertullian vertit *cũ valentiâ.* Quod negotiũ facessit,

Tertull.

est Hebræũ מסעף פורה *mesahheph purah*. Chaldæus exponit; *prouciet interfectos in castris eius, sicut cùm vua calcantur in torculari.* censuit enim פורה significare *torcular*, vt & Symmachus & Theodotion, teste Hieronymo; qui hoc loco scribit in hæc verba; *verbum Hebraicum* פורה, *quod Aquila* κεράμιον interpretatus est; Theodotio, Symmachúsque *verterunt* λινὸν, id est, *torcular: quod & ipsum iuxta inscriptionem trium psalmorum dominicam significat passionem, ipso dicente in Esaia*, Torcular calcaui solus, & de gentibus non est vir mecum. *Septuaginta autem pro torcular nouum sensum inferentes*, glorioſos *interpretati sunt.* Hactenus D. Hieronymus.

Chaldæus. Symmachus. Theodotion. Hieronymus. Aquila.

Multi hodie cum Rabbinis recentioribus Abenezra & Kimchi malunt vertere, *deramificans* vel *confringens ramum.* Conueniũt cum nostro, quòd omnes hac locutione volunt indicari, superbiam hostilem à Deo minimo negotio retundendam frangendámque, quàm facilè vel vasculum testaceum vel tenellus ramus arboris confringatur ab aliquo valdè robusto. Hîc ergo est sensus adagialis aptus, siue velis ad Sennacheribum deuictũ referre cum recentioribus Hebræis & Vatablo, Clario, Adamo, Forerio, Montano, cuius sensus vt historici meminerunt, Cyrillus, Hieronymus, & Procopius: licèt isti duo fateantur ab his verbis secundùm alios transitum institui ad CHRISTI aduẽtum; & agi de ipsius Iudæa & Hierosolymæ excidio, quod volùit Eusebius *d. lib. 2. demonstrat.* 41. & R. Aben apud Galatinũ *l. 4. c. 11.* & ego huc propendeo.

Sensus loci. Vatablus. Clarius. Adamus. Forerius. Montanus. Cyrillus. Hieronymus. Procopius. Eusebius. R. Aben. Galatinus.

Puto autem omnes versiones ex Hebræo deduci posse, & CHRISTO conuenire.

Nam פורה primò significat *lagunculam*, vt noster hîc vertit adspectu ad victoriam, quam lagenis effractis obtinuit Gedeon contra Madianitas, de quo dictum *suprà v. 26.* & κεράμιον *vas figlinum*, vt reddidit Aquila. Permisit enim Deus CHRISTVM morti tradi, cuius thesaurus diuinitatis in fragili lagenâ corporis continebatur. Sic enim alibi, de CHRISTO dici, *Aruit tanquam testa virtus mea psal. 21. 16.* Ibidem D. Augustinus, Euthym. & alij tradiderunt: & 4. *Reg.* 2. Elisæus misso sale in vasculum aquas lethales discussâ morte sanauit: hoc est, Deus filium suum in corpusculum terreum immisit, qui descendens in Iordanem aquas baptismi sanctificauit. Ita S. Augustin. contra Fulgẽtium Donatistam *articulo* 19. permisit hoc vasculum confringi: (sic dicitur percussisse, quia permisit percuti *psal. 68. 27.* & *Zachar. 12. 4.*) vel potiùs quia confractâ hac in cruce lagunculâ, faciliùs de cunctis hostibus victoriam obtinuit, quàm Gedeon de Madianitis. Vide *Iudic. cap. 7.* Aquila. S. August.

II.

Secundò LXX. videntur deduxisse à פאר *Paar*, vt significet *gloriam* & legisse פארה *Perah*: nam quod præcedit, & illi verterũt *conturbabit*, ad sensum verterunt. Nam CHRISTVS in crucem actus in arborem, trophæum statuit de occisoribus, & factus fructus terræ sublimis, à ligno regnauit, & Principibus Iudæorum atque inferorum terribilis exstitit.

III.

Tertiò confirmat hoc ipsum versio recentiorum & hostium nostrorum Rabbinorum. Nam cùm סעף *Sahhiph* significet *ramum* vel *cacumen arboris*; & ideo מסעף vertunt vel *confringens*, vel *deramificans*, & *purah*, *ramum*: quæso te nónne Iudæi sunt rami

olex

oleæ confracti, *Rom.* 11. 17. & Synagoga omni splendore spoliata? si verò (vt possumus) vertamus simpliciter *ramificare* pro statuere in cacumine: nónne CHRISTVS in cruce exaltatus, vt sic dicam, ramificauit ibi gloriam suam & nostram? sed Iudæorum superbiam depressit, & de illa, vt dixi trophæum statuit: inscriptionem nempe victoriæ suæ σπλαγχφίαν, vt nonnulli psalmi inscribuntur.

IV. Symmachus Theodotion.

Denique si cum Symmacho & Theodotione vertas, quasi פָּוַרָה literis commutatis positum pro פּוֹרֵה *Parah* cum (ו) scureck, sensum tradidit B. Hieronymus. Lege hîc Leonem Castrium ista paulo aliter, sed doctè admodum differentem.

B. Hieronymus. Leo Castrius.

ADAG. DCCVI.

EX CAP. XI. VER. VI. VII. VIII.

MVltæ hîc allegoricæ paræmiæ occurrunt, quibus constat vnum & idem indicari, nempe summam Christi fidelium in vnâ fide & Ecclesiâ consensionem, & vocum, nationum, propensionum, ingeniorum, statuum, animorúmque diuersissimorum cócentum & harmoniam suauissimam, qua implerum verè, quod fabulosè finxerunt poëtæ, de Amphione Thebanos muros citharæ sono construcre spontaneo motu ac situ marmorum; de Orpheo saxa, syluas, feras dulcisonis modulis attrahente. Nam sic acceperunt has locutiones vnanimi consensu Patres mox citandi, quorum dicta suis quæque locis collocabuntur, ne qua confusio sit confertim stipatis. Eusebius postquam dixit *d lib. 2 pag. 49. vocationem gentium per quandã ser-*

Amphi.

Eusebius

monis obscuritatem more prophetico explicatam, τὴν ἐθνῶν κλῆσιν δι' αἰνίγματος προφητικῷ τρόπῳ ἀναφωνεῖ, subdit, quid hæ locutiones indicent: καὶ τὰ τοιαῦτα οὐδὲν ἕτερον, ἢ τῶν ἀγρίων καὶ ἀπάνων τὸν τρόπον καὶ μηδὲν θηρίων διαφερόντων ἐθνῶν, τὴν ἐπὶ τὸ εὐσεβὲς καὶ ἥμερον καὶ κοινωνικὸν τρόπον μεταβολὴν ἰδεῖν: *& quæ talia nihil aliud quàm ferarum & immanium gentium nihil à belluis differentium ad pios, mansuetos, & sociales mores conuersionem indicant.* idem repetit *lib. 3. & lib. 7.* & hæc omnium Patrum communis semper sententia fuit, homines propter vitia, quæ ferarum propria videntur quarumdam, illarum ferarum quas imitantur nominibus in sacrâ Scriptura nuncupari: & hoc Iudæis respondent, quærentibus quando hæc per CHRISTVM fuerint impleta. Legendi S. Irenæus *lib. 5. cap. 33.* Origenes *homil. 2. in Genes.* in fine Basilius *Hexaëm. hom. 10. in fine.* idem Cyrillus, Hieron. & Procop. *hic.* Chrysost. *hom. 12. in Gen. post med.* & *hom. 23. ante medium,* & *hom. 10. in Matthæ. in medio* & *hom. 3. ad pop. Antiochen.* Gregor. *lib. 2. in Ezech. hom. 16.* Prosper. *de prædict. p. 2. promiss. 39.* & alij. sic etiam loquuntur passim Scriptores alij, præcipuè poëtæ, & Sibyllina oracula, tantum non verbotenus Isaiam exprimentia, *lib. 3.*

S Irenæus. Origenes. Basilius. Cyrillus. D. Hieronymus. Procopi[a]. Chrysostomus. Procopi[b].

HABITABIT LVPVS CVM AGNO. Hebræum גָּר *Ghar* significat simul hospitaturos, hoc est; vt Lxx. vertunt, iisdem vsuros pascuis συμβοσκηθήσεσθαι. Sibylla;

ADAG. DCCVI. Habitabit lupus cum agno.

οἱ δὲ λύκοι σὺν ἄρνες' ὀρέστην ἀμιλλώμενοι.

Lactantius.

ita citat Lactantius *lib. 7. cap. 24.* excusus,

Lupi verò cum agnis in montibus versabuntur.

nam quidam ex m. s. citant aliter,

& in oraculis exſtat,

ἐν δὲ λύκοιτε ϗ ἄρνες ὸν ὄρσιν ἄμα μὶς ἔδονται.

Cúmque lupis agni per mentes gramina carpunt.

Stratonicus Epiſc. & ſic haberi in collectaneis Stratonici Epiſcopi Cumani refert Sixtus Senenſis *bibliothecæ lib. 2.* ſed in illis verſibus facilè deprehendas lacunam, & varia menda, quæ miror nec Sixtum, neque ipſum obſeruaſſe. Cyrillus per omnia hæc fera animalia Gentes, per mitia Iudæos intelligit, vt & Euſebius. Sed Ambroſ. *in Pſal.* 118. & D. Hieronymus hic, per *lupum* intelligunt D. Paulum, per *agnum* Ananiam vel D. Petrum, non quòd ad eos reſtringere voluerint; ſed vt exemplo vno indicarent morum diſcrimen & antipathian indicari. Lactantius d. loco Iudaizat putans hæc ad literam accipienda: *Non beſtiæ* (inquit) *per hoc tempus ſanguine alentur, nõ aues prædã; ſed quieta & placida erunt omnia: leones & vituli ad præſepe ſimul ſtabunt: lupus ouem non rapiet, canis non venabitur: accipitres & aquilæ non nocebunt: infans cum ſerpentibus ludet. Denique tunc fient illa, quæ poëtæ aureis temporibus facta eſſe iam Saturno regnante dixerunt.* fuit hîc error Millenariorum, ad quem alludens hoc loco D. Hieronymus non obſcurè, nec immeritò Lactantium perſtringit. Iudæos idem volentes refutarunt veteres eorum magiſtri, vt R. Moyſes Ægyptius, & alij quos refert Galatinus *lib 5. cap. octano.* ideo miror Oecolampadium hæreticum claudicare hoc loco inter Iudæos & Chriſtianos medium, dum putat cicures beſtias metaphoricè, ſed feras capiendas propriè: quod abſurdiſſimum. Quanto rectiùs Procopius hîc; vult prædici, ὅτι λῳῶν εἰς τὰ ἤθη τὰ ἀγριώτατα ϗ θηριώδη τὸν τοιοῦτον ἀποβίμενα τρόπον τοῖς ἠπιωτέροις ἀναμιχθήσεται, ὁμοῦ τε τοῖς ἐν ἐκκλησίᾳ νεογνοῖς τῆς αὐτῆς ἐκ τῶν θείων λόγων μεταλήψόμενα τροφῆς. *rapaces & feros olim homines, mutato vitæ genere, ſtudiis contrariis penitus incubituros: ſimúlque in eccleſiâ recens natos diuinorum verborum alimento participaturos.* S. Gregorius *d. homil. 16. Per ſanctæ charitatis viſcera lupus cum agno habitat: quia hi qui in ſæculo raptores fuerunt, cum manſuetis & mitibus in pace conquieſcunt.*

Sixtus Senenſis.

Cyrillus.

Euſebius. Ambroſ. Hieronymus.

Millenariorum.

R. Moyſes Ægyptius. Galatinus.

Oecolampadius.

Procopius.

S. Gregor.

IBIDEM.

ADAG. DCCVIII

PARDVS CVM HOEDO ACCVBABIT.

Pardus cũ hœdo accubabit.

SIbylla; παρδάλεις τ' ἐλάφοις ἅμα βοσκήσονται, *ſimul paſcentur.* aliter Lactantius, nempe;

χόρτον γὰρ λύγκες τ' ἐλάφοισιν ἅμα βόσονται.

Herbam etenim linces cum hœdis pariter depaſcentur. Bene S. Hieronymus: *Pardus, qui priùs non mutabat varietates ſuas, lotus in fonte Domini accubuit cum hœdo, non qui à ſiniſtris eſt, ſed qui immolatur in Paſcha Domini. Et hoc notandum, quòd non agnus & hœdus accubent & habitent cum lupo & pardo, ſed lupus & pardus agni & hœdi imitentur innocentiam.* S. Gregorius quoque ſup. *Is qui peccatorum ſuorum maculis varius fuit, cum eo qui ſe deſpicit & peccatorem fatetur, humiliter conſentit.* Cyrillus eum vult dici *pardum*, qui mentem pluribus & variis perturbationibus & affectibus notatam quaſi & maculatam haberet. idem viſum Ruperto, quod Hieronymo.

S. Hieronymus.

S. Gregor.

Cyrillus.

Rupertus.

IBI

ADAG. DCCIX.

IBIDEM.

Vitulus, leo & ouis simul morabuntur.

Vitulus, & leo, & ouis simul morabuntur.

HEbraicè pro *leone* est *chephir* כפיר quod significat *scymnũ seu catulum leonum*; & pro *oue* est מריא *meri*, quod pingue pecus seu arietem exponunt Chaldęus & alij. Lxx. ταῦρον, *taurum*. Vatablus, *bubalum*. puto significari quoduis pecus altile & saginatum: *ouem* nominari, quia notæ mansuetudinis, sicut *leo* ferociæ. Hoc fuit à Sibylla prætermissum. S. Hieronym. scribit, nos hoc quotidie in Ecclesia cernere, in qua diuites & pauperes, potẽtes, & humiles, reges atque priuatos pariter commorari videmus. S. Gregor. *sup.* per *vitulum* eos intelligit quos pœnitet peccasse; per *leonem*, crudelitate sæuos; per *ouem* malitiæ expertes. eius sunt ista; [*Vitulus, & leo, & ouis simul morabuntur.* Quia & is, qui per contritum cor ad quotidianum se Deo sacrificium prępara; & alius, qui tanquam leo ex crudelitate sæuiebat; & alter, qui velut ouis in innocentiæ suæ simplicitate perdurat; in cauſis sanctæ Ecclesiæ conuenerunt. Ecce qualis est charitas, quæ per diuersitates mentiũ accenditur, cõcremat, conflat, & quasi in vnam auri *speciem reformat.*] Alij Latini per *vitulum* nobiles & petulantes, & dissolutos intelligunt. B. Cyrillus *lib.* 2. plura cæteris, [*Videtur* (inquit) *vitulum* appellare noũitium & recentẽ credentium populũ, in Christo scilicet pueascentem: *taurum* verò fortassis Israëlem vel *vt* veteranum. Cùm enim tener sit vitulus, taurus prior est & maturior tempore. (*Quàm apta hæc sint religiosis familiis?*) Vel per *vitulum* designat eum qui religione & virtute eminet. Quale est, quod dicitur, pusillos cum magnis, & seniores cum iunioribus benedicere, iuxta vocem psallentis. Nouit verò & sapientissimus Ioannes, mentis & animi ætatẽ talem. Scribit igitur & patribus, & paruulis, & prętera adolescentibus, comparans, vt arbitror, mensuram cuiusque mentis, & notitię & diuinę cognitionis, corporum ætatibus. *Pascentur* itaque inquit, *simul & vno in loco vitulus, & taurus & leo.* Tum cõmodè vitulo & tauro leonem adiungit: vt rursùs ænigmaticè & obscurè subintelligas fide iustificatos, & sceptro Christi omniũ nostrum Seruatoris subiectos, non ex solis esse mundis & sanctis, nẽpe ex placidis & & mitibus, id est, ex lege mansuefactis; sed etiã ex agrestibus, videlicet ex gentibus conglutinante, & adcõcordiam animorum cõponente eos omnium nostrùm *Seruatore.* &c.] sequitur vt solet Cyrillum Procopius, Hieronymum Strabus, & Rupertus.

S. Gregor. Vitulus, Leo, ouis.

Cyrillus.

ADAG. DCCX

Puer paruulus minabit eos.

Puer paruulus minabit eos.

CONVENIVNT omnes, significari vtilitatem gubernationis, & hunc puerum paruulum indicari Christvm, & Christi imitatores atque vicarios, Apostolos, Prælatósque; & hanc fœlicitatem nasci ex charitatis magnitudine. Sufficiet adscribere verba D. Gregorij suprà de hac charitate; [*Sed in eo* quòd se electi sic amant (*vt dictum adag. præcedenti*) ad illum necesse est vt festinent quem æterno gaudio in cœlis videre merentur. Vnus est etenim Dominus ac redemptor noster, qui & hic dicto

D. Greg.

electorum suorum corda ad vnanimitatem ligat, & ad supernum amorem per interna desideria semper stimulat. Vnde & illud subditur : *Et puer paruulus minabit eos.* Quis iste est puer paruulus, nisi de quo scriptum est: *Puer natus est nobis, filius datus est nobis ?* Qui simul habitantes minat, quia ne in terrenis rebus corda nostra inhæreant, hæc per internum desiderium quotidie inflammat. & hoc ipsum eius minare, est ad suum nos amorem incessanter accendere, ne cùm nos vicissim diligimus, mente in hoc exilio remaneamus: ne quies huius vitæ sic placeat, vt ad obliuionem patriæ perducat, ne delectata mens prosperis torpeat. Vnde & donis suis flagella permiscet, vt nobis omne quod nos in sæculo delectabat, amarescat, & illud incendium surgat in animo, quod nos semper ad cæleste desiderium in quiete excitet. atque, vt ita dicam, delectabiliter mordeat, suauiter cruciet, *hilariter contristet.*]

D. Cyrill. De Doctoribus & prælatis egregiè D. Cyrillus, sic scribens ; [*Est sciendum* ante fidem in CHRISTVM gentes improbos habuisse præceptores, pecuniâ illis tradentes doctrinam, & porro suadentes perditissima & corruptissima cósectari. At vbi ad agnitionem Dei, qui verè Deus est, vocati sunt, tum simul à pristino errore & doctrinis, in quibus enutriti & educati sunt, desciuerunt, floridum & deliciis affluentem pastum Euangelicarum institutionum simul cum Israëlitis sectantes. Cæterùm, inquit, etiã *puer paruulus ducet eos*, id est, hypodidascalis vtentur & pædagogis, non malâ mente vitiisque præditâ deditis, sed potiùs simplicibus, & in malitiâ infantibus, animóque sapientibus, quales omnino sunt Christiani, diuinum habentes thesaurum in testaceis vasculis, & corde peruersitate ac improbitate præditò liberi, ac nuper natis puerulis nullâ in re inferiores. Tales enim ipse Seruator dignos esse ait regno cœlorum : *Sinite* inquit *pueros, & ne prohibete illos venire ad me: talium est enim regnum cœlorum.*

Videor mihi etiam ipsius gubernationis facilitatem ex promptitudine subditorum colligere posse: nam vno charitatis vinculo colligati iugum suaue vnanimiter trahunt, & cum gaudio obtemperatur perfectiùs, quantò vehementiùs, quod iubetur, etiam diligitur. Vt intelligas hæc & sequentia horum trium versuum adagia, optimè de religiosis familiis bene constitutis & florentibus disciplinâ, posse vsurpari.

IBIDEM VER. VII. ADAG. DCCXI.

VITVLVS ET VRSVS PASCENTVR, SIMVL REQVIESCENT CATVLI EORVM. Vitulus, & vrsus pascentur, simul requiescent catuli eorum.

TÒ *simul* in vtroque membro subaudiendum per zeugma, & eodem tendit parœmia, quò præcedentes. Sibylla; Sibyllina oracula. νομάδιον.

ἄρνες σὺν μόσχοις νομάδες αὐλισθήσονται,

Cum vitulis vrsi degent armenta sequentes:

Sed apud Lactantium habes;

ἄρκτοι σὺν μόσχοισιν ἐμοῖ, καὶ πᾶσι βροτοῖσιν.

Vrsi cum vitulis simul, omnibúsque pecoribus.

Clemens Alexandrin. lib. 6. Stromatum circa med. Clemens Alexandrinus. βῶς μὲν γὰρ ἄρταρ, ὁ Ἰουδαῖος, ἐκ τοῦ κατὰ νόμον ὑπὸ ζυγὸν καθαρῶς κεχειρότονος ζώου, ἵππος δὲ χιλὸς

χιλεῖ ϗ μηρυκᾶται ὁ βοῦς: ὁ ἰθυνικὸς δὲ ἀφ' ἧς ἀρχῆς ἐμφαίνεται, ἀκαθάρτου ϗ ἀγρίου θηρίου: τίκτει δὲ τὸ ζῶον σάρκα ἀτύφωτον, ἣν χρηματίζει εἰς τιμὴν τὸ θηρίου ὁμοιότητα τῇ γλώττῃ μόνον. λέγω γὰρ τυφοῦσθαι εἰς τὸ ἡμεροῦσθαι ἐκ τοῦ θηριώδους βίου ὁ ἐξ ἐθνῶν ὀπαδῶν. *Nam bos quidem vocatur Iudeus, ab animali quod lex mundum iudicauit, & subungale est, vt ille sub lege mundè vixit. Nam bos quidem findit vngulam & ruminat. Gentilis autem significatur per vrsam, quod animal immundum & ferum est; parit verò animal carnem informem, quam efformat postea in similitudinem feræ sola linguâ lambens: sic qui ex Gentibus conuertitur, verbo efformatur vt ex vitâ ferinâ mansuescat.*

Vt verò intelligatis hanc concordiam ad posteros transmitti, additur *simul requiescent catuli eorum:* vt notant Hieronymus, Cyrillus, Procopius: & fors ideo metaphoricè Lxx. verterunt παιδία, *pueri.* vide infer. adag. 811.

Hieron. Cyrillus. Procopius

Porro DD. Hieronymus & Cyrillus, & alij Patres notant: quòd non bos carnes, sed leo paleas comedat: quia non boni se ad malum, sed mali ad bonum adiuncturi, & ferociam atque superbiam relicturi. Videndi præterea S. Ambros. lib. 7. in Luc. cap. 14. & in Psal. 118. serm. 6. Paleas autem in sacra Scriptura intelligi verba simplicia: & plerumque fieri, vt homines sæculi nescientes mystica (quæ significantur tritico) simplici Scripturarum lectione pascantur. Leo videtur Procopio dicendus ἀνθρωπῷ πάλιν θηριώδης ϗ ἀπηνὴς, *fero & immiti animo antè praditus.* Est autem Hebraicè *Ariieh* אריה *leo adultus,* seu magnus. & ita Maro,

Procop.

Nec magnos metuent armenta leones.

Adde verba Hieronymi *ad cap. Isai. 65. vers. vlt. & pone hic.*

ADAG. DCCLII.

IBIDEM.

Leo ſicut bos comedet paleas.

LEO QVASI BOS COMEDET PALEAS.

MIRACVLVM in eo quòd cibus hic leoni insolens. vnde videtur absurdum leoni paleas porrigere. sicut veteri prouerbio reprehensi qui *asino ossa, cani paleas dant.* Nam leo carnes, bos stramenta manult quàm aurum. Ideo etiam Sibylla apud Lactantium;

σαρκοβόρῳ τι λέων φάγετ' ἄχυρον ἠδὲ φάτναις.

ἀλφοσία, canipetens.

Carnivorúsque leo comedet paleam ad præsepia.

Sed deest initium sequentis versus, quod exstat in Oraculis, ὡς βοῦς.—sicut bos.

ADAG. DCCXIII.

IBIDEM VER. XII.

Delectabitur infans ab vbere ſuper foramine aſpidis.

DELECTABITVR INFANS AB VBERE SVPER FORAMINE ASPIDIS. ET IN CAVERNA REGVLI, QVI ABLACTATVS FVERIT, MANVM SVAM MITTET.

EAdem distinctio ætatis seruatur in Hebræo, & in Chaldæo; non apud Lxx. qui, παιδίον νήπιον ὅτι τροφῶν ἀσπίδων, ϗ ὅτι κοίτῃ ἐχιδνῶν ἀσπίδων τὴν χεῖρα ὀπίσω. *puer infans super foramina aspidũ & in cubile fœtuum aspidum manum mittet.* Sibylla;

Sibyllinũ orac.

ϗ βρεφίοισι δράκοντες ἅμα σφίσι κοιμήσονται.

Cum pueris capient somnos in nocte dracones.

Sed apud Lactantium,

Lactãtius.

σὺν βρέφεσίντε δράκοντες ἀμάτροσον κοιμήσονται.

Cum infantibus dracones mutrum orbis dormient.

Hoc notat addi Cyrillus, vt intelligamus quàm innoxia & periculi expers futura sit ista concordia & associatio. foramina autem hæc & cubilia esse corpora hominũ è quibus Christiani, quibus datum super aspides & basiliscos ambulare, dæmones eiicient, virtute fidei & verbi eos velut cauernis suis extrahentes. Infantes autem vocari adhuc teneros, qui parum prouecti, malitiâ tamen sunt infantuli; ablactatos, qui non ampliùs lacte, sed solido cibo indigent. eadem D. Hieronymus & Rupertus paulò aliter S. Athanasius lib. de passione Domini, & S. Ambrosius in præfat. de Apologia Dauid. Sanè quod sequitur vers. IX. *Non nocebunt, & non occident in vniuerso monte suo*; est epiphonematica præcedentium explicatio; quam breuiter Sibylla expressit dicens:

D. Hiero. Rupertus. Athanas. D. Ambr.

Sibyll.

οὐκ ἀδικήσουσιν. χεὶρ γὰρ θεοῦ ἔσται ἐπ' αὐτούς

Nec ladent. quoniam Domini manus obtegit illos.

Nulla namque melior custodia, quàm de qua Dauid canit; *tu benedices iusto, Domine: vt scuto bonæ voluntatis coronasti nos.* ὡς ὅπλῳ εὐδοκίας ἐστεφάνωσας, *Psal. 5. vers. vlt.*

ADAG. DCCXIII. Cõterere baculum impiorũ, virgam dominantium.

EX CAP. XIIII. VER. V.

CONTRIVIT DOMINVS BACVLVM IMPIORVM VIRGAM DOMINANTIVM.

SEnsu conueniunt Lxx. qui vtroque loco ζύγον, *iugum*. vritur sacra Scriptura cùm vult significare, quod ferè fit, malis hominibus, vt tyrannis Deum vti, quasi lictoribus & carnificibus, quibus alios puniat: sed postea solere vt parẽtes & magistri consueuerunt castigatis libetis & discipulis, virgas abiicere & confringere. Sic vocat tyrannum Assyriorum; *Væ Assur, virga furoris mei & baculus ipse est, in manu eorum indignatio mea. suprà cap. 10. 5.* & eodẽ modo loquitur *v. 16.* & Ieremias de Moabitis *cap. 48. 17. dicite, Quomodo confracta est fortis, baculus glorioſus?* Ezech. 7. 10. *Egressa est contritio, floruit virga, germinauit superbia: Iniquitas surrexit in virga impietatis: non ex eis, & non ex populo neque ex sonitu eorum: & non erit requies in eis.* agit enim de imperio Nabuchodonosor vehementer aucto & glorioso, & dicit sceptrum eius floruisse, alludendo ad virgam Aaron, vt indicet eum à Deo electum vt puniat & affligat, quos Deus volet. Plutarchus *lib. de serâ Numinis vindictâ* de hac re differit sapienter, cur talibus Deus virgis vtatur, exempla complura recensens, quæ prætermitto, contentus sequentibus verbis; ἐνίους γὰρ ἀμελεῖ καὶ ἀκολάστους ἑτέρων πονηρῶν, οἷον δημοκρίνους ἀπεχρήσατο τὸ δαιμόνιον, εἶτ' ἐπέρριψε, καθάπερ εἰμαρτοὺς πλήσας τυράννους. ὥσπερ γὰρ ὑαίνης χολὴ, καὶ φώκης σπλὴν, θηρίων τ' ἄλλα μιαρὰν ἰσχυσί τι πρὸς τὰς νόσους χρήσιμον, οὕτως ἐνίοις δημοῖς δεομένοις κολάσεως, ἐμβαλὼν ὁ θεὸς πικρίαν τινὰ τυράννου δεισιλίκιον, καὶ τραχύτητα χαλεπὴν ἀρχοντος, οὐ πρότερον ἐξεῖλε τὸ λυτῶν καὶ ταράττον, ἢ τὸν νοσοῦντα ἀπαλλάξαι καὶ καθάραι. *Quosdam enim Numen negligit, ideóque parcit, vt cum sceleratis flagitiosos plectere valeat (quemadmodum Democenis per oraculum daemonium respondit) inde verò illos quoque conterit, ac penitùs tollit, vt opinione mea complurimis euenit tyrannis. Quemadmodum enim hyenæ fel, phocæ coagulum, ac fera alia quàmplurima, aliquid salubre, agritudinibúsque humanis vtile, in se continent: ita quibusdã qui freno animaduersione indigere videntur, Deus amaritudinem*

Plutarch.

quan

quandam tyranni inexorabilem, vel ſauam principis cuiuſdam aſperitatem immutet, nec prius ab afflictione ac perturbatione deſiſtit, quàm egritudinem omnem expulerit, penitúſque morbum purgauerit. ſubdit tales fuiſſe Phalarim Agrigentinis, Romanis Marium: Sicyoniis etiam id oraculo indicatum.

Phalaris. Marius.

S. Athanaſius. Applicatio. Baſilius. Cyrillus.

S. Athanaſius *lib. de paſſione & cruce Domini*, refert iſta ad Principes mundi & tenebrarum. ſic etiam SS. Baſilius & Cyrillus: Procopius hic mutilus eſt. Prouerbium eſſe patet *ex verſ. IV.*

ADAG. DCCXV.

IBIDEM VERS. XXIII.

Ponã eam in poſſeſſionem ericij.

Ponam eam in poſſeſſionem ericij.

Hieron. R. Salomon. Pagninus. Clarius. R. Dauid. R. Ioſeph. Vatablus. R. Abraham. Forerius. Mõtanus. Leoludas. Vſus adag.

קפד *chipod* hîc ericium vertunt Lxx. & Hieronym. & R. Salomon, Pagnin. & Clarius. *teſtudinem* R. Dauid & R. Ioſeph & Vatablus. *nocluam* R. Abraham, *apodem* ſiue *Cypſelon*, Forerius & Montanus; *fibrum* Leo Iudas. vſum adagij eſſe de vaſtandâ prorsùs ac deſolandâ ciuitate patet ex Lxx. qui ſic reddunt; καὶ θήσομαι τὴν Βαβυλῶνα ἔρημον, ὡς τε κατοικεῖν ἐχίνους. *& ponam Babylonem deſertam ita vt habitent ericij.* ſignificant, ex populo pleniſſimâ, cunctis hominibus occiſis vel abductis, in ſpelæa & latibula ferarum commutandam. deſcribitur id elegantiſſimè ſup. cap. 13. vt alio non ſit opus commentario, v. 19. *Et erit Babylon illa gloriosa regnis, inclyta ſuperbia Chaldæorum: ſicut ſubuertit Dominus Sodomam & Gomorrham. Non habitabitur vſque in finem, & non fundabitur vſque ad generationem & generationem: nec ponet ibi tentoria Arabs, nec paſtores requieſcent ibi. Sed requieſcent ibi beſtiæ, & replebuntur domus eorum draconibus: & habitabunt ibi ſtruthiones, & piloſi ſaltabunt ibi: & reſpondebunt ibi vlulæ in ædibus eius, & ſirenes in delubris voluptatis.* ibi pro *ſirenibus*, Lxx. verterunt *ericios*. *Babylon* ibi ex communi Patrum ſententiâ eſt anima, à Deo derelicta, viduata virtutibus, occupata vitiis quæ ferarum iſtis nominibus deſignantur. oſtendit elegantiſſimè B. Chryſoſtomus *homil. 60 in Matth.* ſub finem, cuius verba, quia plura, quàm faſtidioſuli quidam ferant, ægrè ne adſcribam me contineo. legat, qui ſuæ animæ vaſtationem perhorreſcit. De Ericio tantùm nobis nunc eſt ſermo. Procopius ait ſignificare δαιμόνιον δύσπιλητον καὶ πανοῦργον, *dæmonium captu difficile & verſutum.* tropologicè, quod dixerat Cyrillus, mures acutis ſpinis hirtos & horrentes. Hic etiam optimè; *Oſtendit aliud nihil, quàm illud, omnino hominibus vacuam fore Babyloniam, & animantibus plenam, quibus habitaculum gratum eſt ſolitudo.* Quod ait D. Hieronymus ad literam impletum fuiſſe. S. Baſilius exactè deſcribit ericium, ita vt nec penicillo quis ſuperet: [*Id genus animalis rigidis prorsùm & acerrimè pungentibus ſpinis vndiquaque circumſepitur*: & quoties vult caput & pedes introrsùs contrahit, exactè figuræ ſe conformans orbicularis pilæ: ita vt captu ſit perquã difficilis, quòd caput pedéſque in vnum globum ſint velut conglomerati; at ſuperficie tenùs vndique aculeatis cingitur ſpinis. Hoc igitur animal & ſolum ſe aduerſus ſibi inſidiantes vlciſcitur impunè etiam conquieſcens. Quanto ſiquidem magis voluerit quis eum circumplecti, & attingere, tãto acrioribus ſtimulis ſpinarum *tranſfigitur*.] Subdit mox duas interpreta-

Lxx. Babylon. anima à Deo derelicta.

Chryſoſt.

Procop.

D. Hiero. D. Baſil.

Ericij deſcriptio.

Duæ interpretationes.

tiones tropologicas. I. indicari mores hominum minimè sociales, ab aliorum congressu abhorrentes, illiberales, & asperos. II. illos qui spem omnem suam collocant in aculeatis suis spinis, quas Dominusmet declarauit esse sæculi istius diuitias, verbi diuini semen suffocantes.

ADAG. DCCXVI.

IBIDEM.

Scopabo eam in scopa terens.

SCOPABO EAM IN SCOPA TERENS.

LXX. θήσω αὐτὴν πηλοῦ βάραθρον εἰς ἀπώλειαν,
Ponam eam luti barathrum in perditionem.

Leo Castrius.

Leo Castrius vult Lxx. paraphrasticè reddidisse. docentes quid sit, *in paludes aquarum* nempe esse *ponam in luti baratrum*, hoc est in voragines & cœnosas paludes, & pro *scopabo in scopa terens*, vertisse *erit in nihilum*, ἔσται εἰς οὐδέν. hoc si verum est, erit optima interpretatio adagij, *scopare scopâ terendo*, pro prorsùs annihilabo: vt sit idem quod prorsùs

Iuuenalis.

& nihil relinquendo. tale illud Iuuenalis;

Si reddat veterem cum totâ ærugine follem.

Plautus.

tale Plautinum in Rudent.

Conuerret hic iam me totum cum pulusculo.

& in Bacchidibus;

Quia patri totum cum ramento reddidi.

Idcirco additur *terendo*, hoc est etiam ipsum pauimentum seu solum abradendo, ne vel vestigium supersit: alioquin & ipsa anadiplosis *scopâ scopare* id innuebat. Fauent

Pagninus. Clarius. Leo Iudas. Foreirus. Adamus.

nostræ versioni, Pagninus, Clarius, Leo Iudas, Foreirus, Adamus; omnes deducentes à radice quadrata שאה, vel à שוא (de quo videndus Elias Germanus:) quod est *scopis euerrere*. Repugnat solus Montanus qui hoc loco vult deduci à שית quod *cœnum* significat, & vertit, *incœnabo eam cœnositate*. Hisp. *y encenagar la he con cenagal*, quicquid dicat minus significanter: & quid opus hac mutatione & nouitate? Chaldæus Ionathan est pro nobis, iuxta ipsiusmet versionem.

Elias Germanus. Montan.

EX EODEM CAPITE, VERSV XXIX.

ADAG. DCCXVII.

Ex radice colubri egredietur regulus, &c.

EX RADICE ENIM COLVBRI EGREDIETVR REGVLVS.
ET SEMEN EIVS ABSORBENS VOLVCREM.

BVstamantinus vult *colubrum* poni in genere pro quouis serpente, & significari certam speciem nempe aspidem, ex cuius ouis aliquando basiliscus nascatur, lege illum *lib.* 3. *de reptilib. cap.* 14. Sanè vox נחש *nachasch*, *serpentem* in genere denotat. Hebræa ad verbum videatur dicere, *de radice serpentis egredietur regulus, & fructus eius serpens ignitus volans*. Lxx. ἐκ γὰρ σπέρματος ὄφεων ἐξελεύσονται ἔκγονα ἀσπίδων. καὶ τὰ ἔκγονα αὐτῶν ἐξελεύσονται ὄφεις πτόμενοι. *Etenim ex semine serpentum egredientur genimina aspidum, & genimina eorum egredientur serpentes pennati*. Quod Chaldæus Ionathã mirificè reddidit ad CHRISTVM; *Quoniam de filiis filiorum Iesse, egredietur* CHRISTVS *& erunt opera eius in vobis quasi serpens volans*. Rabbini, Liranus, Vatablus, Clarius, Adam, capiũt de Ozia qui coluber, & Ezechiâ qui regulus: sed Gloss. interlin. D. Thom. Hiero. Haymon, Foreirus, de Achaz, & Ezechiâ, facilè conciliantur. nã coluber Ozias multis oppidis Philistinorum

Bustamãtinus.

Coluber. Aspidis ouum.

Lxx.

Chald. Ionathan.

Interpretationes. Liranus. Vatablus. Clarius. Adam. Gloss. interl. D. Thom. D. Hiero. Haymon. Foreirus.

stinorũ occupatis; eo mortuo non lætati Philisthæi, donec vicerũt Achazũ, sed eo viuo nõ admodũ; efluiùs defuncto: prædicit itaque ex stirpe Oziæ nasciturũ Ezechiam, qui magis eos afflligeret. Hoc confirmat Basilius. Cyrillus autẽ vult conductitiô Assyriorum exercitu etiam Achaz Philisthęos afflixisse: Conueniunt omnes significari, asperiores & ferociores posteros ipsis parentibus. Nam colubro peior est regulus; & regulo interdum ferocior pullus eius. Ita quidem nõnulli, duas generationes ponunt colubri, & reguli. Cęteri tantũ vnicã colubri, illud *eius* referentes ad ipsũ colubrũ. De CHRISTO Domino si accipias, cui optimè accõmodat hoc loco Arias Montanus, occurrens etiam obiectioni Leonis Castrij quem non nominat, potes accipere postremum membrũ de Apostolis, qui vt volantes presteres velocissimè totum orbem *(vt nubes)* peruolarũt, & omnium corda charitate Dei inflammarunt, & dæmones ac peccatores Spiritu oris sui absorpserunt. Sed quomodo CHRISTVS dicitur basiliscus? occidit ad vitam, mortificando viuificat. Sic etiam ad bonum Apostoli Presteres. Notanda regula Montani optima: *Boni viri, qua ratione boni sunt apud eos quibus prosunt, melioris notæ animantibus cõferri solent: tamen cùm oratio ratioq; ad eos, quibus infesti fuerint boni viri refertur, etiam à nocentibus & horridioris naturæ rebus per similitudinem & translationẽ nomen accipiũt.* Nónne sic CHRISTVS leoni, Paulus lupo, Sampson cerastæ comparantur *Genes.* 49. Sic ergo simile est adagium illi, *Mali corni malum ouum.* Bene Ailredus sensu mystico, per *colubrum*, superbiam *per regulum* contemptũ Dei: per *volucrem* intelligit spem quam absorbet desperatio ex contemptu Dei tandem nascens, quia impius cùm in profundum venerit, contemnit pœnitentiam, & desperat de veniâ.

Basilius. Cyrillus.

Applicationes.

Leo Castrius

Christus vt dicatur basiliscus.

Canon de ferarum cõparationibus. Montanus.

Ailredus. Mali corni malum ouum. Coluber Regulus. Volucris.

EX CAP. XVI. VER. IV.

ADAG. DCCXVIII.

FINITVS EST PVLVIS.

Finitus est pulvis.

אפס חמץ APHES HAMMOTS

LXX. ἠσθένησε συμμαχία σου. *deficit auxiliũ tuũ.* Pagninus & Arias pro *puluere*, vertunt *expressorem*. Vatablus, Leo Iudas, Foreirus *emunctorem*; Isidorus Clarius *vastã oppressionem*. Chaldæus; *finitus est hostis*. Versionem Græcam Leo Castrius negat esse LXX. interpretum: sed potiùs alterius cuiuspiam; verùm hæc est eius mera suspicio; quod eam defendere non valebat. Censuerim potiùs paraphrasticè explicasse metaphorã Hebręã; & quid *puluis* esset nobis doctè admodum indicasse. Nempe per *puluerẽ* significari copias auxiliares, quibus cõfidebant; quæ instar puluueris dissipatę, quoniam ex auxiliariis factæ hostiles, vt aduertit S. Basilius: vel ipse Princeps & dux Moabitarum, vt censent S. Cyrillus & Procopius, quo duce soliti, ὥσπερ τινὰ χοῦν καταπατεῖν εἰωθὼς τὰς ἀνθεστηκότας, *velut quendam puluerem repugnantes cõculcare.* S. Hieronymus de Nabuchodonosor accepit; Strabus, Liranus, Vatablus, Adã, Foreirus, Montanus de Sennacherib; dissentiunt tamen, quia quidam volunt seriò peti, vt confugientes ad eos Iudęos Moabitæ recipiant, nec metu citò perituri tyranni impediantur; alij capiunt vt ironicè dictum, quia cũ tempus erat eos protegendi, noluerant protegere, nunc faciant, quã-

Pagninus. Arias. Vatablus. Leo Iudas. Foreirus. Isidorus Clarius. Leo Castrius.

Puluis.

S. Basilius.

S. Cyrillus. Procopius.

Hieronymus. Strabus. Liranus. Vatablus. Adam. Foreirus. Montanus.

do illorum protectione, tyranno pereunte, non indigebunt, quod etiam Clario placuit. Contrà Leo Castrius valde verisimiliter mauult Moabitis promitti tutum apud Iudæos refugium sublato, vel citò perituro tyranno. Conueniunt omnes in duobus. Primò, varietatem versionis natam, quia diuersimodè legerunt, noster *hamots*: nam solet מוץ vertere *puluerem*, de qua re dixi psalmo primo fusissimè, Massoretę *hamets*: nā מיץ significat *emũgere & exprimere*. Chaldæus paraphrasticè, *hostẽ* reddidit. Iā illud hîc notandum tyrannos aptè vocari *emunctores* qui plus æquo mulgendo & emungendo etiam sanguinẽ subditorum eliciunt: veræ hirudines cutem non missuræ donec sanguine repleantur. Iidem tamen (quos vulgus beatos & potentes putat) omnium sunt miserrimi, vt docet Plato disertissimè *lib. 9. de repubi.* quare noster hîc vocatur etiã *miser*. Subitò enim tolluntur de medio, & ira Dei dissipat & difflat illorum potẽtiam instar glumæ seu pulusculi, qui à vento dispergitur: & hoc secundum est in quo cõueniunt, significari nobis ab Isaia subitam hanc potentium sæculi vicissitudinem cum hac adagiali locutione, & trinâ repetitione, quàm vana sit humanæ monarchię fiducia nobis inculcatur, *finitus est pulvis, consummatus est miser, defecit qui conculcabat terram*: Vides florentem & turgidum; cogita, non breui corruiturum, consumẽndum, & finiẽdum, sed iam exanimem, escam vermium, cũctorum abominationem.

Martinus de Roa lib. 4. *singularium cap.* 3. diuersis ista personis accommodat, nam cætera de tyranno dicta fatetur, primum duntaxat ad oppressos retulit, & ad consuetudinem supplicum vel captiuorũ, sedere in puluere & caput fœdare puluere, cuius passim in sacris & prophanis libris testimonia occurrunt. Vult ergo consolatoria hæc esse, dicíque finitam esse miseram & abiectam eius conditionem, miseriam abiisse, & hoste depulso ereptam seruitute. Singularis certè opinio, & apta magis titulo libri, quàm Isaiæ instituto. Patres enim & interpretes omnes dissentiunt. Metabasis hîc necessaria non est. Non congruit interpretatio cum LXX. vel cum Chaldæo, vel cum eâ, quæ nunc exstat, lectione Hebræâ: contrà si referas primũ illud ad ipsum tyrannum, cuncta probè conueniunt.

Foret adhuc parœmialis locutio; *defecit pulvis*: pro, finita est miseria & seruitus, libertas data.

Leo Castrius.

Notandũ.

LXX.

Florens & turgidus.

Martinus de Roa. Accommodatio.

IBIDEM VER. X.

ADAG. DCCXIX.

VOCEM CALCANTIVM ABSTVLIT. הירד השבחי HELDAD HISCHBATI celeuma feci cessare.

Vox calcantium ablata.

CHaldæus, & LXX. ad parœmiam non attenderunt, quæ paulò antè indicata vers. 9. *Supervindemiam tuam & super messem tuã vox calcantiũ irruit*. Hebraicè, *heudad naphal, celeuma cecidit*. Vbi Chaldæus, *depræd atores irruerũt*. LXX. *& omnia cadent*, sensum tantùm spectantes, vt & hîc *cessauit enim*, scilicet lætitia ex rerum copiâ. Sciendũ sacram Scripturam summam lætitiam exprimere consueuisse per lętos cantus messorum, & calcantiũ vuas in torculari. *Esai.* 9. 3. *Sicut qui lętantur in messe*. Ierem. 25. 30. *Celeu-*

Lęti cantu messorũ.

ma

ma quasi calcantium concinetur aduersus omnes habitatores terræ. Hoc est carmen epinicium deuictis peccatoribus, *cap.* 48. 33. *Super messem tuã & vindemiam tuã prædo irruit, Ablata est lætitia & exultatio de Carmelo, & de Moab: & vinum de torcularibus sustuli: nequaquam calcator vua solitũ celeuma cantabit.* Vides locum similem Isaiæ, & nomen *cantûs*, & originem nominis ac locutionis. Ab hac lætitia refertur ad victores qui dicuntur super victis celeuma cantare, quia ouantes illis insultant. *Ierem.* 51. 14. *Iurauit Dominus Deus exercituum per animam suam. Quoniam replebo te hominibus, quasi brucho: & super te celeuma cantabitur.* Quia victores demetẽt agros tuos, & racemabunt vineta tua, comedent messes tuas, & expriment ac bibent vinum tuum: quod idem dixit Isaias *hic v.* 9. Porro apud Ieremiam pro *celeumate* habes Hebr. הידד Chaldæus, Constanter: *vocem suam* בקלין *Bechalon.* Sed LXX. *d.v.* 30. *Sicut calcatores vuarum*, seu *vindemiantes, respondebunt*, ὡσπερ τρυγῶντες ὑποκριθήσονται. *Sed d.v.* 14. καὶ φθέγξονται ὅτι σὺ εἶ καταβαίνοντες. *& cantabunt super te descendentes*, id est, *calcantes vuas.* dicto verò *versu* 33. retinuerũt Hebræam vocem; ὡς ἐκάλινσεν αὐδὼδ, *nec fecerunt Aided.* quam R. Dauid & alij fatentur significare vocem lætantium, & adhortantiũ inuicem in calcatione torcularis: Græci κέλευμα dicunt; quę propriè est adhortatio remigum: inde trãsfertur ad res bellicas & clamorem victorum vrbe expugnatâ apud Euripidem in Hecubâ; Hieronymus ad calcantes in torculari: nec mirum cùm sæpe pro quauis *voce* sumatur maximè alacritatem augẽte. Constat autem à torcularibus, & eorum ouatione carmen ὅτι-

Celeuma canere.

LXX.

R. Dauid.

Euripides, Hieronymus.

ληναῖον vel ληναΐτην vocatum, quod in Bacchi honorem vindemiâ peractâ λωποβάτων turba canebat, vt λωαίῳ hoc est, torcularium præsidi. Carminis mentio apud Scholiastẽ Aristophanis. Certè Dauidicorum Hymnorum quidã *pro torcularibus*, ὑπὲρ τῶν ληνῶν inscribuntur vt 8. 80. & 83. qui victoriales seu ὀπνικιοὶ hymni sunt & gratulatorij omnes, vt notatum à B. Hilario *in Præfat. Psalmor.* & in festo tabernaculorũ collectis iam frugibus canebantur: *Leuit.* 23. 39. & docent quidam vetustiores apud Theodorum Antiochenum in catenâ Græcâ ex quorũ sententia Theophylactus *in cap.* 7. *Ioan.* De tertio Scenopegiorum festo agens; ἦν ἐτέλουν εὐχαριστήριον ὅτι τῇ συγκομιδῇ τῶν καρπῶν κατὰ τὸν σεπτέμβριον παρὰ Ρωμαίοις μῆνα. τότε γὰρ ἐν εὐχαρίστῳ Κυρίῳ, ὡς πάντας τοὺς καρποὺς συγκομισάμενοι. διὸ καὶ σκηνὰς ἔτι καλύβας ἐπήγνυον, καὶ ὡς ἐν ἀγροῖς διάγοντες, νηφαίνετο. ὅθεν καὶ ψαλμούς τινας Δαυιδικοὺς ὑπογραφὴν ἐχόντας ὑπὲρ τῶν ληνῶν, φασί τινες, εἰς ταύτην τὴν ἑορτὴν σωληφθῆναι ὑπὸ τοῦ Δαυίδ. τότε γὰρ καὶ τὰς ληνοὺς αὐτῶν ἐπλήρουν, τρυγῶντες δηλαδὴ καὶ ὅτι λούτοις εὐχαριστοῦντες, καὶ ψαλμοῖς ἐχρῶντο, καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς πρὸς εὐχαριστίαν οἷός ἐστιν ὁ ὅλος ψαλμός. &c. id est; *quod celebrabant in gratiarum actionem, propter conuectas fruges mense Septembri Romanorum. Tunc enim gratias agebant Domino conuectis omnibus frugibus. Quare etiam tabernacula fiebant, & velut in agris lati degebant. Vnde psalmos quosdam Dauidicos quorũ inscriptio est pro torcularibus, aiunt nonnulli in huius festi honorem compositos à Dauide. Tunc enim torcularia sua implebant, & vuas premebant, & eo nomine gratias agebant, & psalmis atque aliis ingratiarum actionem vtebantur. Talis est psalmus octauus.* Sanctus Hieronymus

S. Hieronymus.

nymus hîc ad Isaiam ; *Nequaquam* (ait) *in vindemiâ lætus vindemiator celeusma cantabit. ad Ieremiæ cap. 26.* tradit celeumati carmen lugubre opponi, & Aquilam καταλημμα, Symmachũ ἰασμὸν vertisse. Theodoretus *in d. cap.* 48. legit οὐδὲν *quicquam* pro αἰδὲ, quod exhibent Complutens. & regij. Nam Vaticanus liber αἰδὲ. vbi Syr⁹ teste Theodoreto vertit, οὐκ ἔτι οἱ λικμβαλῶντες κελεύσουσι λέγοντες, ἰὰ, ἰὰ. *Non vltra calcantes torcular canent dicentes, eia, eia.* Aduerbio adhortandi & gaudendi vim Hebręæ vocis explicauit. Isidorus Clarius ibi vertit *Celeuma*, cum Hieronymo, & notat alium vertisse *canticum vindemiæ*; intelligi verò epinicium & canticum triumphale. Vatablus, vocem calcantium adhortantium se ad opus: adde. & exultantium, vt bene Osorius & Montanus. Pintus, *gratulationis*, obscurè: Foreirus *ouationem* vertit non plenè, quia nimis generalis vox ouandi.

Isidorus Clarius.

Vatablus.

Pintus. Osorius. Mõtanus. Foreirus.

ADAG. DCCXX.

IBIDEM VERS. XI.

Vẽter sonans quasi citharа.

VENTER SONANS QVASI CITHARA.

Duo significata. D. Hier.

Gregor. Nazianz.

ARbitror duo significari, primò intimum cordis affectũ, & dolorem (vt ait D. Hieron. nomine *ventris*, quod pro corde poni solitum, aliàs ex D. Gregorio Nazianzeno & aliis docui. Secundò imperium rationis, hunc affectum rectè & ritè in verba apta & congrua dirigentis; quibus promatur, altè quidem, vt citharæ vehemẽter tensæ sonus acrior est; sed decorè tamen, & accommodatè ad mouendum, vt citharæ peritè intensæ & artificiosè pulsatæ harmonia efficacior esse consueuit. Ideo nãque hymni cælestium *voci citharœdorum citharizãtium in citharis suis*, comparantur Apocal. 14. *v.* 2. Vbi Beda id accommodat musicæ luctus pœnitentium, qui carnem macerantes, quasi chordas extenuatas intendunt, vt congruum cantũ edant, quo Deus placetur, & ad imitationem proximi impellantur: quod à D. Gregorio acceptum *lib.* 20. *Moral. cap.* 31. ad illud Iob. *Versa est in luctum cithara mea, & organum meum in vocẽ flentium.* S. Gregorio hoc loco præiuit B. Hieronymus *in psalm.* Nam ad 43. docet in citharâ confiteri eum cui mundus crucifixus est & ipse mũdo, per carnis mortificationem, & omnium virtutum exercitium. Nã vt ait *Psal.* 97. & 146. Omnes chordæ vocales esse debent. Non prodest esse sex citharę chordas sanas & vnam ruptam. Si vna chorda defuerit, perfectus sonus esse nõ poterit. Sic ergo propheta significat Moab lugere debere omnib. chordis virtutum, quæ sibi ex philosophorum sententiâ cohærent & iudice D. Iacobo cui deest vna desunt omnes: nec vllam possunt reliquæ suauẽ elicere melodiam. S. etia Basilius sic exposuerat *quasi cithara sonabit*, hoc est, *concinnè & ad musicæ artis peritiam sonum edet numerosum & artificiosum.* & has chordas ait esse interiora omnia iuxta illud Dauidis, *Benedic anima mea Domino, & omnia interiora mea nomini sancto eius*: nempe cogitationes omnes, intentio pura, benignitas & amor erga omnes, temperantia, conscientia bona, & similia, quibus ad laudandum Deum homo bene disponitur.

D. Gregorius.

D. Hiero.

In citharа confiteri.

S. Basilius.

EX

ADAG. DCCXXI.

EX CAP. XVII. VER. VI.

Duo vel tria, siue quatuor aut quinque.

Duo vel tria, siue quatuor aut quinque.

ADagiale est, collectum ex verbis huius loci, vbi ad pauciſſimorum ſuperſtitum numerum ſignificandum dicitur, *Relinquetur in eo ſicut racemus, & ſicut excuſſio oleæ duarum vel trium olivarum in ſummitate rami, ſine quatuor aut quinque in cacuminibus eius fructus eius.* Notanda. Quædam notatu digna ſunt. In ſacra Scripturâ *ter* ſolitariè & ἁπλῶς

I. poſitum ſæpè frequentiam denotat:

II. item ſi addas *quater* vt *terq́, quaterque beati*. Sic *triplex* idē quod multiplex: & *tripliciter* ſignificat multum: dixi diuerſis locis, & res eſt nota. Vide Riberam *in cap.* 1. *Amos*.

III. Sic etiam *ſepties*, ſimpliciter poſitum ſignificat, ſæpè. Aliquando tamen

IV. *ter* ἁπλῶς idem eſt quod Pluries, ſed non admodum tamen multi, vt *Iſai.* 40. *v.* 12. *tribus digitis*, & Iob 33. 30. *tribus vicibus*. vide Pinedam ibi *numer.* 4.

Nomina numeralia. Martinus Martinez. Verùm quando diſiunctiuè vſurpantur huiuſmodi nomina numeralia, ſolet procedere regula quædam, quam docuit Martinus Martinez: Nomina numeralia ab vno ad quinque ſolere in ſacra Scriptura ſignificare paucitatem, vt hoc loco eſt euidentiſſimū. Quando ſolitaria ponuntur, ſæpè vera eſt, etiam vſque ad quinque denotare paucitatem; vltra quinque vſque decem ſignificare incrementum, & poni pro pluribus. Exempla ſunt. 3. *Reg.* 17. 12. *Ecce colligo duo ligna*. & *Luc.* 21. 2. vidua mittit in arcam *duo minuta*, & Apoſtolus 1. *Cor.* 14. 19. *Volo quinque verba ſenſu meo loqui*. Fortaſſis etiam ideo in Euangelicâ hiſtoriâ Deipara tantùm legitur quinquies locuta, vt intelligamus rariſſimè locutam, & iugi ſilentio, non multiloquio intentam. De incremento patet, quia ſic pro ſæpiùs, habes *decem vicibus*. Gen. 31. 7. *Decies confunditis me*. Iob. 19. 3. *Habebitis tribulationem diebus decem*, *Apocal.* 2. 10. id eſt multis. *ſepties in die cadit iuſtus*. Prou. 24. 16. *vſque ſepties*, Matth. 18. 21. *Si ſepties in die peccauerit*, Luc. 17. 4. Sic quando *quater* ad *tria* additur, vt *Amos.* 1. 3. *Super tribus ſceleribus Damaſci, & ſuper quatuor non conuertam eum*, vult Martinez ipſam peccandi conſuetudinem ſignificari actuum frequentatione; ſed de loco illo Ribera conſulendus. Quoad denarium, hoc verum eſt, quando non iungitur maioribus numeris. Nam iunctus maioribus denotat paucitatem, vt *Geneſ.* 18. 32. *Si inuenti fuerint ibi decem*. Solus verò, niſi fallor, ſemper denotat multitudinem. Nam quod nonnulli *ſup. c.* 10. *verſi.* 19. illud, *reliquiæ ligni ſalutis eius præ paucitate numerabuntur, & puer ſcribet eos*; ad denarium reſtringūt, plus acuminis oſtendit, quàm ſolliditatis. Porro hîc *duobus* vel *tribus* & *quatuor* vel *quinque* ſignificari paucos & numeratu faciles, docent Euſebius *lib.* 2. *demonſtrat. cap.* 42. Eadem Hieronymi, & Cyrilli ſententia eſt. Procopius coniunctiuè accipit, vt ſint quatuordecim, & exponit duodecim Apoſtolos, & præterea Diuum Paulum & Iacobum fratrem Domini primum Hieroſolymorum Epiſcopum: quod miror tantopere placuiſſe Leoni Caſtrio, vt contenderit, quia Hebraicè aſynthera ſunt, *duo*, *tria*, item *quatuor*, *quinque*; debere accipi coniunctiuè, & non diſiunctiuè, & ſic vulgatam ac LXX. eſſe intelligendos. Nonne hoc eſt

Deipara quinquies tantùm locuta in Euangelio legitur.

Denarius.

Hieron. Cyrillus. Procopius.

Leo Caſtrius.

vim facere contextui? neque satis consentaneum est sacræ Scripturæ aut veriori traditioni, Iacobum fratrem Domini eximere è numero duodecim. De quo Baronius tomo 1. & Lorinus in Acta.

Baronius Lorinus.

AD A.G. DCCXX.

IBIDEM VERS. IX.

Sicut aratra & segetes quæ derelicta sunt à facie filiorũ Israël.

Sicut aratra & segetes quæ derelicta sunt à facie filiorum Israël.

HIc ex punctorum diuersitate nata est diuersissimarum versionum multitudo; tũ recentiorum. Nam quidam vertunt, *sicut derelictio ramis & frondi* (Pagnin. & Forerius.) alij *virgultum & fastigium arboris*, vt Leo Iudas; alij *virgulti & verberis*, vt Montanus; alij *ramum superiorem & inferiorem*, vt Vatablus: alij *palmes & racemus*, vt Isidorus Clarius.

Pagnin. Forerius. Montan. Isidorus. Clarius.

Veteres etiam non conueniunt. Nam Chaldæus exponit; *vrbs quæ deseria est, & redacta in aceruos lapidum*. Lxx. *quemadmodum dereliquerũt Amorrhæi & Heuæi à facie*, &c. ὃν τρόπον κατέλιπεν οἱ Ἀμορῥαῖοι καὶ οἱ Εὐαῖοι δοῦ προσώπου, &c. D. Hieronymus hîc ita scribit; *Miror pro* aratris & aceruis frugum *voluisse Aquilam interpretari* testam & emir. *Symmachum*, syluam & amir; Lxx. Amorrhæos & Euæos. *Solus Theodotio Hebraicum verbum posuit, Hares & emir: quod apud nos emendatiùs legitur* חרש והאמיר *id est vomeres & acerus segetis*. Ita Diuus Hieronymus. Difficultas est primum de lectione quia Lxx. aliter legisse videntur, quàm cæteri. Leo Castrius hoc fatetur, & dicit partim transpositis, partim mutatis literis legisse, pro החרש aratro, החום Hebræorum mutatis (ר) in (ו), & (ש) in (י) & pro האמיר *ramo*, transponendo האמרי *Amorrhæorum*. Fortassis tamen non aliter legerunt, nam illa mutatio (ש) in (י) certè non exigua, nec procliuis legenti: sed voluerunt ad ipsam historiam alludere gentium victarum & fugientium nominibus expressis. Secunda difficultas est retentâ lectione communi quam videmus retinuisse Aquilam, Symmachum, & Theodotionem, & Massoretas, & emendatiorem dicit S. Hieronymus. Difficultas inquam secunda consistit in verborum significatione.

חרש והאמיר

D. Hieronymus. Difficultas.

I. Leo Cast.

II.

Aquila. Symmachus. Theodotio Massoretę & Hieron.

Primum חרש *charasch* propriè significat *arare*, & *charisch* חריש *arationem*, inde metonymicè noster ad rem magis exprimendam pro *aratione* instrumẽtum expressit quo aratur. Posteriùs אמיר *amir*, *versu 6.* noster vertit *ramum*, nempe apicem & culmen rami summi, *verberem* vocant Latini, quo pacto illic etiam Lxx. & Chaldæus acceperunt. Cur ergo hîc, vertit; *Segetes?* an quòd iam maturæ *verberis* more eminent? an quòd אמיר & האמיר differre, & hoc vltimum censuit significare *aceruum segetis*, partim excussæ, partim excutiendæ? si censuit, cùm vno loco vox tantũ habeatur, plus crediderim Hieronymo iniurato, quàm recentioribus decem iuratis. Non ociosum est quòd *aceruum lapidum* Chaldæus exposuit: & Marinus Brixiensis faretur, quid significet fortassis incertum, cùm radix ignoretur.

LXX. Chaldæus.

Hieronymus.

Marinus Brixiensis.

Tres assignant radices, vnam, à מיר quòd vt potè tenerior inflectatur in summo. Nónne hoc segetis

getis culmo quadrat? aliam אמר loqui, quòd ſicut è corde ſermo, ſic è radice rami naſcantur? minúſne, aut aliunde culmus? tertiam, dici à ſonitu, quòd ferè ſemper ob teneritudinem à vento dimoueatur, & hac de causâ metaphoricè quodammodo loquatur. Sibilum eumdem & mollem ſtrepitum edi ab alta ſegete vento impulsâ, qui neget, ad agros & ſtiuam à ſcholis relegandus. Foreirus putat exemplar Hieronymi aliud nomen aliquod habuiſſe: ſed refellit eum D. Hieronymi commentarius. Tertia difficultas, quænam hîc hiſtoria indicetur. Communis eſt ſententia S. Hieronymi, Cyrilli, Procopij, Adami, Clarij, & aliorum, prædici propheticè ſic ciuitates Iſraëlis munitiſſimas metu derelinquendas, non aliter, quàm olim ob præſentiam filiorum Iſraël, ex Ægypto duce Ioſue aſcendentium, ab Amorrhæis, Heuæis & aliis nationibus Chananæis Iudęorum conſpectum fugientibus, timore perculſis, relinquebantur ipſa, quæ in agris exercebant, cum inſtrumentis opera. Qui arabant, deſerebant vomeres, qui metebãt ipſas meſſes penè collectas. Quæ explicatio conuenit tum ipſis Lxx. tum noſtræ verſioni, & videtur ſpiritus ſanctus voluiſſe vtramque exſtare, vt collatis in vnum luculentior lux prophetiæ velut è nube effulgeret. Scio hanc vellicari ab Ariâ Montano, qui non vult ad hiſtoriam Ioſue hæc referri, nec duas hiſtorias indicari, ſed dumtaxat ad tempus Sennacherib, & abductionem decem tribuum. Argumentatur primùm, quia nec Hebraica nec Chaldaica lectio, nec Latina noſtra verſio hoc indicat. Reſpondeo moris eſſe ſacræ Scripturæ in ſignificandis comparationibus ſæpe alterum membrum omittere. Omnes autem hîc vnum tantùm expreſſiſſe, ſed ex verbis & contextu alterum neceſſariò colligi. Cùm enim agatur de excidio gentis Iudaicæ, vt patet ex eo quod præceſſit: Nam dixerat Syriam conditione æqualem fore Iſraëli: poſtea ſubdidit quæ & quanta paſſurus Iſraël. Ciuitates eius deſerendas præ conſternatione fugientibus ciuibus, ſicut olim derelictæ ſegetes & aratra à facie filiorum Iſraël. Ecce alteram ſimilitudinem, ſeu potiùs vnius ſimilitudinis partem alteram. Sic Iſraël à facie hoſtium fugiens ciuitates ſuas derelinquet metu abactus; ſicut ab Iſraëlis facie olim hoſtes. cur? quia qui tum Iſraëli propitius & auxiliator Deus, propter Iſraëlis peccata illi infenſus, eum deſeret, & hoſtes adiuuabit. Et ne dubites qui olim fugerint Iſraëlem, Lxx. id tibi nominibus eorum expreſſis indicarunt. Si non admittis duas comparationes, ſeu (vt dixi) duo membra: tollis prophetiam de gentis Iudaicæ excidio: de quo agi ſatis indicat ipſa ſeries. Nam dicitur hæc euentura poſt ſublatam idololatriam, vt patet v. 8. ergo propter aliud crimen, nempe in CHRISTVM.

Aliud argumentum Montani eſt: Tempore Ioſue Cananæa non fuit deſerta, ergo de illo tẽpore nequit intelligi. Nec dicimus illo tempore in ſolitudinem redactam, ſed vaſtatam, & quibuſdam ſui partibus foris etiã deſolatam, ſaltẽ ad tempus, vt nec tempore Sennacherib diu manſit planè ſola. Magis deſolata mãſit poſt Nabuchodonoſor, & magis adhuc à Romanis. Ideo hæc quidem neminem mouere debent, vt à Patrum ſemitâ hîc recedat: adſcribam egregia ſolius Pro-

Foreirus. D. Hieronymus.

III.

Cyrillus. Procopius. Adamus. Clarius.

Lxx.

Aria Montanus.

Montanus.

Procopius.

copiis verba τὸν ἀπεδιθέντα χρόνον ΗΜΕΡΑΝ καλῶν, καθ' ὃν ἐγκαταλειμμένας φησὶν αἱ πόλεις ἔσονται τῆ Ισραήλ. ὡς γὰρ, ὅτε ταύτας Αμορραῖοι κατέλιπον, ἀντεισήχθης φησὶν, οὕτω καὶ φησὶν ἐξωθέντες εἰκήσουσιν ἕτεροι. ἡ γὰρ ἀσέβεια τῆς ἐκβολῆς ἐπ' ἀμφοτέρων, αἰτία καὶ νῦν ἔστι τῷ Ισραὴλ ὑφ' Ελλήνων εἰκαμένων ἰδεῖν. πλεῖσται δὲ πόλεις, κατὰ τὸ προφήτειαν, ὑπὸ Ρωμαίων ἐξερημώθησαν, ἄνθ' ὧν φησὶν ΑΥΤΩΝ, &c. *Vbi præfixũ tempus illud quo deserta futura sunt vrbes Israël, diem appellat. Sicut enim priùs ab Amorrhæis deserta sunt, ait, vt in eas inducereris: sic & te expulso easdem occupabunt alij. Cùm vtrius̃q; expulsionis causa sit impietas: cùm Iudæam etiam à gentibus obtineri constet. Eorũ enim vrbes multas à Romanis ideo in solitudinem redactas significat, quòd Deũ*, &c. Quæ ex B. Cyrillo desumpta, qui tropologicè hęc ipsa nobis & bello quod cum spiritualibus nequitiis gerimus, accómodat. Ex historia igitur terroris qui super gentes Palæstinæ irruit, immissus à Deo, sumpta est adagialis ista locutio: quem metum describit Raab cauponatrix dicens; *Irruit in nos terror vester, & elanguerunt omnes habitatores terræ. pertimuimus, & elanguit cor nostrum, nec remansit in nobis spiritus ad introitum vestrum. Iosue 2. v. 9. & 11.* Neque id vllâ cum exaggeratione, nam *cap. 5. v. 1.* de cunctis Regibus Amorrhæorum scribitur, *dissolutum est cor eorum, & non remansit in eis spiritus, timentium introitum filiorum Israël.* Huiusmodi terrorem prophani vocãt *Panicum*: nisi quòd illi hoc de inani & nullâ ex causâ nato vsurpabant, vt patet ex Diodoro Siculo *lib. 1. biblioth.* Plutarcho *in Antonio*, Polyæno *lib. 1. Stratagem.* Phornuto, & Suidâ. Nimirum ignorabant verum numen bellorum Deum Sabaoth; quo immittente terrorem, fit, vt quod à Cicerone pro Cæcinnâ traditum, *exercitus maximi sæpè pulsi fugatiq; sint terrore ipso.* quando, vt canit Pindarus,

φόβος ἀνδρεσσάμας
ἔπαυσεν ἀλκὰν φρενῶν.

Pauor virorum domitor adimit robur præcordiis. Lege Brocensem & Minoëm commentar. *in Alcæi emblema. 122. de subito terrore*, & Politianum *miscellan. cap. 28.*

Cyrillus. Diodorus Siculus. Plutarchus. Polyænus. Phornutus. Suidas. Cicero. Pindarus. Brocẽsis. Minoës. Politianus.

EX CAP. XVIII. VERS. I.

ADAG. DCCXXII

Cymbalum alarum.

Cymbalũ alarum.

VSurpatur de re magni nominis, & in speciem egregiâ, potenti, & plurimi faciendâ, sed cassâ & inani. Hispanicè, *Quando mayor es el ruido que las nueçes.* Vsus adagij.

Sic enim de homine docto sine charitate dixit B. Paulus. 1. *Cor.* 13. 1. *Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens.* De quo plura adagio.

Huc pertinet quod de Apione Grammatico homine vanissimo traditũ à Plinio in præfatione Historiæ; *Apion quidem Grammaticus* (inquit) *hic quem Tiberius Cæsar cymbalum mundi vocabat, quum publica fama tympanũ potiùs videri posset, immortalitate à se donari scripsit, ad quos aliqua componebat.* Adagiographus *Chiliade 4.* vult vocatum mundi cymbalum ob nominis celebritatem: quòd hominem à se laudatum honestâ famâ donaret, quæ per vniuersum orbem amabiliter resonaret. Plinium verò ob

Apio Grammaticus. Plinius. Adagiographus. Mundi cymbalũ. Plinius.

Tympanū publicæ famæ.

ob arrogantiam malle vocari tympanum publicæ famæ, quòd famam daret potiùs quàm honestam famam. Nam resonat & tympanum, sed inamœno strepitu: & alluisse videri huc, quòd tympana fiunt è pelle asininâ. sic ille; vereor hoc vltimum nimis acutè & aure Batauâ. fors potiùs ad morbum tympaniten alluſit, cui in animo fastus & tumor Apionis respondebat; de quo legendi Iosephus *lib.2. contra Apionem*, & A. Gellius *lib. 5. cap. 14.* ille vocat sui magnificum prædicatorem, hic à vitio studioque ostentationis loquaciorem, & sanequàm in doctrinis suis prædicandis venditatorem. hinc molestus legentibus & audientibus, vt tympanum; cassus & vanus prudentioribus, vt cymbalum tinniens. Sed cur Ægyptus *cymbalum alarum*? quia vana promissione ac spe auxiliorum non semel Iudæos decepit. alas enim protectionis & præsidij, ductâ à pullis sub maternum alarum præsidium se recipientibus, translatione, typum in sacra Scriptura esse notissimum est. Lxx. γῆς πλείων πλοίων, *terræ nauium alarum*, hoc est, abundantis nauibus alatis, hoc est, velocissimis. vel (vt Chaldæus exposuit) *terræ ad quam veniunt nauibus de terrâ longinquâ, & vela eorum extensa sunt quasi aquila, quæ volat alas suas.* nimirum alludentes ad maritima quibus pollebant commercia, vt notat Cyrillus addens; *alas nauigiorum nominat vela, in qua ventorum impetus incidentes per medios fluctus alatis instar eos deferunt.* Recentiores plerique cum Aquila, R. Abraham, & R. Dauide pro cymbalo *vmbram* vertunt & capiunt de velis nauium mare inumbrantibus, & vicina quoque litora κατὰ ὑποφοράν. Leo Iudas sollus, *nassam alatam* vertit, nouandi gratia securus significationem quæ habetur *Iob.* 40. 26. iuxta nonnullos, quorum mihi minùs probatur Forerius, quia vox Hebraea ipsi videbatur bis repetita, *vmbram, vmbram alarum*. D. Hieronymus nihil Hebraismi ignarus, tamen vertit *cymbalum*. Verba eius sunt: *Verbum Hebraicum* צלצל, *quod Symmachus* sonitū, *Theodotio* aues, *interpretati sunt, & nos* cymbalum *vertimus, Aquila bis* vmbram *transtulit. sed sciendum quòd vmbra* צל *dicitur, hic autem syllabà ipsa geminatur.* dubitauit ergo Hieronymus an idem significaret vox gemina quod simplex: & meritò dubitauit. nam radix est צלל *tzalal* quæ etsi primario significat obumbrare, secundario tamen significat immergi *Exo.* 15. 10. & quia res quæ aquæ immerguntur, quasi tinniunt, etiam sumitur pro *tinnire, Abac.* 3. 16. vbi noster vertit *contremuerunt* hoc est, strepitum inuicem compulsata ediderunt: vnde potuit deducere D. Hieronymus: nam ibi etiam D. Kimchi & Abenezra sic exposuerunt, & apertior locus est *Ierem.* 19. 3. & alius 4. *Reg.* 21. 12. & 1. *Reg.* 3. 11. certè *cymbali* significatio probatur etiam à R. Dauide *Zachar.* 14. 20. & ipsis Lxx. & nostro 2. *Reg.* 6. 5. & 1. *Paral* 15. 16. & *cap.* 5. & 1. *Esdr.* 3. 10. & 2. *Esd.* 12. 27. & *Ps.* 150. 5. quibus locis Kimchi & cæteri Rabbini agnoscunt esse צלצל instrumentum musicum. Vnde patet non tantùm de campanâ capiendum sicut Hispani dicunt, *alas de campana*, vel *campana de alas*; sed de cymbali sonitu tinnulo & metallico vel de cymbali instrumento, clarè perstrepente. Quare quod vir eruditus in Iob refert ad loquelam Troglodytarum adeò imperfectā, vt non tam loqui quàm stridere

Tympana è pelle asininâ.

Iosephus.

A. Gellius.

Alæ protectionis typus.

Lxx.

Chaldæus.

Cyrillus. Alæ nauigiorum.

Aquila. R. Abrahā R. Dauid.

Leo Iudas.

Porerius.

D. Hier.

צלצל

D. Kimchi Abenezra R. Dauid.

videantur, more vespertilionum: viderit ipse, ego non video, quo pacto cymbalis harmonicis, vel etiam communibus conueniat: cicadis meliùs, quibus *sole sub ardenti resonant arbusta*, & quas *in Deuteronomio* vocari צלעלים multi opinantur. Hæc pro versione nostra dicta D.Hieronymus addit, *Potest Ægyptius* alarum cymbalum *dici propter velocitatem frugum. Velox quippe & concitus animum volatus, reddit cymbali sonitum.* Quod non admodum probo. Malim aliquid, quo versio Lxx. & altera de vmbra cum nostra concilientur. Nam de *vmbrâ*, eam voce Hebræâ quoque significari, fatetur ipse D. Hieronymus, & explicat eruditè, his verbis, *Ex quo possumus intelligere dictũ, væ terra, quæ in vmbrâ alarum suarum pollicetur auxilium. Et tùm scriptura dicat*, qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione Dei cœli commorabitur: *pro quo in Hebræo scriptum est*, in vmbrâ omnipotentis commorabitur: *ipsam Dei similitudinem habere se iactat, & in periculis constituta aliis repromittis suffragari.* vides, D. Hieron. vocare *cymbalum*, quia vanum adiutorium siue *vmbram* repromittit, vmbram (inquam) alarum, inuitans vt sub illam subeant. hanc sequitur Haymon. Quæ pro adagij explicatione suffecerint; sed manet difficile dubium, quam hic regionem alloquatur. Communior veterum sententia est, alloqui ipsam Ægyptũ; quæ respectu Iudææ Madianitas (qui & ipsi Æthiopes dicti) habet in medio, & sic vltra illos est, & vltra Nili ostia, quæ Madianitarum respectu, & quia Nilus ex Æthiopiæ intimis natus, possunt dici flumina Æthiopiæ. hæc est sententia D. Hieronymi, Cyrilli, Procopij, D. Thomæ, Haymonis, vtriusque glossæ, Lyrani, Saa, Adami hîc. Rupert. *lib. 1 in Exod. cap. 9.* & hanc optimè probat & tuetur Ribera *in c. 3. Sophonia* cuius locus v. huic est persimilis.

D Hier. Haymon. Dubium. D. Hieronymus Cyrillus Procopi⁹. D. Thom. Haymo. Glossa vtraque. Lyranus. Saa. Adamus.

Secunda explicatio est Leonis Castrij hîc, qui acriter contendit sic vocari Iudæam ipsam; quia Iudæi per totum orbem scripta miserunt, quibus CHRISTVM & legẽ eius calumniarentur: quod probat ex Iustino, Eusebio, & aliis: fatemur; Eusebium & Iustinum hoc verè tradidisse; sed negamus locum hunc conuenire Iudææ, in qua Isaias vaticinatur, qui eis non vis flumina Æthiopiæ, quomodocumque illam sumas, constitutus erat. Prætèrea de gentibus non de Iudæis hoc capite agi satis manifestum est.

II. Explicatio. Leo Castr. Iustinus. Eusebius.

Tertia opinio restringit ad Æthiopas Troglodyticos; & vult eos dici *vmbram*, quia degebant in subterraneis; *cymbalum*, quia auctoribus Herodoto, & Melâ stridunt potiùs quàm loquuntur. ita Pineda *in Iob. cap. 28. vers. 19.* Ad Troglodytas mercatores aliquos adnauigasse facilè crediderim, ipsos autem abnauigasse ad aliorum emporia, de genteram Barbarâ & incultâ mihi non facilè persuadetur. Præterea nouum hoc inuentum est, quod sinendum veterascere, vt dulcescat.

III. Opinio. Pineda.

Quarta sententia est Burgensis, intelligentis de decem tribubus quas Salmanasar tranſtulit, & tempore Alex. Magni recluſi sunt inter montes Caspios, vnde tandem egressuri. Hæc nullo modo mihi placet, nam hoc de montibus Caspiis, valdè incertum & violenter accommodatur contextui. quæ enim cum illis maritima est negotiatio?

IV. Sententia Burgẽſis.

Vltima sententia est, significari Orien

Vltima sententia.

Orientalem Indiam vltra Gangem, & prædici prędicatione Euangelica Gentes illas conuertendas. hanc accuratè tuentur Fredericus Lumnius *lib.1.de extremo Dei iudicio cap.4.&* Arias Montanus hîc admodum eruditè, & Ioann. Ferdinandes noster *Thesauri Sacræ scripturæ lib.1.cap.58. v.4.* qui dicit hanc esse valdè probabilem; Nec mirum si D.Hierony. & alij veteres hunc sensum nõ attigerint, quia (vt inquit Irenęus *lib.4.cõtra hæreses c.43.*) vaticinia occulta sępe non intelliguntur, donec cõpleta sint: nostris autẽ fermè temporibus hæc completa videmus. Iosephus à Costâ, de CHRISTO reuelato ad Nouum orbem totum hæc extẽdit, & vult etiam Occidẽtalem Indiam comprehendi.

Frederic. Lumnius. Arias Mõtanus Ioannes Ferdinãdes. D.Hieron. S.Irenęus. Iosephus à Costa

---

ADAG. DCCXXIV.

IBIDEM VER. 11.

Gẽs lineæ lineæ & conculcationis.

Gens lineæ lineæ & conculcationis.

HEbr.enim est גוי קו קו ומבוסה *goi kau kau vmeuusah* Noster; *Gentem exspectantem & conculcatã.* Leo Iudas, *auidè exspectantẽ & conculcatam.* Lxx. ἐθνος ἀναλημψεν καὶ καταπατηθησόμενον. *Gentem sine spe & conculcatã.* Chaldæus. *populũ oppressum & direptum.* Clarius, *paulatim*, Pagninus *lineatim*; hi coniungunt cum sequenti, *conculcationis*, hoc est, *conculcatam.* id est (ait Vatablus) quæ pedetentim conculcata fuit. Foreiro & Montano placuit, *gens lineæ*, *lineæ*: sed Montanus addit, cùm sit à voce קוה *kauah* quæ *congregare*, & *exspectare* significat, vnde nomen deductum קו etiam *lineam* denotet, aptissimam nostrum significationem delegisse, cùm sit de populo, CHRISTVM & regnum cœleste exspectante, Iudæis fidelibus, & Gẽtilibus; ante nàtiuitatem Christi exspectantibus illis primum aduentum; post natum, exspectantibus vtrisque secundum.

Leo Iudas. Chaldæus. Clarius. Pagnin. Vatablus. Foreirus. Montan.

Iuxta nostram versionem nullum est adagium; vt nec iuxta Lxx. quorum versio fortè corrupta, nisi sit contrario sensu accipienda, nempe desperatam opinione hominum vel mundi, licèt re verâ spe plenam, vt noster reddidit. Sed si Hebræum contextum attendas, est elegans adagium, nempe ad amussim seu ad regulam, Italicè *ad filo, ad filo.* Nam (vt Mercerus & alij notarunt) קו significat *funiculum ædificatorium* (vocant *normam, perpendiculum, regulam, directorium*) quem ædificantes admouent materiæ ædificij, vt ad amussim paulatim opus efferatur & perficiatur. Quidam *funiculum mensorium*, cuius vsus erat in terrâ metiendâ, exponunt: & habent pro se nostrum & Lxx. *Isai.34.11.& 4.Reg. 21.13.* & quoad rem parum refert. Nam sacra Scriptura vsurpat duos funiculos, sicut duas lineas, de funiculis, vno ad ædificandum seu viuificandum, alio ad delendum, hoc est, vno misericordiæ, alio desolationis; habes expresè 2.*Reg.*8. 2. sed Hebrãicè ibi חכל, *vt & Zachar.* 11. sic etiam duas lineas, seu regulas habemus, vnam qua vtuntur in construendo cæmentarij, nam vnum ordinem lapidum seu laterum locant ad lineam: mox alium pedetentim, pedetentim donec ædificium ad tectum vsque perducant: ita sumitur *Iob* 38. 5. de mundi ædificio, & terræ substructione. translatè verò de idoli fabricatione. *Isai.*44.13 & de reædificatione Ierusalem *Ierem.*31.39. quamquam ibi meliùs intelligitur

Mercerus. LXX.

de

de ſpirituali ædificatione Eccleſiæ per Apoſtolos, vt linea hæc ſeu norma, ſit ipſa prædicatio ſiue præcepta, quibus ſpirituale hoc ædificium conſtruitur aptè in eo poſitis lapidibus, de quo capitur, *Iſai.* 28.17. *ponam in pondere iudicium, & iuſtitiam in menſurâ.* לקו *Lekau*, & *Zachar.* 1.16. *Reuertar ad Hieruſalem in miſericordiâ, & domus mea ædificabitur in eâ, dixit Dominus exercituum: & perpendiculum extendetur ſuper Hieruſalem.* & Pſa. 18. 5. *In omnem terram exiuit ſonus eorum.* Hebraicè eſt קום *kauam*, *filum, linea, ædificij perpendiculum*: verſionem Lxx. & noſtri ſequitur Paulus *ad Roman.* 10.18. Nec puto illos legiſſe קדם *kolam*, ſed vocaſſe ſonum ipſam prædicationem, quæ reuera erat perpendiculum ædificij cœleſtis quod dixi; & eſt verus ſenſus propheticus loci illius. Ad hanc Metaphoram alluſit etiam Apoſtolus 2. *Corinth.* 10.13. *Nos autem non immenſum gloriabimur, ſed ſecundùm menſuram regulæ, qua menſus eſt nobis Deus menſuram pertingendi ad vos.* hoc eſt ſecundùm normam qua vſi ſumus in ædificanda apud vos Eccleſiâ pro modulo quem tribuit nobis Deus. Altera linea ſeu norma eſt ad imitationem huius vſurpata, cùm de deſtructione ſeu demolitione agitur: non quòd quando diruitur ædificium illud ad perpendiculum diruatur; ſed quia ſicut cæmentarij ædificantes paulatim lineam addunt lineæ; ſic Deus, quæ ipſius miſericordia eſt, quando vult peccatis exigentibus regionem aliquam vaſtare, vt ad pœnitentiam eos prouocet, aliquando diu per prophetas minatur ſe puniturum, & differt ac ſuſtinet executionem, aliquando etiam non ſubitò ſubuertit, ſed pedetentim, quaſi lineâ lineæ additâ, ſic paulatim & artificiosè demoliretur, quod ita fuit exædificatum. Ab hac ædificationis morâ, & ſpe ædificij attollendi, קו traductum ad ſignificandam ſpem, & ideò noſter *ſpei* vocabulo illud ſolet optimè reddere, agens de hac metaphoricâ demolitione, vt *Eſai.* 28.10. habes *kau lakau, kau lakau* קו לקו קו לקו *linea ad lineam, linea ad lineam*, ſiue *lineatim lineatim*; vbi noſter, *exſpecta reexſpecta, exſpecta reexſpecta*: ſic enim irridentes minas prophetarum, dicta eorum repetebant; Lxx. *exſpecta ſpem ſuper ſpē*, προσδέχου ἐλπὶδα ἐπ' ἐλπίδα. Sic Deus minatur ſe extenſurum lineam deſolationis ibid. verſ. 23. repetitis verbis illuſoriis. Vbi Chaldæus, *propterea ſperabunt redemptionem in tempore, quo inducam ſuper eos tribulationem, & non erit eis auxiliū neque ſuſtentaculum.* & cap. 34.11. *& extendetur ſuper eos menſura, vt redigatur ad nihilum, & perpendiculum in deſolationem.* vbi Chaldæus, *extendetur ſuper eam linea deſolationis, & perpendiculum deſtructionis.* Lxx. σχοινίον γεωμετρίας ἐρήμου, *funiculus Geometriæ deſerti.* 4. Reg. 21.13. *Extendam ſuper Ieruſalem funiculum Samariæ*, eadē lineâ pœnæ & vaſtationis eam demoliar. Igitur ſecundùm hanc Metaphoram interpretor noſtrum adagium. Solere Deum in probatione ſuorum, ſimul vtroque vti perpendiculo, probationis & afflictionis, quo eos quaſi demolitur; ſed ſimul ædificationis & conſolationis quo eodem tenore eos ædificat & perficit. quantum enim exteriùs infirmantur, tantum roborantur interiùs & ſolidantur. videntur planè derelicti à Deo, cùm Deus illis proximus eſt: facit cum tentatione prouentum. Vulgus iudicat deſperatos, illi verò

Lxx.

Chaldæus.

ſpe

ſpe abundant. ſciunt enim cui credunt. hoc in primitiis Chriſtianorum clariſſimè apparuit, quorum vnus ait, 2. *Corinth.* 10. 5. *& 9. Pro me nihil gloriabor, niſi in infirmitatibus meis. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus* CHRISTI. *Propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumeliis, in neceſſitatibus, in perſecutionibus, in angustiis pro* CHRISTO. *Cùm enim infirmor tum potens ſum.* & iterum, *In omnibus tribulationem patimur, ſed non angustiamur: aporiamur, ſed non deſtituimur: perſecutionem patimur, ſed non derelinquimur: deijcimur, ſed non perimus, ſemper mortificationem* IESV *in corpore noſtro circumferentes, vt & vita* IESV *manifeſtetur in corporibus noſtris.* 2. Cor. 4. 8. & rurſus: *gloriamur in tribulationibus: ſcientes quòd tribulatio patientiam operatur: patientia autem probationem; probatio verò ſpem, ſpes verò non confundit. ad Rom.* 5. 3. Hanc ergo lineam ad lineam adiicit Deus. ſic eadem gens *exſpectans* eſt *& conculcata*: Lxx. *v.* 7. vertunt *vt* noſter, ὑπομένων ἐλπίζων. ſemel tantùm ponens, non bis: *exſpectante, exſpectante*, vt tamen D. Hieronymus, & Haymon legerunt; & ibi vera lectio eſt: non tamen priore etiam loco vbi duntaxat libri optimi ſemel continent. difficile tamen eſt diuinare, cur cùm Hebræa, Chaldæa quoque, vtroque loco ſint eadem, poſteriore tantùm noſter ad auxeſim geminarit. item cur Lxx. priore loco negatiuè, poſteriore verterint affirmatiuè. fateor mihi a quam hærere. Niſi cum Adamo dicas priore loco mendum ineſſe. Si ad illud *exſpecta reexſpecta* reſpicias, potes colligere, lentam Dei vindictam eſſe ſolere, ſed certam. Horatius *lib.* 3. *od.* 2.

Rarò antecedentem ſceleſtum
Deſeruit pede pœna claudo.

Hinc ortum morem ſcribit Plutarchus *in Problem.* Tyriis inijcere ſtatuis Deorum vincula lanea; & adagium, *Dij irati laneos habent pedes.* Pintus; *ad gentem iuſtè paulatim conculcatam.*

Vidi qui *gentem lineæ, lineæ*; delicatam interpretatus, ducta metaphorâ à fabris, qui materiam ſecandam vel deaſciandam, priùs filo ſeu lineâ ſignant; quæ Græcis γραμμὴ: delineatam itaque gentem idem eſſe quod opprimendam, & exitio deſtinatam. fauet Chaldæus, qui oppreſſam vertit: & antè dixerat conuulſam & dilaceratam, & ſubdit direptam. Quoniam homines macilenti, & extenuati, idcirco μονόγραμμοι dicti, quaſi *vnica linea*: quod paulò aliter explicat Adagiographus *chilia.* 4. *cent.* 4. *ada.* 30. μονόγραμμοι.

Plutarch.

Dij irati laneos habẽt pedes. Pintus.

Chald.

Adagiographus.

EX CAP. XIX. VER. XIII.

ADAG. DCCXXV.

Angulus populorum.

Angulus populorũ.

HEbraicum פנה *pinnath*, Lxx. omiſerunt. Chaldæus רבני *rabbonei* dominos. Ad Geneſ. *ca.* 49. *v.* 34. *Inde paſtor egreſſus eſt, lapis domûs Iſraël*, docui lapidem vocari Principem, qui eſt firmamen & robur reipublicæ (vide Adag. *Paſtor populi.* 55.) Deinde etiam vocari lapides angulares docui *Adag.* 334. *bochã pinnach*, infr. 28. 16. ſed *angulos* quoque *populi* ſimpliciter, vt hic & in Reg. hiſtoria. eminẽt enim Principes in repub. ſicut pinnæ in muris, & ſunt omniũ oculis expoſiti, nec vitia vel virtutes eorum latere poſſunt, ipſis etiam incumbit in omnia loca, velut in ſpecula poſitis, reſpicere. (à radice פוה) ſunt quaſi turres reipub. ſicut anguli sũt tor-

Lxx Chald. Ponantur hic quæ habes adagio 176. vt fiat vnum.

Lxx.

Hieron. Haymon.

Adamus.

Lenta Dei vindicta, ſed certa. Horatius.

titudo domus (nam angulus etiam *turrim* significat *Sopho.1.v.16.*) certè pro *populorum* seu *tribuũ principibus* vox posita *Iudic.20.v.2.1.Reg.14.38. Sophon.3.6.Zacha.10.4.* vnde & hodie Heluetiorum tribus, siue respublicæ vocãtur *Anguli, Cantons* Gal. *Cantoni* Italicè. Deniq; quia gẽmæ pretiosæ solent vt anguloſæ sint, peritè exscindi & poliri à gemmariis. ab Hebræis *peninim* vocãtur פנינים, *Prou.3.15.& 8.11. & 20.15.& 31.10.* Vnde, quod noster & Lxx. *Psal.143.12.* verterunt, *filiæ eorum cõpositæ, circumornatæ vt similitudo templi*, Hebræa verbotenùs reddi possunt, *sicut anguli incisi similitudine templi*, hoc est tam politæ quàm solent poliri elegantiora palatij seu templi marmora. פנה igitur in bonum solet sumi. Quando verò sumunt *angulum* pro extremo, & in malum, vt fit nõ rarò teste D. Hieron. in Ezech. (vide Salmeron *to.1.proleg.19.*) sicut cùm Latinè dicimus *in angulum abiicere*, vel *sordes ad angulum*, vel *redactus ad angulum*, tunc vt plurimum Hebræi vtuntur voce פאה *peah*, vt *Ierem.9. in fin.* & *Deuteron.32.26. Isai.3.17. Nehem.9.22.* Interdum tamẽ etiam פאה *Principes* denotat, vt *Num.24.17.* Chald. exponit, & noster *Duces*. malè Pagninus, *terminos*. Lxx. κεφαλὰς φυλάς vertunt, hoc est *per tribus*. quod D. Hiero. exponit moraliter, singulorum dogmatum prauorum Principes, puta Lutherum, Caluinum, Mennonem, &c. Cyrillus exponit, non sigillatim aut viritim, sed cateruatim & vicatim. Sasbaut; Angulum *Hebræi vocant firmamentum, quod Latini dicunt nervum.* Intellige neruũ pro robore. Liranus, satis acutè; *Angulus qui duabus lineis concurrentibus efficitur, hîc dicitur coniunctio Antonij & Cleopatræ.* certè de excidio Ægypti per Romanos capium etiã Leo Castrius & Mõtanus.

Anguli.
Lxx.
Angulus.
Hieron. Salmerõ.
Chald.
Lutherus. Caluinus. Mennon. Cyrillus. Sasbaut
Liranus.
Leo Cast. Mõtanus.

IBIDEM VERS. XV.

ADAG. DCCXXVI.

Incuruans & refrenans.

Incurvãs & refrenans.

Hebr. כפה ואגמון *kipah veaghmon* Recentiores vertunt; *Ramus, & iuncus.*

LXx. paraphrasticè; ἀρχὴν καὶ τέλος *principium & finem.* Chaldæus antitheſim non bene percepit cùm omnia retulit ad ſummos, vt nec Aquila cùm ambo ad caudam. Chaldæus ait; *Et non erit Ægyptiis rex qui regnet, nec Princeps, nec ſatrapa, nec præfectus, nec dominator.* Chaldæum ſequitur Liranus. Breuiter alibi locutionẽ explicui *adagio.132.* nunc dicta tractatorum hic diſcutienda. Imprimis præter D. Hieronymum, & Lxx. & Aquilam etiam alij interpretes aduerterunt eſſe aliquam antitheſim. aliter tamen & aliter has ipſas comparationes oppoſuerunt. Nam ſunt qui ad perſonas retulerint, quaſi dicat, ſummos & infimos, infirmos & robuſtos, pueros & ſenes. alij ad facta atque conſilia, quæ adeò ſtolida vt neque initium neque finem in iis propter confuſionem atque vertiginem quis queat deprehendere; quod vulgò dici ſolet Belgicè, *noch hoofst noch ſteert.* itẽ quod neceptum ſit coërcere, nec perſuadere; *que ny ata ny deſata*, Hiſp. Si referas ad ipſas perſonas vtrumque tunc exiſtimarem ſic exponendum, non fore qui norit parere & ſubmittere ceruicẽ, (hic denotatur per caudam incuruantem ſe) nec etiã qui norit regere, quem vocat caput & refrenantem. Si referas omnia ad conſilia & opera, ſenſus erit (vt dixi) ea prorſus confuſa & inexpedita eſſe, iuuenibus pariter & ſenibus inutilia, nec apta ſubditis, nec digna imperantibus.

Lxx. Chald.
Liranus.
D. Hiero. Lxx. Aquila. Antithe.
Noch hoofst noch ſteert.
Senſus.

tibus. Si deniq; diuidas, tunc caudā & caput capias de ipsis consiliis & rebus gestis, incuruantē & refrenātem, de subditis & rectoribus. Insinuant horum nōnulla tractatores.

D Hiero. D. Hieronymus; eos vult, quamdiu ebrij fuerunt, nec principiū habuisse; nec finem: [*Hoc est* (ait) *nec caput, nec caudam*, sed truncum ex vtraque parte animal. Pro *principio & fine*, quod & Symmachus & Lxx. transtulerūt ἀρχὴν καὶ τέλος; Theodotio more suo verba Hebraica posuit. כפה ואגמן: quod Aquila interpretatus est *incuruum atque peruersum*. in incuruo senes intelligi volens; in peruerso lasciuientes pueros, qui omnia peruersa faciant: ac per hoc esse sensum; quòd in Ægypto non solùm caput desit & cauda; sed & senes & pueri, id est & principium & *finis*.] Haymon in Glossa ordinaria hic reprehendit D. Hieron. & ait pro eo quòd debuit transferre *lasciuientem*. deceptum ambiguitate vocis trāstulisse *refrenantem*. sensum enim esse: *Venientibus Assyriis & Chaldæis, non erat Ægypto opus, id est consilium, quod aut caput habeat aut finem; aut senibus conueniat aut paruulis, quarum alij præ senio deficiunt, alij præ lasciuiâ, quid faciāt, nesciunt*. Hoc ex ipsomet Hieronymo sumpsit, qui hanc versionem suam retractauit. Sed meritò prior versio obtinuit & Ecclesiæ iudicio fuit prælata. quomodo enim אגמון significat *lasciuire*? a qua radice? si ab אגם potiùs id quo quid compescitur & capitur significabit, veluti circulum quo naribus indito animalia regūtur, vt *Iob* 40. *v.* 21. vel restim aut hamū quo aliquid vinctum tenetur & attrahitur. Vnde mutata א in ה, quod non est nouum, Chaldaicè qui præest vel imperat vocatur הגמון *hegmon*, vnde Græcū ἡγεμών. Si verò deducas גמא *ghama* quod *absorbere* vel bibere significat, non video cur lasciuientem magis, quā refrenantem, quod magis est improborum magistratuum, qui subditos deglubunt, vrunt, deuorant. Hæc non tam pro D. Hieronymo, quàm pro versione eius quam Ecclesia approbauit.

Symmachus. Lxx. Theodot. Aquila. Haymon. ἡγεμών.

D. Hiero.

S. Cyrillus iuxta Lxx. vtiliter admodum; negat habere eorum opera principiū aut finem, quia neque iuueniliter (hoc est, quo decet robore) egregia cœpta aggredientur; neque ad optatum finem quæ cœperint perducent. *Omnis enim humana consultatio* (inquit) *infructuosa & omne præsidium, imbecillum, nec vllâ ex parte iuuare potest, si Deus multat ac pœna afficit*. sic etiā ex Theodoreto Leo Castrius, significant ergo omnia fore tumultuaria & imperfecta. hoc sequitur Foreirus. Eodem tendit D. Hier. non verba verbis reddens, sed metaphoram explicans. Notat enim Leo Castrius phrasi Hebræa dici *caput*, milites gregarios *caudam*; maiores & nobiles in populo *ramos*, minores & plebeios *iuncos*, ita Clarius, Vatablus, Adam. Sic certè indicaretur summa foris in exercitu, domi in repub. confusio. R. Salomon, & Mōtanus *ramum* & *iuncum* exponunt fortem & imbecillem: potes etiam cōstantem & leuem; cordatum & vanum: quæ omnia patet in senes & pueros optimè diuidi. nam senes incurui, ideo הקק *kippah*, pueri imbecilles ideo *iuncti*, cerei in vitiū flecti. Vide plura *infer. adagio* 797. contorquere caput quasi circulum. Nostrum adagium habes etiā *Isai.* 9. 14.

S. Cyrill. Lxx. Theodor. Leo C. st. Foreirus. Phrasis Hebræa. Clarius. Vatablus, Adam. R. Salom. Montan.

Vidi etiā qui explicaret, *ramum* & *iuncū*, id est omnes vniuersim: sicut in illo (parui properemus & ampli.) & in illo, (à maximo ad minimum.) posset hoc accommodari versioni Lxx. sed & nostro, quia omnes in

rep. vel parent vel imperãt, vel medij partim parẽt, partim imperant.

ADAG. DCCXXVIJ.

IBIDEM VERS. XVI.

Quasi mulieres.

Quasi mulieres.

SIc etiam loquitur Ieremias *cap.* 50. 37. Perculsos, remissos, non valentes se defendere, & *Nahum* 3.13. *Ecce populus tuus mulieres in medio tui.* in nido suo ipsi tui principes, qui pro populo & pro patria deberent esse audaciores. *Isai.* 3.12. *Mulieres dominatæ sunt eis.* sic Xerxes aiebat, *ci μὲν ἄνδρες μαγωϊκες, αἱ δὲ γωϊκες ἀνδρες.* Effœminatos, & timidos significat, quales reuerâ fuerunt Ægyptij tempore Cleopatræ, quæ ipsum Antonium fugacem fecit. tale illud Ennij,

Ennius.

Vos etenim iuuenes animos geritis muliebres:

Illáque virgo viri—& ita quidem capiunt illud, Γυναικὸς φρένες, *muliebres animi:* quia muliebre genus bellis naturâ inidoneum. vnde per ludibrium Alexis quandam comœdiam inscripsit γωϊκες στρατίαν *muliebrem militiam.* & vetustior Senarius circumfertur,

Alexis.

γωὴ στρατηγεῖ, κὴ γωὴ στρατίνει.

Fœmina dux est, & fœmina militat.

Monstri similes Amazones, Zenobia, Libyssa, similes.

Carpint. Magnificè hîc Carpinteius,

—metus & pauor omnes
Consternabit iners, stúrque olim fortia bello
Pectora fœmineo constricta horrore glaciescent.

Hieron. Cyrillus. D. Hieronymus timorem muliebrem opponit fortuito, qui viris etiam solet accidere. Cyrillus; *Qui olim audaces, & immites & omnium periculorum contemptores fuerunt, pauidi & fracto corde erunt, vt à mulieribus infirmissimis nihil differant, sed tanquam muliebriter effœminentur.*

EX CAP. XXI. VERS. X.

ADAG. DCCXXVIIJ. Tritura mea & filij areæ meæ.

TRITVRA MEA & FILII AREÆ MEÆ.

ALii vertunt, *filius areæ meæ.* vtrumque recipiunt Hebræa. Chaldæus paraphrasticè; *Reges qui assueti sunt prælio ineundo, venient contra eam, vt diripiant eam, sicut plaustrum artificis ad triturandam aream.* Chald.

Sensus est, Deo Babylonem fore pro tritico & loco triturationis: eo quòd Deus accerset Persas & Medos, qui sic Babylonios victos conterant, sicut plaustris demessæ segetes triturantur. sic alibi *torcular* vsurpatur *Apoc.* 19.15. *Thren.* 1.15. de quo illic in comment. Sic 4. *Reg.* 13.7. *Interfecerat enim eos rex Syriæ, & redegerat quasi puluerem in triturâ areæ.* & Iere. 51.33. *Filia Babylonis quasi area, tempus tritura eius.* Sic vocem *triturandi* solet sumere metaphoricè *Isaias* 25 10. *triturabitur Moab sub eo, sicut teruntur palea in plaustro.* sic comparat Iacob plaustro trituranti *cap.* 41.15. *ego posui te quasi plaustrum triturans nouum, habens rostra ferrantia: triturabis montes & comminues: & colles quasi puluerem pones.* sic Amos. 1. 3. *eo quòd triturauerint in plaustris ferreis Galaad.* Dicitur ergo de totali excidio, si ad Babylonem adhuc referatur, & sint verba Dei vel Prophetæ in Dei personâ, vt volunt Cyrillus, & Procopius, Isidorus Clarius, & Vatablus. Si verò velis esse verba Prophetæ ad Hierosolymam, intelliges sic vocari, quia Deus multis tribulationibus eam conabatur expurgare à paleis malitiæ & infidelitatis. ita S. Hieronymus primo loco, & vtraque Glossa, Liranus, Forerius. & reuera talis tritura fuerunt Apostoli & electi, quos Dominus sumens, ventilabrum in manu in aream huius mundi expurgauit separans à pa

Cyrillus. Procop. Isidorus Clarius.

S. Hieron. Glossæ. Liranus. Forerius.

à paleis, his comburendis, illis in horrea recondendis. Sic post Eu-
Eusebius Leo Castr. LXX Aria. Mó-tanus.
seb. *lib.* 1. *demonstr.* 44. & Hierony. loco posteriore hîc Leo Castrius, accommodatè ad versionem Lxx. Arias Montanus etiam capit in bonam partem: sed censet eò quòd in sacra Scriptura prædicatores solent vocari *boues triturantes*, interprete Apostolo 1. *Cor.* 9. 9. hac metaphorâ prophetam vti, & se quidem boui comparare; Christianos verum Israëlem, triturę, quòd in iis per prophetiam, quasi plaustrum, emũdandis diligentem operam posuerit. Nihil horum repudio, propiorem tamen literæ, & phrasi sacræ Scripturæ iudico primam expositionem: nec repugnat versio LXX. *ἀχάριστοι οἱ καταλελειμμένοι καὶ οἱ ἀδιτώμενοι, audite qui relicti estis & doletis.* Nam Paraphrasticè reliquias quæ cladi tantæ superstites, vocat relictos, & dolẽtes; explicans quæ ista *triturata*, & qui sint isti *filij aręæ*, hoc est tritici expurgati à paleis grana.

ADAG. Decxxix.

EX EODEM CAP. VER. XVI.

In anno mercenarij.

In anno Mercenarij.

D. Hieron. & Strabus.
D. Hieron. & Strabus exponũt dupliciter de velociter transeunte; aut de iugiter laborioso. Magis placet Cyrillus ita scribens; *Annum mercenarij dicit præcisè & exactè ad calculos revocatum. Qui enim in seruitute sudorem tolerat, & se mercede addixit alteri, subtiliter & accuratè semper inist rationem temporis suæ conductionis.* Ex quo *Procopius*, Procopius.
τὸν δὲ χρόνον τῆς ἀπωλείας φησὶν, μετ' ἀκριβείας ἀεὶ τὸν ἐνιαυτὸν ἀκριβῶς ἀριθμούμενον ὡς ἂν μισθωτοῦ παραδοκῶντος ἐλευθερωθῆναι μισθώσεως, καὶ καθ' ἡμέραν ὡς ἐπιπόνων, ἀριθμοῦντος τὸν χρόνον. Certum verò excidij eorum tempus addit, dicens se exactè illud numerare, vt solent mercenarij anxiè illud diebus singulis cõputare, vt diurno penso absoluti mercedem recipiant. Igitur *annus mercenarij*, est, integer & perfectus, cui nihil deest neque supersit, quem neque recipientis mercedem inopia, neque soluentis religio proferri aut procrastinari sinit. Sic Varablus, Forer. Osor. Montanus & alij recẽtiores. Non videtur satis bene assecutus phrasim Liranus. Eadẽ locutio exstat *sup. cap.* 16 *versu vlt. in tribus annis quasi anni mercenarij auferetur gloria Moab*, hoc est, statim exacto tertio anno. de hac re sic Adamus Sasbaut. *d. v.* 16. [*Notandum, quòd* annorũ seu dierum mercenarij frequens est mentio in Scripturis, & præcipuè apud S. Iob, qui hac phrasi multùm delectatur & dupliciter accipitur. interdũ enim significat ærumnas & vitam duram plenam molestiis laboribúsq; quã citissimè finiri cupimus. Sic sumitur *Iob.* 7. *militia est hominis vita super terram, & sicut dies mercenarij dies eius.* Quo loco *dies mercenarij* non aliud sunt, quàm dies miseriarum pleni. Interdum significat certum & statutum tempus. Sic capitur *Iob.* 14. *recede paululum ab eo, donec optata veniat sicut mercenarij dies eius.* Vtraque metaphora sumpta est à mercenariis, eo quòd eorum dura est conditio, & seruitus molesta, quique ea hora qua possunt discedere, discedũt *nihilq; morantur.*] Hæc ille. & addit Isaię ambo loca posteriore modo sumi. Apud Iobum non excluditur hæc significatio *d. cap.* 7. *v.* 1. sed includitur. Nam militiæ huius humanæ vitæ certum quo duret tempus præfixum, sicut &

Annus mercenarij.
Forerius. Osorius. Mõtanus. Liranus.
Adamus Sasbaut.

mercenario quotidiè locanti operas suas. Qui sapiũt etiam tam auidè militiæ huius terminum & coronam seu brauium exspectant, quàm mercenarius diei terminum quo labore liberandus & mercede cumulandus *d.c.7.v.2.Sicut cernus desiderat vmbram, & sicut mercenarius præstolatur finem operis sui.* Vide illic Pinedam; qui etiam optimè explicat *vers.6. d.c.14.* petere dolorum interruptionem, donec dies desiderata mortis illi sit portus quietis, sicut mercenario est finis laboris, idem qui diei terminus. Ex his patet non satis assecutum vim idiotismi neque cõparationis Carpinteium, cùm reddidit hoc loco,

Pineda.

Carpinteius.

Non totus mensibus annus
Bis sex exactis circumuertetur.

melius dixerat *cap.16.*

Quartus ab hoc gens infœlix tibi fatifer annus,
Nam tres indulsit tantùm tibi parca Decembres,
Parca seuera dies numerans, & tempora signans:
Vt qui debet opus certa mercede diurnum.

ADAG. DCCXXX.

EX CAP. XXII. VER. XVII.

Sicut asportatur Gallus gallinaceus.

Sicut asportatur gallus gallinaceus, &c.

QVia Hebraicè est גבר *Gaber*, nonnulli hoc loco contendunt vertendum *virum* pro *Oscine*: vt sensus sit sic transportandum, quemadmodum vir fortis transfert rem aliquam transferri facilem: vel tam durè & acerbè & procul quã vir in exilium abducitur, eo quòd censeant peregrinationes virorum & transmigrationes siue exilia longiùs extendi, quàm mulierum, vt ex Thalmudistis docet Montanus. Miro consensu hoc amplexi recentiores, etiam Catholici, & nostrum interpretem deserunt, vel sic defendunt, vt fateantur nõ expressisse Hebræa verba. Vnum habent quod momenti non parui potest videri, quod tamen non ignorauit D. Hieronymus, consensum vetustiorum. Sic enim scribit; גבר *omnes virum* interpretati sunt. Hebræus autem qui nos in veteris instrumenti lectione erudiuit, *gallum gallinacium* transtulit. *Sicut* inquit *gallus gallinacius humero portitoris de alio loco transfertur ad alium: sic te Dominus de loco tuo leuiter aspertabit.* Certè LXX. ἐκβαλεῖ ἐκ ἐκτρίψει ἀνδρα. Proiiciet & conteret virum, & Chaldæus *transmigrare te faciet trãsmigratione viri*, quãquam illic quoque fortassis verteret D. Hieronymus *Galli gallinacei.* Certè cũ Hieronym. præceptoris sui sententiam cæteris versionibus prætulerit, & Iarrius & Kimchi & Zamorensis in lexico fateantur etiam hoc significare, & *Num.33.35. pro Hasiongaber* Thargum Hierosolymitanum verterit *arcem galli*, videtur mihi non sine diuina prouidentia factum, vt D. Hiero. & LXX vtramque simul significationem exhiberent, nõ repugnantes, sed inuicem ad sententiæ plenitudinem adiuuantes. Plena enim sententia & metaphoram exhibens est, te qui tibi heros aliquis & inuictus & in loco munitissimo atque inexpugnabili tutus videris, tanta facilitate Deus inde auferet, & expeller in partes remotas quantâ villicus vel cocus oscinem è nido aufert & aliò abiicit. LXX. subaudiuerunt alterum comparationis membrũ de gallinaceo asportato;

Sensus.

Mõtanus.

D. Hiero.

LXX. Chaldæus.

Iarrius. Zamorensis. Kimchi. Hasiõgaber.

tato: noster subaudiuit alterum de viro asportãte. Sic conueniunt: nec Forerius. erat cur vtramque versionem Forerius damnaret, & toram sententiam referret ad leue inuolucrum sarcinulę quam viator quasi in globum constringit & circumcingit, tres comparationes, vt minimum in vnam confundens, & non satis attendens, quàm copiosus Isaias in huiusmodi esse consueuerit. Nec erat cur Osorius in paraphrasi gallinacei comparationẽ vitaret. Osorius. Quanuis enim fortassis גבר non sit proprium galli gallinacei nomen, qui secui dissyllabo fortassis שברי potiùs vocatur, vt habes *Iob.*38.36. vt censuerunt præter nostrũ ibi Chaldęus, R. Moses, Abenęzra, & Thalmudistæ nonnulli, (vide Pinedam ibi *num.*4. nisi quòd ad gallum syluestrem malè restringunt, cui desunt illæ dotes intelligẽtiæ quæ reperiuntur in domesticis; qui ternis horis, nocturnas vigilias diuidunt, & quo nox altior, hoc valentiùs & productiùs canunt; quo propinquior luci, leniùs & minutiùs testibus, Plinio *li.*10.*cap.*21. & B. Gregorio *ad d.vers.*36. Vocatur etiã gallus *zarzir* זרזיר accinctus & expeditus, *Prouer.*30.29. Sed quid vetat à diuersis dotibus diuersa sortiri nomina? lumbos certè semper succinctus & agnata cruribus tela vibrare paratus, auium pugnacissimus censetur. Idem suo generi imperitat, & regnum in quacumque domo exercet, & dimicatione hoc fortior quisque assequitur. Virilia hæc omnia sunt officia; pugnare, vigilias obire, adhortari ad opus & pugnam, sapere & imperare. Sanè nostrates *columbum* vocant *kobber*, fors ex גבר. Quare Sobna meritò comparatur huic volucri: & adagio docemur, nec prudentiam, nec vigilantiam, nec pugnandi peritiã, nec dignitatem, nec sceptra quenquam diuinæ vindictæ posse subtrahere. Cæterùm ex nostris Blasius Viegas Lusitanus Forerium meritò reprehendit, *in cap.*2. *Apocal.comment.*1.*sect.*9. & accuratè probauit, Hebræos *gheuer*, hoc est. viri appellationem bono iure tribuisse huic oscini. Arias Montanus etiam hic, laudat prudentiam nostri interpretis, quòd ex geminâ significatione vocis עטה collegerit hîc de aue & de operimento quoque agi, & proinde duas esse cõparationes auis & operimenti. Vęrba mox dabo.

Chaldæus. R. Moses. Abẽezra. Thalmudistæ Pineda.

Plinius. B. Grego.

Blasius. Viegas. Forerius.

Arias Mõtanus.

IBIDEM.

ADAG. Dcccxxxi.

Quasi amictum sic subleuabit te.

Quasi amictum sic subleuabit te.

ועוטך עטוה *Vegotecha Gatoh.*

ALij vertunt, *amiciens te amiciẽdo*: alij aliter. Arias Montanus, [*Nos(ait)* interpretis nostri rationẽ, ingeniúmque summoperè laudamus, qui duplicis significationis verba dupliciter etiam exponere voluerit. Siquidẽ Hebraicum verbũ *chatah*, *amicire* siue *operire* significat *Genes.*15.11. Ex eodem autem themate deductum nomen *ghait*, *auem* significat, maximè verò id auium genus quod rapax dicitur, vnde fit etiam verbum *ghet*, *arcere* siue *abigere* aues rapaces 1. *Sam.* 25. 14. & *Iob.*28.7.] Verum hoc, bene nostrum duas amplexum comparationes auis, & operimenti: minùs verum, deduxisse vtramque ex verbo עטה. Hoc quidem verbum significat celeriter & cum impetu inuadere prædam, & se illâ operire ac amicire; sed non significat arcere

Arias Mõtanus.

cere aut repellere grassatorem; nec ea significatio satis conuenit huic loco, vbi non agitur de Sobnâ prohibendo à prædâ consequedâ, sed de impediendo ne magnificâ suâ sepulturâ fruatur, hoc est ne perseueret in honore adepto, & in pace domi suæ moriens inferatur in mausolæum quod sibi exstruxerat: sed deiiciendum dicit, & abducendum in exilium qua facilitate & celeritate quis alteri pallium aufert & sibi iniicit. Itaque meo animo Carpinteius rectè vtrumque expressit his versibus;

Carpinteius.

Nam te istinc belli violento turbine raptum,
Vt pullum cauea coquus, abstrahet ille deorum
Ille Deus, quem tu contemnere sapè solebas,
Quóq; volet feret, vt tenuem vir fortis amictum.

LXX. LXX. ad ablationem tãtùm adspexerunt, καὶ ἀφελεῖ τὴν στολήν σου. *Et auferet stolam tuam*, nempe Pontificalem ornatum. Noster ad ipsam abductionem; Chaldæus ad ignominiã, cùm vertit *operiet te confusione*, adagiale tantùm est iuxta nostram versionem. Sensus qui præcedentis adagij.

Chaldæus.

ADAG. DCCXXXII. Quasi pilam mittet te. Sensus adagij.

IBIDEM VER. XVIII.

Quasi pilam mittet te.

SEnsus qui adagij 729. de summâ facilitate qua quis pellitur in exilium, non secus atque à ludentibus pila datatim & reciprocatim excutitur. Sic loquũtur etiam profani; vt, nisi fallor memoria, qui dicit à Diis homines pro pilis haberi. quos arbitratu suo quò lubet impellunt, attollũt, deiiciunt. Verba non memini, memor tantùm per tenue vestigiũ. An ad hunc lusum respicit Salomon *Prouerb.* 8. 30. de Sapientiâ diuina dicens, *ludens coram eo omni tempore, ludens in orbe terrarum?* quamuis enim Hebræa vox illic propriè significet risum, gaudiúmque, nihil tamen incommodi fuerit si lætitiæ modum & speciem intelligamus, quam ex filiis hominum, cum quibus esse, ait delicias esse suas, solitus percipere, cùm eos regit & gubernat arbitratu prouidentiæ suæ. Ludit ergo se oblectans vt Principes solent lusu pilæ seu foliis. (quid enim aliud sumus inflati & turgidi?) Ipse mundus & creaturæ omnes sunt Deo quasi quædã pilæ. Nam Deus *mensus est pugillo aquas, & cælos palmo ponderauit: appendit tribus digitis molem terræ, & librauit in pondere montes, & colles in statera, Isa.* 40. 12. Nónne *pilâ* ludit, quando coronas, sceptra, tiaras, imperia modò in hanc, modò in illam partem iacit? quãdo tyrannos potẽtissimos de solio deturbat, & pastores & subulcos de puluere suscitans euehit ad monarchias? quid pilam dico? transire facit Deus regna *quasi spumam super faciem aquæ, Osee* 10. 7. De quo postea. Hunc verò quem dicebam Dei ludum de quo ille,

Ouidius.

Ludit in humanis diuina potentia rebus.

accuratissimè ante oculos spectandum nobis proposuit disertissimus Hebræorum Philo ille platonizans, libro, quo docet Deum esse immutabilem, vbi inter cætera scribit, in operis calce; ἢ νομίζεις τὶ τῶν θνητῶν πραγμάτων ὄντως πρὸς ἀλήθειαν εἶ καὶ ὑφεστάναι, ἀλλ' οὐχ ὥσπερ ἐπ' αἰώρας τινὸς ψευδοῦς καὶ ἀβεβαίου δόξης φορεῖσθαι κατὰ κενὸ βαίνοντας μηδὲν ψευδῶν ὑπερπάτων διαφέροντας; εἰ δὲ μὴ θέλεις τὰς τῶν κατὰ μέρος ἀνθρώπων ἐξετάζειν τύχας, τὰς χωρῶν

Philo.

χωρῶν ὅλων καὶ ἐθνῶν πρὸς τὸ εὖ καὶ χεῖρον μεταβολάς. *Quærit an putemus rerum mortalium vllam verè esse ac subsistere, & non potiùs tanquam in suggesto quopiam ab inani & infesta opinione sustineri non aliter ac vana somniorum ludibria? si cui non placeat in singulorum hominum fortunas inquirere, adspiciat regionum & populorum integrorum, in melius & in deterius vicissitudines.* Et subdit Monarchiarum extinctarum manifesta exempla. ἡμαζε ποτὲ Ἑλλὰς, ἀλλὰ Μακεδόνες, αὐτῆς τῷ ἰσχυῖ ἀφείλετο. Μακεδονία πάλιν ἐνθηκεν, ἀλλὰ διαιρεθεῖσα κατὰ μοίρας, ἠσθένησεν, ἕως εἰς τὸ παντελὲς ἀνεσβέσθη. πρὸς Μακεδόνων τὰ Περσῶν ἐν εὐτυχίᾳ λῷ, ἀλλὰ μία ἡμέρα τῷ πολλῷ καὶ μεγάλῳ βασιλείαν αὐτῆς καθεῖλε. καὶ τῶν Παρθυαίων Περσῶν τὸ πρὸς μικρὸν ἡγεμόνων ὑπήκοοι, εἰ τότε ὑπῆκοοι. ἐκείνους φασὶ λαμπρὸν καὶ ὀνομάσιον Αἴγυπτον, ἀλλ' ὡς νέφος αὐτῆς ἡ μεγάλη παρῆλθεν εὐφραγία. τί δ' Αἰθίοπες, τί δὲ καὶ Καρχηδὼν καὶ τὰ πρὸς Λιβύην; τί δὲ οἱ Πόντου βασιλεῖς, τί δὲ Εὐρώπη, καὶ Ἀσία, καὶ συνελόντι φάσαι, πᾶσα ἡ οἰκουμένη. *Florenti olim Græciæ Macedones potentiam abstulisse. Ipsam Macedoniã postea viguisse. sed dimissione in plures portiones debilitatam, donec interiit. Ante Macedonum imperium, celebris fuerat Persarum fœlicitas: sed vna dies tam amplum & potens regnum dedit exitio. Nunc Persis paulo antè imperantibus imperant Parthi, & horum illis legibus obtemperant. Ægypti fuit olim splendida & permagna potentia, sed nubis instar illa fœlicitas magna euanuit. Quid verò Æthiopes, quid Africa Carthago, quid Pontici reges, quid Europa, Asiáque, & vt compendiò dicam, totus orbis habitabilis?* Non contentus hæc omnia comparasse nubi transeunti: comparat etiam naui, quæ sursum deorsum marinis fluctibus agitatur, & nunc secundis nunc aduersis ventis vtitur. καὶ ἄνω καὶ κατω κλινομένη καὶ τινασσομένη ὑπὸ πνεύματος ὥσπερ ναῦς θαλαττεύουσα, τοτὲ μὲν μετὰ δεξιοῖς, τότε δὲ καὶ ἐναντίοις πνεύμασι χρῆται. Harum verò vicissitudinum rationem reddit, quia Dei sapientia, siue prouidentiæ decretum: hoc enim est ὁ λόγος θεῖος *diuinus sermo, quod vulgus hominum fortunam nuncupat*, quia inquam ὁ λόγος θεῖος, velut quasdam choreas in orbe terrarum ducit. χορεύει ἐν τῷ κύκλῳ λόγος ὁ θεῖος; ὃν οἱ πολλοὶ τύχην ἀνθρώπων ὀνομάζουσι τύχην. suspicor alludens ad istud Salomonis *d. v.* 30. *ludens in orbe terrarum*, quod in Græco est, εὐφραινόμην *iocundabar*. nisi fortè hodie in Græco desit. Sanè illic Aquila, Symm. & Theodotion παίζων, *ludens*, vt noster, transtulerunt. Philo χορεύειν dixit, vt ipsam rerum rotationem & circulares vicissitudines rerum declararet, quibus diuinum hoc decretum perpetuò per omnes ciuitates & gentes, & regiones, res aliorum aliis, & omnium omnibus, quadam temporum & successuum apud singulos varietate, distribuens vagatur. Ideo concludit, res humanas, adeóque florentissima imperia dumtaxat esse vmbram auramque leuissimam; & vltrò citróque tanquam maris æstuaria commeare. σκιά τις ἡ αὖρα, πρὶν ἴσως ἴναι παραπέτασμα. ἔρχεται γὰρ, καὶ πάλιν ἄπεισιν ὥσπερ ἐν ταῖς παλιρροίαις. [*Sicut enim* marini æstus (quando Venilia) magno impetu sonitúque in litus feruntur, & longè latéque vndis stagnantibus diffunduntur: mox iterum celeriter (quando salacia) in salum redeunt, & relapsa quas occuparant terras deserunt: sic solent magnæ gentes quæ ma-

Aquila. Symmachus. Theodotion. Philo.

gnis fœlicitatibus & rerum omnium copiis ditatæ fuerunt, subito diuino decreto, alitò versâ hac inundatione, subitò depauperari, vt nec guttula quidem pristinæ opulentiæ vel eius vestigium *appareat.*] Hactenus Philo, nobis hunc pilæ lusum optimè explanans. Philo.

Ad quem D. Hieronymus, Strabus & Anselmus attenderunt, sed dumtaxat considerarunt pilam in loco decliui & spacioso consistere non posse, sed semper decidere: Lyranus verò pilam à ludentibus de manu in manum mitti: alij solere etiam longissimè, & id facillimè, proiici. Bene Montanus omnia coniunxit: & addidit, pilam à ludentibus non solere retineri, sed repercuti, & id maximè conari illos ne vspiam conquiescat: sic indicabitur facilis expulsio, longinquum exilium, magna vagatio, & perpetua quædam instabilitas atque vexatio. D. Hiero Strabus. Anselmus. Lyranus. Montanus.

ADAG. DCCXXXIIJ

IBIDEM VER. XXI.

Clauis super humerum.

Clauis super humerum.

Clauium traditione

CLAVIVM traditione, horrei potestas & possessio tradita censetur, vt præter iurisconsultorum responsa, satis docet Cicero *Orat. pro domo.* Olim etiam vt & hodie clauium traditione, vrbis imperium & custodia dari censebatur: patet ex Liuio *libro 7. de bello Punico.* Quando denique vxorem quis ducebat, ei claues dabat; quo signo illam sibi materfamilias esse, & ei rerum omnium communem curam ac potestatem permittere se maritus significabat: rursus quando illam repudiabat, suas sibi res habere iubebat, & claues adimebat, vt Antonium fecisse author est Cicero 2. *Philippicâ.* In sacra Scriptura *clauis* auctoritatem, potestatem, principatum significat, & *humerus* robur, curámque, qua quis aliquid suscipit gerendum perficiendúmque: ideo necesse non est vt intelligamus, quando metaphorica locutio est, id de quo sermo fit, corporali humero impositum, sed vel seruitutem & dominationem quam quis subit coactus aut sponte, vt *Isai.* 10.27. & 11. 14. & 14.25. *Ezech.* 25.9. vel aliquid cui par ferendo curæ alterius vel operæ commissum. itaque quando legimus *Isai. 9. v. 6. principatus super humerum eius*: de cruce Domini sensus est propheticus, & reuerâ de humero propriè dicto intelligendus, si *principatum* capias pro signo vel notâ eius: si verò capias pro ipso imperio & potestate, nihil aliud significat, quàm ipsi regnum & imperium traditum. Priore modo capiunt Patres Græci, Iustinus *Apologe.* 2. Cyrillus Alexandrinus *in d. cap. 9.* Theophylact. *in cap. 23. Luca* & Latini S. Ambros. *libr. 3. de fide cap. 4.* Cyprianus *libr. 2. testimo. contra Iudæos*, Tertullian. *lib. 3 aduers. Marcion.* Hieron. Augustin. & alij. Posteriore capi potest, si hunc locum velimus esse quasi interpretationem alterius nostri de quo hîc agitur, nempe vt quod hîc dicit *clauem*, illic dixerit *principatum*: eadem enim verba sunt, illic *factus est principatus super humerum eius*, & hîc *dabo clauem domus Dauid super humerum eius.* Hîc autem fateor mysticum sensum esse posse de cruce CHRISTI (quam etiam clauem

Clauium adempti Cicero.

Prophetic. sensus.

Iustinus. Cyrillus. Alexand. Theophy. Ambros.

Cyprian. Tertullia.

D. Hiero. Augustin.

uem regni cælorum vocari posse docuerunt Augustin. *in psalm.* 45. & Chrysost. *hom. de diuite & Lazaro, tom.* 2.) Sed literalem esse dico de auctoritate & potestate summi sacerdotij, hoc est de claui iurisdictionis, & de claui doctrinæ siue scientiæ simul. Moueor, quia S. Ioannes in Apocalypsi satis clarè ad Isaiam alludens (vt notauit noster Ribera *in Apocal. c.* 3. *nu.* 17.) & eius vsurpans verba, scribit; *Hæc dicit Sanctus & verus, qui habet clauem Dauid, qui aperit & nemo claudit, claudit, & nemo aperit. c.* 3. 7. & idem *cap.* 1. 18. *Et habeo claues mortis & inferni.* Possumus ergo per *clauem datam* intelligere primò potestatem Regiam CHRISTI, vt exponit Beda in Apocal.

Literalis sensus.

I. Interpretationes.

Beda.

II. Potestatem ligandi & soluendi, hoc est iurisdictionis clauem, de qua *Matth.* 16. *& Ioan.* 20. de qua Cyprian. *li.* 1. *Epist.* 2. *ad Cornel.* Ber. *serm.* 1. *die Petri & Pauli*, Rupert. & Ioachim. *ad d. vers.* 18.

II.

III. Clauem scientiæ & interpretationis sacræ Scripturæ, quæ quicquid vulpiones noui ogganniunt, est & erit in Ecclesiâ Catholicâ Romanâ. Sic capiunt clauem domûs Dauid plerique interpretes. vide Viegam *in d. cap.* 3. *comm.* 1. *sent.* 2. Sed de hac re plura, qui contra hæreticos egerunt.

III.

Viegas.

IV. Possumus in communi sermone porrigere ad omnẽ potestatem aliquid faciendi vel impediendi; à germino clauis officio; sic sumitur *clauis putei abyssi*, *Apoc.* 9. 1. & 20. 1. Sic galli vsurpant, *donner la clef des champs*, pro, emittere ex carcere.

IV.

ADAG. Decretalij

IBIDEM VER. XXIII.

Paxillus in loco fideli.

LOcum fidelem vocari *stabilem*, qui firmiter retineat, nec sinat euelli, patet ex Hebræo *Neeman* נאמן pro *paxillo* Hebraicè est יתד *Iathed*, quod D. Hieronymus testatur ab omnibus præter Lxx. similiter translatum, & constat, *clauum* siue *paxillum* significare. Lxx. ἀρχηγὸν sunt interpretati paraphrasticè indicantes metaphoræ siue adagii significationem; nempe quis *paxillus firmus* vocetur: scilicet Princeps. Principes enim à Deo electi, & rectè munere suo fungentes, sunt *paxilli defixi in loco fideli*; nam salus, opes, spes subditorum omnes ab illis pendent, & ipsi firmi ac tuti sunt in beneuolentiâ subditorum.

D. Hiero.

Lxx.

Non sic excubiæ, non circumstantia pila
Vt tutatur amor.

Hoc loco luculenter in Sobnâ mali paxilli figura proponitur. *v.* 25. *Auferetur paxillus, qui fixus fuerat in loco fideli* (quem sibi firmum & stabilem fore confidebat) *& frangetur, & cadet* (ipse Sobna) *& peribit quod pependerat in eo.* Clientelæ eius, & qui ei confidebant. Contra Eliacim firmus paxillus, bonus Princeps seu Pontifex, de quo ait; *Et figam illum paxillum in loco fideli, & erit in solium gloriæ domui patris eius. Et suspendent super eũ omnem gloriam domus patris eius, vasorum diuersa genera*, &c. Nam à paxillis carnes, arma, & vtensilia cætera solent suspendi. Chaldæus Ionathan exponit; *præpositum fidelem, ministrantem in loco firmissimo.* Et Cyrillus; *præerit, & proteget paruũ & magnum sui, amabitur, vt populus in eius manu ac potestate positus, ab eo quasi pendere videatur.* Procopius vult significari, *adeò potentem futurum: vt populos sibi subiectos facile contineat: immotũ quoq; & sta-*

Chaldæus Ionathan.

Paxillus in loco fideli.

bile imperium futurum; & omnes qui ab eius imperio pendebãt, vt bono confidentes fore. τοῦτ' ἔστι τὸ δ' ὠιὰ σθαι κρατεῖν τῶν ἀπὸ χείρα λαῶν. καὶ ἐς αἰ ἔτι ἔσαιως ἱδρυμένες ὅπι τῷ αὐτῷ λειτουργιάν. & mox. τῆς δὲ τότε καὶ ἐμοὶ νίας ἠρτημένοι πάντες γενήσονται ὡς ἐπ' ἀγαθῷ πεποιθότες. Vox Hebræa propriè *palum* significat, ex quacumque materiâ firmâ ac forti, ligno, osse, ære, ferro. Noster optimè reddidit diminutiuo, ne quis de palis agrorum, vel munitionum acciperet. *paxillum* ergo *hoc v. 23. & seq. 25.* intelligit, non qui solo infigitur ad tentoriorum funes firmandos vt *Num. 3. 37.* & *Isai. 33. 20.* & *54. 2.* Neque illud quo terram fodiebant, *Deutero. 23. 13.* sed qui parieti infigebatur ad res inde dependendas, *vt Ezech. 15. 3. Zachar. 10. 4.* ait Ezechiel, *aut fabricabitur ex eâ paxillus, vt dependeat in eâ quodcumque vas.* Zacharias; *ex ipso angulus, ex ipso paxillus.* Hoc est, ex tribu Iudâ nasciturus est CHRISTVS, spiritualis rex & Princeps Ecclesiæ; cuius figura Eliacim, de quo loquitur Esaias. Nónne de CHRISTO legimus? *omnis populus pendebat ex eo. Luc. 19.* vide quæ dixi *adagio 218.*

ADAG. DCCXXXV.

IBIDEM VER. XXV.

Paxillum ausere.

HOc est potestatem & imperium euertere. v. d. *adagio 218.*

ADAG. DCCXXXVI. Canticum meretricis. Lyranus. Strabus. Adamus. Castrius. Clarius Vatablus. Montanus.

EX CAP. XXIII. V. XV.

CANTICVM MERETRICIS.

VTITVR pro cantico illecebroso, quo aduentores à quibus deserta conatur reuocare, & allicere. Sic Lyranus, Strabus, Adamus, Castrius, Clarius, Vatablus, & Montanus. patet ex sequenti versu, *Sume citharam, circuis ciuitatẽ meretrix obliuioni tradita: bene cane, frequenta canticum vt memoria tui sit.* Vis ergo parœmiæ fere, quæ illius; *Cantus Sirenum*, apud profanos. de tali cantico dicitur *Prouerb. 5. 2. Ne attendas fallaciæ mulieris: fauus enim distillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius: nouissima autẽ illius amara quasi absynthium.* & quæ in hanc sententiam ibi subduntur. Suadet enim ab his cantibus fugiendum, quod tutius quã Vlyssis remedium, qui cerâ obturauit aures. calor libidinis facilè ceram resoluat: fugisse melius, & ab hoc igne quàm longissimè recessisse. Imitandum illud sancti viri dictum, *Fuge Martiniane*; de quo legendus Surius in vitâ B. Martiniani M.

Sancti viri dictum.

Surius.

S. Ambrosius *lib. de Helâ & ieiunio*, S. Hieron, Procopius, & Anselmus hic canticum istud interpretantur resipiscentis ac pœnitentis laudes Deo ritè exhibitas; sed hoc reuerâ mysticum est: sensum literalẽ hoc modo proponit B. Cyrillus, vt Latinè versum est. [*Perunlgata* & scortatrix mulier, quę formam corporis amatoribus prostituit, quandiu ætate est integrâ, & iuuencula, multos irretit, & corporis flos veluti laqueus est & cassis intuẽtibus. Cùm autem ętas prouectior fuerit, tunc pulcritudine eius defloreścente & emarcescente, cùm ad hãc venationem & aucupium inutilis est; aliâ viâ aggreditur, vt miserarum prædarum prouentus excogitet. Cantus enim & melodia ei studio sunt, multique dum citharam *pulsat, demulcentur.*] Sic ergo,

S. Ambro. S. Hieron. Procopius Anselmᵘˢ.

Sensus literalis B Cyrilli.

Fistula dulce canit volucrẽ dum decipit auceps, mulier viros. Sic de Lyce Flaccus *Lyceſ. a. & t. vis formosa videri, Ludisque & bibis impudẽs, Et cantu tremulo pota cupidinem*

Flaccus.

Lentum

Lentum sollicitas. sic ait nihil nō conaturam Tyrum vt mercatores iterum ad nundinas & mercatum
Leo Cast. alliciat. Ideò peritè Leo Castrius, & ad rem, censuit posse blandas illas mercatorum vocationes, & laudes quibus merces suas commendant & extrudunt, posse vocari canticum meretricis. *Vides* (inquit
Forerius. Forerius) *mercaturam rei meretriciæ comparari. habent enim maximam inter se similitudinem concupiscentia*
Clarius. *carnis ac diuitiarum.* Clarius quoque scribit, ostentationē mercium & opum, hîc vocari carmen & citharam; negotiationem verò vocari fornicationem.

ADAG. DCCXXXVII. EX CAP. XXIV. VER. II.

Erit sicut populus sic Sacerdos.

Erit sicut populus sic sacerdos.

Martinus Martinez. Canō intelligēdæ Sacr. Scripturæ.

MARTINVS Martinez Cantepetrensis *lib. 8. Hypotypos. c. 8.* canonem quendam sacræ Scripturę intelligendæ tradidit, eam quando vult duas res inter se reciprocè adæquare, tunc adiicere geminam similitudinis notā apponere: nam existimabat alioqui non satis indicari reciprocationem similitudinis. verbi gratia *Genes. 44. 18.* Hebraicè est, *sicut tu, sicut Parhoh*: hoc est, sicut Pharao sic tu. Si tantùm dictum esset tu sicut Pharao, putat dumtaxat significari similitudinem Ioseph cum Pharaone, & nō Pharaonis cum Iosepho: contrà, quia bis dictum sicut, ideo significari Iosephum similem Pharaoni, & Pharaonem Iosepho similem. & idem hoc versiculo notandum in omnibus istis repetitis similitudinum notis. Parùm necessaria obseruatio. nam id ex Hebraismo procedit, seu Hebræorum pleonasmo, solitorum ornatûs causâ repetere notam illam: & ideo vulgatus noster etiam more Latino aliquando retinet vt hoc loco; aliquando negligit, vt *d. v. 18.* vbi vertit, *Tu es enim post Pharaonem Dominus meus.* item *Sap. xviii. vers. xi. Simili autem pœna seruus cum Domino afflictus est, & popularis homo regi similia passus.* Sic etiam hoc loco Lxx. Nec satis attendit homo eruditus ad naturam relationum similitudinis, quæ necessariam habent reciprocationem terminorum in eo quòd similes sunt. Missâ igitur obseruatione, hoc dico vniuersim & omnimodā sicut culpæ, sic etiam pœnę & exitij similitudinem significari, cùm dicitur והיה כעם ככהן *vehaiah chaan kakohen.*

Authoris sententia.

ET ERIT SICVT POPVLVS SIC SACERDOS.

& ordine eodem *Osee 4. 9. Erit sicut populus, sic Sacerdos.* vbi Theodorus Antiochenus in catena; prout reperio in schediis Fran. Riberæ: *In tanta erunt calamitate & confusione rerum, vt nullum sit discrimen sacerdotis, & eius qui est infra sacerdotem.* Ibid. notat Cyrillus causam pœnæ esse quia Sacerdotes æquè atque alij peccabant. Sic de æquali vitæ turpitudine exponit S. Gregorius Magnus *in Pastor. cura p. 2. cap. 7. & hom. 17. in Euangel.* & Theophylact. *in Osee.* de pœnæ verò similitudine, de supplicio æquè abiecto & ignominioso, ibidem S. Hieronymus & Theodoretus.

Theodor. Antiochenus. F. Ribera. Cyrillus. S. Grego. magnus. Theophylactus. S. Hieronymus. Theodor.

Hoc certè loco Esaiæ de extremi iudicij sententiâ agi tenent S. Hieronymus, Cyrillus, Procopius & alij, & ideo referūt ad retributionis tum futuræ æqualitatem. breuiter Procopius explicat: ϑεῶ γὰρ ὁμοίως τιμὴ τῶν πασχόντων ἀξίαν πα-

Procopius

εἰς ησιν, καθ' ὧν ὑπερίσχυντες τι καὶ ταπεινοὶ πάντες γίνονται παραπλήσιοι. τὸν γὰρ ἀξίαν τῶν λογάδων διακεῖνεν ἐκ εἰδὲ πολέμιος. *Dei furore illorum qui patiuntur nobis meritum astendi, quo omnes sine excelsi illi, sine humiles existerint, similes habentur. Eximiorum enim & magnatum rationem non solere hostes habere.* Idem est sensus sequentium adagiorum;

ADAG. DCCXXXVIIJ. SICVT SERVVS SIC DOMINVS EIVS : SICVT ANCILLA SIC DOMINA EIVS.

DCCXXXIX SICVT EMENS, SIC ILLE QVI VENDIT.

DCCXL. SICVT FOENERATOR, SIC IS QVI MVTVVM ACCIPIT.

DCCXLI. SICVT QVI REPETIT, SIC QVI DEBET.

I. PRIMO exemplo docemur nullum discrimen fore dignitatis;
II. secundo nec conditionis ;
III. tertio,
IV. quarto, &
V. quinto, nec etiam facultatum : Nulla igitur erit personarum acceptio, sed qui grauiùs peccauerit, grauiùs punietur; non enim hîc agitur de delictorum æqualitate, nec de pœnarum etiam æqualitate, vt falsò quidam hinc argumentatur: sed personarum duntaxat discrimen remouetur, iuxta illud *Act.* 10. 34. *non est personarum acceptor Deus.* Simile est illud *Iob.* 3. 19. *Paruus & magnus ibi sunt, & seruus liber à Domino suo.* Nam & hîc cuiusuis conditionis, status, & facultatum homines significantur, vt etiam à Dauide quando dicit, *filij hominum simul in vnum diues & pauper. Psal.* 48. 3.

Paruus & magnus.

Diues & pauper.

IBIDEM VERS. XVIII.

ADAG. DCCXLII. Qui fugerit à voce &c.

Qui fugerit à voce formidinis cadet in foueam, & qui se explicauerit de fouea, tenebitur laqueo.

HEBRAICE est elegans allusio, trium vocum *pachad, pachath,* & *pach*, פחד, פחת, פח. *formidinis, fouea,* & *laquei.* ab Hebræo deficendit vox Græca παγὶς. sensus adagij est, nullum fore effugium à malis. Hispan. *Saltaran de la sarten en las braças.* talia, *fumum fugiēs incidet in ignem. Dum fugit leonē occurrit vrso. Incidit in Scyllam cupiens vitare Charybdim.*

Elegans allusio.

Notant Hieronymus, Cyrillus, & Procopius hîc, his tribus, *formidine, fouea,* & *laqueo* significari omnia genera malorum, quorum nullum pateat effugium ; sed si quis vnum fortè declinauerit, ab alio comprehendendum. Sic *Ierem.* 48. 44. *Qui fugerit à facie pauoris, cadet in foueā: & qui conscenderit de foueâ, capietur laqueo.* Patet metaphoram Isaiæ à venatione petitam; sic & foueę fodiuntur, & retia panduntur de pennis contexta, vt eorum metu feræ compellantur in foueas vel veras cassles. illud terriculamentum vocant Latini à serie *lineam*, ab effectu *formidinem* ; de qua dixi non pauca *commentar. in Senecæ Hippolytum vers.* 45. non repeto. hac igitur formidine perterriti se dant in veram indaginem. fugientes enim vel ruunt in foueas à venatoribus astu paratas, vel tandem capiuntur indagine qua saltus totus circundatus fuit. An Hebræis *linea*, etiam vocata sit פחד non satis cōpertum habeo, res conuenit, & Latinum

Hieronymus. Cyrillus. Procopius. Formido, fouea, laqueus.

Linea.

tinum nomen. Similitudine vtuntur etiam in hunc sensum nostrum Græci, Lycophron in Cassandra,

Lycophr.

ἡ δευτέραν εἰς ἄκρον ἰθυπλόων βρόχων
λήτειν ἐμπαίσασαν ἱξευτῇ πλοκῇ.
Cassis peregrina in secundam indaginem
Vltrò incidentis aucupis penna dolo.

Cerui & hominis comparatio.

Arrianus *lib.2.de vitâ Epicteti cap.1.* dicit idé nobis accidere quod cernis, qui cùm pennas fugiunt, conuertunt se & recipiunt ad retia, atque ita pereunt, permutatis his quę timenda erant, & forti animo toleranda. Vtitur etiam Seneca *lib. de clementiâ 2. & lib.de irâ.2.* vt doceat sic plerumque homines dum non fortiter se opponũt minoribus, sed terga vertunt, in maiora & deteriora vitia atque incommoda incidere.

ADAG. DCCXLIIJ.

EX CAP. XXVI. VER. I.

Murus & antemurale.

Murus & antemurale.

HEbraicè pro & *Antemurali*, est חל *vachel*, quod Chaldæus *miserationes* exponit, Lxx. *τεῖχος & circummurale*, Symmachus *firmamentum*. vt ipsi *muri* (inquit D. Hieronymus) *munitionibus cinctis sint & vallo, fossáque & aliis muris, quos in ædificatione solẽi loriculas dicere.* voluit ergo D. Hieronymus חל *chel* defectiuum significare exteriorem munitionem: contrà R. Dauid vult significare interiorem, ex 2. *Reg.*20.15. sed verior est sententia D.Hieronymi, vt ex ipso illo loco bene considerato patet. Puto vsurpari posse; *Murus & antemurale*; de protectione Dei; qua suam Ecclesiam intus contra spirituales nequitias, & exteriùs contra persecutiones hominum defendit atque tuetur. S.Cyrillus *lib.3.* exponit omnem incolumitatem. *Nam vrbes* (inquit) *optimè cinctæ muris, non simplicem habent munitionem, & præter magnum murum, etiam altero circummurali munimento obuallantur.* Mysticè fidem & opera bona D. Hieronymus exponit murum & antemurale. S. Gregorius *lib.20. Moral. cap.* 20. CHRISTVM met esse murum, antemurale prædicatores, qui eum prædixerunt venturum. Sanctus Bernardus *serm.5. de assumpt. B. Maria* murum exponit continentiam, antemurale parientiam. quod ornatiùs prosequitur *serm.3.de dedicat. Ecclesiæ.* Translatitij quidem sunt isti sensus; sed translatitia in adagiis vsurpatio non est noua. illud de Hebræâ voce peritè traditum à Forerio non omiserim: [*Antemurale* linguâ Punicâ *barboca* dicitur teste Galeotto Marcio *in lib.de doctrinâ promiscuâ*: hinc vulgò *barbacana*. quantum autem ex voce Hebræa coniicere possum, *propugnacula* puto significari, quæ è muris prominent certis quibusdam spaciis distincta; ex quibus latera eorum qui muros subruere volunt, petuntur. habent autem appellationem *à strenuitate.*] verum est חל à חיל *chel* à *chail robore* formari. non quòd illic strenui milites constituantur (vt putat ille:) sed quia loca seu munitiones istæ multum robur concilient oppido. Simile adagioni profano Alcidamantis, qui summam & præsidium legum in Philosophia situm volens indicare, legum vallum & fossam nuncupauit, immeritò ab Aristotele *lib. Rhet.*3. id referente reprehensus.

D. Hiero.

R. Dauid

Authoris explicatio.

Cyrillus.

Mystica expositio. D.Hiero. S.Grego.

S. Bernar.

Forerius.

Galeottus Marcius.

ADAG. DCCXLIV.

IBIDEM VER. XIX.

Ros Lucis.

Ros Lucis.

DE re valdè iucundâ & salutari dici *rorem* probaui *adagio* 602. confirmatur hoc loco, vbi gratia resurrectionis, qua vitæ mortui restituuntur, vocatur Hebraicè *tal oroth* טל אורות, quod LXX. vertunt *rorem salutarem*, δρόσος ἡ παρὰ σοῦ ἴαμα αὐτοῖς ἔσται, *ros qui à te* (hoc est, tuus) *medela ipsis est.* clarè explicantes, quid per *lucem* hîc intelligendum. Chaldæus eodem sensu exponit *luminis.* Recentiores volunt poni comparationem nempe olerum à rore quasi suscitatorum: ideo Pagninus vertit *vos olerum*; Clarius, *ros herbam proferens*; Leo Iudæus, vt ros herbarum virentium: sensum tamen esse volunt; vt rore pullulant olera, sic tua virtute mortui resurgent. Sensu non pugnant nobiscum, sed nostra versio propiùs accedit ad Hebræum contextum; nam אורות ad verbum significat *luminum*, seu *splendorum.* quod Forerius & Montanus de luce matutina seu crepusculo dictum volunt, quando lux est anceps, & proinde quasi gemina; Hispanis *entre dos aluas*, *ô luzes*; quod fortè nimis subtile sit. Simplicius dicere *lucem* pro vitâ positam; & Hebræum plurále pro singulari. solent enim hoc pacto Hebræi dicere *arborem vitarum*, quod noster vocat arborem vitæ.

Chaldæus. Paginus. Clarius. Leo Iud. Forerius. Mōtanus. Procopius.

Igitur hîc lucem seu vitam interpretari possumus, ipsam remissionem peccatorum, quam CHRISTVS qui est ros Patris, stillat in animas peccato mortuas (sic Procopius.) Capere possumus 2. de viuificatione carnis, qua mortis tenebras discutit mortuos suscitans, ita Tertullianus *lib. de resurrect. carnis cap.* 31. Hierony. & Cyrill. hîc 3. de glorioſorum & immortalium iam corporum splendore, quo sicut stellæ fulgebunt beati in perpetuas æternitates, sic S. Augustinus *lib.* 20. *de ciuitate Dei cap.* 21. *& serm.* 3. *de consolatione mortuorum.*

Procopius.

Lux pro vita. Arbor vitarum. Hieron. Cyrillus.

Libētiùs hîc Patres sequor, quàm recentiores, qui ad plasticam seu figlinam hanc referunt. (lege Montanum.) Non quòd nō sit apta comparatio figuli & Dei, sed quia nimis tenue, *rorem* intelligere de illâ argillæ irroratione.

Authoris sententia. Mōtanus.

ADAG. DCCXLV.

EX CAP. XXVII. VER. VIII.

In mēsura cōtra mēsuram indicati.

In mensura contra mensuram.

HAbes *d. v.* 8. vbi D. Hieronym. scribit iuxta Hebræum cōtextum, sensum esse, iuxta quod quis fecit recipere, mensuram quâ mensus est aliis. Hebræa sunt, בסאתאר *besaſſeah* quod Arias vertit *sic sat sato, cæteri ferè in mensurâ.* quisque pro libito suo. Chaldæus Ionathan pro D. Hierony. est. nam exponit; *In mensurâ qua metiebatur metientur ei.* Talionis ergo pœna hoc adagio indicatur, & illud *contra* vim habet *pro:* sicut in illo Varronis, *nō aurum contra carum.* D. Hieronymus & Chaldæus quia *seah mensuram* significat, meritò censuerunt geminatione vocis indicari sensum illum optimè præcedentibus cohærentem. nam dixerat eam quæ percusserat percutiendam, quæ occiderat occidendam. nunc subdit quasi concludens, Deum illi par pari relaturum.

Sensus adagij. D. Hiero. Chaldæus Ionathan. Varro.

turum. ideo minùs prudenter recentiores, מאסאר idem putarunt quod סאר simplex. cur non crediderunt potiùs Chaldęo & D. Hieronymo? Quod attinet ad Lxx. non puto illos aliter legisse, nec etiã textum eorum hodie mutilum esse. Nõ prius quia pro (נר) in סנר pro סאר magna mutatio est. non posterius, quia codices Vaticani, Complutenses, Regij, omnes consentiunt: nec vlli agnoscunt vocem mensuræ, sed tantùm continent μαχόμενος καὶ ὀνειδίζων ἐξεπορθεῖτο αὐτός. *rixans & exprobrans emittet eos.* Nec aliter legerunt Hieronym. Cyrillus, aut Procopius in textu, vt patet ex eorũ libris: mensuræ mentionem tantùm fecerunt in commentariis, vt ostenderent hoc dependere ex præcedentibus. nam illic modus iste seu mensura pœnæ fuerant indicata. Igitur puto Lxx. vt solent paraphrasticè talionis hanc legem, quâ Deus vsurus erat, explicasse. Nam Iudæi, præcipuè Hierosolymitani, CHRISTO Domino, & Apostolis, rixando & exprobrando molesti fuerant, eos etiam expulerant non semel: ideo prædici significarũt Lxx. similia Iudæos, maximè Hierosolymitas, à Romanis perlaturos. Non placet autem *in mensura* pro citra mensurã accipere: quamuis enim grauiora adhuc supplicia Iudæi merebantur, tamen hoc non cohæret cum præcedentibus. quare non placet interpretatio Pinedæ nostri ad *Iob.* 1. *v.* 12. *num.* 4. nec iuuant quæ adfert de mensurâ seu perpendiculo *Iob.* 38. *v.* 5. *num.* 4. & 5. aliud enim est מדר aliud סאר idem tamẽ hic censuerunt multi recentiores, præsertim Montanus quẽ leges, & Pintus. Etiamsi de Nabuchodonosore acciperemus, locus esse Hieronymi explicationi, quem meritò Lyranus & Adamus sequuti.

Hieronymus, Cyrillus. Procopius

Lxx.

Autoris sententia.

Montan. Pintus.

S Hieron. Lyranus. Adamus.

EX CAP. XXVIII. VER. I.

ADAG. DCCXLVI

Flos decidens.

Flos decidens.

CAducum seu deciduũ florem dici de re valdè fluxa constat, quales sunt flores, qui lẽui aura minimo contactu marcescunt & decidunt. ideo hac comparatione libenter etiam profani scriptores vtuntur vt docui aliàs: & nihil humanâ fœlicitate magis caducum, labile, instabile. Qua de re rudes, leonini, versus circumferuntur, quos à sententiæ veritate dignos memoriæ insculpi semper duxi.

Humana fœlicitas quæ

Dic homo, vas cinerum, quid confert flos facierum?
Copia quid rerũ? mors vltima meta dierum.
Flores? marcescres, cades, in morte nigrescres.
Audis? surdescres. formidas nullâ? panescres.
Hac lege: lecta tene: lacrymis laxentur habenæ:
Ne pateat pœna tibi ianua tempore cœna.

IBIDEM VERS. IX.

ADAG. DCCXLVII.

Manda remanda, manda remanda, exspecta reexspecta, exspecta reexspecta, modicum ibi, modicum ibi.

Hebræa sunt, צו לצו צו לצו SAV LATZAV קו לקו קו לקו QAV LAQAV QAV LAQVAV. זעיר שם זעיר שם ZEIR SEM ZEIR SEM

QVOD recentiores vertunt primum quidem per nomen: *præceptum ad præceptum*, siue *præceptum præcipiendo*: secundum *linea ad lineam*, vel *funiculus ad funiculum*. tertium *parum ibi*. Constat imprimis versionem vtramque probam esse, vt de nostra fatentur etiam Nouatores, & quo ad primum membrum meliorem esse bene ostendunt Adamus, Leo Castrius, & Forerius. Secundò satis constat Iudæos grauiter reprehendi, sed dubium est, quo nomine; recentiores volunt, quia pueris similes alphabetariis, qui non capiunt dictata præceptorum nisi ægerrimè, & lentissimè. Veteres malebant reprehendi illorum contumaciam, quòd nec legi nec prophetis obedirent. sic Paraphrasis Chaldæa accepit. nam צו לצו capit de contemptu mandatorum; קו לקו de contemptu & irrisione prophetiarum. vide illam & coniunge *v* 10. *cum* 11. 12. & 13. Irridebant autem præcepta Dei dicentes, *præceptum Domini, præceptum Domini*; & quasi insultantes Deo, *manda remanda, manda remanda*. q. d. Deus iste nihil nouit nisi præcipere, onera oneribus accumulat: iam fatiscimus. Prophetarum quoque promissiones subsannabat, quasi frustratorias, & quæ vanâ spe lactarent, & de die in diem ducerent, *exspecta reexspecta*, &c. Hoc ergo sensu locutio est apertè adagialis, de inani iussione, & de inani promissione. Nec difficile foret, sic etiam interpretari versionem LXX. θλῖψιν ἐπὶ θλῖψιν, ὥρας δ' ἔχεις ἐλπίδα ἐπ' ἐλπίδι, ἔτι μικρὸν ἔτι μικρόν. *tribulatio super tribulationem, exspecta spem super spem, adhuc parum adhuc parum*. Si θλῖψιν interpreteris *Onus*, seu prophetiam comminatoriam, hoc certè malo, quam cum Castrio dicere eos aliter legisse nempe צר לצר SARLASAR.

Adamus. Leo Castr. Forerius.

Paraphrasis Chaldæa.

Castrius.

Erit etiam adagiale sensu recentiorum, quo pueri hebetes, & duri ad discendum perstringûtur: iuxta hunc sensum duæ sunt elegantes interpretationes; vna Forerij, altera Montani. vtramque accipite verbis ipsorum. Forerius in hunc modum scribit: [*Quantum possit* coniicere ex contextu, & significatione verborum, & maximè ex loco Apostoli 1. *ad Cor.* 14. 20. (qui optimus est prophetarum interpres) Isaias hoc loco Iudæos pueros esse sensibus affirmat, & incapaces doctrinæ cœlestis, vt qui nec prima rudimenta, quę chartis puerilibus continentur, valeant percipere. Et credit illis temporibus hæc verba fuisse vulgatissima, & quasi prouerbium solita in ore omnium circumferri: iis verò moneri solitos tam præceptores, quàm discipulos, ne simul omnia illi tradere, vel hi percipere studerent, sed *mandatum post mandatum* צו לצו, *& lineam post lineam* קו לקו, pedetentim & ordine זערשם זערשם magistri docerent, pueri discerẽt. Hæc verba cùm in ore essent puerorum, & suo more ea proferrent sapius syllabarim ac mox coniunctim, ferè in prouerbiũ abiisse, vt pro puerorũ lectione, doctrinâ, atque prolatione accipiantur; vt hodie, *ba, be*, &c. & ideo cùm volumus significare aliquem rudem esse instar pueri, dicimus eum nescire, *b, a, ba*. Quare licèt istæ voces Hebrææ significatiuæ sint, & ea quæ sunt dicta significent, censet tamen hic non accipi vt significatiuas, sed vt sint velut mimicum exemplum, quo prophetæ puerorum nuper ablactatorum prolationem balbutientem exprimit, quando prima illa elementa addiscunt: vnde & voces repetere.

Mõtanus. Forerius.

nam

nam quamuis vulgò non repeterentur, pueri tamen dum legere incipiunt, bis singula proferre à præceptoribus, aut etiam ter cogũtur. primò enim singula elementa sigillatim, deinde syllabatim mox *coniunctim efferunt.*] Hactenus ille acutiùs quàm solidiùs fortè. Nam Lxx. Ionathan, Hieronymus, Cyrillus, Procopius, & omnes veteres semper hæc verba vt significatiua acceperunt. Si non essent significatiua, cur ע & ק orditus & non potiùs à prioribus ב & ג, sicut nostri pueri, à *ba*, & *ca*; non à *fa* & *ta* incipiunt? cur non priùs posuit singula sigillatim elementa? cur non repetiit eodem modo, sed affixum לי inseruit? si tantùm voluit indicare puerorum hunc morem, cur iterum propheta inducit ea repetentem Deum per modum comminationis: nisi quia non ipsos Propheta, sed ipsi Propheras, & in iis Deum subsannabant?

Lxx. Ionathan. Hieronymus. Cyrillus. Procopi⁹.

Arias Montanus paulo aliter, nempe Iudæos consueuisse breues quasdam artes siue catechismos conscribere, quibus tota legis summa in sexcentis & sex præceptis comprehensa continebatur, quæ præcepta pueris ediscenda dictabantur. itaque præceptores vt vasis anguſti oris paulatim ea instillabant, hodie vnum versum docentes, cras alium, perendino adhuc alium: & hoc esse quod materialiter his vocibus exprimit: & sic ostẽdi quàm ineptos præceptores, & quàm dignos præceptoribus discipulos Iudæi haberent: vt pote tantùm occupatos circa nuda verba & corticem literæ, medullam negligentes; nihil aliud in cærimoniis quàm ipsas cærimonias, non cæremoniarum mysteria attendentes aut intelligentiâ assequentes, & si aliquando aliquid solidioris doctrinæ audirent, id in animum non admittere solitos, sed raptim puerorum more memoriæ mandare & mox obliuiſci consueuisse. Viderint alij, an non hæc longè petita, & violenta explicandæ formæ verborum Isaiæ. Meritò hîc vsurpem,

Odi Danaos & dona ferentes.

Faretur Vatablus hanc interpretationem de puerorum primâ institutione syllabaria, atque adeo hanc versionem *lineæ ad lineam* esse petitam ex Hebræorum commentariis certè est R. Dauidis Cammij & aliorum recentiorum, qui volunt esse nomen. cur non credam potiùs D. Hieronymo esse קו & צו imperatiuum cum defectu ה? certè קוה propriè significat intentum esse in aliquid, & attentissimè aliquid præstolari προσδοκᾶν. hinc translatum verbum ad significandam normam, mensuram, & lineam, vt vertit etiam noster hoc *cap. v.* 12. & 34. *Ierem.* 31. 36. & *alibi.* atque hinc nobis obiiciunt nunquam nostrum קו accipere vt imperatiuum, sed semper vt nomen, & hoc loco de lineis versuum seu modulis cantus à compositore obseruatis referendum, & sic conciliat Montanus nostrã versionem cum alterâ recentiore, vt noster dicendo *exspecta* monere voluerit obseruandos & attendẽdos hos modos, quos carminis diuini obseruari voluerat. Vereor vt hoc sit ariolari potiùs, quàm certiora proferre. Quis hîc locus cantilenis, aut quo pacto ad hos modulos respexerint Hieronymus & Ionathan, qui perspicuè agebant de exspectando euentu Prophetiæ? Dieo igitur non esse mirandum, si קו *kau* D. Hieronymus aliquando acceperit vt nomen, aliquando verò vt imperatiuum; sicut & צו accepit

Vatablus. R. Dauid. Cammi⁹. D. Hieron. Mõtanus. Hieron. Ionathan. D. Hier.

à themate צוה *tsauah*, cum Moſe in Leuitico & Numeris non ſemel.ſi צו poteſt eſſe nomen hoc loco vt ipſi volunt, & ſimul etiam imperatiuus vt fatentur apud Moyſen eſſe: cur non licuit Hieronymo credere, etiam צו eſſe & nomen & imperatiuum?

Sed D. Paulus inquiunt ex hoc loco probat Iudæos infantibus lacte indigentibus ſimiles eſſe, & non capaces doctrinæ, ideo in aliis linguis Deum illis locuturum. 1. Cor. 14. 21. *Quoniam in aliis linguis & labiis loquar populo huic, & nec ſic exaudient me, dicit Dominus.* hoc autem ſubiungit, cùm dixiſſet *nolite pueri effici ſenſibus, ſed malitia paruuli eſtote. In lege ſcriptum eſt, Quoniam*, &c. vbi illud *In lege* videtur eſſe ratio præcedentis moniti. nam quidam libri, & Ambroſius habent *In lege enim* ſcriptum, &c. Sed notandum D. Paulum non probaſſe, veteres Iudæos eſſe paruulos ex his verbis, *manda, remanda*, &c. omiſit enim hæc verba: ſed adhortatum ſui temporis homines, ſed ex eo quod ne fierent ſimiles illis antiquis, qui pueri ſenſibus, hoc eſt, intelligentia & mẽte, fuerant, nolentes attendere ad minas prophetarũ, & ideo in ſupplicia inciderunt quæ illis Deus interminatur apud Iſaiam: dicens, [*Quia ſubſannatis* dicta prophetarum, nõ ego vos ampliùs per prophetas admonebo, ſed inferam ſupplicia quæ prophetæ ſolebãt comminari: & quia loquelam prophetarũ ſubſannaſtis, qui vos veſtrâ lingua adloquebantur; mittam Doctores alios, qui vos doceant idiomate etiam extero, quod non nouiſtis, & quod vobis barbarum videbitur: & quia nec iſtos quidẽ exaudietis, *exterminabo vos.*] Hic eſt ſenſus Iſaiæ. Ex eo igitur petit teſtimonium, & ſuos monet ne ſimiles ſint illis, qui parua & minuta magnis & ſolidis, vmbras veritati præferebant: ne ipſi ſimiliter præferant prophetiæ linguis loqui, & ideo Deus illorum quoque duritiem præſenti pœnâ vlciſcatur. Vtitur autem Apoſtolus verſione Lxx. paulo aliter; nam ipſe; ὅτι ἐν ἑτερογλώσσοις καὶ ἐν χείλεσιν ἑτέροις λαλήσω τῷ λαῷ τούτῳ, καὶ οὐδ' οὕτως εἰσακούσονταί μου, λέγει κύριος. Lxx. verò, διὰ φαυλισμὸν χειλέων, διὰ γλώσσης ἑτέρας ὅτι λαλήσουσι τῷ λαῷ τούτῳ. ad verbum, *propter vitium labiorum, propter linguas alienas, quia loquentur populo huic.* Vides ibi Paulum omiſiſſe intermedia verba quæ ſequuntur, *Dicentes ei hæc requies eſurienti & hæc contritio*, nempe verba quæ per Apoſtolos dicturus Deus, & tranſiuiſſe ad id quod poſtea ſequitur, *& noluerunt audire*, καὶ οὐκ ἠθέλησαν ἀκοῦσαι, pro quo ipſe, καὶ οὐδ' οὕτως εἰσακούσονταί μου, inducens Deum iſta loquentem. Sed inquiunt φαυλισμὸν potiùs ſignificare linguam blæſam & vitium, & ideo ad ſubſannationem balbutiei puerorum referendum, vt & Hebræum *labage* לעגי vt eſt in Hebræo. Reſpondent viri docti Leo Caſtrius hîc & *lib.* 1. *Apolog. cap. vlt.* & Salmeron *to.* 1. *prolegom.* 4. Iudæos corrupiſſe locum, & ex *labaze* לעג quod ſignificat varietatem linguarum, feciſſe לעגי quod ſignificat linguæ ſubſannationem & vitium, mutantes *zam in ghimel.* putarim non mutaſſe literas, ſed recentiores Iudæos corrupiſſe interpretationem, interpretando de *balbutie*, quod pertinebat ad linguarum varietatem, & donum Apoſtolis conceſſum in die Pentecoſtes, vt interpretatur Nazianzen. *orat. in S. Pentecoſtem.* Chryſoſt. *in Demonſtr.*

Notandũ.

Leo Caſt. Salmerõ.

Nazianz. Chryſoſt.

Demonstr. quòd CHRISTVS *sit Deus tomo* 3. Tertullian *lib.* 5. *c.* 8. *aduersus Marcion.* & Cyrill. hîc. Hanc autem linguarum varietatem vocant φαυλισμὸν Lxx. hoc est vitium linguæ, seu barbariem, quia Hebræi sic omnes linguas præter suam appellabant vt docet Pagninus in voce לעז *laaz*. D. Paulus optimè ne Gentiles vel ipsâ locutione offenderet, sensu seruato dixit, *in aliis linguis*. Denique Lxx. *loquentur* de Apostolis; Paulus *loquetur* de Deo per Apostolos loquente. Sic omnia probè conueniunt ex illorum sententia qui putant D. Paulum secutum Lxx. versionem.

Cyrillus. Lxx.

Equidem cum D. Hieronymo potiùs puto de Hebraico contextu sumptum à Paulo, vt conferenti verba patebit.

Hieron.

Quærat aliquis, quid sibi velit D. Hieronymus qui verbis Hebræis nostri adagij positis subdit; *his verbis abuti solet immundissima hæresis, apud simplices quòsque atque deceptos, vt errorem faciat nouitate sermonum: quod scilicet qui hæc verba cognouerit & in coitu eorum meminerit, absque vlla dubitatione transeat ad regna calorum.* Jagit enim de Nicolaitis qui fœdissima numina colebant, nomine vnius ab ipso actu fœdo, alterius ex Hebraicis vocibus *Kau Lakau* deductis: & hac cõmemoratione spurcè simul & blasphemè idololatrabãt, docet Niceras. *li.* 1. *thesauri orthodoxia* scribens illos prunicum, & caulaucam adorasse, & subdit; *sunt autem hæc effœminatã mollitiem significantia nomina. Quãdoquidem* πόθικος *coitum significat. Græci enim si de virginũ defloratoribus loquantur, his verbis vti solent,* ἐπιθυμεῖσθαι τινὸς δι. *Ad Caulaucam quod attinet, honestè quidem ab Hebræis effertur, à gnosticis verò ad turpitudinem detortum est.* Videlicet ad res Veneris. Desumpsit Niceras ab Epiphanio, qui contra *hæresim.* 15. rem totam apertiùs (vt solet) proposui. Nam *Caulacauh* dicit ab iis vocari quandam ex iis quas ipsi constituebant potestatibus; item alium *Prunicum* quem ex nullo sacræ Scripturæ loco acceperunt, sed videri potest Epiphanius d. loco: vbi dicit eos fictitium *Caulacau* sumpsisse ex isto Isaiæ loco, in quo Hebraicè scriptum ait, vt hodie extat καλαχαυκ καλαχαυὶ; sed corrigendum καὺ λαχαὺ καὺ λαχαὺ, vel (si sic legit vt videtur, digamma Æolicum voluisse exprimere) καυλαυκαὺχ, quod dicit Græcè significare ἐλπίδα ἐπ' ἐλπίδι. Totus locus Epiphanij Græcè scatet mendis: Latinus interpres paraphrasticè sententiam expressit. Quid non adulterat hæreticus furor? Verùm vtilius quiddam ex Richardo Victorino adscribam, mysticos hoc loco sensus duos. Vnũ de peccatoribus qui pœnitentiam procrastinant de die in diem. [*Taceo* (inquit) *de illis*, qui foris sunt, qui dilectionem spiritualem necdum scire potuerunt; qui Domini mandata ex doctorum quotidiè dictis vel factis audiunt, nec tamen acquiescunt quotidie peccantes, quotidie pœnitentiæ tempora sibi dari postulantes. Ex quibus dum quidam verba vitæ libenter audiunt, quid per hoc studium aliud dicunt, quàm *manda remanda?* & dum quotidie peccata peccatis accumulant, quid aliud quàm *expecta, expecta*, per desiderium clamant? quotidiè spatium pœnitentiæ postulantes, & resipiscendi quotidiè tempus prolongantes. Certè ad satiandum desiderium suum, totum huius vitæ spacium carnali menti videtur permodicum. Et de huiusmodi animâ,

Nicetas. Caulacas. Prunicus. Epiphanius. Richardus. Victorinus. Mystici sensus duo.

Nicolaitæ.

quæ modò in vno vitio, modò in altero multa tempora expendit, totúmque tamen velut momentaneum reputat: quid quæso aliud in diuinæ patientiæ aure, quàm *modicum ibi, modicum ibi resonat?*]

II. Alterum proponit peculiarem de hominibus religiosis, simul ostendens quàm periculosum sit, vacantem sacræ lectioni, minùs sanctitati, quàm scientiæ comparandæ vexare: tot enim ad nos à Deo nuncios mitti, quot illustrationes & intelligentiæ sacrorum librorum nobis conceduntur. Non subtraham verba ignea, vtinam meum saltem cor inflamment! ita loquitur. [*Quid de nobis* obsecro dicturi sumus, qui habitum religionis suscepimus, qui spiritualibus exercitiis mancipati sumus: qui nihil aliud iniuncti officij habemus, nisi psallere, legere, & orare, nisi meditari & contemplari, vacare & videre *quoniam suauis est Dominus?* nunquidnam nos non pudebit eadem dicere, & dilectum nostrum in huiusmodi sermonibus fatigare? *manda remanda, expecta reexspecta, modicum ibi, modicum ibi.* Quotidie, ni fallor, vos, qui lectioni vel meditationi insistitis, eius nuncios suscipitis, mandata cognoscitis. Quoties ex abditis Scripturarum recessibus, nouos intellectus eruimus, quid aliud quàm quosdam dilecti nostri nuncios suscipimus? Sæpè namque fit vt vna eadémque scriptura multipliciter exponitur, multa nobis in vnum loquatur, *moraliter* docens quid dilectus noster nos facere velit; *allegoricè* admonens quid pro nobis per semetipsum fecerit; *anagogicè* proponens quid adhuc de nobis facere disponat. Et quàm multi sunt, qui huiusmodi nuncios quotidie accipiunt, de tempore tamen pristino vel negligentiâ parum aut nihil corrigere volunt! sciunt sanè vnde possunt gloriari, non autem ædificari: scientiam quidem, non sanctitatem affectant: & non tam sancti, quàm scioli esse desiderant. Dum igitur quotidianis nisibus nouos sensus quæritant, quid aliud quàm *manda remanda* per studium clamant? verùm quanto magis talium nunciorum copia abundat, tanto sanè acerbiùs, tanto molestiùs propria nos conscientia accusat & cruciat. Hinc fit sæpè, vt vitam nostram corrigere disponamus, semper tamen differamus, & dum fieri in futuro proponimus, fit vt illud futurum semper sit futurum. Et in his omnibus dilecto nostro cantamus canticum odiosum, *expecta reexspecta*, &c.]

Hactenus Richardus aptissimè ad vsum & compunctionem mei similium.

IBIDEM VER. XX.

ADAG. DCCXLVIIJ

Tantummodo sola vexatio dabit intellectum auditui.

Vexatio dabit intellectū.

QVotidie vsurpamus, & verisimile est olim vsurpasse ad indicandum malos, non nisi malo credere, sapere & emendari, vt Phrygas aiunt, plagis. LXX. aliter distinguunt quàm noster, & illud tantùm ad sententiam præsentem, μάθητε ἀκοὴν συνιοῦσαι. *Discite audire angustiati.* Scio Chaldæum, & Rabbinizantes in alia abire omnia. Sed tutius sequi Patres nostros, S. Hieronymum, & S. Cyrillum hîc, quos sequuntur Adamus & Leo Castrius, à quo citatur & Theodoretus. Addo D. Gregorium *lib. 7. moral. cap.* 11. & apertiùs *lib.* 11. *cap.* 13. *Iusti viri* ante Deum metuunt,

Vsus adagij.

S Hieron. S Cyrill⁹. Adamus. Leo Cast. Theodoretus. Gregorius.

metuunt, quàm eius contra eos ira moueatur: & ne commotum timeant, tranquillum timent. At contra peruersi tunc iam feriri pertimescunt cùm feriuntur: eósque tunc terror eius à somno corporis sui excitat, cùm vindicta perturbat. Vnde & per prophetam dicitur: *Et tantùm sola vexatio intellectum dabit auditui.* Cùm enim de præceptis Dei contemptis atque despectis verberari per vindictam cœperint, tunc intelligunt quod audierunt. Et psalmista ait *psal.77. Cùm occideret eos, tunc inquirebant eum.* Bene itaque dicitur *Iob.13. statim vt se commouerit, turbabit eos: & terror eius irruet super vos:* quia reprobis cordibus nõ timor requiem; sed pœna *timorem parit.*] Similia alicubi S.Bernard. Piè & prudenter Adamus Sasbault: *Qui hæc legimus apud prophetam & nobis conscij sumus malæ vitæ, moueant nos saltem ad salutem, nec exspectemus secundum magisterium quod est per vexationem.*] Huc pertinet quod de Asiaticis quibusdam circumfertur apophtegma regis Agesilai, *Si libertate fruerentur, malos; si seruirent, bonos fore.* Hoc de Caribus, Lydis, Mysis, Phrygibus indicat Cicero pro Flacco, & vetus est trochaicus,

Plato.

S. Bernar. Adamus Sasb.

Agesilai apophtegma.

Cicero.

φρὺξ ἀνὴρ πληγὶς ἀμείνων καὶ διακονέστερος.

Phryx verberatus melior & obsequentior.

De huiusmodi loquitur *Esaias 26.9. Cùm feceris iudicia tua in terrâ iustitiam discent habitatores orbis. Misereamur impio, & condiscet iustitiam.* Hesiodus *in oper. & die.*

Δίκη ὑπεροβασίαν ἴσχει,
Εἰς τέλος ἐξελθοῦσα, παθὼν δέτε νήπιος ἔγνω.

Tandem sua pœna nocentem
Consequitur, sapiúsque sapit tum denique stultus.

Huc alluſit Plato in Sympoſio, καὶ μὴ κατὰ παροιμίαν ὥσπερ νήπιον παθόντα γνῶναι. *Nec iuxta proverbiũ veluti stultus, post acceptum malum sapias.* Simile illi, πρὸς τὰ δεινὰ φρονιμώτερος, *post mala sapientior*: & illi, ἐξ ὧν ἔπαθες, ἔμαθες. *Ex iis quæ pertulit, e doctus.*

IBIDEM VERS. XX.

ADAG. CCCXLIX. & DCCL.

COANGVSTATVM EST STRATVM ITA VT ALTER DECIDAT. PALLIVM BREVE VTRVMQVE OPERIRE NON POTEST.

DVo sunt adagia eiusdem sententiæ quam aliter nostri, aliter Hebræi explicant. Ex nostris disertè D. Hieronymus lucem adfert: verba sunt: [*Illum habet* sensum quem in Apostolo legimus: 1. *Cor.* 10. *Non poteſtis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum. Non poteſtis mensæ Domini esse participes, & mensæ idolorum.* Et alibi 2. *Cor.6. Quæ participatio iustitiæ cũ iniquitate? Quæ societas luci ad tenebras? quæ conuentio* CHRISTI *ad Beliat? quæ pars fideli cum infideli? qui consensus templi Dei cum idolis?* Loquitur autem sub metaphora mariti pudicissimi, qui adulteræ dicit vxori: vnus lectulus me & adulterum tecum capere non potest, & pallium breue maritum & mœchum cooperire non præualet. O igitur Hierusalem si vis meis complexibus copulari, abiice idola: si seruieris idolis, me habere *non poteris.*] Sic Hieronymus. accommoda Germaniæ & Galliæ, Luthero, Caluino, & veræ fidei, & dictum puta. Nam hæresis scortum & adultera est, non minùs quàm idolomania. Sensus ergo, qui illius dicti Dominici, *Nemo potest duobus dem-*

D. Hiero.

dominis seruire, *Matth.6.24.* De quo ibi. *Cor humanum* (ait Lyranus) *non potest simul capere Deum & Diabolum: sed suscepto diabolo per peccatum exit Deus: suscepto Deo per charitatem, exit diabolus.* Pallium breue vnius amoris. Vtrumque non potest tegere. Amor improbus solum diabolum; amor verus nempe charitas solum Deum operit.

Nec regna socium ferre nec teda sciunt,

ait noster, & alibi;

Non capit regnum duos.

Lucanus. Lucanus,

Omnisque potestas
Impatiens consortis erit.

Vulgatum est; *vnbeculas duas saltus non capit.* Et illud Hispanense, *honrra y prouecho no caben en vn saco.*

Hebræorú interpretatio est dici in tam angustas angustias redigendos, vt nec locum pusillum habeant vbi queant extendere corpus, aut se reuoluere; vel quo queant contegi aut operiri: & significari per *pallium* vanam vmbram siue spem quam in exteris gentibus reponebant. Sic Clarius, Vatablus, Montanus Forerius: qui præclarè docet, spem in hominibus esse angustum stratum, vnde quis facilè decidat, & pallium malè contegens in frigore aut æstu: contrà verò spem locatam in CHRISTO. Coincidit autem ista expositio in sensum adagialem, si recordemur illos suprà dixisse *v.16. posuimus mendacium spem nostram, & mendacio protecti sumus.* Hoc enim stratum & hoc pallium cum veritate, & certa spe non potest consistere.

Clarius. Vatablus. Montan Forerius.

EX CAP. XXIX. VER. XVII.

ADAG. DCCLI.

Conuertetur Libanus in Charmel & Charmel in saltum commutabitur.

IDem dicitur infer. *cap. 32. vers. 5. & erit desertum in Charmel*, &c. & cap. 33. 9. *factus est Saron sicut desertũ.*

Sermo est de Libano monte aspero & hispido, & de Charmelo amœno atque culto, vt Orthodoxi patres accipiunt, per *Libanum* gentium populum, per *Charmelum* intelligẽtes Iudaicam gentem: vt sensus locutionis sit de incultis subitò culta, & de cultis inculta futura: quod versibus egregiis Carpinteius sic expressit. Liranus. Charmel. Carpinteius.

Iam voluitur hora
Hora cuis Phœbo rapiente vehenda quadrigis
Cùm iuga sylnosi Libani, iuga vepribus hirta
Dumisq; & nullum patientia vomeris vsum,
Charmeli campos vincent, glebásq; feraces.
Ipse autem flauis qui nunc Charmelus aristis
Luxuriat, collesque olea Bacchoque virentes
Ostentat procul, inculti (mirabile dictu)
Induet ingenium Libani, moresq; ferinos.

Sic Theodoretus in catenâ, sic Hieron. Cyrillus, Strabus, Anselm. Breuiter Procopius; διότι μετὰ φρίν ἀνήμεροι, γεγένασιν ἥμεροι, οἱ δὲ φρὶν ἥμεροι, τετάρτιον ἀνήμεροι. *Quòd qui prius feri, iam sunt cicurati; qui autem cicures, feritatem contra amplexi.* Theodoretus. D. Hieronymus. Cyrillus. Strabus. Anselmus. Procopius

Adhuc

Adhuc erit adagium secundùm alias interpretationes Rabbinorum. Si *Libanum* capis pro vrbe Hierosolymâ, & *Charmel* pro terrâ cultâ, seu noualibus frugiferis; sensus qui bonis operibus steriles fient fœcundi, & qui se putabant fertiles bonorum operum (tales se Iudæi gloriabantur) steriles censebuntur.

Si *Libanum* pro monte, *Charmel* pro valle Galilææ sumas: sensus, superbi humiliabuntur, humiles exaltabuntur: hoc est, fient aspera in vias planas, &c. si ad etymologiam respicias, *Libanus* dealbatam, *Charmel* rubram & carmesinam significat. Sensus ergo, qui peccatis rubri vt coccinum, sicut nix dealbabuntur: & qui iusti reputabantur, sanguine peccatorum defœdabuntur. Varias interpretationes Rabbinicas pete à Pagnino in voce כרמל, & videbis quos sequantur Leo Iudas, Vatablus, Clarius, & Montanus hîc. Vide etiam *infr. adag. 962. Charmelus.*

Pagnin.

Leo Iudas Vatablus. Clarius. Montan.

ADAG. DCCLII.

EX CAP. XXX. VERS. XVII.

Malus in vertice montium.

Malus in vertice montium.

DEscripto Panico terrore dicit si qui ex fugâ superfuerint hostili gladio, hos relictos inopes spoliatos honore & opibus instar mali nautici, in monte locati, vt fœdi naufragij sit testimonium. Opponitur *malus* arbori frondosæ & virenti, sicut *infr. cap.* 33. 23. *Sic erit malus tuus vt dilatare signum non queas.* Sic Horatius, *Ode* 14.

Non tibi sunt integra lintea,
Non Di, quos iterum pressa voces malo:
Quamuis Pontica pinus
Sylvæ filia nobilis
Iactes & genus & nomen inutile.

Haud absimili locutione Senecæ Deianira, Seneca.

Vt alta sylvas forma vernantes alit,
Quas nemore nudo primus inuestit tepor:
At cùm solutos expulit boreas notos,
Et sæua totas bruma decussit comas,
Deforme solis aspicis truncis nemus.

Tales ergo futuri non vtiles ad aliud quàm vt testes sint supplicij, & moneant alios exemplo suo ne in eundem scopulum impingant. Hæc mens Hieronymi, & Latinorum. Paulo aliter B. Cyrillus; [*Adeóque insignem* calamitatem sustinebunt vt conspicua planè sit, nullíque omnino non cognita, adeóq; spectabilis, quemadmodum si quis malum in monte, vel signum in colle statueret. Signum autem & malum vocat lignum in collibus & tumulis excitatum; quo significant præfecti militibus vel quòd vicerint, bellíque fortuna pulchrè ceciderit, vel fortè vt ad se conuocentur, aliquid audituri *necessarium.*] Symmachus versione sua ad naufragium respexit, ὡς ἱστὸς ἐπάνω ὄρους καὶ ὡς ἱστὸς ἐπὶ βουνοῦ, *tanquam malus in montis vertice, & tanquam vela in colle. Vt enim nauis* (ait Procopius) *quæ naufragium passa est, malus in signum cum velis in monte positus manet inutilis: sic & eorum non obscurum futurum interitum pronuntiat.* Alij ad pauciratem referunt, vt Vatablus. Ad vastationem refert Forerius, vult enim agi de arbore ramis priuatâ, quæ in vertice montis interdum apparet, velut malus in naui: nam & supra res Iudæorum ilici, defluentibus foliis, comparatam. Sanè *Thoren* תרן significat lignum erectum & fixum, vt est malus in naui, aut tentorio. Nollet vt vocis Latinæ *malo* vitaret ambigui-

Hieron. Cyrillus.

Symmachus.

Procop.

Vatablus. Forerius.

tatem, addidit *nauis*; *d.v.*23. videtur referri ad tentorium, sed Ezechiel.27.*v.*5.ad nauim pertinet.

ADAG. DCCLIIJ.

EX CAP. XXX. VER. XXVIII.

Torrens inundans.

Torrens inundans.

SIgnificat impetum & celeritatem & copiâ maximam vtriusq; vocis vi. Nam & suprà copiosior punitio vocata *flagellum inundans*. cap.28.15. *inundatio camelorum* Isai. 60 6.*inundatio equorũ*, Ezech.26.10. & *torrens* solus hoc indicat. 2. Reg. 22.5. *torrentes Belial terruerunt*. Iob. 20.17.*torrentes mellis & butyri*, Psal. 17. 5. *torrentes iniquitatis*. Esai. *infr. v.*33. *Sicut torrens sulphuris, &c.* 66. 12.*quasi torrentem inundãtem*:Ierem. 47.2.*erit quasi torrens inundans*.Thr. 2.18. *deduc quasi torrentem lacrymas per diem*. Amos. 5.24. *Quasi torrens fortis*. Sallustius *lib. 1. histor.* maiorum mores *non paulatim vt antè sed* torrentis modo præcipitati.citat D. Augustin.*lib.2.de ciuita. Dei cap.*18. Hinc *aquæ torrentes*. Isai. 43.16.*fluuius torrens* 1. *Machab.* 16.5. Sicut apud Senecam *Oedipo*.

Sallustius. Augustin. Seneca.

Aurea torrenti deducens flumina ripa:

hoc est, inundante, per hypallagen.

ADAG. DCCLIV. Stultus fatua loquetur.

EX CAP. XXXII. VER. VI.

STVLTVS FATVA LOQVETVR.

נבל נבלה ידבר

NAVAL NEVALAH IEDHAVER.

Chald. Lxx. Euripid. Erasmus.

CHaldæus explicat, *impij impietatem loquentur*. Lxx. ὁ μωρὸς μωρὰ λαλήσει.Simile dicto Euripidis *in Bacchis*, quod Erasmus vt Adagiũ annotauit,& dictis aliquot similibus elucidauit:est autẽ, μωρὰ γὰρ μωρὸς λέγει. *Stultus enim stulta loquitur*. Vides ab Isaiâ acceptum. Democritus *orationem* dicebat esse εἰδωλον τοῦ βίου *vitæ simulacrum*. Cuidam Socrates dixisse fertur, *loquere vt te videam*. Græcus Senarius circumfertur:

Democrit. Socrates.

ἀνδρὸς χαρακτὴρ ἐκ λόγου γνωρίζεται.
Viri figura oratione cognoscitur.

Seneca quadam epist. ad Lucilium;*apud Græcos in prouerbium cessit, talis hominibus fluit oratio qualis vita*. Ærea vasa tinnitu, homines sermone discernuntur. Sicut in speculo corporis, sic in oratione pectoris imago repræsentatur. Vtitur dicto Isaiæ contra hæreticos D. Hieronymus epist. ad Euagrium, sæpiùs verò SS. Athanasius & Chrysostomus.

Seneca. D Hiero. Athanas. Chrysost.

ADAG. DCCLV.

IBIDEM VERS. XIV.

Tenebræ & palpatio.

HIc adagio positus est adagio 72.

ADAG. DCCLVI.

IBIDEM VERS. VLT.

Seminare super oẽs aquas. Chald.

Seminare super omnes aquas.

CHaldæus exponit, *super irrigua*. Rectè;nam עַל hic significat propriè *super*; sed aquæ metonymicè ponuntur pro locis aquosis, & irriguis, quæ spem faciunt frugis ferendæ. Diuersum est adagium ab eo quod positum *Eccles.* 11.1. *Mitte panem tuum super transeuntes aquas: quia post tempora multa inuenies eum. Vide adag.* 540. Illic agitur de eleemosynâ in pauperes conferenda. Hîc de prædicatione Euangelica in omnes diffun

diffundenda, Gentiles & Iudæos, pauperes, diuites, nobiles, ignobiles: & quidem iam non squalidos agros, vt erat Iudæi tempore Isaiæ, sed saturos fluentis gratiæ Spiritus sancti, vt videbat Propheta futuros tempore legis gratiæ. (vide Forerius. Forerium) Sic Patres capiunt de Aquarum expositio. Apostolis & *aquas* intelligunt verbum Dei viuifico semine plenum, & seminatum per Apostolos in loca cordis irrigua copiosum fructum Hieron. Cyrillus. Procop. prolaturum. Sic Hieronymus, Cyrillus & Procop. hîc. Nam sicut aqua viuifica est & terram fœcundat, sic sermo Dei viuificus est, & D. Ambr. animas reddit fœcundas. D. Ambrosius *epist.* 72. ad Irenæum exponit, super populos qui sequuntur vtriusque testamenti doctrinam: scilicet qui vtrumque simul recipiunt. S. Gregorius *libro* 21. *moral. cap.* 8. *More sacræ Scripturæ* ferere *dicimus, verba vitæ prædicare. Hinc etenim Propheta ait:* Beati qui seminatis super omnes aquas. *Sancta quippe Ecclesiæ Prædicatores super omnes aquas seminare conspexit, quia cunctis latè populis verba vitæ quasi cælestis panis granatradiderunt.* idem asserit *lib.* 35. *cap.* 11. Longiùs progreditur D. Bernar. D. Bernardus, & Angelos etiam comprehendit, inquiens [Quomodo *super omnes aquas?* Fortè & super aquas de quibus legitur: *& aquæ quæ super cœlos sunt, laudent nomen Domini:* quæ sunt virtutes angelicæ & cælestes populi. Ita planè, quoniam *spectaculum facti sumus & Angelis & hominibus.* Seminemus igitur hominibus exemplum bonum per aperta opera: seminemus Angelis gaudium magnum, per occulta suspiria & cætera huiusmodi, quæ solis illis sunt nota. Gaudium enim *est Angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente.*]

IBIDEM.

ADAG. DCCLVIJ.

Immittentes pedem bouis & asini.

Immittere pedem bouis & asini.

BEatos hosce dicit. Nam ex Hebræo & Lxx. & versione Latinâ possumus capere vt adagium: nec ad id refert siue cum Lxx. *Vbi bos & asinus calcat*, dicamus, siue cum nostro, *immittentes*, &c. Nisi quòd nostra versio ipsam actionem spiritualium agricolarum melius exprimit. Constat sensu prophetico per *bouem*, animal mundum, intelligi primitias Iudæorum; per *asinum*, animal immundum & stolidum, populum gentilium, vt optimè SS. Clemens Alexandrinus *in princ. lib. 6. stromatum* Hierony. Cyryllus, Procopius hîc: & *d. cap.* 11. Gregorius, quî breuiter; *pedem asini & bouis immittere, est viam Israëlitici, & Gentilis populi per præceptorum cælestium vincula religare.*] Mōtanus cum Rabbinis hæc refert ad trituram tantùm, non ad arationem: quia *in boue & asino arare* prohibitum *Deuteron.* 22. 10. sed aduertere debuit, illic prohiberi eidem aratro bouem & asinum admoueri propter vires inæquales: docui fusè *Adagio* 145. non prohiberi arationem quæ fieret solis asinis, vel solis bobus. Præterea hîc mittuntur in agrum dominicum prædicatores ex vtroque genere, qui postquam conuersi iam non asini, sed boues. Possumus ergo & de aratione, & de triturâ quoque interpretari. Nam prædicatores etiam boui trituranti comparantur. *Deut.* 25. 4. & 1. *Cor.* 9. 9. & 1. *Tim.* 5. 18. Mysterium vtriusque adagij expressit S. Basil. ad initium *c.* 2. *Isaiæ:*

Eos, asinos.

Clemens Alex. Hieron. Cyrillus. Procop.

Mōtanus.

Prædicatorū comparatio.

S. Basilius.

[*Asinum ait animal* esse suffarcinando ventri deditum: bouem verò nonnullam habere & eam vtilem intelligentiam propriæ honestatis ac boni. Ideò bouem ab Isaiâ dici habere notitiam sui possessoris, asinum tantùm præsepis. Et hinc factum, vt cùm animalia sint, nullam inter se habentia familiarem cõsuetudinem, vetitum sit in Deuteronomio *arare in boue & asino in vnum*: hoc est eum, qui sit expromptо animo & laborum toleranti, connectere ei, qui sit voluptatum amantior, & captiuus tenetur affectibus. Non enim de bubus cura est Deo: sed id nostri causa scriptum prorsus est. Contra autem alio loco copulantur. *Beatus enim qui seminat super omnem aquam, vbi bos & asinus calcant*, hoc est qui sermone ad docendum apposito, excusitat vim animæ generosam, ac laborum patientem, nec eius obsequitur voluptatibus. Quemadmodum enim asinus animal gestandis oneribus natum: sic & concupiscibilis portio animæ onere peccatorum prægrauata pessum it *ac præcipitatur*.] hactenus magnus Basilius.

D. Ambrosius *d. epist. ad Irinæum* postquam præfatum sensum de gentibus & Iudæis proposuit, adiicit alium vsum adagij; [*Puto autem* (quoniam diues est regnum Dei) quòd etiam illud intelligere debeamus: quia bos habet cornua plena terroris, taurus ferociam habet, asinus mansuetudinem: quod bene ad præsentia deriuatur. Quia beatus, qui & seueritatem, & mansuetudinem tenet: vt altero disciplina seruetur, altero innocentia non opprimatur. Nimia enim seueritas extorquet plerumque terrore mendacium. Deus diligi maluit, *quàm timeri*.]

Alius vsus adagij.

Claudo hoc caput, cum obseruatione B. Ioann. Chrysostomi *in fine ca. 7. Isaiæ*: diuinam scripturam, sicut cùm vult solitudinem veluti spectandam ob oculos proponere, in medium producit Sirenes & onocentauros: sic quando vult repræsentare pacem & securitatem, inducit animalia quæ manu contrectari se sinunt, ciruria & quæ etiam subleuant operosos labores agricolarum: sic etiam tacitè innuens fertilitatem & copiam, quæ adminiculo istorum animalium acquiruntur. Sic ad fertilitatem refert Pintus volens significari tantam fore messium copiam, vt necesse sit in eas animalia immitti vt depascantur: ne syluescant & ob nimiam vbertatem pereant.

Obseruatio S. Chrysost.

Pintus.

EX CAP. XXXIII. VER. XI.

ADAG. DCCLVIJ.

CONCIPIETIS ARDOREM, PARIETIS STIPVLAM:
SPIRITVS VESTER VT IGNIS VORABIT VOS.

Concipietis ardorem, &c.

PRo *ardorem* Hebraicè est *chasas* חשׁ, quod recẽtiores cum suis Rabbinis vertũt alij *quisquilias*, alij, *stramen*. Quomodocumque capias sapit adagium. Si vt noster, conatus improbos & furorẽ sibi ipsi fomenta incendij quo conflagrent, prębere. Idem quod molimini vobis ipsis exitium, vt bene Vatablus & Isidorus Clarius, quod in iratis quotidie cernimus, qui ruunt in mortem etiam per medios gladios. Cernitur etiam in libidinosis qui videndo, & confabulãdo alunt flammas, quibus postea in cinerem rediguntur. non abludit Hispanicum, *el hombre es la paja, y la muger estopa y el diablo* (Spiritus concupiscentiæ) *sopla*. Lxx. paulò aliter, sed facilè huc reducas. Agunt enim paropha.

Clarius

Ionathan. Clarius Ionathan: *Cogitastis vobis populi cogitationes impietatis: fecistis vobis opera mala: propter malefacta vestra* VERBVM MEVM *disperdet vos, sicut turbo stipulam.*

Sicut est similitudo rei in stipula & ardore; sic vocum חשש & שף. si quis velit sequi recentiorum versionem, sensus futurus, conatum fore ridiculum & vanũ, & hoc fortassis voluerunt LXX. vertentes *νῦν ὄψεσθε, νῦν αἰσχυνθήσεσθε, ματαία ἔσται ἡ ἰσχὺς τῦ πνεύματος ὑμῶν. πῦρ ὑμᾶς κατέδεται. Nunc videbitis, nunc erubescetis: vana erit fortitudo spiritus vestri: ignis vos devorabit.* hunc sensum eleganter exsertéque tradidit ostendens adagialem esse, Forerius in hunc modum. Quæcunque aliis machinati estis, non magis illis nocuerunt, quàm stipulæ aut quisquiliæ. vobis autem pro fomentis perditionis vestræ inseruient. *Ardorem* vult metonymicè poni pro rebus quæ mox ignem concipiunt. *Concipere* autem res huiusmodi, vt stramen, & eo grauidam esse, idem esse quod suscipere nihil profuturos labores, quod aiunt Latini *litus arare; parere verò stipulã*, est labore irrito, risui patere, vt si dicas parient mõtes murem. Quod deniq; additum, *spiritus vt ignis, vorabit vos*: hoc est superbia, fastus, arrogantia vos ipsos absumet: &, quod sequitur v. sequẽti, sicut ignis vehemens lapides cinefacit in calcem.

Forerius.

ADAG. DCCLIX.

EX CAP. XXXVI. V. VI.

Baculus arundineus cõfractus.

Confidere super baculum arundineum confractum.

POnenda suprà in Adag. 214. nã est idem.

ADAG. DCCLX.

IBIDEM VERS. XII.

Comedere stercora sua, &c.

Vt comedant stercora sua & bibant vrinam pedum suorum.

NOTATV dignum quòd hîc in margine habentur voces aliç longè Hebrææ quàm in contextu: vnde quidam Rabbini notant Hebraicam duplicem esse lectionem; in locis similibus. Si duplex, quæ vera? certum enim sacrum Scriptorem vna tantùm vsum fuisse; me iudice, vt & Ecclesia, dumtaxat illâ; quam noster vulgatus expressit: hoc est eâ quæ hîc in margine posita, confirmatur. quia Rabsaces nõ Chaldaicè, vt habentur hodie verba in contextu Hebræo, sed Iudaicè loquebatur, hoc est Hebraicè. si modò verum est quod ait Forerius שינים & הואים esse Chaldæa: & quæ in margine habentur esse Hebręa: de quo valdè dubito. nam Ionathan Chaldæus posteri⁹ de aquâ pedum retinuit מימי רגליהם: ille autem Chaldaicè scribebat. fieri autem potest vt communis locutio genti vtriq; fuerit. Alij Rabbini tradiderunt, non esse variam lectionem, sed marginalem germanam esse, & secundùm illam legendum: quod videtur verosimilius Hoc loco Adagialis locutio est, de summa obsessis fame perpetienda, & optimè explicat epithetum famis Maronianum, *obscœna*. Cyrillus; *propter inopiam panis & aquæ eò adducendos necessitatis, vt omnino ipsis etiam inuisa canibus, cibum faciant sibi & potum.* S. Chrysostomus *homil.* 38. in *Matthæi cap.* 11. *stercora* mysticè docet dici verba & cantilenas impudicas & *stercora comedere*, qui talibus auidè vacant. *Aquæ pedum* id est

Notandũ.

Forerius.

Ionathan Chaldæus.

Cyrillus.

Chrysost.

Stercora.

Stercora comedere

vrina.nam Hebræis *genitalia* dicũtur *pedes*.

ADAG. DCCLXI.

EX CAP. XXXVII. VER. XXV.

Fodi & bibi aquam.

Fodi & bibi aquam.

PROVERBIVM erat, quo significabãt, quidquid aggressus fuisset, id se fœliciter terminasse. sic quidam ex scholiis Hebræis. Quod etiam placuit Ariæ Montano tam in primo quàm in secundo commentario. Prioris verba sunt: *quâ translatione nullam vrbem difficilem fuisse significat, quam ipse arte, industria, & operibus non expugnauerit, (FODI) & expugnatam in suos vsus redegerit, non secus atque is, qui negatas aquas profundè effodiens, tandem inuenit & bibit. Ego (inquit) omnib. potiorem sum populis, vt aquâ è puteis effossâ sitã vt nullam rem inceperim cuius demum compos non fuerim.* idem asserit in posteriore commentario. Tum contrarium esset ei quod dicitur 41. 17. *Pauperes quærunt aquas & non sunt.* Potuit etiam alludere ad ritũ, quo qui se alicui dedebant, terram & aquam soliti porrigere, his duobus omnia comprehendentes. terra foditur, aqua potatur. Attamen nec LXX. qui deduxerunt קרה à קרת contignauit; nec D. Hier. aut Chaldæus aut Kimchi, qui omnes deducunt à קר perforare venam aquę, videntur vllum hîc adagium agnouisse.

Ariæs Montanus

Καθαίρει Καλαμ Ενα.

ADAG. DCCLXII.

IBIDEM VER. XXIX.

Ponere circulum, &c.

Ponere circulum in naribus & frenum in labiis.

METAPHORA à bubalis, qui domantur naribus circulo traiectis; & ab equis & mulis qui freno reguntur. Sensus adagij. ducam te & flectam arbitratu meo. Propter stuporem cordis *circulus in naribus*; propter superbiam *frenum* vsurpatur; vtrumque coniũgit, quia Assyrius vtroque vitio laborabat. D. Hieronymus; [*Ponam circulum* siue chamum in naribus tuis vt blasphemantia ora cõstringam, & nequaquam vltra talia loqui audeas, frenúmque iniiciam labiis tuis, quod tuam ferociam domet. Qua ratione & in psalmis cõtra impios Scriptura abutitur: *In freno & chamo maxillas eorum cõstringe, qui non appropinquant tibi.*]

Sensus adagij.

D. Hiero.

Hodie blasphemis os chamo obligatur. S. Cyrillº: [*Quoniam* Assyrius belluinâ & brutâ feritate præditus, incedebat Deum & insultãs quasi efferatâ immanitate, contrà Dei maiestatem probrosas voces emittebat; huic & iustissimè, velut de peiore brutis, dicit; *circulum iniiciam naso tuo, & frenum labiis tuis*; plagarum inflictione tantùm non retrahẽs illum, & magnitudine calamitatum, quasi quodam freno, hęc tam fœda facinora *præscindẽs*.] Noster interpres secutus Symmachum, qui δ'ὡσω κίρκον εἰς τὸν μυκτῆρα σου καὶ χαλινὸν εἰς τὰ χείλη σου. eodẽ sensu LXX. φίμον. Theodoretus in catenâ (refert Leo Castrius) rem accuratè proponit: [*Quemadmodum*, inquiens, bestiis iniiciuntur frena, quæ non solùm ora lupatis duris premant; sed nasum quoque circulo ferreo: sic vilissimis mancipiis; pro camo id est pro circulo ferreo, quo premuntur nares, iniici solere camos ex coriis. Quod genus freni atq; adeò multo asperius iecturum se Dominus minatur Senacheribo, vt pessimo mancipio: non enim camum ex corio, sed camum è ferro duro se iecturum ei *Domi-*

S. Cyrillº.

LXX. Theodor. Leo Castr.

nus minatur.] Comparat ergo etiã contumaci & fugitiuo mancipio.

*Iob.40.v.19.*etiam Leuiathan sic coërceri à Deo ostenditur, *In oculis eius quasi homo capiet eum & in sudibus perforabit nares eius. An extrahere poteris Leuiathan hamo, & fune ligabis linguam eius? numquid pones circulum in naribus eius, aut armillâ perfrabis maxillam eius?* vbi *lib.33. cap.* 10. S. Gregorius vsum duplicem adagij nobis indicat. [*Sicut per nares* insidię, ita per circulum diuinę virtutis omnipotẽtia designatur. Quæ cùm apprehendi nos tentationib. prohibet, miris ordinib. antiqui hostis insidias circũplectẽs tenet. *Circulus* ergo ei *in naribus* ponitur dũ circumducta protectionis supernæ fortitudine eius sagacitas retinetur: ne contra infirmitatem hominum tantum prævaleat, quantum perditionis argumenta latenter explorat. Potest etiam *circuli* nomine occulti iudicij adiutorium designari: quod in huius Behemoth naribus ponitur, cùm à callidâ suâ crudelitate refrenatur. Vnde bene per prophetam cùm ab Israëlitarũ læsione prohibetur, regi Babylonię dicitur: *Ponam circulũ in naribus tuis*: ac si apertè diceretur: Cogitãdo insidias suspiras: sed explere quod appetis non valendo, omnipotentiæ meæ circulum in naribus portas: vt cùm bonorum mortem ardentiùs anhelas, ab eorum vita *vacuus redeas.*]

S. Grego. Vsus duplex adagij.

ADAG DCCLXIII. IBIDEM VER. XXXIV.

In via qua venit, &c.

In viâ qua venit, per eam reuertetur.

SIGNIFICATVR labor irritus, vt cùm dicimus *reuerti re infecta.* Hispanis *boluer como à venido. Est autem proverbialis formula sarcasmo affinis* (verba sunt Montani) *reuerti eadem quâ venium fuerit viâ: quæ rem malè cœptam, peiùs actam, ac prorsus infectam arguit & exprobrat, & votis omnia aduersa significat euenisse.* an fortassis etiam propter contrarium successum Matthæus dixit de trib. Magis? *& responso accepto in somnis ne redirent ad Herodem, per aliam viam reuersi sunt in regionem suam. ca.2.12.*

Mõtanus.

EX CAP. XXXVIII. VER. XIV. ADAG. DCCLXIV.

Sicut pullus hirundinis, &c.

Sicut pullus hirundinis, sic clamabo: meditator vt columba.

FATENTVR omnem immensum mœrorem, & animi dolorẽ sic indicari, internum gemitu columbæ; externum & clamorosum similitudine hirundinis. Sed tota cõtrouersia in versione versatur. Nã recentiores volunt triplicem esse comparationem gruis, hirundinis, colũbæ. probant quia Hebraicè est כסוס עגור *kesus hagur*, quod vertũt *sicut grus & hirundo.* nam סוס volũt significare *gruem*, & nituntur loco *Ier.8.7.* quod adeò certũ putat Leo Castrius, vt inde cõcludat, & apud Græcos LXX. & apud nostrum interpretem vnam vocem deesse, nẽpe *gruis* nomen: quia *grus* etiam est auis verna. Equidem non sum procliuis in hanc sententiam. Nam & apud Ieremiam lectio ambigua est, סים aut סוס: & vt sit certa, ex aliis sacrę Scripturę locis patet סוס de equinis pullis accipi. quare cùm hic agatur de auibus, meritò censuit noster de pullo auicula capiendum,

Tripl ex comparatio.

Leo Cast.

LXX.

piendum, & quidem pertinere ad proximum, nempe hirundinem, vt sit *Pullus hirundinis*, qui absente matre multum fritinniunt. *Pullus* autem hirundinis etiam Hebræo more potest capi de ipsa hirundine; sicut *filius coruorum* significat coruũ nota res. ideo LXX. contenti vertisse ὡς χελιδὼν *sicut hirundo*; & Ionathan: *sicut hirundo quæ comprehensa est garrit, sic garriebam*. nam apud Isaiam vertit סיס׳א *fuseia* quod ego *pullum* verti, Arias *hirundinem* reddidit, apud Ieremiam verò pro *grue* ponit כורכיא *churcheia* vbi LXX. χελιδὼν ἀργῦ *hirundo agri*. Præterea Chaldæus apud Isaiam tantùm ponit duas comparationes sicut LXX. & noster. cur non hos audiamus? Nónne peritiores linguę Hebrææ quàm Iarrius & kammius? sed cur *gruem* exponunt? quoniam *grus* inquiunt altitudine similis equo. certè Struthiocamelus similior, & huius plãctus grauior ac tristior quàm gruum clangor. Præterea, quid si non, סום, sed סיס vera lectio; vt apud Ieremiam in margine notatur? quis euincat סיס nõ significare *pullum*? certè sic Symmachus legit. audi D. Hieronymum: [Pro *pullo hirundinis*, siue *hirundine*, vt LXX. transtulerunt in Hebraico legitur סוסענור quod interpretatus est Aquila *equus Agor*: Theodotio סיסענור media enim vocalis litera ו si ponatur inter duas ס legitur *sus* סום & appellatur equus: si ו legitur *sis* סוס & *hirundo dicitur*.] Symmachus autem ita transtulit: *sicut hirundo inclusa sic cantabo*. vides LXX. Theodotionem, Symmachũ, Ionathanũ, & D. Hieronymum cõuenire? quid plures testes expectas? Cyrillus hîc vult hirundinem & columbam esse typum perpetuò Deum laudantium. plerique ad lamenta referunt & animi mœstitudinem. Vtrumque fœliciter iungit S. Bernardus in sermone de Cantico Ezechiæ regis. verba sunt: [*Benedicam Dominum in omni tempore*, hoc est manè & vespere: Non sicut ille, qui confitebitur tibi cùm benefeceris ei: non sicut illi *qui ad tẽpus credunt, & in tẽpore tentationis recedunt*. Sed dicam cum sanctis, *Si bona suscepimus de manu Domini; mala autem quare non sustineamus*? Et in mane quidem *sicut pullus hirundinis sic clamabo*, in vespere autem *meditabor vt columba*: quatenus & cùm gratiæ matutinum arriserit, in modum hirundinis, exsultans & clamitans gratias agam pro visitatione: & cùm vespera ingruerit, non deerit sacrificium vespertinum, cũ instar columbæ gemens lacrymas fundam in tribulatione. Sic enim deseruiet tempus vtrumque Deo, cum & *ad vesperum demorabitur fletus & ad matutinum lætitia*. Mœrens mœrebo in vespera, quo lętus fruar matutino. Placet vtrumque Deo, & peccator compunctus, & iustus deuotus: cui è regione displicet tam ingratus iustus, quàm *peccator securus*.]

Subdit & alias duas interpretationes animę salutares. [*Aut certè* sicut pullus hirũdinis hac illacq; discurrens, Marthæ me officiis mancipabo; hilarem datorem me exhibens omni necessitatem patiẽti, & *meditabor vt columba*: vtiq; quod obstat, dum quod restat intueor. Hoc autem faciã manè & vespere, hoc est prius & posterius, iuxta quod in typum vtriusque vitæ dictum est à Laban; *Gen.* 29. *Non est consuetudinis, vt minores antè tradamus ad nuptias*: quamquam indifferenter de alterâ ad alteram transeatur. Quod significare Iob puto, vbi ait: *Si dormiero, dico,*

Pullus hirundinis.
Filius coruorum. LXX.
Ionathan.
Arias. Chaldæus.
Iarrius. Kammius.
Symmachus. D. Hiero.
LXX. Theodor. Ionathan. Cyrillus. Hirũdo, & columba qualis typus.
S. Bernar.
Duæ interpretationes.

dico, quando surgam? & rursum exspectabo vesperam. Quiescens quippe in vesperâ contemplationis, manè desiderabat, quo surgeret ad actionem: rursúsque negotiis fatigatus, exspectabat vesperam libenter repetens *otia contemplationis.*

Tertia. S. Cyrill⁹. Denique subdit tertiam, consentaneam S. Cyrillo; *Potest & per garrulam anicula, cantus simul psallentium in ecclesiâ, & per gementem columbam priuata orationum sustiria designari.* tam multa, tam dulcia S. Bernardus.

S. Bernar

Propter hanc pullorum huius auitij garrulitatem, Varro *fritinnientes* vocat; & nidos pro pullis vsurpantes, alij *argutos*, alij *querulos*, alij *loquaces.* Varronis fragmentum sic corrigunt ex Nonio collectum;

Varro.

Et pullos peperit fritinnientes;
Quos non lacte nouo leuata pascat,
Sed, pancarpineo ocymo coacto,
Libamenta legens caduca veris:
Ad quos tum volucres venit pusillos
Vsque ad limina nidica esca vilis.

Hirūdinis proprietates. Sanè hirundo inter aues præcipuā pullorum curam gerit, & nidi firmitate atque artificio excellit, vt

Basilius. Ambros. Montan. elegantissimè describunt SS. Basilius *Hexaēm. hom.* 8. & Ambrosius *lib.* 5. *Hexaēm. c.* 17. Montanus *apud Senecam epist.* 123.

Incipit ardentes Phœbus producere flammas,
Spargere se rubicunda dies, iam tristis hirundo
Argutis reditura cibos immittere nidis
Incipit, & molli partitos ore ministrat.

& ipse Seneca in Hercule Furente Montanum volens superare,

Pendet summo stridula ramo
Pennasq; nouo tradere soli
Gestit, querulos inter nidos,
Thracia pellex, turbáque circum
Confusa sonat, murmure misto
Testata diem ——

etsi de luscinià hoc capi possit: non nisi de hirundine quod sequitur argutissimum nescio cuius epigramma;

Ἀτθὶ κόρα, μιλίφρηπι, λάλῳ λαλέουσα ἀηδόνι
τέκνα, τὰ σὰ δαΐα φέρεις τέκεσιν.
τὶν λάλον ἀ λαλέουσα, τὶν εὔπλοκον ἀ πλοκάμοισα,
τὸν ξένον ἀξείνα, ἀ ξενὸν ἐξείνα.
οὐχὶ τάχος ῥίψεις; οὐ γὰρ θέμις, οὐδὲ δίκαιον
ἄλλυθ' ὑμνοπόλες ὑμνοπόλεις ϛόμασιν.

Doctos doctis obloqui nefas. Expressit Alciatus in emblemate. 179. doctos doctis obloqui nefas esse. carmina sunt:

Quid rapis, heu Progne, vocalem saua cicadam,
Pignoribúsq; tuis fercula dira paras?
Stridula stridentem, vernam verna, hospita ladis
Hospitam, & aligeram penniger ales auem?
Ergo abice hîc prædam. nam musica pectora summum est
Alterum ab alterius dente perire nefas.

Sed diffundit se oratio, vt hirundo: contraham de *columbâ* quā constat cōtemplationi deditos significare, vel ex Isychio in præfatione, & lib. 1. cap. 1. vbi ex hoc versu Isaiæ id probat. Isychius.

EX CAP. XL. VER. VI.

ADAG. DCCLXV.

Omnis caro fœnum.

כל הבשר חציר *kal-habaser hasir.*

Omnis caro fœnū.

Caro pro homine.

CAro more sacræ Scripturæ pro homine sumitur. *Genes. 6. Omnis caro corruperat viam suam.* Ps. 64. *ad te omnis caro veniet.* nihil notius; vt & illud notissimum fœnum mundanæ gloriæ & mortalitatis

Fœnū cuius rei symbolū.

symbolum esse: patet ex hoc loco, & quē exprimere hîc voluit, psalmo 103.15. *Recordatus est, quoniam pulvis sumus: homo, sicut fœnum dies eius, tanquam flos agri sic efflorebit.* propter celerrimam virescentis fœni desiccationem, & florentis hominis marcorem. quædam dicta §. 345. de fœno tectorum. nunc addam ex Patribus, quæ fœno propria, & huic loco germana. Clemens Alexandrinus *lib. 2. pedagogi cap. 10.* scribit.

Clemens Alexand.

Agrum esse hunc mundum, non verò diuinâ irrigatos gratiâ herbam esse; attonderi morte, sed tonsos rursùs exoriri resurrectione. Fœnum verò allegoricè dici tum bā promiscuam; quæ se ad momentaneam lætitiam applicat, quæ floret parvo tempore, quæ superflua ornamēta, quæ gloriam, quæ quidvis potiùs quàm veritatem sectatur: quæ non ad aliud est apta quā ad ignis incēdiū.

Ἀγρὸς γὰρ ὁ κόσμος καὶ σὰ ἡμεῖς, εἰ τῇ χάριτι δροσισθείημεν τοῦ θεοῦ φθαρέντες δὲ αὖθις ἀπατέλλεμθα, ὡς ἐν τῷ θέρει ἀνασάσεως. δῆλα πλειόνων δηλωθήσεται; χόρτος ἡ σὰρξ καὶ πᾶσα δόξα ἀνθρώπου ὡς ἄνθος χόρτου. τὸ γὰρ ὀλιγοχρόνιον τῆς ζωῆς καὶ τὸ ἐν ὀλίγῳ θεοχαρὲς, καὶ ἱλαρὸν τῆς ἀνθρωπίνης εὐμεγείας, καιριώτατα πρὸς τῶν προφήτῃ τετύχηκε τῆς εἰκόνος. σήμερον εὐθαλὴς τῷ σώματι, καταξηραινόμενος ὑπὸ πνεύματος, ἐπαυθύριον ἔχων τὴν εὐχρειαν ὑπὸ τῆς κατὰ τὴν ἡλικίαν ἀκμῆς, σφριγῶν καὶ σωτικὸς ἐν ἀνυπόστατῳ τῷ ὁμμῷ, αὔριον ὁ αὐτὸς οὗτος ἐλεεινὸς, ἢ τῷ χρόνῳ μαραινόμενος ἢ νόσῳ διαλυθείς. ὁ δεῖνα πλειστηριασθεὶς ὑπὸ χρημάτων πλειονεξίᾳ, καὶ πλοῦτος πρὸ αὐτοῦ κολάκων, δημοσίᾳ φίλων πρασπιπτόντων τῷ ἀπ' αὐτοῦ χάριν θεραπευόντων, πλοῦτος σωγενείας ἐν ταύτῃ κατισχνανόμενος, ὅμως, τὴν ἐφεστώσαν μυελὸς τὴν δὲ ὑποστᾶσαν ἐν τῇ κατ' ἄλλας χρείας αὐτῷ προσδεύουσαν, ὡς καὶ πρώην ἐν πάλιν ἐπανιὼν ὑπομένον, ὑπόφθονος ὅστις τοῖς ἐντυγχάνουσι. πρόσθες τῷ πλούτῳ καὶ πολιτικήν τινα δύναστείαν, ἢ καὶ τὰς ἐξ βασιλέων τιμὰς, ἐθνῶν ὑπομένειαν, ἢ στρατηγὸν ἡγεμονίαν, τὸν κόσμον μίαν βοὴν πρὸ αὐτοῦ, τοὺς ῥαδιόχους ὑπὲν ἐν ὑπὲν βαρυτάτῳ κατάπληξιν τοῖς ἀρχομένοις ἐμβάλλοντας. τὰς πληγὰς, τὰς δημεύσεις, τὰς ἀπαγωγὰς, τὰ δεσμωτήρια,

Origenes.

Huius discipulus Origenes *hom. 1. in Psal. 36.* [*Vis etiam* (ait) per singula videre, quomodo flos fœni sit carnis gloria? vide quis imperavit ante hos tringinta annos, quomodo imperiū eius efloruit? continuò autē sicut flos fœni emarcuit: tunc deinde alius post ipsū, deinde alius atque alius, qui deinde duces & principes: & omnis eorum gloria & honor non solùm tanquam flos emarcuit, verumetiam tanquam pulvis aridus, & à vento dispersus, ne vestigium quidem sui reliquit. Alij etiam diuitiis elati, & honoribus tumidi, studentes vel laudabiles haberi per simulatam bonitatem, vel execrabiles per indomitam crudelitatem. Quorum si quis vana studia constituat æmulanda, eat nunc ad cadauerum eorum reliquias, si tamen vel ipsæ inueniri queant; aliquātis enim ne hoc quidem concessum est; & tunc inueniet, quomodo *omnis caro fœnum est, & omnis gloria eius vt flos fœni.*] sic Origenes de diuitiis, honoribus, imperiis; de amicis, gratiâ, viribus & formâ. Addit Magnus Basilius hom. 5. Hexaëm.

Basilius Magnus.

Πρῶτον μὲν εἰπὲ ὅσον ἴδῃς βοτάνιον, χόρτον καὶ ἄνθος, εἰς ἔννοιαν ἔρχῃ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, μεμνημένος τῆς εἰκόνος τοῦ θεοῦ Ἡσαΐου. ὅτι πᾶσα σὰρξ ὡς χόρτος, καὶ πᾶσα δόξα ἀνθρώπου ὡς ἄνθος χόρτου. τὸ γὰρ ὀλιγοχρόνιον τῆς ζωῆς καὶ τὸ ἐν ὀλίγῳ θεοχαρὲς, καὶ ἱλαρὸν τῆς ἀνθρωπίνης εὐμεγείας, καιριώτατα πρὸς τοῦ προφήτου τετύχηκε τῆς εἰκόνος. σήμερον εὐθαλὴς τῷ σώματι, καταξηραινόμενος ὑπὸ πνεύματος, ἐπαυθύριον ἔχων τὴν εὐχρειαν ὑπὸ τῆς κατὰ τὴν ἡλικίαν ἀκμῆς, σφριγῶν καὶ σωτικὸς ἐν ἀνυπόστατῳ τῷ ὁμμῷ, αὔριον ὁ αὐτὸς οὗτος ἐλεεινὸς, ἢ τῷ χρόνῳ μαραινόμενος ἢ νόσῳ διαλυθείς. ὁ δεῖνα πλειστηριασθεὶς ὑπὸ χρημάτων πλειονεξίᾳ, καὶ πλοῦτος πρὸ αὐτοῦ κολάκων, δημοσίᾳ φίλων πρασπιπτόντων τῷ ἀπ' αὐτοῦ χάριν θεραπευόντων, πλοῦτος σωγενείας ἐν ταύτῃ κατισχνανόμενος, ὅμως, τὴν ἐφεστώσαν μυελὸς τὴν δὲ ὑποστᾶσαν ἐν τῇ κατ' ἄλλας χρείας αὐτῷ προσδεύουσαν, ὡς καὶ πρώην ἐν πάλιν ἐπανιὼν ὑπομένον, ὑποφθονος ὅστις τοῖς ἐντυγχάνουσι. πρόσθες τῷ πλούτῳ καὶ πολιτικήν τινα δύναστείαν, ἢ καὶ τὰς ἐξ βασιλέων τιμὰς, ἐθνῶν ὑπομένειαν, ἢ στρατηγὸν ἡγεμονίαν, τὸν κόσμον μίαν βοὴν πρὸ αὐτοῦ, τοὺς ῥαδιόχους ὑπὲν ἐν ὑπὲν βαρυτάτῳ κατάπληξιν τοῖς ἀρχομένοις ἐμβάλλοντας. τὰς πληγὰς, τὰς δημεύσεις, τὰς ἀπαγωγὰς, τὰ δεσμωτήρια,

ἐξ

ἐξ ὧν ἀφόρητος ὁ φόβος τῶν ὑποχειρίων ἀφαιρεῖται φόβος, καὶ τί μετὰ τοῦτο; μία τοῦ πυρετοῦ ὥρα, ἢ πλευρίτις, ἢ περιπνευμονία, ἀναρπάσαν ἐξ ἀνθρώπων ἀπάγουσα τὸν ἄνθρωπον οἴχεται, πᾶσαν τὴν κατ' αὐτὸν σκιωλὸν ἐξαπίνης ἀποχυμώσασα, καὶ ἡ δόξα ἐκείνη, ὡσεὶ ἐνύπνιον ἀπωλέχθη. ὡς εἰ ἐπιτέταχται τῷ προφήτῃ ἡ πρὸς τὸ ἀδρανέστατον ἄνθος ὁμοίωσις τῆς ἀνθρωπίνης δόξης.

Quis sibi temperet à tam præclaris dictis ascribendis, gnarus paucissimis Græca Patrum exemplaria obtingere? cui non sunt, gratus labor esse debet transcribentis, cui sunt, carentibus ne inuideat. Qui Græca non norunt, eadem capiunt Latina, vt exstant conuersa;

Primùm itaque vt herbam fœni conspexeris atque florem, in mentem tibi veniat humanæ naturæ, ac sapientis Esaiæ imaginariam similitudinem in memoriâ habeto: Omnis caro, *dicentis*, vt fœnum est, omnisque gloria hominis veluti fœni flos est. *Breuitas enim temporaria istius, ac decidua vitæ, oblectamentúmque prosperitatis humanæ, atque hilaritas exiguo tempore persistens, accommodatissimam est apud prophetam similitudinem sortita. Hodie florulentius corpore propter delitias obesius, & florente colore præditus, ob ætatis viriditatem efflorescentem lasciuiens, vehemẽs, impetu intolerabilis, nec quoquam secum consistens: cras idemmet ipse miserabilis, aut tempore marcidus, aut morbo forsitan dissolutus, senióque confectus. Est quispiam ob amplitudinem patrimonij illustris ac suspiciendus, & adulatorum hominum copia & satellitiũ circa ipsum versatur, septúmque est fictis amicis, qui gratiam ipsius venantur; magna quoque caterua sanguine propinquorum, & ipsâ simulatâ, stipatus: innumera denique sequitur illum eorum hominum multitudo, qui partim alimoniæ emerendæ gratiâ consitãtur, aut propter alios vsus ei adsunt: quos abiens domo, domúmque se recipiens, secum trahens, inuidiosus est occurrentibus. Adde diuitijs, si volueris, & ciuilem aliquam potestatem, vel etiam honores ex regibus, curam & administrationem gentium, imperatoriũ munus exercitus ductandi, præconẽ præitantem & anteambulonem ipsius, qui exertâ voce reboet, feruligeros lictores, qui vel ipso progressu terrorem acerrimum incutiant, subditis imperio plagas ingerant, & irrogent facultatum publicationes, abreptiones, carceres: è quibus intolerabilis subditorum metus emergit, atque accumulatur. Quid post hæc quæso? vox vna, vna febris aut certè pleuritis, sine peripneumonia, abreptum hunc à medio hominum cœtu abit, secum abducens hominẽ, omni prorsùs, qua eundem circumstabat scena spolians in vestigio ac nudans. Splendor ille maiestatis & gloriæ ad insomnij imaginem momento disparuit. Quare per hos prophetæ oraculum gloriæ humanæ similitudo ad debilissimum florem appositè videtur accommodata.*

Lateralis dolor. 2 Pulmonis inflãmatio.

Non potuit vllus pictor viuaciori penicillo ludum hunc humanæ pompæ nobis solertiùs spectandum proponere. Consentiunt cæteri Patres certatim hoc adagium in eamdem sententiam explicantes. Eadem repetit ipse Basilius *Orat. XXIV. de morte*: tangunt Cyprianus *de habitu virginum cap.* 3. Chrysost. *hom.* 1. *in Psal.* 2. vbi sapienter notat summæ insipientiæ fore si homo qui est, prouocet Deũ, qui est ignis consumens. D. Ambros. S. Basilij verba ferè ad verbum transtulit, Hexaëm. *lib.* 3. *cap.* 7. eum videtur imitari S. Hieronymus hîc *in commentar. & epist.* 139. quæ est ad Cyprianum. breuiter S. Augustinus *in Ps.* 103. *& tract.* 42. *in Ioann. & lib.* 2.

Basilius. Cyprianus. Chrysostomus. D. Ambrosius. Cyprian. Hieron. S. Augustinus.

cõtra aduersariũ legis & prophetar. c. 6.

Diuinè S. Gregor. *lib. 16. Moral. cap. 5.* [*Iniquorum* quippe potentia fœni floribus comparatur: quia nimirũ carnalis gloria dum nitet cadit: dũ apud se extollitur, repentino interrupta fine terminatur. Sic nãque aurarum flatu in altum stipula rapitur, sed casu concito ad ima reuocatur. sic ad nubila fumus attollitur, sed repentè in nihilum tumescendo dissipatur. Sic ab infimis nebula densescendo se erigit, sed exortus hanc Solis radius, ac si non fuerit, abstergit. Sic in herbarum superficie nocturni roris humor aspergitur, sed diurni luminis subito calore siccatur. Sic spumosæ aquarũ bullæ inchoantibus pluuiis excitatæ, ab intimis certatim prodeũt; sed eo celeriùs diruptæ depereunt, quo inflatæ citiùs extenduntur; cúmque excrescũt vt appareãt, crescendo peragunt *ne subsistant.*

S. Bernar. S. Bernardus *serm. 35. in Cant.* docet non propter naturam, sed propter vitium omnem carnem vocari *fœnum.* rectè, quia vicissitudo ista instabilitas & necessitas moriendi consecuta fuit peccatum. S. Orientius *in Monitis*;

S. Orientius.

Audi clamantem cum magna voce prophetam,
Seu mandata legis pristina, sine nona;
Quæ laus in vultu est? fœnum omnem credite carnem:
Quippe vt flos fœni gloria carnis erit.
Nam veluti flores ictus metit, atterit æstus,
Confundunt imbres, fortior aura rapit:
Sic vultum, quandoque placet, consumere tempus,
Et tumor, & liuor despoliare potest.
Atque ipsam vt taceam quæ conterit omnia, mortem:
Quanta licent morbis, febribus, vlceribus? &c.

Monemur ergo hoc prouerbio, nõ confidere mundo nec carni, vel eorum gloriæ. sic vtitur D. Petrus. 1. *Can.* 1. 24. & S. Iacobus suæ *epist.* 1. 10. Isaiam imitatur Ecclesiasticus *cap.* 14. 18. *Omnis caro sicut fœnum veterascet; & sicut folium fructificans in arbore viridi.*

EX EODEM CAP. VER. XV. ADAG. DCCLXVI. Quasi stilla situlæ.

Quasi stilla situlæ.

TRIA adagia nobis vno cõtextu suppeditantur quæ omnia eumdem sensum habent, nempe indicantia rem nullius vtilitatis, pretij, aut efficacitatis. nam *vers.* 17. explicat ipsemet Isaias; *quasi nõ sint, sic sunt coram eo, & quasi nihilum & inane reputata sunt ei.* & cap. 41. 12. *erunt quasi non sint, & velut consumptio hominis.* Ipsa verò prouerbia nobis sunt seorsim explicanda. Primum est;

QVASI STILLA SITVLÆ.

Hoc est guttula dependens extrinsecus à situlâ; vt patet ex Hebrea מדלי *middeli.* Lxx. ὡς σταγὼν ὕδατος κάδου S. Irenæus *lib. 5. cap. 29.* S. Irenæ.

[*Gentes autem*, quæ & ipsæ non alleuauerunt oculos ad cœlum, neque gratias egerunt factori suo, neque lumen veritatis videre voluerũt, sed ficut mures cæci abscõditi in profundo insipientiæ, iustè sermo *vt stillicidium de cado, & sicut momentũ statera,* & sicut nihil deputauit: in tantũ vtiles & aptibiles iustis, quantũ vtilitatis præstat stipula ad tritici augmentum, & palea eius in vstionem ad *operationem auri.*]

Dicit improbos corã Deo pro nihilo reputari, qui ad nihil aliud pro bis apti, quàm vt sint illis loco probationis, & efferant eorũ virtutem, dum

dũ quales ipsi & quales illi sint ostẽdunt: mures autẽ cæcos vel *phygellas*, vel *talpas* appellat. Clemens Alex. in fine *lib.* 7. *Stromatum* docet eumdem adagij sensum comparans adagio Theognidis; qui vt Megarenses planè contemptibiles, nullius pretij neque loci aut ordinis esse doceret, dixit, *eos neque tertios, neque quartos, neque duodecimos esse, hoc est neque in ratione aut numero; sed tanquam pulverem, quem proicit ventus à facie terræ, & tanquam stillam à cado.* ὑμῖς δ' ὦ Μεγαρεῖς φησὶν ὁ Θέογνις, ὔτε τρίτοι, ὔτε τέταρτοι, ὔτε δυωδέκατοι, ὔτ' ἐν λόγῳ, ὔτ' ἀριθμῷ, ἀλλ' ἃ ὡς ὁ χνῦς, ὃν ἐκρίπτει ὁ ἀνεμώδης ἀπὸ προσώπατος γῆς, καὶ ὡς σταγὼν ἀπὸ κάδου. Potuit Theognis vsurpasse, hodie inuenitur apud Theocritum, & Callimachum desumptum haut dubiè ex Apollinis oraculo vel Megarensibus, vel Æginetis reddito;

ὑμῖς δ' ὦ Μεγαρῆς ὔτε τρίτοι, ὔτε τέταρτοι,
ὔτε δυωδέκατοι, ὔτ' ἐν λόγῳ, ὔτ' ἐν ἀριθμῷ.

Sic enim versus apud Clementem reponendi. Idem ergo sensus nostri adagij & sequentium, qui Græcanici, ὔτ' ἐν λόγῳ, ὔτ' ἐν ἀριθμῷ, & Latini, *nullo numero esse*. Item Homericum,

ὔτε ποτ' ἐν πτολέμῳ ἐναρίθμιος ὔτ' ἐν ἀγυιῇ.

Nec bello nec pace numerabilem esse. Tertullianus *initio libri contra Iudæos* vertit; *velut stillicidium situlæ, aut pulvis ex areâ. lib. de pœnitentiâ cap.* 4. Accommodans peccatori nondum pœnitenti: vt ille, *tu nihil quondam penes Deum, nisi stilla situlæ & area pulvis, & vasculum figulus.* rursus *li. de præscription. cap.* 8. vertit *stillicidium*, & decepit Quintinum Heduum, vt putaret significari id quod stillatim defluit: quare interpretatur sic infideles apud Deũ fuisse, sicut *stillicidium* quod quamuis sit in situlâ, tamen situlæ contrarium est. Nam spargit aquas, quas situla continet. Repugnat enim hoc Tertulliano qui gentes foris & non in situla ponit: & recedit à prophetæ mente, qui nihil potiùs quàm contrarias indicat reputari. Confirmant hoc quæ iam dixi & Origenes *hom.* 7. *in numer.* & Petrus Damianus *epist.* 4. quæ est de Dei omnipotentiâ.

Eodem pertinet aliorum Patrum explicatio, qui accipiũt comparatiuè, vt si genus humanum omne conferatur cum Deo, creatura cum creatore, hæc sit minimum quid, adeò minimum vt nec aliquid sit censendum. Sic B. Athanasius *lib.* 1. *de vnicâ substantiâ sanctiss. Trinitatis*, optime colligens non posse quemquam se occultare aut effugere à potentiâ diuinitatis, cùm totus terrarum orbis sit dumtaxat quædam guttula, vel gracilis spuma. Sic S. Chrysostomus *in Psa.* 38. *Humanam* (inquit) *substantiam magis volens vilipendere, dixit nostrã substantiam nihil esse coram Deo, non quòd eam despicetur opifex, sed quòd quemadmodũ gutta aquæ nihil fuerit, si cum mari comparetur: ita homo si ciũ Dei substãtia conferatur iure nihil esse inuenitur.* Sic D. Ambrosius *circa fin. psal.* 1. hunc locum vertens; *vt stillicidium de vrceo, & sicut momentum statera æstimata sunt, & vt sputum æstimabuntur*; dicit hoc intelligendum comparatione cœlorum, & cælestium creaturarum; quorum contemplatione terra vt punctum est, gentes verò vt gutta de vrceo decidens. S. Hieronymus hîc; *Quomodo si à situlâ modica stilla fluat, à portante negligitur: ita vniuersa gentium multitudo, supernis ministeriis comparata & angelorum*

Clemens Alexand.
Theognis. Megarenses
Theocrit. Callimac.
Versus restituti.
Nullo numero esse Homerus. Tertullia.
Quintin⁹. Heduus.
Origenes. Petrus Damianus.
Athanasius.
D. Ambr.
S. Hieron.

multitudini, pro nihilo ducitur. Sic etiam Cyrillus vtrumque coniungens, addit, *exigua enim sunt hæc omnia & nullius pretij.*

Cyrillus.

nè nobiscum etiam est Cyrillus, sic scribens; *Quid momentum staterа redigens ad æquabilitatem, id quod videtur esse minus?* fauet etiam Ambrosius loco citato.

Cyrillus

Ambrosius

ADAG. DCCLXVIJ.

IBIDEM.

Momentum stateræ.

Momentum stateræ.

שחק מאזנים SAGHAQ MOZENAIM. Ροπὴ ζυγοῦ.

Vsus adagij.

VSurpatur pro minimo grani æruginosi additamento, quod Græcis σταθμὸν, vel καὶ πηλὸν, quod stateræ adpensum, ipsam vel in alteram partem deprimit, vel ad rectitudinem seu æqualitatem lances dirigit: quod veteres *momentare* dicebant, vt & *momen* pro momento Lucretius *lib.* 3. *&* 6. quater. Hoc igitur indicat homines per se minimi esse vel nullius pretij, & valoris, & ponderis; si verò Deo adhæreant multum posse: sicut momentum si solum sit, leuissimum quid est; si bilanci accedat, iustitiæ & decisionis statum admodum (vt Fabius loquitur) esse momentosum. Arias Montanus ait *Sabbak* esse tenuissimum puluerem bilanci etiam excussæ & exsufflatæ nullius prorsùs ad minuendum pondus momenti. Sed hoc neque LXX. neque nostræ versioni cõsentaneum satis. Secutus ille R. Dauidem quem non video cur ipse & Clarius & Forerius præferant Hieronymo & Ionathano, qui exponit momentum stateræ quod leui pondere in alteram partem inclinatur; cui consentit versio Vatabli seu Leonis Iudæ, qui intelligunt de ipso stateræ libramento, siue æquatoriâ cuspide, vt videtur ῥοπὴν Plutarchus in Camillo sumere. Nónne de puluere sequitur? sa-

Lucretius.

Fabius. Arias Montanus.

R. Dauid. Clarius. Forerius Hieronymus. Ionathã. Vatablus.

Leo Iudæus.

Plutarchus.

ADAG. DCCLXVIIJ.

IBIDEM.

Puluis exiguus.

Puluis exiguus.

HEbraicè דק *Dak.* Chaldæus *fauilla volans.* LXX. σπλὸς, id est *saliua* seu *sputum.* De his ita Hieronymus: [*Insulæ quoq;* quasi saliua reputantur: siue vt Symmachus & Theodotion ipsum ponentes Hebraicum, *sicut* דק *quod decidit*: pro quo Aquila λεπτὸν βαλλόμενον transtulit. Aiunt autem Hebræi hoc verbo significari tenuissimum puluerem, qui vento raptante sæpè in oculos mittitur, & sentitur potiùs quàm videtur. Minutissima ergo frusta pulueris & penè inuisibilia, hoc verbo appellantur: quæ fortè Democritus cum Epicuro suo atomos vocat. Multáque sunt nomina, quæ ita leguntur in Græco, vt in Hebraico posita sunt, propter interpretandi difficultatem, & ad comparationem linguæ Hebrææ, tam Græci quàm Latini *sermonis pauperiem.*] Siue ergo LXX. siue nostrum sequatis, res valdè contemptibilis & leuicula signatur. S. Athanasij interpres sup. videtur spumam gracilem intellexisse. Clemens Alexandr. *lib. 6. stromat. capite* de reiectis vt sputum à corpore Ecclesiæ: eodem modo discipulus eius Origenes *d. hom.* 7. Tertullianus & alij. Sed mox *v.* 22. Hieronymus vertit *nihili*, dicens, *extendit veluti nihili cælos*, quod Basilius *hom. 1. in Hexam.* exponit quasi fumum, hoc est, rem tenuissimam, posses vertere *tenuem membranam*, quales sunt membranulæ oculorũ.

Chaldæus. LXX. Hieron.

Symmac. Theodot.

Aquila.

Democritus. Epicurus.

Clemens Alex.

Origenes. Tertullianus. Hieronymus. Basilius.

LXX.

LXX. Lxx. ibi ὡς καμάρας ; quod Latinè reddunt *cameram*, hoc est fornicem siue testudinem. Grauissima paraphrasis est Carpintei Atrebatis I.C. & Poëtæ,

Carpintæus.

Non eget aut egnit doctoribus illa supremi
Æterníq; Patris sapientia, numine cuncta
Componens, firmánsque suo, per se omnia pollens,
Ipse poténsque suis opibus, nihil indigus extra,
Omni-tuens & vbique ingens ; cui machina cæli
Terreáq; fluctúsque maris, tractúsque profundi
Circummanantis sciſſi maris interiectu,
Atque adeò genus omne hominum, genus omne animantum,
Quas mare, quas tellus, liquidus quas educat aer,
Omnia denique cui (si fas) collata, nihil sunt,
Aut instar gutta pleno de vase cadentis,
Aut scrupi leuis, aut oculos fallentis arena.

ADAG. DCCLXIX.

EX CAP. XLI. VER. IV.

Primus & nouissimus.

Primus & nouissimus.

SIc se Deus vocat *hic & inf.* 48. 12. & CHRISTVS etiam qui coæternus Patri *Apoc.* 22. 18. de Deo absolutè & quoad omnia dicitur: de hominibus autem secundùm quid: quatenus aliquâ in re præstantissimus, sine priore, sine æquali. talia sunt *principium & finis*, α & ω. *Apoc.* 1. & 21. & 22. De quo ibi plura in adagiis noui testamenti, adag. Significat etiam eum qui vnus omnium est instar, seu vnus omnia

Theocrit. præstans. Sic Theocritus in encomio Ptolomæi.

ἀνδ᾽ ὧν ἀν Πτολεμαῖος ἐνὶ πρώτοισι λεγέσθω,
καὶ θύματ᾽ ἐς μέσσους.
Hominum in numero dicatur
Ptolomæus primus, vltimus & medius.

Sic de actione Demosthenes eã eloquentiæ primum, secundum & tertium esse dixit ; & D. Antonius discretioni eadem omnia tribuit inter virtutes spirituales, & quod huc maximè facit Plato 4. de legibus, indicat de Deo vetus adagium, eum rerum omnium initium medium & finem complecti: Θεὸς, ὥσπερ καὶ ὁ παλαιὸς λόγος, ἀρχήν τε καὶ τελευτὴν καὶ μέσα τῶν ὄντων ἁπάντων ἔχων. *Quia nimirum (vt dici solet) reuera vniuersi prora & pupis est.* vid. adag. πρῶρα καὶ πρύμνη. Hebraicè est *reson veetbacharonim. primus & cum nouissimis.* Chaldæus & Lxx. clarè ad æternitatem Dei restrinxerunt, & certè vix potest adagialiter vsurpari sacræ Scripturę sensu. Vulgus tamen transtulit in vsum suũ, vt cùm dicimus, *es el primero y postrero de su linaje.* Talis Cicero fuit, qui primus suis præluxit, degenerem nactus filium. Nec absimile quod de B. Virgine canit Ecclesia,

Demosthenes. D. Antonius.

Plato.

Chaldæus. LXX.

Cicero.

Nec primam visa es similem, nec habere sequentem.

IBIDEM VER. XI.

ADAG. DCCLXX.

Quasi non sint.

Quasi nõ sint

ITa exprimunt, quando volunt dicere hominem vel rem nihili esse, Hispani, *es como non fuera ; es como nada.* sup. cap. 40. 17. *Omnes gentes quasi non sint sic sunt coram eo & quasi nihilum & inane reputata sunt ei.* Iob. 10. 19. *Fuissem, quasi non essem, de vtero translatus ad tumulum.*

Hebr,

Hebr. *essem*, *quasi non fuissem*. Sic Hippocr. Hippocrates *lib. de Octimestri fœtu*, eum dicit, *esse & non esse*. Sic Iurisconsulti eum qui mortuus nascitur pro nec nato, nec procreato habent. L. *qui mortui de verb. signific. & l. 3. C. de postu. hæred. instit.* Pro *quasi non sint*, Hebraicè כאין *Keain*. Lxx. ὡς οὐδὲν εἰσὶ.

ADAG. DCCLXXI.

IBIDEM VER. XIV.

Vermis.

Vermis.

תולעת TOLAATH

AIt *Noli timere vermis Iacob:* Lxx. hoc prætermiserunt, vt Chaldæus. & Chaldæus. Est adagiale significans hominem abiectum, infirmũ, contemptum; vt solent vermiculi D. Hiero. calcari & exteri ab omnibus. S. Hieronymus scribit: [*Hoc quod* posuimus, *ego adiuui te: noli timere vermis Iacob*: in Lxx. non habetur. LXX. *Vermis* autem, qui Hebraicè dicitur תולעת, propter humilitatem atque contemptum vocatur Apostolorum chorus, imitans Saluatorẽ, qui loquitur in psalmo; *Ego sum vermis & non homo: opprobrium hominum & abiectio plebis. Psa.* 21.6. Procopius Eadem habet Procopius: nam & locum è psalmo profert, & humi serpentem vult indicari, & negat vocem σκώληκα in Lxx. reperiri. Notãt etiam ambo aliam nominis causam ab eo petitam, quòd sicut vermis ligna solet erodere, sic Apostolorum prædicatio superstitionem paulatim absumpsit. Sic Dauid vocatur *tenerrimus ligni vermiculus.* 2. *Reg.* 23.8. Sed illic aliud est vocabulum Hebraeum (*vide Adag.* 279.) & hîc non ad teredinem, sed ad lumbricũ potiùs, aut similem vermiculum contemptum. & despicabilem, attendisse censeo. Sicut & *Iob* 21. 26. vbi Lxx. *putredinem* transferunt: & sensu quo hîc, *Iob* 25.6. *Quanto magis homo putredo, & filius hominis vermis.* Repetitur secũdo loco quod dictum priore. Sic 1. *Machab.* 2. 62. de impio, *gloria eius stercus & vermis est*, hoc est desinet εἰς κόπρια καὶ εἰς σκώληκας vt est Græcè. Vermis ergò (vt dixi) opprobrij vocabulum est in sacra Scriptura. non verò *vermiculus*. Nam *Isai.* 1.18. rubedinis tantùm, non sordium comparatio instituitur. Rubedo cocci non censetur inter sordida, sed prerioſa. De verme patet, *psal. d. v.* 6. Nã illic vermis opponitur voci *Is* אש quæ virum, scilicet fortẽ, insignem, nobilẽ significat. Præterea tam apud Isaiã, quàm apud Dauidem *vermis* sumitur iuxta falsam hominum vulgariũ opinionem, qua quos vident à Deo ad tempus sini affligi, illos mox cõtemnunt, vt derelictos, & morte dignos, letho destinatos ac iam iam meritò perituros. Ideo Dauid addidit *opprobrium* אדם *Adam*, terræ filiorum, vilium, & abiectorum; qui licèt ipsi reuera sint fex & sentina reip. tamen audent multò se meliores alios contemnere & pro nihilo habere. Sic explicat, dicens *& abiectio plebis*, id est reputatus *nonissimus virorum Isa.* 53. Hos etiam insensati illi habent pro mortuis, vel (vt dici solet) viliores mortuo: hoc subdit Isaias hîc dicẽs, *qui mortui estis ex Israël*: quos iam habent pro depositis & efferendis: quos nullo numero ducunt, & iam de viuentium classe dispungunt. Sic iungo cum nostro, Lxx. qui vertunt perexiguum ὀλιγοστὸς ἰσραὴλ: redactus ad adeo paucos, vt sis *vir numeri*, seu *numerus*, possis facillimè numerari: neque hoc tantùm, sed ipsi illi qui supersunt, etiam pro morituris, vel iam mortuis cõputantur. מתי *methe*, *mortales*

à מות

à מות morte. noſtram verſionem confirmant. apud Procopium Aquila & Theodotion. quorum hic νεκροὶ, ille τεθνεῶτες eodem ſenſu. Symmachus ſtat pro Lxx. nam reddit ἀριθμὸν *numerum*, ſenſu Hebraiſmi, quem dixi: refert Procopius & exponit verſiones, vt dixi, de Apoſtolis & primitiis Chriſtianorum, qui pauciſſimi, & ſub acie gladij ſemper viuentes. confirmat etiam verbis Apoſtoli, inſinuans duplicem mortem, vnam ſpiritualem, qua ſe mortuum & Chriſtum in ſe viuere; alteram etiam corpoream qua ſe quotidie mori propter pericula & perſecutiones fuit teſtatus. verba Procopij.

Aquila. Theodot. Symmachus. Procop. Duplex mors Apoſtoli.

ΟΛΙΓΟΣΤΟΝ δὲ καλεῖ, τὸν ΙΣΡΑΗΛ, δῆλον τὸ ἧττον μαθητῶν ἰσαρίθμητον. διὸ καὶ ἔκλαυσεν. εἰ δὲ μιθ' αὐτὸς ἐδεημήκοντα. ὁ δὲ Σύμμαχος ἐξέδωκεν, ΑΡΙΘΜΟΣ ΙΣΡΑΗΛ. ὁ δὲ Ακύλας, ΤΕΘΝΕΩΤΕΣ ΙΣΡΑΗΛ. ὁ δὲ Θεοδοτίων, ΝΕΚΡΟΙ τῷ Ἀποστολικῷ συμφώνως. Ζῶ δὲ οὐκέτι ἐγὼ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστὸς. καὶ καθ' ἡμέραν ἀποθνήσκω, τὴν ὑμετέραν καύχησιν.

Pro verſione Lxx etiam dici poteſt illos ſubaudiuiſſe vocẽ *Miſpar* מספר *numeri*; vel aduerbij *parum meus* מעט quibus ſolet adiungi Hebræum vt *Geneſ.* 34. 30. *Deut.* 26. 5. & 33. 6. & *Pſalm.* 105. 12. qui locus facit ad noſtri Iſaiæ explicationem. Nam videtur eò alluſiſſe, & indicare paucitatem illam & imbecillitatem populi Iſraël carnalis peregrinantis fuiſſe typum paucitatis & imbecillitatis primitiarum CHRISTI, hoc eſt Iſraëlis ſpiritualis verſantis in deſerto perfidiæ Iudæorum & feritatis Gentilium. Apud Dauidem Hebr. eſt, *cùm exiſterent viri numeri ſicut parum: Methe miſpar kemeath* מתי מספר כמעט quod ibi Lxx. reddunt ἀριθμῷ ὀλιγοστὸς, *numero breui pauciſſimi.* Hieronymus *viri pauci, modici*, id eſt collati multitudini Ægyptiorum, quaſi nulli numero; collati eorumdem potentiæ, & viribus, planè imbecilles & quaſi mortui. Sapienter itaque Lxx. vtramque vocis מתי ſignificationem à Dauide duplici adiectione indicatam, vna quoque voce Græcâ hîc apud Iſaiam expreſſerunt, quæ vtrumque complecteretur, paucitatem & infirmitatem. Sic certè ſuos CHRISTVS compellauit hac adhortatione & eodem ſenſu; *Nolite timere puſillus Grex*, &c. *Luc.* 12. 32. & B. Paulus de ſe ac ſociis profeſſus, eſſe vt morti deſtinatos ὡς ἐπιθανατίους. hoc מחים *methim* quod *Iobi* 33. 22. vbi noſter, *appropinquauit vitæ illius mortiferis*, negotium faceſſit. Ego propriè accipio, pro incidit in ſummum mortis diſcrimen, ita vt inter aram & ſaxum poſita, nil niſi cuſpidem qua peritura opperiretur.

Hieron. Lxx. Chald.

EX CAP. XLII. VERS. III.

ADAG. DCCLXXij.

Calamum quaſſatum confringere, Linum fumigans extinguere.

Calamum quaſſatũ confringere.

POteſt vſurpari affirmatiuè; & negatiuè vt Iſaias proponit. affirmatiuè ſenſus eſt, rem cœptam frangi, ſiue quæ inibi eſt vt frangatur, prorsùs comminuere. Vſurpatur de crudelibus, qui miſeris addunt miſerias, & afflictos affligunt, & qui cœperunt ruere, eos porrò præcipitant. Sic exponit Chaldæus, & pertinet ad ſæ-

Vſus adagij.

nos magistratus ac prælatos qui fragilibus nequeunt ignoscere, in hoc CHRISTO prorsùs dissimiles, qui quòd placabilis & veniam peccatoribus dare solitus, ideo dixit Isaias, *calamum*, (hoc est arundinem) *quassatum non confringet*. Sic Hieronymus. Sed Cyrillus *calamum quassatum, & linum fumigans*, abiectissimos & timidissimos vt pote damno obnoxios, exponit. Procopius per *calamum quassatum*, infirmos & humiles; per *linum fumigans*, superbos intelligit; vt sensus sit, neminem omnino lædendum à CHRISTO, vt humiles sint Gentiles, superbi verò Iudæi: sed etiam meminit alterius sententiæ capientium de homine terreno: fortassis quia sicut *calamus* in aquis, *linum* in terra nascitur. Verba sunt;

Hieron. Cyrillus. Procop.

Οὕτω δὲ φησιν ἀψοφεὶ διελεύσεται, ὡς μηδὲ λυπῆσαι τὸν ἀδυνάτως ἔχοντα, καὶ δεῖξαι τοῦτο ΚΑΛΑΜΩ καὶ τύπῳ ΤΕΘΛΑΣΜΕΝΩ παρεικάζομενον. ἀλλ' οὐδὲ ΛΙΝΟΝ ΚΑΤΑΣΒΕΣΕΙ ΚΑΠΝΙΖΟΜΕΝΟΝ, τοῦτο γὰρ τὸ ΤΥΦΟΜΕΝΟΝ, ὅπερ ἀμαυρὸν ἐξέδωκαν οἱ λοιποὶ. δηλοῖ δὲ τὸ ΛΙΝΟΝ φασὶ ΤΟ ΤΥΦΟΜΕΝΟΝ, τὸν ἐπὶ τῇ φυσιώμενον κατὰ τὸν νοῦν τῆς σαρκὸς αὐτοῦ. οὐ λαπτὸν γὰρ ἐλύπησεν, οὐ μᾶλλον ὑπερήφανον, πρὸς παῖδας ὢν πρᾶος, καὶ λαπτὸν τὴν καρδίαν λίνης δὲ ΛΙΝΟΝ ΤΥΦΟΜΕΝΟΝ, τὸν γήϊνον ἔφασαν, τὸν ἀρετῆς ἢ θεοσεβείας σπινθῆρα βραχὺ διαυγάζοντα. ἵλεων γὰρ παρακαλῶν, ὅτι ἐκ χωρῶν εἰς δόξαν ἔσεσθαι, τὰς ἐξομοιωθείσας ἐπὶ μετανοίᾳ νεμεθίων.

Adeo autem, inquit, *nullo cum strepitu pertransibit, vt infirmus maximè, & ob id* Contrito calamo *comparatus, dolore vllo non afficiatur: immo ne* LINVM *quidem* FVMIGANS *id est comburens*, EXSTINGVATVR, *quod alij* EVANIDVM *reddiderunt. Aiunt verò per* FVMIGANS LINVM *eum demonstrari, qui mente carnis suæ temerè intumescat. Non enim aut humilem læsit, aut superbum vltius est, qui in omnes mansuetus & humilis corde fuit. Non desunt, qui* LINI FVMIGANTIS *appellatione, terrenum hominem velint significari, qui virtutis adhuc aut pietatis scintillam exiguam sibi reliquam fecit. Hunc enim consolatus spem abiicere non sinit, qui volentem septuagies septies ad pœnitentiam admittendum edixit.*] habetis hîc duplicem adagij vsum, sed, ex aliis patribus more catenæ contextum. Tertullianus *lib. de patientia cap.* 3. vertit *arundinem*; & *linum fumigans*, vt noster: sed lib. aduersus Iudæos *cap.* 9. præiuit interpretationi Procopij, his verbis; qui *arundinem contusam*, id est quassam Israëlis fidem, *non comminuit*; qui *linum ardens* id est momentaneum ardorem gentium, *non exstinxit*: sed lucernam magis fecit ortu luminis sui. quæ verba repetit *lib. 3. contr. Marcion. capite* 17. Sequens citationem Domini *Matth.* 12. 20. κάλαμον συντετριμμένον οὐ κλάσει, καὶ λίνον τυφόμενον οὐ σβέσει. Sed rursùs *lib.* 4. *cap.* 23. citat iuxta nostram versionem, quam Hilarius etiam *can.* 12. *in Matthæ.* sequitur, sed *linum fumigans* Iudæis, *calamum quassatum* Gentilibus accommodat. Communior est altera sententiâ quæ est etiam Hieronymi *Epistol.* 151. *ad Algasiam.* Sed S. Gregorius *libr.* 33. *in Iob. cap.* 3. vtrumque Iudæis, *calamum* regno, *linum* sacerdotio. De solis Iudæis etiam exponunt Chrysost. *in Matthæ.* & in demonstratione *Quòd* CHRISTVS *sit Deus*, & Augustinus *tom.* 4. *lib.* 1. *quæstionum Euangel. cap.* 3. & *lib.* 20. *de ciuit. Dei cap. vlt.* Eusebius adhuc aliter: nam *calamum* refert ad ægritudines corporis, quas Dominus sanauit; *linum* ad animi perturbationes, prauos affectus, & cupidita

Duplex adagij vsus. Tertullia. Procop. Hilarius. Gregor. Chrysost. Augustin. Eusebius.

ditates quas etiam depulit, *libro 9. Euangel demonstrat. cap. 15*: Necabit longè ab eo S. Basilius, quo ad membrum posterius, & ad mores accommodatissimè dissert regula seu responsione breuiori *ad interrogat.* 291. in hunc modum scribens: [*Sanè* per *quassatum calamum* illum significari arbitror, qui non eâ quâ oportet animi sinceritate, mandatum Dei exequitur: quem non *conterere* conuenit, neque abscindere, sed sanare potiùs: sicut docuit Dominus, cùm dixit: *Attendite ne eleemosynam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis.* Et Apostolus etiam præcepit dicens; *Omnia facite sine murmurationibus & disceptationibus.* Et alio in loco, *nihil per contentionem aut inanem gloriam. Linum* verò *fumigans*, quotiescunque quis mandatum quidem exequitur, sed non ardenti desiderio, aut pleno studio, sed segniùs quodammodo ac lentiùs: qui ideo non est deterrendus, sed excitandus potiùs admonitione assiduâ iudiciorum Dei, & *promissorum ipsius.*] S. Gregorius *d. capite 3.* eleganter: sæcularium temporali gloriæ addictorum mentes *calamo* significari docet his verbis; *Mores calami intus sunt per fatuitatem vacui, sed foris per speciem & ostentationem pulchri: sed quanto ab eis exterior gloria studiosius quæritur, tanto eorum corda grauioribus cogitationum stimulis agitantur.* Ne mireris autem me hæc verba recensere inter adagia: censuit & Maldonatus *ad cap. 12. Matt. ver. 18.* explicans, [*Adeo* quietè & attentè ambulabit, vt etiamsi super arundinem iam quassatam, qua nihil fragilius esse potest, pedem ponat, eam non confringat: & si super stuppam non omninò ardentem, sed tantùm fumigantem non exstinguat. Apparet enim fuisse prouerbium, quo summa incedentis lenitas significabatur: sicut Galli & Hispani de similibus hominibus dicere solent, etiamsi super pauimentum ouis stratum ambularent, nullum frangeret. Per incessum autem & ambulationem omnes vitæ actiones intelliguntur ex Hebræorum idiomate. Significatur ergo, CHRISTVM omnibus in rebus incredibili mansuetudine ac lenitate *vsurum fuisse.*] ita ille. Visum id priùs fuerat Franciscus Forerio in hunc locum, qui & monuerat esse prouerbia è vulgo petita, mansuetudinem notantia, & id probarat ex d. Matthæi loco, & quia sunt quidam naturæ vitio damnosi, qui obuia omnia pessundant; qui rectè dicuntur quassatum calamum confringere, & linum vix accensum, sed fumigans obscurâ adhuc flammâ exstinguere. Quantò rectiùs, qui fauillam tenuem fouent, & exspectant, an ex ea queat redituna flamma suscitari? Quantò melius qui quassata sinunt coalescere? hac notâ bonos pastores à malis secernit Deus apud Ezechiel. *cap. 34. 4. Quod infirmum fuit, non consolidastis, & quod ægrotum non sanastis, quod confractum est, non alligastis, & quod abiectum est, non reduxistis, & quod perierat, non quæsistis: sed cum austeritate imperabatis eis, & cum potentiâ.* Vltimis verbis explicat quid sit *confringere quassata.* Sebastianus Vatablus *tomo 2. Concordiæ Euangelicæ libro 6. capite 11.* dicit hoc prouerbium vulgatum sonare, sed verisimilius videri non esse prouerbium, sed Isaiæ verba in modum prouerbij, quibus CHRISTI mansuetudo indicatur. Causam non video cur nequeat (vt volunt Forerius & Maldonatus) prouerbium fuisse inter Iudæos, quo-

S. Basilius. Gregor. Maldona. Fr. Forer. Sebastia. Vatabius. Forerius. Maldona.

rum locutiones vt plurimùm adagiales sunt. Certè sic hodie Teutones vsurpant, *super ouum tripudiare*, pro leni & leui & innocuo gressu. Nec longè abit hyperbole Poëtica; *Vix summa vestigia signat arena.—summas aristas cursu non ladere*, & similia.

Sed quid hoc loco *linum?* non lucerna, vt vult Syrus apud Matthæum: sed mixa, siue ellychnium ex lino, caligans flamma nondum dominante, vel iam euanescente. Crebrum est materiam poni pro eo quod ex ea confectum sit, sic lina, pro retibus, & pro rudentibus: ferrum pro compede, lignum pro numellâ, aurum pro mundo aureo, argentum pro pecuniâ, lapides pro ponderibus. Nec otiosa mentio potiùs ellychnij non exstinguendi, quàm rei alterius. Nam veteribus magna cura fuit, ne ellychnium exstingueretur, vt puto propter putorem quem excitat, vt aduertit *Augustinus d. capite 3.* Plutarchus alias causas prodidit; quæ, quòd adagiones vsurpationes varias suppeditent, non visæ prætermittendæ. *Problem. Roman. 75.* scribit;

Augustin
Plutarch.

Διατί λύχνον οὐκ ἐσβέννυσαν, ἀλλ' αὐτὸν ὑφ' ἑαυτῶ, ὑστεροῦν μαραινόμενον; πότερον ὡς συγγενὲς καὶ ἀδελφικὸν σεβόμενοι τῦ ἀσβέστε καὶ ἀθανάτε πυρός; ἢ καὶ τῦτο συμβόλαιον ἦν τῦ μὴ δεῖν τὸ ἔμψυχον ἂν μὴ βλάπτη διαφθείρειν, μηδὲ ἀναιρεῖν, ὡς ζώου τοῦ πυρὸς ἐοικότος. καὶ γὰρ τροφῆς δεῖται καὶ αὐξομένῳ ἔοικεν. καὶ σβεννύμενον φωνῇ ἀφίησιν, ὥσπερ φθεγγόμενον. ἢ διδάσκει τὸ ἦθος ἡμᾶς, ὅτι δεῖ μήτε πῦρ μήτε ὕδωρ μήτε ἄλλο τίλων ἀναγκαίων αὐτῶς ἄδικον ἔχεσθαι διαφθείρειν, ἀλλὰ ἐᾶν χρῆσθαι τὰς δεομένους, καὶ ἀπολείποντι ἑτέροις, ὅταν αὐτοὶ μηκέτι χρείαν ἔχωμεν;

[*Cur lychnum* non exstinguebant, sed per se langvescere & deficere permittebant? An quasi inexstinguibilis illius & immortalis ignis cognatum & affinem colentes? An & hoc quoque signi est, non oportere quod animatum sit, nisi noceat, corrumpere, neue interficere, quasi animal ignis sit? nec immeritò. Nam & alimento indiget & per se mouetur, & cùm exstinguitur, vocem emittit. An hoc more docemur, non oportere nec ignem, nec aquam, nec eorum quicquam quæ ad vsum pertinent, etsi abundè suppetant, corrumpere aut absumere, sed indigentibus vtenda relinquere, quum ipsi iam illis opus *non habeamus?*]

EX CAP. XLIV. VERS. XX.

ADAG. DCCLXXIIJ

Cinerem pascere.

Cinerem pascere.

VBI noster *pars eius cinis est.* & Lxx. γνῶθι ὅτι σποδὸς ἡ καρδία αὐτῦ, *scito quia cinis cor eorum*, hoc est, idolum quod diligunt scito cinerem esse. Nam *cor* vocant quod noster *partem.* Chaldæus, *Ecce dimidium Dei eius in cinerem redactum est.* Scio etiam ad ipsos idololatras aliter referri à Patribus, vt sensus sit, cor eorum (hoc est sapientiam omnem) emortuum, & non plus sensus illis inesse quàm cineri rei vanissimæ. Sic cum SS. Cyrillo & Germano exposuit Leo Castrius, & vult Lxx. daleth non resch legisse, nempe *Doeg* דוֹעֵג Hebraicè est רוֹעֵה אֵפֶר *Rohheh epher.* Quod cum Dauide Kimchi, receptiores *pascit*, vel *pascens cinerẽ* vertunt, & censent adagiale pro versari circa rem nihil profuturã. Vatab. *pascere cinerẽ* prouerbiali sermone, est frustrà & sine fructu

S Cyrill. Germa. Leo Cast.

Vatablus. Pintus.

fructu,labore,rẽ vanã & nihilmoliri.Sicut (ait Plautus) dicitur *arena semina mandat*. Præferenda tamen nostra versio,vt docet eruditè Fœrius:accipite verba illius, sunt luculenta: [*Quia* aliis punctis nunc legunt Hebræi vocem רעה, quàm vulgatus legerit,hîc vertunt *depascens cinerem*,vel depascitur *cinerem*, &c.vt sit simile illi,quod *Osee.XIV.* dicitur, *Pascit ventum* id est,frustrà laboratat vulgatus רע accepit pro relatiuo, & רעע pro vsitatissimo ab eodem verbo nomine, id est amicus, sodalis, socius, familiaris: sed quia etiam dicitur de partibus inuicem pertinentibus,*vt Genes.*15.10. vulgatus pro parte accepit, neque malè;& verbum substantiuum *supplenit*.] Postea dicit se quoque eadem ratione fretum, aliis quàm Massoretæ punctis רעע accepisse, & vertisse *Socius cineris est*;eò quod altera pars idoli sit in cinerem cõuersa: quod reuera noster clariùs expressit,*pars eius* (idoli) *cinis est*.

Plaut. Fœrius. רעה Arias Mõtanus.

Postremò addit iuxta scriptionẽ Massoretarũ prouerbiali formâ,*qui pascit cinerem*,dici de serpente antiquo cui in pœnam datum, vt pulnerem comedat. Quod re vera lõgè peritum vt & alia expositio quędam Ariæ Montani.

Nemo non videt nostram interpretationem esse simplicissimam; & contextui optimè cohærentem: ex versione LXX.colligitur etiam locutio parœmialis,*cinis esse*,pro nihil esse, & aliquid prorsus contẽptibile,omnis viroris, & succi, & spei expers.nam quid cinere squalidius,aridius,& sterilius?sic *Malach.* 4.3. *Calcabitis impios, cùm fuerint cinis sub planta pedum vestrorum*. & ita sumitur à Catullo.

LXX. Cinis esse. Cinis. Catullus.

Troia nefas,commune sepulchrum
Asiæ Europæq;
Troia virûm & virtutum omnium
acerba cinis.

Seneca *Herc.Fur.*

Seneca.

Cadmea proles, atque Ophionius
cinis.
Quo recidistis?——

Claudian *in Eutropium*,

Claudian.

Mygdonij cineres, & si quid restat
Eoi.
Quod pereat regni.——

P.Sabinus;

P.Sabin.

Iam cinis & tantùm flebile Troia
solum.

Hinc apud Plautum,*cinerem quærere*,est venari vilia,abiecta, & sordida: vbi miles gloriosus de ancillula quæ ipsum nimiâ pulchritudine dixerat,ait;

Plautus. Cinerem quærere.

——*satin' hæc quoque me deperit,*
Meam laudet speciem. edepol huius
sermones haud cinerem quærităt;

sed scilicet homines lautos,formosos,& validos qualem se esse iactabat nugator.

IBIDEM VERS. XXII.

ADAG. DCCLXXIV Delere vt nubem vel nebulam.

Delere vt nubem, vel nebulam.

DELERE est prorsus & facilè; sicut nubes & nebula seu caligo solis calore,vel ventorum impetu dissipantur & dissoluuntur. ita capiunt Hilarius *in Psal.*118.litera *Daleth*, Hierony.Cyrillus, Procop. hic. Aptissima similitudine, quia potestate per insufflationem Spiritus sancti data, peccata in Ecclesia remittuntur, (sic rectè Salmeron *tom.*11.*tract.*118.)quantumuis illa grandia,multa, densa inter Deum & homines se interposuerint.Nõ placet, quod quidam vertunt,*deleui vt nubes*, quasi dicat, sicut nubes abluit terræ sordes,cùm pluuiam effundit.

Hilarius. Hieron. Cyrillus. Procopi⁹. Salmerõ.

ADAG. DCCLXXV.

EX CAP. XLV. VER. IX.

Væ qui cõtradicit fictori suo testa de Samiis terræ.

Væ qui contradicit fictori suo testa de samiis terræ:

הוֹי רָב אֶת יֹצְרוֹ חֶרֶשׂ אֶת חַרְשֵׂי אַדְמָה

Ho rab eth-ietzro cheres eth-charsei adamah.

recentiores vertunt;

Væ contendenti cum plasmatore suo, testæ cum testis humi.

Legerunt vt noster sed noster; posterius אֶרֶץ accepit pro *de* vel *ex*: LXX. alia puncta secuti sunt, sed eorum lectio varia est. Liber Vaticanus habet, πῶς ἐν βέλτιον κατεσκεύασα ὡς σηλὸν κεράμεως; μὴ ὁ ἀροτριῶν ἀροτριάσει τὸν γλῶ ὅλην τὴν ἡμέραν; *Quid melius feci, quàm lutum figuli? Numquid arãs arabit terram totã die?* aliter Complutenses & Regij, aliter etiam legerunt Cyrillus & Procop. istud *væ qui contradicit*, desumptum à Symmac. qui verterat ΟΥΑΙ Ο ΑΝΤΙΛΕΓΩΝ ΤΩ ΠΛΑΣΣΑΝΤΙ ΑΥΤΟΝ. quod cõsentaneũ satis Theodotioni & Aquilæ. nam Theodotion verterat, *Væ ei qui contendit conditi contra factorem suam.* ΟΥΑΙ Ο ΚΡΙΝΟΜΕΝΟΣ ΜΕΤΑ ΤΟΥ ΠΛΑΣΣΟΝΤΟΣ ΑΥΤΟΝ. Aquila verò ΜΗ ΔΙΚΑΣΟΜΕΝΟΣ ΣΥΜΠΛΑΣΣΟΝΤΙ ΑΥΤΟΝ. Consentiunt omnes esse locutionem parœmialem, qua reprehenduntur ij qui de diuinâ prouidentia conqueruntur; qui similes dicuntur vasi testaceo, quod figulum argueret cur se tali vel tali formâ ad hunc vel illum vsum plasmasset, aut quod refingeret alia formâ. E Samo vasa olim testacea adferebantur; inde simpliciter omnia figlina dicta sunt Samia, Ciceroni, Lucilio, Plautoque: hoc ergo modo sumpsit noster, & euitauit Hebraismũ *testa de testis terræ*, vt duriorem. Lege Pinedam *ad Iob. c. 10. v. 9.*

LXX. Liber Vaticanus. Complutẽses libri. Regij. Cyrillus. Symmac. Theodot. Aquila. Cicero. Lucilius. Plautus. Pineda.

IBIDEM.

ADAG. DCCLXXVJ

Testa de samiis terræ.

Aratrum aranti.

PRO, TESTA DE SAMIIS TERRÆ, LXX. & Theodotion *aratrum* verterunt, LXX. ἀροτρεῶν ἀροτριάσει, Theodotion de quo, sic verò, ΑΡΟΤΡΙΩΝ ΤΟΥΣ ΑΡΟΤΡΙΟΥΝΤΑΣ ΤΗΝ ΓΗΝ. *Qui arant aratres terram.* vt citat Procopius, & istud vt præcedens interpretatur Deum dicere, ἐγὼ γὰρ ὁ τὺς οἰκοῦντας τὴν γλῶ γεωργῶν μετέπλασα τὸν λαόν. μὴ οὖν ἀντιτιθέτω ταῖς ἐμαῖς οἰκονομίαις ΩΣ ΟΥΔΕ ΠΗΛΟΣ ΚΕΡΑΜΕΙ. (Ipse enim populum in aliam formam refinxi, qui terræ incolas agrorum instar exerceo & subigo. Videte ergo ne instituto meæ prouidentiæ aduersemini, non magis quàm lutum figulo.) Vides eum commiscere hæc in vnam similitudinem quod magis consentaneum Hebræo & nostrę versioni, quàm LXX. aut Theodotioni. Omnino enim assentior Leoni Castrio indicari aliam comparationem, nempe ab aratore seu agricola deductam, legendo aliis punctis nempe חָרָשׁ *charasca* cum puncto *scin* in dextro cornu, quod significat vel aratorem, vel aratrum seu vomerem, & possumus vertere *aratrum arantibus*, vt sit simile præcedenti *testa plaste*. q. d. nũquid contendet aratrum postquã eo desiit vri arator, & sepositum, cum agricola, cur non eo amplius vtatur, cur non pergat toto anno terram

LXX. Procop. Leo Cast.

Ambros. tam excolere. sic ex Ambrosio Leo Castrius, quem vide. Cęterùm noster interpres, quod confirmant omnes recẽtiores & Chaldæus, legit *cheres* cum *sin* seu Sibboleth in sinistro & sex punctis חֶרֶשׂ quod convenit חֶרֶס & significat testam figulinam: & tunc vnica est comparatio, quam explicat clarius dicens postea; *Numquid dicet lutũ figulo suo, quid facis?* homines comparatione Dei lutum sunt; Deus figulus, vt hic ex Ieremiâ & Paulo docet Hieronymus. Si voles LXX. conciliare cum nostro, potes illud *arare* accipere pro fabricari, seu fingere; quod Hebræa vox patitur, vt sensus sit *numquid fingens tota die finget argillam?* nam LXX. (vt Castrius monuit) paraphrasticè videtur voluisse murmuratoribus respondere. q.d. non est quod miremini, omnia tempus habent, tempus fingẽdi & & refingendi, tempus laborandi & cessandi, tempus puniendi & parcendi.

LXX. Castrius.

ADAG. DCC LXXVII. Opus absque manibus

IBIDEM.

Opus absque manibus.

HOc est nõ habet manus. Cõsentaneum est Hebræo, & Chaldæo. est autem prouerbiale, quo significatur opus ad nihil vtile, & prorsus infirmum. sic enim *Deuter. 32. 36. videbit quod infirmata sit manus*, ibi Heb. est, *ki-azeloth iad* כִּי-אָזְלַת יָד *quòd abierit manus*, id est, quod sit sine manu, quod nihil possit, quòd dissoluti sint viribus & deficientes, LXX. ἀσθενοῦντας καὶ ἐκλελειμμένας. Idem significabitur i more Hebræo manus interpreteris ansas. nam vas sine ansis apprehendi nequit, inutile & imperfectum est. LXX. referunt ad ipsum opificem, & tunc adhuc expressior est blasphemia. Non habes vires, non potes nos attrahere.

LXX.

IBIDEM VERS. X.

ADAG. DCC LXXVIII. Væ qui dicit Patri, &c.

Væ qui dicit patri quid generas? & mulieri quid parturis?

EADEM est sententia, quæ præcedentium. Procopius, πᾶς μὲν οὖν ἐναντιούμενος ταλανίζεται, ἐξαιρέτως ὁ πατέρα λαχὼν τὸν θεὸν αὐτῷτε λαὸς ἀνακείμενος, ΟΥΑΙ ΓΑΡ Ο ΛΕΓΩΝ ΤΩ ΠΑΤΕΡΙ ΑΥΤΟΥ ΤΙ ΓΕΝΝΗΣΕΙΣ; ἢ κατὰ Σύμμαχον, ΤΙ ΕΓΕΝΝΗΣΑΣ; παύονται γὰρ τινες ἐγκαλοῦντες θεῷ. τί γὰρ ἐδεῖ τοῦτο τὸ βίου, τίς ἡ τούτου διοίκησις; καὶ τίς ἐκείνων ἡ χρεία; ἐχρῆν δὲ οὕτως γεγενῆσθαι. *Væ enim qui dicit patri suo quid generabis? aut secundùm Symmachum, quid genuisti? non desinunt enim Deo sic conuiciari nõnulli. ecquidnam vita ista opus fuit? ecquid isthac administratio? ecqua illorum vtilitas? At ita fieri oportuit.* Hi ergo sic refelluntur, & qui patri aut matri succensent, quòd eos non pulchriores aut robustiores produxerint; vel etiam ob liberorum multitudinem succensent. ita Forerius

Procop.

Forerius.

EX CAP. XLVIII. VERS. V.

ADAG. DCCLXXIX. Neruus ferreus ceruix tua.

Neruus ferreus ceruix tua.

גִּיד בְּרוֹל עָרְפֶּךָ

Ghid varzel hharpecha.

Neruus ferreus ceruix tua.

DE homine ceruicoso, pertinaci, & rebelli dicitur. Chaldæus *Manifestum coram me quòd sis rebellis, & durum sicut ferrum collum tuum.* pone vt habes sup Cyrillus;

Vsus adagij. Chaldæus.

Cyrillus.

rillus; *ceruicem habere elatam & infractam, vt etiam neruus ferreus, durus scilicet & inflexilis esse videatur.*

ADAG. DCCLXXX.

IBIDEM.

Frõs ærea.

Frons ærea.

EXPLICVI Adag.151.*frons ærea*, &c. Cyrillus hîc; *hoc est quæ deposuit, & qua omnem verecundiã & pudorem abiecit.* Chaldæus; *frons tua fortis sicut æs.* Notat Arias Montanus his duabus Metaphoris idem dici quod dicitur *Psalm.*77.58.*conuersus es mihi in arcum prauum.* Arcus enim duas esse partes cornua & neruum, vtraque debere manui & voluntatis iaculantis obedire & ad nutum flecti. *fronte* considerationẽ & animaduersionem *neruo* in quãlibet partem obsequium designari. sic itaq; indicari populum proterũum, contumacem, & omnis disciplinæ aspernatorem Chrysostom. *aduersus Iudæos orat.*2.*neruus ferreus ceruix tua*, hoc est inflexibilis: *& frõs tua ærea*, hoc est impudens. Sic & nos frequẽter solemus eos qui nesciunt erubescere, χαλκεοπροσώπους id est *æream habentes faciem* appellare. De ferro & ære adde quæ habes ex Daniel. *d.pag.*220.

Cyrillus. Chaldæus. Arias Mõtanus.

ADAG. DCCLXXXI.

IBIDEM VER. XVIII.

Sicut flumen.

Sicut flumen.

MAXIMAM abundantiam & perennitatem denotat, vt omnes fatentur, & docent comparationes sequentes, gurgitum maris, arenæ, & glareæ. Sic Ierem. 46. 7. de innumerabili exercitu: *quis est iste qui quasi flumen ascendit, & velut fluuiorum intumescũt gurgites eius?* Quidam volũt *flumen* positum pro ipso mari, nõ attendẽtes ad id quod sequitur, vbi Hebreæ vox est *mare* significans, hîc verò *flumen*, נהר *nihar*. Chaldæus, *sicut inundatio fluminis Euphratis*; quia flumen antonomasticè solet de Euphrate sumi. Lxx ὡς ποταμὸς. S. Hieronymus: abundãtiam omnium rerum copiámq; significant. S. Cyrillus vult etiam præterea significari, securam eorum possessionem, & comparationem explicat hoc modo quo interpres dedit: [*Aiunt* torrentes pluuiâ rapidâ in montes delapsâ, ferri violenter & intolerabiliter, ita vt impetuoso eorum cursui, nihil omnino possit resistere. Quin & illud puto esse perspicuum. Fluctuum maris impressiones violentæ sunt & terribiles, non modò nautis & onerariis nauibus, sed ipsis interdũ rupibus. Rumpuntur enim & ipsæ aquis torrentis instar in eas *impingentibus.*] Vult itaque indicare pacem & iustitiam Israëlis futuram fuisse etiam ipsis hostibus terribilẽ & inexpugnabilem: vel vt breuiter Procopius, pacem & iustitiam propugnatores habuisse, quibus nihil, sicut nec mari, nec fluminibus potuisset resistere.

LXX. S. Hieron. S. Cyrill. Procop.

IBIDEM.

ADAG. DCCLXXXII.

Sicut gurgites maris.

Sicut gurgites maris.

EADEM copia, & perennitas significatur quæ superiore adagio. & crescit oratio. Non solùm vt maxima flumina, qualis est Euphrates; sed vt ipse Oceanus.

Omnia quo veniunt ex omni flumina parte.

Vt inquam marini gurgites, גלי *ghallei*, *las olas*, fluctus seu vndæ quæ

quæ ad ipsum littus perpetuò absq; vlla defatigatione deuoluũtur. Lxx. *ὕδωρ ὑπὲρ ὕδατα.* Si videatur aliquando Deus ea suis subtrahere, ne diffidãt, fluctus æstu recedente litus deserũt; suo tamen statuto à Deo tempore reuertẽtur, & sæpe copiosiores. Alph. Salmeron *tomo 9. tract.* 54. notat, priori loco fluminis, posteriore maris mentionem fieri, quia iustitia mari, & pax flumini assimilatur. & sicut flumina à mari teste Salomone *Eccle.* 1. oriuntur, sic ex iustitiâ pax vera nascitur. *Isa.* 32. *& erit opus iustitiæ pax, & cultus iustitiæ silẽtium.*

Salmerõ.

Fluminũ ex mari ortus.

ADAG. DCC. LXXXIIJ. Os sicut gladius acutus

EX CAP. XLIX. V. II.

Os sicut gladius acutus.

EVm cuius lingua efficax ad persuadendum, & vitia amputanda est, ad impios spiritu oris mortificandos, sic adagiali locutione sacra Scriptura circumloquitur. Chaldæus. Chaldæus rectè, per *os* intelligit verba. Loquitur de CHRISTO, qui de se ipso hoc dixit *Matth.* 10. 35. S. Hieron. Cyrillus. vt notat S. Hieronymus. sed vberiores hîc Græci. S. Cyrillus exponit doctrinam euangelicã CHRISTI ore enuntiatam quæ fuit gladius acutus & penetrantissimus, contra Diaboli tyrannidem, tollens mundi rectores & tenebrarum & spiritualia nequitiæ: *percutiens terram virga oris sui* (vt dixit Isaias *ca.* 11. 4.) *& spiritu labiorum suorum interficiẽs impium*, & de eodem etiam prædictum, *In die illâ visitabit Dominus in gladio suo duro, & grandi & forti super Leuiathan serpentem vectem, & super Leuiathan serpentem tortuosum, & occidet cetum, qui in mari est.* Isai. 27. 1. cuius gladij fulgore dissipauit erroris caliginem, & omnium cordibus veri Dei cognitionis radium immisit; mundo peccatum quasi decussit & demessuit: suis etiam hunc spiritûs gladium (hoc est verbum Dei) impartitus forti & pugnaci animo illis indito; cuius ope, dæmonum fraudes propellant, & victoriã de hostibus ferocissimis reportent. Sic enim verbo oris sui Ananiam & Sapphirã Petrus interfecit, *Act.* 5. Paulus verbo Elymam occęcauit *Act.* 13. Ezechias Rex Assyriorum copias innumerabiles oratione deleuit *Esaiæ* 37. ita Procopius. Conuenit itaque hoc CHRISTO, Apostolis, Prælatis, quo ad prædicationem, & quo ad excommunicandi potestatem. Procop.

IBIDEM.

ADAG. DCC. LXXXIV. Sagitta electa.

Sagitta electa.

POsuit me (inquit) *sicut sagittam electam, & in pharetra sua abscondit me.* vocat *electam*, hoc est extersam politámque (vt est Hebraicè) quo significatur sagittæ velocitas, acumen, & robur. *sagittarum hîc vsus est* (ait S. Hilarius *in Psal.* 126.) *vt emissæ celeri volatu ferantur ad destinatum locum.* Indicatur efficacitas contra hostes, vt superiore adagio, hoc tamen discrimine; quòd quemadmodum gladius quo cominus pugnamus, pertinet ad inimicos propè consistentes; sic etiam sagitta quæ eminùs ferit, pertinet ad hostes fugientes, vel procul degentes. itaque vtroque prouerbio iuncto victoria de cunctis repromittitur. sic de CHRISTO Dauid vaticinatus *Psalm* 44. nam *v.* 4. canit, *Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime*: sed *v.* 6. subdit; *Sagittæ tuæ acutæ (populi sub te cadent) in* S. Hilar.

corda inimicorum Regis. verè figendę in cordibus, quia ſagittæ amoris (Ambro. exhortat. ad virgines) quarum cor ſcopus in quem collineãt, vt viuificent occidendo. [*Vulnerãt* (vt ait Cyrillus) *ad vtilitatem & ſalutem. Sic enim in Cantico canticorum* ait percuſſa ſponſa, *Vulnerata ego ſum amore. Quàm beatum eſt* (ait Origenes *hom. 2. in cant.*) *hac ſagittâ vulnerari? Hac ſagittâ vulnerati fuerunt illi; qui inter ſe inuicem conferebant, nónne cor noſtrum ardens erat in viâ, cùm aperiret nobis ſcripturas?* Iſta S. Chryſo. ſagitta (ſic S. Chryſ. *hom. de turture tom.* 5.) vulneratus mente Dauid dicebat: *adhæſit anima mea poſt te.* eadem ſaucius Petrus clamabat: *Domine tu noſti quoniã diligo te.* & Paulus; *Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti?* & Eccleſia omnis caſta, *vulnerata charitate ego ſum.* Quo pacto CHRISTVS fuerit electa inter omnes & ſupra omnes ſagitta Patris, docet omnium accuratiſſimè Cyrillus. hîc S. Cyrillus. Non ſolùm verò CHRISTVM, ſed & omnes fideles CHRISTO ſagittas eſſe, nempe iacula ab ipſo CHRISTO vibrata, iacula non irrationalia, ſed rationalia, & videntia quem debeant configere & quem debeant penetrare, monet S. Chryſoſtomus in *cap.* 1. *Matth. hom.* 1. Præcipuè tamen tales ſunt, qui hoc nomine digni, prædicatores verbi diuini, quorum vtilis ſagitta ad configenda vitia ſalubri vulnere penetrans; conſcientiæ pœnâ malos configens, vitia & peccata ſanans; carbo purgans bonos, malos deuaſtans. Sic fere Hilarius Hilarius. *in Pſalm.* 119.

ADAG. DCCLXXXV In manibus ſuis deſcribere.

IBIDEM VERS. XVI.

In manibus ſuis deſcribere.

SENSVS eſt idẽ qui alterius adagij, *In manu ſignum*, &, *In manu ſigillum*, vide *ſup. Adag.* 86. ſignificatur enim fida & continua cura atque recordatio. Hebraicè eſt *in volis meis exarani*, Lxx. *depinxi*, Symmachus *firmaui*; Theodotion *efformaui*, Aquila *accuratè deſcripſi*, eadẽ ſententiâ. explicatur eo quod ſequitur, *& coram me es ſemper.* Eleganter accommodant S. Cyrillus ad clauos quibus crucifixus Dominus; & S. Ambroſius *Hexaem. lib. 6. cap. 5. & de interpellat. lib. 3. ca. 9.* ad imaginem Dei primo homini impreſſam; Procopius ad electorum nomina libro vitæ inſcripta, quorum obliuiſci non poteſt. Vſus noſter *deſcribendi* vocabulo, quoniam videbat ex ſequenti murorum mentione deſumi figuram ab architectorum conſuetudine, quam nobis Arias Montanus hoc loco graphicè admodum exhibuit. Notat ex Vitruuio ſummorum artificum præcipuum & vnicum ferè laborem eſſe, in areâ ſeu ichnographiâ deſcribendâ, nec opus eſſe, vt hanc probè concinnatã altera delineatio plenior, cui nomẽ orthographiâ, conſequatur. Artifici enim prior illa ſufficit, & breuiſſimo areę ſpatio deſignato, perinde atque ampliſſimâ & exactiſſimâ picturâ, rem totam intelligit, & mente cõplectitur; adeò vt vel ipſâ manus volâ hoc queat exhibere, & verò ſoleat nonnumquam. Ad perpetuã certè rei recordationem, & promptam inſpectionem, nulla tabula magis opportuna eſt, quàm vola manus; vt pote quam quis ſemper apud ſe habet, & iugiter, etiam dum aliud agit, poteſt intueri. Quare quæ præſentiſſima & notiſſima volumus indicare, dicimus *ad manum eſſe, ſub manu naſci, in manibus verſari, in manu habere*; & *noſſe ſicut*

Symmachus. Theodotion. Cyrillus. S. Ambro. Procopius Arias Mõtanus. Vitruuius

vn

Iuuenalis. Plato. Virgilius.

vngues digitósque, vt Iuuenalis *Sat.* 7. loquitur. Sic Plato. 4. *de republ.* οἱ ὸν ταῖς χερσὶν ἔχοντες dixit, *qui in manibus habent*, & Virgilius,

In manibus terra. —

ADAG. DCCLXXXVI Nunquid tolletur, &c.

IBIDEM VERS. XXIII.

Numquid tolletur à forti præda, & quod ablatum fuerit à robusto saluabitur?

QVOD veteres dicebant, *difficile Herculi clauã extorquere*, de re difficillimâ, id hoc loco adagialiter exprimit propheta, vbi hodie צדיק *tsadik, iustus*, legitur; videtur noster legisse עריץ *bhaaritz robustus*: vel, quia etiam Lxx. & Chaldæus fauent receptæ lectioni, dixerim illic iustum vocari per antiphrasim, eum qui quod malo titulo vsurpauit, se præscriptione, & ideo iustè possidere prætendit; qui si potens & robustus est, facilè repellit, iustè repetentes. Caue ne te fallat vir eruditus in *cap.* 10. *Ioann. vers.* 12. hunc fortem CHRISTVM esse significans. Omnino enim de Diabolo hæc dicũtur, de CHRISTO incipit agere ver. sequenti, vt docent S. Hieronymus, Cyrillus, Procopius hîc, Origenes *hom.* 7. *in Numer.* dicentes simile illi *Mar.* 3. 27. *Nemo potest vasa fortis ingressus domum diripere, nisi priùs fortem alliget.* Versu sequ. vbi hæc per antitheſim reperuntur, legitur עריץ *bhaaritz violenti seu robusti.*

Lxx Chaldæi

S. Hiero. Cyrillus. Procop. Origenes

ADAG. DCCLXXXVII. Facere facies vt petra durissima.

EX CAP. L VERS. VII.

Facies vt petra durissima.

CONstat significari constantiã. Nam Hebræis facies dicitur immutari, quando quis ex læto fit tristis: & *faciem* sumunt pro irâ vel mœrore in facie apparente. (vide *adag.* 183. *faciem mutata*, ex 1. *Reg.* 1. 18.) *Eadem* ergo *facies* idẽ est quod animus æquus, & immutabilis, quem iniuriæ aut aduersa nulla queunt domare. conueniũt omnes in explicatione sententiæ de versione vocis חלמיש *chalamis*: dissentit solus Fran. Forerius. Cùm Hieronymus, Lxx. Chaldæus, Ionathan, Onchelos, Ioseph Cæcus, Cammius & omnes alij Rabbini, item Pagninus, Clarius, Leo Iudas, Vatablus, Mercerus, & Nouatores quod sciam omnes conueniant significare silicem, saxum, petrámve durissimam, dissentit inquam solus Forerius, & ait se pro comperto habere significare *chalybem*. Vnde pro comperto? videte argumenta, quibus nostra versio, & Lxx. & Thargumæi, & omnes Hebraizantes ad vnum erroris conuincantur. Primum est, si Hebræam etymologiã spectes, videtur חלש à *domuit*, inserta per epenthesim מ deducta. *chalybs* autẽ domat omnia, vel pauca saltem reperias, quæ à chalybe non domentur. Secundò quia inter *chalybem* & *chalamis* est maior similitudo quàm inter *silicem* & *chalamis*. Tertiò quia Iob. 28. 9. dicitur *homo ad chalamis manũ suam extendere & subuertere à radicibus montes.* si *chalamis* non est *chalybs*, quomodo hæc facit homo, at chalybe & ferreo instrumento arrepto, quos montes non euertit? Quartò magna vtilitas ex hac significati veri obseruatione colligitur. Nam tunc intelliguntur loca Deuteronomij & Psalmorum quibus dicitur Deus eduxisse aquam aut oleum de chalybe; metaphoricè capienda iuxta hyperbolen, qua nihil aliud notetur, quàm vnde spe-

Eadem facies.

Fran Forerius. Hieron. Lxx. Chald. Ionathã. Onkelos. Ioseph Cæcus. Cammius Pagnin. Rabbini. Clarius. Leo Iudas Vatablus. Mercerus.

Chalybs. Chalamus.

rare nemo posſit, inde Dei beneficio & virtute illa fuisse producta in hominũ vtilitatem. Itẽ *chalybes* populos nõ indidisse nomẽ ipsi ferro; sed à *chalamis* Heb. ductum nomen ferri, & à ferri hoc nucleo, quod
Aristotel. *χόμμα* dictum Aristoteli, quasi os ferri, vocatos ipsos populos. Verũ hæc nimis leuia, quàm vt venerandæ antiquitati Lxx. interpretum & vulgatæ præponderent. Etymologiam illam (vt solet) à Furstero hæ-
Furster. retico accepit; qui tamen fatebatur per antiphrasim silicem sic vocari, quia ægrè domatur ob duritiẽ. Sed etymologiam ipsam vt alieniorem
Mercerus. Cornelius. refellunt Mercerus & Cornelius, & rectiùs deducunt à חלם *chalam condensare*. Secunda ratio similitudinis vocum, omnino momentum nullum habet. notissimum enim, quàm hæc inter voces diuersarum linguarum nihil persuadeat, cùm sint sæpè significationum dissimil-
Marinus Brixian⁹. limarum. Quare nec placet Marini Brixiani coniectura, qui in arcâ Noë iudicat חלמיש significare magnetẽ, quoniam Itali *Calamitã* vocant. quis enim credat in desertis Arabiæ rupes magnetum fuisse, de quibus aquę miraculo scaturierint?
Loc⁹ Iob. Tertio locus Iobi proponitur, sed malè interpretatus. nam de *chalamis* illic agitur, nõ vt de instrumento montium euertendorum, sed vt de materiâ quam humanus labor & industria domant, subigunt, & per-
Nicetas. fodiunt: vt illic Nicetas, & omnes interpretes acceperunt. Denique illa obseruatio de Chalybibus populis, quàm noua, tam inanis est, si *chalamisch* chalybem non significat; & hinc potiùs oritur corruptela sacræ Scripturæ, si noster inter-
Lxx. pres & Lxx. dicantur quinque locis perperam vertisse *Deutero.* 8. 15. *eduxit riuos de petra durissimâ.* & Deut. 32. 13. *oleumq; de petra durissima.* Iob. 28. 9. *ad silicem extendit manum suam*, scilicet vt eum conterat. *Psal.* 113. 8. *& rupem in fontes aquarum.* sequeretur hactenus non intellectum in Ecclesiâ miraculum illud Moysis: & allucinatos omnes fideles. Quæ quis ferat? Metaphora verò cum hyperbole & parœmialis locutio æquè conuenit silici ac chalybi; vtrumque sit, qui non videt. Pro ipsa quoque locutione notandum, in sacra Scriptura *Duram faciem* dici, quæ nulla re quam videat immutatur: quod indicium est animi omni affectu nouo vacui & inflexibilis. Potest hoc virtutis, potest esse vitij. Vitij, vt *Isai.* 48. *Scui enim quia dura es tu*, &c. Ezech. 2. *filij dura facie & indomabili corde*, σκληροπρόσωποι, hoc est, vt
Theodot. Theodoretus & alij exponunt *impudentes*. virtutis verò vt hic *v.* 7. vbi innuit se non vincendum, se non cessurum iniuriis. *Ezech.* 3. *Ecce dedi faciem tuam valentiorem*, &c. illis est *dura facies*, quæ nescit erubescere, aut mutari timore: sed tua facies erit multò durior nec vllo modo vel eorum impudentiâ, vel crudelitate tarderis, quin promptè & constanter illis omnia denuncies quæ iubebo. In malum Cicero
Cicero. *pro Quinctio, dixi mihi videri ore durissimo esse. & in Pisonem, sedes tuum ferreum.* Seneca; *Durus hîc vultus*
Seneca. *lacrymare nescit.*

Dura facies.

EX CAP. LI. VER. I.

ADAG. DCC LXXXVIII. Attendite ad Petrã vnde excisi estis & ad cauernã laci de qua præcisi estis.

ATTENDITE AD PETRAM VNDE EXCISI ESTIS ET AD CAVERNAM LACI DE QVA PRÆCISI ESTIS.

PAVLO aliter hæc Lxx. sed ita vt æquè mystico tamen sensu ambo ad CHRISTVM, literali ad Abraham & Saram pertineant. de illo sensu videndus Leo Castrius. de isto monitum Theodoreti notandum qui *ad c.* 2. *Danielis ver.* 14. de lapide abscisso à monte sine manibus.

Consuevit sæpè ortum præter naturam diuina Scriptura lapidis excisionem nuncupare. Esaias enim eam procreationem, quæ præter naturam Abraham concessa fuit, *inspicite* aiebat *in solidam petram ex qua excisi estis*, aspectu ad hunc locum: & quia siue CHRISTVS, siue Abraham *petra* vel *lapis* illic dicitur, id propter constantiam & robur animi in fide retinēda dicitur; ideò meritò ab historiâ Abrahæ & Saræ, qui cùm ille iam senio grauis & hæc comperto sterilis essent, tamen Isaac genuerunt, censemus inde deductum quasi adagium, vt quos vellent monere memores essent virtutis maiorum, & ne in rebus aduersis & difficilibus desperarent, sed Deo fiderent; tunc iuberent eos *ad petram & cisternam* vnde orti essent, adspicere, per hanc, maternam originem, per illam, paternam significantes. Prætermitto rationem similitudinis, quam ex Hebræis vocibus Rabbini hoc loco meditantur nimis carnaliter, minùs modestè. Quæ dixi ambo nobis indicauit B. Cyrillus dicens hæc exempli causa & ad spei confirmationem nobis proponi: & quidem duo exempla, petram solidam, & cisternam profundam quæ perforata est. *Quemadmodū enim difficillimum est*, inquit, *ex petra solidâ & immani lapides excindere, & puteum profundum exhaurire; eodem modo haud proclive est, imò impossibile, ex sene viro & sterili mulare nasci filium. Verùm hoc effectum est supra opinionem Deo annuente*, indicauit etiam S. Chrysost. *hom. in psalm.* 115. ostendens his verbis nos ad fidendum Dei promissis stimulari, & repetit *homil.* 11. *in c.* 3. *Matth.* Pro *cauernâ* laci LXX. βόθυνον, *foueam*; Symmachus διὰ τρυμαλίαν *foramen*, Aquila, ἐκκοπὴν *excisionem* verterunt, sensu non pugnantes. Sciendum enim illos stimulari ad fidem multiplicādæ Ecclesiæ exemplo Abrahami, qui cùm vetulus esset, tamen innumerabilium, qui ex ipso orti, factus Pater, sicut ex vna lapicidinâ innumeri lapides excinduntur; & exēplo Saræ, quæ cùm sterilis esset, tamen facta est mater multitudinis quæ stellis cæli & arenæ maris comparata, sicut ex perenni fonte scaturit aquæ immensa vis. Secundo notat Arias Montanus videri similitudinem petitam ex architecturâ. Nam præcipuam materiam ædificij esse lapides, & intritum siue cæmentum. Lapides ex lapicidinâ peti; cæmentum, quod olim luto constabat, ex fossâ excauatâ. Ex his duobus domum exsurgere, quo nomine in sacra Scriptura liberi seu familia denotantur, qui & ipsi *Benim* vocantur quasi *Abanim*, liberi quasi lapides. Sic ergo patrem petræ, matrem fossæ comparari. Quæso an fortè ad hūc Isaiæ locum Dominus respexit, quando dixit; *potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ, Matth.* 3. *v.* 9. *q. d.* Abrahamum lapicidinæ comparauit Isaias, vos huius lapicidinæ vos filios gloriamini: duritiâ quidem lapides estis, æquè ac isti quos cernitis. Sicut vos homines in lapides malitia vestrâ degenerastis: sic illi lapicidinæ meliores liberos Deus potest suppeditare, Abrahamo & Saræ similiores & gratiores quàm vos estis. Nam vos meritò non agnoscat filios, tam sibi dissimiles, *Ioa.* 8. 36. Certè etiam Græci & Latini (an ex Isaiâ verum dicente detorto mendacio) confinxerunt post diluuium iactis à Deucalione & Pyrrha post tergum lapidibus homines, durum genus, natos; legendus Ouid. *1. Metamorp.*

S. Cyrill⁹. Arias Mōtanus. Benim. Ouidius.

S. Chrysostomus.

ADAG. DCCLXXIX

IBIDEM VER. III.

Quasi hortus Domini.

QVASI HORTVS DOMINI. כְּגַן יְהוָה KEGAN IEHOVAH
LXX. ὡς παράδεισος κυρίου.
Sic etiam Chaldæus כגנפא דיי

Gen. 13. 10. Sicut paradisus Domini & sicut Aegypt⁹ veniendo in Segor.

ONnino simile adagio 17. *Sicut paradisus*: nisi quòd hîc magis exserrè indicatur de quo sermo sit, nempe de horto voluptatis Edem; sic Ezech. 8. 13. *in deliciis paradisi Dei fuisti* 31. 9. *Cedri non fuerunt altiores in paradiso Dei.* Item, *omnia ligna voluptatis quæ erāt in paradiso Dei.* & 36. 35. *Terra inculta facta est vt hortus voluptatis.* Ioël. 2. 3. *quasi hortus voluptatis terra coram eo*: Patet dici de quouis loco amœnissimo, & dici *hortum Domini*, quoniam à Deo creatus adeò pulcher & vber omni fructu solatióque, vt Deo solo dignus videretur. Sicut Gentilibus & Tertulliano de locis amœnissimis adagia sunt *Midæ roseti, Alcinoi pometum, Thessalica Tempe, Elysij campi, Daphne Antiochena, Alcinoi seu Phæacū horti*: Sic sacra Scriptura est paradisus vel hortus Dei, aut voluptatis: descriptionem paradisi Domini qui volet, petat è copioso & curioso tractatu Thomæ Maluendæ, quem *Paradisum voluptatis* inscripsit; quo, de hac re, nemo plura.

Midæ roseti. Alcinoi pometū. Thessalica tempe. Elysij cāpi. Daphne Antiochena. Alcinoi seu Phæacum horti.

Thomas Maluēda

Sed spero me nihilominùs (lector optime) non ingratum laborem subiturum, si quæ in quodlibeticis (vt vocant) olim anno 1589. Duaci Catuacorum publicè disserui, hîc tibi de Paradiso Domini transcripsero.

Disputatio de Paradiso terrestri.

QVÆSITVM à me tertio loco fuit: AN FVERIT ALIQVANDO, & VBI, & AN ADHVC SIT HORTVS AMOENISSIMVS, QVEM PER ANTONOMASIAM VOCANT PARADISVM?

De Paradiso.

Qua de re, quia temporis angustia non patitur, vt quæ possem dicere cuncta proferam (*Auditores*) æquitatis erit vestræ boni consulere, si tantùm, quæ minùs obuia commemorem, & in opinionibus referendis potiùs ac numerandis, quàm discutiendis & appendendis versetur oratio. A Græco παρὰ καὶ δίνω *paradisum* dici, vt irriguum significet locum, Suidas voluit; à Dei visione deducunt Archidiaconus & alij canonistæ in cap. omnibus. 24. q. 1. Guiliel. Lugdunensis *in 2. sent. d.* 17. Pelbartus in Rosario, & alij Scholastici. Hos falli cōstat, quia nec Latiū, nec Gręcia vocem istam peperit; Pollux Persicam arbitratur, cui Xenophon in Cyropædiâ fauet: Syriacam colligas ex Mose Barcephâ in opere Syro de Paradiso, vbi ait sic à Syris vocari locum multis pulcherrimísq; plantis ornatum, & virentibus arboribus nemorosum. Elias Germanus in Tisbi, vult ab Hebræo פרדס *pardes* cæteras gentes deduxisse. Huic plerique assentiuntur, & nomen quadratum autumant, vndelibet deductum fuerit. Syri ergo & Persæ ab Hebræis mutuati, ab istis rursus Græci; à Græcis Latini, & hinc Itali, Hispani, Galli, Germani. Quæ vocis conspiratio, quendam animorum consensum indicat, vt paradisum fuisse aliquem, nulla non gens, nulla nō natio fateatur, etiam quæ alia commentæ nomina. Siquidem (fides sit penes auctorem Andreā Treuetum in Cosmographia, de Ægypto) Chaldæi & Mesopotamij vocant *malkonta*; Nestoriani, *sabbay*; Iauij, Bengaliani, Burneani, *basa del-holan*, quasi locum dicas vitę beatæ: Abyssini Æthiopes

De etymologiâ nominis. Suidas.

Archidiaconus. Guil Lugdunēsis. Pelbart⁹.

Pollux li. 11. onom. Xenophō. Moses in li. de paradiso p. 1. ca. 16.

Elias Germanus in Tisbi.

Varia nomina.

Andreas Treuetus. Paradisi varia apud varios nomina.

thiopes, qui pretioso Ioanni parent, *mitredem.*

An fuerit corporeus paradisus.

Genesis initio legimus. *plantauerat autem Dominus Paradisum voluptatis à principio, in quo posuit hominem, quem formauerat.*] Ausus tamẽ Origenes *lib. 4. periarch.* fuit negare corporeum hunc locum, & omnia mysticè interpretari: quem secutus videtur Nicetas commenta. in Nazianzenum *orat. de natiuita.* Pſellus etiam explicans Chaldaica Zoroastris oracula; ad illud, *Quære paradisum:* & Philo Hebræus *lib. de opificio mundi:* & veterum hæreticorum nonnulli; & nostris etiam temporibus Fran. Georgius Venetus *in Harmon. Mundi, & in ploblemat. sacris.* Ego ab hoc delirio manum abstinebo, quod ex Dominicanâ familia Sixtus Senensis, *lib. 5. Bibliothe.* ex nostra Rob. Bellarminus *lib. de gratiâ* primi hominis validè refutarunt. Hoc est, vt cum Hieronymo loquar, imagines & vmbras in veritate quærendo, ipsam euertere veritatẽ. Ideo in hos sic inuehitur Epiphanius, vt illius authores væsanos vocet, Chrysostomus nuncupat fabulas, nugas, somnia: Theodoretus scribit eos derelinquere Spiritus sancti doctrinam, & somnia mentis suæ consectari. Denique magno consensu vt fidei rectæ aduersantem, Methodius, Hieronymus, Augustinus & Sophronius aduersantur, & Sophronij quidem epist. lecta fuit, probata fuit in VI. Synodo Constantinopolitanâ sub Agathone. Nolo cæteros referre qui sunt plurimi.

Origenes.

Nicetas. Pſellus.

Philo Hebræus.

Franc. Georgius Venetus.

Sixtus Senensis.

R. b. Bellarminus.

Hieronymus.

Epiphan. in anchorato.

Chrysost. in Genes.

Theodoret. qq. in Genes.

Methodius in Aglaphoẽte.

Hieronymus in c. 10 Daniel & epist. ad Pammachium.

Augustin. in her. 59.

Sophronius.

Nonnulli adeò vehementes fuere in contrariâ illa refellendâ, vt contenderint quæ de Paradiso sacra Scriptura tradit, nullâ ratione spiritualiter accipi posse; quos non audiendos censeo; sed cum DD. Augustino, Thomâ, & Antonino, tuendam pro fundamento historiæ veritatem, & illi sensus allegoricos superstruendos: atque ita ad terrestris paradisi similitudinem alium spiritualem animæ protoplasti exædificandum, in quo cuncta illi corporeo incorporea correspondeant. Quod olim aduersus Origenem magnus ille Dionysius Alexandrinus adstruxit referente Anastasio Niceno quæstionibus in sacram Scripturam & secuti sunt hærentes Papiæ, Irinæi, & Clementis vestigiis, Ephrem, Nazianzenus, Synaita, Damascenus, Bar-cephas, & Ambrosius ille nescio quis author commentarij Paulini, necnon S. Macarius *hom.* 37. & Marcus Heremita *lib. de paradiso & lege spirituali.* Quam sententiam ab Ecclesiâ approbatam scribit Dionysius Richelius Belga; & acriter defendit Petrus Cyruelus Celtiber *in paradoxis quæstionibus* eâ quæ est numero septima. Descripsere amœnitatem terrestris Paradisi Virgilianis versibus Proba Falconia, Romana Sappho; Homericis Eudocia Augusta, Iunioris Theodosij imp. vxor; Attica sed Christiana musa suis versibus elegantissimè Tertullianus, & Marius Victor, Alcimus Auitus, Fortunatianus; & prosâ oratione S. Basilius orat. de paradiso. Amœnitas tanta videtur abripuisse Philippum Bergomatem supplementi hist. auctorem vt sex nobis paradisos terrestres obtruderet; quasi sacra script. vno plures agnosceret, vel vnus Adamo non sufficeret, vel amœna in orbe loca sex tantùm memorentur. Vnus tantùm fuit de quo agimus, qui hortus voluptatis nũcuparus: sed vt solet mendaciorum esse fœcunda falsa religio, quæ diuinorum librorum veritas tradiderat, ea multis ac prodigiosis

Augustin.

de Gen. ad litt. Tho. 1. q. 102 Antonin tit. 1. cap. 1.

Origenes. Dionys. Alexandrinus. Anastasius. Synaita lib. 1 Hexam. Nazianzen. & Elias Cretensis in Apolog. Ambros. in 1. Cor. 13.

Bareephas c. 2. Chartusianus com. in Genes. art. 19.

Descriptio Paradisi. Proba Falconia Sappho. Eudocia Augusta. Tertul. li. de iudicio cap. 8. Marius in Genes. Alcimus lib. 1. de initio mũdi, Fortunat. de Phœnice. Sex paradisi à quo ficti. Vnus fuit verus, multi fictitij.

digiosis somniis primo Gentiles, Fortunatas insulas,& campos Elysios fingentes,inuc luerunt :deinde nugas auxerunt nugaciſſimi Rabbini; maximè in narratione de Iehosuá Ben-Leui; quæ à miseris leguntur & creduntur leuiſſimè plena futilitatis summæque stultitiæ, quorum ne tam pretiosæ merces prorsùs perirent, non exiguam partem Sebastianus Munsterus, fidei & ordinis religiosi apostata *Cosmographiæ lib.*1. propinauit: hos omnes tum Apuleij Milesiâ, & Samosatricis narrationibus videntur velle superare crassis figmentis Arabes,qui ex Alfurcano Machometis spurciſſimũ paradisum spe præceperunt;cuius breuem descriptionẽ Nicetas in Turcicis anathematiſmis exhibuit.

Munſter.

Apuleius.

Biblioth. Patrum. tom.5.

Videamus nunc quid de loco Adamiani Paradisi statuendum; quod vt iucunditate conditum maximâ, sic mirâ caligine abscondi-tum esse & offusum norunt qui literas norunt. Sunt,vel fuêre potiùs qui Paradisum supra terras, in cælis statuant, moti authoritate (vt putant) B.Pauli *Cor.*12.*verſ.*2. *&* 4. quia Corinthiis scripsit, se raptum in tertium cœlum, quod postea exponat,se raptum in paradisum.Verumtamen ex hoc Pauli loco id non probari patet, siue dicamus bis raptum siue semel. Si duplicem raptum, vnus fuerit in paradisum, alter in cœlum, & sic paradisus alius à cœlo, vt volunt cum Methodio Epiphanius, Barcephas, Sedulius, Oecumen. Theophyl. *in d. cap.* 12. Si semel raptum dicas, tunc in diuersa loca traductus dici posset, quorum vnum cœlum, alterum vocet paradisum, non quidem hunc terrestrem innuens,sed in cœlis locum aliquem; quæ sententia fuit Iustini Martyris, & S.Ambrosij, & eorum vtentis testimonio Anastasij Sinaitæ,*d.li.7. in Hexaëm:* necnon S. Augustini, D. Thomæ & Ambrosij alterius, qui per *cælum* summam claritatem, per *paradisum* iucundissimam suauitatem intelligunt. Nec satis adhuc constat quid *tertij cæli* nomine significetur. Sunt enim diuersæ valdè sententiæ: de quibus nunc non agimus:sufficiat sacrâ Script. ita de Paradiso Adami loqui, vt vix locus sit proteruiæ, negandi eum fuisse in orbe sublunari plantatum; quod cùm viderent Patres orthodoxi, conueniunt hæc floridissima Tempe in terræ gremio quærenda. Sic Iosephus *lib.*1.*Antiqui.*Sic Dionysius Alexandrinus teste Anastasio, sic Methodius teste Epiphanio, sic Nemesius,*lib.de naturâ hominis.* Sic Epiphanius, Basilius, Chrysostomus, Procopius, Græci; sic Augustinus,Tertullianus Marius,Gregorius, Iulianus Toletanus, Latini. Nunc age,

Vide S. Auguſt li. 12.de Gen.ad lit. interpret. ad d. c. Pauli 12. Claudian. Mamertũ li.1. de statu animæ, S.Thom. 2.2.q.175 ar.3.ad 4. Forerium ad Isai c. 40.v.22. Sed Terra. Anastaſ.

De loco paradiſi.

Dic quibus in terrîs?

Nũ cœlũ.

Hîc astus, hîc ambages; quot capita, tot coniectores, tot coniectanea. Non desunt, qui totum orbem nostrum terræ paradiso assignent, metatores sanè nimis quàm liberales,quorum prodigam largitionem tueri conantur multi, nec fines coarctari permittunt honorarij prætores, Italus vnus Ludouicus Nugarola; Hispani duo Franciſc.Gomara & Ioann. Pineda Franciſcanus; Belgæ tres Ludouicus Fidelis, Ioannes Nouiomagus, & Abraham Ortelius:non ero tam durus iudex quàm Ioseph. Angles, qui hæreticam asserit hanc sententiam; temerariam & absurdam esse non dubito; nisi in hoc tam lato paradiso,minorem plantêt alium, è quo in illum lariorem Adamus fuerit

q.24.Epiphan in anchora. Basil. ho. 1. Chryſ. hom. 13. Procop.in Gen.Aug. suprà alij mox citãdi

Nũ orbis totus.

Nugarola lib.de Nilo,Gomara tom. 1. Indiæ.Pineda li.2. Monarchiæ,Fidelis de mũdi structurâ lib. 4. Nouiomagus in Bedę de nat. rer.lib. 5. Ortelius in Tab Sacræ Geographiæ Angles in Eloribo.

Methodi⁹ apud Epiphanium hære. 64. Epiphanius in epiſt. ad Ioan Hieroſ. & in Anchora to Moſes Barc.d.c. 7.

fuerit expulsus; & qui ad Orientem situs. Nam latior ille ad omnes orbis plagas porrigeretur; fontem autem in minore ortum, dicant, postquam maiorem circumdederit, Oceanum vocari. Quæ omnia sunt à rectâ ratione aliena, nec sacræ Scripturæ verbis satis congruunt; vt nec ipsi Iosepho, cui non meritò id non nullus impegit. Iampridem tot antè sæculis hanc opinationem Dionysius Alexandrinus reprehenderat. Hugo verò de S. Victore licèt probabilem dicat, contrariam tamen communi patrum consensu astrui, seque malle sequi profitetur. Ambiuarius nostet Ioann. Goropius in Indoscythicis; vt salebras illas aliorum euitet, duplicem paradisum comminiscitur, Adami vnum minorem illum, nostrum alterum maiorem futurum fuisse, si non peccasset, orbem totum: quæ cùm authoritate & vetustate omni, rationum quoque pondere destituantur, tutius fuerit cum aliis Bececselanis in Morboniam relegare.

Dionysius Alex. Hugo de S. Victore. Ioann. Gorop.

Altiùs alij assurgunt, & terræ portionem fatentes quidam attollunt paradisi situm vt lunæ cornua attingat, in supremam regionem aëris transcribentes, vt Beda & Rabanus, Petri duo Lombardus, & Comestor, Abulensis, Palndanus, Richardus, & Durandus. Qui tamen nimis attollunt. Ideo S. Thomas, Guillielmus Parisiensis, Scotus, Scotorellus, & Perbertus & Ciruelus hæc censent hyperbolicè dicta. Cæteris quidem terris altiorem fuisse censuerunt Damascenus, S. Bonauentura, & Massæus, adeò vt eò vapores in aërem sublati nequeant ascendere. Ideo dixisse alios: ad orbem vsque Lunæ assurgere, quoniam luna vaporibus dominetur. Huic sententiæ multi accedunt. Filij Iurisconsultorum altissimis eum montibus vt nidulum affigunt, Albericus Rosatus *in dictionario iuris*, Baldus Perusinus *comment. in vsus feudorum*: & Chassanæus Burgundus *in catalogo gloriæ mundi*. Quid? quod Abdias Babylonicus inducit D. Matthæum asserentem vicinum esse cælo; vt puto, de aëre intelligentem: sed Abdias iste suppositititius & nullius fidei cẽsetur à Melchiore Cano *in locis theologicis*. Eandem sententiam Albertus Magnus *p. 2. tract. 13. q. 79.* tribuit S. Thom. Apostolo, sed ex apocryphis, Theophilus Antiochenus *lib. 2. ad Autolycum* vult fuisse inter cælum & terram nostram; non intelligas pensilem instar hortorum Assyriorum, sed insidentem montium cacuminibus. Tertull. etiam materiâ igneæ zonæ à notitia communis orbis separatum affirmat, *in Apologetico*. An ergo pars orbis nostri? si pars, locus in orbe nostro fuit assignandus. Si non pars orbis nostri, cuius alterius? si medius, iam non terrestris, nec cælestis.

Albericus Rosatus. Baldus Perusin. Chassan. Burgund. Abdias Babylonicus. Melchior Canus. Albertus Magnus. Theophilus Antiochenus. Tertull.

Idcirco visum aliis duplicem terram fingere, puriorem, tenuiorem & excellentiorem hac nostrâ matre, mediositam loco, hanc inter & cælum, in qua situs paradisus, quod fortè voluit Theophylus, & ex Philoxeni Mabugensis & aliorum fide narrat Bar-cephas, sed rationes eius tenuissimæ sunt, nec authores quos memorat inter se conueniũt. Nam S. Ephrem opinatur hunc nostrum quantus quãtus est, orbem habitabilẽ, oceano velut zonâ cingi: ipsũ deinde vastũ & belluosum Neptuni regnum, aliâ rursus terrâ ambiri in qua paradisus consitus & primi generis humani parẽtes habitarint. Segregem quidem paradisum ab orbis habitati continente fatentur alij, sed (ne putes ab illis Americam

Duplicis terræ confictio. Nec in alio mũdo vel aliâ terrâ. d. p. 1. c. 8. 9. 12. 13. & 14. Philoxen. Mabugẽs. Barceph. S. Ephre.

Nec supra terræ globum. Beda & Raban. in Gen. Mag. 2. d. 17. Comestor. li. 1. hi tchol. hist. c. 13. Abulẽs. in c. 2. Gene. q. 9. & ca. 12. q. 109. S. Tho. in 1. q. 102. Scotus & Scotorel. in 2. q. 17. Guill. de vniuerso tom. 1. Ciruelus paradoxo vlt. Perbertus in ver. Paradisus. Damasce. lib 2. fidei c. 11. Bonau. in 4. d. 45. Mass li. 1. Chron.

Columbus

significari, cũ Columbo apud Gomarã in Indicã historiã) iidem volunt vltra extimum mare nihil terrarum supereſſe, & paradiſum iutra Oceanum alicubi ſitum cenſent, ad quem propter montiũ inacceſſorũ iuga, & inuiarũ ſolitudinũ vaſtitatem, poſt Adamũ, nullus hominum ſe penetrarit. Si ab illis quæras quomodo paradiſo expulſi homines, qui ſeminiũ reliquorũ, in hunc orbem aduenerunt, ad plaſticã cõfugiunt, fingentes eos cùm eſſent ſtaturæ proceriſſimæ pedibus mare vadoſum ſuperaſſe, & in Iudæã primã ſedem fixiſſe, quod aiunt proditũ ab Athanaſio, Cyrillo, & Iacobo Orthoitã. Rurſus quidã cum B Ephrem malũt Adamũ cum coniuge ſeptis paradiſi exturbatũ, in reliquã telluris alterius partẽ vixiſſe; donec propter poſterorũ eius improbitatem, aquarum eluuione mundus obrueretur. Tũc Noëmum arcã in hunc orbem noſtrũ fuiſſe delatum, qui tempus ad id vacuus & incultus iacuerat. Nihil fingo: memorat iſta Bar-cephas & in Ephremi ſententiã propendet. Nõ ego, quoniã vniuerſa illa de terrã aliã narratio mihi redolet fabulas Aſiaticas, quarum Oriens sẽper fuit feraciſſimus. Procopius tamen ſuſpicatur hortũ hũc ab orbe noſtro fuiſſe quàm lõgiſſimè diſſitum: ſed fortè, ſicut ſolent alij, orbẽ pro continente vſurpauit. Nec enim Chriſtiani alium à Deo mundũ conditũ fatentur, & plures ſtatuere dignum Democrito, à fide noſtra alienũ. Oceano quoq; cingi potiùs terram, quàm illum circũdare doctiſſimi quique profitentur.

Athanaſ. Cyrillus. Iacobus Orthoita.

Procop.

Oceano cingi terram non hunc ab illa.

Statuendus itaque in orbe noſtro paradiſus. Quo ſub cardine? an ſub Arcto, & vrſę glacialis ſydere? citat Teuetus quendã hoc volentẽ, quẽ ſuſpicor Guilh. Poſtellum, motus quòd arbores illic plurimæ, maximæ & perpetuò frõdentes. Fabula. huic impoſuit de lõgã & felici Hyperboreorum vitã, quam Mela, Plinius, & Solinus celebrarũt: Ridiculi, qui ver ſub Arcto quæſiuere, alia cũcta dicturi, ſi Zephyros illos Boreales nudo tergore excepiſſent. Idem dixero de alus qui in Aſiaticã Sarmatiã collocant quos meritò Ciruelus d.q.7. exploſit.

Eſt in orbe noſtro locus.

Non ſub arcto.

Teuetus.

Guil Poſtellus.

Hyperborei.

Mela lib. 2. Plin li. 4. Solinus. cap. 26.

An ergo in Fortunatis inſulis vel cãpis Elyſiis: ſcio cæcum poëtarum principẽ Odyſſ. δ. ſuũ illic ponere Ἠλύσιον πεδίον καὶ πείρατα γαίης *Elyſiũ campũ & sũmas telluris oras*. & ibi Rhadamãto ſceptrũ tribuere; & Elyſij nomen interpretes deducere, quia corpora illic ἄλυτα *incorrupta* permaneãt. Mitto Goropiũ. Naziãzeno potiùs crediderim Græcos ex Moſaicis literis paradiſi notitiã aliquam hauſiſſe, & Elyſiũ vocaſſe, & nudã veritatem multis mendaciorum integumentis veſtiſſe. Quare non eſt audiendus Cælius Rhodiginus *li. 1. am. lect.* qui conatur Platoni & Arriano cognitũ Paradiſum oſtẽdere; nec Chaſſanæo præbenda fides qui poſt Laziardũ exiſtimat Ouid. *l. 1. Me.* de Adami paradiſo locutũ. Reiiciẽdi etiã Bald. & Alberic. Iuriſc. qui quæ de Nili catadupis referuntur, huic horto accõmodarũt. Pergo ad alios; in Lybiã ſtatuit Suidas ſui immemor: & montẽ Põpon. Mela nobis illic altiſſimũ deſcribit (cui nomẽ θεῶν ὄχημα, *Deorũ vehiculũ* qui mũdi deſcriptionẽ nobis ob oculos in topograph. tabulis proponũt, ſic appellãt.) & air, eũ montẽ perpetuis ignibus flagrare. & vltra eũ virentes lõgo colles eſſe tractu, & cãpos amœniſſimos. videãtur alicui fulgurationes illæ flãmæq; ad verſatilẽ Cherubini gladiũ pertinere, & cõfirmaret ex Hãnonis nauigatione apud Arrianũ *extremo libro rerũ Indicarũ*. Sed ſi flammæ aditum impe

Nec in fortunatis inſulis aut Elyſiis.

Orat. in laudem Baſilij Goropius. Nazianz.

Cælius Rhodig. Plato. Arrianus. Chaſſanæ.

Ouidius. Baldus. Alberic. Lazar in epiſt. huũ. vniuerſalis cap. 5. Locis citatis. Suidas. Pompon. Mela.

Nec in Lybia.

Hannonis nauigatio.

impedi:ũt,quis vidit amœnitatẽ vl-
teriorẽ:si quis vidit, & eò penetra-
uit,vbi flãmea & versatilis rõphæa,
De Cherubim & gladio Theodor. Procop. Vide Six. Senens. li.5 bibl. anno 8 Dionysius Areopag. Athanas. Chrysost. Ambros. Augustin.
nã(obiter dixerim)quæ de Cherubim *Gen.3.*tradita diuersis sentẽtiis obscuratur:nã Theodorus,Theodoretus,& Procopius spectrũ& ἔγαλμα terribile, nõ Angelũ verũ fuisse existimant, sed id Dionysius Areopagita,Athanas.Chrysost. Ambrosius, August.& alij Patres, vt errationẽ,& apertã vanitatem refellũt; & cõsequenter etiã Rabbinos, qui laruas & figuras interpretantur.His inquam contemptis,sequẽdos opinor cum Bar-cephâ nostros, qui Cherubin volũt cælestium spiritũ aliquos fuisse, qui vibrantes atque coruscantes igneam lanceã vel gladium,à paradisi aditu arceãt,laudat
Barcephas. Iacobus Sarugẽsis.
Barcephas authorẽ Iacob. Sarugẽsem.Tamen nonnulli hũc gladium interpretantur ignẽ ibi à Deo positum,vt Scholastica historia,& quidẽ expiatoriũ, vt Ambrosius *in Ps.* 118.alij zonam torridã,vt cum Ambros. Tertull. Lanseniur.
Tertulliano Dom.Lanſenius;alij murũ igneum vsque ad cælum eleuatum vt Honorius Augustodunensis, & author Chronici chronicorum;alij efficacissimã & tremendam Angeli potestatẽ,vt Dionysius Carthusia. vt opinor micantium & celeriter rotatorum gladiorũ specie visibili
Eugubin.
significatam,quæ Barcephæ,Eugubini & aliorum sententia est. Nam fulmen illud trisulcum Iouis, quo
Goropius.
Goropius ad explicationem flammei gladij abutitur,minimè placet. Sancta sanctè, non fabulosè cum gnosticis tractanda sunt.

Melius ergo cæteri & rectius inuestigãt,qui versus orientẽ tendũt: quorum plures sententiæ sunt præcipuæ probabilitatis.vna ponẽtium
Nõ in Palæstina.
Paradisum in Palæstinâ prope Segor, vbi Sodomorum cineres, qui coguntur fateri illud interisse, alia astruit in Syriæ Damasco fuisse; alia in Arabiâ Fœlici;alia in Mesopotamiâ;qui omnes ad orientẽ tendũt; vt & illi qui statuunt sub æquinoctiali circulo,quæ fuit Philostorgij hæretici sententia apud Nicephorũ *li.9.hist.Eccl.c.19.*& multorũ Theologorum Catholicorum : qui vellẽ explicasset in Asia,an in Africâ locarint. Quantum ex plurimorum scriptis colligo in Asiam optimo iure propẽdent:quod mihi quidẽ indubitatum videtur;vt & illud non vnã aliquam regionem,sed multas, & fortè aliquot climata suo ambitu fuisse complexũ,vt rectè Theodorus Mopsuestenus, Procopius,Barcephas,Guilliel.Parisiensis,& Fran. Nicolaus Bonetus tradiderunt.

Philostorgius Nicepho.

Theodor. Mopsuest. Procop. Barceph. Guilielm. Parisiens. Nicolaus Bonetus.

Ideo sentẽtias quæ certum aliquẽ locum,vt Syriam Mesopotamiam, Ceilanã,& similes assignant,ita interpretor, vt vicinas quoq; cõprehendãt;non quidem illas quæ versus Palæstinam tendũt,hoc est Mesopotamiæ sunt occidentales; sed quæ versus Indiam porriguntur. Ideo cùm de Mesopotamia id censuerint nõ sine optimis fundamentis, Annius,Steuchus; Vatabl⁹,Clarius, Genebrardus & Pererius noster, vt mittam cæteros ; non difficulter illis accedo:Ita tamen vt alteram de India,non repudiem.

Annius in Berosi. Steuchus. Oleast. Vatablus. Clarius, Perer.in Genes.Genebrar. in chronographia.

Deducitur hæc sentẽtia ex verbis sacræ Scripturæ si sequamur versionem Lxx.*Gen.*2. vbi S. Hieron. Aquilæ Symmacho & Theodotioni credẽs,illud גן-בעדן מקדם *gã-behedẽ mickedem*,explicat *paradisũ voluptatis à principio* ; eò quòd *hheden* aliquando voluptatem,& *mikedem* incipium temporis significet : quare Græci aliquando verterunt παράδεισον ἐν τῇ τρυφῇ aliquando παράδεισον ἐν Ἐδὲμ verterunt;& Paraphr. Chaldæus illo modo videtur accepisse , vt & Iudæi qui paradisum

S.Hieron. Aquila. Symmachus. Theodot.

Ante mare & terras, & quod tegit omnia cælum,

Paradisũ ante ômia conditum qui velint

volunt conditũ: nihilominus quia Iudaica ista opinio prorsus falsa est, à qua tamen fieri potest vt nec Chaldęus, nec Aquila, nec Symmachus, nec Theodotio abhorruerint, ideo nõ dubito, rectè quidem vertisse & sensisse D. Hieron. sed à versione Lxx. non diuertisse & illud *principiũ* nõ ad ordinem temporis, sed ad situ loci referẽdum, vt sit idẽ quo ad initiũ orbis, hoc est ad plagã Orientalẽ, vnde dies orbi cœpit lucescere. Sic enim secuti ipsos Lxx. summâ cõcordiâ veteres acceperũt

Nostra versio explicata.

Lxx.

Iosephus. Irenæus. Theophi. Tertullia. Cyprian. Nouatian. Lactant. Mosis Petri filius. Procopius Gazæus.

ἐν Ἐδὲμ κατ' ἀνατολάς. Hoc tradũt Ioseph. *li.1.ant.* Irenæus *li.5.c.5.* Theophilus *d.l.2.* Tertul. *li.de ind. Domini c.8.* Cypria *in Ge.c.2.* Nouatianus *l.de Trini.c.8.* Lactantius *l.2.inst.c.12.* Moses Petri filius suprà & Procopius Gazæus *in Gen.* Omnes volunt Eden locũ esse ad Orientem. Quod apertè sacra Scriptura docet, nam filios Edẽ dicit fuisse in Thelasar 4. *Reg.19.12.* & Isa.37.12. Thelasar verò est regio Syriæ. ibid. filij Eden cum Gozã & Haran cõiunguntur. Harã in Chaldæâ fuit, vnde Abrahã egressus: prope Chaldæã igitur Edẽ. Cõfirmat Ezechi. 25.5. scribens regem Tyri in horto Domini in Edẽ fuisse, haut dubiè alludẽs ad Adami prosperitatem: & nationes commemorans, quæ Hierosol. merces adducebant refert *Harani & Edẽ.c.27.23.* Harã autem sunt Charræ Mesopotamiæ, seu Assyriæ. Si dicas *Edẽ* appellatiuũ esse nomẽ, omnibus Hebræis & Græcis & Latinis ferè cunctis Patribus cõtradicis, & verò locis sacræ Script. citatis. Nec te iuuat quòd interpretes aliquãdo reddãt *locũ voluptatis*; id enim faciũt tãtùm vt significationem nominis nos doceant. Sanè id mihi persuadeo quoque de loco Amos 1.*v.*5, vbi nostер *domum voluptatis* de hoc ipso Eden Syriæ, quod cum Lxx. vertant *viros Charran*: saltem ostendunt se de loco certo non procul à Charris accepisse, aliam lectionem secutos, fortè *beni ehharan* בני עדן pro *beth-hheden* בית-עדן. Si verò dicas Eden duplex esse vnam illam Assyriæ, & aliam quæ Paradisum voluptatis significabat, quod nouatores & hæretici multi dixerunt: dices aliquid quod euasioni subseruiat: sed dices, quod, quia nouitiũ commentum, nisi probes, eadem facilitate reiicietur. Nam Massoretarum puncta non moror, & pro Iudæorum quisquiliis habeo; quæ nec Hieronymus secutus, nec Lxx agnouerunt. Scripserint Massoretæ עדן paradisi, cum quinque punctis; scripserint עדן Assyrij cum sex: an ergo indubitatè illorum debet pũctis fides adhiberi? Næ magnum periculum immineat & certa pernicies nostræ versioni, si ad Massoræ censuram & puncta censeatur. Sit illa Iudæis & Iudaizantibus in magno pretio. Habeantur doctissimi quibus libebit. *Odi Danaos & dona ferentes.*

Lxx.

Massoret.

עדן

עדן

Verùm esto duplex Eden: adhuc asserо Assyrium, ab ipso paradiso nuncupatum, nec lõgè ab illo istud abfuisse. Ne putes Eden in Eden nos ponere. Scimus Cain à facie Domini profugum habitasse ad Orientalem plagam Eden *Gen.* 4. 13. hoc est quæ à Iudæa versus Eden erat Orientalis, non quidem propinquior Orienti quàm ipse paradisus aut Orientalis respectu ipsius paradisi; sed Orientalis vt dixi Palæstinæ, & fortassis etiam loco vbi Adam expulsus degebat. non enim longè à paradiso discessisse Cainum arbitror, sed in Syriâ superiore habitasse; quoniam Beroso teste ad Libani radices vrbem Cahnoh

Berosus.

ædifi

ędificauit. Et ex Palęstina vel Chaldæâ genus hominum propagatum atque disseminatum saltem post diluuium constat. Adamus enim in Palæstinâ mortuus, nec longè à paradiso vnde pulsus habitauit, si credimus grauissimis Patribus Ephremo, Epiphanio, Cyrillo, Chrysostomo, Theodoreto, Eusebio; & insinuatur Genes. 3. 24. nam cum legimus Cherubinos ibi positos arcēdo Adamo; facilè colligimus Adamum ibi consedisse, vbi illi oppositi fuerūt: fieri potest, vt postea in Iudæam profectus sit, ibíq; decesserit. Nec etiam credendus longè à paradiso creatus ex terrâ rubeâ *Adamah*, qualis Syriæ gleba creditur. Sunt & alia quæ hanc opinionem probabilem faciunt: quib. etsi responderi queat, non aliud tamen inde sequitur, quàm non esse certam sententiam.

Ephrem apud Barcepham, Cyrill catech. 2. Chrysost. in Genes. hom. 18 Theodor. q. 40. Eusebius. in caten. Epiphan. hæres. 46.

Vt nec certa est eorum, qui paradisum in Indiâ statuunt: quorum dicta non præteribo. Quidam volunt Paradisum fuisse in Taprobana plantatum, siue illæ sit hodie Sumatra, siue (quod verius) insula Ceilan; vbi adhuc locus superst, quem Adami Paradisum vocent, vt referunt Vartomanus & Ananias. Sed quæ referunt, nituntur fide Saracenorum, & Arabum. & sunt apertè de loco pœnitentiæ Adami & sepulturæ; quæ aliena à Paradiso, vt & quæ de illo monte narrāt Osorius & Maffeius. Alij in aliâ quapiam insulâ sub torridâ zonâ, vt sunt Moluxæ, Philippinæ Borneo, & aliæ quas amœnissimas cōstat. sic ad insulas nos relegant Æneas Siluius, & Tostatus, & Martinengus *in glossa Magna Genes.* 1. Alij reuocant in continentem prope Camboiam & Sinas, alij ad Malacam siue aureum Chersonesum,

Vartoma lib. 6. c. 4. Ananias in fabrica mundi.

Osorius. Maffeius.

Silsius c. 5. descrip. Asiæ Tostat. in Genes. 13 q. 91. Martinēgus.

alij cum Goropio nostro, quasi fuissent ingressi, definiunt centesimum trigesimum quintum gradū longitudinis in Indoscythia inter Indum & Gangem prope Acesinē fluuium, eo loco quo Huroti celebri amni coniungitur. quo fundamento? de Indica ficu, foliis, vt Scuto Telamoniadæ freti Prudentiùs alij ponunt sub zona temperatâ, in loco aliquo citra cancri Tropicum in tractu aliquo intra spacium, quod est vltra sinum Persicū ab Indiâ vsque ad vltimum vltra Sinas Orientem; nec tamē certum locum definiri posse fatentur. His omnibus communia quædam: Paradisum ad Orientem plantatum, & ideo Christianos orantes ad Orientem se cōuertere solitos. Quæ pro certis habemus: non illud Orientē respectu totius orbis, de parte eius maximè Orientali sumendū. Vt largiar aliquādo sic in sacra Scriptura Orientem sumi; sæpiùs tamē constat sumi respectu loci vbi creatus Adamus, & ipsius Iudææ. si sæpius; cur hoc loco de quo disseritur, potiùs quod adeò rarum, quā quod ferè perpetuū admittamus? cur nō possit dici Athanasium Nicenum *q.* 47. omnem terram, more sacræ Scripturæ de Iudææ siue Palæstinâ posuisse? fertiles & amœnæ sunt ibi regiones: an magis quā Damascena? Poëtæ Ecclesiastici aiunt primo in Oriente, primi solis lumina recipere: sed poëticè tātùm ad Orientalem plagam, non ad Geometricam decempedam attēdunt. Allusio ex Eden ad Indiam leuicula est: cùm alibi India literis aliis הודו *hodu* vocetur. Fabella quā narrat de Bengalensi nauigatione per Gangē Ioan. Gundizaluus Milesijs adnumeranda. Vera sit; potuit echineis nauem detinuisse, aut alia

Athanas. Nicenus.

Itinerario noui orbis c. 18.

quæpiam vis occulta.

Cernitis nihilo certiora Indicoplastas istos adducere, quàm faciãt Mesopotamiani: nec aliud constare, quàm in plagâ Orientali conditum Paradisum: illud quoque latitudinem eius maximam fuisse, vt rectè S. Augustinus, Anastasius, Sinaita & Barcephas colligũt de magnitudine & separatione quatuor fluminum ibi vno ex fronte natorum: maximè quia si Adam non peccasset, licèt non omnes, magna tamen hominum portio in eo habitatura fuit, vt rectè Barceph. *cap.* 24. & Catarinus *in Genes.* censuerunt.

Augustin. lib. 8. de Genes. c. 10. Anastasi⁹. lib. 9 in Hexam. Barce p. 1. sup. c 15. Catarinus

Manent difficultates duæ grauissimæ, sed vtrique sententiæ cõmunes, vna de fluminum quatuor initiis distantissimis, altera de horti istius duratione. Prior non tam de Tigri & Euphrate, imò nec de Gange vrget, si dicamus à Mesopotamia ad Indoscythiam vsque spacia Paradisi protensa fuisse; quod non est inuerisimile, & duas illas sententias coniungit: nec video vnde possit efficaciter refelli: sed de Nilo negotium facessit cùm interiectum mare, tum fluxus contrarius. nam Ganges, Tigris, Euphrates versus Austrum fluunt: solus ab Austro ad Arctum Nilus; quo igitur pacto ex vno cum tribus illis fonte natus? hîc me fateor & hærere, & caligare, & ignorare. Nisi si fateamur primum fluminum decursum violenta totius orbis eluuione commutatum, qua fons etiã iste, caput quatuor amnium, sit occultatus, colles in plana depressi planicies in iuga montium extuberarint, mediterraneæ oræ fluctibus interciæ, dissita continuata, nouæ insulæ emerserint, & aliæ remotissimæ cõtinenti coaluerint. Vel etiã

Difficultates duæ.

citra vllam eluuionem iam ab initio in paradiso quidem fons ipse manarit, statim verò ab egressu in margine terrã subiens: postea in tã diuersis locis eruperint quatuor illa fluminum capita. Frustrà igitur & proteruiter hunc fontem indagari, sub Oceani fundo, vel imâ in tellure reconditum; qui cùm ibi aliquãdiu latuit, iterum tãdem per occultos meatus (Dei iussu) dilabens in illa, quæ tam remotis regionibus feruntur flumina festinus erũpit, vt DD. Augustin⁹. Theod. Aquinas & Honorius profitentur; rectè addẽtes id nec insolens nec ignotum de quibusdam aquarum scaturiginib. esse. Nostis opinor nobilem fluuiũ Elidis Alpheum: hunc in Pelopõneso natum, per mare sub terram labi, & in Siciliâ miscerì Arethusæ, tam historici, quàm poëtæ tradiderunt. De Erasino Græciæ; Lyco, & Tigri Asiæ, de Ægypti Nilo (qui negotiũ hîc facessit) poëtæ & Geographi idipsum cõtestantur. de Liguriæ quodam flumine Aristoteles *in Meteoris*, quem puto vicinę Iberiæ Anâ, cui id accidere notissimũ, accepisse. Pausanias *in Corinth.* scribit famâ obtinuisse Nilum ex Euphrate natum, & in paludem diu demersum. tandem in penitissimâ Æthiopiâ emergere, & Nilum fieri. Solinus inter Nilum & Euphratem magnam affinitatem & naturæ similitudinem agnoscit. Ganges denique Plinio authore Nilo persimilis est, quoniam incomperto vterque capite, vicina eodem inundat arua & fœcũdat modo. Quid multa? verè Moses Barcephas, ea quæ à nobis fieri non posse existimantur, facilia esse Deo. nónne potuit Nilum in orbem sub Indico mari circumuoluere, & sursum versum quasi in circulũ rursum reflectere? potuit

Theodor. q. 29. in Gen. Aug. lib. 8. de Genes ad lit. D. Th. 1. p. q. 102. Honor. li. de imag. mundi.

De Alph. dixi ad uers. in Senecam de aliis Lucã. li. 3. Plin. l. 2. c. 101. & Hortel. in descri. Aegypti. Aristotel. Pausanias

Solinus.

Plinius.

Moses Barcephas.

cuit dices feciſſe Philoſtorgius aſſerit ex Theophilo apud Nicephorũ *lib. 9. hiſtor. Eccleſ. cap. 19.* quod & Mela *lib. 1. cap. 9.* inſinuauit. Eat nũc Pet. Ciruelus & contendat gratis fingi fluuios terram ſubeuntes: cũ tam locupletibus teſtibus videtis commprobatum. Mirum non noſſe Guadianũ Serenę paſcuis leucatum aliquot ſpaciis conſtratum. ſi nouerat, cur minùs poſſint alij alibi amnes? Quid ille autem veriſimilius producit? vult in Palæſtinæ Pentapoli prope Iordanem Paradiſum exſtitiſſe. Quomodo quatuor fons fluminum ex paradiſo: cùm nullum perſpicuo fonte ex Paleſtinâ decurrat?

Philoſtorgius. Theophilus. Nicephorus. Mela. Pet. Ciruelus.

Dicam paucis, eâ tamen lege, ne de hoc portentoſo commẽto graniſſimi viri doctrinam aut prudentiam, vel acumen æſtimetis. Nominalium addictus ſectæ; quorum nonnulla ſcita accuta nonnulli nimis acuta & tenuia; de horum armamentario gladium petiit, vt hunc nodum diſſecaret, quem ſolnere nequibat. Primò quod legitur *Gene. 2. Fluuius egrediebatur de loco voluptatis*, Iordanem Iudææ vult indicari: Secundò quod ſequitur, *qui diuiditur in quatuor capita*, ad voces nudas detorquet. Nam vult vocem *fluuius*. quæ ſubauditur, capi materialiter pro ipſo nomine, & verbum *diuidebatur*, non phyſicè, ſed logicè interpretãdum, vt ſignificet diuiſionem generis in ſuas differentias ſiue ſpecies, ad hunc ſenſum, hoc nomen *fluuius*, cùm ſit genus valdè commune, diuidi poteſt in multas ſpecies fluuiorum, ſed earum quatuor (ſic loquitur) ſunt principaliſſimæ, quæ etiam dicuntur capita ſeu capitales ſpecies, Phiſon, Gihon, Tigris, & Euphrates.] Quia verò videbat hunc interpretandi modum violentum eſſe & minimè veriſimilem, ſubdit loquendi modum huiuſmodi Rhetoribus & Grammaticis eſſe frequentiſſimum qui ſæpè tranſeant à rebus ad vocabula & à vocabulis ad res. Exſpectatis fortè exemplis? nullum profert niſi rancidos cuinſdam Alexandri (dignum illo æuo patellæ operculum) verſus vt ipſemet profitetur, *nouellis clericulis* ſcriptos, ex capite de conſtructione iſtos;

Alexand.

Pro ſolâ voce ſupponit ſæpè relatum,
Quamuis præcedens ſupponat ſignificando.
Dat Deus aureolam, *quod nomen habetur ab auro.*
Eſtq; relatiuus præcedens materialis.
Eſt nomen Equiria, *placet nobis illa videre;*

Nobis verò nugas tales audire, nõ admodum: neq; *aureola* tali dicto debetur. Ergo iam Euphrates fluuij ſpecies; quæro quæ habeat indiuidua? qui iſti, hic Euphrates, & ille Euphrates, & deinceps etiam nomine tenùs? egrediebatur non nomen, ſed ipſe amnis ex paradiſo; ſed nomen quod non egreſſum poſtea diuidebatur. cura videlicet Moyſi fuit, nominum ſpecies nobis indicare: aut id ad rem attinebat. poterat ergo pari iure Rhenum, Padum, Rhodanum, Tagum, & ſimiles amnes nominare, quibus re nihil commune cum paradiſo. Ineptus, ſi verbum addidero contra haſce afanias & offucias.

Reſtat videamus an ſuperſit, an interierit hîc deliciarum hortus; Deletum diluuio voluit Patrum memoriâ Auguſtinus, Steuchus & ſaltem quo ad ornatũ atque amœnitatem multos nactus fuit noſtris temporibus ſequaces, Ianſenium, Pererium, Maldonatum, & alios.

Iaco. Nuclantus in Medulla. Steucus. in Coſmo. Ianſen. in concord. Perer.

Phiſon. Gihon. Tigris. Euphrates.

Stoma

Stomachosè & acerbè in hanc sententiam Catarinus inuehitur, indulgens bili: modestiùs eam impugnant Sixtus Senensis, Bellarminus, & Valentia, & videtur multis eruditis huius æui satis probabilis. Quàm probabilis sit nescio, vt totum periisse credam, ne quo ad ornatum quidem, nondum inducor. tribuitur Chrysostomo: sed vel fallor, vel tantùm voluit inundatione illâ totius orbis, iter nobis ad Paradisum fuisse præclusum, & ipsi quoque Noëmo ignotum fieri cœpisse: sicque Paradisum hominibus ereptum, non interitu loci, sed memoria & notitia itineris sitúsque in tercœpta. Sanè DD. Augustinus & Thomas eum à cognitione humanâ remotissimum affirmant, & S. Gregorius Magnus secretam terræ partem vocat. supereſſe ergo volunt. Sanè non sine temeritate, tam consentanea rationi & Scripturæ tradentium cunctorum (quod sciã) Patrum & Scholasticorũ, & quidẽ argumentis nõ grauissimis, authoritati contraria sentiri, prorsùs existimo. Scio quid & qui ex nostris dissentiant; Pererius scilicet Viegas, Maldonat. Saa. sed scio rursùs, qui & quales Patribus consentiant. nẽpe Bellarm. Valent. Costa, Ribera, Tyræus, Enriques. Non mirum ingenia dissentire. accidit hoc in rebus quæ nec ad fidem, nec ad bonos mores spectant, in omnib. religiosis familiis, etiã in eâ quæ grauitate, pietate & eruditione conspicua semper fuit Dominicanorum. vt mittam cętera, Paradisum conuellunt Iacob. Naclantus, Hieronymus, Oleaster, Guilhelm. Hamerus; ex aduerso fouent Catarinus, Senensis, Bannes. Permanere id cõsentaneum rationi & sacræ Scripturæ mox probabo, vbi priùs cuneos aduersariorũ perrupero: videre quàm non magno molimine.

Producunt è Sacris libris aquas diluuij, omnes qui sub cœlo montes erant quindecim cubitorum altitudine cooperuisse *Genes. 7. à v.* 18. Non premunt. quid enim si negem aquas diluuij in paradisum se penetrasse, vt multi cum Lactantio censuerunt? quid si dicã penetrasse, non tamen destruxisse? non potuerunt vno anno arbores sub aquis seruari, vt perpetuò seruari traduntur in fundo rubri maris & totius Indici Oceani. si negat, non Plinius modò, sed & sacram Scripturam auctorem dabo, *Sap. 19. v. 7.* illic in profundo syluę germinant, nõ potuissent sub aquis durare arbor ilbor illa vitæ, & similes vt sic dicam immortales? Cur negas locum illũ ab aquis immunem? an manus Domini hìc abbreuiata? non potuit, aut noluit? illud non dices, nam ἀθεον foret. nec istud ęquum est, me credere. cur noluit, qui Enoch seruatum voluit? non vellet simul locum, in quo ille, cum Enocho seruare? si non in Paradiso tum erat, vbi fuit? sine miraculo non potuit in terris nisi in arca: sed in eâ tantùm octo animæ seruatæ, quarum è numero non fuit Enoch. cur magis repugnet sacræ Scripturæ eximiam fuisse hanc vnam terræ portionem; quàm repugnet vnam Enochi personam numero pereuntium extra arcam subtractam? Sed quo pacto (quærunt) Deus eum locum eripuit? ipsi mihi qui tam sedulò & curiosè in Dei consilia inquirunt, respondeant velim, *Quis nouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit?* Voluisse Deum Patres orthodoxi volunt, quos postea laudabo: Noluisse doceant ex sacra Scriptura. Facimus (inquiunt.) Illa *Gen. 6. & 7.*

Catarin. in Genes. Maldona in Euang. & de opere 6 dier. Viegas in Apoc. Sixtus in Bibliothec. lib. 5 Bellarm. Valentia. Chrysost

Aquas diluuij in Paradisũ Penetrasse negantes. Tolletus. Bellarm. Caietan. Lactantius.

Plin. li. 15. cap 25.

Augustin. Thomas Gregor. Magnus.

Bellarm Valent. Costa. Ribera. Tyræus. Enriques.

Iacob. Naclantus Hieron. Oleaster. Guilliel. Hamerus. Catarinus Senensis. Bannes.

& 7. manifestissimis verbis indicat, Deum authorem Noëmo fuisse arcæ constructendæ, vt illi octo homines, & animalia reliqua viuerent; nec aliud effugium fuisse exitij. cur enim arcâ opus, si poterant in Paradiso tuti asseruari? Sua legunt vestigia, & eodem relapsi, pergunt abyssum illam consiliorum Dei scrutari. In arca seruari voluit; non quòd aliter non posset, octo illas animas & animalia spem atque seminium generis propagandi. & ad hoc vsus adminiculo arcæ, vt esset Ecclesiæ Catholicæ figura. huic rei non delegerat Enoch, sed Noëmum: aliter itaque & alibi illum seruauit. Nec illæsus paradisus quicquam cum arcæ vsu & veritate pugnat. Sed quo pacto paradisus immunis? nescio: multis modis fieri potuit. potuit sisti circum circa illum impetus aquarum, vt in mari rubro factum. illic sustinuit Deus, non potuit hoc loco, qui tribus digitis appendit orbem terræ? potuit si miraculosa merè inundatio, etiam sine miraculo huc
2. d. 17. q. 3. Scotus. se miraculum non penetrare, vt voluit Scotus. potuit integer hortus instar fluitantis insulæ à tellure contiguâ abripi, in loca remotissima transuehi, & hominum ignoratione sepiri. nihil horum absurdum, nihil absonum Dei potentiæ, & magnalibus, nihil pietati incredibile. Cachinnum etiam tollitis boni viri, quia ad Dei potentiam recurro, & indignum iudicaris Sapientiâ, miraculis opinionem nostram fulcire? si hoc peccatum foret, non sine peccato vestra hæc disputatio foret. Vultis Enochum mox post diluuium in alia quæpiâ floridissima Tempe delatum, quæ sint ignora: vel certè ante diluuiũ primâ translatione non translatum in Adami Paradisum. hoc posterius posteriore loco refellam; quod ab errore vix digito remorum. Compulsabo priùs. Vbi quæso vel auditui traditio, vel lectio sacræ Scripturæ oculis ingessit quidquam de hac alterâ Enochi translatione? quod verbulum? mitto verbulum, quod verbuli tenue vestigium potestis proferre? quis locus bibliorum id vspiam testatus fuit? mitto Scripturam? quorum id Patrum vel Historiarum nititur fide? Nego inquam, nego duplicem hanc translationem Enoch vlli Patrum placuisse. Nemo Patrum (vel producant) scripris prodidit vllã à primi raptûs tẽpore domicilij migrationẽ subiuisse. Si ex Paradiso propter diluuiũ in alia loca translatus, hæc ipsa loca quomodo aquarum eluuione non occupata? In aëre illum locãt, vel in cœlesti orbe, aut instar hortorum Babylonis domum Enochi inter cœlum & terrã suspendũt? sic asseruatum asserunt, quãdiu terras aquæ operuerunt, & inamœnũ aliquem alium hortum transcribunt? Qua igitur fronte nobis noua imputant miracula, & de refugio ad Dei omnipotentiam incusant? cur nos incredibilia & absurda sentire iactitant, quos ad simillimas angustias redigimus? Cæterùm qui asserunt iam à principio translatum in alium quàm Adami paradisum; necessariò coguntur ad alterutrum, vel ipsum illum locum à diluuio illæsum fuisse; vel inde sublatum Enoch postea, & restituto à Deo ac restaurato iterum Paradiso, redditum. Patiantur nos idem de Adami Paradiso dicere.

Huc superesse mihi probabilior & certior sententia est. probatur argumento ex sacra Scriptura deducto de Eliâ & Enoch. Scio, poëtas Christianos Sedulium, Ma- Sedulius. Marius. Alcimus.

Ephrem serm. de transfig. Ambros. l. de Paradiso, Hier. in Amos. Dorotheus. Procopius

rium, Alcimum canere in cœlum raptum, & Ephrem, Ambrosium, & Hieronymum id cõfirmare: sed nihil aliud auguror velle, quàm sublatum in aërem, & sic delatum in amœnum hunc locum. Nam quod Dorotheus *in Synopsi*, & Procopius *in Genes.* volunt iam beatos in cœlo versari, aut, vt censuit Steuchus, in corpore glorioso, id prorsùs repudio. Scio Rupertum negasse à Scripturâ proditum Enoch & Eliam in Paradisum translatos. Locum in quem translati, Scripturæ testimonio nullo constare asseruerunt Chrysostomus, Theodoretus, Theophil. Oecumen. Auctor *lib. de Sina & Sion* ait hoc Deum scire: S. Gregorius in secretam terræ regionem ductum significat: sed hoc illi Græci affirmarũt, quia in exemplaria Ecclesiastici inciderant, quibus deerat *paradisi* nomen; de quo statim agemus. Rupertus eandem lectionem secutus, vel non memor loci fuit. Cyprianus & Gregorius hoc dixere, quia locus paradisi hominibus ignotus & inaccessus. Obiicitur etiam D. Augustini sententia, cuius *ex lib. 2. contra Pelag. & Cœlestium cap. 23.* verba sunt: [*Longè aliter* se habent quæstiones istæ, quas contra fidem esse arbitratur, quàm sunt illæ, in quibus saluâ fide, qua Christiani sumus; aut ignoratur, quid verum sit & sententia definitiua suspenditur; aut aliter quàm est humanâ & infirmâ suspicione coniicitur: veluti quum quæritur qualis, & vbi sit paradisus, vbi constituit Deus hominem quem formauit ex puluere; cùm tamen esse hunc paradisum fides Christiana non dubitet: vel cùm quæritur, vbi sit nunc Elias vel Enoch, an ibi, an alibi; quos tamen non dubitamus, in quibus nati sunt *corporibus viuere*. [Sed non dubitat

Rupertus. Tuitiens. lib. 3. de Trinita. & eius oper. c. 33.

Chr. hom. 21. in Gen. & in epist. ad Heb. hom. 22. Theo. q 45. in Genes. Theoph. Oecumẽ in c. 11. ad Heb. S. Gregor.

Cyprian.

D. August.

Augustinus an viuãt Enoch & Elias, imò nec exprimit suam sententiam, an sint in Paradiso Adami, sed tantùm negat de fide esse illos in Paradiso illo versari. cùm id negat, potiùs indicat illic degere, sed hoc tamen vt fidei articulum nõ posse vrgeri. Neque nos id asserimus, negãtes in fidem peccare: sed asserimus, satis temerariè Patrum vetustissimam hanc traditionem conuelli.

Imprimis id asserit S. Irenæus Martyr, qui ab Apostolorum discipulis id ait se accepisse *lib. 5. aduers. her. cap. 5.* cui, qui malè creduli, eius authoritati peius detrahunt, nec modestè agunt. Item asseruit scriptor antiquissimus nomine S. Iustini Martyris editus *q. 85. ad Orthodox.* Nec non Victorinus Martyr *commen. in Apocalyps. 5.* Athanasius *Epist. de recipienda Nyssena Synodo* S. Ephrem apud Barcepham *cap. 1.* S. Hieron. *epist. 61.* S. Augustinus: *lib. 1. de peccat. meritis & remiss. c. 3.* Primasius, Haymon & Anselmus & D. Thom. *in cap. 11. ad Hebraeos.* S. Isidorus *lib. de vita & morte Sanctorum cap. 3.* prætermitto recentiores Scholasticos. Thomas Eboracensis *in c. 5. Genes.* ait hoc apertissimè in Scripturâ haberi, & esse Spiritus sancti reuelatione hactenus traditum. idem asserit Ios. Angles de Paradiso *difficultat. 14.* Certè si nõ expressè, (tum foret de fide) saltem plusquã probabiliter hoc existimo deduci *ex Eccles. cap. 44. v. 16.* vbi hodie legitur *Enoch placuit Deo, & translatus est in Paradisum, vt det gentibus pœnitentiam.* Audis *in Paradisum?* Respondent Græcè non esse vocem *in Paradisum.* Quid ergo volunt, lectionem hãc mendosam esse, & τὸ *in Paradisum* obelo transfigunt? non sinunt codices Latini, qui habent, omnes, Romani, Complutẽses, Antuerpiẽses, Louaniẽses, Parisien

S. Irenæus Martyr.

S. Iustinus Martyr.

Victorin. Martyr. S. Athan.

S. Ephrem Hieron.

Primasius, Anselmus D. Thom. S. Isidor.

Thomas Eboracẽsis.

Ios. Angles.

Rabanus Strabus. Hugo. Victorin⁹. Hugo Carenſis D. Thom. Bonauen. Chryſoſt. Auguſtin. Theoph.

Pariſienſes cæteri. Non ſinunt Rabanus, Strabus, Hugo Victorinus, Hugo Carenſis, D. Thomas, Bonauentura, & cæteri qui conſtanter retinuerũt, quod in fidiſſimis mẽbranis conſtanter fuit aſſeruatũ. Nõ legerunt Chryſ. Auguſt. Theoph. & alij nonnulli, quia in codices mutilos inciderunt. ſed legit noſter interpres ipſis antiquior, qui vt ſexaginta locis probari poſſet, meliora nactus exẽplaria Græca fuit, quàm quæ hodie circũferũtur. Abnuunt noſtrum inueniſſe in Græcis codicibus; igitur cenſent de ſuo addidiſſe. Addiderit (quod mihi tamẽ non perſuadeo) non addidit arbitratu ſuo ſed ſecutus cõmunẽ Eccleſiæ traditionem: nonne hoc ſatis? non addidit ſine Deo, vt nec cætera ſine illius peculiari auxilio tranſtulit. Nonne deberet eius ſufficere authoritas? nonne Romani Pontifices, quorum hæc ſtant cadũntve iudicio, ſuis emẽdationibus eam lectionem ſtabilierunt vt vulgatæ verſionis lectionem ſinceriorem? ſed vulgatæ verſionis fidem ſanctam & infallibilem nobis eſſe debere, hoc eſt authenticam, à qua recedere non liceat, Oecumenica Synodus Tridentina ſanciuit. Non licet ergo particulã hãc tollere Eccleſiæ Romanæ filiis: non licet eius veritatem in dubium reuocare. Bene, quod hoc extorſimus. Nam aliò cõfugiũt, & negãt ſe cogi verba de Adami Paradiſo accipere, poſſe de alio; cùm *paradiſi* vox ſit generalis de quouis horto amœniſſimo, imò & de limbo. Miſerum perfugiũ, & hara potiùs quàm ara. quare audacter reuellã ab illâ. limbum obtrudunt? at locus ille obſcurus, inamœnus, exiliũ & ergaſtulum piorum, nõ hortus: & quid tũ peculiaris fauoris in Enoch & Eliã Deus oſtenderit in cælũ raptus Elias, & quò ille etiã Enoch; an per cœlum, (hoc eſt, aërem) via ad limbum? ſed latroni CHRISTVS (obiiciũt) pollicitus, *hodie mecũ eris in Paradiſo*, *Luc.* 23. 43. quod de limbo viri docti accipiũt. fateor doctos, ſed non ſoli errant indocti. pauci certè hi docti fuerũt, & leuis eorum ratio. Nihil enim nos cogit fateri CHRISTVM loqui de paradiſo, quẽ nondũ ipſe ſubierat. Nam illud *mecũ*, etſi CHRISTO latronẽ cõiungat, nõ tamen CHRISTVM excludit. Nõne diues verè dicat pauperi, cras his diuitiis mecũ frueris? etiamſi iã tũ quãdo hoc dicit, diues illis fruebatur. Adducunt Prudentiũ, Auguſtinũ, Chryſoſtomũ, Athanaſiũ, pro hac ſentẽtiâ de limbo; ſed ad verba ſingulorũ appello. facilè quiuis deprehẽdet, Auguſtinũ dubitare; cęteros allegoricè regnũ cœlorũ ſiue beatitudinẽ *ſinu Abrahæ* indicare. Non hæreo in hac ſalebrâ; fateor, CHRISTVM non loqui de Paradiſo terreſtri: licèt id Origenes *tom. 1. in Ioan.* Pſeudo Iuſtinus *d. q.* 85. Barcephas, Euthymiuſq; voluerint. quid enim attinebat vel Dominum vel latronem eo die in Paradiſum terreſtrem proficiſci? Sequor ergo hîc quoque conſenſũ communem Theologorũ; regnum CHRISTI latronẽ poſtulaſſe: CHRISTVM illi verum ſuũ regnũ, hoc eſt beatitudinẽ, claramq; Dei viſionẽ polliceri, quaſi dixiſſet hodie videbis clarè Deũ mecũ. ſic intellexêre S. Cyrillus Hieroſolym. *catech.* 3. S. Athan. *ſerm. contra omnes hæreſes.* S. Ephrẽ *lib. 2. de pœnitentiâ*, S. Ambroſ. & Theoph. *in Lucã*, Arnoldus Abbas *tract. de ſeptẽ verbis Domini*, & cõmuniter Scholaſtici. Locus igitur Lucæ nos nõ cogit accipere de Limbo; vt nec de alio amœno loco: tum quia præſtat interpretari, prout alibi in ſacra S. vox ſolet accipi, de principe ſignificato; tũ quia

Prudẽtius Auguſtin. Chryſoſt. Athanaſius.

Origenes. Pſeudo Iuſtinus. Barceph. Euthym.

S Cyrill⁹. Hieroſ S. Ephre. S Ambro. Theoph. Arnoldus Abbas.

millum locum certũ, qui significetur, possunt aduersarij designare, tũ quia quando S. Scriptura agit de alio horto, cõsueuit addere vocem aliquam, qua hoc intelligamus, vt in cantico paradisum dicit malorũ punicorũ: & in Ecclesiaste dicit Salomonem paradisos conseuisse. Ratum ergo manet ex sacra Scriptura Enoch in paradisum fuisse translatum; & ratum etiã hunc paradisum fuisse illum Adami; diuersâ tamen certitudine ratum: prius certitudine fidei: posterius tantâ, vt tollat contrariæ sententiæ probabilitatẽ, & eam audacem atque suspectã erroris; fortassis saltem parum solidam, parum tutam reddat.

Paradisũ Adami terrestrẽ diluuio superstitẽ negantes.

Concedũt tandẽ Enoch trãslatũ fuisse in terrestrẽ Adami Paradisũ: sed negant inde sequi paradisum diluuio supersse, vel Enoch in eo manere. Quod iam à nobis (vt arbitror) expugnatũ. cùm nequeant docere vbi tẽpore diluuij extra paradisum fuerit asseruatus, vel quò post diluuiũ fuerit translatus: cùm nulla sit necessitas talis trãslationis: cùm illa trãslatio nullâ nitatur auctoritate, sed gratis confingatur, vt sit siculneũ nouitij dogmatis præsidium. Præterea si fuit Enoch aliò transferendus, cur nõ ab initio ibi locatus? frustra per plura factum, quod potuit per pauciora. Quid causæ Siracidi fuit dicere, Enoch in Paradisum translatũ, vt Gẽtibus prædicaret pœnitentiã: si non erat in Paradiso, quando Siracides scribebat, & si non inde ad prędicationem venturum Antichristi tẽpore (quæ est recepta Ecclesiæ sententia) Siracides existimabat? Existimabat hoc Siracides ergo etiam suo tempore supersse, & ad nouissima illa tempora superfuturum Paradisum existimabat.

Habetis ex sacra Scriptura probationem validissimam superstitis adhuc paradisi. Nihil magnoperè desiderandæ probationes aliæ, quarum nõnullæ sunt parum credibiles; vt primò illa Nicephori CHRISTVM triduo cum Patribus ex limbo ereptis & qui cum eo resurrexerunt, in Paradiso commoratum. Secundò animas expurgatas in paradiso detineri vsque ad extremum iudicij diem. quod Tertull. Origen. Pallad. & alij quidam olim putarunt; sed erroneum est.

Probationes parũ credibiles de paradiso. Nicephor Lib. 5 Histor Eccl. c. 31. &c. Tertullia. Origenes. Palladius.

Tertiò paradisum esse aliquarum animarum, locũ purgatorium, vt ex quibusdam reuelationibus Bedæ, aliorúmque deducitur à Bellarmino *lib. 2. de purgat. cap. 7.* quod solidè refutauit Fran. Suarez *tom. 4. in 3. p. disput. 46.* Quartò fore post iudicij diem locum recreationi puerorum sine baptismo mortuorum deputatum; quod putarunt Hieronymus Sauonarola, & Catarinus & Pigius, commento nouo, & à Theologorũ cæterorum doctrinâ alieno. legendi Tostatus in 25. *Matth. q. 680.* Bellarminus *lib. 6.* de statu peccati in *prin.* & Sotus *lib. 1. de Nat. & gratia c. 14.* Quinctò, traducendos in cœlum omnes, sed per paradisum, vt tradit Theophilus Antiochen. *d. lib. 2.* & confirmãt reuelationes S. Brigidæ, S. Mechtildis & aliæ. nam hoc non admodum est probabile. Sextò quod Barcephas prodidit *cap. 18.* inutilem, sed mansurum tamẽ post extremi iudicij diem. Veriùs enim quod cum Theologis Scholasticis Tostatus in Gen. 13. q. 120. & seq. & Magius libris de conflagratione docuerunt, vltimo illo incendio orbis absumendum.

Bellarminus. F. Suarez. Hieron. Sauonar. Catarinus Pigius. Tostatus. Bellarmi. Sotus. Theophi. Antioch. Barceph. Reuelationes S. Brigidæ & S. Mechtild.

Solidius argumentum petimus ab inueteratâ Ecclesię sententiâ, quã traditione presbyterorũ, qui Apostolorum discipuli fuerũt, se S. Irenęus fatetur accepisse; qui etsi quædam miscuerint, minùs explorata, aut nõ cõsentanea veriori sententiæ

posterorum; tamen hac in re non sunt facilè à testimonio ferendo refellendi, cùm eos sequatur oriés & occidés; Asia, Africa, & Europa; imprimis ipse Irenæus vir tantæ doctrinæ & pietatis, & Asiatici alij vt pote pseudoIustinus, Cyrillus Ierosolymitanus, Theophilus Antiochen. Seuerus, Barcephas, Theodoretus, Philostorgius, & Ephr. sup. 56. Basilij Nyssenus, Chrysostomus, Procopius, & Damascenus. Ex Aegypto & Libiâ Tertullianus, Nouatianus, Lactantius Victorinus, Cyprianus, Athanasius, Cyrillus Alex. & Augustinus, qui Paradisum esse videtur fidei scitis adnumerare. Ex Europa Hieronymus, Gregorius Magnus, Isidorus, Hugo Victorinus, S. Thomas, S. Bonauentura; & Latini poetæ, Prudentius, Marius Victor, & Alcimus Auitus. Accedunt oracula Sibyllina, nam sicut Theophilus vocat τὸ χωρίον ἔχειν ἀϊδιότητα *locum donatum æternitate*; sicut Sibylla canit; Adamum ex immortali loco eiectum par fuisse in regionem mortalem propter rebellionem deportari;

τόσσην δ' ἀθανάτος κότον ἴθετο, καὶ καλέσαι νιν
ἀθανάτης χώρης. τὸ δὲ γὰρ τετελεσμένον ἦεν,
ὃν θνητῇ χώρῃ μεῖναι.

Irenæus. Pseudo-Iustinus, Cyrillus Ierosolymitanus. Seuerus. Theodor. Philostorgius, & alij.

Gemunt sub his aquis gigantes cùm videant tam vnanimi τεκνομίᾳ Patrum se obrutos. Nam consensum Arabum & Indorũ, & Iudæorum, qui omnes locum permanere asseuerant, contemnunt faciliùs. Tamen nonnihil erat hoc ipsum. Nam nisi ex vetustâ traditione & vniuersali ferè, id nasci non potuit.

Assurgunt nihilominùs, & resiliunt. Quis vsus inquiunt Paradisi post diluuium? quomodo hactenus de loco eius nihil compertum? quis vsus, nouit Deus. Theodoretus respondet, beneficentiam Dei sic declaratam; & bonitatis eius atque ingratitudinis humanæ testimonium manere decuit, iuxta D. Thomam: decuit etiam tam illustre exemplar paradisi cælestis non aboleri: decuit artificij diuini specimen hoc supersesse. Decuit nõ Adami Enocho, non deesse Eliæ magnis amicis Dei, & immortalitatis candidatis, dignum eorum tam longo incolatu domicilium; quos pro Adamo & Eua tam fœlici hospitio Deus excepit. Theodor. q. 24. in Genes. S. Thom. 1. p. q. 102. a. 2. & 2. 2. q. 164. a. 2.

Fateor autem de loco nihil hactenus certò compertum: nõ quòd exstet, sed quia Deus hunc locum mortalibus inaccessum esse voluit. Ideò, Paradisus Adami hominibus inaccessus.

Permanet æterno conclusus limite, postquam hinc
Excidit expulsus primæui criminis author.

Occultâ itaque vi per Cherubinos; si adhuc illic manent; horti aditu homines arcentur: vel si non manent, potest ipse situs asperitate montium inaccessorum arcere: potest etiam aulsus vi fluctuum locus aliò transportatus omnium diligentiam atque curiositatem frustrari. Alcimus.

Potest etiam fieri, vt Paradisus terrestris hodie sit quàm initio fuerat minor. Non silebo (quod cum debitâ submissione censuræ Ecclesiasticæ dictum sit) mihi aliquando visum contrarias istas sententias aliquo pose pacto in concordiam redigi, saltem coniungi, quod in vnaquaque est verisimile. Nempe Dei consilio præseruatum à diluuio, quantum his quos dixi vsibus satis futurum, eam videlicet partem non maximam præsertim vbi arbor vitæ & altera scientiæ boni & mali; reliqua diluuio

Eliæ & Enoch domicilium.

concessa. Pars illa sufficit ad Eliæ & Enoch domicilium : satisfacit auctoritati Patrum, & loco sacræ Scripturæ, quem meritò communis vrget opinio. Faciliùs vel in ipsâ Mesopotamiâ, vel (quod ampliùs nunc placet) supra Gangem (vbi nunc erumpit) latet : nec adeò mirum manere prorsùs incognitam, tot peregrinationibus per illa loca susceptis. Æquè facile Deo fuit, vel totam Asiam à diluuio immunem conseruare ; sed quod poterat id totum vt faceret ratio non suberat. Habetis auditores meam de terrestri Paradiso sententiam ; per quam licet vnicuique quod volet susque deque arbitrari. DIXI.

Paradisi terrestris descriptiones.

Subdam nonnullas Paradisi terrestris descriptiones, vnde intelligatis, quàm bono iure, de amœnissimis hortis prouerbium factum sit, vt Græcis *Thessalica Tempe, Midæ rosetum, Alcinoi horti & pomaria*; sic sacra Scriptura *hortus voluptatis, paradisus Dei, hortus Domini.*

S. Basilius.

S. Basilius *orat. de Paradiso* temperiem & laudes eius multis verbis prosequitur. Præcipua hæc sunt: deest hom. de Paradiso in meo codice Græco; ideo cape verba ex versione Tilemanni; *Quemadmodum Deus hominem à cæteris animantibus discretâ ac singulari dignatus est formatione: itidem & homini apparauit, suaq; condidit manu peramœnam, ac delicis omnifariam diffluentem mansionem: locum vtique omnem exsuperantem creaturam, visenda pulcritudine suspiciendum & admirabilem: locum dico prælustrē, & spectatu dignissimum ; & qui, ob situs cessitudinem, nullâ sui parte vllas admittit tenebras, nullâ tenebrescit caligine: vt pote quem exorientem siderum splendor irradiat, & vndique suo lumine circumfundit. Retinet hic peramœnam ac iucundissimam veris temperiem, lucidissimo cellustratus & splendisuo aëre. Illic igitur Deus plātauit paradisum vbi nulla esset vis ventorum, nulla tempestatum intemperies, nulla grando, nulla fulmina, nulla procella ac turbines, non contorta ac violenta fulgura, non hyemalis glacies, non veris humiditas, nec æstatis exæstinatio, nec autumni siccitas, sed temperata & pacifica inter se temporum consonantia; singulo quoque horum adornato propriâ amœnitate, cùm nec præcedēs à sequēte quicquam insidiarum metuere posset: dum neque verno decori subsequens æstas noceret: neque æstiui vel autumnales fructus præ senio defluerent. Nam ita locum hunc constituit, vt satis alioquin illum anni singulæ tempestates circumlustrarent: immo præcipuis illum suæ facultatibus stipantia ac communientia cōferunt singula tempora, vernale quod habet delicatum & iucundū, æstiuum esculenta in alimoniam, autumnale hilaritatem, hyemale otiū & quietem. Deinde vt terra esset pinguis & mollis & verè fluens lacte & melle, ad fertilitatem frugum accommoda ac fertilissimis aquis irrigua, quæ profectò incredibilem quandam pulchritudinem exhiberent. Subtiles enim aquæ illæ ac perspicuæ, & multum quidem iucunditatis spectantibus conferunt, plus tamen vtilitatis.*] Sic locum describit S. Basilius, *Cicerone disertius ipso.*

In eo fructuū, frōdium & florū perpetuitas.

Qualis in eo temporū anni successio.

Fertilitas soli.

Aquæ eius.

Quàm lucidus.

Quàm temperatus.

Damascenus.

Eâ in compendium redegit S. Damascenus *lib. 2. de fide cap. 27.* fuisse plantatum quasi quandam hominis regiam in qua diuersaretur, qui fuerit ὑφ' οὗπερ καὶ θυμηδίας ἁπάσης ταμεῖον. ὑπῆρχε δὲ καὶ αἰεὶ λεπτοτάτῳ καὶ καθαρωτάτῳ ἀπολαμπόμενος, φυτοῖς ἀειθαλέσι κεκῶν, ὑγιοῦς πλήρης, φωτὸς ἐμπλεως, ὥρας ἁπάσης αἰσθητῆς καὶ κάλλους ὑπερβαίνων ἱστορίαν. *Lætitiæ & voluptatis omnis promptuarium: optimâ verò temperie & aëre subtilissimo, atque purissimo splendi*

splendidus, plantis semper nitentibus insignis, odoris suauitate refertus, plenusq; lumine, vniuersa sensibilis venustatis & pulchritudinis superexcellens intelligentiam.

Sibyllinum oracullum, vocat παραδείσου ἱρσυλλίαν κῆπον, *hortum paradisi floriferum*, & ἀμβρόσιον. Arbores paradisi putat ab Homero describi sub tegmine hortorum Alcinoi. Homerus. Iustinus Martyr. his verbis Iustinus Martyr Orat. ad Gentiles;

ἔνθα ὁ δένδρεα μακρὰ πεφύκει τηλεθόωντα,
ὄγχναι, καὶ ῥοιαὶ, καὶ μηλέαι ἀγλαόκαρποι,
σῦκά τε γλυκερὰ καὶ ἐλαῖαι τηλεθόωσαι.
τάων οὔποτε καρπὸς ἀπόλλυται, οὐδ' ἀπολείπει
χείματος, οὐδὲ θέρευς ἀκαμάτοιο, οὐδὲ μὲν ἀεὶ αὔρη
ζεφυρίη πνείουσα, τὰ μὲν φύει, ἄλλα δὲ πέσσει.
ὄγχνη ἐπ' ὄγχνῃ γηράσκει, μῆλον δ' ἐπὶ μήλῳ.
αὐτὰρ ἐπὶ σταφυλῇ σταφυλὴ, σῦκον δ' ἐπὶ σύκῳ.
ἐνθαδέ οἱ πολύκαρπος ἀλωὴ ἴριδίζωται.
τῆς ἕτερον μὲν θηλόπεδον λευρῷ ἐνὶ χώρῳ
τέρσεται ἠελίῳ, ἑτέρας δ' ἄρα τε τρυγόωσιν,
ἄλλας δὲ τραπέουσι, πάρεισι δὲ τ' ὄμφακές εἰσιν
ἄνθος ἀφιεῖσαι, ἕτεραι δ' ὑποπερκάζουσι.

Et addit ea carmina verborum Moysis claram esse imitationem. Homericos versus optimè, si sensum spectes, Petrus Bembus expressit, licèt non totidem, *in Aetnâ*; Petrus Bembus

Hic nemora in calum latè crescentia surgunt,
Punicei pomum grani, malúmque, pyrúmque,
Et dulces ficus, & magna Palladis arbor,
Non illis Borealis hyems, non officit æstas
Torrida: sed placidas Zephyris spirantibus auras
Arboribus totum superat fœtura per annum,
Et pomo inseruêre recentia poma priori,
Et nona iam miti superadnenit vua racemo.

Tertullianus etiam *lib. de indicio Domini*, describit flores, Tertull.

Omnia fert fœcunda solo pradinite tellus:
Flores in pratis fragrant, & purpura campis
Omnia prærutilâ miscet non inuida luce.
Flos alium latus suo lumine vestit amictus,
Roscidáque hîc multo variantur semine rura,
Et rosea nimbis crispantur floribus arua:
Nescitur quibus vsque locis fœlicior aura,
Quæ melior specie & plus præcellat honore.
Talia florigeris nunquam nascuntur in hortis
Lilia, nec nostris efflorent talia campis.
Nec sic prata rubent, mox vt rosa pandatur aurea, Sic corrigo versum pro nata & aura.
Purpura nec Tyrio sic est intincta colore.

Mox de gemmis;

Gemma coloratis fulget speciosa lapillis;
Inde nitet prasinus; illinc carbunculus ardet,
Herboságue viret pragrandi luce smaragdus.

Postea de aromatibus;

Hic & odoriferis nascuntur cinnama virgis,
Et spisso latum folio conflagrat amo

amomum.

Sed & de metallis.

Hic iacet ingenitum radiantis luminis aurum,
Vernãtéſque grauant vberrima germina ramos.

Subdit de arborum ſpecie, varietate & fructu multa, & concludit hyperbolicè.

Mella viridanti conflagrant pinguia cannâ,
Lac etiam plenis manat potabile riuis.

Addit Alcimus Auitus,

Illic deſudans fragrantia balſama ramus
Perpetuum promit pingui de ſtipite fluxum.

copioſior Marius Victor,

Hic fragiles ſoluunt calamos animata vigore
Muneris ambroſij ſpirantia cinnama odores.
Sed nec quod Medus redolet, nec crine ſoluto
Fragrat Achemenius, quod molli diues amomo
Aſſyrius, meſſiſq; rubens Maraotica nardo,
Quod Tarteſſiaci frutices, quod virga Sabæi,
Quódq; Paleſtinus lacero fiet vulnere ramus.

Adag. quære paradiſum.

Claudo cum adagio Zoroaſtreo. Magica eius hoc habent principium.

Δίζησο σὺ ψυχῆς ὁχετὸν, ἢ τίνι τάξει,
σώματι θνητεύσας, ἔλθῃ τάξιν ἀφ' ἧς ἐρρύης
αὖθις ἀναζήσεις.

Exquire animæ viam, vnde aut quo ordine
Nauatâ corpori operâ, ad ordinem vnde veniſti
Rurſus erigaris.

Id vt conſequamur addit inter cætera;

Ζήτησον παράδεισον, *quære paradiſum.*

Quod ego de terreſtri paradiſo vnde hominem expulſum Chaldæi non ignorabant, primariò dictum cenſeo: ſed allegoricè ad intellectilem paradiſum pertinere, vt explicant commẽtarij Græcorum. Plethon; τὸν ἀμφιφαῆ τῆς ψυχῆς χῶρον, *locum animæ omni ex parte circtum ſplendore.* Nam Chaldæi talem beatarum animarum ſedem conſtituebant, illum ipſum paradiſum ἀμφιφαὲς; ſicut & damnatarum, vndique tenebroſum ἀμφισκιφὲς, vt patet ex iiſdem oraculis. Namque *Quærite paradiſum* illis idem quod Chriſtianis, *primò quærite regnum cœlorum.* Quæ Pſellus habet, Platonicum ſapiunt, nam myſticè capit hæc omnia. Scribit; Plethon.

Παράδεισός ἐστι Χαλδαϊκὸς, πᾶς ὁ περὶ τὸν πατέρα χορὸς τῶν θείων δυνάμεων, καὶ τὰ ἱμπύρια κάλλη τῶν δημιουργικῶν ἀγγέλων. ἄσκησις δὲ αὐτοῦ ἡ εὐσεβείας, ἡ μετουσία τῶν ἀγαθῶν. φλεγόμενη ὁμοφαὴς ἡ ἀμείλικτος τοῖς ἀναξίως προσερχομένοις δύναμις. ἐν τούτοις μὲν κέκλεισται δὲ τῶν ἀνοσιουργῶν τοῖς δὲ εὐσεβέσιν ἀνέῳγεν. εἰς ὃν ἀνατείνονται πᾶσαι αἱ θεωρικαὶ ἀρεταί.

Chaldaicus verò paradiſus, eſt totus Patrem ambiens diuinarũ poteſtatũ chorus, & ignita pulchitudines fontiũ publicis officiis, (hoc eſt, hominum miniſterio) deſtinatorum. Apertio verò paradiſi quæ ſit pietatis claui, eſt fruitio bonorum. Gladius autem flammeus, iis qui indignè accedunt, implacabilis eſt poteſtas. Atque his quidem occluſus eſt, quòd idonei, illiuſque fœlicitatis non ſint capaces. Piis verò panditur. In hunc voluptatis hortum tendunt omnes quæ homines Deo ſimiles reddũt virtutes. De eodem loco poſtea dicitur;

ἀλλὰ

ἀλλὰ καὶ ὡδῶλῳ μιᾷς εἰς τόπον ἀμφιφάντα.

Sed & simulacro pars est in loco vndique fulgente.

Synesius. Quæ (vt Psellus) explicat Synesius *lib. de insomniis*, & ibi Nicephorus Gregoras. Certè etiam Ecclesia canit de B. Agnete, *cum his omnibus lucidas sedes recepi*; sed de regno cœlorum: & sic corrigendus error Chaldæorum, quem etiam de Elysio Latini poëtæ æmulantur: Claudianus *libb. de raptu Proserpinæ* iactabundum inducit Plutonem;

B. Agnes.

Claudian.

Amissum ne crede diem. Sunt altera nobis
Sydera, sunt orbes alij: luménque videbis
Purius, Elysiúmque magis mirabile Solem,
Cultoréſquo pios.

Nos verum iustitiæ solem, nos cœlestes sedes; vbi piis præparata; quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt.

ADAG. D. C C LXXXIX. Sicut oryx illaqueatus.

IBIDEM.

Sicut oryx illaqueatus.

כתוא מכמר KETHO MICHMAR.

LXX. ὡς στύτλεν ἠμίφθεν. *Sicut beta semicocta.*

Chaldæus, quasi *lagunculæ confractæ*; prout vertit Arias: sed Mercerus & Cornelius volunt מוריק *mazriq* significare bouē syluestrē. Cæteri interpretes antiqui, vt testātur D. Hieronymus & Eusebius, vel ὡς ὄρυξ σιωτιλημμένος, *vt oryx captus*, vel ὡς ὄρυξ ἠμφιβλησρωμένος, *vt oryx illaqueatus*: prius illud Theodotion; posterius Aquila, vt patet ex annotatis marginalibus Procopij; qui testatur, Symmachum vertisse *reticulorum*, ἀμφιβλήστρων, & vt cæteri ὡς ὀρυξ. Idem cum Eusebio, ὁ δὲ ὄρυξ ὄρνεόν ἐστιν, *Orygem auis esse speciem.* quod etsi visum Abenezræ; non magis tamen est auis oryx, quàm bos luca. Ideo tamen mysticè per *orygem* intelligunt diabolum. Cyrillus vult *beta semicocta* conferri, quia remissi animis ac mente soluti.

Arias. Mercerus Cornel. D. Hiero. Theodot. Aquila. Procop. Symmachus. Eusebius.

Orta hæc varietas interpretationum, eò quòd ignoretur quid propriè sit חוא; & pro eius variâ acceptione, sequens מכמר etiam diuersimodè sunt interpretati ad variam significationem radicis כמר *Chamar*, quæ significat incalescere, conturbare, reuoluere, ad prius spectarunt Lxx. ad postremum noster. Nam inde *michmar* pro reti, in Psalmis etiam & Habacuc. Chaldæus medium significatum amplexus. חוא bouem syluestrem interpretantur Dauid Cammius & Iarrius; quos sequuntur hodie Pagninus, Vatablus, Forerius, & alij ferè omnes recentiores, qui putant significari feram quæ vocatur *Vrus* vel *Turo*: conueniunt in eo propter regimen & per transpositionem hîc vocari חוא, qui Deuteron. 14. 5. dicitur תאו, vbi etiam Lxx. verterunt ὄρυγα, vbi Onkelos *thurbela* תרבלא Cur igitur hîc verterunt *betam*? an quòd putarunt חוא & תאו diuersa significare? censet Leo Castrius, & sic tuetur Lxx. vt nostrum cum Rabbinis damnet immeritò. Potiùs dicerem hoc loco Lxx. lenire similitudinem voluisse, & eodem sensu aliam parœmiam indicasse, *sicut beta semicocta* vel *semiarida*; qua nihil languidius, vt vel ex Catullo probatur,

Cāmius. Iarrius. Pagninus. Vatablus. Forerius.

Leo Cast.

Adag. sicut beta semicocta. Catullus.

Languidior tenerâ cui pendens sicula betâ;

Nihil etiam contemptibilius semicoctâ, cùm vel cruda sit insulsa, & insipida, iuxta illud Martialis,

Vt sapiant fatuæ fabrorum prandia

bete,

O quàm sæpe petet vinà pipérque coquus.

Inde adagium *betizare* formauit Augustus, quod veteres dixerant *lachanizare*, pro languere. Nec alià de causà Diogenes Cynicus, negauit iuuenibus à se periculum esse, quia canis betis non vescatur; quàm vt insulsos & irâ suâ vel morsu indignos indicaret: sic enim scomma illius quod narrat Laërtius, intelligo. Itaque ex Lxx. habetis adagium in homines languidos, molles, effœminatos, qui sponte cedunt hostibus, nec vires aut animum habent, nec sapiunt quicquam. Sic acceperunt S. Basilius *in Ascetico*, & S. Cyrillus *lib. 4. de adorat.* in spiritu: qui etiam hic in commentariis ait betæ semicoctæ similes remissos animo ac mente solutos. Addo de contemptu: quia tales reuerâ Iudæi Romanis victoribus: de his autem Isaias loquitur. S. Hieronymus ait; [*Comparantur* betæ semicoctæ, quod genus oleris est vilissimi & fragilissimi. de quibus oleribus puto illud in Psalmis dici, *Ne zeleris in malignantibus, neque æmuleris facientes iniquitatem. Quoniam sicut fœnum velociter arescent, & sicut olera herbarum citò decident. Psal. 36.* Est enim ægrotantium cibus. Qui semel incredulus est, appellatur *beta cruda*. Qui autem simplici contentus fide, absque tatione & dogmatum veritate facit opera iustitiæ, potest dici *beta cocta*. Porro qui inter vitia atque virtutes medius fluctuat & duplici corde accedit ad seruitutem Dei, iste rectissimè vocatur *beta semicocta*, ad quem & in Apocalypsi Ioannis loquitur Deus: *vtinam aut calidus esses, aut frigidus: nunc autem quia tepidus es, euomam te.* Apocal. 3. *vide plura adagio* 405. Ad olera vocari.

Diogenis Cynici dictum.

S. Basili & Cyrill.

Aliud etiam potest eodem sensu adagium ex Chaldæo peti, *iacere in platea instar lagunculæ confractæ*; quod accommodatissimum Hierosolymæ, quæ dum florebat vocari solita *Virgo filia Sion*; hostibus verò à Deo tradita & permissa, propter spirituales fornicationes eius, meritò calcata & abiecta: instar testacei vasis confracti, cui comparatur à Dauide *Psalm. 2. 9. tanquam vas figuli confringes eos*, hoc est, prorsùs, sicut laguncula testacea solet ita frangi, vt maneat prorsùs inutilis ac contempta.

Eodem sensu capitur nostra versio quæ optima, deducta similitudine à feris quæ non impunè lacessuntur, quando liberæ sunt; sed captæ & irretitæ à quouis vulnerantur, & vexantur. S. Hieronymus hîc scribit, pro *betâ semicoctâ* cæteros interpretes *orygem* transtulisse, genus bestiæ nascentis in eremo, inter munda animalia in Leuitico & Deuteron. positum. Pro quo Lxx. Syrâ linguâ opinatos esse *thoreth*, quæ dicitur *beta*. De oryge Plinius refert bisulcam vngulam habere, pilos retrouersos, semiferum animal esse, & in Ægypto Caniculæ sidus exoriens sternutando venerari. *lib. 2. cap. 40. lib. 8. cap. 53. & lib. 11. cap. 46.* vno præditum cornu dicunt frequens Getuliæ, esu delicatum. Sed Oppianus *Cyneget. lib. 2.* videtur duo cornua acutissima, & ferro duriora tribuere.

S. Hieron.

Lxx.

Oryx. Plinius

Oppian.

ἔστι δὲ τις ἀρυμοῖσι παρήσιος ὀξύτερος θὴρ
ἀγελείθυμος ὄρυξ, κραιπνὸς δ' ἠΐτε μάλιστα.

Est verò quædam syluicola præacutis cornibus fera
Sæui animi oryx, formidandus bestiis maximè.

Addit lactei coloris esse, genas tantùm nigricantes habere dorsum

opi

opimum & quasi geminum. De cornibus, ea similia mucronibus diris altè eminere, atricoloria, validiora acuto ære, & atroci ferro & duro silice, venenata esse, & intus caua. His confisam belluam animo esse audaci & immani, non metuere venatores aut canes, sed eos nisi cautè agant, interimere. Ne tauris quidem, apris, vrsis, pantheris, leonibus se fugâ subducere. Sed cùm videt irruentes, immotam præstolari impetum, capite inclinato, & fronte versùs terram obfirmatâ connixam; mox inuadentis aluum forare cornigera fronte paulum obliquatâ; solere autem plerumque sic occisorem mutuâ cæde conficere. Quæ multis ille versibus ornatissimè celebrat, nempe plùs quadraginta: ego breuiter decerpsi quę genio ferę declarando sufficiebant; & ostendunt hanc feram nisi reti implicetur metuendam esse: illaqueatam verò sublatâ illâ stratagematis facultate, debilem & iniuriæ omni obnoxiam, & malum euadere non posse. In pompâ Alexandrina oryges subiugales Ptolomæus Philadelphus dedit, vt narrat Callixenes Rhodius apud Athenæum.

Oryges subiugales. Athenæ.

ADAG. DCCXC. Ebria non à vino.

IBIDEM VERS. XXI.

Ebria non à vino.

DIcebatur de qualibet animi perturbatione, quę hominem ita abripit vt non sineret sui compotem esse. hîc de consternatione ex pœnæ magnitudine, vt explicat Ionathan Chaldæus. Ebriam epoto calice furoris Domini. S. Hierony. ipsemet Isaias statim explicat *calicem soporis, & indignationis.* Lxx. *calicem ruinæ, & condy furoris,* τὸ ποτήριον τῆς πλάνης, τὸ κονδυ τῆς θυμοῦ, pro quo Symmachus & Theodotion *lacerationis & commotionis.* S. Cyrillus, *insanabili calamitate, & infœlicitate intolerabili.* Sic ergo significat inopiam consilij, vt bene Arias. Addit Hierony. significari ebriam animam perturbationibus. Nam & istæ prudentiam expectorãt, & hominem rotant atque circumagunt instar ebrij. Quod explicatum *sup. cap. 29. v. 9. obstupescite, & admiramini: fluctuate, & vacillate: inebriamini, & non à vino; mouemini & non ab ebrietate. Quoniam miscuit vobis Dominus spiritum soporis.* & 63. 6. *Inebriaui eos in indignatione meâ, & detraxi in terram virtutem eorum* Inter profana adagia circumfertur ἄσινες μέθη, *absiemia temulentia:* quod de tonstrinis vsurpasse Theophrastum *in Symposiacis* Plutarch. refert. causa quoniam illic desidentes non secus quicquid in buccam venit, effutiũt quàm qui temeto onusti. Hanc ebrietatem sine vino Demosthenes improperat Philippo inuectiuâ in eum prima, eo quòd rerum gestarum magnitudo ipsum ad insaniã quodammodo redigeret. Hoc imitatus Lyricus cecinit de Cleopatrâ;

Symmachus. Theodot. S. Cyrill.

Theophr. Plutarch.

Demosthenes. Philipp.

quodlibet impotens
Sperare fortunáque dulci
Ebria.

Sic Belgæ hominem insolescentem vocamus, *ebrium pane, broot dronckem;* & Hispani dicunt de quauis huiusmodi passione, maximè de irâ, inebriari, hoc est vsu rectę rationis excidere. *vide inf. adagio* 834.

EX CAP. LII. VER. IV.

ADAG. DCCXCI.

Assur.

Assur.

FAllitur Caietanus comment. *in Exo. c.* 1. cùm ex hoc loco colligit, Pharaonem, qui filios Israĕl tantoperè oppressit, Assyrium fuis-

Caietan.

Notanda locutio. se. Notanda locutio popularis Hebræorũ quibus quisquis tyrannide populum opprimebat, *Assur* dicebatur. Forerius. Notat hoc Forerius, & dicit hoc tempore prouerbium fuisse. Vterque vult vtroque loco de vnicâ captiuitate agi; sed Lxx. Hieron. Cyrillus. Procop. Vatablus. Clarius. Mõtanus. Castrius. Hieron. Cyril. Procop. Vatab. Clarius, Mõtanus, Castrius, referũt hoc vltimũ ad veros Assyrios: vt solet accipi vox ista *sup. c. 10. Va virga furoris Assur*, & passim. Mysticè *Assur* significat diabolum & membra eius hostes Ecclesiæ, puta hæreticos & alios fidelium persecutores. Vt communiter tradunt Origen. *in Num.* Hieron. August. Gregorius, Beda, Rupertus. lege citãtem loca Lauretum, in sylua allegor. *tom.* 1.

ADAG. Dccxcii. EX CAP. LIII. VER. VII.

Sicut ouis ad occisionem ducitur, & sicut agnus coram tondente. SICVT OVIS AD OCCISIONEM DVCITVR, & SICVT AGNVS CORAM TONDENTE SE OBMVTESCIT.

THeophylactus in *cap.* 8. Act. *v.* 32. ad hæc verba: ἀποφέρονται γὰρ εἰς τὸ καθῆναι κατὰ καιροὺς τὰ πρόβατα, καὶ τὰς κουρεῖδας αὐτοῖς, μαχαίρας ἐπιφέρουσιν οἱ ποιμένες. καίτοι πάσχοντα τοῖς τοῦτο δρῶσιν οὐκ ἐπιπλήττει. οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς λοιδορούμενος, οὐκ ἀντελοιδόρει. *Asportantur in certo anni tempore oues vt tondeantur, ac cultellos tonsorios siue forcipes admouent eis pastores; ac quanquam lædantur, iis tamen qui hac agũt, non insultant. Sic item Christus cùm conuiciis peteretur, non contrà conuitiabatur.*

De CHRISTO Prophetia est, sed ex prouerbio communi petita, quo significantur qui placidè & sine repugnantia, silentes ad mortem ducuntur. Sic *Iere.* 12. 3. de summâ facilitate *congrega eos quasi gregẽ ad victima.* Cùm dicit, obmutescit, explicat præcedens, *non aperuit os suũ*, quod Forerius dicit prouerbium esse, pro non queri, nec maledicere. Cauenda verò hîc est Paraphrasis Chaldaica, quæ ad populum ista refert, non ad CHRISTVM. Non aperire os.

ADAG. Dccxciij. Vinum & lac. Lxx. EX CAP. LV. VER. I. VINVM & LAC.

LXX. δῖνον καὶ σίαρ. *vinum & adipem.*

Sed adipem ponunt pro ipso lactis cremore, *por la nata de la leche.* Sensus adagij, apta omnibus alimẽta, pueris & adultioribus. Sic *Cant.* 5. 2. *bibi vinum meum cum lacte meo.* Vinum infantibus noxium. Vinũ infantibus noxium esse docet Aristoteles *l.* 7. *Polit. ca.* 17 contrà adultioribus, maximè senibus, vtile & aptũ: vnde vulgò solet vocari *lac senũ.* Cõtrà lacaptius infantibus, & eorũ quasi propriũ, vt notãt Nyssenus *orat.* 10. *in Can.* Tres Patres apud Theodoret. *ad d. v.* 2. Hinc fit vt *lactis* nomine soleat indicari facilior doctrina & rudior, quæ Hebræis *seemagatha* שמעתא dicebatur, de qua CHRISTVS *Matth.* 5. solet dicere *audistis quia dictum est v.* 27. *& seq.* accuratior verò & peritiorum discipulorum significetur nomine vini, quæ Hebræis dicebatur *Aggadiha* אגדתא *& mithle* מחלי de qua ibidem solet CHRISTVS dicere *Ego autem dico vobis.* Quia solidius alimentũ est vinum quàm lac: quod etiam *panis & lactis* vocabula aliquando indicant. Nam & cum panis pro solido cibo ponitur. Huc spectant illa 1. Cor. 3. 1. *Et ego fratres non potui vobis loqui, quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Tanquã parvulis in* CHRISTO *lac vobis potum dedi, non escam: nondum enim poteratis.* Et ad Hebr. 5. 11. *quoniam imbecilles facti estis ad audiendum. Etenim cùm deberetis magistri esse propter*

Nyssenus. Theodor.

pter tempus: rursùs indigetis vt vos docemini quæ sint elementa exordij sermonum Dei, & facti estis quibus lacte opus sit, non solido cibo. Omnis enim qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitiæ: parvulus enim est. Perfectorum autem est solidus cibus: eorum, qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni & mali. De quo lactis & vini discrimine vtinam superesset epistola S. Pinyti, quam laudat D. Hieronymus *lib. de viris illustribus*: cõsolemur iacturam epistola magni illius (vel inuito Scaligero & similis farinæ aliis) Areopagitæ Dionysij ad Titum, in qua docet à diuinâ sapiẽtiâ duplicem nobis escam proponi, solidam alterã atq; durabilem, alteram liquidam & quæ profunditur, τὴν μὲν στερεὰν καὶ μένιμον. τὴν δ' ὑγρὰν καὶ προχεομένην. quod postea multis explicat & magistri sui Pauli authoritate confirmat, & tandem subdit; *pro captu eorum qui alendi, hanc diuinam sapientiam accommodata vnicuique alimenta præbere, & hoc indicari ipsâ nominum varietate. Idcirco diuina ac spiritualia eloquia, & rori, & aquæ, & lacti, & vino ac melli meritò assimilari, quoniam vivificandi & fœcundandi veluti in aquâ, & ad incrementum perducendi vt in lacte, & recreandi confortandique vt in vino, & purgandi simul atq; conseruandi velut in melle, vim obtineant.* καὶ ὅτι δι' ποικίλων καὶ πολλῶν καὶ μεσίτων, δηλοῖ τὴν ἁπλῆν καὶ ἀτρεμῆ θεογνωσίαν τοὺς τελουμένους εἰκόσιν αὐτοῖς ἀγαθοπρεπῆ χειραγωγοῦσης. διὸ καὶ δρόσῳ καὶ ὕδασι τὰ θεῖα καὶ νοητὰ λόγια, καὶ γάλακτι καὶ οἴνῳ, καὶ μέλιτι παρεικάζεται, διὰ τὴν ζωογόνον αὐτῶν ὡς ἐν ὕδατι δύναμιν καὶ αὐξητικὴν ὡς ἐν γάλακτι, καὶ ἀναζωτικὴν ὡς ἐν οἴνῳ, καὶ καθαρτικὴν ἅμα καὶ φοιβητικὴν ὡς ἐν μέλιτι.

S Pinytus D. Hiero. Scaliger. Dionysius areopagita.

S. Ambro.

D. Ambrosius his concinit *lib. 1. de Cain & Abel. cap. 5.* explicans locum quem dixi Cantici, & delicias ad quas à sponso in Ecclesia tum à Salomone, tum ab Isaiâ hîc inuitamur. [*Ibi* manducabis *panem* (inquit) qui confirmat cor hominis. *Mel* gustabis, quo tuarum dulcescat meatus faucium *Vinum bibes cũ lacte*, hoc est, cum decore & sinceritate, siue quòd meri pura simplicitas sit, siue quod immaculata gratia, quæ in remissionem sumitur peccatorum, siue quòd paruulos cõsolationis suæ lacter vberibus, vt ablactati in deliciis, in plenitudinẽ personæ ætatis *adolescam*.] Sed fusiùs hoc loco ista exsequitur S. Hieronymus; in cuius verbis multa sunt notatu vtilia. tradit per lac significari innocentiam paruulorum, per vinum veram & Christianam sapientiam. & ideo in Occidentis Ecclesiis ad ipsius æuum vsque morẽ seruatum vt renatis in CHRISTO vinum & lac tribueretur. De hoc lacte locutum non Paulum modò (quem citaui, sed B. Petrum; *Quasi modò nati paruuli, rationale lac desiderate. 1. Pet. 2.*) Hoc lac & vinum nobis à CHRISTO in passione prębendum, Moysis verbis mysticè præsignatum *Gen. 49.* cùm diceret, *gratiosi oculi eius à vino & candidi dentes eius à lacte.* Quòd verò LXX. pro lacte *adipem* verterint, eodem pertinere, nempe ad corporis Dominici sacramentum. de quo dixit Dauid *Psal. 62. sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea.* & in alio loco, *Cibauit eos de adipe frumenti, & de petra melle satiauit eos. Ps. 60.* Adeps iste, quid nisi caro, ad quam adhortabatur discipulos verbum quod caro factum, dicens; *nisi comederitis carnem meam, & biberitis sanguinem meum, non habebitis vitam in vobis. Ioan. 6.* Vnde & in *gesimani* traditus, quod significat vallem

S. Hieron.

adipeam siue pinguissimam. Certè opinio est S. Ambrosij quem hîc sequitur Leo Castrius. sed & Cyrillus eam proponit, per *vinum* & *lac* siue *adipem* hîc significari sacramentum Eucharistiæ: alij spiritus S. gratiam, alij Euangelicam doctrinam; alij alia adferunt; de Eucharistiâ egregiè Procopius, qui moris etiam illius meminit.

Leo Cast. Cyrillus.

Procop.

ADAG. DCCXCIV.

IBIDEM VER. XIII.

Pro saliũca, &c.

Pro saliunca ascendet abies & pro vrtica crescet myrtus.

HEbraicè est הנעצוץ *hanahhatsuts* quod noster *saliuncam* recentiores *albam spinam* vertunt *conizam*; LXX. ἀντὶ σοιβῆς ἀναβήσεται κυπάρισσος, ἀντὶ δὲ τῆς κνιδζης ἀναβήσεται μυρσινη. Differunt ergo in tribus stœbâ cypariſſo, & conizâ. de qua re sic D. Hieronymus; Pro σοιβὴ iuxta Symm. & LXX. in Hebræo scribitur נעצוץ, quem Aquila & Theodotio κνιζην interpretati sunt. Est autem κνιζη herba vilissima & amara odorisque pessimi. Vbi autem LXX. transtulerunt κνιζη, quæ in Hebraico dicitur סרפד Symmachus vertit *vrticam*.] Sic Symmach. in posteriore membro nobiscũ, in priore cũ LXX. sensit. corrige apud D. Hieronymum κνυζην, cum υ, vt Hesychius & Suidas scribunt; & in Cõplutensibus & regiis bibliis σοιβὴν cum diphrongo in primâ; & in Latinâ editione eorumdem *saliuncã* pro saliũculâ. Symmachi versionem exhibet Procopius, ἀντὶ σοιβῆς ἀναβήσονται βραθυ. ἀντὶ δὲ κνιδὸς ἀναβήσεται μυρσινη. *pro stœbâ ascendet sabina. pro vrtica ascendet myrtus.* Incertum quid *nahhats* נעץ proprie significet, vnde sit נעצוץ quod hîc noster *saliuncam*. sed Isai. 7. v. 19. *frutetum* vertit. LXX. illic *lignũ*, Chaldæus *carectum*. Spinam albam vult esse Sahadiah: Cammius quodã in loco illi assentitur, alio dicit esse arborem vilem; Abenezra arborem infructuosam; Elias Chaldaicam vocẽ putat, à *nehheth* quod illis est infigere. R. Iehudah dicit ab Arabibus vocari *Sadrij* סדרי. Sic qui hos adeunt, semper incertiores discedunt. Sahadiah sequũtur Vatablus & Montanus, nostrum Clarius. Forerius; *pro fruticeto succrescet fraxinus & pro senticeto succrescet myrtus*. Nam nec satis constat quid sit סרפד *sirpad*, quod noster *vrticam* reddit; R. Dauid & R. Abraham genus humilis spinæ esse volunt. Montanus ex sono *cirpum* putat. His omissis præstat sequi S. Hieronymum, qui cũ poëta dixit *saliuncam*, quæ Dioscoridi *lib. 1. cap. 7.* nardus Celtica nascens in Liguriæ Alpibus, crebra Istriæ, exiguè fruticat, & cum radicibus euulsa; in manuales fasciculos componitur. Virgilius ecl. 5.

Lenta salix quantum pallenti cedit oliuæ,
Puniceis humilis quantum saliunca rosetis.

opponitur ergo vt demissum quid & humile, celso & frondoso, non opponitur quo ad dores alias. nam saliunca odore & medicâ vi vincit abietem, altitudine & pulchritudine vincitur. Plinius *lib. 21. cap. 7.* Saliuncam dicit licèt coronamentis ineptam, nobilissimi tamen odoris esse. item foliosam, sed breuem, & quæ necti non possit: Radici numerosam cohærere & herbam veriùs quàm florẽ, densam veluti manu pressam, breuiter cespitem sui generis, tantæ suauitatis, vt Roma-

Hieron. Symmac. LXX.

נעצוץ Aquila. Theodot.

סרפד

Hesychius, Suidas.

Procop.

Chaldæus. Cammius. Abẽezra. R. Iehudah.

Sahadiah. Vatablus. Mõtanus. Clarius. Forerius.

R. Dauid. R. Abrahã.

Dioscori.

Plinius. Saliuncæ proprietates.

nis in cēsu & vectigali publico esse cœperit vt cæteræ metallisodinæ. idē *li.21.c.20.* author est eius radicē in vino decoctam sistere vomitiones & stomachum corroborare. Hanc herbam vix terræ superficie exstantem comparat, vel secundùm LXX. cypariſſo, vel secundùm nostrum abieti, Hebr. est *Beros*, de quo egi *in Cantic. cap.1.* vrticam verò vel conyzā vt LXX. quidā κνίζων scribunt, & volunt esse herbam pulicariam ἀφ' ἡς κνίδας, alij meliùs κνύζην, quæ est Hygino cunilago, est herba coronaria, per syncopen κνίζα; de hac Plinius *lib.21.cap.9.& 10.* & Dioscorides *li.4.cap.136.* cohibet & excutit rei Venereæ appetitus, vt notat Theocriti Scholiastes *ad Idyll.7.* Myrtus contrà Veneri olim sacra, salaciā iuuat & fœcunditatē. Vnde quis posset peculiarem sensum adagij elicere, eos qui virtutib. steriles fuerāt, nūc omni virtute & laude fœcundos futuros: sed præstat sequamur nostri interpretis vestigia. Si Hebræis credas tunc adagij sensus erit, eos qui prius aliis noxij, mordaces, & iniurij benignos, iustos, & comes omnibus futuros, qui vitiis horridi & viles, virtutibus odoros atque florentes futuros, adde ex nostro pauperes de terra & pulnere exaltādos. Sic Chaldęus adagiū exponit; *Pro impiis consurgēt iusti & pro peccatoribus consurgent timentes Deū.* R. Sal. Iarrius, *Potestas auferetur ab impiis & dabitur iustis.* Procopius etiam refert ad animorum commutationem; ἀντὶ κακίας δικαιοσύνην, σωφροσύνην ἀντ' ἀσελγείας, καὶ ἀντὶ θράσους ἀνδρείαν, φρόνησιν ἀντ' ἀφροσύνης. *pro malitiâ iustitiam, temperantiam pro lasciuiâ, & pro audaciâ fortitudinem, pro stultitiâ prudentiam.* Subdit exēpla & Matthæi; ex Hieronymo quem secutus.

Hygin. Dioscor. Vrtica. Theocriti Scholiastes. Myrti pro prietates. Eadē cui sacra.

Chaldęus. R. Sal. Iarsius.

Hieronymus sic scripserat: [*Vtcumque* se habet nominum proprietas. hoc dicendum est, quòd mala vertantur in bona & pro vitiis nascantur virtutes; pro iniquitate iustitia, pro temeritate fortitudo, pro luxuria tēperantia, pro stultitia prudentia. Demus exēpla maiorum, Matthęus & Zachæus & publicani *sibiuncula* erant, & σκιβὴ & stirpes inutiles, & κνίζη amari saporis & odoris teterrimi, dicentes, *Cōputruerunt, & corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ.* Isti in Apostolos repentè mutati, facti sunt *cypariſſus*, & *abies*, & *myrtus*, odoris optimi & in varia opera necessarij. Paulus quoque persecutor Ecclesiæ quando audiebat à Domino; *Saule, Saule, quid me persequeris? durum est tibi contra stimulum calcitrare; vrtica* erat, habens persecutionis aculeos. Quando autem in toto orbe euāgelium prædicauit, & dicere poterat, Christi *bonus odor sumus*, rectè *cypariſſus* appellatur *& myrtus.*] Igitur in cuiusuis seria emendatione hoc adagium possumus vsurpare; maximè quando gentiles ad fidem conuertuntur. Sic B. Cyrillus; [*Fore autem* (ait) eorum qui vocati sunt maximam mutationem, ad id quod incomparabiliter præstat, ostendit, cū dicit; *pro stœbâ erit cypariſſus, pro conyza crescet myrtus.* Stœbam & conyzam amaras spinas & reiectitias esse dicunt; & crescunt in locis ad agriculturam non accommodis, sed terrâ incultâ & salsuginosâ gaudent. Tales sunt qui errant & creaturam præ creatore colunt. Postquam autem vocati sunt ad agnitionem veritatis, stœba & conyza esse desinunt: ac vergunt intelligibiliter in Proceras & pulcherrimas arbores. Nam cypariſſus nuncupantur & myrtus. Magnum itaque

Hieron. Psal.37.b. Act.9. 2.Cor.2.

itaque est miraculum: est eius qui colit Ecclesiam, id est CHRISTI. Transponit enim spinas in nobiles & præstantes arbores, & alias facit *spiritualiter*.] Aliter adhuc explicat S.Gregorius *Moral.li.*18. cap.12. de quauis animâ;] *Pro saluncâ*: namq; in eâ *ascendit abies*; dum in sanctorum corde pro abiectione terrenæ cogitationis, altitudo supernæ contemplationis exoritur. *Vrtica* verò igneæ omnino naturæ est. *Myrtus* autem temperatiuæ fertur esse virtutis. *Pro vrticâ* igitur *creuit myrtus* cùm iustorum mentes à prurigine & ardore vitiorum ad cogitationũ temperiem tranquillitatémq; perueniunt: dum iam terrena non appetunt, dum flammas carnis desideriis cælestibus *exstinguunt*.] Idem *lib.*33.*cap.*4. per vrticas cogitationũ prurigines, per *spinas* vitiorum punctiones intelligit. Præterea quędam de hoc loco Leuinus Lemnius *lib. de herbis Biblicis cap.*24.*& cap.*39.

S.Gregor.

Leuinus Lemnius.

ADAG. DCCXCII.

EX CAP. LVI. VER. III.

Lignum aridum.

Lignum aridum.

QVOD ante LXX. *Stæbe* appellatione, hoc nunc isto prouerbiali cõuicio sacra Scriptura exprimit; nempe hominem, qui habetur ad quiduis inutilis, qui virtutis & industrię sterilis est. Nam Eunuchi, ab omni templi Sacro, & publico ciuitatis ministerio arcebãtur apud Israelitas, nec familię vel reipub. tabulis inscribebantur, sed perinde habebantur ac si nati nõ essent; eo quòd Israëlis nomen ac gentẽ propagare non possent, vt hic obseruarunt Forerius & Montanus. facit hoc ad loci intelligentiam, sed ita vt intelligamus potissimùm agi de Eunuchis legis nouę, qui animi destinationis, castitatis amore tales sunt, hos enim adfatur propheta & vetat, ne sicut olim tempore legis Mosaicæ cõmunis erat opinio, eos maledictioni obnoxios qui semen in Israële non propagabant; ita se putent in Euangelicâ lege & Christianâ Ecclesiâ tales reputari (ideò rectè Chaldæus pro *sum*; ponit reputabor) in qua non attenditur generatio carnis & sanguinis, sed quæ ex Deo est noua creatura. Sic accipiunt contra hæreticos Patres orthodoxi Hieronymus hîc, Augustinus *li.*1.*de virginitate cap.*23.*&* 24. S.Basilius *li.de verâ virginitate*; Ambrosius *exhortat.ad virgines*, *& de instit.virg.cap.*6. Gregorius 3. *part. pastoral.cap.*29. & his omnibus prior Origenes *tract.*7.*in Matthæ.* & discipulus eius Clemens Alexandrin. *sub finem li.*2.*Stromatum*. Vide Cardin. Bellarminum *to.*1.*lib.*2.*de monachis cap.*9. & Salmeronem *tomo.*8. *tract.*50. qui est de cœlibatu. & de sterilitate huiusmodi potissimùm capi puto: non tamen excludo cęteros steriles natura, vel sectione, quos comprehendunt Cyrillus & Procopius. Quinetiam lignum aridum in sacra Scriptura opponitur florenti & succi pleno, & solo suo inhęrenti. nam significat reuulsum, & frondibus spoliatum, cui fructificandi spes nulla, vel ferè nulla: quo sensu *Iob.cap.*19. *versu* 11.*quasi euulsa arbori abstulit spem meam*, occisis scilicet turbine venti liberis omnibus (&, vt bene Pineda) omnis viroris, gloriæ & fœlicitatis pristinę recuperanda spe sublata. Qua metaphora etiam Ezechiel de Israëlis regno per captiuitatem penè deleto, sed in Zorobabele rursùs quodammodo suscitato vaticinatur *capite* 17.24. *Sciat omnia ligna regionis quia*

Hieron. Augustin. Basilius. Ambros.

Gregor. Origen.

Clemens. Alexand. Cardinel. Bellarm. Salmerõ.

Cyrillus. Procop.

Forerius. Mõtanus.

quia ego Dominus humiliaui omne lignum sublime, & exaltaui lignum humile, & siccaui viride, & frondere feci lignum aridum. Eccles. 6. 3. *relinquaris velut lignum aridum in eremo.* & ipse Dominus *Luc.* 23. 13. *Quia si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?* de quo ibi plura, adag.

Ibid. 17. b
Isa 52. c

ADAG. DCCXCVI.

IBIDEM VERS. X.

Speculatores cæci.

Speculatores cæci.

צֹפַי עִוְרִים TZOPHI IHIVRIM.

LXX. LXX. acceperunt priorem vocem vt verbum, & verterunt, *videte.* Hieronymus pro nomine accepit sicut & Chaldæus & recentiores Rabbini omnes: & olim Aquilas vt noster, σκοπευταί. Symm. & Theodotion, *οἱ σκοποί, custodes,* continetur elegans antithesis Prouerbialis, speculatoris enim officiũ est omnia pericula prospicere, & in omnem partem visus aciem extendere, & monere ciues, vt caueant, & occurrant: quàm turpe fuerit, hunc esse cæcum? Hoc munus speculatoris obibat propheta suprà *ca.* 21. 6. *vade & pone speculatorem, & quodcunque viderit annunciet. Et vidit currum duorum equitum, ascensorem asini, & ascensorem cameli: & contemplatus est diligenter multo tempore. Et clamauit leo, super speculam Domini ego sum stans iugiter per diem: & super custodiam meam sum stans totis noctibus.* Per *speculatores* hîc intelligi Pontifices, Prælatos (quid aliud ἐπίσκοποι est) & Doctores Iudæorum docet hîc D. Hieronymus, quia omnes cæci, nescierunt Dominum Saluatorem, nec lucem voluerunt videre præsentem. Ad quos Dominus loquebatur, *stulti & cæci, quid est plus, aurum an aluare quod sanctificet aurum?* Et iterum: *Duces cæci, culicem liquantes, & camelum glutientes.* Et: *cæcus cæcum ducens, ambo in foueam cadẽt.* Quod autem magistri speculatores vocentur, & suprà legimus: In eo enim loco, vbi iuxta Lxx. dicitur; *vox custodum tuorum eleuata est:* in Hebraico scriptum est, *vox speculatorum tuorũ:* de quibus erat Ezechiel, cui loquitur Deus: *Fili hominis speculatorẽ dedi te domui Israël.* Sed prophetæ non erant speculatores cæci, vocabantur meritò *Videntes.* Conueniebat illis optimè contrarium adagium Græcorum, quod ex Homero Iliad. υ. & υ. Methodius & Suidas vsurparunt, *οὐδ' ἀλαοσκοπιλῶ ἵκτο, non cæcutiente speculatus est,* rem sagaciter odoratus est & deprehẽdit. Cõtrà de speculatore decepto vsurpabatur, *ἀλαοσκοπὶ cæca speculatio.* hoc ergo adagium priùs Hebræi vsurparunt vt ex hoc loco videre est. Hesychius; *ἀλαοσκοπὶ τύφλωσις τῆς ὀφθαλμῶν, cæcitas oculorum:* Eustathius *ἀλαοσκοπιλῶ* dicit esse *τὸ ματαίαν κατασκόπευσιν.* pertinet ergo ad omnes, qui dignitates, magistratus, pulpita, cathedras, virtute aut doctrinâ destituti occupant. quales nunc plurimi. Notat Procopius hoc opponi Apostolis, *τῆς διορατικῶν τῆς ἐκκλησίας σκοπῶν, qui perspicaces & acuti ecclesiæ oculi.* S. Gregorius *li.* 25. *in Iob. cap.* 10. de his accipit, qui apertos habentes oculos in fide, tenent clausos in opere: qui non vidẽt opere, quod cernunt professione. Vnde ait de Bãlam scriptum; *Qui cadens apertos habet oculos.* cadens quippe in opere, apertos tenuit oculos *in contemplatione.*

Chaldæus. Rabini recentiores. Aquilas. Symmachus. Theodotion.

Methodius Suidas.

ἀλαοσκοπιὰ.

Procopius

S. Grego.

Num. 24.

Matt. 23. b

ADAG. DCCXCVII.

IBIDEM.

Canes muti non valentes latrare.

Canes muti, &c.

CONueniunt versiones sensu. Nam quod pro ἐπὶ vt Lxx. & noster, & Ionatham; Symmachus ἀλαλαὶ *sermonis expertes*, Aquilas autem *linguâ prapedes* μογιλαλεῖς, nihil ad sententiam addit, vel demit. Conueniunt etiam D. Hieronymus, Cyrillus, Procopius interpretatione, agi de prælatis, magistratibus, cócionatoribus, qui vitia non reprehendunt animi pusillanimitate, vel donis, aut spebus vanis obnoxij, vel vt se pascant; ita S. Hieronymus hîc, & S. Gregorius *in libb. Regum*, & Aug. *in Psal.* 67. Acutè & verè Alphonsi. Salmeron *tom.* 5. *tract.* 60. *Prælati qui Dominico gregi custodiẽdo deputati sũt panis offâ tanquam Cerberus incantantur, ne in damones & peccata, tanquam fures & lupos allatrent.* Adagium certè ad hos pertinet: vt & ad canes rabidos, qui nec latrant, nec Dominos suos agnoscunt, sed taciti mordent: quod in hæreticos intorsit S. Epiphanius hæresi Antidicomarianitarum. Alij locum Isaiæ restringũt ad Iudæorũ proceres, qui non latrauerunt contra CHRISTI crucifixores; sed vocales in CHRISTVM, muti erant in vitiis populi & in veritate agnoscenda fatendáque. Sic Procop. & Cyrill. hîc, & Eusebius *demonstrat. Euangel.* 10. *cap.* 8.

D. Hiero. Cyrillus. Procopius

S Gregor. Aiguilin. Alph. Salmeron.

S. Epiphanius.

Eusebius

Redeo ad adagium. constat olim Athenienſium decus Demosthenẽ, se & alios oratores, vocasse *canes*: cùm enim Philippus Macedo fingeret se cum Athenienſibus in gratiam rediturum, si sibi dederent Demosthenem & cæteros oratores: prudenter ille Apologum narrauit de lupis postulantibus sibi canes armenti & gregis custodes dedi; & his occisis impunè iam lanienam exercentes, canibus amotis. An non ætas nostra vidit, vidétque religiosos illos ordines à schismaticis & hæreticis solos expelli, & ad crucem depoſci; qui fures produnt, nec cum lupis vlulare sustinent. Bene quòd non canes muti sunt, sed veri gregis custodes vigiles, strenui, indefessi.

Demosth. Philippus Macedo. Athenienſium oratores

Tradit Iunius Columella *lib.* 7. *cap.* 12. *de re rust.* pecuarios & villaticos canes, olim sensu contrario vocari solitos, *mutos canes*. Probè tamen illis censeo cauendum, ne quod dici solet, lunæ, sed furibus allatrent: tempora quoque & personas inspiciant. Nam nec in omnes, nec semper, nec vbique vocales esse decet. Quidam similes sunt timidis canibus, qui vehementiùs latrant quàm mordent. Sic ingenti & frequenti clamore nihil proficiunt, nisi vt rideantur & contemnantur. pulchrum illud, *Altissima quæque flumina minimo sono labi*, vt ait Q. Curtius: & aliud triuiale, *Canis vetulus non temerè latrat.*

Iunius Columella.

Alta Flumina minimo sono labi.

Canis vetulus non temere latrat

Q. Curtius

EX CA. LVII. VER. XIII.

A DAG. DCCXCVIIJ

Ventus auferet, tollet aura.

Vẽtus auferet, tollet aura.

PRo *aura* Hebr. est הבל *habel*, quod recentiores vertunt, *vanitatem*. Chaldæus exponit *erunt quasi nihilum*. hoc est, celerrimè, & facillimè dispergentur, velut paleæ aut quisquiliæ, aut puluisculus minutus vento circumagitur. S. Cyrillus; *Hoc est opinor quod in libro psalmorũ dictum est*; Fiant tanquam pulvis à facie venti. *hoc est in nihil recidant.* Nam quæ vento traduntur ferenda perire solent, hinc adagia, vẽtis tradere, & in vento scribere. Euripid. Troad.

S. Cyrillus

Euripides

Αργεῖ ἐπιδὴ καὶ Φρυγῶν ἐπαινίσεις
ἀνέμοις φέρουσ' ἀφειδῶ μοι—

Argino

Arginorum probra, & Phrygum preconia
Ventis ferenda trado.

Catullus. Catullus;

In vento & liquidâ scribere oportet aquâ;

habere pro iam deletis.

Propertius. Propertius;

Hæc mihi fingebam, quæ nunc Eurúsque Notúsque
Iactat odoratos vota per Arabios.

ADAG. DCCCXIX.

IBIDEM VERS. XX.

Mare ferueus.

Mare feruens.

ים נגרש IAM NIGRASCH.

VOx *maris* videtur è Lxx. versione excidisse. Vis adagij ab ipso Isaia satis exponitur ipsa comparatione, *Impij* (ait) *quasi mare feruẽs*, (hoc est, cõmotũ, procellosum) *quod quiescere non potest: & redundãs fluctus eius in conculcationem & lutũ.* Nam mare procellosum, semper huc illuc voluitur, & ipsum non habet in se quietem vllam, nec desinit litoribus & nauigiis minari. montes tamẽ isti fluctuum in seipsos reuoluti franguntur, & resorbẽtur; & nihil illis in litore superest, quàm spuma, & lutum & alia reiectamenta, quæ pedibus conculcentur. Hæc hostibus Ecclesiæ optimè conueniunt, maximè hæreticis, vt ostendit Viegas *in Apoc. cap. 9. cõment. 2. sect. 12. Sic impij* (inquit Hieronymus) *æterna conculcationi subiacebunt, quorum nullum est gaudium, & qui nulla pace requiescũt in eo quod impij perseuerant.* Cyrillus & Procopius fluctuationem hanc exponunt; quam Iudæis immisit Deus operationẽ erroris, vt vocat Apostolus *1. Thessal. 2.* ἐνέργειαν πλάνης. Idem Procopius accommodatè Hebræo & nostræ versioni: ψυχὴν ὑπομένουσι κλύδωνα δίκην θαλάσσης ὑφ' ἑαυτῶν τιμωρούμενοι, τῆς ἐμφύτου μοχθηρίας κύματα σωρεύσαντες, καὶ παραπεμπόντες αἰγιαλοῖς, τὴν δὲ τούτων ἀπάλλαξιν πάλιν εἰς ἑαυτὴν ἐπεμένοις, ὅσπερ ὄντως τοῖς ἀπὸ καρδίας κυμαίνουσι λογισμοῖς ἀναπαύλης τυχεῖν δυνάμενον. *animi fluctuationem patiuntur, maris instar seipsos vlciscentes; quod quos fluctus ad litora trudit, assiduè parit quidem, sed eorumdem in se reflexionem vnquàm pati cogitur; non aliter quàm isti, qui cordis semper fluctuantes cogitationibus, quiescere nunquam potuerunt.* & addit secundùm Lxx. *nec gaudere quidem eos posse, quia destituti sunt vero gaudio, quod est* CHRISTVS. *Quantumuis enim ad modicum gaudeãt, qui corporis voluptatibus fruuntur, extrema tamẽ occupabit interitus. Vnum enim illud & solidum esse gaudium, quod vitæ æternitatem nobis affectionibus molitur.* διὸ καὶ χαίρειν οὐ δύνανται τῆς ὄντως χαρᾶς ἐστερημένοι Χριστοῦ. κἂν γὰρ χαρῶσιν ἐφ' ὑδναῖς σαρκικαῖς ἀσελγείαις, ἀλλ' εἰς ἀπώλειαν καταστρέφουσιν. ἡ γὰρ ἐκ θλίψεων ζωὴν αἰώνιον πραγματευομένη μόνη χαρά. Impiorum de peccatis gaudia vana, falsa, perturbationibus plena optimè docet S. Augustinus *lib. 14. de ciuit. Dei cap. 8.* quẽ adi lector, non pœnitebit. Quæ vera, quæ vana gaudia hominum etiam docet Origenes *hom. 11. in Numer. sub fin.*

Viegas.

Hieron.

Cyrillus. Procop.

EX CAP. LVIII. VER. V.

ADAG. DCCC. Contorquere caput suum quasi circulum.

Contorquere quasi circulum caput suum.

HEbr. est הלכוף כאגמון ראשו *halachoph keaghmon roso.* quod Lxx. reddunt *incuruare collum suum quasi circulum*, & confirmat Aria-

Chaldæa paraphr. Pagninus. Vatablus. Forerius. Leo Iudas

versio, Chaldæus, & paraphrasis. Tamen Pagnin. Vatabl. Forer. & plerique recentiores nobis pro circulo *iuncum* obtrudunt; Clarius, *scirpum*; Leo Iudas *hamum* eodem tamen sensu, nempe caput ac collum demittere ac tristem incedere, vt exponit D. Hieronymus, iuxta illud, *afflictus sum, & incurvatus sum vsque ad finem: tota die contristatus incedebam.* *Psal.* 37. Cyrillus exponit, summam humiliationem exercere, vt vertit interpres obscurè, pro, signis exterioribus humiliationem præ se ferre. S. Augustinus *serm.* 172. exposuit, *caput substernere.* Isidorus Clarius, *inclinato capite incedere.* Arias Montanus hoc loco, pro, *circulum* vult reponi *cirpum*. nam cẽset librariorum obscurâ diligentiâ vel aliâ ex causâ, pro, *cirpo*, nos *circulum* legere: & ab interprete vulgato *cirpum* positũ. id ait rem ipsam indicare, & vocem *agmon* ostendere, quod simplicis & altè crescentis fœni genericum nomen sit: cuius formæ multæ sint aquaticæ, præcipuè quæ & humoris bibulæ, & flexibiles valdè: qualis iuncorum & scirporum natura omnis, & in his etiam asphodelus, Hispanis antiquo nomine, literis transpositis, *gamon* dictus. miror, virum eruditum similitudini literarum tantùm tribuisse, vt inde duxerit omnes codices Latinos bibliorum mendosos fuisse, & esse; & hunc errorẽ nec ab Hieronymo animaduersum. cur ergo ipsemet Arias in versione suâ Thargumæi Ionathæ *circulum* vertit? Mẽdosíne etiã Lxx. qui ὡς κρίκον? illos secutus noster, non licentiosè vt subindicat Forerius: sed prudẽter vt exprimeret ipsam capitis demissionẽ, quod inflexo collo, versus pectus, videtur velle viminis aut iunci instar, se in circulũ flectere. Quod ad vocis Hebrææ significationẽ attinet; nec constat de radice an sit אגם *Agam stagnum, pelagus*; an גמא *Gama, bibere, sorbere*, nec de significatione, nã cùm exstet locis quinque, de singulis ferè controuertitur. Leo Iudas hîc & Pineda noster *in Iob. cap.* 10. *v.* 15. *hamum* piscatoriũ esse voluerũt; nec inter *hamum* & *agmon* multa dissimilitudo: sed hæ nominum allusiones nimis quam sæpè eludunt eos qui nimiùm illis addicti ludũt in rebus seriis parùm grauiter, ne dicam pueriliter. Dixi nonnulla *adagio* 725. sicut & *cap.* 9. 14. de simili Isaiæ loco, vbi noster reddidit incuruãtem & refrenantem, respiciens ad circulũ qui bubalorũ nari inditur, quo gubernantur. sic Lxx. & noster verterunt *circulum* Iob. 41. 21. *numquid pones circulũ in naribus eius*, vt quasi ferã cicuratã pro arbitrio circũagas. quò respiciens *Isai.* 37. 29. vertit, *ponã circulũ in naribus tuis, & frenũ in labiis tuis.* (vide adag. 760.) Minùs mira videbitur metaphora *circuli*, de capitis demissione illis qui non nescíunt illud Plauti de anu incuruâ largiùs sorbente; *arcus bibit.* Adamus Sasbaut vult etiã dictũ de illis quibus præ ieiunio caput dolet vehementiùs: quod alienũ ab hoc Isaiæ loco, vbi de hypocrisi ieiunantiũ disseritur, eáque damnatur, non excessus. Solet quidem ieiunio interdum vertigo capitis nasci; sed non magis de hac vertigine hîc sermo, quàm de iactatione & rotatione capitis, fanaticorum, notâ Philologis & Iurisconsultis.

D. Hieronymus. Cyrillus. S. Augustinus

Isidorus Clarius.

Arias Mõtanus.

Lxx.

Forerius.

Plautus. Arcus bibit. Adamus. Sasbaut.

IBIDEM VER. IX.

ADAG. Decct. Extẽdere digitum.

EXTENDERE DIGITVM.

שלח אצבע SELACH ESBAHH.

Lxx. χειροτονίαν, *ordinationẽ* Chaldæus, *annuentem digito*, Aquila, Symma

Lxx. Chaldæ. Aquila.

Symmac. Theodot. Procopi⁹. Hieron.

Symmac.& Theod. ἐκτείνοντα δάκτυλον, *extendentẽ digitum*. Nã quod Procopius ait quosdam sic vertere, hos tres fuisse docet Hieronymus, hoc loco sic scribens; [χειροτονίαν pro qua tres alij interpretes, voce consonâ *extentum digitum* transtulerunt, vt non solùm malum ipse non cogites, & non facias, sed ne detrahas quidem proximo tuo, & singulos quasi digito notes, & loquaris quod non prodest animæ tuæ, non tua mala sed errores aliorum *consideranti*.] Subdit & aliam interpretationem quorumdam, qui χειροτονίαν accipiunt de clericorum ordinatione, & hinc colligunt quàm graue peccatum sit, manus citò alicui imponere, & temerè ad sacrum ordinem promouere: satis autem ostendit se hanc interpretationem non probare; non cohærentem præcedentibus, & ad Iudæos de quibus propheta loquebatur, nihil attinentem.

χειροτονία.

S.Cyrillus.

S.Cyrillus χειροτονίαν aliter accepit, & quidem duobus modis. Primus est corrumpi muneribus & turpia lucra expetere, quia videlicet iudices ob munera iudicabant, & sacerdotes propter argentũ vaticinabantur: sic enim dici aliquem habere manum extentam ad accipiendum. Secundus est, vetari ne manum extendant ad retaliandum malo malum, & iniurias acceptas, par pari reddendo, vlciscendum.

S.Grego. Nazianz.

S.Gregorius Nazianzenus extremâ oratione περὶ φιλοπτωχίας exponit χειροτονίαν adhuc aliter, nẽpe, probationem, siue ambiguitatem, δοκιμασίαν, siue ἀμφιβολίαν. Vbi

Billius Humfred.

Billius non *ordinationem* sed *electionem* vertit, sicut Humfredus apud Cyrillum, *suffragium*: ego mallem *manûs extentionem*, vt cum nostro ex Hebræo consentiat. Nicetas exponit *explorationem* qua inquirit daturus, an pauper dignus sit necne; sicut in ordinum vel dignitatum conferendarum suffragiis ferendis fieri consueuit. Leo Cast.

Leo Castrius nouum valdè sensum imputat Nazianzeno, nempe interpretari auaritiam hominum, dantium eleemosynam, & supputantium quantum dederint, vel imputantium quod antè dederint ipsi, vel quod alij dederint, quod gestu & iactatione manuum fieri soleat: sed haud dubiè melior est Nicetæ commentarius.

Isidorus Clarius.

Isidorus Clarius refert sententiam illam de corruptelâ suffragiorum; sed videtur ipse interpretari, de non extendendo manum ad res alienas rapiendas, sicut & Pagninus.

Vatablus. Saa. Osorius. Forerius.

Vatablus & Saa, minari proximo & probris afficere. Prius placuit Osorio, sed & Forerio. *Est autem* mittere digitum (inquit) *contendere & rixari, sumptum ex gestu videlicet rixantiũ. Fortè illud est in Prouerbiis de petulanti fœminâ*, digito loquitur. *aut certè est, quasi volentis oculos eruere, quod est irati & impotentis animi.*] Cætera satis aptè. illud de loco *Prou.6.* 13. est ineptum, nam de viro apostata agitur: & significat elationẽ tantã, vt nec verbis quidem agere, sed digito quicquid velit imperare, dignetur: quasi cæteros pro mancipiis alloquio indignis habeat: huc pertinere puto illud nec digitum porrexerim apud Ciceronem *lib. 2. de finibus*, de re nullius pretij.

Arias Montanus. Arias Mõtanus.

Arias Montanus, *digitum*, metonymicos pro totâ manu positum; quâ figurâ vel attingendum quidẽ malefactum, nedum tractandum vetarur. Nam *digito attingi* dicitur, id quod leuiter & non adeò accu-

ratè fit, vt *alligãt onera importabilia, digito autem non attingunt.*] Sic ille, Posset huc referri Ciceronis illud *pro Cæcina; qua digitum proferat non habet.* Nihil illi superest quod causetur, vel agat. Verùm longè petita hæc.

D. Hiero. Strabus Lyranus.

Porrigere medium digitum.

Præ cæteris placet D. Hieronymi expositio, quam Strabus & Lyranus secuti, de ignominiâ, contemptu, & opprobrio aliorum. Puto namque agi de porrigendo infami seu medio digito cæteris in palmam compressis: quod grauis conuicij instar antiquis fuit, vt pote mollitiei seu effœminationis signum.

Iohannes Perdinãdus.

Visum hoc Ioanni Ferdinando nostro, magnæ sanctitatis, & eruditionis viro, *Thesaur diuin. script. lib. 4. cap. 51.* & multis humaniorum literarum testimoniis comprobari potest. Laërtius *lib. 6.* tradit, peregrinis aliquando Demosthenem videre cupientibus τὸν μέσον δάκτυλον extendisse, & dixisse, ἅτις ὑμῖν ἐστὶν ὁ Ἀθηναίων δημαγωγὸς, *hic vobis est ille Athenienſium orator.* Mordaciter & caninè quasi per errorem, pro indice digitum impudicum extendit, superbiam effœminatam Demosthenis subobscurè taxans, qui vel à mulierculis gaudebat digito ipso monstrari, & dicier, *hic est*; teste Cicerone *extrema Tusculana.* Porrò cùm hoc factum Cynici plerisque displicuisset, & insanum vocarent quòd sic digito aberrasset, intulit quod ab eodem Laërtio subditur, τοὺς πλείους αὐτὸν δάκτυλον μαίεσθαι. Se quidem ipsis videri insanire, & item si quis incederet medium digitũ prætendens: non verò si porrecto indice pergeret. Sibi verò ipsos stultos videri qui minùs recta probarent, & laude non digna, summopere laudarent. Sed non mirandum: solere namque quæ sunt pretiosissima minimo vænire, & contrà. Quæ est vera explicatio loci Laërtiani, cui, αὐτὸν δάκτυλον μαίεσθαι, est etiam *vltra digitum insanire*, magis quàm *digito desipere*, vt ille apud Persium *sat. 5.* qui digitum iussus exerere, quòd medium pro indice exereret, dicitur peccare. Igitur indice ostẽdi laudis fuit, vt patet ex Cicerone & Persio, sed medio, seu impudico digito ostendi, vel hunc intentari maximi contemptus fuit, ideo Martialis quem iubet irrideri, iubet, *digitum porrigito medium, lib. 2. & lib. 6.*

Persius. Indice digito ostẽdi.

Ostendit digitum, sed impudicum. Iuuenalis,

Fortuna ipse minaci
Mandaret laqueum, mediúmque ostenderet vnguem.

Quare non immeritò dicas in illo Salomonis loco *Prou. 6. v. 13. digitum capiat*, indefinitè, de hoc vtroque. q. d. siue laudet, siue contemnat, in omni gestu æquè superbus est.

EX CAP. LIX. VER. V.

ADAG. DCCCII. Oua aspidum ruperunt.

Oua aspidum ruperunt.

DIxi sensum esse de iis qui perdendo inimicos ipsi pereunt Cadmeâ victoriâ. Vide Adag. sup. ait Isaias, *ova aspidum ruperunt. qui comederit de ouis eorum morietur, & quod confotum erumpet in regulum.* Omnino noxia sunt. Si vescaris veneno; si calces, à catulo erumpẽte, necaberis. Exemplo est Ichneumon, qui quadam physicâ antipathia, post necatam matrem, in oua grassatur; sed eorum contactu lethum incurrit. Lege Bustamãtinum de reptilibus sacræ Scripturæ. Lxx. hîc vertũt, ὰ ἀσπίδων ἔρρηξαν, ὁ μέλλων φαγεῖν ἀπὸ τῶν ὠῶν αὐτῶν ἀποθανεῖται, καὶ ἐν αὐτῷ βασι-

Bustamãtinus.

βασιλίσκου. *Ouа aſpidum fregerunt & qui de ouis eorum comedere voluerit, frangens putridum, reperit etiam in eo regulum.* Teſte Euſebio, Aquila, Symmachus & Theodotiõ, vt noſter; ὁ ἐσθίων ἐκ τῶν ᾠῶν αὐτῶν, ἀποθανεῖται. (*Qui comederit ex ouis ipſorum, morietur.*) Pro regulo Aquila *viperam*, Symmachus, & Theodotion *aſpidem* poſuerunt, vt ſcribit S. Hieronymus, qui oua aſpidum docet eſſe Iudæorum ſpes vanas; Antichriſti aduentum, quem ſuſcepturi, præſtolantium. Hos frangere atque diſrumpere oua aſpidũ vt earum venena in ſua mente ſuſcipiant, quibus in Euangelio dicitur *ſerpentes genimina viperarum*. Et *oua aſpidum* pulchrè poni, quę priùs oua generare dicuntur. *Qui comederit de ouis eorum morietur*, hoc eſſe qui conſiliis eorum acquieuerit. Secundùm Lxx. verò, qui prima fronte deceptus putauerit oua gallinarum, & aliarum voluerũ, quorum eſus innoxius eſt, ſi fregerit, antequam comedat, ſtatim putorẽ teterrimum fœtorémque cognoſcet. & quod confotum eſt, inueniet regulum: hoc eſt enim qui iuxta traditiones Iudæorum crediderit fabulas de regno mille annorum, & ad eſcas illas ſe voluerit præparare, conſiderando quod diſcunt & ſermones illos diſcutiendo, ſtatim reperiet in iis viam parari Antichriſto, & in illis regem ſerpentium cunctorum diabolum latitare. Cyrillus ad Iudæorum concilia contra CHRISTVM refert, quæ vana & ſequentibus lethalia: & vocem ᾠεων ponderat hoc pacto, [*Sed* à ſcopo errauerunt, atque id illis vſu venit, qui præ inſigni ſtultitiâ aſpidum oua rumpunt. Nam vbi fregerint, nihil inuenient aliud præterquam regulum: eſtque hic partus ſerpentis valdè pernicioſus; & ouum ᾠεον id eſt *vrinum* ſeu ſubuentaneum, nempe prauum & inane. Itaque non modò non vtilitatõ ſed perniciem conciliat, & planè in orci *laqueum induci*.] Procopius dicta D. Hieronymi cum Cyrillo coniungit, & cæteris copioſior ponit ipſas Aquilæ & aliorum verſiones. Aquilam vertiſſe καὶ τὸ θαλφθὲν ἐξεχιδνώθη *& quod fotum eſt, in viperam diuiſum eſt*. Symmachum τὸ δὲ σαπὲν γραμμένον ἀσπίδων ἔσται ἀπώλεια; *quod conuolutum eſt, vbi fractũ fuerit, aſpis erit*. Theodotionem, τὸ θαλφθὲν ἐν ἀσπίδι ἐκπυὸν ἐν ἀσπίδι. *quod fotum eſt expuit in aſpidem*. Iudæos ex diabolo mala ſemina in vtero mentis concepiſſe, & relicto viuifico Dei ſemine, ad fabulas aniles; & hominum mandata μυθώδεις γραολογίας καὶ ἀνθρώπων ἐντάλματα delapſos. Eos autem, qui his veſcuntur intetire; qui verò prudenter ea diſcutiunt, & confutant, frangere, & in iis nihil niſi putredinem & baſiliſcum, marcidam & ingloriam, immò & lethalem doctrinam deprehendere. Secundùm nonnullos etiam *comedere de ouis peccatorum*, idẽ eſſe quòd eorum verbis fidem adhibere. Vt olim Abel cùm Caino credidit, ſuadenti in agrum prodire, ab eo ibi occiſus interiit. Videris hæc ſic de Iudæis dicta, vt ad eos quoque ſpectent, qui Iudæorum dogmata ex parte ſuſcipiunt, Machometani, Iacobitæ, Æthiopes, Coptæ, & alij hæretici, præcipuè Caluiniſtæ, Iudaizantes, denum omnes peccatores. S. Gregorius *lib. 15. Moral. cap. 9.* [*Oua aſpidum* prauis hominibus rumpere, eſt malignorum ſpirituum conſilia, quæ in eorum cordibus latent, peruerſis operibus aperire. Bene autem additur: *qui comederit de ouis eorum, morietur*, quia qui immundorum ſpirituum conſilia

reci

Euſebius. Aquila. Symmachus. Theodor.

S. Hieron.

Mat. 12. d

LXX.

Cyrillus.

Procopius Hieron. Cyrillus.

Aquila.

Symmachus.

Genes. 4.

recipit, vitam in se animæ occidit. *Et quod confotum est, erumpet in regulum*; quia consilium maligni spiritus quod corde tegitur, ad plenam iniquitatem nutritur. Regulus námque serpentum rex dicitur. Quis verò reprobum caput est, nisi Antichristus? Quod ergo confotum fuerit erumpet in regulum, quia is qui in se nutrienda aspidis consilia recipit, membrum iniqui capitis factus, in corpus Antichristi *accrescit*.

Blasius Viegas. Addit Blasius Viegas *in Apocal. cap. 6. comm. 4. sect. 2.* Quod ante illum tradiderat hîc Pintus, oua aspidum foris pulchra videri, intùs venenata esse & pestilentia, primũque frangentibus lethifera; ita nefaria peccatorum consilia, pulchra quidem in speciem esse, sed intùs pernicioſa & funesta, iísque potissimùm qui ea designarunt, ad finémque perducunt cladem & exitiũ adferre. Quæ specialis pulchritudo sit in exteriori putamine aspidum nescio, non enim vlla vidi; aliorum serpentium quædam vidi, maculis luteis, & cæruleis picta.

Aspidum oua.

Forerius. Nec illud affirmarim, quod Forerius, totum virus aspidis in ouis esse. Constat enim morsu mortem fermè sensûs expertem (vt canit Nazianzenus in laude virginitatis) inferre. Idem Forerius, rumpere oua aspidis seu excludere idem esse quod pestem & causam mortis aliis esse. [*Designari* autem hac metaphorâ torius, inquit, humanitatis eliminationem, quòd exuissent naturæ affectus, & hostes essent humani generis. Huiusmodi sunt, qui impiorum hominum studiis fauent, & auxilio sunt, vt quod animo scelesto designarũt, efficiant: quidam enim in repub. ingenio ad excogitandas fraudes pollent quàm vehementi & acri; sed exequi quod inueniunt non valent: non desunt in perditâ republ. qui pessima illorum inuenta executioni possint mandare, & velint: posteriores isti oua aspidum *excludunt*.] Aliter adhuc Arias Montanus accepit ista, simul vsum concionatori præbens vtilissimum in hac ætui nostri iustitiæ vænalitate, & sordibus atque tyrannide tribunalium. Dabo verba Montani: [*Quamquam* descriptio hæc ad omnes malorum authores, consultores, & adiutores pertineant: tamen ex prophetici eloquij ratione, singulis reipub. iam distinctis ordinibus, singillatim per partes adnotata conuenit: quas omnes ad eorum qui sequuntur & profitentur veneni summam conflare, & conficere declarat. Primos enim Iudices iudicio peruersè instituendo *oua aspidum rumpere*, id est summum & pessimum litigantibus periculum creare dicit: ita vt eum, cuius tractant iudicium, si ad finem vsque litigare iuuet, perinde intercidere necesse sit, atque eum qui exclusis aspidum pullis vescatur: (sic exponit *comedere ex ouis*) si verò vel tædio affectus, vel fori peruersitatem perosus aut horrẽs, litem rumpat, intercidat aut relinquat & fugere moliatur, ea iudicum malitia est, vt facilè causam inueniant, quo iure quáue iniuriâ desertorem improbi iudicij veneno affectum exitio *prosequantur*.] hoc ait esse, *quod confotum est, erumpet in regulum*. Quæ omnia vsu vera miseri litigantes experiuntur. Carpinteius notat, huius adagij *Oua aspidum rumpere*, eum esse sensum quem illius *Camarinam mouere*, de iis qui sibi ipsis malorum sunt authores mouendo non mouenda, vel irritando alios in suam perniciem.

Arias Montanus.

Virus aspidis. Nazianz.

Carpinteius.

μὴ κινεῖν καμαρίναν. ἀκίνητος γὰρ ἀτεινών.

Ne moueas camarinam. Etenim non tangere praestat.

Talia quoque, *capra gladium, cornix scorpium*, & similia apud Erasmum. *Centur.* 1. *à nu.* 50. *vsque ad* 65.

ADAG. Decretæ.

IBIDEM.

Aranee te texuerunt.

Telas araneæ texuerunt.

DE inutili & casso labore dici, docet quod subditur, *telæ eorum non erunt in vestimentum, neque operientur operibus suis: opera eorum inutilia.* De Iudæorum consiliis & machinamentis contra CHRISTVM exponunt SS. Hieronymus, Cyrillus, Procopius. Sunt aranearum telæ subtilis & artificiosi operis, sed fragiles, & nullius vsus. Dictis *adag.* 235. addantur sequentia ex authoribus grauissimis, S. Nazianzenus *orat.* 2. περὶ θεολογ. aranearum telas de artificio mirabili commendat eloquentiâ eruditâ vt solet, rerum plenâ:

Vsus adagij.

S. Hieron. S. Cyrill. Procop.

S. Nazianzenus.

Αἱ δὲ (aranæ) ὑφὴ λεπτὴ οὕτω καὶ ἀειῴον οἰκοδόμημα τῆς πνοιᾶς πολυειδῶς διατεταμένων, πολυπλόκους τὰς ἰσὰς ἐξυφαίνουσι, καὶ ταῦτα ἐξ ἀφανῶν τῆς ἀρχῆς, οἴκησιν τε ὁμοῦ τιμιαν καὶ βίβλον τῆς ἀθενῶν, εἰς τροφὴς δὲ πάλαυσιν. πῶς Εὐκλείδης ἐμιμήσατο ταῦτα γραμμαῖς ἐμφιλοσόφοις ταῖς οὐκ εὐθείαις, καὶ καμπαῖς ἐναλίαις δὲ τοῦ εἰξιν, τίνες Παλαμήδους τακτικὰ κινήματα τί, καὶ σχήματα γραφῶν, ὡς φασι, καὶ ταῦτα φαιδρύματα, κινουμένων δὲ τάξει, καὶ μοικίλης τῆς πλόκης; ποῖοι Φειδίαι, καὶ Ζεύξιδες, καὶ Πολύγνωτοι, Παρράσιοι τέ τινες, καὶ Ἀγλαοφῶντες, κάλλη μὲν ὑπερβολῆς γράφειν καὶ πλάττειν εἰδότες; τις Κνώσιος Δαιδάλου χορὸς ἐναρμόνιος νύμφη πεπηδεὶς εἰς καλὰς περιουσίαν; ἢ λαβύρινθος Κρητικὸς δυσδιέξοδος καὶ δυσπάλικτος πανταχῆ εἰσεῖν, καὶ πολλάκις ἀπάντων ἑαυτῷ τοῖς τῆς τέχνης σοφίσμασι. Quæ sic reddidit Billius. Billius.

[*Harursus* per vsque adeò subtilia & tenuia stamina multipliciter intensa sinuosas telas contexant (& quidem ex tam exiguis initiis, vt vix vllâ oculorum acie peruideri possint) quæ ipsis & pro eximio quodam domicilio sint, & venandis alimoniæ causâ imbecilliotibus animantibus inseruiant. Ecquis Euclides hoc artificium vnquam imitando expressit, de lineis pertractans nusquam exstantibus, atque in demonstrationibus anxio labore desudans? Ecquis Palamedes, qui etiam aciei instruendæ artem, ac motus & figuras, nullis aliis præceptoribus, quàm gruibus vsus, didicisse fertur, cùm videlicet eas ordine, ac multiplici volatûs genere moueri perspexisset? Quinam Phidiæ, & Zeuxides, & Polygnoti, Parrhasij etiam & Aglaophontes, qui incredibili quadam elegantium formarum pingendarum & sculpendarum peritiâ claruerunt? Quis Gnossius Dædali chorus ad musicos numeros sese mouens; in puellæ gratiam ad omnem artis pulchritudinem confectus & expolitus? Quis Cretensis labyrinthus difficiles exitus & ambages habens, identidémque in sese per artis *industriam incurrens*?] His tamen telis idem alibi, vt fragilibus, & rumpi facillimis comparat argutias & sophismata hæreticorum, eáque monet contemnenda catholico pectori, Orat. in Heronis laudem,

Διαπτύει μοι τὰς ἐριστάσεις καὶ τὰς ἀντιθέσεις, τὸν νέον ἐσοφίσατο, καὶ τὸν μικρολόγον σοφίαν, καὶ διάλυσιν σκιᾶς, ἢ τὰ τῆς ἀραχνίου νήματα. μίας, φησὶ, κρατοῦντα, σφῆκι δὲ ῥηγνύμενα, οὕτω

λέγω δὲ κἀλύλοις οὔσι ἄλλῳ τινὶ πρὸς βαρυτέρων σωμάτων.

Iustantias & oppositiones, nonámque pietatem, & ieiunam ac minutam sapientiam contemne, & quidem magis quàm aranearum telas, quæ muscas quidem retinent, à vespis autem perrumpuntur, ne dicam à digitis aut alio quopiam grauiore corpore. Vides (lector) quo loco nobis habenda nouella sapientiæ Caluinisticæ examina? premè, pereunt: admirare, peristi. Mens eadem D. Hieronymi, nisi si fortè non sunt illi hæretici. *Epist. ad Cyprianum*; [*Super* personâ (inquit) hæreticorum scriptum est in Esaiâ, *Telam aranea texunt*; quæ parua potest & leuia capere animalia, vt muscas & culices, & cætera huiusmodi; à fortioribus autem rumpitur; instar leuium in Ecclesiâ simpliciúmque; qui eorum decipiuntur erroribus, cùm viros in veritate fidei robustos non valeant *obtinere*.] Sit hæc prima explicatio adagij, de hæreticis.

D Ambr. I I. Expositio. Secunda est D. Ambrosij de aruolatoribus astricis siue mathematicis, *lib.* 4. *Hexam. c.* 4. vbi de Chaldæis ita scribit: [*Hæc eorum* sapientia telæ aranearum comparatur, in quam si culex aut musca inciderit, exuere se non potest: si verò validiorum animantium vllum genus incurrisse visum est, pertransiuit, & cassos infirmos atque inanes laqueos dissipauit. Talia sunt retia Chaldæorum, vt in his infirmi hæreant, validiores sensu offensionem habere *non possint*.]

III. Tertiò dici potest de improbis legum executoribus: quorum

Dat veniam coruis, vexat censura columbas.

Thales. Ioannes Tzetzes. Hoc sensu Thales apud Ioann. Tzetzem histor. 5. dicebat esse leges,

τοῖς ἀραχνίοις ὁμοίους γὰρ εἰ νόμους.

τὰ μὲν μικρὰ καὶ ἀσθενῆ δυνάμενα κατέχειν.

ὑπὸ τῶν δυνατωτέρων δὲ ῥηγνύμενους ῥᾳδίως.

Leges similes esse staminibus araneorum, quæ pusilla & imbecilla animalcula valent retinere, facillimè verò à validioribus perrumpuntur. Non legum certè, sed executorum vitio vt dixi. Sic intelligendus etiam hoc loco Forerius. Nam iustæ leges sanctæ & venerandæ sunt. Forerius.

IV. Quarta explicatio Montani est, qui ad notarios & scribas publicos ista refert, vult enim Isaiam his verbis indicare, { *Pessimè* consultum esse scribarum vti opera; qui ingenio, arte, studio iura & iudicia sese ordiri & contexere, atque ea in vsum eorum, quos diripere, & spoliare studeant, aptare se nosse ac posse professi, telas tamen aranearum texunt, nulli vestiendo aut operiendo, nulli denique vsui idoneas, præterquàm tenuibus irretiendis, colligandis; & ad extremum vsque premendis, nudandis & exhauriendis hominibus. Vt pote quorum scripta & artes, dolo, fraude, & mendacio constent, & ad iniuriam faciendam, hominésque circumueniendos conficta & comparata *fuerint*.] Escriuanos.

V. Quinta expositio est de Iudæorũ traditionibus, & sapientia, quam tradunt hîc Hieronymus, Cyrillus, Procopius: quibus Theodoretum Leo Castrius adiungit. Hieron. Cyrillus. Procop. Theodor. Leo Cast.

* *
*

IBI

ADAG. DECIV.

IBIDEM VERS. X.

Palpare sicut cæcus parietem.

Palpare sicut cæcus parietem.

PONendum, ne quis requireret; non explicandum, quia nemo non intelliget dici de illis, qui vehementi caligine & densâ ignorantiæ vel vertiginis obsessi, multa coniiciunt; vt solent critici, in locis obscurioribus; vel aleatores qui assiduè iaciunt aleam. Cyrillus: vt cæcitatis quæ in illis fuit magnitudinem exprimeret, *palpabunt*, inquit, *tanquam cæcus ad parietem, sic enim interdum ambulare consueuerunt, qui oculorum cæcitate laborant.* Est autem proprium cæcorum (ait Forerius) tentare manu priùs quàm gressus promoueant. Sic 2. *Pet.* 1. 9. *cæcus est, & manu tentans.* Sed nemo istud accuratiùs explicuit Ariâ Montano, qui & locutionis proprietatem, & moralem sensum nobis proponit. (nam literalem non arbitror.) Notat ergo tactus sensum vltimum homini ad cognoscendum res corporeas datum: hunc tamen à cæcis ad offendicula vitanda potissimum vsurpari. Quia vix fieri queat, vt incedendo non offendant, qui in nocte ambulant & luce carent, *Ioan.* 12. 36. Sedon notat duplicem esse cæcitatem, vnam ex capitis morbo, vel oculorum habitu prauo natam, & alteram ex diuturnâ vel perpetuâ tenebrarum vsurpatione: de qua posteriore proditum à Galeno, sic tyrannum quendam homines solitum excæcare. Cogebat eos in ergastula dẽtis obsita tenebris, & postquam longo tempore illic detinuerat, subitò produci iubebat in solem, & clarum iubar oculis intueri; illi verò candore lucis obruti subito exoculabantur. Talem vult hic describi cæcitatem mentis affectatam, ab hominibus se sponte luci veritatis subducentibus; & totius vitæ rationem atque subsidium in suâ industria, & manuum operatione constituentibus. Hos sicut cæci ad parietem palpando incedunt; humanis rationibus insistere, & eis semper inhærere, nec tamen de exitu quidquam peruidere. Qui si ad manifestam diuinæ legis & voluntatis & fidei veræ disciplinam reuocentur, clarissimâ luce magis perstringuntur sicut noctuis & aliis nocturnis auibus sole meridiano splendente solet accidere. Denique probat ex ipsâ voce Hebræâ *neeaſſeſah* frequentatiua, quæ à radice *nagas* ducta, frequenter accedere, & admoueri, & adniti tangendo significat, Hispani dicunt, *andar a tienta paredes*: Galli, *aller à tatons comme aueugle.*

Cyrillus.

Arias Montanus.

Duplex cæcitas.

Galenus.

ADAG. DCCV.

IBIDEM VERS. XI.

Rugire quasi vrsus, & quasi columbæ gemere.

Rugire quasi vrsus, & quasi columbæ gemere.

VNa hoc loco interpretatio saltuam habet adagij: nam cæteræ huc non æquè faciunt; illam dico, quæ vult notari ferociam in humiles, & crudelitatem, & timiditatem erga hostes: vt sit contrarium illi.

Parcere subiectis & debellare superbos,

Simile verò ingenio crocodili, qui fugienti instat, cedit instanti. Tales Iudæi fuerunt. Sæuie-

Crocodili ingenium.

runt in suos contribules qui ad CHRISTVM conuersi, crudeliores in hos, quàm solet vrsa raptis catulis; contra Romanorum vim dumtaxat, fugam, lacrymas, gemitus, & insipientiam ac ignorantiam cum cœcâ pertinacia mixtam præstiterunt: vt timor & stupor hîc in columbâ notetur. Certè Hispani etiam hodie, quem pauidum volunt indicare, dicunt Iudæum in pectore habere, *tiene vn Iudio en el cuerpo.* S. Hieronymum audite sic exponentem; *Rugiemus* (ait) *quasi vrsi omnes, & quasi columbæ meditantes gememus: vt & crudeles sint pariter & miseri: feri & immanes ad humiles atque subiectos: pauidi atque trepidantes ad eos qui fortiores sunt, quos quasi accipitres perhorrescunt.*

S Hieron.

B. Cyrill.

Alia est explicatio B. Cyrilli, significari mētis immanitatem coniunctam cum imprudentiâ. Vrsam enim cuius rapti catuli, impotenter agi in rabiem, montes & saltus circuire, & in obuios effrenato impetu insilire: vt alibi docet Propheta quidam, *Occurram illis velut vrsa orbata*, id est crudeliter & immaniter. Columbam verò simplicitatis & imprudentiæ exemplum esse, iuxta illud; *Erat Ephraim columba amens, non habens cor.* Dici itaque hæc de Iudæis crudeliter stultis.] Sic etiam Procopius; quibus præiuerat breuiter ipse Hieronymus: quos præstat sequi quàm Ariam ista ad tonos musicos referentem satis alienè.

Procop.

Arian.

IBIDEM VERS. XV.

ADAG. DCCCVI. Qui recessit à malo prædæ patuit.

Qui recessit à malo patuit prædæ.

וסן מרע משחולל
VESAN MERAH MISTHOLEL.

LXX. Chald.

LXX. longè aliter, ita vt nihil attineant ad adagium. Chaldæus vt noster. Vbi veritas odium parit, & innocentia opprimitur, & nusquā tuta fides, sed ius est in armis, aut in versutiâ: quid aliud exspectes, quàm vt impij iustum circumueniant, & præda sint violentis debiliores? Hispani exprimunt, *Sed cordero y comerte a el lobo.* Galli, *la brebis le loup la mange.* Hoc innuebat Saluator, *Matth. 10. 16. mitto vos sicut oues in medio luporum.* Docent elementa alia, aër columbas præbet accipitri, aqua sardas oratæ. Semper verum,

Imbelles damæ, quid nisi præda sumus?

Apud Arabes vulgatum Prouerbium dicit Arias, à se verbotenùs ferè redditum distichō;

Esse lupis escam, se nostrâ ætate necesse est;
Sed patiare, nisi te iuuet esse lupum.

EX CAP. LX. VER. XVII.

ADAG. DCCCVII.

Pro ære aurū &c. Amos.

PRO ÆRE AFFERAM AVRVM, & PRO FERRO AFFERAM ARGENTVM, & PRO LIGNIS ÆS, ET PRO LAPIDIBVS FERRVM.

PRo minoribus bonis (talia synagogæ data, terrena) se maiora & pretiosiora daturum pollicetur, qualia fuere quæ Christianæ Eccle-

siæ

sæ concessa, nēpe spiritualia. habes ergo cōtrarium prouerbiū illi Græco, χρύσεα χαλκείων, de Diomedis, & Glauci permutatione, ex Homero celebratissimum Platoni, & Aristoteli, Ciceroni, & legislatori Iustiniano. Vide Erasmi *Chil. 1. cent. 2.* vestibulum. Quāto noster copiosior? quanto vbertim inæqualem exprimit commutationem D. Hieronymꝰ: [*In instauratione* spiritualis Hierusalem ligna vertuntur in æs, & lapides mutabuntur in ferrum, id est, bruti quondam & insensibiles homines, in eas materias mutabūtur, quæ vtilitatem aliquam præbeant ciuitati. Ipsumq; æs & ferrum per augmenta virtutum in aurum argētumq; mutabuntur: vt nequaquam vtilitatis speciem, sed preciū quoq; habeant *ac decorem.*] hoc latiùs prosequitur Procopius. Alij referūt ad doctrinam, nempe significari quāto Euangelica sit melior legali cōstitutione: sic Cyrillus, vsum indicans quando volemus dicere omnia in meliùs commutāda, & prioribus posteriora præferenda. similia habes sup. *Pro sálunca ascendet abies, &c.*

Homerus. Plato. Cicero. Iustinianus Erasmus.

D. Hieronymus.

Procop.

Cyrillus. vsus adagij.

Tertia expositio est ea, quæ dūtaxat speciem virtutis habebant, in veras & meritorias vitæ æternæ virtutes migratura, vt v. g. temperantiam, fortitudinémque Gentilium, in temp. & fort. Christianam. Sic Adamus.

Galfridus Mōcanus.

Quartò non sine acumine & elegantiâ Galfridus hisce verbis; [*Æs patientia, ferrum* perseuerātia animi est, & labor improbus vincens omnia, sicut omnia ferrū domat. hęc igitur in omni actione viriliter agit: illa in tribulationis percussione nō deficit. *Lignum*, fragilis & carnalis affectus: *lapis* est animus obduratus: *argentum & aurum* diuitiæ salutares, quas promisit Deus diligentibus se. Non ergo daret Dominus *pro ære argentum, & pro ferro aurum*, nisi antè dedisset *pro lignis æs*, & *pro lapidib. ferrū.* Non redderet præmia pro virtutib. nisi virtutes antè pro vitiis *statuisset.*] Hacten⁹ Abbas Galfrid⁹ sensu tropologico sublimiore.

Vltima expositio Montani, vnūquémque diuitias suas sine latronū metu posse fruturum, discedit à mente Prophetæ longiùs quàm Danubius à Gange.

EX CAP. LXIV. VERS. VI.

ADAG. Dcccvii.

Sicut pannus menstruatæ.

Pannus menstruatæ.

וכבגד עדים VECHEVEGHED HHIDDIM

LXX. ὡς ῥάκος ἀποκαθημένης, vt noster. Chald. sicut *vestimentum abiectum.* Recentiores עדים diuersè reddūt, quidam *inquinatū*, Leo Iudas *cētonum*, Vatablus *frustorū*, Abenezra *præda*, Foreti⁹ *dilaceratū.* Optimè LXX. & noster, nam & Cammius, quem sutores isti centonum sequuntur, fatetur esse frustum pāni, quo se mulier abstergit post deuirginationē, vt in eo vestigia maneant virginitatis: quod cum Aquila amplexus ne LXX. sequeretur, qui de fascia recipiendis fluoribus menstruis applicata interpretati. S. Hieronymo teste. Theodotiō more suo ipsum verbum Hebraicum posuit עדים, quod Symmachus interpretatus est κυνοῦν id est *parientium*: Aquila μαρτυρίων, hoc est *testimoniorum*; quādo sanguis in primo coitu maritali virginis approbatur. credo, minùs inhonestū visum hisce resectis, cōparari (nā de ipsis sermo) huic cruori, quàm mēstruis: sed cùm de summâ simplicitate agatur,

LXX. Cammius.

S. Hieronymus. Theodotion. Symmachus. Aquila.

melius LXX. & noster. Nam de re contemptâ sermo est, & quæ abiici solet: testimonium verò illud mulieres inter cymelia diligenter asseruabant; & honori ducebant. *Pannus* autē *menstruata* significat id quod abominandum & impurum, sic Hieronymus & Cyrillus, sed & Theodoretus, cuius fragmētum ex catena hoc ponit Leo Castrius: [*Res admiranda*, post illa propheta comparat non flagitia Iudæorum, sed quas ipsi iustitias appellabant, *panno menstruatæ*. id enim est *pannus sedentis*, hoc est fœminæ sedentis cū ei fiunt menses: & flagitia immania Iudæorum non habent cui possint cōparari, cùm virtutes ipsæ & iustitiæ Iudæorū fœdissimis pannis muliebriū mensium comparentur. Nā circumcisio & reliquæ cærimoniæ legis post Christum sunt *lethifera*.] aureum frustum. Vnde notes primò menstruatas vocari solitas sedētes; à more gentis quem inuenias expressum *Genes.* 31. 34. vbi Rachel vt audiuit patrem scrutaturum eius tentorium, sedit super strāmenta cameli, nec assurrexit; & ait, *Ne irascatur Dominus meus, quòd coram te assurgere nequeo: quia iuxta consuetudinem feminarum, nunc accidit mihi*, hoc est, quia sum mulier sedens. Secundò traditur vera explicatio literalis verborum prophetæ, nempe agi de iustitiis legalibus gentis illius, & id quidem tempore legis Euangelicæ. Si tamen velis ad cæteros extendere, tunc potes collectiuè de omnibus simul hominibus interpretari. nam si hominum improborum, quorum infinitò maior copia, actiones cū actionibus bonorum coniungas, nónne plures malæ apparebunt, vt in illo panno plures maculę cruentæ? Si verò de singulis hominibus accipias, certè solent tot imperfectionibus circūstantiarum vitiari, vt meritò ad solē illum lucidissimum oppositæ, plenæ maculis appareant, vt aër lucidus atomis. deinde plura sunt singulorum (paucissimis exceptis) mala quàm bona. quis enim est, qui nō debeat dicere, *comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui vt viderem: multiplicatæ sunt super capillos capitis mei? Psal.* 39. 13. Denique etiā virorum optimorum opera bona & iustitię, si pręscindas à gratiâ Dei, & capias vt procedentia tantùm ex naturæ laplæ libero, sed vitiato arbitrio, omnes certè sunt indignæ oculis Dei; & reputantur vt pannus menstruatæ, sicut optimè accepit hæc verba B. Macarius senior *hom.* 20. Sic enim sunt fructus arboris malæ. Verùm quia fidelium opera fide viuâ facta, considerandæ sunt vt ex libero arbitrio gratiâ diuinâ informato proficiscentia: ideo iam sunt fructus arboris bonæ, nēpe insertæ in CHRISTVM oliuam pinguem: & sic non sunt similes pāno menstruato. Neque de illis sic acceptis loquitur Isaias; vt patet, quia subdit id quod naturæ lapsæ proprium, *recidimus quasi folium vniuersi nos.* legendi Salmeron *tomo.* 5. *tract.* 33. & Pererius *lib.* 8. *in Gen. disp.* 5. Quod attinet ad adagium, meritò hoc receptum patet ex sordibus & virulentiâ huius fluoris, de quo sic Plinius *lib.* 7. *cap.* 15. *Sed nihil facilè reperiatur mulierū profluuio magis monstrificum. Accesunt superuētu musta, sterilescunt tacta fruges, moriuntur insita, exurūtur hortorum germina, & fructus arborum quibus insedere, decidunt: speculorum fulgor aspectu ipso hebetatur, acies ferri perstringitur, eboris que nitor: aluei apū emoriūtur: æs etiam ac ferrum rubigo protinus corripit, ædúrque durus aëre: & in rabiē agun*

Cyrillus. Theodor.

Leo Cast.

B. Macarii senior.

Salmeron Pererius.

Plinius.

Mulierum profluuia.

aguntur gustato eo canes atque insanabili veneno morsus inficitur. Quin & bituminum sequax alioquin ac lenta natura in lacu Iudææ (qui vocatur Asphaltites) certo tempore anni supernatans, nequit sibi auelli ad omnem contactum adhærens præterquã filo, quod tale virus infecerit. Etiam formicis animali minimo inesse sensum eius ferunt: abiicique gustatas fruges, nec postea petere. Et hoc tale tantumq́, omnibus tricenis diebus in mulieribus malum existit. Sic sordidatas adspectu ad fontem veteres *ancunulentas* vocabant; Festus. Glossæ veteres authore Festo: Glossæ veteres; *Ancodata*, ἀκάθαρτα corruptè. fors *Ancoenulenta*, quasi vndiq; lutulẽtam dicas, quia *imbubinata* sic mẽstruo sanguine inquinatã dicebant, docet Festus ex Lucilio. Adeo immunda censebatur talis, vt omnia contactu suo pollueret. Leuit. 15. 19. & qui cum illa coierit cum ea necandum Moyses sanxerit, *Leuit.* 20. 18. ideo etiam de vitâ & morib. corruptissimis ac pestilentibus ait Ezech. *c.* 36. 17. *Iuxta immunditiam menstruata facta est via eorum coram me.* hoc est æquè immunda & pol- Theodor. luta & abominabilis. Theodoret. *Quando secundùm legem admodum impura menstruata habebatur, illi excremẽto sceleris comparat execrationẽ.*

ADAG. Decem.

IBIDEM.

Cadere quasi folium.

Cadere quasi folium.

Homerus. DICITVR de re valdè caducâ, quæ citissimè marcescit & interit. Hinc Homerus & alij poëtæ didicerunt homines morientes foliis comparare. Sed hic additur de venti adflatu, folia deiiciente; ad animi leuitatem & mobilitatem indicandam, quæ omni vento tentationis circumagatur. Procopius Procop. scribit foliis huiusmodi cõparatos: τὸ πταισθὲν ὑπὸ ἰσχύος τοῦ πνεύματος, ἢ οἷον πάντη φερόμενον πνεύματι. Maiori adhuc emolumento legantur ista D. Gregorij de hoc loco; ad D. Greg. illa *B. Iob.* 13. 25. *Contra folium quod vento rapitur ostendis potentiam tuam.* Quid est enim (inquit) *homo nisi folium*, qui videlicet in Paradiso ab arbore cecidit? Quid est *nisi folium*, qui tentationis *vento rapitur*, & desideriorum flatibus leuatur? Mens quippe humana quot tentationes patitur, quasi tot flatibus mouetur. Hanc enim plerumque ira perturbat: cùm recedit ira, succedit inepta lætitia. Luxuriæ stimulis vrgetur, æstu auaritiæ longè latéque ad ambienda quæ terrena sunt, tenditur. Aliquando hanc superbia eleuat: aliquando verò inordinatus timor in infimis deponit. Quia ergo tot sic corr. vulgò ma le, ducitur. tentationũ flatib. eleuatur & deiicitur; rectè folio homo cõparatur. Vnde bene quoque per Esaiam dicitur, *Cecidimus quasi folium vniuersi: & iniquitates nostræ, quasi ventus, abstulerunt nos.* Quasi ventus quippe nos iniquitas abstulit: quia nullo fixos virtutis pondere in vanam *elationem leuauit.*] Sic ille *lib.* 11. *Moral. cap.* 22. Teste igitur Esaiâ & Iobo *folium* est indicium & exemplar inconstantiæ ac fragilitatis: & è cõtra ad significandam perennitatem atque constantiæ firmitudinem, dicit sacra Scriptura fore folia non decidua, nec defluentia. *Psal.* 1. *v.* 4. de iusto, *folium eius non defluet.* & *Ezec.* 47. 12. *non defluet folium ex eo.* Contrarium significat Ieremias *cap.* 8. 13. vbi Chaldæus ita, *deficient sicut deficiunt vua de vite, & sicut ficus defluens de ficulneâ, & sicut folium ab arbore.* Chaldæus.

EX

ADAG. Dcccx.

EX CAP. LXVI. VER. XI.

Ponere Fortunæ mensam.

Ponetis fortunæ mensam.

הערכים לגד שלחם
HAHHORECHIM LAGHAD SVLHHAM.

LXX.

DE cuius significatione nec recentiores nec veteres conueniunt. LXX. *ἑτοιμάζοντες τῷ δαίμονι τράπεζαν*, *parantes dæmoni mensam*, & postea subditur quis iste dæmon, *καὶ πληροῦντες τῇ τύχῃ κέρασμα*, & *implentes fortunæ potionem*, vt etiam

Cyrillus.

Cyrillus legit: (sed vt patet ex cõmentar.) Procopius conuerso legit ordine priùs *τῇ τύχῃ* & posterius *τῷ δαίμονι*. Chaldæus in genere vertit; *qui ordinatis idolis mensas, & libatis diis eorum libationes.* quem apparet ritus ignarum fuisse. S. Hieronymus citat LXX. vt Procopius, sed ritum veterem proponit: [*Est* (inquit) *in cunctis* vrbibus & maximè in Ægypto & in Alexandriâ, idololatriæ vetus consuetudo: vt vltimo die anni & mensis eorum qui extremus est, ponant mensam refertam varij generis epulis, & poculum mulso mixtum vel præteriti anni vel futuri fertilitatem auspicantes. Hoc autem faciebant Israëlitæ omnium simulacrorum portenta venerantes; & nequaquam alias victimas, sed huiusmodi mensæ liba fundebãt. quodque LXX. transtulerunt *τῷ δαιμονίῳ* id est, *dæmoni* in Hebraico est מני *mini*: & Symmachus interpretatus est absque me, vt sit sensus; Qui paratis fortunæ mensam, & impletis absq; me potionem: vt doceat non sibi fieri, *sed dæmoni.*] Recentiores Rabbini & sequaces eorum, nihil nisi diuinãt.

Procop.

Hieronymus.

Idololatriæ vetus consuetudo.

Rabbini.

R. Moyses vult עך significare stellã Iouis. R. Abraham, militiam siue exercitum cœli. R. Ionah coniunctionem planetarum. Recentiores etiam plerique ad sydera referunt, in genere Mercerus & Cornelius; & illi quos refert Vatabl⁹ priore loco Fortunam, posteriore Fatum interpretari: quod secutus Osorius: sed R. Selomo, planetam faustum. Fursterus & illum sequẽs Forerius *ghad* vult esse stellã Martis, *mini* stellam Mercurij, sic illos pacis & belli hæc numina sibi coluisse. Isidorus Clarius refert, & approbat aliam versionem, implentes *numero libamẽ*, vt videatur alludere ad numeros superstitiosos Pythagoreorum, maximè quaternarium: & idcirco subdi *numerabo*, q.d. quia superstitiosè numerum obseruastis, ego vos gladio numerabo. Sic nihil his certi & ideo Leo Iudas nomina Hebræa *ghad* & *meni* retinuit. Optimè quoad sensum, & etiam quoad etymologiam LXX. & noster. sed & author lexici Thalmudici de bonâ fortuna accepit, & scribit præter mensam, etiam lectum ei sterni consueuisse. Iuxta harũ sententiarũ nullam adagio foret: sed erit egregius iuxta luculentam Ariæ Mõtani explicationẽ. scribit Hebræa verbotenus reddi *instruentes bono euentui*: siue *bonæ gratiæ mensam*: & significare idem, quod Latinis indulgere genio, cum boni euẽtûs spe, animo cutis vacuo: cuticulam curare, sine futuri sollicitudine, sed veiut bono omine se fœlicitati commendare. quod Galli dicant; *Appreſter la table bien fournie, à la bonne grace.* cuius vitã & vota docuerit Horatius Thaliarchum *li. 1. od. 9.* & hanc luxuriam Iudæorum cum ominatione cõiunctã vult reprehẽdi. probat primò quia גד significat fœlicitatem,

R. Moyses. R. Abrahã R. Ionah.

Mercerus. Cornelius. Vatabl. Osorius.

R. Selomo. Fursterus. Forerius.

Isidorus Clarius.

Leo Iudas

Author lexici Thalmudici.

Arias Mõtanus.

Horatius.

tatē, bonum omen, bonum euentum; vt patet *ex Gen.* 30. 11. vbi Lia, cùm ei ancilla filium peperisset, *dixit fœliciter, & idcirco vocauit nomen eius, Gad* גד. secundo, quia hic subditur Hebraicè, והמלאים למני vehamemaleim lamni mimmeſach, de verbo, *& qui implent ad numerum de mixtione.* quod refert ad morem antiquum numerandi in conuiuiis pocula quæ quisque biberet, ex arbitrio modimperatoris; qui solitus ea sæpe ad numerum literarum vel amicæ, in venereis; vel Diui alicuius in solemnioribus aut sacris epulis (sic ista puto dispescenda, & ita de prioribus Martialem, de posterioribus Horatium interpretor.) Addit Israëlitarum morem diuersum fuisse à more Latinorum. Latinos etiam solitos numerare literas ipsas nominis, vt Ida tribus, Lyda quatuor, Iustina septem constabat. Hebræos verò attendisse ad ordinem quem in alphabeto literæ istæ obtinerēt. v. g. *gad* constat duabus literis quarum prima ghimel est tertia alphabeti litera, daleth verò altera est quarta; sic ex duabus his effici septem. itaque pocula *gad* sacra fuisse septem; numerum fœlicem, & ideo nostrum interpretem, sicut in Genesi *gad* interpretatus est, fœliciter, sic hoc loco interpretatum *fortunam*, hoc est, fœlicitatem; & indicasse morem libandi ei septem poculis, & iis quidem non aquâ mixtis (vt inter sobrios decebat) sed aliis vinorum, aut odoramentorum variorum generibus, vel etiam Hymettio melle, sicut falerna diluebantur. Vult itaque huiusmodi curis vel nugis ætatem transigentes, & tempora calamitosa fallere studentes, & huic vni rei vacantes, ausos tamen sibi prospera cuncta polliceri, graui-

Martialis.

Israëlitarū & Latinorum circa numerū literarū mos diuersus.

uiter reprehendi & pœnam illis certam, atrocémque promitti: qua moniti discant Deo non illudi, nec ab eo per ludum res humanas administrari.

An mos ille fuerit Hebræorum nescio. acutè & ingeniosè dici video; accipio quæ ad interpretis nostri commendationem faciunt: certè tunc adagium foret de iis qui committunt euentui incerto omnia, & sorti, quasi non sit Prouidentia.

IBIDEM.

ADAG. DCCXXI.

Καὶ πληρεῦντες τῷ δαίμονι κέρασμα. & implentes genio mixtionem. &c.

IDEM est quod apud Gentiles, σωτῆρι Διὶ & Σωτῆρι, & ἀγαθῷ δαίμονι. natum ex more. nā facilè putarim præter idololatriam illam quam notauit D. Hieron. ab Ægyptiis desumptam de mensâ Fortunæ exstruenda, etiam boni genij (vt vocabant) poculum vsurpasse: de quo præter alios Scholiastes Apollonij *lib.* 1. docens tria fuisse præcipua & sacra pocula in conuiuiis, primum Διὸς Σωτῆρος *Iouis seruatoris*, aliud ἀγαθοῦ δαίμονος, *boni Genij*, tertium Ἑρμοῦ, *Mercurij* præsidis somni. vnde corrigendus Erasmus qui *Iouis seruatoris* poculum, cum *Boni Genij* poculo in adagio *Seruatori* tertium confudit: verisimilius est ipsam Fortunā boni Genij nomine nūcupatam, vt censuit idem vertens ἀγαθὸν δαίμονα in alio adagio *Bona fortuna*, siue *Boni genij*: promiscuè sumēs. Sed apponenda quoque ipsa verba Athenæi, è quibus planè manifestatur idololatria hæc Gentilium, nempe mensis sublatis hoc poculum alterutri, vel Ioui, vel Bono Genio

D. Hiero.

Scholiastes Apollonij.

Fortuna boni Genij nomine nuncupata.

Athenæus

LXX oblatum : nimirum, vt aiunt Lxx. *implentes damonis potionem*, perspicuè satis ad ritum alludentes. Meracum fuisse docet ex Asconio Pe-
Erasmus diano Erasmus in Adagio *Philothesium crater.* Athenæus etiam lib. 11.
μεταν-ιπτηρ. docet μεταντιπτηρ duo significare: genus poculi, & ipsam potionem; poculum, quod in fine cœnæ, lotis iam manibus exhibebatur; & potionem quæ illo poculo propinabatur, in honorem vel Iouis Seruatoris, vel Boni Genij, potissimum Salutis causâ. μετάνιπτηρ, ἡ μετὰ τὸ δεῖπνον, ἐπὶ τῷ ὑπονίψασθαι. μεταδιδόμενον κύλιξ. *Metaniptron poculum est quod iam cenatis & lotis manibus prebetur.*
Antiphanes. probat authoritate Antiphanis in Lampade,

δαίμονος ἀγαθοῦ μετάνιπτρον ἐντεταγμένον.

boni genij poculum traiicere quod libandum & plaudendũ esse admonet. & Diphili in Sappho,
Diphilus

Ἀρχίλοχε δεῖξαί τῳ δὲ τῷ μεταντιπτηρίδα
μίσγειν Διὸς Σωτῆρος, ἀγαθοῦ δαίμονος.

Archiloche mihi ostende hanc metaniptridem
Plenam, qua Ioui Seruatori libemus, atque bono Genio.

vbi audis μίσγειν. Hellanicum verò censuisse addit sic vocari ipsam potionem illam sacram, & testes
Callias. adducit, Calliam in Cyclopibus, καὶ δεῖξαι τῷδι μεταντιπτηρίδα τῆς ὑγιείας. vbi vides Metaniptrida bonæ valetudinis. quod hodie obtinet apud Gallos *boire à la santé.* de
Nicostratus. qua etiam Nicostratus in mutuum amante;

μεταντιπτηρίδα αὐτῷ τῆς ὑγιείας ἔγχεον.

Affunde illi bonæ valetudinis metaniptrida.

Putem ab effectu opinato, *Iouis Seruatoris poculum* vocatum *bonæ*
Apollodorus. *valetudinis.* Idem Apollodorus tradidit à Paphiis vocatum μαζόν: quasi vber & mammam dicas; vel à formâ, vel potiùs quia Ioui mammas veteres tribuebant, eo quòd omnes alat, deductâ superstitione à veri Dei nomine *saddai* שדי. lege quæ scripsi ad Cantic. *cap.* 1. *sect.* 1. ex D. Augustino. Philetærus in Æ-
Philetær. sculapio; ἐνίστε μίσγειν ἴσως ἰσῳ μεταντιπτηρίδα μεγάλῳ ὑπάτων τῆς ὑγιείας τεύνεμα. *Incussit plenam parpari mixtam metaniptridem magnam subiungens* Sanitatis *nomen.* Vbi vides & morem nuncupandi Bonæ valetudinis omen & preces. item plenum poculum, & æqualiter mixtum seu temperatum fuisse. Meminerunt horum trium poculorum etiam alij apud eumdem Athenæum *lib.* 15. Vbi satis ostenditur diuersa fuisse pocula, ne quem superior Diphili in Sappho locus decipiat, vbi per asyntheton copula καὶ prætermissa fuit. Ibi etiam illud obseruo, Comicos licentiosè inducere conuiuantes largiùs his poculis se ingurgitantes, & ideo μίσγειν vsurpare: præter morem tamen & institutum probum id fuisse quo solebant tantum leuiter degustare & libare poculum. ideo ego illud Lxx. πληροῦντες potiùs acciperem pro voce rituali, sicut solemus dicere *implere munus*, hoc est omnia
Implere munus. ritè perficere; & illud κίρασμα de vino non aquâ temperato, sed alio æquè forti, æquali portione roborato, libentiùs intellexerim: quod Hebrææ phrasi non repugnat, etiamsi *numerum* interpreteris מני: nam quod ritè fit, id quasi ad numerum & accuratè fit. Nunc cedo loca Græcorum comicorum, nam sunt in iis obseruatione dignissima. Alexis in Fœneratore, siue
Alexis. mendaci, meminit poculi Iouis Seruatoris.

At huic affundito hoc Iouis Seruatoris

torio poculum.

Omnium Deorum mortalium longè optimus

Seruator Iuppiter est, etiamsi medius crepem,

Ea te res nihil moueat. securus bibe.

ἀλλ ἔγχεον αὐτῷ Δίϊ τῷ δὲ Σωτῆρι. θεῶν

θνητῶς ἁπάντων χρησιμώτατον τελὴ

ὁ Ζεὺς ὁ Σωτὴρ. ἐὰν ἐγὼ διαῤῥαγῶ, ὡδὲν μᾶλλον εἰ πιοῦσι θαῤῥῶν.

Nicostratus. Nicostratus in Pandroso meminit poculi τῆς ὑγιείας.

Ego quoque, ô charissimum caput,

Metanipiridem huic sanitatis misceo:

Tu etiam sanitatis accipe tibi: agedum quod bene tibi vertat, bibe.

Hominum Fortunæ rei moderatur: prouidentia

Nescio quid cæcum ac confusum est, pater.

ἐγὼ φιλτάτη

μεταπίθεια δ' αὐτῷ τῆς ὑγιείας ἔγχεον,

λάβε τῆς ὑγιείας δὴ σύ. φέρε τύχα ἀγαθῇ.

τύχη τὰ θνητῶν πράγματα, πρόνοια δ'

τυφλόν τι καὶ ἀτάλαιπον ἐστιν ὦ πάτερ.

Duo notanda. Vbi duo non prætereunda cerno, formulam hoc propinantis poculum, QVOD BENE TIBI VERTAT; quæ fortè communis etiam aliis duobus poculis, sicut hodie solet dici, *Prosit*, vel, *Salcuter*, Hebræis טוב *ghad*. Opinionem quoque impiam istorum Fortunam venerantium, quod non obscurè est mēsam Fortunæ ornare, & Prouidentiam diuinam sic abnegare. habes ex Nicostrato adagij explicationē. Idem meminit etiam πλείους ἀγαθοῦ δαίμονος. his versibus;

At boni damonis poculum mox vbi affuderis,

Mensam procul à me hinc remoue.

Quod satis est, satur ego sum. boni damonis

Hoc etiamnum accipio, mensam cape, & aufer hinc ocyùs.

ἀλλ' ἔγχεον θᾶττον ἀγαθοῦ δαίμονος

ἀπωσάτω μοι τὴν τράπεζαν ἐκ ποδῶν.

ἱκανῶς κεχόρτασμαι ἤδ. ἀγαθοῦ δαίμονες

δέχομαι. λαβοῦσ' ἀπένεγκε ταύτην ἐκ ποδῶν.

Xenarchus etiam & prætereà Iouis Seruatoris in fabula *Gemini*,

—iam prorsùs tandem

Dormitare quoque incipio. boni damonis

Labefactauit omnino me phiala, quam ebibi:

Iouis etiam Seruatoris, vt celerrimè

Poculum ipsum perdideris, & me demeseris, vides?

contra legem factum, nec ad somnum conciliandum illi necessarius fuit Mercurij calix. alius ebriosus apud Eriphum in Mehibœa; —*pateram ebiberat* Eriphus.

Antea quā primùm boni damonis, & Iouis Seruatoris poculum

Sumeret. —verba Nicostrati

ὡς εὐπωλυσάσειν γε καὶ λέγομαι.

ἢ τ' ἀγαθοῦ δαίμονος

σωίσεισε μ' ἐκπεθεῖσα φιάλη ταν-

τελῶς,

ἢ τὸ ἰσοστῆρος Διὸς ταχὺς ἀγε

ἀπώλεσεν αὐτὴν κἀκαλοπώλησε μ' ἴσως.

Eriphi verò: ἐκπεσὼν δ' ἔπας

σεν ἀγαθοῦ σῶστον δαίμονος λα-

βεῖν σὲ Διὸς Σωτῆρος.

Morem ritualem legitimum mox ex Theophrasto & Philochoro docet hoc modo Theophrastus *lib. de Temulentia*. Theophrastus.

Τὸν ἀκρατον εἶναι τὸ δεῖπνου διδόμενος, ὃν δὲ λέγουσιν ἀγαθοῦ δαίμονος εἶναι πρόποσιν, ἐλάχιστα προσφέ-

ρνσιν, ὥσπερ ἀναμιμνήσκοντες μέλον τὴ γεύσει τὴν ἰσχὺν αὐτὸ, καὶ τὴν τῆ θεῆ δ ωρεὰν, καὶ μετὰ τὴν πλήρωσιν διδόασιν, ὅπερ ἐλαχίστον ἦ τὸ πινόμενον, καὶ τέλειον προσκυνήσαντες λαμβάνουσιν ἀπὸ τῆς τραπέζης, καὶ ἄσσιν ἑκάστοτε τινὰ τοιούμενοι τὴ θεῆ, μηδὲ ἀχνμενῶν, μηδ' ἔχειν ἰσχυρὰν ἐνθυμίαν τὰ πάθη τίκτει, καὶ λαμβάνειν ἐξ αὐτὸ τὰ καλὰ καὶ χρήσιμα.

Temeti, inquit, *quod canatis dant, & quod boni damonis poculum esse dicunt, parùm offerunt, vt eius potionis, quæ vis esset; & quàmtum Dei beneficium tantum recordarẽtur. Dant autem iam satiatis, vt pauxillulũ sit quod bibant: illúdque è mensâ dum sumũt, Deum adorãt, tanquã supplices rogẽt, ne quidquam agant turpiter, ne huius potionis appetẽtiores sint aquo, sed ex eâ percipiant quod honestum sit, & vtile. Philochorus lib. 2. Atthidis:*

Καὶ θεὸς μὲς ἐπὶ τέτῳ πρεσβεύεται μετὰ τὸ ὀπτὰ φάσιν ἀμράτῳ μέθῳ, ὃν γεῦμα καὶ δεῖγμα τῆς δωμάμεως τὴ ἀγαθὸ δαίμονος ὀλίγον ἐπὶ κεκραμένον· δὸς καὶ τροφὸς τὴ Διονύσου τὰς τύμφας ὀνομαζῆναι.

Tum inquit, *lege sanctum est, vt post omnẽ cibum merũ afferretur, sed quod sobrii degustarent, argumentum scilicet potestatis boni Dei. diluebatur verò quod præter id bibebant, ideóque Bacchi nutrices vocabant nymphas.*

Porrò solitas amoueri mensas cùm datum fuisset Boni dæmonis poculum, impio scelere suo docuit Siculus Dionysius. Nam cùm Syracusis ante Æsculapium esset aurea mensa posita, merum boni dæmonis Deo præbibit, ac continuò mensam iussit asportari. vides mẽsas ad epulum coram Diis poni solitas, & tyrannum more conuiuiali abusum ad sacrilegium. vides *boni damonis* poculum, ex mero sine aquâ fuisse. Sicut ibi Æsculapio, sic hoc loco Fortunæ seu Bono Genio mensa instructa. Apud Bœotos septimo mensis ineuntis die sacris operati bono Genio, ab exortu Zephyri, vinum gustabant, teste Plutarcho *conuiual. quæst. Decad.* 3. Prætermiserunt ergo Lxx. datâ opera illud ἀγαθὸ, quia κακοδαίμονα sic coli sciebant; nec aliud esse Fortunam cæcam, à cæcis Gentilibus coli solitam. Ex hac superstitione deducta superstitio recentior epulas nocturnas instruẽdi Dominabus Bonis, seu Sibyllis albis, & earum Reginæ Habundiæ, de quibus ex Guilh. Parisiensi differui *lib. 2. Magic. Disquisit. q. 27. sect. 2.* Vereor ne hinc quoque ducat originem mos Belgarũ & Germanorum bibendi mensis remotis post manuum ablutionem, *boyre apres les graces*: de quo scio quæ referantur minùs decora aut verisimilia: mihi planè hoc poculum Gentilium sapiunt.

Plutarchus. Lxx. Habũdh.

Differtne igitur à Lxx. D. Hieronymus, vt quod illi duplex idololatriæ genus posuerint, ipse in vnum confuderit, totum ad fortunæ mensam referens? non arbitror dissensisse, sed prudenter aduertisse de vnius idololatriæ geminâ agi actione, Fortunam videlicet colentiũ, mensæ appositione: & posteà cum remouenda libatione poculi dæmonis: & quia poculum hoc tantùm degustabatur, vsum voce *libandi super mensam*. Lxx. itaque eamdem fortunam etiã dæmonem vocãt, nonnullã allusione ad voces *lameni* & *damoni*. Nec satis constat quid מני *meni* significet, cùm interpretes dissentiãt, licèt à *manah* מנה deducãt omnes. Dissensio patet ex traditis à Pagnino, Mercero, Marino: qui numerum exponunt de septem planetis, ariolantur: qui Mercurij stellam esse volunt numen mercatorum, possent referre ad liba

D. Hieronymus. Lxx. Pagninus Mercerus Marinus. Mercurij stella.

Siculus Dionysius. Æsculapio, Fortunæ, Bono genio mensæ instruitur.

ad libationem *poculi Mercurij*: Sed cur hoc in mensa Fortunæ? Qui ad apparatum seu præparationem; aut simpliciter ad congregationem seu collectionem idolorum, possent se non malè tueri ipsa versione Lxx. & Paraphrasi Chaldæa. Nam hæc indefinitè de idolis agit; Lxx. possunt dici singulari vsi pro pluratiuo hoc sensu, fortunæ ac cæteris dæmonibus facientes; hoc suasertim amplecti, quibus quæ de Bono genio dicta minùs satisfecerint. Certè D. Hieronymus indefinitè *dæmoni* exponit, & Cyrillus ac Procopius *dæmonia*, & D. Paulus sic vsurpat cibos oblatos idolis vocans *mensam dæmoniorum* & vina illis libata *calicem dæmoniorū*; quorum & mensæ ac calicis Domini repugnantiam ostendit 1. *Cor.* 10. 21. οὐ δύνασθε ποτήριον Κυρίου πίνειν, καὶ ποτήριον δαιμονίων. οὐ δύνασθε τραπέζης Κυρίου μετέχειν, καὶ τραπέζης δαιμονίων. Dæmoniorum ergo pocula sunt Boni genij; Iouis Seruatoris, Mercurij, Iunonis etiam, & Heroum; quorum duorum vltimorum mentio etiam apud non paucos. Æschylus in Epigonis citante Scholiaste Pindari *Isthm. od.* cecinit,

D. Hieronymus. Cyrillus. Procopius. Æschylus.

λοιβὰς Διὸς μὲν πρῶτον ὡραίᾳ γάμῳ
Ηρκεῖν, ἔπειτα τλῶ δευτέραν γε κράσιν
Ἥρωσι νίμειν, εἶτα τρίτον Διὸς τοῦ Σωτῆρος ἐυκταίαν λιβάς.

Libationes quidem primum Iouis tempestiuarum nuptiarum,
Iunonis quæ: deinde secundum poculum
Heroibus tribuo: tum tertio loco Iouis seruatoris optabilem stillam.

Vnde intelligitur illud Plutarchi conuiuial. quæstion. Decade, quinctâ; οὐδὲ γὰρ θεῷ θύοντες, πάσαις τοῖς ἄλλοις θεοῖς, μάλιστα καὶ σωτηρίοις καὶ ὁμοίοις κατευχόμεθα, ἀλλὰ τριῶν κρατήρων κιρναμένων, τοῖς μὲν ὑπὲρ τοῦ πρώτου σπένδομεν, τοῖς δὲ ὑπὲρ τοῦ δευτέρου, τοῖς δὲ ὑπὲρ τοῦ τελευταίου, φθόνος γὰρ ἔξω θείου χοροῦ ἵσταται. Citat Erasmus & vertit, *neque enim cùm Deorem diuinam facimus, reliquis omnibus Diis, maximè cum templis, & aris vota facimus. Sed tribus crateribus mixtis, aliis de primo libamus, aliis de secundo, aliis ex vltimo. Nam inuidia stat extra chorum Deorum.* Hinc intelliges quid Antiphanes apud Athenæum *lib.* 10. sibi velit in Mystide, dicens;

Antiphanes.

μίγει γὰρ καὶ τριῶν φασὶ τιμᾶν τοὺς θεούς.

Adusque tria pocula venerandos esse Deos.

IBIDEM VERS. XX.

ADAG. Dccccxii. Puer centum annorum.

Puer centum annorum.

BEne exprimit Hebraismum, *puer filius centum annorum.* Cōstat in malum sumi. Ideo Chaldæus, *puer qui deliquerit in ætate centum annorum.* Veteres passim in puero laudant sapientiam senilem, & huiusmodi appellabatur παιδαγέρων, (vt de B. Macario testatur Nicephorus *lib.* 9. *cap.* 14.) quasi dicas infantulum senectionem: cuiusmodi sacra Scriptura pingit nobis Salomonem in Regum historia, & Danielem in causa Susannæ, & quendam Pindarus *od.* 4. *Pythior.* Legendus de hac in teneris annis sapientia, Anton. Melissa *lib.* 2. *ser.* 19. Sic è contra quando volebant indicare hominem capite cano, & ætate senem; mente stolidum, & vitiorum mancipium, lasciuire, vel delirare, vocabant *puerum centum annorum*, sic loquitur Hesiodus *lib.* 1. *v.* 129. Sic Philo Iudæus *lib.* 2.

Chaldæus. Pindarus. Anton. Hesiodus. Philo Iudæus.

Melissa cap. 18. Qui multum ævi in vitâ corporis, sine vllâ virtute vixerint ac probitate, eos longi temporis pueros appellare licet: τὰς αἰῶνα πολλῷ τελ-ψαντας ἐν τῇ μετὰ σώματος ζωῇ δίχα καλοκαγαθίας, πολυχρονίους παῖδας λεκτέον. *Item, quousq; nos senes adhuc pueri erimus? corporibus quidem propter temporis longinquitatem, senes; animis autem, propter ignorationem & hebetudinem admodum pueri.* Item; μίχεί τινες ἡμεῖς οἱ γέροντες ὅτι παῖδες ἐσμὲν τὰ μὲν σώματα χρόνῳ μήκει πα-λαιοὶ, τὰς δ' ψυχὰς ἐπ' ἀναισθησίας νε-μιδῆ νήπιοι. S. Gregorius *lib. 16. Moral. cap. 4. puerum centum annorum* vult dici, qui in peccatis perseuerando moritur. Sic etiam capiunt Strabus & Lyranus. Sic ergo in malum capiunt hoc loco puerum, & seni pueritiam quoad mores volunt ascribi, siue quoad sapientiam: quo pacto etiam acceperunt Cyrillus hîc & Procopius, vt populus Iudæorum senex ætate, dicatur puer prudentiâ. Et sic sensus erit, qui Adagij communis *Bis pueri senes*, quod lautè & liberaliter Erasmus plurimis dictis veterum exornauit.

S.Grego. Strabus. Lyranus. Cyrillus. Procopi⁹. Erasmus.

Si quod sentio dicendum, puto hæc nonnihil à mente Prophetæ aliena; qui fœlicia & bona hîc annunciat futuræ Ecclesiæ; in qua etiam pueri ætate regenerationis, sint sapientiâ Christianâ perfecti futuri. Nam centenarius perfectionis indicium; vt reuerâ explicant, si bene consideres hîc D. Hieronymus, & in Leuiticum Origenes *homilia* 16. ac Cyrillus quos citat: & sequitur Leo Castrius: in bonum capiunt etiam Forerius & Montanus. Si cui tamen placebit in malum interpretari, en illi est Paraphrasis Carpinteij;

Authoris sententia. D.Hiero. Origenes. Cyrillus. Leo Cast. Forerius. Mõtanus. Carpinterius.

Nec verò Solymis certum est adscribere cunas
Bis pueros, etate graues, sed mente solutos.
Nam qui annos sine mente gerunt, virtutis egeni
Mortales quæ sola beat; qui sæcula vitæ
Turpiter exacta numerant, quam facta merentur
Impia, crudeli prostrati morte peribunt.

Est adhuc alia expositio Isidori Clarij, sed quæ nullo pacto mihi arridet. Isidorus Clarius.

IBIDEM VER. XXII.

ADAG. DCCCXIII. Secúdum dies ligni.

Secundum dies ligni.

ITa exprimunt vitam maximè diuturnam, & tranquillam, florentémque & suo tempore fructus proferentem. Nam עץ *habbets* significat antonomasticè, præcipuum illud lignum, seu arborem; nempe *arborem vitæ*, de qua *Gen. 2.* quæ saltem vnâ comestione censetur dare potuisse vitæ productionem ad duo annorum millia, ne cũ aliis dicam plura. Ideo Lxx. hîc paraphrasticè verterũt, κατὰ τὰς ἡμέρας τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς ἔσονται αἱ ἡμέραι τοῦ λαοῦ μου. *secundùm dies ligni vitæ erunt dies populi mei.* Sic etiam Ionathan Thargumæus; quo indicatam æternitatem vitæ electorum volũt in cathenâ Theodoretus, in commentar. Hieronymus, Procopius, Lyranus, Leo Castrius, Osorius, Carpinteius, Adamus, & alij.

Lxx. Ionathan Thargumæus.

S. Cyrilli expositio, significari vitam sanctam, qualis ante esum ligni vetiti fuit Adamo, duriuscula est. S. Augustini *lib. 20. de ciuita. Dei cap. 26.* de CHRISTO æternâ sapientiâ allegorica est, vt & Theodoreti de ligno crucis. Simplicissima & Hebraismo maximè consentanea,

Theodor. Hieron. Procopius & alij.

tanea, huiusmodi metaphoricâ hyperbole indicari vitam, qualem dixi; inadæquatas aliorum sententias coniungens: quas reperietis apud Thomam Maluendam *lib. de Paradiso voluptatis cap.* 73. qui coincidit explicatione cum Ariâ Montano: nisi quòd Arias videatur nõ arbitratus hîc allusum ad lignũ illud vitæ, sed ad lignũ quod descripsit Dauid *Psal.*1. 3. *erit tanquam lignum, quod plantatum est secùs decursus aquarũ, quod fructum suum dabit in tempore suo, & folium eius non defluet, & omnia quæcumq; faciet, prosperabuntur.* vt hoc credat, adducitur propter materiæ similitudinem, & quia vtrobique Hebraicè est adiunctus voci *h'ets* articulus *ha*: quod tamen non est magni momenti. Nam etiam à Dauide alludi ad lignum vitæ non paucis visum; vt alluserunt etiam Ieremias *cap.*17.8. & Ezechiel *ca.*47. 12. Quare non adeò facilè hîc deserendi fuerunt. Lxx. interpretes.

Thomas Maluenda.

Arias Montanus.

ADAG. DCCCXIV.

IBIDEM VER. XXV.

Lupus & agnus pascentur simul.

Lupus & agnus pascentur simul.

QVanta vis sit naturalis antipathiæ his animantibus si cupis scire, recurre ad ea quæ dixi Adagio, *Si communicabit lupus agno, suprà* 597. Indè patet hîc promitti dissidiorum etiam grauissimorum tranquillationem, & eorum qui hostiliter inuicem oderant reconciliationem, vt patres interpretantur. Hoc vaticinium imitata Sibylla *lib.*3.

ἐνθ' ἅμα λύκοιτε καὶ ἄρνες ὄρεσιν ἄμμι μιν ἔδονται.

Cúmque lupis agni per montes gramina carpent.

Tenuiùs Maro, *Nec magnos metuẽt armenta leones.* Quædam dixi suprà *adag.*710. Per *lupos* homines efferi: per *agnos* mansueti significantur, Eusebio *lib.*2.*cap.* 40. *& lib.*3. *cap.*2. *histo.* Theodoreto verò principes & subditi; Cyrillo mundi & immũdi, Iudæi & Gentiles; Hieronymo persecutor, & passus persecutionem: omnes hos eadem fides & Ecclesia iungit, multos etiam vnum vitæ religiosæ institutum & eadem mensa, vt sequitur de quo dictum ada. 712.

Maro.

Eusebius. Theodor.

Cyrillus. D. Hiero.

ADAG. DCCCXV.

IBIDEM.

Serpenti puluis panis eius.

Serpenti puluis panis eius.

HEbraismum explicant Lxx. καὶ ὄφις γῆν ὡς ἄρτον, *& serpens terram vt panem*, nam præcesserat φάγεται comedet. Simile est illi gentilium, *similes habent labra lactucas.* Item, *da paleas boui, psittaco saccarũ:* quibus innuitur congro quemque cibo alendum, & diuersa diuersis proponenda. Desumptũ ex maledictione serpenti irrogatâ *Gen.*3. 14. *terram comedes.* S. Hieronymus hic duas interpretationes indicat, vnã de vero serpente, illum hominum interitu non ampliùs nutriendum, sed pabulo suo, nempe terrâ, alterã quòd diabolus, qui priùs hominum mortibus pascebatur, eos tantùm comedat, qui puluis ac terra sunt, id est homines terrenos: sequuntur Strabus & Lyranus. *Bonis verò deliciæ* (inquit Cyrillus) *erunt* CHRISTVS, *panis viuus de cælo descendens, & vitam dans mundo.* S. Ambrosius *lib.* 1. *de pœnitentiâ cap.* 13. exponit puluerem esse hominum carnem, & à Deo permitti Diabolo vesci his carnibus, hoc est, fidelium corpora torquere & lacerare, sed animæ

Serpenti puluis panis eius. LXX.

Hieron.

Strabus. Lyranus. Cyrillus.

mæ potestatem nullam ei permissã, *quia sub* CHRISTO (ait Forerius) *non nisi eos, qui non homines censendi sunt, & qui sese scientes, volentésque illis deuorandos præbent, deuorat.*

EX CAP. LXVI. V. III.

ADAG. DCCCXVI. Quasi qui excerebret canẽ.

Quasi qui excerebret canem.

HEbr. עֹרֶף כֶּלֶב *hhoreph kelev*, quod recentiores malũt vertere *decernicans*. Lxx. ἀποκτείνων *neans*. Chaldæus, *excorians*. Significat demoliri, & destruere, & aliquando stillare, quia ex cerebro per ceruicem medulla dorsi in spinam dorsi delata omnia ossa irrigat. Noster excerebrare dicere maluit, quia hæc actio crudelitatis & fœditatis plenior: adeò vt etiam cerebri expressi vel fluentis mentionem obscœnam & non nominandam Apollodorus apud Athenæum *lib.* 2. censuerit, etiam Euripedes vno loco, vt docui *Aduersar. in Troad. Seneca* sub finem. Indicatur adagio indignum & ingratum Deo munus atque sacrificium. S. Hieronymus considerat; *nec mercedem meretricis, nec pretium canis in domo Dei offerri posse, quia vtrumque animal pronum est ad libidinem.* Deut. 23.

ADAGIALIA EX PROPHETIA IEREMIÆ.

ADAG. DCCCXVII. Ciuitas munita, columna ferrea & murus æreus

EX CAP. I. VER. XVIII.

Ciuitatem munitam, columnam ferream, & murum æreum.

TRIBVS similitudinibus prouerbialib⁹ maximã cõstãtiam expressit; quarum, quæ media, hodie deest in Lxx. D. Hieronymus adlatis similibus illustrat: [*Non vt* domum (inquit) aut turrim, aut aliqua mœnia, sed omnẽ ciuitatẽ quæ *sita supra montem* latere non potest: de qua scriptum est; *gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei*, Et, *Ego ciuitas firma, ciuitas quæ oppugnatur*. Et in COLVMNAM FERREAM, de qua scribit Apostolus, *Columna & firmamentum veritatis*. Vnde & Petrus & Ioannes *qui putabantur columnæ Ecclesiæ* dextras dederunt Petro & Barnabæ communionis. Nec hoc sufficit, sed, *in murum*, ait *æneum*, qui nullâ violatur rubigine, nec cæsus imbribus deperit, sed vetustate *fit fortior*.] intelligit de Ecclesiâ ædificata super firmam petram, aduersùs quam portæ inferi nequeunt pręualere. Sic Theodoretus.

D. Hiero. Matt. 5 b Psal. 86 a 1. Tim. 3. d Theodor.

Vides officium boni concionatoris & prælati: qui Dei & fidei aduersariis debet esse insuperabilis; sicut ciuitas munita non potest capi, nec columna ferrea flecti, nec murus æneus penetrari. Debet esse ciuitas refugij, & quasi asilum notis & ignotis sine personarum acceptione, sapientibus & insipientibus debitor, *Roma.* 1. 15. debet esse colum

columna sustentans infirmos: *Rom.* 14.1. debet *murus* obiiciens se periculis pro ouibus: non mutus, sed *aneus* sono prædicationis. *Murus* qualem Deus requirit. *Ezech.* 13.5. *Non ascendistis ex aduerso neque opposuistis murum pro domo Israël: vt staretis in prælio in die Domini.*

B. Nazian zenus. B. Naziãz. εἰς τὸν καινὸν ἀνεγειρόμενον in principio hunc locum videtur accipere de *muro renouato* vel nouiter

Nicetas. instaurato, nisi si (vt vult Nicetas) Esaiæ verba cum Ieremiæ verbis coniunxerit; & exponit *animam firmam & pulcram* (sic aureum ibi capio) *retensque ad pietatem compactam.* ἐγκαινίζεται δὲ τεῖχος χαλκοῦν παρ' ἄλλῳ προφήτῃ. οἶμαι δὲ ψυχὴν στερεὰ καὶ χρυσοειδῆ καὶ ἀρτιπαγῆ εἰς ἀνοίκησιν. Sic de *muro aureo* Horatius *carm. lib.* 3.

Ter si resurgat murus aheneus.

& in Epist.

hic murus aheneus esto
Nil conscire sibi.

Seneca quoque in Troad.

Tu præsidium Phrygibus fessis,
Tu murus eras, humerisque tuis
Steit illa decem fulta per annos.

Vt vides addit *columnam* fuisse, & *murum.*

Incertus quidam,

Qui murus miseris ciuibus alter erat.

Eundem Hectorem Pindarus vocat *Olymp.* 2. columnam inexpugnabilem & immobilem, ἄμαχον, ἀσφαλιώνα. & verus prouerbium est, *columna familiæ.*

ADAG. DCCC XVIII.

EX CAP. II. VERS. XIII.

Cisternæ dissipatæ quæ continere nó valent aquas.

Cisternæ dissipatæ quæ continere non valent aquas.

AIt Propheta verbis Dei, *Duo enim mala fecit populus meus: me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas.* Lxx eodem sensu λάκκους συντετριμμένους *lacus seu puteos* more Hebræo pro cisternas accipientes. Certum est & fatentur Ionathan & cæteri Hebræi, dici de idolis, & significari, rem esse prorsus inutilem, quæ nec sibi, nec aliis queat prodesse. Patres Orthodoxi etiam alios indicant vsus. S. Hieronymus; *Sic vocari dæmones eò quòd Dei mandata seruare non valeant. Et hoc attendendum, quòd* fons *perpetuus est, & vitales habet aquas.* Cisternæ *autem &* lacus *vel de torrentibus, vel ex aquis turbidis terrâ complentur & pluuiis.* Sed luculentius Theodoretus; *Cisterna manu fit, quæ scaturientem aquam non habet, sed a nubibus partam & vndecunque collectam suscipit. Quòd si etiam dissipata & præterfluens fuerit, confestim aquam è cælo collectam perdit. Huiusmodi est idolorum natura: suam enim ex materiâ & artificio substantiam emendicat, & quam ex his comparauit pulchritudinem, tempus delet. Atqui vèrè Deus fons est vitæ perennis.*

Lxx. Ionathan. S. Hieron. Fons Cisterna. Lacus.

Secundò S. Iustinus *dialog. contra Tryphonem* detorquet cisternas ad inania Iudæorum ex traditione Pharizaica baptismata: CHRISTVM autem docet esse hunc fontem viuum, non semel, præsertim sub finem libri; dicens *eos non posse ex fonte viuo bibere, sed ex dissipatis cisternis, & aquam continere non valentibus aquari. Cisternas enim has esse, quas illis foderunt ipsi Rabbini & magistri eorum, prout apertis verbis sacra Scriptura dicit; docentes doctrinas, mandata hominum,* ὅτι τὸ μὴ φυράσθαι δεῖν τῆς τοῦ θεοῦ ζωσης πηγῆς πίνειν, ἀλλὰ δεῖν ἐξ ἑαυτῶν ἐμπεφυρημένων

Esai. 29. Matth. 15.

λάκκων, καὶ ὕδωρ μὴ δυναμένων συνέχειν, ὡς ἡ γραφὴ λέγει. εἰσὶ δὲ λάκκοι συντεθειμένοι, καὶ ὕδωρ μὴ συνέχοντες, ὡς ὤρυξαν ὑμῖν οἱ διδάσκαλοι ὑμῶν αὐτῶν, ὡς καὶ ἡ γραφὴ διαρρήδην λέγει, διδάσκοντες διδασκαλίας, ἐντάλματα ἀνθρώπων. Sic etiam accepit Tertullianus *lib. aduerſ. Iudæ. cap.* 13. vbi vertit *lacus contritos*, & *contribulatos*. Item ſic interpretatur *de Iudæis* Cyprianus *lib.* 1. *teſtimoniorum. cap.* 3.

Tertullia.

Cyprian.

Tertiò contra hæreticos ab Eccleſiâ recedentes transfert S. Irenæus *lib.* 3. *cap.* 40. *Qui non participant eum* (Spiritum Dei) *neque à mammillis matris nutriuntur in vitam, neque percipiunt de corpore* CHRISTI *procedentem nitidiſſimum fontem: ſed effodiunt ſibi lacus detritos de fiſſis terrenis & de cano putridam bibunt aquam, effugientes fidem Eccleſiæ*, &c. Nam graphicè noſtri temporis hæreticos deſcribit. *Detritos* etiam vertit S. Cyprianus, ſed perperam ad errorem ſuum de hæreticorum baptiſmo detorſit *epiſt.* Lxx. *ad Ianuarium*, &c. Sed meliùs idem hoc loco vſus eſt contra Nouatianos libro de Eccleſiæ vnitate: vt & Athanaſ. Sermone contra omnes hæreſes.

S. Irenæ.

S. Cyprian.

Quartò nonnulli moraliter interpretantur, vt Petrus Damianus in Allegoriis Tilmanni ſic relatus: [*Ocioſis* verbis aſſuetus duplici culpæ videtur obnoxius: qui & diuinas laudes, ad quas de iure tenetur, abiicit; & ſuperfluæ loquacitati, à qua prohibetur, inſiſtit. Sicut de quibuſdam dicitur: *Duo mala fecit populus meus.* Qui nimirum *derelicto fonte aquæ viuæ*, hoc eſt poſtpoſito verbo vitæ; ora ſua *ciſternas* faciunt, ex quibus non noui, ſed veteris hominis verba proferunt, quemadmodum non recentem de fonte, ſed ſentinoſam potiùs aquam præferunt: & quia labia ſua moderatâ neſciunt diſcretione reprimere, *ciſterna diſſipata aquas nequeunt continere.*] Plures adhuc vſus ſuppeditat Hugo Cardinalis. I. [*De quibuſlibet*, qui congregant ſibi mercedes in ſacco pertuſo, quia auarus impleri non poteſt; & eſt ciſterna vetus, quæ nunquam impletur aquis. II. De clericis quibus cùm Deus ſufficienter præbeat fontem aquæ viuæ, hoc eſt ſapientiam veram ſacræ Scripturæ; eo derelicto incumbunt in ſtudia ſcientiarum vanarum, & fœtidarum, merum quæſtum ſectantes. III. De prælatis, qui Deum malè viuendo deſerunt, & ciſternas ſibi diſſipatas fodiunt, peruerſo exemplo alios corrumpendo. IV. De clauſtralibus, qui cùm Deum habeant refugium omnium tentationum, ab eo non petunt auxilium in tribulatione, cor ſuum tradunt temporalibus conſolationibus, quæ replere aut durare non poſſunt. Hoc autem fieri duobus modis, quando in tentationibus oratio faſtiditur, & pro iiſdem mitigandis iocoſis & inutilibus verbis *vacatur.*] Hæc ille.

Petrus Damianus.

Hugo Cardinalis. Vſus. I. II. III. IV.

IBIDEM VERS. XXII.

ADAG. DECC XIX. Lauare ſe nitro & multiplicare ſibi herbam borith.

Lauare ſe nitro & multiplicare ſibi herbam borith.

NOſter optimè expreſſit Hebræas voces בורית & נחר *Nether & borith*, Lxx. ſimpliciter herbam poſuerunt omiſſo nomine. Chaldæus noſtræ verſioni aſtipulatur. Conſtat adagione ſummam lotionis curam, & ſtudioſam exquiſitámque mundandi ſui ſollicitudinem atque operam indicari.

Lxx.

Con

S Isidor. Consueuisse nitro in sui nitidatione mulierculas vti, testis est S. Isidorus *lib.* 16. *Etymo. cap.* 2. illo quoque

S. Athana. vetustior S. Athanasius *lib. de virginitate* siue meditatione circa medium ab hoc more dehortatur: *Ἐὰν νίψῃς σου τὸ πρόσωπον σοῦ καὶ νίψῃ ταῖς δυσὶ χερσὶν, οὐδὲ μὴ ἐκτρίψῃ ταὶ μῆλα τῆς ὄψεώς σου, οὐδὲ μὴ ἅλμης πόαν οὐδὲ νίτρον, οὐδὲ ταὶ ὅμοια ἰάζεις. αἱ κοσμικαὶ γὰρ ταῦτα ποιοῦσιν.*

Quum laueris faciem tuam, non lauabis ambabus manibus, non expolieueris genas vultus tui, neque pharmacis aut nitro vtere; aut si quid huiusmodi est: quoniam mundanæ talia faciunt:

Nitrum Aristoph. *sed purâ aquâ colluito, &c.* Inde *nitrũ* in mundo muliebri censetur Aristophani in Thesmophor. & Iulio Pollucí *lib* 7. *onomast. cap.* 22. & Ouidius *lib. de medicamine faciei* docet eo tubera abradi; de pustulis

S. Drogo Hostiens. Nitrum matronicum. Nicolaus Myrepsus. Trallian. Marcellus Empyricus. & nœuis idem insinuat S. Drogo Hostiensis *in principio operis de Sacramento Dominicæ passionis.* Sanè quoddam dici solitum *Nitrum matronicum*, siue *matronarum* ex Nicolao Myrepso discas, & Tralliano, & Marcello Empyrico, nimirũ quod diximus in earum mundo fuisse. בורית recentiores vertunt *saponem*, siue herbam saponariam; nullo sensus detrimento. Pro D. Hieronymo, qui etiam Malach. 3. 2. vertit

D. Hiero. R. Ionah. *herbam fullonum*, est R. Ionah. radix ברר significat, mundare, tergere, purgare. Hæc herba veteribus *struthion* vocata, Arabibus *condisi*, dicitur etiam *lanaria*; & est similis ei quam Belgæ vocamus *Zeepcruyd*. Vide Lemnium *de herbis*

Lemnius. Quadratus. Plinius. *biblicis cap.* 10. Quadratus *homil.* 15. *in Malachi.* vult à Plinio *radiculam* vocari.

Ad animæ sordes transfert Propheta Ieremias, quem Malachias imitatus. [*Pro* בורית herba (inquit D. Hieronymus) quam nos vt in Hebræo est, vertimus, Lxx. transtulerunt πόαν, vt significarent herbam fullonum: quæ iuxta ritum prouinciæ Palæstinæ in virentibus & humectis nascitur locis, & ad lauandas sordes eandem vim habet, quam & nitrum. *Nitrum* autem nostrum, & *herba fullonis*, pœnitentia est. Ecclesiasticus quoque sermo, qui increpat & arguit, & corripit delinquentes mordacioris nitri habet *similitudinem.*

Theodor. [Consentit Theodoretus; πόαν id est herbam appellat, herbas purgatorias, quæ nascuntur è terrâ. Et per hoc tropicè docet, quæ secundùm legem sunt aspersoria, non procurare liberationem à peccatis: sed sinceram pœnitentiam, & auersionem *à nequitia*.] Sequuntur Carensis, Lyranus, cæteri. Vide infr. adag. 1015.

Carensis. Lyranus.

IBIDEM VERS. XXIV.

ADAG. DCCCXX.

Onager assuetus in solitudine desiderio animæ suæ attraxit ventum amoris sui.

Onager assuetus, &c.

DE Syluestri asino quædam tetigi *adagio* 21. *Onager inter homines*, &, *Onager sibi*: & *venatio leonis Onager*, *adag.* 799. & dicam adagio 836. & adagio 943. nunc addam quæ huic adagio propria. Lxx. nomen *Onagri* omiserunt; quod Chaldæus retinuit (& est in Hebræo *pereh* פרה,) & addidit in fine comparationem Draconis; vt etiam in fine vers. præcedentis *camelum* posuit pro *cursore*, sic scribens; *similis fuisti camelo iuuenculæ velocissimæ, quæ depranat vias suas. Sicut onager qui habitat in deserto, & ambulat in voluntate animæ suæ, bibens ventum sicut draco: sic cætus*

Lxx. Chald.

Israël transgressus est, &c. quod de dracone transtulit ex *capite* 14. *v.* 6. *Onagri steterunt in rupibus: traxerunt ventum, quasi dracones*: quod Pineda noster *ad cap.* 6. *Iob. v.* 5. exponit de onagro præ fame, aut siti rudente, quia ruditus iste fiat vento attracto, & magnâ vi rursus reddito. Et sic vult intelligi istud, *In desiderio animæ suæ attraxit ventum amoris sui*: non tam quòd ventum captet, vnde femellam inuestigare possit, quàm quòd femellam quæritans rudat. Constat, animal esse naturâ ferum, solitarium, libertatis amans, & æsturans libidine. *Osee* 8. 9. *Onager solitarius sibi Ephraim.* Iob 11. 12. *tanquam pullum Onagri se liberum natum putat.* & 39. 5. *Quis dimisit Onagrum liberum, & vincula eius quis solvit? Cui dedi in solitudine domum, & tabernacula eius in terrâ salsuginis. Contemnit multitudinem ciuitatis, clamorem exactoris non audit. Circumspicit montes pascua sua & virentia quæque perquirit.* Vbi quod ait *contemnit multitudinem ciuitatis*, nihil est aliud, quàm odisse loca habitata. Nam animal timidissimum est, vt vel ex Marone constat.

Pineda.

Scribit Isidorus Clarius, [*Ferri* à quibusdam, Onagrum impulsu quodam fatali carpendæ auræ gratiâ se irreuocabiliter ad certum locum impellere, nec ab insequentibus capi posse quantumlibet illi insidientur, donec in illo mense id fecerint quo vterum *gestat.*] quod ego fabulosum esse, nihil addubito, nec fato locum vllum concedo. De salacitate eius & amore ardenti in fœminas, notant ex Alberto Magno & narrat hîc Carensis: sed dubito, quia marem comitantur greges fœminarum vt narrat Oppianus, qui etiam fatetur libidine æstuabundum summa montium fastigia conscendere ad captandam femellæ auram, refrigerandúmque ardorem libidinis. Fieri potest. Oppianus certè multiuolos esse, & zelotypiâ in rabiem, & proprij pulli perniciem agi, *Cyneget libr.* 3. Ex quibus manifestum fit Ieremiæ nostri verbis describi furorem concupiscentiæ humanæ, consilij & freni impatientem, quæ nullas rationis habenas libenter audiat, sed ipsum aurigam sæpè rapiat in præceps. Nam illud *in desideriis animæ*, ex sacræ Scripturæ more, concupiscentis partis imperium, sese liberam existimantis, *Que haze a su gusto, y signe su apetito y corre tras sus quereres.* Lege eundem Pinedam *ad Iob. cap.* 23. *ver.* 13. S. Hieronymus hîc.

Pineda. S. Hieron.

[*Quomodo caprea leuis*; quam nos genere cõmuni, *curſorem* diximus, significantiúsque Aquila, Symmachus, & Theodotio verterunt (δρομὰς κούφη) *explicat vias suas; & velox fertur ad pabula: & sicut Onager assuetus in solitudine, trahit in desiderio animæ suæ ventum* vel spiritum *amoris sui.* Vno enim apud Hebræos nomine רוח & ventus appellatur & spiritus: sic & Israël siue Hierusalem toto impetu ad desiderium libidinis ferebatur, & omni idolorum amore *feruebat.*] S. Gregorius *libr.* 10. *Moral. cap.* 10. diuinè de hac re differit, nec æquum est ea me præterire, quamuis pluscula.

S. Gregor.

[*Per pullum onagri* omne genus agrestium exprimitur quod naturæ dimissum motibus, loris dominantium non tenetur. Agri namque animalia libertatem habent, & ire quò appetunt, & quiescere cum lassantur. Et quamuis insensatis animalibus homo lõgè sit melior, hoc tamen plerumque homini non licet, quod brutis animalibus licet.

Quæ

Quæ enim ad aliud minimè seruãtur, eorum motus proculdubiò nequaquam sub disciplina restringitur. Homo autem, quia ad sequentem vitam ducitur, necesse profectò est, vt in cunctis suis motibus, sua dispositione disciplinæ religetur, & quasi domesticum animal loris vinctum seruiat, atque æternis dispositionib. restrictum viuat. Qui ergo implerè cuncta quæ desiderat, per effrænatam libertatem quærit, quid aliud quã pullo onagri esse similis concupiscit? vt disciplinæ hunc lora non teneant, sed audenter vagus per syluam *desideriorum curras?* Alibi tamen *onagrũ* in bonum sensum accipit & typum religiosorum esse ostendit: atque adeo ipsiusmet CHRISTI. lege illũ *li.* 30. *Moral. à cap.* 12. *vsq; ad libr. calcem*; cui præiuerunt S. Augustinus super *Psal.* 103. & Eucherius *in formulis spirit. for.* 5.

S Augustinus. Eucherius.

Possumus etiam (sicut hoc loco in malum sumitur) de hęreticis interpretari cum S. Hieronymo *in Osee cap.* 8. & Gregorio *lib.* 7. *Moral.*

ADAG. DCCCXXI.

IBIDEM VER. XXVI.

Quomodo cõfunditur fur quãdo deprehenditur.

Quomodo confunditur fur quando deprehenditur.

Ionathan Chaldæus.

IONATHAN Chald. *Sicut confusio viri qui cùm habitus fuerit fidelis, inuenitur latro* dicitur de summâ confusione; & hoc occulto adagio significari notatũ à Martino de Roâ *li.* 1. *sing. cap.* 2. iuxta illud Græcanicum ἐν αὐτῷ φόρῳ. Nemo enim adeò profligatus est, quin lucem sceleris oderit. Ideo enim peccatores lucẽ oderunt, tenebras amant, qui latere amant. Hieronym. *Quamuis sit procax & impudens vultus furãtium, tamen erubescit cùm in furto fuerit deprehensus.* idem ait; *vti possumus hoc testimonio, si quando Principes nostri, & hi qui in Ecclesiâ putantur duces in peccatis turpibus deprehenduntur.* Carẽsis torquet in monachos proprietarios, & in vsurarios. Pertinet etiam ad adulteros & similes in facto deprehensos.

Martinus de Roâ.

Hieron.

Carensis.

EX CAP. III. VER. III.

ADAG. DCCCXXII.

Frõs Meretricis.

Frons meretricis.

NOTA impudentia scortorum hoc adagium peperit: Salomõ *vultum procacem* dixit *Prouer.* 7. 13. optimè hic Chaldæus, *impudentia, quasi mulieris meretricis fuit tibi.* Origenes *in Gen. homil.* 1. *Anima quæ spiritus coniunctione desertâ, sensui se carnis & desideriis corporalibus totã prosternit, velut auersa à Deo impudenter,* (sic legendum) *audiet, facies meretricis facta est tibi, sine pudore effecta es ad omnes.* S. Hieronym. hic. *Nunc arguit quasi mulierem procacem, & nimia impudentia: vt non ad vnũ & alterum procaci vultu feratur, sed nullũ erubescat. Vtamur hoc sermone aduersum hæreticorum cõciliabula, qui in suis erroribus gloriantur.* S. Gregorius ad 1. psalmum pœnitentialem.

Chaldæus. Origenes.

S Hieron.

[*Vtinam* (ait) meo exemplo erubescat, quicumque quòd ad imaginem & similitudinem Dei fit factꝰ intelligit, & qualiter illã peccando fœdauit, noscit: si se circumspiciens consideret, & decorem quem perdidit, & obscœnitatem qua se, velut quodam teterrimo colore, perfudit, de operum suorum qualitate, nisi sit lapis erubescit. Nobilis anima si quas aliquando pecca-

ti notas admiserit, verecundiam tamen à se penitus non repellit. Nam & illud verum est apertæ desperationis indicium, si verecundia non sequitur peccatũ. Vnde sub Iudææ specie contemnenti animę dicitur; *Frons meretricis mulieris facta est tibi; noluisti erubescere.* Qui enim neglecto Dei timore peccata peccatis accumulat, profectò vt meretrix frõtem *obdurat.*]vide *adag.* 136.

ADAG. DCCC XXIII. Nouate vobis. &c.

EX CAP. IV. VER. III.

Nouate nobis nouale, & nolite serere super spinas.

Chaldæus. ADAGIALIS Metaphora, quam Chaldæus sic explicat: *Facite vobis opera bona & non quæratis salutem in peccatis.* meliùs Orthodoxi

S. Martyr Iustinus. nostri, vt S. Martyr Iustinus *dialogo cum Tryphone*, ait eos monere *ne super spinas serant, & locum aratro non excultum, vnde nullus ipsis fructus nascatur. Agnoscerent* CHRISTVM, *qui foret ipsis nouale pulchrum, pulchrum & pingue in cordibus eorum.* μὴ οὖν εἰς ἀκανθας σπείρατε ἡμῖν ἀνήροτον χωρίον, ἔστιν ὑμῖν καρπὸς ὑπ' ἐμοῦ καλὸν, γνῶθι τὸν χειρίσαντα, καὶ ἐσὺ τρέφεις καλὸν καὶ πίονα ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν.

Tertullianus Tertullianus etiã adhuc Orthodoxus *li. aduersus Iudæos cap.* 3. vbi vertit innouate *vobis nouitatem*, exponit de spirituali circũcisione: & *lib.* 1. *contra Marcionem c.* 20. vbi vertit *renouate vobis nouamẽ nouum*, de abrogatione cæremoniarum Mosaicarum. Sic etiam

Cyprian. Cyprianus accepit *lib.* 1. *testimon. cap.* 8. Ad mores nostros transfert auctor libri de singularitate clericorum *c.* 21. [*Purum* iter vestris gressib. mundate & super spinas & tribulos nolite seminare vel calcare: ne bonum semen non possit vobis propter spinæ frutices sanctitatis fructus adferre. Vnde propheta Hieremias sic hortatur & docet dicẽs: *Nolite* inquit *serere super spinas. Circũcidite vos Deo vestro, circũcidite præputiũ cordis vestri.* Abscindenda sunt ergo de agro nostro cũcta quæ pũgere, & lacerare consueuerunt: ne animus agricultoris in possessione sua malignis sentibus *inseratur.*]

Hieron. S. Hieronymus hîc; [*Pro* eo quod nos diximus; *Circumcidimini Domino & auferte præputium cordium vestrorum*; Symmachus vertit; *purificamini Domino & auferte malitias cordium vestrorum. Circumcisionem*, emũdationem; & *præputia*, vitium intelligens. Hoc autem præcipitur *viris Iudâ & Hierusalem*, qui veram sectantur fidem, & habitant in Ecclesiâ, vt non seminent, vt *non seminent super spinas*, quas Euãgelicus sermo significat, quæ suffocent sementem Dei: sed priùs nouale faciant, & omnes suffodiant vepres, sentésque auferant, vt munda semina, munda arua suscipiant: hoc est quod in a- Matt. 7. lio loco dicitur: *Ne miseritis margaritas vestras ante porcos, & ne detis sãctum canibus.* Quomodo enim potest Dei audire sermonem, & concipere semina; & fructum facere, cuius animus ærumnis mundi *plenus est.*] D. igitur Hieronymo hæ spinæ sunt sæculares curæ, & voluptates corporis. Nimirum hæc sunt

Theodoretus. spiritualia idola, de quibus Theodoretus exponit, qui dici vult: *Excolite animas vestras: radicitus euellite memoriam idolorum*: hæc enim *spinas* appellat. Ad vitia quoque retulit

Cassian. Cassianus relatus in Allegoriis Tilmãni, docens ea exarescere, si priùs radices quib. arbor innititur, nudatæ vel abscissæ fuerint.

Mihi

Mihi videtur locus egregius esse ad suadendū veteris hominis mortificationem, & spiritus renouationem: de qua pari elegantia & sacrâ eruditione exstat cōscripta à P. Nostro Claudio Aquauiua epistola; qua non facilè quidquam in hoc genere sapientius, vtilius, vberius reperiatur.

ADAG DCCC. XXIV.

EX CAP. V. VER. VI.

Lupus ad vesperam siue vespertinus.

Lupus ad vesperam vastabit eos.

PRo *lupo ad vesperam* Hebr. est Lupus *hbaroboth* ערבות, quod Pagninus exponit *deserta incolens*, Leo Iudas *lupum solitudinum*, Arias *desertorum*. Clarius & Vatablus cum nostro sentiunt, deducentes ab *hheber* quod cum sex punctis significat vesperam: inde *lupus vesperè* idem quod vespertinus, qui sub vesperam gregem inuadit. Chaldęus hîc *sicut lupi vespertini*. Habac. 1. 8. *velociores lupis vespertinis*. Sophon. 3. 3. *Iudices eius lupi vespere*. Vides nostrum constantem omnibus his locis fuisse vt fuit etiam Chaldæus. LXX. in Hieremiâ vertunt *vsque ad domum*, vt summam ex fame confidentiam luporum indicent: ἕως τῶν οἰκιῶν: sed d. v. 8. & v. 3. λύκους τῆς Ἀραβίας, *lupos Arabiæ*: & sic citat locum Hieremiæ Theophylactus, & inde factum vt lupos Arabiæ Ioannes Tzetza celebrarit, in multiplicis lectionis & vanitatis Chiliadibus: legerunt fortè ערב *Arabiæ*.

Pagninus. Leoludas. Arias. Clarius.

Chaldęus.

Chaldęus. LXX.

ערב

Sed cur vespertinis lupis hostes comparat? non potest responderi, nisi constet de significatione. Duæ sunt sententiæ: vna, esse certum genus luporum, quod hyæna dicatur: altera, dici de omnib. lupis, qui toto die contractâ fame sub vesperā ruūt in prædam, audaciores & crudeliores. Hæc communior est non tantùm Rabbinorum, sed D. Hieronymi, Hugonis, Dionysij, Vatabli & aliorum. S. Hieronym. in Habac. *siquidem lupi saeuiores esse dicuntur nocte vicinâ & tota die ad rabiem fame concitati.*

Duæ sententiæ.

S. Hieronymus.

Probabat locis illis Ieremiæ, Sophoniæ & Habacuc: & quia ferę huiusmodi venatorum occursum & insidias metuentes ratiùs ad prædam claro die procedunt, crebriùs vespere: vt de similibus dictū à Dauide *Ps.* 103. *v.* 20. 21. 22. *Posuisti tenebras & facta est nox: in ipsâ pertrāsibunt omnes bestiæ syluæ: catuli leonum rugientes, vt rapiant & quærant escam sibi. Ortus est Sol, & congregati sunt, & in cubilibus suis collocabuntur.*

Ribera.

Hanc sententiam fusè multis allatis refellere nititur Antoni⁹ Gueuara *comment. in Habac.* contendens non loqui prophetas hosce de lupis vulgaribus, sed de hyænis quas autumat *lupos vespertinos* vocari; & esse speciem luporum, ostendit ex Oppiano, in libris de venatione,

Antonius Gueuara.

Oppian.

Nunc duo Diua refer genera exitiosa luporum
Serratis armata ferentes dentibus ora:
Nempe ouium mactatores, cæcas quoque hyænas.
Ille quidem profligat ouile, caprilé que perdit:
Hæc autem catulis est implacabilis hostis:
Illum adigit nocturna fames & vēter auarus
Candentes hœdos populari more latronis.
Hanc hebetes oculi cogunt errare per agros.
Perque nigras syluas vmbrosâ nocte vagari.

Quippe

Quippe dies illi nox est, atrasq; tenebras
Consequitur passim, lucem ipsa perosa coruscam.

Secundò argumentatur, quia nulli scriptores tradunt lupum nocturno tempore prodire venatũ. Tertiò quia LXX. pro *lupis vespertinis* solẽt vertere *lupos Arabiæ*: quos hyænas esse docet Aristoteles libro de admirandis auscultationibus, tradens eas Arabiæ peculiares esse. Lupi Arabiæ. Quartò quia Græci primam lucem quæ solem præcedit vocant λύκλω à lupo: & ideo Homerus quoque matutinum crepusculum vocat ἀμφιλύκλω νύκτα, quod tunc lupus videat & ad venatum exeat; quod tempus etiam dicitur λυκόφως *Lupi lux.*

Quæ me certè nihil mouent, vt nec Riberam ista mouerunt. vidi enim quæ in schedis ad hæc responderat.

Oppiani enim locus Gueuaram non iuuat. decepit eum Latinus interpres malè redditis Græcis verbis. Non dixit Oppianus, vt nec Aristoteles, nec Plinius, nec Ælianus, nec quisquam, quod meminerim, alius scriptorum veterum, hyænam lupi speciem esse, neque id dici potest. Aristoteles. Plinius. Aelianus. Verba quidem Oppiani è 3. libro Cynegetycorum sunt:

φραζεο δ' ἠδ' δύο φῦλα δυσάντια καρχαρόδοντα.
μηλοφονεντε λύκοιν, δυο δ' ἠνίατ' αὖθι δαΐζαιναν,

quorum sententia est;

Spectato duo genera infausta serratis prædita dentibus,
Ouium interfectorémque lupum, & rursum oculis agrè videntem hyænam.

Quę hîc vestigia vnde colligas Oppiano speciem esse lupi hyænã? Nõ enim describit genera luporũ, sed noxiarum ferarum genera duo. Patet ex eo quod præcessit, de genere quodam ferorum equorum in Æthiopiâ: cui subnectit hæc duo genera ferorum & noxiorum animaliũ, lupos & hyænas. Præterea paulo post satis apertè horum duorum generum discrimina ponit: Primã ab odio diuersa, *Lupum enim greges ouium & capraruin perdere: Hyænam catulis & validioribus canibus hostem esse.* Lupi. Hyænæ.

τὸν μὲν ποιμενίων, ἠδ' αἰπολίων ὀλετῆρα.
τὼ δ' ἰχθρὼ σκυλάκεσσιν, ἀρειστέροις τε κύνεσσι.

Secundam, à causa differente cur ambæ ferę noctu prædã quæritẽt. *lupum ob ventris ineuitabilem vim, noctu obambulare, & albos candidos hædos rapere: hyænam verò nocliuagam esse, & ambulare in tenebris, quia die claro oculis caliget, noctu verò videat, sine quia illi nox pro luce, lux pro tenebris.* Hyænarũ oculi.

τὸν μὲν νυκλιφοιτὸν δῖᾳ γαστέρος ἀφυκτον ἰωλὴν
ἀργεννῶν ἐρίφων τε πολύπλεκτον ἁρπακτῆρα,
τὼ δ' ἔτε νυκτιπόρον, ἠδ' νυκτιπλανῆ τελέθυσαν,
εὔνεκα οἱ δῖᾳ νύκτα φάος, σκότος αὖτε μετ' ἠῶ.

Tertiò tradit differre formâ & colore corporis: & vtrumque describit. Quartò variis antipathiæ effectibus: nam si quis calceatus pedes hyænæ pelle incesserit; hunc metuendũ adeò canibus, vt obmutescant, nec audeant allatrare. Lupinâ verò de pelle tympanum, mixtum aliis tympanis, solum si pulses sonare, cætera silere nec strepere quamtumuis ferias. Quintò hyænarum vnum esse genus, quod vicissim mas sit ac fœmina: Luporum verò quinque esse genera. hæc omnia Forma, color. Hyænæ pelle pedes calceati. De lupina pelle tympanũ. Hyænarũ & luporũ genera.

nia Oppianus; quæ si non satis indicent specie lupum & hyænam differre, quid indicet non video. Tertiò id vel inde patet manifestissimè, quòd cùm idem quinque species enumeret luporum: nec in iis hyænæ vspiam meminit; nec de vllo quidquã narrat, quod hyænæ conueniat. Ad institutum sacræ Scripturæ tantùm spectat secundum genus, quod ita describit;

ἄλλος δ' αὖ μέγεθος μὲν ὑπείροπος, αἶψα δ' ἀν' αὖτε
μηκεδανὸς, πάντεσσι θοώτερος ὦκα λύκοισι.
τὸν μέρεσθε κίρκεντε, καὶ ἅρπαγα κικλήσκουσι.
πολλῷ σιὼ ῥείζῳ δὲ μάλ' ὄρθιος ἔστιν ἐπ' ἀγρὸν
πρώτῃ ὑπ' ἀμφιλύκῃ. ῥέα γὰρ τ' ὀπιδεύετ' ἐδωδῆς.
ῥεῖα δ' αἰγυπιὸν σε λαγεῖ πλευράς τε καὶ ἰγδὶν.
ἐσθίει δ' οὖρια μακρὰ, τὰ δ' ὀπτότε χείματος ὥρῃ
ἐκ νεφέων προχυθεῖσα χιὼν κρυόεσσα καλύψῃ,
δὴ τότε καὶ πόλιος σίλας ἵκετο θῆρ ὀλοόφρων,
σπεύδων ἀνδρομέλων ὀπιδεύμονες εἴκοσ' ἐδωδῆς.
λάθρῃ τ' ἐμπελάει μάλα τ' ἤρεμες, εἰς ὅκεν αἶγα
ἐγχείμῳ. τὰὼ δ' αἶψα θοοὶς ἐνύχεσσιν ἅμαρψεν.

Alter autem vrsùs magnitudine procerior: planè autem
Longus, inter omnes celerrimus lupos:
Quem homines accipitrémque & raptorem vocant.
Magno autem cum fremitu valde arduus it ad predam
Sub primum crepusculum. facilè enim indiges cibo.
Color autem candidus splendet in lateribus & cauda,
Incolis autem montes vastos: eos verò vbi hyemis tempore
Ex nubibus profusa nix gelida operuit,
Tum sanè quoque prope vrbem venit fera saua
Omni impudentia operta cibi causa:
Clámque accedit, valdéq; quietus quoad capram
Inuadat, eam autem repente pernicibus vnguibus inuncat.

Vides hîc omnia conuenire cum sacræ Scripturæ descriptione, siue spectes nostram versionem, siue Lxx. sed probè explicatam, vt mox ostendam. Hæc dicta de primo argumento, & ostensus Oppianus D. Hieronymo fauere.

Secundum æquè leue, æquè falsum est. Oppianus & Virgilius non obscurè docent Lupos noctu venari. Oppianus quidem cùm (vt ostendi) cecinit primo crepusculo fame coactum ad venationem properare. Tota difficultas versatur in eo quod vocet, πρώτῃ ὑπ' ἀμφιλύκῃ, *sub primum crepusculum*. an matutinum, an vespertinum? Mihi non videtur hoc magnopere curandum. Nam ex loco & verbis Oppiani potiùs collegerim lupis quidem omnibus commune noctu venari, sed huic secundo generi proprium, non noctu tantùm, sed etiam matutino crepusculo id facere. Nam cur hoc de secundo tantùm genere luporum Oppianus addita etiam continuò causa narraret, si hoc generi huic cum cæteris lupis commune est, & omnes lupi sub primum crepusculum progrediuntur? dixit potiùs, quoniam cæteros tantum vespere egredi nouerat. De hoc ergo secundo genere intelligenda Iacob prophetia, *Gen. 49. v. 27. Beniamin lupus rapax, mane comedet predam*: de quo dixit Oppianus vocari ἅρπαγα; &, manè

Lupi noctu venãtur.

ad prædam egredi: & causam expresserat, cur *rapax* iste matutino crepusculo ruat prædatum, nempe, ἵνα γὰρ τὸ ἐσθίεται ἐδώδιμος. *facilè enim indiget escâ.* nimirum cùm cæteris luporum generibus sit velocior, vt dixerat, & corpore longiore, & feruentior, citiùs cibum digerit, & citiùs frequentiúsque fame vrgetur, adeò vt licèt vespere & nocte comederit, statim tamen manè esurit, & rursus ad prædam festinat: quia, vt reliqui, ad vesperam differre non valet. Certè de omnibus lupis agens, paulo antè vocauit nocturnos, & significauit ob ventris ineuitabilem procaciam noctu vagari; carmina retuli. *lib.*1. quoque *lupam* vocauit *noctiuagam*, νυκτιπόρου λυκαίνης. Nec euaderet, dicendo in illo loco priore νυκτίεινον, non ad lupum, sed ad ἠῶον pertinere; vt non lupus, sed lupi fames intelligatur nocturna: cur enim famem vocet nocturnam, si potest illam ferre in matutinum tempus, & nocta non conatur ei satisfacere? certè ibidem hyænam tradit noctu venari, quoniam lucem infirma oculorum acie non sustinet; & ideo eam nominat νυκτιπόρον, noctiuagam; sicut & lib. 1. lupam vocauit, quia noctu prædatur. Si lupa, cur non & lupus?

Virgilius. Virgilij autem versus nono Æneidos extant:

Ac veluti pleno lupus insidiatus ouili,
Cùm fremit ad caulas, ventos perpessus & imbres;
Nocte super mediâ tuti sub matribus agni
Balatum exercent: ille asper & improbus irâ
Saeuit in absentes.

describit lupum vehementer famelicum; qui post noctem mediam ventos & imbres perpessus, sæuit. perpessum vtique ventos imbresque quia diu ante noctem mediam ad venationem fuerat progressus, & diu prædam quæsierat irritus; ideo in immensum, aucta fame, truculentior—*collecta fatigat edendi*
Ex longo rabies, & ficca sanguine fauces.

Propertius lib.4.

Et sua nocturno fallere terga lupo.

Virgil. in Georg.

Per noctem resonare lupis vlulantibus vrbes.

nempe præ fame irruperant nocturnâ prædatione. Statius 1. *Theb.* Statius.

Pastor ab agrestum nocturna strage luporum.

Idem *lib.*10.

——rapidi sic agmine mixto
Sub noctem coiêre lupi——

Valerius Flaccus *lib.*8. Valerius Flaccus.

——mœstis velut nox illa sonaret
Plena lupis.——

S. Ambrosius *in c.*10. *Luca*, de lupis; Ambros. *somnum canum, absentiam aut desidiã pastorum explorant. Nónne lupo haretici isti comparandi sunt, qui insidiantur ouilibus* CHRISTI, *fremunt circa caulas nocturno magis tempore quàm diurno?* Satísne confirmatum de nocturnâ venatione? Nocturni ergo lupi omnes, sed isti accipitres & rapaces, soli etiam matutini obambulant. Quod autem *montanos* dixit, & sæuiores Oppianus, confirmant etiam alij poëtæ. vt Ouidius *in epist. Canaces*; Oppianus Ouidius.

Viscera montanis ferret edenda lupis.

& in Tristibus,

Cruráque montanis vt panet agna lupis.

Maiores hi cæteris sunt teste Oppiano, quos grandes & vastis corporibus sarcinosos vocauit Apulejus. Apulejus.

Tertium telum à Lxx. mutuatũ,

nem

nempe solitos עֲרַב Arabiæ reddere apud Habacuc & Sophoniam; & Aristotelem docere hos esse hyænas, nunc discutiendum nobis. In primis illud censeo, posse pluribus modis capi aut verti idem vocabulum עֲרַב nempe aliquando *lupos Arabiæ*, aliquando *lupos ad domos*, aliquando *lupos vespertinos seu ad vesperam*, si dumtaxat sententiam respiciamus: non verò si propriam vocis significationem: quoniam non eodem modo pronunciatur hoc nomen quando *Arabiam*, & quando *vespertinum* significat. priore significatu dicitur *hharab* עָרַב. sicut patet Isai. 21. 13. *onus in Arabia*. & Ierem. 25. 24. posteriore verò cum sex punctis עָרָב *hhereb*, vt habemus hodie hoc loco, & apud Habac. & Sophoniam. Certum verò est prophetam his tribus locis altero tantùm modo pronunciasse. Quo ergo modo dicendus pronunciasse? Non dubito posteriore, nempe vt noster accepit.

Aristotel.

עָרַב

Probatur primò, quia sic etiam Symmachus vertit *lupos vespertinos*, citante Hieronymo in Soph. & confirmant Thargumæi & Rabbini. Secundò quia de lupis Arabiæ, nihil peculiare proditum à scriptoribus. nam quod de hyænis ex Aristotele referunt; nihil est. non enim asserit Aristoteles hyænas proprias Arabiæ esse. Tantum dicit peculiare quoddã genus hyænarũ ibi reperiri, à quo si homo vel bestia prior videatur, hæreant & obmutescant deprehensi: quinetiã addit hanc hyænam serpẽtem esse: cui nihil commune cum lupo quadrupede. Tertiò cum multi fuerint in Iudææ montibus lupi, quid opus eos à Ieremiâ ex Arabiâ in scenam dare? Quartò hoc loco Ieremiæ est lupi עַרְבוֹת *hharaboth*, *vesperarum*, in plurali, vt capiũt omnes Hebræi: quare nequit de Arabia, vt prouinciâ vnicâ, capi; nisi dicas *Arabiam* pro tribus *Arabiis* positam, quod non satis verisimile videtur. Putauerim itaque Lxx. legisse eodẽ sono quo noster legit; sed attendisse ad naturã & genium Luporum secundi generis, quẽ Moyses in Genesi vocauit *rapacẽ*, & Oppianus sic in Asia nuncupatũ indicat. verterũt itaque ad sensum attendentes, in Habacuc & Sophoniâ *Lupos Arabicos*; quia vulgaris cõsuetudo, sicut *Cretensis* pro perfido, *Bœotus* pro hebeti, *Cananæus* pro mercatore, *Chaldæus* pro ariolo; sic *Arabs* pro latrone vsurpabatur, quia latrociniis infames Arabes, teste D. Hier. *in c. 3. v. 2. Ierem.* vbi כְּעַרְבִי *chahaarabi* vertit *sicut latro*, & monet etiã posse verti *sicut Arabs*, propter latrocinandi studium. Sanè Chaldæus ibi exponit, *sicut Arabes, qui morãtur in tabernaculis in deserto*. itaque *lupi Arabes* possunt intelligi *lupi latrones*, quales sunt sub noctem. Atque ita concilio Lxx. cũ nostro: & moneo, recẽtiores qui *solitudinum*, siue *desertorum* verterunt; minùs accuratè sensum expressisse (nam lupi omnes solitudines inhabitant) nisi si sic indicarunt *montanos lupos* Oppiani & aliorum poëtarum, qui ab hominum domiciliis longissimè remoti. Cur verò Lxx. *d. v. 2.* verterint ὡς ὁ κεράστης *sicut cornix*, fateor me nescire causam aliam, quàm furacem huius oscinis indolem, vnde & natus apologus corniculæ pẽnis alienis ornatæ. Apertius est cur hoc loco *v. 6.* Ieremiæ reddiderint *lupos ad domum*, vt exprimerẽt, quod dececinit Oppianus, hos accipitres mõtanos fame stimulãte etiam in oppida, & frequẽtia hominibus summâ feritate & impudentiâ cibi causâ irrumpere. Vnus ergo Oppianus

Oppian.

Cretensis pro perfido

Bœotus pro hebeti.

Cananæus pro mercatore.

Chaldæus. pro ariolo.

Arabs pro latrone.

Chaldæus.

Corniculæ apologus.

satis idoneus interpres est omnium istarum versionum, & tot S. Scripturæ locis luculenter præluceret.

Chaldæus. Ionathã.

Gueuara. Macrobij locus.

Ad vltimum Gueuaræ argumentũ sufficit Macrobij locus quidam, quo docemur, Apollinem multis de causis Λύκιον seu *Lycium* cognominatum; inter quas hanc memorat, *veteres Græcos primã lucem, quæ solis ortum antecedit, λύκλω vocasse ἀπὸ τῦ λευκῦ, id est à luce temporis, hodieq; λυκοφῶς cognominant. De quo tempore ita poëta scribit,* ἦμος δ' ἔτ' ἀρτιώνυξ ἔτι δ' ἀμλύκη νύξ, &c. *Sic ille lib. 1. Saturn. cap. 17.* & subdit paulo post: *Neque minùs Romani, vt pleraque alia ex Græco, ita lucem videntur à lyce figurasse. Annum quoque vetustissimi Græcorum* λυκάβαντα *appellant τὸν ἀπὸ τῦ λυκῦ id est sole βαινόμενον καὶ μετρούμενον. λύκιον* autẽ *Solem* vocari etiã Lycopolitana Thebaidos ciuitas testimonio est, &c. hactenus Macrobius. Negamus itaque, quod contendebant primam lucem à lupo vocatam λύκλω, aut ab Homero ἀμφιλύκλω νύκτα dictam, quia tunc lupi videant: sed ex causa à Macrobio allata hæc omnia pendere.

Apollo Λύκιος.

Iliad 7.

Annus. Λυκάβας

Λύκιος, sol.

Ἀμφιλύκη.

Dubia nonnulla.

Restant quædam dubiola remouenda. Primum quid necesse fuit dicere *Vespertinos?* Quoniam licèt omni tempore, si custodes abesse sensêrint, soliti sunt exire: nunquam tamen ferociores, & maiore impetu exeunt, quàm vesperi: quoniam mane & meridie minùs illos fames vrget, qui nocte comederunt. Vespere autem intoleranda illis fames est stimulo: ideo tunc etiam *velocissimi*, vt noster indicat apud Habacuc; vbi vox Hebræa, quæ significat *acutiores*, vt noster eam solet vertere חדד, de gladio *Ezech. 21. 9. Isai. 49. 2.* & de nouacula *Psal. 51. 4.* quibus dentes comparantur *Psal. 56. 5.* & vt accepit Chaldæus Ionathan, docet non capiendum de cursus velocitate; vt vulgò putant; neque de visûs acumine, vt censuit Drusus, quia teste Æliano lupi etiam illuni nocte cernunt acutissimè; nam hoc ad rem aut institutum prophetæ non pertinet: sed significat (quantũ suspicor) velocissimos esse ad prædam dẽtibus dilaniandam, & quasi discindendam, similes nempe nouaculæ aut cultro exacuto: quo pacto conuenit cum Hebræa voce noster optimè, cui fauent Lxx. sensus, tunc facillimè & citissimè dilaniant greges; vt pote propter esuriem omnis moræ impatientes: huc respexit Sophonias, cùm iudices auaros & crudeles dixit, *similes lupis vespera, non relinquebant in mane.* statim, è vestigio pecus deglubebant. & vt hanc acceleratam, & insatiabilem sæuitiæ rabiem Chaldæorum in Israëlitas indicaret, Ieremias dixit, *lupus ad vesperam vastauit eos.*

Drusus. Ælianus.

Cur autem non dixerunt potiùs *lupi ad noctem, lupi noctis, lupi nocturni*? Quoniam tunc putari possent vesperi prædã inuenisse, & ideo minus esurire: sed vespertini vt plurimum diurnâ esurie efferantur.

Cur verò potiùs vsus similitudine *luporũ vespertinorum*, quàm leonũ, aprorum, aut tigridũ vespertinorum? Latẽt quidẽ ferociora hæc animãtia omnia per diẽ (vt doctũ ex Dauide) & nocte vagãtur: sed lupi cæteris voraciores sunt, & hominibus notiores: quorũ edacitatẽ & rapacitatẽ, quotidie in gregibus & armentis experiuntur: cæterarũ ferarũ prædas vix vnquã cernunt, & sunt rariores: propterea notiore, expressiore & familiariore similitudine prophetæ vsi fuerunt.

Quod attinet ad mores: S. Hieron. in Habacuc exponit dæmonia:

S. Hieronymus.

in So

in Sophoniã, malos prælatos & iudices, [*Capientes* munera & vẽdentes iustitiam, & possessiunculas Ecclesiæ, & ea quæ in Dei donaria conferuntur, vertentes in lucrum suum, vt non habeant pauperes, quod mane comedant: qui quasi in nocte & nullo vidente omnia populantur, & cùm luporum more cuncta diripiant, ne paruos quidẽ cibos indigentibus derelinquunt.] S. Ambrosius hæreticos interpretatur: & ex recentioribus Andreas Capella ex ordine Cartusiano Episcopus, vir pius & doctus. Certè nouimus eorum conuenticula initiò semper sub vesperam celebrata: scimus decipere in ouium pellibus, & specie veri tenebras offundere: scimus circuire caulas Ecclesiæ famelicos: scimus Arabum more latrociniis & cædibus nobilissimas Europæ regiones depopulatos. Cur dubitemus *Vespertinos esse lupos?*

S. Ambrosius. Andreas Capella.

ADAG. Decccxxv.

EX CAP. VI. VER. VII.

Frigidam fecit cisterna aquam suã.

Frigidam fecit cisterna aquam suam.

LXX.

COnuenit nobiscũ versio LXX. ὡς ψύχει λάκκος ὕδωρ αὐτῆς, (sicut infrigidat cisterna aquam suã.)

D. Hieronymus.

Nam vt monet D. Hieronymus, iuxta Græcos λάκκος *lacus* non sonat stagnum, sed cisternam, quæ

גבא

sermone Syro & Hebraico גבא appellatur in præsenti autem pro *lacu*, quem omnes similiter transtulerunt, in Hebraico dici בור. Certè Chaldæus *gubba* habet, *sicut cisterna quæ substentat aquas suas. Como el algibe conserua frias sus aguas.*

Ionathã.

Nam sensu cõuenit Ionathan cum nostro, vt & Hebræa licèt vertantur cum recẽtioribus, *sicut scaturire facit puteum aquas suas.* His enim omnibus significatur pertinax & indesinens studium malitiam animo fouendi, & insatiabile caçoëthes peccandi, vt bene Patres acceperũt. Nam cisterna quo profundior, hoc aquas habet & plures & frigidiores: peccator conatur *celare culpam in gutture suo Iob. 20. 13.* & profundius illud in corde defodere, quod Isaias dixit *in profundum recedere, cap. 31. 6.* & Oseas, *profundè peccare c. 9. 9 abondar en el mal.* obstinatio illud infrigidat & quasi gelu constringit; ardor & cupiditas exequendi facit scaturire, & quasi ebullire. *Esta fria, y con todo hierue.* miraculum Satanæ! S. Hieronymus [*Quomodo* cisterna vel lacus frigidam facit aquam suam: sic in medio Hierusalem, malitia, quæ in ea est, omnem calorem perdidit vitæ. Et hoc notandum, quòd sancto Spiritu accensi, feruentes appellantur: mala autem frigida sunt, vnde & illud scriptum est, quòd in nouissimis diebus, quando multiplicata fuerit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Quod puto, & illud sonare: *Assimilatus sum descendentibus in lacum*] Sic etiam *Galfridus*: [*Hoc* dicitur (inquit) de animâ in malitiæ studiis obstinatâ: vbi enim in pectore peccatoris efferbuit pœnitentiæ zelus, non culpa frigescit, sed tanquam bulliẽs aqua consumitur. Frigidam facit cisterna aquam, quotiens in quadam insensibilitate perpetratam conseruat mens obstinata *malitiam.*] Paulo aliter Theodoretus; refert ad eos qui cùm deberent legitimè viuendi rationem docere, impietatis magistri euadunt; & quemadmodum cisterna mutat aquas in frigidam qualitatem (hoc ait quia cùm pluuia decidit, non est omnino frigida) sic accedentes ad se mutant in ne-

S. Hieron. Matt. 24. Galfrid⁹. Psa. 27. 4.

Ionathã. quitiam. Prætera Ionathan transtulit ad eos, qui improbos in ciuitatem suam recipiunt, fouent, & tuentur. Hugo Carensis inhærens expositioni S. Hieronymi, addit hæc maximè locum habere in hæreticis; nã se bonis CHRISTIANIS assimilant, vt fallant: quos autem fefellerint eos frigidos reddunt. Andreas Capella docet quæ ad versionis nostræ defensionem spectant הקיר *hachir* à radice קור *Chur* significat *facere scaturire*: à radice קרר *Charar* in Hiphil *frigefacere*. Et quo ad lectionis Hebrææ varietatem, pro *cisternâ* in Hebræo esse בור *Baur*; sed Massoretas rectè Iod quod degenerarat in vaf reposuisse, vt legatur *Baiir* ביר, quod *puteum* significat. Si tamen nolimus sequi hanc eorum correctionem, & retineamus vaf, possumus legere aliis pũctis *Bor*, quod significat *cisternam*. Et hoc mihi videntur Lxx. secuti; quos malo sequi, quàm recentiores cum suo ebullire, scaturire, euomere.

Hugo Carensis.

Andreas Capella.

LXX.

ADAG. Decccvi.

IBIDEM VERS. IX.

Vsque ad racemũ.

Vsque ad racemum colligent.

SIgnificat nihil relicturos quod non auferant. *Cum puluisculo* dicunt Latini. Metaphora ducta à racematione, quæ vindemiam subsequitur, *la rebusca*. Hebraicè est; *hholtel iehhollelu*, עולל יעוללו *racemando racemabunt*. Lxx. καλαμᾶσι καλαμᾶσι ὡς ἀμπελον, *racemate racemate vt racemum*. Chald. etiam seruat allusionem, *direptione diripientur*: geminatione indicantes omnimodam direptionem, vt nihil supersit. Sic Hieronymus & omnes. Vsurpare possumus, quando Deo permittente, voluntati hostium spiritualium relinquimur; qui dicunt; *Exinanite, exinanite vsque ad fundum in eâ Psal. 136. v. 7.*

LXX.

Chaldæus.

Hieronymus.

Indicat D. Hieronymus etiam aliam interpretationem quæ satis consentanea est versioni Lxx. nempe ex vastatione reliquias saluas factas: iuxta illud Abdiæ 1. ver. 5. *Si vindemiatores introissent ad te, nonne saltem racemum reliquissent tibi?* Et Esaiæ 24. v. 13. *Quomodo si pauca oliua quæ remanserunt, & racemi cùm fuerit finita vindemia.* Semper Deus aliquos Diabolo eripit, ille conatur omnes deuorare: cedunt illi botri magni & plures vt vindemiatori: CHRISTO, non nisi reliquiæ, pauci & pauperculi, sicut racemarori. Quæritur supra hoc Mich. 7. v. 1. *væ mihi quia factus sum sicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ: non est botrus ad comedendum.* Vix supereſt acinus aliquis, nam granula pauca vix botri nomen merentur. botri illi magni & pingues vulpium partes facti sunt.

ADAG. Decccxvii.

IBIDEM VERS. XIV.

Pax, pax, & non erat pax. Vsus adagij.

Pax, pax, & non erat pax.

ADagium, de iis qui falsâ successus boni spe decipiunt; & blandè populum alloquendo atque palpando, ne pœnitentiam faciant, sunt causa, & proinde flagellis diuinæ vindictæ, temere credulos obiiciunt. S. Hieronymus: *hoc propriè de sacerdotibus & doctoribus intelligendum est; qui diuitibus, & eis quos vident in honore maximo constitutos, repromittunt prospera, & clementem prædicant Deum, magis illos supplicio & iracundiæ præparantes.* Idem sensus est interrogationis qua vtuntur Lxx. de his agit Ezechiel cap. 13. per totum. & v. 10. vtitur

S. Hieronymus.

titur hac eadem parœmia; *deceperunt populum meum, dicentes, pax, & non est pax.* Idem repetit Ierem. *cap.* 8. *v.* 12.

ADAG. Dccc xxviij. Luctus vnigeniti.

IBIDEM VERS. XXVI.

Luctus vnigeniti.

HOc est quo lugetur vnigenitus mortuus, à parentibus Hebraicè & Chald. *ebel iachid* אבל יחיד luctum vnici. Lxx. ἀγαπητῆς. S. Hieron. *Luctus dilecti*, quod S. Hieronymo non satis probatum, scribenti, pro vnigenito, in Hebraico scribitur יחיד יחיד, quod magis *solitarium*, quàm *vnigenitum* sonat. Si enim esset dilectus siue amabilis vt Lxx. transtulerunt ידידיה ידיד ponerentur, quod & Salomoni nomẽ Deus imposuit. Nihil autem dolentius quàm vnum vel solum perdere *filium*.]Sed Lxx. ad sensum attenderũt, quia qui vnicus, idem charissimus. Ideo Theodoretus vnigenitum exponit. Adagium ergo est de summo & acerbissimo luctu. sic enim Amos 8. 10. *conuertam festiuitates vestras in luctum, & omnia cantica vestra in planctum: & inducam super omne dorsum vestrum saccum, & super omne caput caluitium, & ponam eam quasi luctum vnigeniti, & nouissima eius quasi diem amarum.* Vides locum nostro similimum. Zachar. 12. 10. *plangent eum planctu, quasi super vnigenitum: & dolebunt super eum, vt doleri solet in morte primogeniti.*

Lxx. Hieron. Theodoretus.

ADAG. Decccix. Æs & ferrum.

IBIDEM VERS. XXVIII.

Æs & ferrum.

SIc vocat Principes malos, declinantes, & ambulantes fraudulenter, hoc est apostatas & calumniatores, vt patet ex Hebræo. Sed quid per *æs & ferrum* significat? Chaldæus notatam fraudulentiam & impostũram vult, eorũ. Sic enim exponit versiculum; *ambulantes in dolo, vt qui miscet æs cum ferro, vniuersi corruptores sunt.* S Hieronymus videtur capere de argento cui hæc improbiora metalla sunt admixta: Hispanicè, *plata de mala lega oley.* Theodoretus etiam *adulterini sunt, nihil habentes probi.* Hugo Carensis; in *ære* quod percussum remurmurat, & raucè sonat, vult notari impatientiam; in *ferro*, quod indomabile & inflexibile est, & ad incudem magis induratur, & in igne magis denigratur, notari eorundem in peccatis obstinationem. Sic *Iob.* 40. 13, de Behemoth; *ossa eius velut fistula aris, & cartilago illius quasi lamina ferrea.* Lyranus exponit; *incorrigibiles.* Sic enim legendum. & sic Dionysius. Isidorus Clarius longè aliter; nam intelligi vult ministros, qui Dominorum suorum mandata crudeliter exsequebantur contra pauperes. Æs enim & ferrum ad arma fabricanda coniungi; & sic sensum esse; *alter alteri adhæret ad facienda mala.* Vatablus adhuc aliter; *frontis sunt chalybeæ & ferreæ*, hoc est impudentissimi. Hæc longissimè petita. Illa Clarij de mutuâ ope & industriâ quam sibi commodant, etiam fuit Dauidis Kammij. Libenter sequor veteres, & expono, qui aurum charitate seu vitâ, & argentum doctrinâ esse debebant; illi vita ac moribus se ferrum, doctrinâ verò æs tinnulum exhibuerunt. Videbantur esse quod non erant. Patet ex vers. vlt. *Argentum reprobum vocate eos.*

Chaldæus. S. Hiero. Theodor. Hugo Carensis. Lyranus. Dionys. Isidorus Clarius. Dauid Kãmius.

EX

ADAG. DCCCXXX. EX CAP. VIII. VER. XIV.

Potũ dare aquam fellis. *Potum dare aquam fellis.*

LXX. HEbræum ראש *rosch* non planè constat, quid significet, *fel* Lxx. & noster hîc vertunt, alij veneni genus esse volunt: plerique herbam simul amaram & virulentam. Cõstat phrasi significatam amaritudinem animi summã, mærorisque acerbissimi causam suppeditare. Chaldæus; *potauit nos calice maledictionis pessimæ tanquam capitibus serpentũ. Quia* (inquit Hieronymus) *dulcem in amaritudinem cõuertimus Deum.* Hieron. Leo Iudas exponit *aquam felitam*, hoc est, felle imbutam, & ideo amaram. Leo Iudas Sic exprimit mœrorem & angustiã. *Deut.* 29. 18. *radix germinans fel & amaritudinem*, exponit per posterius id quod præcesserat. Sicut & *cap.* 32. 32. *Vua eorum vua fellis, & botrus amarissimus.* Sic *Act.* 8. 22. dicit Petrus, *fel amaritudinis* pro felle amaro. Et apud Habac. *inebriari felle cap.* 2. 15. Sicut hîc & cap. 23. 15. *potari felle*, & cap. 9. 15. *Potum dare aquam fellis*: quod verò apud Danidem *Psal.* 68. *cap.* 22. *Dederunt in escam meam fel*, simile non est, quia ad literam de CHRISTO dictum, vt & fortassis in Thren. 3. versu 5. & 19.

LXX. *regulos.* Lxx. *Serpentes mortiferos, à quibus non est euellere*, &c. ἰοβόλα θανατοῦντα, ἃ οὐκ ἔστιν ἐκσπάσαι. Noster propiùs ad verba accessit. Chaldæus exponit, *populos occidentes, sicut serpentes regulos, quibus non est incãtatio, & occident vos.* Sensu ergo conuenit Græca versio. Nam illud *euellere* potest duobus modis exponi. Primò, quos non potest quis magico carmine sopire, & veneno exarmare, ne noceant. Lege de ritu quæ scripsi *ex psalm.* 57. 6. & variis scriptoribus *magic. disquisit. lib.* 2. *q.* 9. & 13. Secundò qui adeò veloces erunt (vt pote alati) & sæui & lethales ac terribiles vt nec euadere illos, nec resistere illis, aut eripere vos queatis, cùm vel solo necentaspectu, & vel formidine vos enecaturi sint. Nam ad basiliscí naturam alluditur. Nec blandâ prece mouebuntur, nec viribus superabuntur, nec fugæ effugium proderit. S. Hieronymus *incantationem* exponit preces. *Frustra* (inquit) *ad Deum preces fundunt aduersùs serpentem antiquum, colubrum tortuosum, qui Dei præcepta contempserint. Vtantur hoc locò aduersùs eos, qui saluatoris eloquia contemnentes traduntur aduersãriis potestatibus.* Sic etiam D. Grego. *libr.* 24. *Moral.* exponit; *Iusto iudicio immundis spiritibus vos tradam, qui à vobis excuti exhortatione prædicatiõis, quasi incantantium sermone, non valeant.*] Idem *lib.* 33. *cap.* 27. ostendit prolixè quantâ in necando sit diaboli & basiliscí similitudo. Sed hæc dicta sensu mystico; literali dubiũ non videtur Chaldæos hostes indicari, vt bene Theodoretus, Lyranus, Carensis, Dionys. Vatablus Capella.

Tropologicum etiam, quod idẽ Carensis ait, significari detractores quia indesinenter & implacabiliter in omni sermone aliis detrahunt,

& vt

ADAG. DCCCXXXI. IBIDEM VERS. XVII.

Serpentes reguli &c. *Serpentes reguli quibus non est incantatio.*

Aquila. & Hieron. SEcutus est noster primam Aquilæ editionem: & D. Hieronymus scribit צפעונים significare

& vt reguli omnem virorem bonorum operum in aliis florentem virulento suo halitu inficiunt, & perdunt, vel saltem minuunt: verè *dentes bestiarum cum furore trahentium super terram atque serpentium. Deutero.32.v.24.*

ADAG. D c c c xxxii. Numquid resina, &c.

IBIDEM VERS. XXII.

Numquid resina non est in Galaad, aut medicus non est ibi?

Ionathan. LOngè abit Ionathan, cùm ad Eliam recurrit, his verbis; *Forsitan non sunt mihi opera bona ad deprecandum pro Israël: desiderabam vtique doctrinam Eliæ prophetæ, qui fuit de Galaad, cuius verba erant medicina.*] potiùs respexit ad genium montis, in quo copiosa resina, stacte, terebinthina, & similia vulneribus idonea medicamenta nascebantur. *Genes.*37.26. *Ierem.* 46.11. Ideo melius Theodoretus, meo quidem animo pressius & tersus interpres: *Medicos* appellat sacerdotes, & doctrinam spiritalem *resinam* figuratè. Conqueritur ergo, quòd ciuitas perseuerauerit in delicto, nec pœnitentiam receperit: cùm tamen non deessent Sacerdotes, & præcepta legis. Sumpserat ex D. Hieronymo, vel vterque ex tertio. Addit S. Hieronymus non solùm in præsenti loco, sed & in multis alijs testimonijs Scripturarum resinam Galaad pro pœnitentiâ poni atque medicamine. In verbis verò sequentibus Hieronymi mendosè editum in Parisiensi meo codice, *eò quod non sint*, pro, *eò quod non desint*. Sententia enim id postulat & patet ex Theod. Loca verò sacræ Scripturæ quæ D. Hieron. innuebat sunt *Iere. d. c.* 46.11. & 51.8. & Ezec. 27.17.

Theodoretus.

D. Hiero.

Seruiet itaque hoc adagium contra desperationem & acediam, vt exhortemur peccatores ad pœnitentiam, sicut eo vtitur Abbas Antiochus *hom.* 27. Vel ad declarandam necessitatem incarnationis Dominicæ, & restaurationem humani generis, vt vsurpat Magnus Antonius *Epist. ad Arsenoitas.* 5. Vel vt doceamus omne peccatum esse remissibile, ad quod adducit D. Bachiarius *initio epistolæ ad Ianuarium.*

Magnus Antonius

D. Bachiarius.

Dilatari hoc potest per tradita à Carensi: si dicas Ecclesiam Catholicam esse *Galaad*, quia in monte posita ciuitas est, & in ea est aceruus testimonij (hoc enim significat *Galaad*) veteris & noui testamenti, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum (*nubem testium* appellat D. Paulus, *Hebr.*12.*a.*) in hoc monte floret CHRISTVS vera terebinthus, de qua Siracides *Eccl.* 24. *ego quasi terebinthus expandi ramos meos*, &c. illa nempe sub qua Iacob idola defodit & obruit, Genes. 35. Per quem idololatria sublata: ex cuius corpore terebinthina resina pretiosissima defluxit, quando ab eo sacramenta legis nouæ instituta, & copiosa illis indita fuit gratia; quæ manare non cessat, nobis ad salutem necessaria. Displicet interpretatio R. Selomoh, licèt eam Liranus sequatur, more magis quàm delectu. Capella vult simile esse adagio Hispanico, *Por ventura no ay agua en la mar?* deest fortè Oceano aqua?

EX CAP. IX. VER. XV.

ADAG. D c c c xxxiii. Cibare absinthio.

Cibare absinthio.

HEbræum לענה *lhonoh* significat *absinthium*: sed per *absin-*

thium intelligitur angustia & tribulatio. Lxx. ἀναγκας, Angustias exponunt. Chaldæus; *Adducam tribulationem super populum istum amaram quasi absinthium.* Sensus ergo, grauissimâ afflictione, & calamitate pessundare: sicut quod sequitur, ποτιζειν αὐτους ὑδωρ χολης. *Potare eos aqua fellis.* Vide sup. *adagio.* 826. & 363. Idem repetitur *infer. Cibabo eos absinthio, & potabo eos felle.* Lxx. ἐγω ψωμιζω αὐτους ὀδυνας, και πεσιω αὐτους ὑδωρ πικριον, *cibo eos doloribus, & potabo eos aquâ amarâ.* Chaldæus, *adducam super eos angustiam amaram sicut absinthium,* &c. Thren. 3 15. *replenit me amaritudinibus, inebriauit me absinthio.* Vbi vide comment. meum. S. Hieronymus explicat, necessitates, angustias, malorum magnitudinem: Theodoretus, amaram & acerbam vitam; idque ad eorum purgationē & medicinam, vt notat Carensis. Nam hæc vis inest absinthio. Sic pro amaritudine sumitur *Amos.* 5. 7. *Qui conuertitis in absinthium iudicium:* hoc est, iniquè iudicando Deum ad iracundiam seu bilem prouocatis, vt ait *Oseas c.* 12. seu ad amaritudinem concitatis, vt loquitur idem *Osee c.* 14.

Lxx. Chald. S. Hieron. Theodor.

ADAG. DCCCXXXIV. Ascendit mors per fenestras nostras.

IBIDEM VERS. XXI.

Ascendit mors per fenestras nostras.

MAgno consensu Patres Orthodoxi hoc loco vtuntur adagialiter ad ostendendum, sensus esse fenestras corporis, & per hos mortem spiritualem, quæ est peccatum, more furis directarij se in animam nostram penetrare. Adscribenda mihi video nonnullorum verba. quia res maximi momenti est, & vtilios omnibus cautelis Iurisconsultorum. Origenes *hom.* 3. *in cant. sub finem.* [*Possumus* sensus corporeos feneſtras intelligere, per quas aut mors, aut vita intrat ad animam. Sic enim designat Ieremias Propheta, cùm de peccatoribus loquitur dicens: *Ascendit mors per fenestras vestras.* Quomodo ascendit mors per feneſtras? si oculi peccatoris videant mulierem, & mœchentur eam in corde suo, sic mors ingressa est ad animam per *fenestras oculorum.* Sed & cùm recipit quis auditum vanum, & præcipuè falsæ scientiæ dogmatum peruersorum: tunc *per aurium fenestras mors* intrat in animam. Si verò anima intuens ornatum mundi, & ex pulcritudine creaturarum conditorem omnium intelligat Deum, & opera eius miretur, laudétque operum creatorem: ad animam hanc vita ingreditur per feneſtras oculorum. Sed & cùm auditum inclinat ad verbum Dei, & rationibus sapientiæ ac scientiæ eius delectatur: hinc per aurium feneſtras ad animam sapientiæ lumen *ingreditur.*] S. Epiphanius *hær.* 9. contra Samaritas disputans, docet sic spiritualiter ostium & feneſtras in sacra Scriptura debere accipi, cùm ex aliis, tum ex hoc Ieremiæ dicto. Origenes. S. Epiphanius.

Λέγει γὰρ, ὅτι ἐὰν παρέλθῃ τοιχὸς, κλείσατε τὰς θύρας καὶ τὰς θυρίδας ὑμῶν, ἵνα μὴ μολυνθῇ ὁ οἶκος. ὥστε ἐλεγε περὶ ἀκοῆς ἁμαρτίας, ὅτι ἐὰν ἀκούσῃς φωνὴν τῆς ἁμαρτίας, ἢ εἶδος παρασήμαλες, κλεῖσον τὸν ὀφθαλμὸν σου ἀπὸ ἐπιθυμίας, καὶ τὸ στόμα ἀπὸ κακολογίας, καὶ τὸ οὖς ἀπὸ ἐπηχήσεως πονηρᾶς, ἵνα μὴ νεκρωθῇ ὅλος ὁ οἶκος, τουτέστιν ἡ ψυχὴ καὶ τὸ σῶμα. διὸ καὶ ὁ προφήτης ἔλεγεν ἐὰν ἀναβῇ θάνατος διὰ τῶν θυρίδων. καὶ οὐ πάντως περὶ τῶν θυρίδων τοῦτον λέγει. ἢ γὰρ κλείσαντες τὰς θυρίδας, οὐδὲ ὅλως ἀποθανεῖν ἔχομεν. θυρίδες δὲ ἡμῖν ὑπάρχουσι τὰ τοῦ σώματος αἰσθητήρια,

τήρια, ἕλιμμα, ἀκοὴ, καὶ τὰ ἄλλα δι' ὧν θάνατος εἰς ἡμᾶς εἰσεπορεύθη, εἰ δι' αὐτῶν ἁμαρτήσωμεν.

[*Dicit enim* (Lex Moysis) si præterierit mortuus, claudite fores ac feneſtras veſtras, vt non inquinetur domus. Sicut dixit, de auditu peccati: si audieris vocem peccati, aut ſpeciem delicti videris, claude oculos tuos à concupiſcentia, & os à vanitate verborum, & aurem à ſono prauo, ne mortificetur tota domus: hoc eſt anima & corpus. Quapropter etiam Propheta dixit: *Si aſcenderit mors per feneſtras:* & nõ penitùs hoc de his feneſtris dicit; alioquin occluſis his feneſtris numquam moreremur. Feneſtræ verò ſunt nobis corporis ſenſus, viſus, auditus, & alij per quos in nos mors ingreditur, ſi per ipſos *peccauerimus.*] S. Chryſoſtomus idem confirmat agens contra eos qui ſcenicis actionibus intersunt: [*Ibi non* ſolùm (inquit) vides res infauſtas, ſed etiam audis ſpurciloquia, & ex ipſo inceſſu meretricis habitúque molliris: vbi & auditu & cantu diabolico læduntur aures, & vndique percutitur mens tua; viſus, de eo quod vides; auditus, de eo quod audis, & reliqui læduntur ſenſus, dicente Prophetâ: *Mors intrauit per feneſtras noſtras.* Quia oculi noſtri, tanquam feneſtræ ſunt *animæ.*] *hom. 1. in Pſalm. 50.* Theodoretus hîc primò feneſtras vult dici erroris commentationes, per quas errore ſuſcepto fuerunt vulnerati. deinde addit: [*Nec errauerit* quiſpiã ſi ſenſus corporis appellauerit feneſtras animæ, verbi gratiâ viſum, guſtum, olfactum, auditum & tactum. Per hos enim vita & mors ingredi poſſunt. Nam qui temperatè intuetur, conſequitur vitã; qui autem intemperatè decerpit mortẽ. Et lingua verax comparat animæ ſalutem; quæ autem mentitur, interitum *procurat.*] Sed quo pacto lingua & ſenſus mortem adferunt? Inuenies id peritè oſtenſum à Niceta; qui cùm Nazianzenus hoc admodum obſcurè indicaſſet orat. XLII. quæ eſt in Paſcha, ipſe luculenter ediſſeruit: [*Iam verò* Agnus in quinctum diem aſſeruatur, hoc eſt, à decimâ vſque ad decimam quartam: fortaſſis quia CHRISTVS victima noſtra quinque externos ſenſus purgat. Hæ enim domûs animæ feneſtræ ſunt, de quibus ait Ieremias *aſcendit mors per feneſtras*, hoc eſt, per ſenſus. A quibus peccatum proficiſcitur, non vt ab efficientibus cauſis, ſed vt adiuuantibus: & circa quos bellum committitur, peccati ſagittam extrinſecùs incidentem *admittentes.*] Ecce patres Græcos quinque: capite non pauciores Latinos. S. Ambroſius *libr. de Eſau fuga à ſæculi cap. 1.* [*Reſpexit* oculus, & ſenſum mẽtis euertit: audiuit auris & intentionem inflexit: inhalauit odor, & cogitationem impediuit: os libauit, & crimen retulit, tactus contigit, & ignem adoleuit. *Intrauit mors per feneſtram*, dixit Propheta. Feneſtra tua eſt oculus tuus. Si videris mulierẽ ad concupiſcendum, intrauit mors. Si audies ſermones meretricios, intrauit mors. Si luxuria ſenſus tuos capiat, *penetrauit mors*: confirmat ſic ſpiritualiter intelligi poſſe D. Hieronymus hoc loco. S. Auguſt. *to. 9. li. de honeſtate mulierum cap. 4.* hac auctoritate vtitur, ad ſuadendum clericis, vt non ſolùm ab extraneis mulieribus, ſed etiam à vicinis, & domeſticis & ancillis ſuis ſecretam familiaritatem, & incautam oculorum fragilitatem refrenent: ne illud ipſis eueniat, quod Dominus per propheta terribiliter clamat, dicens; *Mors intrauit ad animas noſtras per feneſtras no-*

S. Chryſo.

Theodor.

Niceta.

S. Ambro.

D. Hiero.

ſtras. Per quas? per viſum oculorum, & auditum aurium, &c. Nam multis exemplis explicare pergit. Idem
S. Greg. docet S. Greg. Magnus li. 21. *Moral. ca.* 2. hæc verba ſcribit; [*Cùm ſit* inuiſibilis anima, nequaquam corporearũ rerum delectatione tangitur, niſi quòd inhærens corpori, quaſi quædã egrediendi foramina, eiuſdẽ corporis ſenſus habet. Viſus quippe, auditus, guſtus, odoratus, & tactus quaſi quædam viæ mẽtis ſunt, quibus foras veniat, & ea quæ extra eius ſunt ſubſtantiam, concupiſcat. Hinc etenim Ieremias ait, *aſcendit mors per feneſtras noſtras, ingreſſa eſt domus noſtras*. Mors quippe per feneſtras aſcendit, & domum ingreditur, cùm per ſenſus corporis concupiſcentia veniens, habitaculum intrat mẽtis. Quo contra hoc, quod iam ſæpè diximus, de iuſtis per Eſaiam dicitur; *Qui ſunt hi, qui vt nubes volant, & quaſi columbæ ad feneſtras ſuas?* Iuſti námque volare vt nubes dicti ſunt, quia à terrenis contagiis ſubleuantur: & quaſi columbæ ad feneſtras ſuas ſunt, quia per ſenſus corporis exteriora quæque intentione non reſpiciunt rapacitatis, eóſque foras non rapit concupiſcentia carnalis. Quiſquis verò per has corporis feneſtras incautè exteriùs reſpicit, plerumque in delectationẽ peccati etiam nolens cadit, atque obligatus deſideriis incipit velle quod noluit. Præceps quippe anima, dum ante non prouidet ne incautè videat quod concupiſcat, cæca pòſt incipit deſiderare *quod vidit*.] ô vera dicta! ô
S. Bernar. cælicam ſapientiam! S. Bernardus *ſerm.* 24. *ſuper Cant.* hinc docet vt fugiamus ab audiendâ detractione: [*Conuenientibus* ſic (ait) in vnum nõ eſt Dominicam cœnam mãducare; ſed magis propinare & bibere calicem dęmoniorum: dum importantibus linguis aliorũ perditionis virus, aliorum aures intrantem mortẽ libenter excipiunt. Sic quippe iuxta Prophetam *intrat mors per feneſtras noſtras*; dum prurientes auribus & oribus lethale poculũ detractionis inuicẽ nobis miniſtrare contendimus. Non veniat anima mea in cõcilio *detrahentium*.] veniat potiùs in conſiliũ eorũ qui feneſtras has Spiritui Domini apertas cæteris clauſas habẽt, de quibus loco B. Aponij addito, claudam hunc ſermonem. Ait
B. Apo. Aponius *lib.* 4. *ſuper Cant.* Sæpenumerò variis immiſſionibus circumdatur anima, cupiditatis, auaritiæ, ebrietatis, commeſſationis, impudicitiæ, iræ, blaſphemiæ, contentionis, hæreſis, inuidiæ, & multarum aliarum his ſimilibus: eo vtiq; tempore, quando his circũdatur, quaſi carcere retruſa continetur. Ad quã ſermo Dei pœnitentiæ orationúmque vocibus reuocatus, venit, & adſpicit per feneſtras; ſenſus eius, quibus corporeas peragit cogitationes: ſi non ſunt polluti ſordibus laſciuæ delectationis auditus, ſi nõ concupiſcentiæ viſus, ſi non meretricum odoribus delectatur odoratus, ſi non turpiloquiis & quæ Deo contraria ſunt labia inquinata, ſi non ſceleratis operibus pollutæ ſunt manus. De quibus dixit Propheta, *Intrauit mors per feneſtras*.] Hactenus Aponius.

EX CAP. XI. VER. IV.

ADAG. DCCC XXXV. Fornax ferrea.

FORNAX FERREA.

Repete quæ dicta ſuprà.

EX CAP. XII. VER. V.

ADAG. DCCC XXXVI. Si cũ peditibus, &c.

SI CVM PEDITIBVS CVRRENS LABORASTI, QVOMODO CONTENDERE POTERIS CVM EQVIS.

PAulo eſt obſcurior verſio Lxx. Sed ſententia cõuenit. Verba

variè ab interpretibus accipiuntur, vel de Iudæis omnibus, vel de Ieremiâ solo: sed quomodocumque accipias, adagium erit contra illos, qui cùm impares fuerint minoribus præstandis, maiora non verentur aggredi: vt qui non bene præfuerint propriæ familiæ, regni totius habenas moderari præsumunt, vt dici solet, vitulum leuare nequeũt, & bouem se tollere posse iactitant. Item qui cùm leuioribus tentationibus vincantur, nihilominus se maioribus periculis exponunt, vt in illis pereãt: iuxta illud; *Qui amat periculum, peribit in illo.* Tales sunt (iuxta Capellam) qui cum in priuatâ vitâ sua minimè satisfaciant, sed in multis offendant, officia tamen, magistratus, dignitates ambiunt & aliorum curam, elatione & ambitione occæcati, assumere non formidant. Hugo Cardinalis censet spiritualiter etiam competere in nouicios religiosos; qui cùm multis hominibus in sæculo feruore & ieiuniis fuerint inferiores; tamen confidunt se cum religiosis iam veteranis pari passu posse currere.

Hugo Cardinalis.

ADAG. DCCC XXXVII. Auis discolor facta hæreditas.

IBIDEM VER. IX.

Auis discolor facta hæreditas.

CONCOLORES aues congreges esse solent; inter discolores odia vigent. discolores voco, quæ alterius coloris, quàm quæ speciei illius propria. hinc aiunt, à coruis implumes pullos negligi & deseri, donec nigrescant, & pullis plumis membra tegantur. Sic vt odiosam factam gentem, quæ prius dilecta & gratiosa fuerat, Deus significet, inquit; *Numquid auis discolor hæreditas mea mihi? numquid auis tincta per totum?* Hebraicè est pro tinctâ *tsabuahh* צבוע, à radice צבע, quæ incertum an Syriaca, & intingere significat, *Dan.* 4. 22. vnde *tzebahh* color seu acupictura *Iud.* 5. 30. Quid ergo *tzabuahh*? plures sententiæ sunt, vna, significare, diuisam siue vulneratam, aut fissam, in duas partes rubricatas seu rubro colore distinctas diuisam: hoc Mercerus vt nouum & commentitium reiicit. Alij exponunt auem sanguine fœdatam, siue maculis rubris aspersam, vt R. Ioseph; consentit Iarrius, & noctuam esse cẽset, in quam aliæ aues inuolant. R. Dauid consentit auem esse, contra quam aliæ congregantur vt eam necent & deuorent, sed ait multis coloribus respersam, seu varicolores habentem plumas. Hoc sequitur Leo Iudas, transferens; *numquid hæreditas mea auitium varicolor est mihi, auitium per circuitum contra eam?* Vatablus exponit; *vt alienigenam & insolentibus plumis ornatam auem reliquæ persequũtur*, hoc sequitur noster Saa. Isidorus Clarius vertit, *Numquid aui sanguinaria data est hæreditas mea? numquid auis tingit illam per totam?* & explicat; tantam Israëlis futuram stragem, vt etiam rapaces aues sanguine occisorum se tincturæ sint. Capella sequitur Vatabli expositionem, & addit notari inconstãtiam Iudæorum, qui modò Deum, modò idola; & modò hæc, modò illa, gentium vicinorum coluerunt. Iuxta hanc interpretationem est adagium, & (nisi fallor) non multùm discrepat ab apologo Æsopi de cornicula, se pennis aliarum auium exornante, in quam aliæ gregatim inuadentes miseram deplumarunt. Horatius *epist.* 3.

Mercerus.

R. Ioseph. Iarrius.

R. Dauid.

Leo Iudas

Capella. Vatablus.

Horatius.

Ne, si fortè suas repetitum venerit olim

Grex auium plumas moueat corniculа riſum
Furtiuis nudata coloribus.——

Sicenim Iudæi omnes idololatrarum Gentilium ritus mutuati; & variis Dauidis ac Salomonis, & aliorum Regum victoriis à Deo cõceſſis, ſpolia quoque gentilium, iã inde ab Ægypti egreſſu, & Chananeæ occupatione, ſibi coaceruarãt; & ſic plumis alienis variegati, tandẽ iuſto Dei iudicio, primùm à Chaldæis, & poſtea à Romanis penitùs denudati fuerũt: quò reſpicere prophetam Theodoretus indicat, & Ionathan Thargumæus ideo fuit interpretatus de direptione & diſperſione: *ſicut auis quæ diſperſa* (ſiue lacerata) *eſt, ſic diſperſa* (lacerata & diuulſa) *eſt hæreditas mea coram me: & ſicut auis quæ volat, ſic congregabũtur contra eam beſtiæ agri vt diripiant eam.* Nec magnum ſentẽtiæ diſcrimen in verſione LXX. qui verba ſingula non reddiderunt: Nũquid *ſpelunca hyæna hæreditas mea mihi? an ſpelũca in circuitu eius ſuper eam? Pergite, congregate omnes beſtias agri: & veniant, & comedant eam.* Nimirum ſicut illa rapto vixit, & ſpeluncam ſuam rapinis impleuit; ita viciſſim cuniculis, & ſuffoſſionibus & ſpeluncis latronum (hoſtium) circumſideatur, & cedat omnium rapinæ.

Theodor. Ionathan Thargumæus.

S. Hieronymus.

S. Hieronymus ad aliam hyænæ indolem attendit, referens ad immunditiam nocturnæ feræ, quæ viuit cadaueribus mortuorum & de ſepulchris ſolet effodere corpota, nihilque eſt immunditiæ, qua non veſcatur: talem eſſe Iſraëlem. Certè mitor etiam alios interpretes ſolitos verbum de verbo reddere, maximè Aquilam, de hyæna accepiſſe. Suam quoq; interpretationem D. Hieronymus longè aliter ornat: *Auem* (ait) *diſcolorem tinctamq́, per totum, iuxta literam pauum vocat: vt ſenſus ſit: Tantam habuit pulchritudinem Iſraël, & tantis fuit Hieruſalem diſtincta virtutib. vt nihil eſſet bonorum quod non cerneretur in cã.* hanc propter ingratitudinem datam in direptionem & laceratione diuerſarum gentium multitudini. Sed *pauí, thukiym* תכיים vocãtur 3. *Reg.* 10. 22. Superbum animal eſt formæ conſcientiâ: & ſuperbiæ vicina ſemper ruina, quàm facilè girum, quem tumor rotabat, ſoluit? ſolo pedum aſpectu. ita & nos; ſi cerneremus quid ex nobis ſimus, quot ſordes, in affectu & cogitatu noſtro, mox detumeſceremus. Mouit D. Hieronymum auis huius varicolor pulchritudo de qua Tertullianus diſertiſſimè *cap.* 3. *de Pallio*, *Quamquã & pauo pluma veſtis, & quidẽ de cataclitis, imò omni conchylio depreſſior, quâ colla florent; & omni patagio inauratior, quâ terga fulgent; & omni ſyrmate ſolutior, quâ caude iacẽt; multicolor, & diſcolor & verſicolor, nũquam ipſa, ſemper alia, etſi ſemper ipſa quando alia, totiens denique mutanda quotiens mouenda.* vides *diſcoloris* vocem hoc ſignificatu à Tertulliano poſitam.

D. Hieron. Tertull.

Tropologicè Carenſis exponit hypocrytas, qui exteriùs ſigna bonitatis habent, ſed interius immũdi: vel etiam mulieres ornatas variis gemmis & meretricis coloribus fucatas.

Carenſis.

IBIDEM VER. XIII.

ADAG. DCCC XXXVIII. Semioare triticũ & ſpinas metere.

Seminare triticum, & ſpinas metere.

IN illos conuenit quibus pro bono redditur malum; qui non modò

modò oleum & operam perdunt, bonis monitis & consiliis, sed insuper iurgia, contumelias, persecutiones patiuntur: vt quotidiè boni experiuntur; qui cùm sitiant iustitiã, propter eamdem bonorum direptiones, calumnias, exilia, cruciatus perferunt. Vsum adagij indico. Nã scio hoc loco ad maledictionem respici primi parentis; *maledicta terra in opere tuo. Spinas & tribulos germinabit tibi. Genes.* 3. 17. & 18. & indicari quidquid conabuntur illis malè cessurum. Chaldæus; *Nolite esse similes his qui seminant triticum in agro inculto, & non inuenitũ quod colligant nisi spinas & ex fructu eorum non est illis vilitas.* Theodoretus aliò refert; nempe non esse ponendam fiduciam in soli pinguedine, sed in æquâ & rectâ eius cultura. nam qui dolo vel nequiter procedunt, eos pro fructu spinas colligere, hoc est, sollicitudines, remorsum conscientiæ, & similes animę vulnerationes. S. Hieron. vsus adagij. S. Hieron. tres vsus indicat. I. de spe delusâ, expectarunt meliora & venerunt pessima; sperauerunt prospera, & aduersa perpessi sunt. II. quando Deus quidem largitur rerũ omnium abundãtiam, sed ea vitio hominum nihil prodest, damnosa fit potiùs. III. cõtra hæreticos, quos Dominus exspectat vt fructum ferant, sed ferunt spinas, pro iudicio clamorem. hunc latius prosequitur Origenes *hom.* 7. *in Ierem.* IV. de clericis & Ecclesiasticis, qui electum verbi diuini & doctrinæ CHRISTI semen, mala conuersatione disperdunt. De quibus iuxta LXX. subditur, *Cleri (siue sortes) eorũ non proderunt eis. Quid enim eos iuuare poterit episcopi nomẽ & presbyteri, vel reliquus ordo Ecclesiasticus, cùm magis grauentur dignitatibus suis, & potentes potẽter tormenta patiantur; & quanto eis plus creditum fuerit, tanto plus requiratur ab eis?* Hæc ille, triticum seminãs; sed spinas odiprũ & calumniarum in hac vitâ, in altera frumentum electorum messuit. Hugo Cardinalis de illis accipit, qui concionantur, vel alia opera bona faciunt spe temporalis mercedis. hos enim illam tantùm recipere; *spinas*, diuitias, iuxta CHRISTVM *Matt.* 13. *v.* 22. sic apud Aggæum 1. *v.* 6. *Seminastis multum & intulistis parum.* quia temporalia respectu spiritualium bonorũ parum vel nihil censenda.

Chaldæus. Theodor. I. II. III. IV. Hugo Cardinalis.

EX CAP. VIII. VER XI.

ADAG. Dccc XXXIX. Sicut adhæret, &c.

Sicut adhæret lumbare ad lumbos viri.

ALTERVM cõparationis membrum ostendit arctissimum amorem significari: nam hoc voluit Deus hac parabolâ indicare, suæ (vt sic loquar) animæ Israëlem cõglutinatum quàm arctissimè. S. Hieronym. אזור *ezor* hîc vertit *lũbare*. glossæ veteres *lumbare, vẽtrale, cinctum*, ζωμα, sicut hîc Lxx. verterunt, & noster vocauit *Gen.* 3. 7. Theodoretus notat sic nos doceri admirabilem Dei bonitatem & copulationis modum; quo decreuerat illos claros & illustres reddere. Quicumque in gratiâ Dei sunt, in hoc mundo sunt lumbare lineũ; quia de terrâ in lini similitudinem assumpti, sordes contrahere & putrescere possunt: sed post hanc vitam fiunt zona aurea, quâ ad mammillas filius hominis cernitur præcinctus *Apocalyp.* 1. *ver.* 13. iuxta Tichonium, Bedam & Ambrosium, vt pote sicut aurum in fornace probati, & iam tuti ab omni sorde & putrefactione peccatorum: positi in cauerna maceriæ & in foraminibus petræ, quæ est CHRISTVS,

S. Hieronymus. Theodor. Tichonius, Beda. Ambros.

CHRISTVS, *Cāt. 2. d.* Quamdiu versantur in hac valle miseriæ, periculum est ne vndis Euphratis mersi corrumpātur. [*Caueat* ergo (inquit D. Hieronymus) qui potest dicere; *mihi autem adhærere Deo bonum est*; ne fortè per negligentiam ab illius renibus separetur, & transeat Euphratem, & detur in potestatē Assyriorum Regis, & in foramine petræ corruptæ & vitiatæ, hoc est hæreticorum sordibus & vitiis occupetur, & in tantam veniat putredinem, vt in vsum, & in cinctorium Domini vltrà venire non *possit*.] Si de hoc lumbari plura voles, lege Originem hic *hom. septima.*

ADAG. DCCCXL.

IBIDEM VERS. XII.

Omnis laguncula, &c.

Omnis laguncula implebitur vino.

S. Hieron. Aquila.

AIT S. Hieronymus: verbum Hebraicum *nebel* נבל Aquilæ prima editio *lagunculam*, secunda verò ipsum *nebel*: Symmach⁹ *craterem*, Lxx. *vtrem*, Theodotio *vas* interpretati sunt. Chaldæus etiam & recentiores *vtrem* vertunt, quod ad sententiam nihil interest: sed tamē reuerà quia de hominibus sermo, nostra versio est accommodatior. fictili enim de limo plasmatus homo optimè assimilatur. sic *Isai.* 30. 14. comparatur Iraël ipsi נבל *nebel* figuli; vbi Lxx. ἀγγεῖον ὀστρακινὸν *vas testaceū*. & Apostolus dixit 2. *Cor.* 4. 7. *habemus thesaurum istum in vasis fictilibus.* Cùm verò adagij posset esse duplex sensus, vnus in bonum de summa copia vini, adeo vt vasa sint defectura vino reliquo: alter in malum de omnibus ad vnum supplicio puniendis, & potādis calice furoris Domini: Iudæi impudenter intellexerunt, vel simularunt, de priore illo sensu, omnia sibi pro votis & vltrà prosperè euēturа, sed Deus, se posteriore sensu intellexisse infert, quem eorū peccata flagitabant. Non defore sibi supplicia, iræ thesauros inexhaustos fore: quo vnumquēque ingurgitet, vt ait Dauid, *bibent omnes peccatores terra.* vt Hisp. dicunt. *aura para todos.* Item *à cada puerco le vendrà su Sā Martin.* Et hāc tribulationem (sic exponit Chaldæus) vocat *ebrietatē*. quia quādo calamitas magna est, solet animi aciem hebetare, vertiginē inducere instar temulentiæ. Vide Isai. 51. 21. *ebria & nō à vino sup. adag.* 787. Vnde nascitur etiā mentis occæcatio, quæ Iudæorum propria, & ebrietatis nomine solet intelligi, vt *Isa.* 29. 9. *elegantissimè ob oculos legenti proponitur: obstupescite & admiramini, fluctuate, & vacillate: inebriamini, & non à vino monemini, & non ab ebrietate. Quoniā miscuit vobis Dominus spiritū soporis: claudet oculos vestros.* De duplici vino quod in sacra Scriptura reperitur, lege Originē hic *hom. nona.*

Symmac. Theodotio. Chaldæus.

Adagij duplex sensus.

ADAG. DCCCXLI.

IBIDEM VERS. XXIII.

Si mutare potest Aethiops, &c.

Si mutare potest Æthiops pellem suam:
Aut pardus varietates suas.

NON ambiguus vsus adagionis de homine induratæ & inolitæ malitiæ; iuxta illud,

Vsus adagij.

Nauuam expellas furcâ, tamen vsque recurret. Difficultas indicatur summa; non tamen impossibilitas asseritur, cum gratiâ diuinâ. sicut cùm dicitur, *facilius camelum per foramen acûs transire, quàm diuitem in regnum cælorum intrare, Matt.* 19. 24.

subdi-

subditur *v.* 26. *Apud homines hoc impossibile est: apud Deum autem omnia possibilia sunt.* Qui nigrorem indidit Æthiopi, album potest facere; & qui pardum maculis distinxit, potest vnicolorem reddere: & mutari potest homo cum diuinâ gratiâ, cũ qua potest omnia in eo qui ipsum
Theodor. confortat. *ad Philip.* 4. 13. Theodoretus ait:

Verus profectò sermo, consuetudinẽ esse alteram naturam. Omnia enim, quæ longâ consuetudine comparauit animus, paria censentur cum naturalibus.
D. Hiero. & S. Hieronymus: *Quicquid discitur, non natura est, sed studij & propriæ voluntatis, quæ nimia consuetudine & amore peccandi quodammodo in naturam conuertitur. Sed hoc quod hominibus impossibile est, Deo possibile est: vt nequaquam Æthiops & pardus suam videantur mutare naturam sed ille qui in Æthiope operatur & pardo.*
S. Athana. S. Athanasius in fine testatur huiusmodi esse ingenium hæreticorum: *in decreto synodi Nyssenæ super Arianos.*

Scio (ait) *vitilitigatores illos & CHRISTO rebelles, ne istis quidem audiss mentem in melius mutaturos esse, sed potiùs discursifuturos ad alias aliũde cauillationes venandas; & cùm eas absumpserint, nouas rursus cõmenturos esse. Qua in parte respondent propheticis verbis:* Si potest Æthiops mutare pellem, aut pardus maculas; *etiam futurum est, vt ipsi recta sentiant.* εἰδὰ ἢ ὅτι ἦδ χειρομάχων οἱ φιλόνεικοι, ὑδ' ὑπὸ τούτων ἀκούσαντες μὴ λαλεῖδ θελήσουσιν· ἀλλὰ ἀδιάφαμοι τὴν πάλιν ἑτέρας ζητοῦντες προφάσεις· ἢ μετὰ ταῦτας πάλιν ἑτέρας ἐπινοήσουσι. κατὰ ἦδ τὸ προφητικὸν, εἰ ἀλλάξει Αἰθίοψ τὸ δέρμα αὐτῦ, καὶ πάρδαλις τὰ ποικίλματα αὐτῆς, καὶ αὐτοὶ θελήσουσιν εὐσεβῶς φρονεῖν.
S. Ambr. Eodem sensu S. Ambrosius de Iudæis hoc à Prophetâ dictum ostendit *Hexaëm. lib. 6. cap. 3. in fine*; Nam de pardi specie, nec Scriptura siluit, quòd varietate coloris motus varios animæ suæ prodat. Dicit enim Hieremias, *si mutabit Æthiops pellem suam, & pardus varietatem?* Non solùm enim de figurâ, sed etiam de mobilitate furoris istud accipitur: eò quòd tenebrosis, & inquietis, ac mobilibus infidæ mentis atque animi mutationibus decoloratus populus Iudæorum, boni propositi gratiam iam tenere non possit, nec ad correctionem vllam emendationémque remeare, qui semel ferinam induerit *immanitatem*] intellige nisi illa ferina immanitas curetur.

De Æthiope iam docui aliàs inter Græcorum adagia ἀδύνατον cẽseri, *Æthiopem abluis. Anthol. lib.* 2. Luciani epigramma esse,

εἰς τί μάτην νίπτεις δέμας Ἰνδικὸν, ἔχθιστε τέχνης,
οὐ δύνασαι δυσφερῆ νύκτα καθυλίσαι.

Abluis Æthiopem frustrà? quin desinis artem.
Haud vnquam efficies, nox sit vt atra dies.

Diogenes Cynicus cùm improbum quendam moneret, interrogatus quid faceret; *Æthiopem*, respondit, *abstergo* vt candidum reddam. refertur ab Antonio Melissa *serm.* 32.
Diogenis Cynici dictum. Antonius.

Quàm maculosus sit pardus, sciunt qui viderunt vel qui legerunt Oppiani 3. *Cynegeticor.* omnibus enim canit varietate similiter distinctam formam, pellem variam, & candidam, sed crebris maculis fuscis, velut oculis nigricantibus distinctam,
Oppianus.

ἴδεα δ' ἀμφοτέρηφιν ἐμοίϊα δαιδάλλονται.
ἠὲ δαιδάλεες, χρειῇ τ' ὄπι παμφανόωσῃ [παῖς.
ἠμὲν ἐέλδεται μελαινομένῃσιν ἐπα-

S. Basilius. S. Basilius commentar. in Esaiam, huc alluſit cùm ſcriberet de religioſo; illum qui ad angelicam dignitatem tranſiens, humanis adhuc perturbationibus inquinatur; ſimilem eſſe pelli pardalis; cuius pili neque omnino albi ſunt, neque nigri, ſed mixto colore imbuti, neque in albis numerantur neque in nigris. habes in collectaneis Simonis Magiſtri, *morali Orat.* 7. quæ eſt de virtute & vitio. S. Nazianzenus vtitur adagio, oſtendens Iulianum Imp. non diu clementiam ſimulare potuiſſe. quia nec natura patiebatur, vt pardus diſtinctas maculariũm notas, vel Æthiops atrum colorem, vel ignis ardorem, vel diabolus iam inde à mundi origine homicidij crimine conſtrictus, hominis odium; vel Iulianus improbitatem, quę ſtimulabat eum aduersùs Christianos, abiiceret. τοῦδε γὰρ ἴσχει φύσιν ἡ παρδάλιν ἀποδύσαι τὸ κατάστικτον, ἢ αἰθίοπα τὸ μέλαν, ἢ πῦρ τὸ καῖειν, ἢ τὸν σατανᾶν τὴν μισανθρωπίαν, ἀπαρχῆς ἀνθρωποκτόνον τυγχάνοντα, ἢ ἐκεῖνον τὴν σοφιστείαν ἀφ' ἧς καθ' ἡμῶν ὥρμησεν. *orat.* 1. συλλ. contra Iulianum. vtitur etiam D. Hieronymus *Apolog. vltima contra Rufin.* defendens S. Epiphanium, quòd videns ſe incaſſum hominis improbi ſanitatem procurare, nec pardum mutare varietates, nec Æthiopem pellem ſuam, apertè in illum fuerit inuectus. ſimile huic adagio eſt dictum Antiſthenis Meliſſæ *d. ſerm.* 32. veterem arborem tranſplantare difficile eſt, & ſimiliora iſta Pindari *Olymp.* 11. —— τὸ γὰρ

ἰνδάλλεται καὶ κίθαρις ἀλκάεντι ξύν τ' ἐρίβρεμι λέοντι· διήλλαξαν δὲ θῆρες, *nam indolem nec ruffis vulpes, nec rugientes leones morem commutarint.*

Simõ Magiſter.

S. Nazianzenus.

Iulianus Imperator.

Hieron.

S. Epiphanius.

Antiſthenis dictũ.

EX CAP. XIIII. V. VI.

ADAG. Decimus.

Onagri ſteterunt in rupibus, traxerunt ventum quaſi dracones.

Onagri ſteterunt, &c.

ADAGIVM videtur de ſummo ſqualore, & aquarum penuriâ. docet horum animalium natura & loci circumſtantia. quæ breuiter & accuratè conſiderata hic Andr. Capellæ his verbis, *Onagri, qui maximè ſitim ferre ſolent, loca edita conſcenderunt, vel ſteterunt in rupibus iuxta torrentes, & inſtar draconũ; qui ob innatum calorem magnâ indigent refrigeratione, & quorum vehementiſſima eſt reſpiratio, traxerunt ventum, vt ſe refrigerarent.* & mox addit; Pro eo quod nos habemus *in rupibus*, Chaldæus Paraphr. *ſuper torrentes habet.* vox Hebræa שפה *ſaphah, ripam*, oram, & litus ſignificat: in rupibus ergo iuxta torrentes intelligere oportet. ſic ille. quo prior Iſidorus Clarius ex Hebræis; *Ferunt onagri* (ſcripſerat) *ſitim multo tempore, amant ſolitudinem, ſed tandem longioris impatientes ſitis ac famis, circumſpiciunt vbinam locorum gramẽ vel herba ſit, & magno deſiderio in excelſo loco aërem attrahunt celeri attractu, ſicut dracones ſolent, quorum eſt vehementiſſima reſpiratio & ſorbitio.* de onagris actum ſatis paulo antè. de rupibus, rem aliter expedio. torrentes per valles & decliuia ſolent ruere, & diutius hærere, & in rupibus ſeu montium editis fruſtra quæras. Onagri igitur in conuallibus, & locis alias herboſis quærent aquas, vbi cùm non inuenerint, recurrẽt ad rupium edita, vt ſaltem quia non eſt quod potent, liberiorẽ attrahant aërem, quo æſtus nonnihil minuatur. Vox Hebræa

Adagij explicatio.

Andr. Capella

Chaldæus.

Iſidorus Clarius.

non

montiũ vertices, & quasi speculas significat. *Hoc certè faciunt etiam homines* (ait Theodor.) *dum sitiunt, tenui ventorum aurâ refrigerantes calorem.* De draconum siti, & insito calore, patet ex pugnâ cum elephãtibus in India, cuius causa quia sanguis elephanti copiosus & frigidissimus. lege Pliniũ *lib. 8. cap. 11. & 12.*

Draconũ sitis.

D. Hieronymus sensu mystico, siccitatem ait hanc sæpè accidere in Ecclesiâ, quando populi magistrorum inopiâ contabescunt. Sunt qui possunt discere; & non sunt qui possint docere.

D. Hieronymus

S. Gregorius *lib. 20. moral. cap. 29.* ad illud *frater fui draconum*, hæc verba habet: *Quid draconum nomine, nisi malitiosorum hominum vita signatur? De quibus & per prophetam dicitur:* Traxerunt ventũ quasi dracones. *Peruersi etenim quique ventum quasi dracones trahunt, cùm malitiosâ superbiâ inflantur.* Rupertus *hic cap. 9 in Ierem.* accommodat eleganter Iudæis, pone verba; & muta in hæreticos.

S. Gregor.

Rupertus

ADAG. Decxxxiij

EX CAP. XV. VER. IX.

Occidit ei sol, &c.

Occidit ei sol cum adhuc esset dies.

Adagij vsus.

QVI in medio prosperitatis cursu euertuntur, de his huic adagio locus est. Nam sacer sermo fœlicitati & rebus secundis dat nomẽ lucis & solis; rebus aduersis & calamitati, noctis ac tenebrarũ appellationẽ tribuit. Locum habet in morte temporali, quando quis ætate florente mortis falce resecatur; & sic de hac cecinit quidam

Soles occidere & redire possunt:
Nobis cùm semel occidit breuis lux,
Nox est perpetuò vna dormienda.

Locum habet, quando fortunæ, amici, dignitates & cætera hæc externa bona auferuntur. *Iob. 22. 28. Decernes rem & veniet tibi, & in viis tuis splendebit lumen. & 29. 3. Quãdo splendebat lucerna eius super caput meum, & ad lumen eius ambulabam in tenebris.* Sic hoc loco sumitur, ideo Chaldæus exponit; *migrauit gloria eorum in vita eorum, & interea dum ipsi stant confusi fuerunt.* tale;

Chaldæus.

Fulserunt quõdam cãdida tibi soles.

Locũ denique habet in morte animæ, quando aliquis mortalem culpam contraxit: nam illi viuenti & vidĕti iustitiæ Sol occidit, in cuius pennis teste Malachia sanitas est, *cap. 4.* & æternæ confusionis tenebris inuoluitur. similis viduæ deliciis deditæ, quam Paulus pronunciat, *viuentè esse mortuam 1. Tim. 5.* quantumuis enim corpore viuat, animâ tamen deuixit. Nunc dicta Patrum videamus. S. Irenæus *lib. 4. cap. 66.* vertit, *occides Sol meridie, & erunt tenebræ super terram in die lucis*; & exponit de tempore crucifixi Domini. sic etiam D. Cyprianus *lib. 2. testim. cap. 23.* & aliter trãstulit totum locum: *Exterrita est quæ parit, & tradit anima eius. Subiit Sol ei, cùm adhuc medius dies esset: confusa est & maledicta*, &c. Sed allegorica interpretatio est. S. Hieronymi, quam ex Malachiâ attuli, est tropologica. Theodor. literali sensu de luctu accepit, quia lugentibus vel ipsa lux tenebræ censentur; & sunt quodammodo præ nimiâ lacrymarũ effusione ac dolore. Literalis etiam posset videri, quam meritò Carensis mysticam censet, de Iudæorũ obcæcatione; iuxta illud *Iob. 5. 14.* de improbis; *per diem incurrent tenebras, & quasi in nocte sic palpabunt in meridie.* & aliud Isaiæ *59. 9. exspectauimus lucem & ecce tenebræ, splendorẽ, & in tenebris ambulauimus. Palpauimus sicut cæci parietem, & quasi absque oculis attrecta-*

S. Irenæus.

Cyprianus

S. Hieronymus. Theodor.

Carensis.

nimus: impegimus meridie quasi in tenebris, in caliginosis quasi mortui. qui optimus parœmiæ commentarius est Hispanis tale quid; *Harèle veer las estrellas en medio dia*: scilicet præ dolore.

ADAG. DCCCXLIV

IBIDEM VER. XII.

Numquid &c.

Numquid fœderantur ferrum ferro.

HEBRAICE est יְרֹעַ *iaroabh.* quod communiter deducunt à radice *roabh* רוּעַ *conterere*: & ideo hic vertunt, *numquid cõteret ferrum ferrum, vel numquid franget ferrum ferro.* Capella vult nostrum interpretem deduxisse à radice *rahbah* quæ significat *associari*; ideo vertisse, *fœderabitur*; sed puto deduxisse ab eadem radice רוּעַ, quæ significat etiam *coniungere*, & sociare, iuxta S Hieronym. & R. Salom. Isai. 8. 9. pro quo pugnat Ionathan Chaldæus, cuius paraphrasis hîc est: *Et Rex fortis sicut ferrum ascendet vt fulciat regem robustum sicut ferrum: sicut æs veniet ab Aquilone contra eam vt conterat eam.* Lxx. vertunt *si cognoscetur ferrum, & operimentum æreum fortitudo tua.* εἰ γνωθήσεται σίδηρος καὶ περιβόλαιον χαλκοῦν ἰσχύς σου. an ergo legerunt per daleth pro resch יָדַע *cognoscere* decepti vicinia literarum? Videtur insinuare D. Hieronymus hisce verbis; *Varietatis causa perspicua est. Verbum enim* יְרֹעַ, *quod in præsenti loco scriptum est, pro ambiguitate enunciationis & amicitiam sonat & malitiam: quod si pro* ר *litera, quæ* ד *litera similis est, legatur* ד, *scientiam cognitionemque significat.* Sed quia manifestum est vno tantùm modo pronunciasse Isaiam, nec verisimile videtur Lxx. illos perperam, hoc est aliter legisse, quàm scripserat Ieremias, aut hunc aliter scripsisse quàm pronunciarat: putem Lxx. legisse vt noster legit, & Ieremias pronunciauit *iaroabh.* Nec dissentire sensu versiones. Nam cognoscere pro videre posuerunt. videre autem ferrum, idem est quod pugnare, componi, & coniungi & periculum facere vtrum altero fortius sit. habes id non obscurè declaratum 4. *Reg* 14. 8. *Veni & videamus nos.* hoc est, experiamur armis vter potentior sit, & bello præstantior. & confirmat responsio, quâ hoc ipsum explicat parabolâ fœderis nuptiarum: *da filiam tuam filio meo vxorem*, vbi vides quid sit fœderari, sic hoc loco quod noster *fœderari*, hoc *cognoscere* Lxx. dixerũt, & *associari* Chaldæus.

Capella. רעה

S. Hieron. Rabi Salomon.

Ionathan Chaldæus.

Lxx.

D. Hiero.

Sensus ergo Lxx. si te composueris, & arma tua cum Chaldæorum armis contuleris, tã facilè te frangent, quàm si ferro nõ esses armata. Nostri verò sensus est idem, non fore parem congressum, nec arma Hebræorum toleratura vim chalybis, ferri, aut æris Chaldæorum; nec paci locum fore, quia partis vtriusque animi à pace futuri alienissimi; nec pugnam fœliciter Iudæis cessuram, quia conterentur. Subaudiri enim sciebant noster & Lxx. in Hebræo negationem *numquid*, pro *numquid* non, vt sit interrogatio valens affirmationẽ, certè conteret, numquam fœderabitur. esto Iuda, quãtumuis voles durus, impinges in duriorem. Vt sit adagiũ in vno multiplex. primò quando volumus docere inter superbos & peruicaces concordiam esse non posse, quia semper inter eos sunt rixæ. secundò, quando durus impingit in duriorem se. sicut Belgæ dicunt, *hert tegen hert*. item: *noot en is yemant soo-boos gere eest hy en*

Lxx.

Vsus adagij.

vant

vant eouen booser. & Hispani, *de cossario à cossario, no se pierden, que los barules.*

Nunc dabo cæterorum expositiones. D. Hieronymus suam versionem duobus modis vult intelligi posse. I. [*Ne doleas* quòd populus inimicus tuus sit. Te enim dura nunciante, non potest te amare, qui durus est. II. Babylonij qui ab Aquilone veniũt, suntque ferrum durissimum, huic populo duriori, & in æris similitudinem indomito, non poterunt amicitiâ copulari. LXX. verò versionis, sensum esse; Ferrum durissimum, hoc est, populus Israël, Dei cognitione indignus est; qui in tantã peruenit malitiam, vt duriori metallo *circumdatus sit.*] mallem, vt duriore metallo domãdus sit. quasi dicat, malo nodo duriorem cuneum quærendum. Huc spectat quod Theodoretus exponit; ne fiduciam colloceris in armis & integumentis ferreis. Vatablus vult vires Iudæorum comparari ferro puro, & vires Chaldæorũ ferro, cui multum chalybis admixtum, & propterea validiori: vt sensus sit; ensis Iudaicus ferreus frangétne Chaldæorum ensem chalybeum? q. d. non franget. Isidorus; *Videris tibi fortis & ferrum, sed ferrum Babylonicum chalybe obduratum fortius erit.* Sequuntur hi R. Dauidem cui quoad vocem conterendi præiuerat R. Selomo, sed per prius ferrum intelligit Pharaonem Regem Ægypti, in quo confidebat Sedechias; & per posterius ferrum intelligit Nabuchodonosorẽ; quem ait prævaliturum. Sequitur hoc Nicolaus Lyranus. Duas illas expositiones S. Hieronymi sequuntur Strabus, Carensis, & Dionysius.

Hieron. I. II. Theodoretus Vatablus. Isidorus R. David. R. Selomo. Nicolaus Lyranus Strabus. Carensis. Dionysi⁹.

IBIDEM VERS. XIX.

ADAG. DCCCXLV.

Quasi mendacium aquarum infidelium.

Quasi mẽdaciũ, &c.

HEbraicè etiam verti possunt, *vena mendax aqua non fideles*, & subauditur nota comparationis velut aquæ non fidæ. LXX. γεγονέναι ἐγενήθη μοι ὡς ὕδωρ ψευδὲς οὐκ ἔχον πίστιν. *Facta facta est mihi, quasi aqua mendax, non habens fidem.* Chal. *in mendaciũ, sicut fons aquarum cuius aqua deficiunt.* Sic etiam intellexit in bonũ S. Hieronymus capiens vt dicta in prophetæ persona CHRISTI figuram gerentis; etsi plaga siue persecutio quam patiebatur, esset acerbissima; tamen hoc ei solatio fuisse, quòd fuerit quasi aqua mendax atque præteriens. Sicut enim aquæ prætereuntes dum fluunt videntur, & dilabuntur: sic omnem impetum inimicorum præteriisse. Sic etiam glossa Interlin. Sed Salomõ & Lyranus has *aquas* volũt esse consolationes temporales, quæ cùm iis maximè fidimus & egemus, nos deserunt, sicut æstiuo tempore fluenta torrentium. Carensis vtramque coniungit. Vatabli expositio, *Cùm sperarem te auxilium mihi laturũ, deseruisti me:* Posset tolerari dicta interrogatiuè, alioquin dura est, nec propheram satis decens. Paulò moderatior est Isidori Clarij, consentanea Chaldæo; *Promisisti me futurum instar muri ænei, attamen nihil adhuc promoueo. magis & magis sæuiunt. Ne sis mihi instar putei aquam falsò promittentis, & non præstantis: vel instar aquarum non perennium, sed instabilium.* Putabam adhuc aliter intelligi posse, nempe à Ieremiâ agi de plagâ ipsius populi, spirituali & temporali, & affectu

S. Hieron. Carensis. Vatablus. Isidorus Clarius.

caritatis vocari ſuam. Dicere autem eam ſibi videri incurabilem, inſtar vlceris chironij, quòd cùm ſanatum videtur & obductum, interiùs putreſcit, & gangrenâ profundiore reuireſcit. Sicut fallaces quędam lacunæ (Belgis *Doolaagen*) quæ cùm putantur poſſe tranſiri, hominem hauriunt, & cùm videntur aquis exhauſtæ, de nouo bulliunt atque ſcaturiunt. Certè adagium eſt, de plagâ deſperatâ. Donatiſtas hoc loco abutentes contra baptiſmum Catholicorum refellit S. Auguſtin. *lib. 2. contra epiſt. Petiliani cap.* 102.

ADAG. DCCCXLVI

EX CAP. XVII. VERS. I.

Scribi ſtylo ferreo, &c.

Scribi ſtylo ferreo in vngue adamantino.

ADamantinũ confirmant Lxx. pro eo Hebraicè & Chaldaicè eſt שמיר *Schamir*, de cuius ſignificatione conſtat aliquando ſignificare genus ſpinæ, vt ſunt vepres aut ſentes, apud Iſaiam 5. 6. & *c.* 7. 23. & paſſim aliquando lapidem duriſſimum qui ferro dolari non queat. Sic Abenezra, & Cammius, & Iarrius. Sed qualis ſit, neſciunt recentiores. Ionathan hîc nomen retinet. Thargum Hieroſolymitanum in Zacharia ſilicem reddit. Quidam putant eſſe ferrum forte. Cur non conſentiant Lxx. & D. Hieronymo, qui *adamantem* vertunt, cui Græcum nomen ex (α) & δαμαζω domo, quaſi dicas *indomabilem*. Certè quæcumque maximæ durationis & inuicti roboris eſſe cenſentur, ſolent adamanti comparari, vt mox oſtendam. Hoc ergo loco indicatur peccatum Iudâ in eorum cordibus, & proinde in memoriâ quoque diuinâ indelebiliter & æternis characteribus inſcriptum. Non placet quod cum Rabbinis recentiores volunt *vnguem* poni pro ipſo inſtrumento ſculpturæ: placet, quod D. Hieronymus monuit his verbis: [*Peccatum* autem Iudæ indelebile *ſcriptum eſt ſtylo ferreo in vngue adamantino*, qui Hebraicè dicitur שמיר, non quòd vllus vnguis ſit qui appelletur שמיר; ſed quòd lapis adamantinus, ex eo quòd indomitus ſit, & infrangibilis, hoc nomen acceperit, tantum nitorem habeat & læuitatẽ vt abſque vllo impedimento in eo ſcribi poſſit ſtylo ferreo: vt dura ferri materies ſcribat in duriori tabulâ adamantinâ, & duret quod ſcriptum eſt in *perpetuum*.] Repugnat And. Capella, quia ferro non cedit adamas, & ideo in adamante ſcribi non poſſit. Poſſem dicere metaphoricam eſſe locutionem, ad cuius veritatem ſufficiat indelebile peccatum indicari, qualis eſſet inſcriptio in adamantinâ tabulâ. Verùm arbitror olim viguiſſe artem ſcribendi ferro probè præparato, additis quibuſdam pulueribus, quam noſtra memoriâ Iacobus Treſſius Inſuber Philippi Secundi gemmarius in lucem Madriti reuocauit. Mihi difficilius eſt quod idem S. Hieronymus aſſerit, magnum hic fruſtum fuiſſe à Lxx. prætermiſſum, quòd pepercerint populo ſuo. Diuus ille forſitan incidit in exemplar, non à Lxx. (vt ſuſpicor) ſed à Iudæis (quorum nonnullos ſcribit Origenes pro *Iuda* hic ſuppoſuiſſe, *eorum*) poſt CHRISTVM, (vt accuſantur à D. Iuſtino) detruncatum, vt & S. Auguſtinus ea prætermittens *lib* 13 *cõtra Fauſtum cap.* 7. & 8. in Vaticanâ editione & Aldinâ etiam prætermittuntur. Sed in ſcholiis fatentur in quodam manuſcr. inuenta ſub aſteriſco.

Andreas Capella.

Ars ſcribendi ferro probè præparato. Iacobus Treſſius.

Lxx. omiſſa à S. Hieron.

Origenes.

D. Iuſtin. S. Auguſt.

Adamantis etymõ.

asteriſco. Nec mihi poſſum perſuadere Lxx. quatuor integros verſiculos, vſque *ad maledict' homo*, prętermiſiſſe in gratiã gentis ſuæ. Certè in quibuſdam olim exemplaribus fuiſſe, patet ex Origene & Theodoreto, qui ea ponunt: & explicant nec admonent, ex aliis eſſe verſionibus. Habentur etiam in Bibliis Cõplutenſibus, & Regiis. Verùm quicquid fecerint Lxx. certum eſt hos quatuor verſiculos eſſe partem ſacræ Scripturæ cùm in vulgatâ noſtra, & Hebræo fonte contineantur: & patet vel hinc, quàm neceſſaria, poſt illam verſionem Lxx. adhuc fuerit noſtra.

Origenes. Theodor.

Verſio. LXX

Redeo ad adagium. Theodoretus hanc adamantinam tabulam interpretatur conſcientiam. [*Nihil* (inquit) potentius conſcientiâ, in qua ſcilicet infixæ literæ ſunt ſolidæ. Quamuis enim omnes homines, ſuæ ipſorum conſcientiæ de bonâ vitâ teſtificari conentur: peccata nihilominùs eorum qui mentiuntur, conſcientia ferre nequit, ſed percutitur ac perforatur, incorruptamque profert ſententiam. Quod & hic dicit, facinora ſcilicet tua te arguunt, & conſcientia tua teſtimonium *prebet*.] de hoc certo, & ceſſare, vel deleri vincíve neſcio conſcientiæ teſtimonio dixi multa in ſacris lectionibus ſpeculo Mariano. Imitatus fuit Theodoretus Origenem; qui *homil.* 12. in Ieremiã oſtendit teſtimonij huius tempus extremum iudiciũ, *Nudabitur* (ait) *pectoris mei conſcientia & aperto corde videbuntur litera peccatorum; quæ ſtylo ferreo in vngue adamantino ſcripta ſunt, atque vniuerſa ſpectantium multitudo leget in pectore meo ſignatas imagines peccatorum.*

Simili locutione dicitur Ezech. 3. 9. *vt adamantem, & vt ſilicem dedi faciem tuam*, & Zachar. 7. 12. *Cor ſuum poſuerunt, vt adamãtem, vt non audirent legem.*

Apud prophanos videas, quicquid inuictum, inexpugnabile, infatigabile, immutabile, indelebile, inexorabile eſt, *adamantinum* vocari. Congerit teſtimonia Adagiographus *Chil. 1. cent. 7. in adag. Adamantinus.*

Adagiographus. Heſiod.

Nempe ex Heſiodo,

ἀλλ' ἀδάμαντος ἔχει κρατερόφρονα θυμόν.

Durus at his animus ſolido ex adamante creatus, Ex Homero, & Plutarcho, *vincula adamantina*, ex Marone, *inferorum portas & columnas adamantinas*, Ex Platone & D. Auguſtino *rationes & argumenta*, Ex Horatio, *clauos & tunicam*. Sic etiã Seneca *in Herc. Fur.*

Homerus. Plutarch. Virgilius. Plato. D. Auguſt. Horatius. Seneca.

Adamante texto vincit. & addi poſſunt, quæ puer olim ex Apuleio, Æliano, Herodoto, Strabone, Athenæo, Valerio Flacco, Manilio, Claudiano notaui, notis in Claudiani *lib. 2. contra Ruffin.* Cuius huc pertinet illud, quoad ſcriptionem.

Voces adamante notabat
Atropos:

Quoad cor, Heſiodus;

εὐρυεῖαν τ' ἀδάμαντος ἐνὶ φρεσὶ θυμὸν ἔχοντα.

Et Pindarus; ἐξ ἀδάμαντος καὶ ἀσιδάρου κεχαλκευμένᾳ μέλαιναν καρδίαν, citat Athenæus. Origen. *hom. 3. in Iere.* docet diabolum eſſe malleum terræ, de quo agit propheta *cap. 5.* perſecutiones eſſe incudem; qui ad incudem malleo illiſi manét conſtantes in fide viuâ, hos eſſe homines adamantinos, & adamantes Deo dilectos.

IBI

ADAG. DCCC XLVII. Quasi myricæ in deserto.

IBIDEM VER. VI.

Quasi myricæ in deserto.

HEbraicè est pro myricâ, ערער *bharbhar*: de quo diuinant Rabbini: quidam volunt esse iuniperum (quos miror Montano placuisse.) alij genus quoddam arboris spinoso fructu sed eduli, sic enim capiunt vocem Chaldæam R. Hai & Cammius. Alij speciem iunci, alij denique myricam sicut D. Hieronymus constanter hic, & *Ierem.*48.6. *Eritis quasi myrica in deserto.* Vbi Lxx.lõgè aliter (vt illic videbimus) hîc autem cum nostro ἀγελαμένη *sylvestris myrica*. plerique Latini libri habent *myrice* in recto singulari, & sic legisse Hieronymum patet ex eius contextu & cõmentario. Vbi dicit Symmachum hîc vertere *lignum infructuosum in solitudine.* S. Augustinus d. loco vertit, *Sicut tamarix*, S. Ambrosius & Basilius *myricam*: mox citabo verba. Eadem est myrica & tamarice, vulgò nota Belgis *Heyde*, parum distans ab ericâ; plurimum à genistâ cum qua Lyranus confundit. Vide Lemnium *de herbis biblicis cap.*23. Paræmia est in homines nullius frugi, secundùm S.Hieronymum, maximè si viles & contemptibiles sunt, vt addit Theodoretus. Aliter accommodat S.Basilius in fine hom.5.Hexaëm.

R. Hai. Cammi⁹. D Hiero. LXX. Symmachus. Augustin. S.Ambrosius. S.Basilius Lyranus. Lemnius. Theodor.

Ἔπειτα κακεῖνο σκόπει πῶς ἡ μυρίκη ὥσπερ ἀμφιβίον ὄζει, καὶ τοῖς φιλύδροις συναριθμεῖται, καὶ κατὰ τὰς ἐρήμους πλανωμένη. διὸ καὶ ὁ Ἱερεμίας δικαίως τὰ πενηρότερα καὶ ἐπαμφοτερίζοντα πρὸ ἡθῶν, τοιούτῳ φυτῷ παρεικάζει. Vnde desumptum, quasi de verbo, istud D.Ambrosij *lib.3. Hexaë.cap.16.* [*Deus*, in myricis, id est, humilibus virgultis, figurâ improbæ calliditatis expressit. Sicut enim duplici corde viri vbique præstò sunt, & gratiam simplicitatémque apud bonos prætendunt, & vitiosissimis glutinantur: ita etiam in aquosis & in desertis, cõtrario quodam vsu hæc virgulta nascuntur. Vnde & Ieremias dubia morum atque insincera myricæ *comparauit.*] *Tennes* Ouidius, *humiles* Virgilius vocauit myricas: Seruius *ad eclogam* 8. arbusta viliſſima. Plinius *li.*13.*cap.* 21. docet tamaricen quoque, & bryã sylvestrem, & eius ligna *infelicia* vocari; quia videlicet fructum nullum ferunt. Sic enim Cato fœlices arbores ab infœlicibus distinxit, quamuis Tarquitius arbitretur infœlices dictas quarum fructus niger. Lege Cælium Rhodigin. *lib.*10.*cap.*7.

Ouidius. Virgilius. Plinius. Cato. Cælius Rhodiginus.

ADAG. DCCC XLVIII. Perdix fouit, &c.

IBIDEM. VER. XI.

Perdix fouit quæ non peperit.

VIdi, qui hoc loco transferendum putent, *Perdix collegit oua, sed quæ non excludit.* mouentur quia *Dagar* significat *colligere*; & non excluduntur oua, quia vel à matre pruriente vel à cuculo franguntur. Nugæ. Vnde ergo tot perdicum examina? Libido perdicum nota, sed oua non à matre, sed à mare interdum proteruntur, teste Plinio *lib.* 8.*cap.* 33. rariùs tamen quàm vt idcirco dicenda generatim, non excludere quæ pepererit. & Hebr. דגר de verbo est *congregare* vt reddunt L x x. sed ideo congregat, vt foueat. ad sensum ergo noster attendit; quem optimè Chaldæus Ionathan expressit ita scribens in Paraphr. *Ecce sicut perdix,*

Libido perdicis. Plinius. LXX.

quæ

quæ congregat ova quæ non sunt sua, & fouet pullos qui eam secuturi non sunt, sic omnis vir impius qui possidet diuitias præter ius, in dimidio dierum suorum relinquit eas, & in fine vocatur impius. vbi simul vides vsum paræmiæ nam hoc sensu vsurpauit Propheta, docens Iudæis malè parta, non cessura in emolumentũ. Theodoretus exponit de perdice illice, ad cuius caccabysmum cæteræ aduolant, & in casses incidunt. Non arbitror ad hoc respici, sed ad aliud, quod Ionathan notauit & Cammius atque alij Rabbini amplexi; & meliùs ornarunt nostri. D. Ambros. *Epist.* 47. & 18. vbi dæmonem comparat huic perdici, oua quæ CHRISTVS pepererat morte suâ, congreganti; nempe homines, qui tamen per baptismum illum fugiunt, & verum parentem sequuntur; & disertis verbis testatur prouerbium esse de diuite auaro. Doctiss. verò S. Hieronymus hoc loco, scriptores naturalis historiæ prodere, perdicis hanc esse naturam, vt oua alterius perdicis furetur, & eis incubet, foueátque: cúmque fœtus adoleuerit auolare ab ea, & falsam parentem relinquere: recognoscentes (ait Liranus) vocem veræ matris suæ. Et per hanc furatricem intelligi primò auaros, qui alienis opibus incumbunt. II. Dæmonem, qui à se victos polluat, sicut perdix perdicem victum subigit. III. Hæreticos, quorum clamore dæmon animas miserorum colligit in gehennam: & in fine apparet hæreticorum insipientia. hoc vltimum sumpsit ab Origene *homil.* 4. *in Ierem.* & sequitur etiam D. Augustinus *lib.* 13. *contra Faustum cap.* 10. 12. sed primum secutus fuit *libro de Pastoribus c.* 12.

Theodor.

Ionathã. Cãmius. D. Ambr. Dæmonis & perdicis comparatio.

S Hieron.

Perdicis natura.

IBIDEM VERS. XIII.

ADAG. DCCC XLIX. In terra scribi.

In terra scribi.

S. Hieronymus opponit scribi in terrâ, ei quod est scribi in libro vitæ. *Scribentur* (ait) *in terrâ deleti de libro viuentium. sicut enim, qui potest cum Apostolo dicere,* Noster autem municipatus in cælestibus scribitur, Phil. 3. *sic qui relinquit Dominum vel declinat ab eo, scribetur in terrâ, cum his qui terrena sapiunt.* Habes certè de Apostolis cõtrariam phrasim Luc. 10. 20. *Gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in cælis.* Quia scripti estis hæredes regni cœlorum, eò quòd mecum perseueraturi: sed qui à Deo recedunt (Hebræa vox *apostatas* significat) illi hæredes sunt terrenæ tantùm felicitatis, cui inscribuntur (ait Carensis) diuitiis, deliciis, honoribus, quasi literis, quæ indicant quales sint, nempe auari, superbi, luxuriosi, de quibus psalmista dixit *Psal.* 48. 12. *Vocauerunt nomina sua in terris suis.* nempe titulos & inscriptiones in ædificiis, columnis, statuis, quibus conati nomen æternare, sicut Absalon, 2. *Reg.* 18. & impij turris Babel ædificatores *Genes.* 11. 4. & Seron princeps exercitus Syriæ 1. *Machab.* 3. 12. Sed reuerâ tales scribuntur in terrâ, siue in puluere; primò quia memoria eorum diuturna non est, sed perit cum sonitu *Psal.* 9. 8. cum in memoriâ æterna sit iustus. Secundò quia sicut quod in terrâ scribitur, solet conculcari, sic impiorum gloria erit in conculcationem & in luctum: *Isai.* 57. 20. & nomen eorum delebitur in æternum & in sæculum sæculi. *Psal.* 9. 6.

Carensis.

Hinc oritur duplex adagij nostri

Duplex interpretatio.

interpretatio, vna, valdè conformis literæ & modo loquendi: altera, sublimior & anagogica. Prior est: vt sit simile adagiis *mandare fœtis carmina*, item *scribere in puluere* vel *in aquâ*; hoc est pro nihilo habere, & contemnere. sumptâ locutione à gestu. Nam qui volunt ostendere, se insuper habere, nec attendere ad id quod dicitur vel agitur, aut quia nihil ad eos attineat, aut quia indignum cui animum adiiciant, solent baculo in terrâ scribere vel pingere. Vnde factum vt in Syracusarum expugnatione, miles domum Archimedis ingressus, cùm eum inuenisset lineas mathematicas in puluere describentem, neque id intermitteret eo superueniente & adstante, contemni se ratus senem interfecerit. Narrant Liuius & Plutarchus. Vnde sensus panditur eius quod legimus in Euãgelicâ Historiâ, CHRISTVM adductà coram se adulterâ, Iudæis accusare pergentibus, corpore flexo in terrâ scribere cœpisse, *Ioann. 8. ver. 6. & 8.* vt ostenderet se aliud agere, nec attendere ad eorum quæsita, vt Euthymius, Beda, Iansen. & Montanus obseruarunt. Et confirmant Græca exemplaria, quę illic apud Ioannem *v. 6.* addunt μὴ προσποιούμενος, id est iudicium illud sibi non vindicans, sententiam ferre declinans. Ideo namque Iudæi illum vrgebant, & perseuerabant interrogantes, vt responsum eliceret. Sanè quòd secundâ vice, se auerterit quasi non adspiciens illos, nec quid agerent aut dicerent attendens, consentiunt S. August. S. Thomas, & Euthymius ibi, & ipse D. Hieronymus *lib. 2. contra Pelagianos.*

Archimedis mors.

Liuius Plutarch.

Euthym. Beda. Iansenius. Montanus.

S. August. S. Thom. Euthym. D. Hiero.

Altera explicatio est Chaldæi Ionathæ, nempe addici inferno, seu referri in classem damnatorum, inscribi numero præscitorum. Nam Ionathas exponit, *cadent in gehennam.* Et tunc apertè contrarius est liber terræ (hoc est inferni qui est in terræ centro) libro cæli. Et, vt solent Hebræi διοφημίαν loquendo sæpe vitare, terra diceretur pro inferno seu gehennâ. Fortassis etiam CHRISTVS apud D. Ioannem eorum nomina terræ inscribebat, indicans eos non in cœlo, sed in terrâ scribendos, iuxta istud Ieremiæ vaticinium, hoc est condemnandos; quæ est sententia D. Augustini *lib. 4. de consen.* Euangelistarum, *cap. 10.* saltem hoc actione ipsâ indicasse.

Chald. Ionathas.

EX CAP. XVIII. VER. XIV.

ADAG. DCCCL.

NVMQVID DEFICIET DE PETRA AGRI NIX LIBANI, AVT EVELLI POSSVNT AQVÆ ERVMPENTES FRIGIDÆ ET DEFLVENTES?

Numquid deficiet, &c.

IOnathan Thargumæus exponit; *Ecce sicut fieri non potest vt deficiat nix, quæ descendit super agros Libani: sic non deficient pluuiæ, descendentes & aquæ fontis manantes.*

Ionathan Thargumæus.

Intellexit in interrogatione contrarij affirmationem inesse. Recentiores retinent interrogationem, vt & Lxx. qui paulò aliter & metaphrasticè quædam addentes; μὴ ἐκλείψουσιν ἀπὸ πέτρας μαγὸι, ἢ χιὼν ἀπὸ τοῦ Λιβάνου; ἢ ἐκκλίνῃ ὕδωρ βιαίως; ἀνέμῳ φερόμενον; *Numquid deficiẽt de petra vbera, aut nix de Libano? numquid declinabit aqua violenter sublata vento?* vides addi tertiam comparationem vberum petræ; & addi etiã de venti violentiã. Theodoretus nisi nos interpres eius fallit, adhuc veberiorem versionem proponit, vel ex aliis exemplaribus Lxx. vel (quod consueuit) ex aliis interpretibus. Nam ita textum exhibet:

Theodor.

Numquid

Numquid deficient à rupe mamme ſtillantes, aut nix à Libano? Num fluent aqua violenter ſurſum verſus? & in Commentario; *Fontes*, inquit, *ſine intermiſſione ſcaturium: Libanus ſemper habet niuem. aqua que fertur, impetu tritâ viâ fluit.* Vult ergo indicari pertinacem ludæorum auerſionem, ſine vllâ reſipiſcentia, vt ſit ſimile illi Hiſpanico, *do irà el buey que no áre.* & illi Belgico; *Een exter enſâl hat huppelen niet laaten.* Quibus ſignificatur, conſuetudinem quæ in naturam abiit, non poſſe mutari: vel ſecundùm alios quæ à natura ſunt rebus inſita, eſſe incommutabilia. Mens iſta haut dubiè B. Hieronymi, nam adfert ſimilia ἀδύνατα. Tale (inquit) & illud Virgilianum ſonat: D. Hiero.

Ante leues ergo paſcentur in æthere cerui,
Et freta deſtituent nudos in litore piſces;
Quàm noſtro illius labatur pectore vultus.

Et in alio loco:

In freta dum fluuij current, dum montibus umbræ
Luſtrabunt, conuexa poli dum ſydera paſcet,
Semper honos, nomenque tuum laudeſque manebunt.

Vult hîc ſenſum eſſe; *Quomodo nix de Libani ſummitatibus deficere non poteſt: nec vllo, vt omnis liqueſcat, ſolis ardore ſuperatur: fluentéſque de montibus riui nequaquam ſiccantur in fontibus:* Sic Dei nomen, quod per ſe ſtabile eſt atque perpetuum, non poterit immutari. Attamen cùm hoc tã ſtabile ſit, cætera quoque omnia naturæ ſeruent ordinem, populum oblitum eſſe Dei ſui, qui naturæ ipſius eſt author: & hoc ſolo conſtantem eſſe, quòd in malo perſeueret, vt addendum ex Theodoreto, cuius verſione nobis inſinuatur aliud quoque Græcorum & Euripide adagium de re nec veriſimili, nec æquâ; ſed abſurda, præpoſtera, & naturæ legibus contrariâ, *Flumina in caput vndas reuocare.* Euripid.

ἄνω ποταμῶν ἱερῶν χωροῦσι πάγαι,
καὶ δίκη, καὶ πάντα πάλιν στρέφεται.

Vide adagium, *Surſùm verſus ſacrorum fluminum feruntur fontes. chil. 1. cent. 3. nu. 15.* Vbi oſtendit quàm id celebre Græcis Latiníſque, ex Ariſtotele, Luciano, Laërtio; & Virgilio, Horatio, Propertio, Ouidio, Adde ex Nazianzeno in vita ſuâ.

πρόσθεν ῥυήσεται εἰς ἄνω πηγῶν φύσις.

Natura ſurſum fontium tendet prius.

Obſerua mihi & illud, *petræ mammas ſtillantes*, & *niuem à Libano*; & meditare ſponſum ſponſâmque. Sponſi CHRISTI vbera inceſſanter ſtillantia lac melle & vino melius, de quibus *Cant. 1. v. 2.* & ſponſam Eccleſiam eſſe Libanum, in quo nunquam deficit niuis candor, quo & in baptiſmi, & in pœnitentiæ ſacramento abluamur. Ne metue defecturã, niſi ſi pol *meum ne luſciniola defuerit camio*, diebus ac noctibus continuis quindecim denſante ſe frondium germine. Sic enim ex Plinio *li. 10. c. 29.* rectè comicus explicatur. Nam deeſt alio anni tempore, & mox rauceſcit. Plautus in Bacchid.

Alia eſt adhuc interpretatio Rabbinorũ, quos ſequuntur Vatab. & Iſidorus Clarius; per *niuẽ Libani* intelligi aquã tam frigidã, quàm ſolet eſſe nix, qua iugiter Libanus obtegitur & per agri ſaxũ intelligi fontem in agro proprio, vel in viciniâ ſcaturientem: ideo ſenſum eſſe, An aliquis adeò demens reperiatur, qui cùm habeat puram & frigidam Vatablus. Iſidorus.

penès se, vel propè scaturientem; ea relictâ quærat fœtidas, & impuras, & tepidas è longinquo lymphas? Duo itaque inesse paræmiæ absurda, petere ex lõginquo, quod sit propè; & quærere malum, cui sit bonum domi. Sic enim Iudæi deserto Deo, qui est in vno quoque nostrum, & est ipsa puritas; sectabantur idola, & aduehebant ex nationibus remotis; quibus idolis nihil erat impuratius. Vti possemus contra illos, quibus cùm vxor sit honesta & pudica, sectantur quasillarias & fornicem calidum olentes.

Duo absurda.

Vsus adagij.

ADAG. DCCCLI.

EX CAP. XXI. VERS. IX.

Erit ei anima. &c.

Erit ei anima quasi spolium.

HEbraismum, *in spolium* explicat, quem retinent Lxx. Chaldæus interpretatur, *in euasionem*, hoc est, euadet viuus, non morietur. Leo Iudas vertit; *erit ei anima sua, velut parta præda.* hoc est, iuxta Vatablum; tam gaudebit de vitâ seruatâ, quàm lætantur, qui è bello aliquo ampla spolia referunt. *Vitâ saluâ, viuet captiuus*, ait Clarius. Aliter etiam Capella, *liberabit animam à morte, & seruabit integram, sicut spolium quod quis direptioni & incendio eripu, & sedulò custodit.*

Lxx. Chald. Leo Iudas.

Clarius. Capella.

ADAG. DCCCLII.

EX CAP. XXII. VER. XIX.

Sepultura asini.

Sepultura asini.

CHaldæa paraphrasis; *sicut proiiciunt cadaver asini, sic proiicient cadaver eius.* S. Hieronymus: aliis verbis significat insepultum, à bestiis auibúsque lacerandum. hæc enim est sepultura asini. Hoc sequuntur Cammius, & cæteri: & simile est illi Ciceronis *Philip. 1. insepulta sepulturâ efferri.* Sic Suidas; ὡς τις ἵππος τὸν χαραδραῖον τάφον ἔξει. *instar equi alicuius sepulchrum in voragine habebis.* Agitur ergo de huiusmodi insepultâ sepulturâ; non de ignominiosâ tantùm, vt quidam opinantur, reuera enim Ioakimi cadauer inhumatum abiectum, teste Iosepho *lib. 10. antiq. cap. 10.* Olympiodorus *in Eccles. cap. 6.* mysticè exponit de improbis Doctoribus, qui doctrinæ suæ consentaneam vitam non egerunt. de his dici *sepulturâ asini sepelietur*, hoc est, *non habebitur dignus quiete hominum rationalium, cùm passiones carnis consectatus, instar peccatorum vitam finierit.* quasi diceret, qualis vita, talis mors. vixit vt equus & mulus, quibus non est intellectus, illis similem exitum sortietur. Hugo Cardinalis, vult dici; quia malorum memoria post mortem fœtet instar cadaueris: vel quia sepultura eorum est infernus, vt legitur de diuite epulone *Luca* 16. Sed hæc longè accersita.

Cicerõ. Suidas.

Olympiodorus.

Hugo Cardinalis.

IBIDEM VERS. XXII.

ADAG. DCCCLIII.

Pasci à vento.

Pasci à vento.

QVid sit *ventum pascere* dictum adagio, 378. Nunc contra videndum quid sit *à vento pasci*, occasione loci huius, vbi de principibus & magistratibus Iudæorum prædicit Ieremias, *pastores tuos pascet ventus.* Allusionem seruarũt etiam Lxx. ποιμάνας τὸν ἄνεμόν σου ποιμανοῦσι. Sed elegantior adhuc est in Hebræo. *Robbaich Tirhbeh—Ruach* רועך תרעה רוח. Sacer sermo *pascendi* & *pastorum* vocabulis vtitur in bonum, & in malum. Vnde hîc ortæ variæ & quasi contrariæ

Pascere. Pastor.

expli

Lirinus. Carenſis. explicationes; quidam cum Lirano & Carenſi *paſcere* pro cibare accipiunt, quaſi diceret: quibus cura fuit vos paſcendi, principes ſacerdotes & prophetæ veſtri ſpe ſua decident. exſpectabunt ab Ægyptiis alimenta & ſuppetitas; promiſſis eorum lactabuntur; pro rebus, verba referent. Hoc ſenſu homines vanos & inanes, ambitionis mancipia, & vanæ gloriæ appetentes friuolis ac inanibus ſtudiis occupatos (vt exponunt Vatablus & Capella) vocamus Chamæleontes, & dicimus *aëre auráque paſci*. Nam qui aurâ paſcitur, hunc aura paſcit. Verbum רעה vtrumque patitur. ideo quidam hic malunt *ventus depaſcet paſtores*, quã paſcet, vt ſit ſenſus, comedet & abſumet ventus celerrimè inſtar gregum paſcua depaſcentiũ: vel potiùs ſicut ventus terrę ſuperficiem, omni humore eius abſumpto citiſſimè deſiccat. alij, conteret & confringet illos ventus quẽ ipſi conſectantur, ita Kimhi & Iarrius; ſed iſti videntur confundere רעה & רעע *rahhahh* & *rabhah*: & longiùs à vero ſenſu recedere, quã priores. Ampliùs adhuc placet expoſitio tertia Thargumæi Ionathæ, *omnes gubernatores tui diſpergentur in omnem ventum*. vt ſit ſenſus; illi quibus cura incumbebat vos paſcendi, & potiùs diripuerunt, nomine paſtores, re prædones; illi omni robore, conſilio, conſtantiâ deſtituti, vt pecudes circumagentur & paſtũ ducentur à vento. Nam velut validovento paleæ ſolent, diſpergentur è veſtigio in varia loca exilij, vt ipſi pauerunt, ſic paſcente eos vẽto paſcentur, atque ita conſtenit optimè noſtræ verſioni cum Chaldæo, Græco, & fonte Hebræo. *A vento* ergo *paſci*, eſt venti impetu diſpergi; vt ſit ſignificatio vagi & inſtabilis domicilij. Sic acceperunt Gloſſa interlinearis & D. Hieronymus.

Vatablus. Capella. Kimhi. Iarrius. Ionathan Thargumæus.

IBIDEM VER. XXIV. ADAG. DCCCLXV.

Annulus in manu dextera. Annulus in manu dextera.

LXX. δακτυοφράγισμα, *ſigillũ*. Chaldæus, quaſi ſculptura annuli. חותם *chotham* à radice חתם ſignificat annulum figurâ aliquâ inſignitum, quo ſolemus vti ad obſignãdum. *vn ſcilo*. Adagium eſt de re vehementer cara & pretioſa: vt Aggęi 2.24. *ponam te quaſi ſignaculum, quia te elegi*. Chaldæus ibi, *quoniam in te mihi complacui*. Vſus autem fuit aptiſſimè. nam Iechonias iactabat maiores ſuos, & eorum virtutes, & ſe illorum pretio metiebatur, quibus erat diſſimillimus, vt indicat Theodoretus. Aliter D. Hieronymus, ſed quod facilè reducas eodem; *ſi quo modo annulus non recedit de manu portantis, & de digito difficulter elabitur: ſic ſit in manu mea Iechonias, tamen eum inde euellam*. Vidę quæ ſcripſi comm. *in Cant. 8. 6.* ibi, *Pone me, vt ſignaculum ſuper cor tuũ, vt ſignaculum ſuper brachium tuum*. Optimè hîc Vatablus; *Etiamſi fuerit antea mihi dilectiſſimus & coniunctiſſimus, & ſimilis annulo ſignatorio, quem homines ob pretium & dignitatẽ aſſiduè geſtant in manu dextera, & etiam nunquam deponunt*, &c. Addit Carẽſis etiam annuli huiuſmodi in multis rebus neceſſitatẽ magnã eſſe, non ornamentum dumtaxat, & dari ſponſis in dilectionis & fidei teſtimonium. *Sic* (inquit idem Hugo) *prælatus, licèt in multis ſit vtilis Eccleſiæ vt propter doctrinam, & multa alia, tamen abiicietur à Deo propter malam vitam: quia quem perdit vita, non poteſt ſaluare doctrina*. Vnde de-

Iechoniæ ſtulta iactatio. Theodor. D. Hiero. Vatabl. Carenſis. Annuli vſus.

bet esse annulus imprimendo aliis suæ vitæ bonum exemplum; & rotunditate perfectione virtutum, quam statu profitetur.

ADAG. DCCCLV.

IBIDEM VERS. XXVIII.

Vas fictile atque cõtritum.

Vas fictile atque contritum.

COntrarium præcedenti, de homine omnino inutili, infido, vili, contempto, abiectóque: & hoc indicat quod sequitur, *vas absque vllâ voluptate*, id est quod nulli placet, quod neminem delectat, patet ex Hebraismo, *An vas non volũtas in eo.* LXX. exponunt, *inhonoratũ quasi vas inutile.* Irenæus *li.3.cap.30.* vas quod non est opus. sic etiam S. Basilius epist. ad Amphilochium: nisi fallunt interpretes. Chaldæus, *contemptum, infirmum, vagum, sicut vas in quo non est vtilitas.* Hebræum vocabulum pensiculatè tractat Capella, obseruans *hhatzeb* dolorem, tristitiam, idolum & simulacrũ significare, à radice *hhatzab*, tristari, turbare, & dolore afficere. Inde idolum dictũ, quòd cultoribus nihil nisi dolorem & turbelam adferat, & Deum ad iram prouocet. Cùm agatur de improbo Rege; non noua est sacræ Scripturæ phrasis tales vocare idola. *Zachar.11.17. ô pastor & idolum derelinquens gregem.* de quo ibi plura. *nibzeh* נִבְזֶה vile, & despicabile significat, quale est vas figlinum confractum. Inde Belgæ puellam deintegratam vocant *ollulã*, vel *testaceũ cõfractum.* Ex Symmachi versione res apertior. nam ille referente S. Hieronymo vertit; *Numquid purgamentum siue quisquilia viles atque proiecta.* Vide sup. *adag.613.* vas confractum.

LXX.

Chaldæus.

Capella.

Puellæ deintegratæ appellatio Symmachus.

EX CAP. XXIII. VER. XXVIII. ADAG. DCCCLVI.

Quid paleis ad triticum.

Quid paleis ad triticum.

TRITICVM vtile cibo humano, paleæ ad hoc inutiles. Quando ventilabro vel vanno quatiuntur, triticum remanet, paleæ vento auferuntur. triticum conditur in horreum, paleæ contemnuntur, & sæpè flammis traduntur. Chaldæus; *sicut paleam à tritico, sic separo impios à iustis dicit Dominus.* hoc de CHRISTO testatus Baptista. *Matth.c.tertio. v.xii.* Constat de dissimilium planè coniunctione, siue comparatione agi, nempe veræ & falsæ doctrinæ. *Pulchrè* (inquit Hieronymus) *doctrina peruersa paleis comparatur, quæ medullam non habent, nec possunt nutrire credentium populos, sed de inanibus stipulis conterruntur.* Sicut paleæ non sunt commiscendæ tritico, sic nec hæreticorum glumæ, veritati Catholicæ; nec vera falsis, nec sacra prophanis. Talia multa occurrunt adagia vulgò, apud Athenæum *lib.5 quid scuto & sceptro:* & Stratonici, *aliud scepirũ, aliud plectrũ:* & Suidæ, *quæ stecillo & gladio communio.* item; *quid lecytho & strophio; quid boui & delphino: quid cani & balneo?* & plura ac meliora in diuinis literis B. Pauli 2. *Cor.6.14. Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ autem conuentio* CHRISTI *ad Belial? Aut quæ pars fideli cum infideli? Qui autem consensus templo Dei cum idolis?* Eccli.13.22. *Quæ sanctificatio sancti hominis ad canem? aut quæ pars diuiti ad pauperem.* vide *sup. adag.598. Quæ pax hyænæ ad canem?*

Athenæus Stratonicus Suidas.

Adagia.

IBI

ADAG. DCCC XVII. Malleus conterens petram.

IBIDEM VER. XXIX.

Malleus conterens petram.

DICITVR de verbo Dei, & vera prophetiâ; quæ corda silicis instâr dura potest contererę; ad hæretic os transfert D. Hieronym. & rectè vertit: nam *patis* significat malleum grandē & *ꝛpotzeiz* פוצץ formatur à radice פוץ *putz*, hoc est conterere & dispergere frustillatim huc illuc. LXX. σίλικας κόπλων πίσσαν. hoc est, vt vertit interpres Irenæi *lib.5.cap.* 17. *bipennis cadens petrā.* lege locū & videbis cur LXX. vt prophetæ à vocis proprietate recesserint, nempe vt ostenderent dictum de CHRISTI Euangelio, de quo Ioannes dicturus, *securis ad radicem arboris posita est. Matth.* 3. de Iudæis verò suprà *c.5.a. Indurauerūt facies suas supra petram.* Pertinet ad induratos peccatores, & sinceram ac veram prædicationem.

LXX.

ADAG. DCCC XVIII. Ficus bonæ, &c.

EX CAP. XXIV. VER. III.

Ficus bonæ bonæ ualde, & ficus malæ malæ ualde.

ADAGIVM parabolicum. Nam quod primò dictum de parte populi reducenda, & de parte populi cum Sedeciâ disperdendâ, vt bene Theodoretus & Hieronym. & patet *ex v.5. & 8. & cap.19.17.* id magno consensu translatum ad diuersam conditionem bonorum & malorum, tum in hac, tum in futurâ vitâ. Origenes *tract.30. in Matthæum*, ficus bonas bonas valdè, de iustis sub mundi finem accepit. In hac etiam vita olim Iudæi credentes bonæ: malę, non credentes, iuxta D. Hieronym. hîc & Rupert. *in Oseę 9.* Apostolos etiam ficus priores vocari tradit Philo Carpathius *in Cāticum Cant.* Ad claustrales Hugo Carensis, de quibus D. Augustinus, *sicut non inueni meliores quā qui in claustris profecerunt; sic nec inueni deteriores quàm qui in claustris defecerunt.*

Origenes

D. Aug.

ADAG. DCCCLIX.

EX CAP. XXV. VER. IX.

In Sibilum.

In sibilū.

IN fabulam siue in irrisionem לשרקה. *in Sarcasmum. v. adag.* 135. *& in Iob.* 30.

ADAG. DCCCLX.

IBIDEM VERS. XXX.

Celeuma quasi calcantium concinetur.

Celeuma quasi, &c.

EXPLICVI *adagio* 718. ad locum Isaiæ. Tantum addo ex Hugone Cardinali; *Mos erat in Palæstinâ, quòd paterfamilias postquam collegerat totam vindemiam in cellarium suum, familiæ & omnibus vindemiatoribus suis faciebat magnū conuiuium, & post prandium de abūdanti collectione fructuū cantabant, & cantilenæ illæ dicebantur celeuma.* Non est ita: sed vox adhortantium inuicem ad calcandū in ipso torculari, sic vocabatur, vt indicat ipsa vocis originatio, κελεύω enim est iubeo siue adhortor: itē metaphora à remigibus petita. Nec aliter intelligendus noster *infer. ca.48.v.33. Ablata est lætitia, & exultatio de Carmelo & de terra Moab, & vinum de torcularib. sustuli: nequaquam*

Hugo Cardinalis. In Palæstina cōsuetudo.

Celeuma.

quam calcator vna solitum celeuma cantabit.

ADAG. DCCCLXI.

EX CAP. XXIX. VER. XXI.

Ponat te Dominus, &c.

Ponat te Dominus sicut Sedeciam & sicut Achab.

IMPERATORIVM adagium fuit vulgò vsurpatum, hoc sensu: te pessimum Deus pessimè tractet. sic vsurpantur: *Thyestis preces*, & *Phocensium imprecatio* seu *execratio*. Historia hîc narratur, hos duos pseudoprophetas sceleratè vixisse, & à Rege Babylonio crudeliter necatos. Quo supplicio igne combustos velut in frixorio tradit hîc Ieremias, vnde Hebræi, qui putant esse duos illos senes Susannæ calumniatores ex Danielis c. 13. contendunt idcirco falsitatis damnandâ Historiam Danielis, quòd asserat lapidatos fuisse & D. Hieronymus tangit difficilem nodum, sed neglexit soluere. Historiæ Scholasticæ author Iudæos sequitur, & Susannæ reiicit Historiâ. Sed cùm ea Historia nunc indubitatè sit pars sacræ Scripturæ Canonicæ: explodenda ista temeritas, & conciliationis ratio quærenda. Carensis, Liranus, & Dionysius & Capella hîc, & Pineda *in c.* 10. 8. *Iob.* censent ignem pro quauis graui pœnâ & afflictione positũ, sicut Dauid ait, *Psal.* 16. 3. *igne me examinasti; & Iosue* 7. 13. præcipit igne cõburi eum qui de anathemate Iericho aliquid furaretur, tamẽ Achan deprehensus à populo lapidatur *v.* 25. Perperio hæc solutio displicet, quia reuera dura hæc locutio, frixus vel combustus est, pro lapidatus est. Ideo mauult Iudæorum illam traditionem, nempè hos esse illos duos senes Danielis, vt fabulosam repudiare. Cùm tamẽ videã communi consensu id receptum, libentiùs dicerem ea non pugnare. primùm enim permissu Regis, iuxta Moysis legem eos lapidatos à populo, sed postea iussu Regis propter sceleris atrocitatem cadauera incendio absumpta fuisse. sic certè Acham primò lapidatus, & postea omnia eius bona (vt opinor) cum eo incendio absumpta; & cineres lapidum tumulo contecti. Certè fuit tormenti acrioris genus apud veteres frixio in sartagine. vt hunc locum omittam, habes Machab. 2. cap. 7. 3. *Iratus rex iussit sartagines & ollas aeneas succendi.* & postea: *& cùm iam inutilis per omnia factus esset, iussit ignem admoueri, & adhuc spirantem torreri in sartagine.* Sic etiã in ollas succensas immittebãt corpora punitorũ, vt patet ex *d.c.* 7. *v.* 3. *Amos* 4. *v.* 2. *leuabũt vos in contis, & reliquias vestras in ollis feruentibus.* Hoc prædictum *Ierem.* 1. 13. *Ollam succensam ego video, & faciem eius ab Aquilone.* Tale Adagium est, *sicut Sodoma & Gomorrha sup.* 154. Si sumas, *frixit in igne*, pro crudeliter & acerbè necauit, facilè vides saliuam prouerbialem in voce *ignis*, & inclusum aliud, *frixorium Babylonis*; sicut quidam accipiunt *liberari de Vr Chaldæorum*, & profani, aras Busiridis, Phalaridis taurum, Procrustis rupem, pinum Scinis & similia.

Susannæ calumniatores.

Danielis historia de Susãna.

D. Hiero. Historiæ scholasticæ autor.

Carensis. Liranus. Dionysius Capella. Pineda.

Frigi in sartagine pro crudeliter necati.

Busiridis ara. Phalaridis taurus. Procrustis rupes. Scinis pinus.

ADAG. DCCCLXII.

EX CAP. XXXI. VER. XV.

Vox in excelso audita.

Vox in excelso audita:

רמה *ramah* potest accipi vt vox propria. sicut hîc videntur accepisse LXX. qui ἐν ὑψηλῇ, quos secutus S. Matthæus 2. 18. vt ibi patet ex Græco, Latino & Syriaco contextu:

textu: potest etiam accipi vt appellatiua significans excelsum, quemadmodum noster interpres hîc intellexit, & interpretatus fuit Ionathan Chaldæus. Non dubito vrbem sic à situ edito vocatam. ideo vtrouis modo interpreteris, poterit vsurpari vt hyperbole adagialis de intensissimâ vociferatione. Sicut apud Latinos, *It clamor cœlo*, vel *ad olympum*: sic apud Matthæum presbyter Iuuencus,

Ionathan Chaldæus.

Iuuenci locus.

——misero sobolis pro munere matres
Horrendis graniter cœlum pulsare querelis.

& nota ibi *pro munere*. nam vsurpat propriè, quia quasi munus gladiatorium & spectaculum in hippodromo puerili necati: de quo vide comment. nostra *in d. cap. 2. Matth.* Qui negant vt appellatiuum apud Ieremiam accipi posse, debent nostrum interpretem defendere: qui vt appellatiuum accepit, sicut & Ionathan apertè. Contrà qui negant vt proprium posse accipi, Lxx. & Euangelistam damnant. Suspicor à situ, de Rama loquendo, solitam κατ' ἐξοχὴν vocari *excelsam*, & hoc Ionathanum & nostrum voluisse indicare. Coniecturam (inquies) affers nudam? ita est. tu certiora cedo, & aureus esto. Adagij maior gratia adhuc & energia foret, si *Rama*, non intelligeretur illa tribus Beniamin, de qua Iosue. 18. *Iudic. 4 & 19.* quam Baasa instauravit 3. *Reg.* 15. quam Stephanus Syriæ tribuit, & Ptolomæus *Raphiam* vocat; sed remotior alia Arabiæ, vt B. Iustinus Martyr exposuit dialogo contra Tryphonem, λέγω Ραμᾶ, τουτέστιν ἀπὸ τῆ Ἀραβίας. ἔστι γὰρ καὶ μέχρι τοῦνῦν τόπος καλούμενος ἐν Ἀραβίᾳ Ραμα.

Stephan. Ptolom.

Iustinus Martyr

IBIDEM VER. XXIX.

ADAG. DCCC. 3 III. Patres comederunt, &c.

Patres comederũt vuam acerbam & dentes filiorum obstupuerunt.

CHaldæus, *Patres peccauerunt & filij percussi sunt.* Sicut canit Lyricus, *Debita maiorum immeritus Lues. Romane——*

hoc enim adagio Iudæi Deum iniustitiæ, vt erant impudentes, accusabant. Quasi dicerent: cur in nos sæuis, æquum erat vt qui deliquerunt, illi punirentur; nos innocentes, cur ob aliena peccata castigamur? hoc apertè explicant, *Thren. 5. 7. Patres nostri peccauerunt & non sunt: & nos iniquitates eorum portauimus.* Sic etiam *Ezech. 18. 2. Quid est, quod inter vos parabolam vertitis in prouerbium istud in terrâ Israël, dicentes: Patres comederũt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt.* postea toto capite prouerbium refellens interpretatur. Quo loco, qui Hebræa capiunt, vident apertissimè indicari vulgò vsurpatum prouerbium fuisse: Nam Hebræa sonant è verbo; Quid vobis vos adagiantes adagium hoc super terrâ Israël. *mosolim eth hamaʿcal.* Quid vos, qui estis in terrâ Israël, qui me nosse & honorare debebatis, quia Nerus in Iudæâ Deus, & in Israël magnum nomen eius; me nunc vt iniustum dehonestatis crebro sermone vulgò vsurpantes hanc parabolam, *Patres*, &c. Qui vuas immaturas deuorant, ipsimet odynalgiam patiũtur; &, vt summum, (quod ab Aristotele proditum Problem. *sect. 7. 9. 5.*) iis, qui comedentibus astãt, & in eos intuentur, etiam dentes obstupescunt; qui verò præsentes non

Horatius.

Aristoteles.

sunt comedentibus, aut aliis postea, numquam id accidit incommodi. hęc adagij origo certa & explorata, & sensus similis quibusdam profanis; vt, *canis peccatum sus dependit*, apud Erasm. *chilia.3. cent. 4. Num. 99.* & *Faber cadit cùm fullonem feris*, apud Iunium, *cent.6. adag.84. Item, sartor vapulat, læso textore. Hic peccat ille plectitur.* lege *Leopardum lib. 10. emendat. cap.5.* Similia de coquo & tibicine: quod citat Athenæus *lib. 9. ex Eubulo in Ledâ*;

Erasmus

Leopard⁹

Athenęus Eubulus

ἀκούσαμεν καὶ τοῦτ' ἐν τῷ Ἑστίαι,
εἶκεν πρὸ ὡς ἂν ὁ μάγειρος ἐξαμαρτάνει
τύπτεσθαι ὡς φησὶν ὁ αὐλητὴς παρ' ἡμῖν.

Philyllius verò siue quis alius, qui de vrbibus;

Philyllius

——ἔτι ἂν τύχῃ
μάγειρος ἀδικήσας, τὸν αὐλητὴν λαβὼν
πλήσας——Eubulus;

Audiuimus etiam nobis hoc per Vestam,
Domi aliquando si quid coquus deliquerit,
Apud nos, quod dicitur, vapulatur tibicen.
Philyllius.
Si quid à coco peccatum fuerit tibicen aufert plagas.

Tertull.

Ad hunc locum respicit Tertullianus de tempore CHRISTI loquęs, *desiit vua acerba à patribus manducata filiorum dentes obstupefacere. lib. de monogam. cap.7.* & alibi; *non dicturos acidam vuam patres manducasse, & filiorum dentes obstupuisse. id est: non sumpturum patrem delictum sibi, nec filium delictum patris, sed vnumquemque delicti sui reum futurum. lib.2. contra Marcionem cap.15.* censens hanc promissionem noui esse testamenti, vt etiam docuerunt

S Augusti.

S. Augustinus *lib.6. contra Iulianum cap.12.* & *in Enchiri. cap.46. epist.75. & q.42. in Deutero.* S. Leo *epistol.84.* S. Greg. *lib.15. Moral. cap.22.* S. Tho. *1.2.q.81. art.2. ad 1.* Agitur apud Ieremiam & Ezechielem de calamitatibus, & similibus pœnis; quæ deriuantur in filios paternæ iniquitatis imitatores, nempe qui sicut parentes sic ipsi quoque Deum oderunt, iuxta Lxx. *Exo.20.5. & 34.8. Deut. 5.9. Ierem. 32. 18.* nam qui iustè viuunt minores, non affliguntur nec moriuntur ob peccata maiorum, nec eorum delictis grauantur: quod Ieremiam hîc & Ezec. *d.cap.18.* polliceri, tenent S. Hieronymus ibi, & ipse Augustin. *d.q.42. & lib. contra Donatist. post collat. cap.7.* Chrysosto. *in Psa.84.* ibi, *Non in æternum irascaris nobis.* & ipse Gregorius etiam approbat *d.cap.22.* Punitur quidem imitator, propter propriumdelictũ; non tamen sicut qui iustis maioribus geniti. nam isti propter vnicam rationẽ delicti sui; illi verò propter hanc, & præterea propter delictum maiorum puniuntur. quia grauiùs & celeriùs puniuntur. grauiùs, quia grauiùs peccant eò quod maiorum imitantes, ea approbãt, & complacendo participant, & impudentiores sunt atque peruicaciores, dum non timent nec pudet committere, quod sciunt Deo in maioribus displicuisse, & punitum fuisse. Celeriùs quoque, quia iam in parentibus admoniti debuerant sapere. Lege D. Gregorium d. loco, & Abulensem *in d.c.20. Exo.q.5.*

S.Leo. Gregor. S.Thom.

Peccata maiorum non grauant iustè viuentes.

S.Hieron.

Chrysost.

Gregor.

EX CAP. XXXII. VERS. XXXIX.

ADAG. DCCCLXIV

Cor vnũ.

Cor vnum.

EXplicui adagio 153.

EX

ADAG. DCCCLXV.

EX CAP. XXXIII. VERS. XX.

Si irritũ, &c.

SI IRRITVM FIERI POTEST PACTVM (Dei) CVM DIE ET PACTVM (Dei) CVM NOCTE, VT NON SIT DIES ET NOX IN TEMPORE SVO. repetitur inf. v. 25.

PER impossibile ostenditur firmitas pacti seu promissi. Theodoretus; *Quemadmodum* (inquit) *dies non potest esse nox, nec nox dies: ita fieri nequit*, &c. RABBANVS autem; *Sicut leges cœli, dies & noctis, in ordine suo immobiliter persistunt: sic promissio Dei immobilis permanebit.* Idem expresserat *sup. cap. 31. 35. Hæc dicit Dominus, qui dat solem in lumine diei, ordinem lunæ & stellarum in ordine noctis:* & statim; *Si defecerint leges istæ coram me.* Chaldæus: *sicut fieri non potest vt hæc deficiant.* Simile ergo est illi Tragico *in Troad.*

Dum terra cœlum media libratum feret,
Nitidúsque certas mundus euoluet vices,
Numerúsque arenis deërit; & solem dies,
Noctem sequentur astra.—,

& in Octauiâ;

Iungentur antè sæua syderibus freta,
Et ignis vnda, tartaro tristi polus,
Lux alma tenebris, roscida nocti dies.

ADAG. DCCCLXVI

EX CAP. XXXVIII. VER. XXII.

Demergere in cœno, &c.

Demergere in cœno pedes alicuius.

ADagium est, quale est Hispanis, *poner alguno de lodo*, vt colligitur ex versione nostrâ quæ hoc loco sermonis Hebræi ambiguitatem optimè illustrauit, nec à Chaldæo, nec à Lxx. satis luculenter exhibitam. Ait noster; *Seduxerunt te, & præualuerunt aduersum te viri pacifici tui, demerserunt in cœno, & in lubrico pedes tuos, & recesserũt.* Exprobrant concubinæ Regi nimiam simplicitatẽ, quòd se à familiaribus suis, qui omnia tuta & secura nunciabant, decipi passus fuerit, & ideò in has calamitates ab illis fuerit præcipitatus. Metaphora desumpta ab iis qui cæcum aliquem regunt, & à viâ tutâ illum deflectentes, in lubricam & cœnosam inducunt, & pede insuper dolosè applicito, in lutum faciũt ruere, & collapsum deserunt, nec iuuãt vt emergat. Hispani dicerent, *tus amigos y paniagundos, pusieronte de lodo, desampararon, y fueron se.* notat Capella. Capella.

ADAG. DCCCLXVII

EX CAP. XLIII. VER. XII.

Sicut amicitur, &c.

Sicut amicitur pastor pallio suo.

OPtimè noster vertit, cũ Hebraicè sit עטה *hatah* quod *inuoluere & circũdare sibi* significat. sunt autem variæ interpretationes Hebræi textus: vna, vt significat, omnia bona & opes Ægyptiorum, ipsósq; Ægyptios in spolia cessura Chaldæo Regi, & vndique collecta asportaturum, qua facilitate pastor se cingit pallio, & aufert illud secũ, nec quicquam suum relinquit. Sic R. Dauid, Vatablus, & Isidorus Clarius, & Saa. Secunda interpretatio est Chaldæi Paraphrastæ, *Amiciet terram Ægypti, sicut amicitur pastor vestimento suo*; hoc est vndique cinget illam & teget exercitibus mili- R Dauid. Vatablus. Isidorus Clarius. Saa.

Lyranus. Leo Iudas Richelij.

tum. hanc sequuntur Lyranus, Leo Iudas, & Richelius.

Tertia, sicut pastor contra pluuiam tegit caput pallio, & tamen non potest se defendere ne madidus fiat; sic Ægyptij volent se defendere à Babyloniis; sed non poterunt. ita Hugo Carensis.

Hugo Carensis.

Vltima, sicut pastor gregem aliò traducens, pallium suum complicat, & imponit humero; sic Nabuchodonosor Ægyptiorum spolia secum auferet, ita etiam Lyranus. potest prima cum vlt. coniungi.

ADAG. DCCCLXVIII. Sicut pediculis, &c.

IBIDEM.

Sicut pediculis purgat pastor vestimentum suum.

ITa verterunt Lxx. καὶ φθειριεῖ γῆν Αἰγύπτιον· ὡς φθειρίζει ποιμὴν τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ. *& pediculis excutiet terram Ægypti, sicut pediculat pastor vestimentum suum.* Summa diligentia scrutantis indicatur, quam nec minimum quidē latere queat. Hisp. *espulgalaha como & zagal espulga su çamarro.* significatur copia prædæ, quia pastores cùm rarò vestes exuant, pediculosi sunt; & diligētia scrutantis, quia otio abundant.

Theodor. Theodoretus; *Vt doceat eum non obiter ducturum exercitum aduersùs Ægyptū, sed exactè eam deleturum: comparat eam pastori vestimenti pediculos colligenti. Diligenter enim hoc faciunt pastores, vtpote otio plurimo abundantes.* An ergo non hinc adagium licet elicere, *pediculi pastorum*, sicut Mironianus apud Laërtium dixit, εἰ πλάττουσι φθεῖρες, *Platonis pediculi.* Et quia Aristophanes in Pace dixit καὶ τοὺς φθειρσὶ πολεμοῦντας: de vilissimo hominum grege, possemus etiam intelligere Nabuchodonosorem aliter in Ægypto, aliter in Iudæa à se gestum; qui in Iudæâ plebeculam & pauperes terræ reliquerat, quando Ioakim abduxit; illum in Ægypto nullis parciturum, sed ad internecionem omnes Iudæos deleturum, vt prædixit cap. 32. 17. & 34. 7. & 12.

Laertius. Aristoph.

EX CAP. XLVI. VER. XII.

ADAG. DCCCLXIX. Fortis impegit, &c.

Fortis impegit in fortem & ambo pariter conciderunt.

CAdmeam victoriā veteres dicebant, quando par victoris & victi calamitas. Vsurpandū quādo mutuis vulneribus intereūt, vt Brutus & Aruns, *Liuij lib.* 1. & plerumque draco Indicus cū elephanto: Plinij *lib.* 8. *cap.* 12. Item quando quis lacessit fortiorem, à quo vincitur; iuxta illud, ἦλθε τὸν ἄλλον κρείττονες ἀντέτυχεν,

Forti alius fortior contingit.

vt hic Ægyptiis Babylonij. Strabus: *sic* (ait) *hæretici, quia semper discordes, alterutrum sese laceruntes, non victoriam veritatis accipiunt, sed errore captiui pariter in foueam perditionis cadunt.* Lxx. μαχητὴς πρὸς μαχητὴν, *pugnator contra pugnatorem, el porfiado contra el porfiado.* Sanè inter tales, dum disputant, dum clamant,

Nimiū altercādo veritas amittitur.

Cadmea victoria.

Bruti & Aruntis vulnera mutua. Liuius. Draconis Indici cū elephāto pugna. Plinius. Strabus.

Lxx.

EX CAP. L. VER. VIII.

ADAG. DCCLXX. Estote quasi hædi, &c.

Estote quasi hædi ante Gregem.

OMnes versiones eumdē sensum habent, nempe de ducibus, qui audacter & confidenter absque metu gregē præcedūt. sicut solent arietes, & hirci. ita Vatabl. Clarius, Capella. Hebraicè עתודים *hhatudim*, quod Lxx. vertunt ὡσεὶ δράκοντες κατὰ πρόσωπον πρόβατων, *sicut dracones ante faciē ouiū.* hoc est, cōtēnite illos & estote formidini,

Vatablus. Clarius. Capella.

vt

vt sunt gregibus dracones. Aliter suspicor scripsisse LXX. vel aliter legisse Hebræa. Theodoretus citat ἐρίφους, id est, *hœdi*, & ait, Symmachũ τράγους, *hircos*, vertisse. Hortari ergo vt sint potentiores Babyloniis: sicut hirci sunt robustiores ouibus. & ideo in Danielis visione Darium arieti, Alexandrum hirco cõparari. *Dan.* 8. Hœdus ergo hoc loco de hirco, duce gregis; vel etiam de ariete accipiendus. Vtrumque patitur Hebræum: vt plurimum tamen hircos significat grandiores, qui Gregi quasi viam præparant, & greges vrgent, à radice עתד. Hinc per metaphoram duces exercitus & gubernatores populorum in sacrâ Scripturâ vocantur, *Isai.* 14. 9. in Hebræo עתודי, vbi noster *principes terræ*. Chaldæus, *diuites in substantiis suis*, hoc est magnates potentiores, LXX *gigantes qui dominati sunt terræ*. Ezech. 34. 17. noster *hircos* reddit, vt & LXX. τράγους, quia per *arietes* ibi populus, per *hircos* rectores populi significantur. Et *Zachar.* 10. 3. *super hircos visitabo*, repetit quod antè dixerat *super pastores*. Chaldæus pro hircis *principes* habet. LXX. ἀμνὰς *agnos*; ad sensum alium respicientes. Sic etiam hoc loco Ionathan exposuit. *estote quasi principes in capite populi*. Noster Saa, exponit propriè de hœdis, lætis & subsilientibus præ gaudio. Iuxta illud *hœdique petulci*

Floribus insultant.

Quod antè placuerat Hugoni Carensi, qui notat (ex glossâ interlineari) hœdis istis significari pœnitentes, qui fugiunt Babylonem, deserentes peccata, & eorum vicinam; hoc est occasiones eorũ. Peccata quidem iuxta *Apoc.* 18. *Exite de illa* (Babylone) *populus meus, & ne participes fitis delictorũ eius, & de plagis eius non accipiatis*. Occasiones, iuxta Angeli monita *Genes.* 19. *Nesistis in omni circa regione*. Zach. 11. cap. *O Sion fuge quæ habitas apud filiam Babylonis.*

Theodoretus Symmachus.

Chaldæus.

LXX.

Ionathã. Saa.

Hugo Carensis.

IBIDEM VERS. XI.

A DAG. DCCCLXXI Effusi estis, &c.

Effusi estis sicut vituli super herbam, & mugistis sicut tauri.

PArœmia significat; crudeliter, superbè, & petulanter abutentes victoriâ. Nam vituli in copiosis pascuis impinguantur, & ea auidè detondent, & postea vitulantur, hoc est lasciuiunt; tauri verò partâ de hoste suo victoriâ magnopere efferuntur, & mugitu illam celebrant, & quasi insultant victo. Vtrumque affectum explicat psalmista hymno 21. 13. *Circumdederũt me vituli multi, tauri pingues obsederunt me*. Et de vitulo, quidam sic accipiunt illud *Psal.* 28 6. *comminuet eas tãquam vitulum Libani*, q.d. vituli petulantis in morem faciet subsilire Lybanum: & ideo quidam interpretatur,

Proterua qualis vitula & vnicornium
Lasciuiens salit pecus:
Sic Lybani, Sarionis sic altum iugum
Deo intonante subsilit.

Sed longè à mente Dauidis recedunt, vt alibi ostendam. Belgæ de vitulo sumimus adagium, *Een brootdroncken kalf*, de proteruo & petulanti iuuene: & Franci, *Sot comme vn Veau*. De Tauri iactabundâ superbiâ maximè post victoriam indicat noster. Nam vertit *tauri*, quod Hebraicè quidam vertunt *fortes* אבירים *Abbirim*. Cum Chaldæo, qui explicat, *exultatis quasi vitulus saginatus, & hinnitis quasi for-*

Chaldæus.

tes. sed pro nostro sunt primò Lxx. qui *lasciuitis sicut vituli in herbâ, & cornu petistis sicut tauri.* σκιρτᾶτε ὡς δαίδια ἐν σοτάνῃ, καὶ ἐκερατίζετε ὡς ταῦροι. Deinde & Clarius, qui nostram versionem retinuit, & Pagninus qui vertit, *sicut vitula quæ pascit germina, & exultastis sicut tauri habitâ victoriâ.* Varablus etiam fatetur sic verti posse: sed putat per κατάχρησιν defendendũ, eo quod חצהלי propriè significet *hinnitũ.* Frequentiùs quidem verbum צהל *Tzahal* accõmodatur hinnitui equorum; & ideo noster sæpè vertit *hinnire*; sed primariò significat exhilarari, & exultare, dato voce signo huius lætitiæ. cùm itaque vox אבירים certo multis locis tauros significet; de equis verò rarissimè sumatur; cur non potiùs dicam catachresim nullam esse in nostrâ versione, & futuram si boues hinnire dixisset?

Clarius. Pagninus. Varablus.

ADAG. P. CCC LXXI. Dare manum.

IBIDEM VERS. XV.

Dare manum.

VIctũ qui se fatebatur, aduersario manum tendebat. Inde pro adagio habitum, *manus dare*: quasi nectendas, est dedititiorum. Lucretius lib. 2.

Sed magis acri
Iudicio perpende: & si tibi vera videntur,
Dede manus: at si sunt falsa, accingere contra.

Lucretius. Virgilius.

Virgil. XII. Æneid.

Victi, & victũ tendere palmas
Ausonij videre.

Nouatianus lib. de Trinita. cap. 11. in prin. *Ne hæreticis aut manus dedisse, aut loquendi materiam cõmodasse videamur.* & Thren. 5. 6. *Ægypto dedimus manum & Assyriis, vt saturaremur panibus.* Id est dedititij facti sumus. Alij aliter, nempe, stipem petiimus manu porrectâ. Vide quæ illic in comment. scripsi. Chaldæus non rectè, *dare auxilium* exponit: deteriùs Capella ex Hispanico *dar mano*, explicat *alias omnes gentes diripuit*: Sic fuerat interpretatus prior Carensis.

Nouatianus. Capella.

ADAG. P. CCC LXXII. Malleus vniuersæ terræ.

IBIDEM VER. XXIII.

Malleus vniuersæ terræ.

DIcitur de Nabuchodonosoris successoribus Regibus Chaldæorum, quibus Deus vsus fuerat ad conterendam superborum pertinaciam; quo pacto faber malleo duritiam ferri domat. conuenit in Turcas, & alios tyrannos, à quibus affligitur Ecclesia, quibus Deus alia regna affligit & euertit. sic Theodor. & Anselmus Laodunẽsis. sic Tamberlanes dictus terror mundi, Attila flagellum Dei. Chaldæus; rex qui commouebat vniuersam terram. Spiritualiter *Malleus* iste in sacra Scriptura, aliquando est nimia sollicitudo rerum tẽporalium; qua vt malleo Satanas abutitur contra pios. Sed hic malleus ab æde Dei remouendus; qua de re præclarè S. Paulinus *epist.* 12. quæ est de basilicis ędificandis, scripsit; [*Oremus* altissimum eam pacẽ ædificationis nostræ, qua paries ille aliquando in templi murum factus est, *vt malleus, & securis, & omne vas ferreum non audiatur in eâ*: nec, sicut postea in eiusdem templi reparatione, inimicâ Persarum inuidiâ, fabricam resurgentem hostilis impediat & interrumpat incursus. Sic etiam in domum orationis & pacis perficiemur, si nulla nos carnalium cogitationum cura concidar,

Theodoretus. Anselmus Laodunẽsis. Tamberlanes. Attila. Chaldæus. S. Paulinus. 3. Reg. 6. 2. Esdr. 4.

dat, nullus quietem noſtram ſæculi tumultus interſtrepat. *Malleus* enim nobis cura victus, & cura veſtitus eſt: *ſecuris & ferrum* nobis cupiditas temporalium & nocturnus mortis timor, & liuor inimicus, & res huius ſæculi. In cuius aut malè, cura; aut bene, amore, anima conditur, mens compeditur; & *pax bona voluntatis*, quæ compoſitis religioſo ſilentio ſenſibus cõfirmatur, atque orationis intentio, quæ inoffenſa de puro & libero corde dirigitur, carnalium oblatratione curarum, quaſi interſtrepente malleo, vel ſecuri feriente conuellitur. Sed quia maior eſt qui in nobis eſt, quàm qui in hoc Mundo; potens eſt Dominus conterere Sathanam vt pedibus noſtris, vt impleatur & illa pro nobis prophetia, *Contritus eſt malleus vniuerſæ terræ.*] Quod poſterius placuit etiam cæteris vt D. Gregorio *lib. 34. moral. cap. 10.* vbi de variis mallei ſignificationibus diſſerit. quod huc pertinet eſt; [*In Scriptura* ſacra mallei nomine aliquando diabolus deſignatur, per quem nunc delinquentium culpæ feriuntur. Propheta teſtatur, cùm ſuper eum vim extremi iudicij cõtemplatur, dicẽs; *Quomodo confractus eſt, & contritus malleus vniuerſæ terræ?* ac ſi diceret, eum per quem vaſcula ſua Dominus, in miniſterij vſum formanda, percutit, quis perpendat quo turbine veniente extremo iudicio in æternâ damnatione *cõfringit?*] De hoc malleo, quo pacto illud CHRISTVS cõfregerit, & iuſti debeant inſtar adamantis contemnere, multa hîc ſiue Strabus ſiue Rabanus, quæ ſunt in omnium manibus.

Ierem. 50.

D. Grego.

Strabus. Rabanus.

ADAG. DCCCLXXV

Quaſi vẽtus, &c.

EX CAP. LI. VERS. I.

Quaſi ventus peſtilens.

DE ſuperbiâ Babyloniorum Deus agens, ait; *Qui cor ſuum leuauerũt contra me quaſi ventum peſtilentem.* Lxx. ἀνεμον καυστηρα διαφθείρεσθε. *ventum vrentem, peſtilentem.* Hebr. *Ruach maſchhim* רוח משחים, quod alij reddunt *ventum corrumpentem*; ſenſu non alio. Ad vſum prouerbij quod attinet, non attinet lectionis Hebrææ diuerſitas, *Veel-Ioſchbe eretz. caſdim, ſuper habitatores terræ Chaldæorum*, vt videntur legiſſe Lxx. & Chaldæus; aut *Veel Ioſchbe leb quama*, vt habemus hodie, & legit noſter. Nam vtraque lectione indicatur iſte vẽtus ſuſcitatus à Deo in afflictionẽ & plagam Chaldæorum. Poteſt accipi vtraque lectio de ſuperbiâ ipſorum, qui puniendi; quam ſuſcitauit Deus, permittendo, & non tollendo: aut ſi (quod malo) ſubaudias primo loco *vẽtum*, hoc modo; *ſuſcitabo ventum contra eos, qui cor ſuum leuauerunt contra me, quaſi vẽtus peſtilens*: tunc ſenſus futurus; ego ſuperbos hos per alios ſuperbiores, arrogantiam arrogantiâ, iniquitatem iniquitate (Lxx. ὀδυνᾶς κατὰ δείλουσιν) plectam. Illi ſuperbiæ lethali vento nares meas (אף) offenderunt; ego illos vento ſimili vaſtabo & delebo. Vbi nota, ſuperbiam, & ſimilia peccata in Dei conſpectu vt *autrum tartari* fœtere, peius quauis mephyti vel Auerno; peſtilentem odorem eſſe hominibus ipſis qui eum exhalant, & cæteris qui illo afflantur. Quia ſicut ventus peſtilens ſiue vrens deſtruit domos, frangit arbores, & eradicat: ſic ſuperbia ciuitates ſcindit, iuſtos frangit, & eradicat omnia virtutum germina. Carenſis; *eſt ſuperbia clericorum, qua malo exemplo corrumpit laicos; vel doctrina hæreticorum.* Dicam plura *ad Oſee 13.* De vento vrente. De Hebræo

LXX.

Superbia cõtra Deo vt fœtens.

Pagninus. textu vide Pagninum in קום.

ADAG. Peccatvm Pedalis præcisionis.

IBIDEM VERS. XIII.

Pedalis præcisionis.

ADagiale esse satis indicat ipsa contextus series, *venit finis tuus pedalis præcisionis tuæ*: & dicitur de tempore præstituto vindictæ, quæ sit delicto commensurata, Hispanis, *medida ohorma para el pie. Pes* mensuræ genus, etiam in vindemiâ & vini expressione, vnde quâdo vna pressura culeos xx. implet, iustum pedem vocat Plinius *lib.* 18. *ca.* 31. afflictiones autem vindemiæ comparari iam sæpè ostensum. Hinc noster interpres formauit *pedale* de plagis agens. q.d. pedem iustum in puniendo. Confirmat vox præcisionis quæ vuarũ, & ponitur pro excidio. Certè Alexãder Neapolitanus *lib.* 4. *Genial. dier. cap.* 17. scripsit, Indorum quandam vel gẽtem, vel sacerdotes, (nam ambigua eius verba) qui vocantur Pedalij, consuesse à Deo solam iustitiam votis precibúsque postulare, vt munus præstantissimum. Tradiderat hoc Nicolaus Damascenus apud Ioann. Strobæum *sermone* 9. Glossæ veteres; *pedale* κοδ ικμαγ ἴσον. Aliæ; *pedale* κοδ ἴσον. Festo; *pedulla*. Huic explicationi cõuenit Hebræus contextus, iuxta Lyranum, *venit finis tuus mensura rapina tuæ*: q.d. impleta est mensura rapinarum tuarũ, tempus est præscindaris ad radicem arboris positâ securi. *Ammath bitzebhach* אמת בצבע, quod Pagninus vertit; *eò quod brachio opprimebas alios.* Isidorus Clarius, *vt quomodo oppressisti alios ita & recipias.* Leo Iudas; *medius anarithie tuæ.* Vatablus, *finem oppressionis*, hoc est, nõ amplius alios opprimes. Arias Montanus; *cubitus appetentiæ tuæ.* Conueniunt in eo plerique quod אמת de mensurâ accipiunt. Huic conuenit illud *Isaiæ* 27. 8. *In mensurâ contra mensuram, cùm abiecta fuerit, iudicabis eam.* Et illud Apocal. 18. 7. Vbi iubet *quantùm glorificauit se, & in delicijs fuit, tantum date illi tormentum & luctum.* Hugo Carensis putat *pedale* dici: quia à vertice capitis vsque ad plantam pedis occupabit totam pœna, sicut totam culpa occupauerat. Quod non est aptum Hebræo aut Græco. Nam LXX. hic habent, *venit finis verè in viscera tua.* Satis consentaneè Hebræo. Chaldæus bene *tempus visitationis malitiæ tuæ.* Nam אמת *emeth* significat *verè*, & בצע cupiditatem, auaritiámque & oppressionem. Vide Capellam hîc.

Pagninus. Isidorus Clarius. Leo Iudas. Arias Mõtanus. Plinius. Alexãder Neapolitanus. Pedalij Indorum gens, vel sacerdotes Nicolaus Damascenus. Glossæ veteres. Festus. LXX. Capella.

ADAGIALIA EX THRENIS IEREMIÆ.

QVi adagiorum huius operis interpretationem pleniorem postulabit, conferre poterit, quæ hic dicentur, cum iis quæ in Commentario Lugdunensi apud HORATIVM CARDON edito, scripsi. Nec enim æquum aut vtile eadem sæpius inculcare.

EX

ADAG. Dccc. Lxx.1.

EX CAP. I. LITT. VAV. VERS. VI.

Arietes non inuenientes pascua.

Arietes non inuenientes pascua.

RECTÈ sic dicuntur, qui famis duratione extenuati & infirmati, vix hærent ossibus, aut queũt consistere, & ideo pristino robore sunt spoliati; vt bene Theodore. Theodoretus. Vox Hebræa *Aiialim* אילים communis est ceruis & arietibus. Lxx. κριοὶ vt noster. significantur vires dissolutæ & cor pauidum, iuxta D. Hieronymum, & vtramque glossam. D. Hiero. Glossa vtraque. Communiter intelligunt κατ' ἀλληγορίαν de prælatis & pastoribus, qui vtriusque testamenti gemino cornu deberent gregem defendere, & rebelles percutere; carent tamen pascuis Sacrarum literarum, meditationum, & cultus pietatis, & ideo vagi ad pascua mortis sine robore virtutum abscedunt, & in luxu voluptatum per varia scelera, iuxta suggestionem victoris hostis eos à tergo minantis abducuntur, & vrgentur. Sic D. Hieronymus.

ADAG. Dccc. Lxxii.

IBIDEM VERS. XVII. PHE.

Quasi polluta menstruis. Vsus adagij. D. Hiero.

Quasi polluta menstruis.

VIde sup. *Isai. 64. quasi pannus menstruatæ.* Docet D. Hieronymus de illis dici, qui sanguinolenta opera & carnalia desideria nolunt in prauâ conuersatione vitare. Sic etiam Rabanus & Paschasius, si non vnus & idem. Secundùm Theodoretum comparationis ratio in eo posita, quòd alienigenis & infidelibus plena ciuitas. D. Hiero. hîc inuehitur in illos qui accedunt ad vxores menstruatas: & haut dubiè loca quæ adducit ex sacra Scriptura grauiter hoc detestantur, & res ipsa loquitur, nisi subsit periculum incontinentiæ vel alia ratio huic indecentiæ præponderans, id illicitum esse, nec veniali peccato carere exigentem. Quare vitandus hîc Figueirus, vel commodè intelligendus. lege Thom. Sanchez de matrim. li. 9. disp. 21. nu. 7. & vlt.

Rabanus. Paschasius. Theodor.

Ad vxores mẽstruatas accedere, illicitum.

Figueirus. Th. Sanchez.

ADAG. Dccc. Lxxviii.

EX CAP. II. VER. XIII. MEM.

Magna velut mare. Vsus adagij.

Magna velut mare.

DE tristitiâ summâ, & inexhaustâ, cui videtur nihil addi posse. Nam quid Oceano vastius? quis gurgitum eius modus, aut finis? pluat assiduè, & influant vndique amnes: nullũ cernes incrementum. Sicut maris magnitudo maxima: sic doloris ait tui. Lxx. non posuerunt *mare*: sed tantùm, *magnificata est*. Hebr. exstat *kaiiam* כים. Chaldæus; *sicut multitudo confractionis fluctuum maris in tempore tempestatis.* Accommodat animæ, cuius à statu fidei & rectitudine virtutum immensa ruina fuit: hanc nullius esse miseriæ coæquandam: quia ex consortio diuino, & societate sanctorum Angelorum, in malignorum spirituum decidit dominium; qui eam variis vitiis atque sceleribus captiuatam, huc illúcque per sæculi vndantis fluctus casúsque raptando, in foueam perditionis *propellunt.*] Liranus: *Sic excessit alias calamitates, sicut mare aquas fluminũ.* Anselmus; *quia nunquam quiescit.* Rupertus; *quia quicumque accedit ad medendum, persecutionum & mortis*

Lxx.

Chaldæus.

Accómodatio.

Liranus.

Anselm.

Rupertus.

Alter vſus adagij.

patitur naufragium. Dici ergo poteſt de malis, qui in medicos ſpirituales inſtar freneticorum furunt.

Carenſis. Carenſis comparat maris qualitates ſeptem, totidem peccatis. Mirabiles maris elationes (*Pſal.* 92.) ſuperbiæ; ſalſedinẽ, quæ ſitim adfert, auaritiæ ſemper clamanti adfer, adfer; amarorem, inuidiæ; procellas, iracundiæ; ſpumas, luxuriæ; iuxta illud Iudæ, *fluctus feri maris deſpumantes confuſiones ſuas:* altitudinem, aſtutiæ humanæ cuius cor profundum & inſcrutabile; voragines, gulæ, turbationem, triſtitiæ.

Maris qualitates ſeptem cum totidem peccatis cõparatæ.

Alter vſus Adagij. Figueir.

dam noſtrum. Poteſt enim accipi de Deo varios cruciatus & afflictionum genera alicui immittente, & ſe inſtar ſagittarij ad ſcopum exercente; vel inſtar executionis iuſtitiæ ſuæ peccatorem ſagittis configente. Sic *Figueir.*

ADAG. Dccc LXXIX.

EX CAP. III. VER. XII. LITT. DALETH.

Signum ad ſagittam.

Signum ad ſagittam. Vſus adagij

DIcitur de eo, quem omnes iniuriis appetunt, & in quem certatim ſæuiunt. Hiſp. *el blanco al qual todos aſiestan.* Signum hîc pro ſcopo vt patet ex Lxx. & Chaldæo,

Theodor. & Hebræo מטרא *Mattara.* Theodoretus; *Qui iaculantur ad ſcopum, eámque artem exercent, non duo, tria, aut quatuor duntaxat tela mittere ſolem: ſed plura. Per iaculationes notat calamitatis viciſſitudinem. Fidelis po-*

S. Gregor. *pulus* (ait Gregorius *Moral. lib.* 13. *cap.* 6. *in ſignum hoſti ſuo eſt poſitus: quia eum ſemper ſuis ictibus impetit, ſuis perſecutionibus affligit.*) poſtea probat hoc auctoritate B. Pauli. *ipſi enim ſcitis, quòd in hoc poſiti ſimus: nempe in ſcopum.* Planè contorta eſt

Carenſis. quædam explicatio Carenſis; qua facit ſagittam ſubiectum, quaſi dicatur, me ſignũ miſit ad ſagittam. eum lege, ſi otio abundas. Similis locutio eſt *Luc.* 2. 34. *poſitus eſt hic in ſignum, cui contradicetur. Iob.* 16. 13. *poſuit me quaſi in ſignum: circumdedit me lanceis ſuis.* Vbi lege Pine-

Pineda.

IBIDEM VERS. XVI.

ADAG. Dccc LXXX

Cibare cinere.

Cibare cinere. Vſus adagij.

TRiſtitiam & ærumnam maximam ſic indicant, eò quod ſoliti qui afflicti, in cinere iacere & caput cinere conſpergere. Sic Dauid ait ſe panis inſtar cinerem manducaſſe. Non rectè Vatablus, *vertit me in cinerem:* aut Leo Iudas; *præcipitauit me in lutum:* vt noſter ſic Lxx. Chaldæus, & Clarius. Myſticè dicitur quis cibari cinere, qui recolit mortem, vt cùm nobis venit in memoriam, *cinis es & in cinerem reuerteris, Gen.* 3. Item quando memores ſumus vilitatis noſtræ, & cogitamus, *Quid ſuperbis terra & cinis? Eccli.* 10. Denique quando cum *Iobo* 42. *pœnitentiam agimus in fauillâ & cinere:* Rabbini exponunt cooperuit, obtexit, inuoluit, obruit. Sic Ioſeph. Selomo, & Kimhi. Cùm vox Hebræa vnico loco habeatur, præſtat credere Lxx. interpp. & D. Hieronymo, quoniam *cibare* idem eſt quod ingurgitare, & proinde non multum recedit, ab illo obruit. Ita Figueirus.

Vatablus.

Lxx. Chald. Clarius.

Myſtica locutio.

D. Hiero.

Figueir.

IBIDEM VERS. LXV. LITT. THAV.

ADAG. Dccc LXXXI.

Scutum cordis.

Scutum cordis.

LXX. ὑπερασπισμὸν καρδίας, *protectionem cordis.* Chaldæus, *defuti*

Lxx.

defatigationem cordis. Hebraicè est *Meghinath-Leb*. quod noster optimè vertit; vt fatentur Clarius & Vatablus: hic exponit; vallabis eos afflictionibus; sed addit nonnullos vertere *tegumentum cordis* pro ignorantia & pertinacia. Sic Leo Iudas vertit *circumcinctionem cordis*, pro velamine & occæcatione indurati cordis: quo pacto Lxx. intelligendi. Et valet adagium contra impios qui gratiæ Dei, & passioni CHRISTI pertinaciam & cæcitatem opponunt; vt hîc optimè Hieronymus, Pascas. Rupertus, D. Thomas, Glossa, & Carensis. Iudæorum explicationes varias narrat accuratè Figueirus, R. Selomo, dabis eis confractionem cordis stultitiam tuam: Illi te ob ea quæ passus es pro insano habebunt. Kimhi, de morbo accipit ex apostemate, quo cor quasi operitur & præfocatur. Ioseph longè aliter, nã scutum accommodat ipsi Prophetæ, quod Deus sit positurus, ne Iudæi queant illi pro libitu nocere. Ex communi scientia vtemur contra affectatam ignorantiam mandatorum Dei & Ecclesiæ.

Clarius. Vatablus. Leo Iud. Vsus adagij. Hieron. Pascasius. D. Thom. Glossa. Carensis. Iudæorũ explicationes. Alter vsus.

ADAGIALIA EX PROPHETIA BARVCH.

ADAG. DCCC LXXXII.

EX BARVCH CAP. I. VER. II.

Sicut dies cæli, &c.

Sicut dies cæli super terram.

Carensis. Richeliꝰ.

CArensis capit de diebus pacificis, sicut in cœlo omnia sunt pacifica. Richelius, prosperi & diuturni quantum per naturam fieri potest. Optimè. nam phrasis significat vitam maximè diuturnam, æqualem mundi durationi: Iuxta illud Senecæ,

Seneca.

Lucida dum current annosi sydera mundi:

Et præterea stabilem & inconcussam illam diei & noctis vicissitatem, de qua suprà. Alibi habes *dies sæculi* qui significant non tantùm tempus quod natiuitatem Domini præcessit, iuxta Vatablum; sed ab initio ad finem mundi iuxta D. Hieronymum, quemadmodum & in illo *Eccli.* 1. *v.* 2. *dies sæculi quis enumerabit?* apud Malach. tamen 3. *v.* 4. sumitur pro tempore tantùm Iustorum veteris legis: vide Ioan. Fernandium *thesauri tomo* 1. *verbo* dies *nu.* 14.

Vatablus, D. Hiero. Ioan. Fernandius.

ADAG. DCCC LXXXIII. Sicut trabes in domo. Vsus adagij.

EX CAP. VI. VER. XVIII.

Sicut trabes in domo.

ARbor crescens, viuit & animata est anima vegetatrice: succisa planè mortua est, ideo de re sensus ac iudicij experte sacra Scriptura videtur trabem vsurpasse. tale quid notaui in Veronensi poëta Latinissimo; de homine insulsissimo, qui nec pueri sapiebat instar, de quo canit,

Velut alnus
In fossa Liguri iacet suppernata securi.
Talis iste meus stupor, nihil videt, nihil audit,
Ipse quis sit, vtrum sit, an non sit, id quoque nescit.

Quæ quàm idolis à Ieremiâ de-

scriptis conueniant, qui non sentit, pro suffraginata trabe habeatur.

Carensis. Carensis, hîc notat significari esse sine sensu. Bene.

ADAG. DCCC LXXXIV. Rugiunt clamãtes, &c.

IBIDEM VERS. XXXI.

Rugiunt clamantes sicut in cœna mortui.

ὠρύοντο βοῶντες ὡς ἐν πεμπτοσίαν νεκρῶν.

Adagij vsus.

ADagium est de irrito clamore ad non exaudituros. Ductum à consuetudine Gentilium, qui super sepulchra mortuorum comedebant & bibebant, & postea clamoribus mortui nomen ciebant; quod nec Carensi, nec Lirano, nec Rikelio hîc prætermissum. Sic ait Ieremias, Babyloniorum Sacerdotes coram idolis suis epulari, & irrito clamore eorum non audire valentium surdas aures pulsare. de epulis idolorum constat ex *Daniel.* 13. de clamoribus ex 3. *Reg.* 13. nam *Baal*, idem qui *Bel*. De epulis mortualibus patet hîc, & ex Festo, cui *Silicernium* cœna mortuorum. Tertullianus in Apol. *quo differt ab epulo Iouis silicernium*. Placidus in gloss. *silicernium, exequium*. Cęcilius, Obolostate.

Carensis. Liranus. Rikelius.

Tertull.

Placidus, Cæcilius.

Credidi silicernium eius me esse esurum.

Gloss. vet. *silicernium*, περίδειπνον, dictum. Hinc senes capulares, etiam dicti *Silicernij*, quasi pro quibus iam iam cœna mortualis paranda. Cincius Alimentus. *Qui dum iam Silicernius finem sui temporis expectaret*. Porro mortuos in exequiis inclamatos docent qui ritus funerum descripserunt Guichiardus & alij.

Cincius Alimẽtus.

Guicchiardus.

ADAG. DCCC LXXXV. Nihil possunt.

IBIDEM VERS. LIII.

Nihil possunt sicut corniculæ inter medium cæli & terræ.

VIdetur significari res valdè infirma, & vilis, & inepta. & nisi fallor alludit ad naturam corniculârum, quæ dum volant in aëre, vagæ inani clamore feruntur. Vnde Latinis adagium *cornicari*, & Græcis κραζειν, quo vtitur Aristophanes *in Pluto*, & Scholiastes ibi admonet esse parœmiam in eos, qui corunicum more frustrà cornicantur. Persius *Sat.* 5.

Cornicari Aristoph. Vsus adagij.

Nescio quid tecum graue cornicaris inepte.

Vide *adag.* 16. *cent.* 7. *chiliad.* 1. Nec situs loci etiã otiosa adiectio. Nam aëre nihil minùs solidum, & volantis corniculæ vis minor.

ADAG. DCCC LXXXVI. Sicut formido, &c.

IBIDEM VERS. LXIX.

Sicut formido in cucumerario.

φρύξας κάνειν ἐν σικυηλάτῳ.

Vsus adagij.

GRæcam hanc vocem olim Phrynichus reprehendit, negãs sic veteres locutos. Sed scholia Græca hîc notant φρύξας κάνια & κεράμυλλα, à dissertioribus linguæ Græcæ vocari, quæ custodes hortorum statuunt ad auium vel hominum terrorem. Palam est, vsurpari de inani terriculamento. Sicut Græci vsurpant μερμολύκειον. Gallis, *espouuentail*. Hispanis *espantajo*. agitur de formidine non venatoriâ, quæ vana eludit terrore feras, sed de hortensi, quales Lampsaceni numinis falces Gentilibus fuêre. Liuio & Senecæ Acciana voce *terriculum* dicitur, *formidamen* Apuleio.

prater

Didacus Ximenius. Hugo Cardinalis. Formido quid.

prætermissum hoc nomen *formido* dictionario Ecclesiastico Didaci Ximenij Alcantarensis, vt & alia non pauca. Discere potuit ex ordinis sui viro erudito Hugone Cardinali, qui: *formido* (ait) id est *signum illud positum in eminenti, vt sic animalia nociua fugentur, & terreantur aborro.* Ratio adagij quia licèt initiò aues metuant, mox tamen vt moueri non posse aduerterint, saltem nullum lædere; assident propiùs, mox & insident, & coinquinant. Huic formidini dicit idem Hugo prælatos malos esse similes. à quib. quæri potest quid facis ibi? quasi dicat, nihil. sicut quęrit *Isai. 22. v. 15.* de Sobnâ; *vade & ingredere ad eum qui habitat in tabernaculo, ad Sobnã præpositum templi & dices ad eũ: Quid tu hic, aut quasi quis hic?* In talibus enim esse non veritatem, sed similitudinem. Iere. 23. 14. *In prophetis Ierusalem vidi similitudinem adulterãtium & iter mendacij.* Similes sunt Simiæ; de qua vetus dictum;

Simia quàm similis turpissima bellua nobis.

ADAG. DCCC XXXVII.

ADAGIALIA EX PROPHETIA EZECHIELIS.

Quasi species electri.

EX CAP. I. VER. IV.

Quasi species electri.

Vsus adagij.

HAbes etiam *inferius versu.* 27. Dicitur de re valde pura & splendida. hę námque sunt qualitates electri. Hebraicè est חשמל *chasmal*: quæ vox quid significet, recentiores Iudæos nescire verisimile est. Nam quidam Angeli nomen esse volunt, alij speciem ignis fulgurantis: & ideo qui duces cæcos sequuntur, nil mirum, si cæcutiant.

Liranus.

Inter eos Liranus nõ satis considerarè, nec modestè: *Dicit hic* (ait) *R. Salomon, quod ipse nescit propriè quid significet chasmal. & ideo nescio quare Hieronymus transtulit electrum. non erit multum videtur probabile.* ain homo religiose? nescis? facilè coniecisses si sciuisses sic LXX. vertisse. Audes verò recutitum illum cerdonẽ linguæ Hebraicæ cognitione præferre Hieronymo? tempore Hieronymi minor inter Iudæos erat linguæ Hebraicæ imperitia, & Diuus ille doctissimis vsus fuit magistris. Sed adde Iarrio Cammium; quid isti ad totum synedrium tempore Ptolomæi? Denique cur non multũ verisimile? nónne electrum defœcatius est omnibus metallis, vt Seruius annotauit? inde illud Maronis —*non qui per saxa volutus*

Purior electro campum petit amnis.—

& Græcorum prouerbio fertur, ἠλέκτρου διαφανέστερος, *electro lucidior*, in amoribus Luciani. puto prophetã loqui de artificiali, quod fit auri fusione admixta argenti quintâ parte: quanquam potest etiam conuenire electro naturali, quod *succinum* vocatur, de quo accepit Pintus. Lege de his, quæ scripsi *Comm. in Senecã Here. Furen. vers.* 187.

Hieronymi ætas.

Iarrius Cammius.

Ptolomæus

Pintus.

ADAG. DCCC LXXXVIII. Quasi sonum, &c.

IBIDEM VER. XXIV.

Quasi sonum aquarum multarum.

Application adagij.

IN sacro sermone sic indicatur vox admodum alta & sonora, quæ procul audiatur, *Apoc. 1. tanquam vox aquarum multarum.* & c. 19. *quasi vocem tubæ magnæ, & sicut vocem aquarum multarum.* Nonne talis sonus apostolicæ prædicationis, qui *in omnem terram exiuit, & in fines orbis terræ verba eorum? Ps.* 18. Quis maris fremitus cautibus illisi, quæ fluminum rapidissimorum confluges, quæ Nili Catadupę tam longè personarunt?

ADAG. DCCC LXXXIX. Quasi sonum, &c.

IBIDEM.

Quasi sonum sublimis Dei.

PLus dicitur quàm præcedenti adagio. nam ad magnitudinem additur efficacitas. omnia enim magna & fortia solent Deo tribui, vt cùm legimus *cedros Dei. montes Dei.* & ipsum Hebræum nomen Dei hîc positum sonat *omnipotentiam.*

Chaldęus.

Pro *sublimi*, hic Hebraicè est שדי *saddai*; quod nomen Chaldæus Paraphrastes retinuit: sed eius interpres Latinus reddidit *omnipotentem*, non malè. D. Hieronymus epist. ad Marcellam de psalmo nonagesimo ita scribit; de illo loco; *Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione Dei cœli commorabitur:* dixerat apud Hebræos pro *Deo cœli* positum esse *Saddai* שדי; quod Aquila interpretatur ἱκανὸν, quod nos *robustum* & sufficientem ad omnia perpetranda, accipere possumus, &c. LXX. hîc vertunt ἱκανῶν, *sufficientis, idonei*, iuxta editionem Complutensem & Regiam. exemplaria variant. nã Theodoretus citat ὡς φωνὴ θεοῦ σαδδαϊ vt *vocem Dei Sadai.* quidam libri habent φωνὴ σαδδαϊ ἱκανοῦ. Sed editio Vaticana totam hanc comparationem omiserunt. Suspicor in simile exemplar incidisse S. Hieronymum, & ideo scribere in d. ep. hoc nomen à Lxx. poni *in interpretatum*, vulgò legitur *interpretatum*, mendosè, (quod noster Ribera notauit) illud autẽ ἱκανῶν *idonei*; Theodoretus hîc docet fuisse interpretationẽ Aquilæ & Symmachi. Sic etiam infer. cap. 10. 5. vbi noster pro *Saddai*, *sicut vox Dei omnipotentis loquentis.* Aquila & Symmach. & Theodotion ἱκανῶν, quod ibi D. Hieronymus dicit *fortem & potẽtem* significare: LXX. verò vt Chaldæus σαδδαϊ. Noster ergo quod illic vertit *omnipotentem*, sicut etiam Leo Iudas, Pagninus, & alij, id hoc loco vertit *sublimem*, vt arbitror, non tam sufficientiæ gratiâ; quàm quia vocem Dei ex more sacræ Scripturæ vocat ipsum tonitru, sicut Symmachus & Theodoretus disertè *dicto ver.* 5. reddiderunt: tonitru autem in alto editur: vt sumitur *Psaml.* 28. 3. *Vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentia, vox Domini confringentis cedros.* Aptissima comparatione quam tubæ etiam partâ victoriâ sonus, nullo modo æquat. Tonitru ceu toto auditur orbe vno instanti: Apostolicæ prædicationis sonus breui per vniuersum mundum penetrauit, non humanâ loquentiũ virtute, sed vi diuinâ per paucos, & pauperes, & idiotas talia patrare valente. Virtus hæc altissimi: ideo ostendit ipso epitheto *sublimis*; se non agere de raucis mugitibus terræ,

LXX.

Theodor

S. Hieron.

Ribera.

Aquila. Symmachus.

Theodot.

Leo Iudas Pagnin.

terræ, quam interdum idcirco poëtæ dicunt *tonare*. Dionysius Halicarnasseus *antiq. lib.* 10. terram cum mugitu tremuisse scribit, & vt omittam poëtas Virgil. Senecã, Claudianum, tradiderunt vnà cum causis Plinius *lib.* 2. *Nat. hist.* & Aristoteles *lib.* 2 *Meteor.* & *in Problematib.* vbi vocari *Bomugos* hosce sonos addit. Vide quæ dixi comment. *ad Senecæ Oedipum. v.* 174. & *Thyestem. v.* 272. Huic terræ fragori & tonitrui similes sunt humanæ sapientiæ tinnitus & philosophię sęcularis poppysmata, quæ meritò voces *Claudianæ tonitruæ*: Sed agere sẽ de cœlestibus & veris, à quibus Zebedæi filij, CHRISTO nomenclatore, vocati sunt *Boanerges*, siue *Beni-rages*, filij tonitrui. *Marci* 3. 17.

Dionysius Halicarnasseus. Seneca. Claudianus. Plinius. Aristotel.

ADAG. DCCCXC. Filius hominis, &c.

EX CAP. II. VER. I.

Filius hominis, & filij hominum.

NIsi peculiaris sensus foret huius dicti, non attribueretur solis in sacra Scriptura Danieli, Ezechieli & Domino: certè habet vim propriam, & fortè non omnibus intellectam. Inprimis quod commune admodum est apud recentiores interpretes à Rabbinis quibusdam mutuatum *Beneadã* בני אדם *filios Adam* vocari plebeios & infirmos homines; quod Latini *terræ filios*, filios verò איש, vocari claros, illustres, ac generosos; id P. Frã. Ribera nec certum, nec verum cẽsebat: vtebatúrque ad refellendum argumentis non inualidis.

Filij Adã.

Ribera.

Primò quia LXX. semper eodem modo solent vtrumque vertere, & pro *bene-ish* vertunt semper υἱοὶ ἀνθρώπων *Filij hominum*: vt *Psal.* 4. *v.* 3. *filij hominum vsquequò graui corde.* Psal. 48. v 3. *Quique terrigenæ & filij hominum.* Psal. 61. v. 10. *Verumtamen vani filij hominum, mendaces filij hominum.* Hebraicè primò loco est filij אדם, secundo filij איש. Secundò quia apud Hebr. אדם & איש promiscuè & propriè significat *hominem*, vt Gen. 1. 26. *Faciamus hominẽ ad similitudinem & imaginem nostrã.* Gen. 2. 18. *Non est bonum hominem esse solum.* cap. 6. 1. *Cúmque cœpissent homines multiplicari.* habes his locis אדם. De איש verò patet Gen. 2. 24. *propter hoc relinquet homo patrem & matrem.* Tertiò quia Psa. 4. 3. vbi legimus *Filij hominum vsquequò graui corde*, est בני איש: & tamen idem prorsùs intelligitur, ac si diceret *filij Adam.* Rursus alibi vbi ponitur *filij Adam* optimè dici posset *filij viri.* vt Psalm. 106. 8. *Confiteantur Domino, misericordiæ eius, & mirabilia eius filiis hominum.* Psalm. 10. *palpebræ eius interrogant filios hominum.* Deniquè locus *Psal.* 48. qui maximè videtur recentioribus fauere, multò aliter à veteribus exponebatur. Symmachus (vt refert Theodoretus in eundem Psalm.) cùm dicitur *filij Adam* humanitatem significari intellexit, & ita interpretatus est; in secundo loco pro *filij viri*, transtulit *filij cuiusque hominis*, ὅτι ἀνθρωπότης, προσέτι δὲ καὶ οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων. vt sit sensus; *audiant hæc omnes homines simul, & quilibet eorum sigillatim.* Basilius terrigenas, vocat terrenis rebus deditos; homines verò, eos qui ratione ducuntur. Chrysostomus exposuit. Audite homines, qui & *terrigenæ* estis propter primum parentem de terra formatum; & *filij hominum*, propter aliorum hominũ generationem. Posset etiam respõderi, & simplicissimè Hebraismum esse, quo amplificationis gratia

Symmachus. Theodor.

Basilius. Chrysost.

gemi

geminantur idem significantia vocabula (vide Riberam *Sophon. 1.nu. 65.*) tum sensus foret, audiant omnes homines nemine dempto. Ita etiam intelligendus locus, quo nituntur, *Psalm 61.10. Verumtamen vani filij hominum, mẽdaces filij hominum*, hoc est admodum mendaces sunt omnes homines. Non est ergo solida hęc differentia inter *filiũ viri*, & *filium hominum*.

Ribera.

Filii viri.

Filii hominum.

Hæc de plurali dicta: nunc de singulari. *filius hominis*, *Ben-adam* בן אדם, quod Chaldęus vertit *Bar-adam*: quod licèt desumptum sit à nomine primi parẽtis, qui ab אדמה *Adamah*, terrâ rubeâ, vnde plasmatus, dictus est אדם; tamẽ ad omnes homines postea translatum, factum est appellatiuũ; quale hic esse colligitur ex LXX. qui vertunt non ὑὶὸς τοῦ ἀνθρώπου. sed solummodo ὑὶὸς ἀνθρώπου: Quod ex Hebraismo satis noto, perinde est ac si dicas ô homo. Probatur hoc clarissimè, tum quia quando generaliter sacra Scriptura *filios hominum* nominat, etiam Adamum comprehendit, dumtaxat quia homo fuit, non enim ex alio homine natus. (sic Maldonatus *in Matth. cap. 8.20.*) tum ex aliis sacræ Scripturæ locis *Psal. 8.5. Quid est homo, quod memor es eius? aut filius hominis quoniam visitas eum*? Num. 23.19. *Non est Deus, quasi homo vt mẽtiatur: nec vt filius hominis, vt mutetur.* posteriori loco repetitur, quod prior re dictum. Sanè notanda & retinẽda regula quâ hac de re docui suprà *ad Isai. 1. v. 5.* quando nomen *filius* additur genitiuo nominis substantiam significãtis; tunc genitiuũ illum vim dumtaxat habere nominatiui sui. Nisi tamen nomẽ ex maioribus alicuius adiiciatur, vt *filius Dauid*; *filij Israël*; vt patris nomen ex iis quę dicta sunt clarè intelligatur. Tũc enim *filij* vox propriè accipienda, nec genitiuus est resoluendus in nominatiuum suũ. Idcirco non placet mihi, quod vir eruditus dixit, CHRISTVM filium hominis vocari eo modo, quo sacra Scriptura eum vocat *filiũ Abraham*, & *filium Dauid*. Nam cùm vocat *filiũ Abraham*, reuera significat originẽ ex Abrahamo: cùm verò vocat *filiũ hominis*, substantiâ hominem esse docet. Quæ quantùm discrepent, manifestum est.

Maldonatus.

Regula notanda.

Maldonati improbata sententia.

Istud *Filius hominis*, non semper solum CHRISTVM significare notũ est ex veteri testamento: sed & in nouo, *Ioan. 5.27.* propriè generatim significat omnem hominem, ex vi vocis & ideo Græcè sine articulo habes ὅτι υἱὸς ἀνθρώπου ἐστί *quia filius hominis est*: hoc est, *quia homo est*. de solo quidẽ CHRISTO ponitur, quia de ę solo loquebatur; sed vi significationis cęteros complectitur. Ex Latino contextu, vt nec Hebræo quidem potest discerni, quando filius hominis dicatur de CHRISTO, quando de aliis: petendum discrimen ex Græcis verbis. Nam quando de hominib. generatim agitur, vel de alio quàm de CHRISTO, aut etiã de CHRISTO, vt de quolibet alio, tunc in Græco nullus solet addi articulus, vt *Ps. 8.5.* hic *Ezec. 2.1.* & passim, *Daniel. 7.13.* & *10.16.* & *8.17. Ioan. 5.27. Heb. 2.6. Apocal. 1.13.* & *14.14.* Sed quando determinatè dicitur de CHRISTO eum eximẽdo à reliquis hominib. aut reliquis opponẽdo, tunc consueuit addi duplex articulus, vt *c. 1. v. 5.* τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, quasi dicat illum *filiũ illius hominis*: sic etiam *Matt. 8.20.* & *9.6.* & passim se vocat verus homo illi hominis filius, nẽpe virginis quę sine viro cõcepit. Nõ moror Pradũ & Toletũ, communẽ sententiam re-

prehen-

prehendentes. Nec ad rem pertinet Gétiliũ obiectio apud Pseudoiustinum *q.66.ad Orthod.* cùm non dicatur τῆς ἀνθρώπου, sed τοῦ, de viro & nõ virgine accipiendũ. Profecta enim obiectio ex Syriaci sermonis ignoratione. Nam Syriacè CHRISTVS loquebatur, cùm se *hominis filiũ* vocauit; & Syris *filius hominis*, quod naturâ & veritate homo. sic enim Damascenus, Syrus ipse, exposuit *lib.3. de orthod.fide cap.3. inquiens*, εἷς γὰρ ἦν καὶ ὁ αὐτὸς ὁ κύριος δόξης, ὁ φύσει καὶ ἀληθείᾳ υἱὸς ἀνθρώπου ὢν, ἄνθρωπος γεγόνει. *Vnus enim erat & idem, Dominus gloriæ, qui naturâ & veritate filius hominis, id est, homo, factus est.* Damascenus. Sed cur non τῆς ἀνθρώπου? an quia Deipara & Patris & Matris vicem suppleuit, sola homo parens, pro vtroque parente? an quia sic filius virginis immediatè, vt tamen mediatè quoque sit filius Dauid, filius Abrahæ, *Matth.* 1.1. ex quorum semine nasciturus fuerat promissus? Accedit alterum discrimen, quòd qui in veteri testamento υἱὸς ἀνθρώπου *filij hominis*, semper illi ab aliis sic vocantur, vt Daniel *d. v.* 17. & Ezechiel hac totâ prophetiâ sæpissimè, nempe ab angelis: CHRISTVS autem, nunquam ab aliis, semper à seipso sic nuncupatus. Quod ipsum indicio est, nomen hoc humilitatis & abiectionis indicium esse, & notationem fragilitatis, vilitatis, & despectus: probat hoc eleganter Hieron. Prado *in hunc vers.1. ex Psa.* 8.*v.*5. iam citato. & ex Paulo 1.*Cor.* 3.3. *Nónne homines estis, nónne secundùm hominem ambulatis?* & ex Ps. 9. 21. *Constitue Domine legislatorem super eos, vt sciant gentes, quoniam homines sunt.* [*Hoc est* (ait) immitte illis apparitorem & exactorem tuũ, infirmitatem scilicet, calamitatem, aut infortunium aliquod, vt nouerint se mortales esse, lutea vasa & fragilia. Prado. Ibi sequitur in Psalmo, סלה *selah*, id est sententia meditatione digna, qua admonemur, vt nobiscum commentemur, quid homo sit; bulla, scilicet *vapor, nubis vestigiũ, nebula, vmbra (Sap.2.5.) somniũ vanitas & nihil.*] Maldonatus aliter probat; nisi abiectionis nomen esset, alios quoque aliquando illum sic compellaturos fuisse. Hinc patet adagij vim habere; *filius hominis*, sicut habet apud profanos *terræ filius*: & sicut in sacra Scriptura CHRISTVS se vocat *vermem & opprobrium hominum*, *Psal.*21.7. Maldona. Filius hominis. Terræ filius, adagia.

Cæterùm præsuppositâ hac vocis demissionali humilitate, alia ratione CHRISTVS de se, aliâ verò angeli de prophetis illis duobus eam vsurparunt.

CHRISTVS variis de causis prima redditur, id dicere vt ostenderet se illum esse, quẽ prophetæ humanam naturam assumpturum prædixerant, & filium hominis appellauerant. sic Epiphan. contra Noëtianos *hæresi.* 57. & Theodor. *in Dan. cap.* 7. respicientes ad Dan. locum *c.7.v.13. & ecce in nubibus cœli, quasi filius hominis veniebat.* vbi tamen nõ video prædici sic vocandum, sed apparuisse similem homini. nã illud *quasi filius hominis*, id est quasi homo. q. d. cùm reuerâ esset homine superior, & verè Deus; tamen per omnia similis erat hominibus, & veram habebat hominis naturam. Solent enim sæpe addi huiusmodi particulæ, vt tacitè significetur aliquid præstantius latens in eo cui additur; vt *Philip.cap.2.v.7. in similitudinem hominum factus.* Itaque à Daniele *d.v.*13. nõ capitur *filius hominis* sicut capitur in Euangelio, quando se CHRISTVS vocat filium hominis: sed à Daniele ponitur absolutè pro homine: quod patet, quia sine articulo vsurpauit. ita Ribera Epiphan. Theodor. Locus Danielis. Canon, de quasi, in similitudinem, &c.

in Danielem.

II Ratio. Secunda ratio redditur, sic ostendere voluisse, se licèt sit ex virgine, sine patre nàtus, ex Adamo tamen originem duxisse. Sic Nazianzenus *orat. 4. de Theolog.* videtur alludere ad Hebræum *Ben-adam*: & in hanc coincidit aliorum ratio, vt ostenderet se veram carnem assumpsisse, & verum hominem esse, licèt ex virgine sine patre natus esset. sic Tertullianus *libro de carne Christi.* Irenæus *lib. 3. cap. 18.* & licèt verus esset Deus, voluisse tamen sic diuinam ab humanâ natura distinguere, vt notat S. Augustin. *tract. 25. in Ioan. & epist. 174.*

Nazianz. Tertull. Irenæus. S Augustin.

III. Tertia moralis est, vt sic cõmendaret ipso nobis nomine, quid misericorditer pro nobis dignatus fuerat esse. S. Augustin. *lib. 2. de consen. Euangelist. cap. 1.* vt nos ad amorem sui commemoratâ naturâ communi, & fraternæ adoptionis dignatione; & ad imitationem tantæ humilitatis excitaret, qui Deo Patri æqualis, hominibus propter nos subiici voluit; *qui cùm in formâ Dei esset, nec rapinam arbitraretur se esse æqualem Deo*, nostrâ tamen causâ *semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, & habitu inuentus, vt homo*, *Philip. 2. v. 6.* notat Maldona. ad *v. 20.*

Maldona.

Ezechiel verò cur *filius hominis* dictus vt & Daniel: nam de Zacharia (licèt in 8. *cap. Dan.* id D. Hiero. scripserit) nusquam reperio. Non quia hi figura Christi: nam & alij fuerunt, quorum nulli hoc nomen datum. Nec sufficit dicere, hos duos sic vocatos, sed sine articulo: cur enim, hi tantùm sic sine articulo, & non alij? S. Hiero. scribit; *Crebrò ad Ezechiel dicitur, Fili hominis, & ad Daniel; rarò. quorum vterque in persona eius, qui dixerat; Filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet, captiuum populum consolatur, & retrahit ad pœnitentiam*, &c. Sed non videtur hæc causa difficultatem tollere: nam conuenit etiam aliis prophetis, qui & ipsi sæpe populum in CHRISTI persona consolabantur, vt Esaias, & Ieremias: & parum refert quod in Babylone factum. Itaque idem S. Hieronymus *in cap. 8. Danielis*, aliam reddit rationem, id his duobus esse peculiare; ne quia sæpè inter angelos se esse cernebant, & cum illis familiariùs loqui, in superbiam eleuentur, & se angelicæ vel naturæ, vel dignitatis esse opinarentur. sic etiã Theodoretus; & ex Rabbinis, solitus nostrorum bona dicta suffurari, R. Dauid Kimhi; & Pradus hîc, & Emanuel Saa: verùm hæc sententia Riberæ displicebat, nec vnquam mihi satisfecit. Num Daniel & Ezechiel cæteris arrogantiores fuerũt, & minùs naturæ suæ vilitatem perspectam habuerunt? cur maius illis, quàm cæteris periculum? præclaram atque excellentem visionẽ Dei his obtigisse non negauerim: sed non minùs illustrem puto illam Isaiæ *cap. 6.* oblatam, cùm vidit Dominũ sedentẽ super solium excelsum, & Seraphim clamãtes, *Sanctus, Sanctus, Sanctus*, &c. Ioann. Maldonatus sequebatur Abraham Esdræ filium: vocari *filium hominis* Ezechiel, quia semper cum angelis loquebatur; qui eum, vt à se, qui homines non erant, sed videbantur esse, distinguerent, *filiũ hominis* appellabant. Nec enim ipse se, sed eũ angeli sic vocãt. Quæ responsio quo ad Ezechielem satis probabilis est, apud quẽ etiam angeli cùm inuicẽ loquuntur, & ideo distinctio hæc adhibita, vt verba eorum ad inuicem, à verbis eorumdem ad Ezechiel separentur.

D. Hier. Theodor. R. Dauid Kimhi. Pradus. Saa. Ribera. Maldon.

Meo tamen iudicio adhuc apertior est in Daniele; cuius Maldonatus

natus non meminit: ipse tamen ab angelo quoque, semel *Filius hominis* nominatur *cap.*8.*v.*17.vbi *v.*13. vnus angelus alteri angelo loquitur, qui respondet loquenti *v.* 14. & mox angelus vnus compellans nominatim Gabrielem *v.*17. iubet vt Danieli visionem explicet: Gabriel verò id faciens, ait Danieli, *Intellige fili hominis*, &c.q.d.ô homo accipe quod optas scire.Franciscus Ribera. Ribera putabat aliam esse rationē quæ certè pia & deuota est: Nēpe peculiarem in Ezechiele causam reperiri, cur solus toties appelletur *filius hominis.* Attendebat ei nō ante hoc nomē impositū, quàm vidit Deum in specie hominis: ideo verisimile esse, cùm in illâ hominis specie Dei filium videret pro nobis hominem futurum,mirâ quandam & inusitatam dulcedinē illius animo, ex tanti mysterij prænotione & similitudine infusam fuisse, & ingens quoddā atque inflāmatū in eo desiderium relictum incarnationis filij Dei, & amorē eximium verbi quod futurum erat *Filius hominis*: vt his causſis *filius hominis* ipse Ezechiel toties vocari meruerit, quasi ardens amator CHRISTI, & redēptionis eius valdè particeps futurus.Quemadmodū Daniel ab ardēti desiderio salutis & libertatis populi sui dictus est *vir desideriorū*, *Dan.*9.& 10.cùm tamē reliqui prophetæ, & præsertim Isaias & Ieremias eo desiderio non carerent. Ac propterea idē Ribera arbitrabatur Ezechielē nequaquā in faciē suam concidisse exanimatum (ait enim, *& vidi & cecidi in faciē meā,& audiui vocem loquentis*, quā exanimatus nō audiuisset:) sed præ magnâ lætitiâ,& præ magna reuerentiâ, vt Deum tam misericordem erga hominum genus adoraret. Ideo dixit: *& vidi Deū*(haut dubiè quin in specie hominis) *& cecidi in faciē meā.* Ita de Abrahā,cùm ei præter spem filius promissus esset ex Sarâ vxore,legimus *Gen.*17.17.*cecidit Abrahā in faciem suam,& risit in corde suo dicens, Putásne centenario nascetur filius?* Et fortè tale aliquid cōcepisse credēdus Daniel,cùm dictus est *filius hominis*(licèt minus vehemens, quā Ezechiel) vidit siquidem etiam speciē viri,in qua CHRISTI incarnationēveneratus est,ait enim:*Ecce steterat in cōspectu meo,quasi species viri, Dan.* 8.Quamuis etiam dici possit, Danielē ibi vocatū *filium hominis:* quòd reuerâ se hominē esse ostenderit,non intelligendo visionem & quærendo intelligentiam: est enim hominis propria ignorantia,& appetitio sciēdi.*Factū est autē*(inquit) *cùm viderem ego Daniel visionem,& quærerem intelligentiā*, &c. Et ideo fortè dictum est ei, *Intellige fili hominis*,&c.Hæc omnia Ribera in nō editis cōmentariis. Quæ tamē(verum vt dicā) mihi non planè satisfaciunt. Nam nec satis distinguunt homines ab Angelis, cùm nec Angeli aliter quàm per reuelationem huiusmodi mysteria intelligant: & tamen auent intelligere: & etiam inferiores à superioribus doceantur,illuminenturque.Nec illud cōstare possit, de vehementiori affectu Ezechielis quàm Danielis: vel horum duorum quàm Isaiæ & Ieremiæ. Quare dum meliora Deus dederit, amplector Maldonati responsionem simpliciorem & periculi magis expertem.

Hominis propria ignorātia & appetitio sciēdi.

IBIDEM VERS. III.

ADAG. Dcccxci. Gentes apostatrices.

Gentes apostatrices.

LXX. τὰς παραπικραίνουσας. Chaldæus clarè explicat vim significationis: *ad populos rebelles*

qui refractarij sunt verbo meo. nã hoc Hebræa denotãt, *hamoredim mardu* המרדים מרדו illud quod Lxx. verterunt (ait S. Hieronymus) *irritãtes me*, siue *ad amaritudinẽ prouocantes*, significat, quòd Deus benignus & dulcis naturâ, nostris vitiis mutetur in amaritudinem. sed de phrasi Lxx. commodiùs postea agetur. D. Hieronym. rectissimè solet מרד *marad* vertere, *recedere*, vsurpans de discessu cum defectione seu rebellione, vt cùm seruus à Domino, subditus à Principe suo, à parte suo filius recedit, obedientiam subtrahens. sic sumit recedere 2. *Paral.* 36. 13. & 1. *Paral.* 24. 20. *Isai.* 36. 5. vbi modò *rebellãdi*, modò *recedẽdi* voce vtitur: quare noster etiam vertit *rebellare* 4. *Reg.* 18. *v.* 7. *Rebellauit quoq; contra Regẽ Assyriorũ*: & vt hic apostatrices, sic *Iob.* 24. vertit *rebelles lumini*. Notandũ verò vel hinc apparere, quã turpe crimẽ sit rebellio propter quã Iudæi, quos Sacer sermo solet Gentibus opponere; גוים *Goim*, *Psal.* 2. 1. & *Gal.* 2. 15. nõ populus Dei sed *Gentes* vocãtur: vt & apud *Micheam* 1. simpliciter & per contemptum *populi*; & apud *Isai.* 1. *populus Gomorræ*, hoc est rebellis.

Rebellio quam turpe crimẽ.

Secundò notandum מרדים hîc esse tẽporis præsentis, & significare inueteratam cõsuetudinẽ, & quasi versam in naturam; scilicet solitos recedere à Deo: quare meliùs noster *apostatrices*, quàm si *rebellantes*, aut *apostatatantes* vertisset. nã clariùs habitum & indurationem in malo expressit. Probatur illud de præsenti tempore. *Psal.* 79. 1. *Qui regis Israel intende, & deducis velut onem Ioseph.* qui semper consueuisti & officij tui esse ducis. *Psal.* 93. 10. *Qui doces hominẽ scientiã.* Ioan. 1. *v.* 9. *qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundũ* & *v.* 29. *qui tollit peccata mũdi.* Cõuenit itaque adagiale conuicium, in omnes peccatores, inolitæ malitiæ, quos sacra Scriptura solet vocare *filios Belial* (vide suprà;) sed proximè in illos, qui deficere soliti, vt gentes, & oppida, & sectæ quædã cæteris seditiosiores. *muytmakers duer den hals*, dicunt Belgæ: vt in illo celebri gentis dicterio,

Canon de præsenti tempore

Adagij applicatio.

Die te Gendt is geboren,
Ende tot Vtrecht lach ter scolen,
Ende te Lueyck leerde syn VVals,
Hy is een muytmacker duer dẽ hals.

Idem significat quod *v.* 5. & passim repetit, *domus exasperans*, מרי quod similiter Lxx. παραπικραίνον. gens rebellione & peccatis suis ad bilem Deum prouocans.

IBIDEM VERS. VI.

ADAG. Decretũ Cũ scorpionibus habitas.

Cum scorpionibus habitas.

Lxx. ὅτι μέσῳ σκορπίων σὺ κατοικεῖς. Chaldæus; *in medio populi cuius opera similia sunt scorpionibus, tu habitas.* לעקרבין Hebraicè etiã habetur; *ghakrabim*, עקרבים. Miror cur recentiores tam hîc amantes sint spinarũ. scio molestos ob nequitiã & rapacitatẽ homines *spinas* vocari posse, quia iuxta Plautum, *quod tetigere, illicò rapiũt; si eas ereptũ, scindũt:* sed cùm in sacra Scriptura sexies עקרב reperiatur, reuerà nullus locus est, qui cogat de spinis intelligere. D. Hieron. semper vertit *scorpiones*. In Numeris, Iosue, Iudicũ historiâ, *ascensus scorpionis* vocatur locus ab animalculorũ frequentiâ: in Regũ & Paralip. libris genus flagelli vocatur *scorpio*, non quòd confectũ ex spinosis virgis; sed quia aculeos ferreos habebat instar caudæ scorpionis (vide suprà) sicut & à teli formâ teli genus scorpius, 1. *Mach.* 6. 51. sed *Deuteron.* 8. 15. & hoc loco meliùs accipitur de animali iuxta primariam significationem. Nam de

לעקרבין

Spinæ qui rectè vocentur.

D. Hiero.

Ascensus Scorpionis.

Scorpio flagelli genus: tẽ, teli genus scorpius.

de ſpinis ipſimet recentiores præcedentia capiunt, nempe *Sallonim* סלונים æquè infœliciter, cùm
Lxx. ſignificet (vt patet ex Lxx.) ſudes terræ infixas ſed exſtantes, in quas currentes impingunt; & ideò optimè Hieronymus hîc *ſubuerſores*, & *Ezech.* 28. 4. Offendiculum, pro ipſo
Theodoretus. offendente, qui eſt (vt ait Theodoretus) impietatis exemplar: & de ſpinâ ibi ſubditur, *ſpina dolorem inferens.*
Pradus. Quare miror Pradum dixiſſe poſſe nos etiam Latinâ voce conſentiente per Scorpionem intelligere ſpinam. Fefellit illud triuiale de virgis ſpinoſis. Verùm licèt virgæ tales vocarentur ſcorpiones; qualis foret ſenſus habitare cum talibus virgis? Maneat ergo de animali agi, & ſolere ſacram
Sacræ ſcripturæ cõſuetudo. Scripturam pro moribus cuiuſque nomina imponere ferarum. Alibi vocantur *viperarum genimina, vulpes* alibi hîc *Scorpiones, qui poſſint* (ait Hieronymus) *ferire, qui armato percutere vulnere, & aculeo fiſtulato, vt eadem plaga & cutem aperiat, & venena diffundat.*] Simul ergo notatur crudelitas, vis, perfidia, & ſolertia ad nocendum; maximè quãdo ſpecie amicitiæ rancor fouetur, & palpo venenum occultur, ſem-
Plinius. per paratis clam ferire. Plinius *lib.* 11. *cap.* 27. multa de ſcorpionibus. huc ſpectant illa; *ſemper cauda in ictu eſt, nullóque momento medsiari ceſſat, ne quando deſit occaſioni. Ferit & obliquo ictu & inflexo. Venenum*
Apollodorus. *ab iis candidum fundi. Apollodorus author eſt.* maximè metuendus cùm retrocedit. quàm metuendus indicauit Lucilius,
Lucilius.

Muſcipula vt ſentes, atque Scorpius
caudâ ſublatâ.

Tertull. Tertullianus hæreticos ſimiles Scorpio docens, librum contra Gnoſticos inſcripſit *Scorpiacũ*, eius initio iſta ſunt verba; [*Magnum* de modico malum terra Scorpium ſupputat; tot venena, quot ingenia; tot pernicies, quot & ſpecies; tot dolores, quot & colores Nicander ſcribit & pingit: & tamẽ vnus omnium violentiæ geſtus, de caudâ nocere. quæ cauda erit, quodcumque de poſtumo corporis propagatur & verberat. Proinde ſcorpij ſeries illa nodorum venenata, intrinſecus venula ſubtilis, arcuato impetu inſurgens, hamatile ſpiculum in ſummo tormenti ratione reſtringens. (vnde & bellicam machinam, retractu tela vegetantem; de ſcorpio nominant.) Id ſpiculum, & fiſtula eſt patulâ tenuitate in vulnus, & virus, *quâ figit, effundit.* &c mox hæreticis accommodat, quod facillimum. D. Hieronymus ob perfidiam Ruffinum ſolet vocare *ſcorpium.* Idem Vigilantio impingit, Valentinianis etiã Epiphanius, *hæreſi* 31. Sic Apuleius de quodam, *quem* (ait) *Scorpionem de morum acritudine vulgus appellat.* Dæmones quoque in ſacra Scriptura vocari *Scorpiones*, docet Tertullianus lib. 4. *aduerſ. Marcion. cap.* 24. & exequitur Viegas *in Apoc. cap.* 9. *comment.* 2. *ſect.* 12. Vbi elegãtiſſimè oſtendit omnibus hæreticis maximam in rebus ferè cunctis cum ſcorpionibus affinitatem intercedere. S. Gregorius hîc *hom.* 9. vult per *Scorpiones* denotari ſubdolos & occultos detractores, *qui quibus in faciem contradicere non præſumunt, ex occulto vulnus derogationis inferunt, & occultis machinationibus feriunt.* Denique Eccli. 26. v. 10. mulier nequam ſcorpio comparatur, quia blandiens occidit, & nouiſſima eius ſunt amara ſicut abſynthium.

Accõmodatio D. Hiero. Ruffinus.
Vigilantius.
Valentiniani.
Epiphanius.
Apuleius.
Dæmones dicti ſcorpiones.
Tertullianus.
Viegas.
S. Gregor.
Mulieris nequam cum ſcorpio comparatio.

ADAG. DCCC XCIII. Vt adamãtẽ, &c.

EX CAP. III. VER. IX.

Vt adamantem & vt silicem dedi faciem tuam.

DIxerat; Iudæos esse durâ fronte, seu fortes fronte, quod noster rectè expositit *attritâ fronte*, hoc est, nescios erubescere: ne deterreatur à munere propheta, subdit nihilominus prævalituros; sicut cùm arietes cornicantur, prævalet cuius frons fortior est. Possunt Hebræa; *Kescamir chazaq mitzor* כשמיר חשק מצור *sicut adamantem silice fortiorem dedi*; Chaldæus, *vt adamantem fortiorem petrâ, sic dedi frontem tuam fortiorem*, &c. Tunc vna esset comparatio, faciei & adamantis, & altera silicis & adamantis, & diceretur facies tanto durior adamante, quanto hic silice. Lxx. nullam *adamantis* mentionem habent, sed tantum πέτρας. Reuera tamen Hebraicè est שמיר & *Tzor* quorum posterius & *petram* & *silicem* significat. B. Hieronymus *Mi* pro *Ki* censuit positum: ad sensum nihil attinet. Semper robur inuictum adagio significatur, nec inuicta tantùm, sed victrix constantia. Silex enim percussus ignem emittit; adamas ferramenta quibus scalpitur, retundit & perdit: sic illis euentura omnia aduersa, si conentur prophetæ iniuriam inferre; nã malo domandos, & igne irę diuinæ consumendos. Nugantur Rabbini quidam de animalculo fictitio. שמיר *Zachar.* 7. 12. *Cor suum posuerunt vt Adamantem.* Prophani durissima quæque vocant *Adamantina*. Hesiodo & Pindaro dicitur, θυμὸς & καρδία ἐξ ἀδαμαντος, *animus & cor ex adamante*; Plutarcho τυραννὶς ἀδαμαντίνη, Smyrnæo *ara-trum*, Oppiano *gladius*, Horatio *tunica Martis*, & *claui necessitatis*, Virgilio, *columna*, Apuleio *fores*, Manilio *Cathene*, Claudiano *parcarum decreta* dicuntur *adamantina*. Nos de adamante plura suprà.

Chaldæus.

Rabbinorũ nugæ.

Adamantina dicta quę durissima Hesiodus. Pindarus. Plutarch.

Smyrnæus.

Oppianus Horatius. Virgilius. Apuleius. Manilius. Claudianus.

ADAG. DCCC XCIV. Baculus panis.

EX CAP. IV. VER. XVI.

Baculus panis.

COnteram (ait) *baculum panis in Ierusalem.* Hebr. est *Matchlechem* משה לחם. Chaldæus exponit, *sustentaculum cibi.* Nam Hebræis *panis* pro quouis alimento. משה (ait Hieronymus,) prima Aquilæ editio *baculum*: secunda & Symmachus Theodotióque στήριγμα, id est *firmamentum*, & Lxx. στήριγμα, id est *firmamentum.* Adagio significantur robur & vires, quæ alimento commodo tribuuntur; potissimùm pane qui valdè nutrit, & vt ait Dauid *Psal.* 103. 15. *Cor hominis confirmat.* Nam (ne quid dissimulem) præstat panem strictè accipere, cum Prado & Riberâ, vt baculus panis, sit idem quod sustentaculum, & fulcimentum, quem scipionis instar, homini aliàs ruituro præstat. Ideo *Isaiæ* 3. 1. *Auferet omne robur panis, & omne robur aquæ* (vbi est משען *masgban, fulcrũ*) & Psal. 104. 16. *Vocauit famem super terram, & omne firmamentũ panis contriuit*, Leuit. 26. *Trademini in manus hostium, postquam confregero baculum panis vestri.* Hinc intelligitur illud psal. 71. 16. *Erit firmamentum in terrâ in summis montium*, vbi Lxx. vt hîc, στήριγμα, hoc est in summis & incultis montibus qui steriles esse solent, erit magna frumenti copia. Pertinere ad Eucharisticum panem eruditè illic Genebrardus ostendit: licebit ergo de illâ

Chaldæus.

Panis pro quouis alimento. Hieronymus. Aquila. Symmachus Theodotio.

adagii interpretatio.

Adagij vſus.

illâ vſurpare inuitis Caluiniſtis. Sic etiam *cap.* 5. 16. *conteram in vobis baculum panis*, & c. 14. 13. *conterã virgam panis eius.* Hebr. eſt idem vocabulum.

ADAG. DCCCXCV.

EX CAP. VII. VERS. II. ET VI.

Finis venit, &c.

Finis venit, venit finis.

Chaldæus D. Hiero. Vatablus.

LOcutio de ſupremo exitio, iam iam imminenti. Chaldæus, *Finis peruenit, peruenit vltio finis.* Sic D. Hierony. de iam ingruenti captiuitate. Sic & Vatabl. & alij.

ADAG. DCCCXCVI.

IBIDEM VERS. V.

Afflictio vna, &c.

Afflictio vna, afflictio ecce venit.

רעה אחת רעה הנה נבאה *Raghah Achath Rabhah Hinnah Naah.*

LXX. Theodotion. Hieron. Symmachus

Κακία μία, κακία ἰδοὺ παρέστιν. *Malitia vna, malitia ecce adeſt.* Sic non Lxx. qui hoc omiſerunt, ſed Theodotion teſte Hieronymo. Symmachus κακοποιία. *malitia* porro ſumetur pro afflictione.

Malitia pro afflictione.

Vna eſt interpretatio adagialis Chaldæi, *Malum poſt malum ecce venit.* Qua ſignificatur, non ſolere vnum infortunium incomitatum venire. Quare dicunt Hiſpani, *Bien vengays mal, ſi venis ſolo.* Quaſi dicant, malum vnum alterius mali præmuncium eſſe. Seneca *in Furente*,

Seneca.

Nulla lux vnquam mihi
Secura fulſit. finis alterius mali
Gradus eſt futuri.

& in Oetæo;

Semel profectò premere fœlices
Deus
Cùm cœpit, vrget.

Philetas;

Philetas

οὐδ' ὅστις μοῖρά τίλ(ε)ται τι κακῶν φέρει
ἀλλὰ φέρουσιν
ἴμπεδα, κἠν τοῖσιν ἄλλα προσαυξάνεται.
Nec mihi Parca malorum finem adfert, ſed manet
Conſtanter, & præſentibus accreſcunt alia.

Catenæ inſtar infortunia.

Catenæ inſtar ſunt infortunia, maius ex magno, aliud ex alio gignitur. Homerus Iliad. π. verſ. 3. πάντη δὲ κακὸν κακοῦ ἐξήεικτο.

Et Iliad. τ. v. 290.

Sophocles Antigonâ 691.

Euripides Andromacha 464.

Idem Troade 580.

Idem Oreſte 980.

Alia interpretatio.

Alia eſt interpretatio D. Hier. ſignificari extremã, omnino vaſtantẽ perdentemque, quã alia nulla conſequatur, afflictioné. Sic certè 1. *Reg.* 26. *Nunc ergo perfodiam eum lanceâ in terra ſemel, & ſecundo opus non erit.* & Nahum. 1. ver. 9. *Conſummationem ipſe faciet: non conſurget duplex tribulatio.* Vnica totum abſumet, non erit opus alia. Hæc poſterior magis placet Riberæ & Prado. Sanè cõfirmat quod ſequitur, *venit contritio ſuper te.* Nam *contritio* ſumenda pro conſummatione ſiue (vt ſic dicam) ſummâ malorum omnium. Idque per metaphoram floris germinantis ex folliculo, ſiue folliculum ſuũ perrumpentis, & ſe protrudentis in frondem & in folia explicantis. Hebraicè eſt צפירה *Tſephirah*, quod Pagninus vertit *ſententiam*, Leo Iudas *coronam*, Arias *cidarim*, Clarius *frondationem*, alij *mane*. Sic recentiores ex incertis omnia reddunt incertiora. Chaldæus vertit *regnum renelatum*, *malcoutha*, non *coronam*. Sed ille perperam de Nabuchodonoſore. Theodotion & Lxx. ἐξῆλθεν ἡ πλοκή, *Egreſſa eſt complexio*. Fateor

Ribera. Pradus

Contritionis acceptio.

Pagninus. Leo Iudas. Arias. Clarius.

Chaldæus.

Theodot. LXX.

teor Hebræam vocem etiam significare *coronam*, vt noster vertit illud Isa. 28. *In die illâ erit Dominus corona gloriæ & sertum exultationis.* Hoc loco *corona* deberet accipi per irrisionem pro cumulo malorũ in vnum collectorum, vndique Iudæos cingentium, & quidem caput eorum Hierosolymam coronantium instar floris folia sua explicãtis. Quod verò Aquila reddidit προσκόπευσιν, id est *contemplationem* siue *prospectionem*, id fecit non ad verbum, sed ad sensum, ponens contemplationem, pro re contẽplata; hoc est excidio quod pauida ciuitas semper prospectabat. D. Hieronymus in textu & in commentario legit, *contractio*, q. d. abbreuiatio temporis præscripti. Si legisset *confractio*, sensus esset qui nostræ lectionis, cuius quã dixi interpretatio est infer. *egressa est contritio, floruit virga, germinauit superbia.* Nam supplicium imminens indicatur, virgâ florente, vt bene Pineda *in Iob. 21. v. 9. nu. 2.*

D. Hiero.

ADAG. DCCC XCVII. Qui emit, &c.

IBIDEM VER. XII.

Qui emit non lætetur & qui vendit non lugeat.

INdicatur breuitas & incertitudo possessionis atque dominij de re statim periturâ. quò pertinet illud Apostoli. 1. *Cor. 7. Hoc itaq; dico fratres, tempus breue est: reliquum est, vt qui habent vxores, tanquam nõ habentes sint, & qui flent, tanquam non flentes; & qui gaudent, tanquam non gaudentes; & qui emunt tanquam non possidentes; & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur: præterit enim figura huius mundi.*]S. Hieron. explicat. *naturale est in possessionũ emptione lætari, in venditione lugere. Cùm autem instet seruitus atque captiuitas, & gaudium & tristitia in vtroque sunt vana*, Theodoretus: *omnes enim in eadem mala incident suspirantes atq; gementes.*

S. Hieron.

Theodor.

IBIDEM VER. XVI.

ADAG. DCCC XCVIII. Quasi columbæ conuallium.

Quasi columbæ conuallium.

HEbraicè est הגאיות *haggeaioth* quod *valles* significare fatentur recentiores, & confirmat Chaldæus. Constat, magnum timorem & trepidationem indicari. Lyranus cum Iarrio vult significari columbas quæ ex conuallibus aucupum metu se ad montes receperunt; nam illud in montibus refert ad columbas ipsas, non ad Iudæos. Contrà D. Hieronymus ad Iudæos, & vult dici in ipsis montibus ad quos confugerint, fore similes trepidatione columbis, quæ quamdiu in conuallibus sunt, semper pauidæ ad singula sunt, & gemũt. Hoc haud dubiè aptius est, & magis fortè quod Ribera censuit agi de columbis quæ solitæ in montibus degere, sed instante imbre & ingruente tempestate, altiora loca deserunt, & se in conualles, vt tutiora & minùs expósita aëris iniuriæ loca recipiunt. Si in montem cõuolassent, non erat cur columbæ conuallium vocarentur: non solent enim in conuallibus habitare, quasi in loco sibi proprio, aut aptiore domicilio. Quod de tẽpestate fugientibus notat Virgilius *Æneid. 2.*

Chaldæus

Lyranus. Iarrius.

Hieron.

Ribera.

Hîc Hecuba & natæ nequicquam altaria circum;
Præcipites atra ceu tempestate columbæ
Condensæ, & Diuûm amplexæ simulachra

mulacra tenebant.

Quid *præcipites?* nisi quæ ad conualles de montibus cum impetu præpetes deuolarunt? sic alibi, *Præcipites cælo lapsa.*

Lxx. Hoc totum de columbis à Lxx. prætermissum monet D. Hieronymus, & deest Vaticanis libris: in aliis vt Cõplutensibus & Regiis positum ὡς περιστερὰ μελετῶν. *vt columba meditans.* quod legerunt Apollinaris, Theodoret. & alij Græci; sed ex Theodotione, qui fortè legit, vt putat Pradus, *Mahgoth* מהגות à voce *Hagag*, quæ *meditari & mussare præ timore* significat, & hoc columbæ attribuitur *Esai.* 38. 14. *meditabor vt columba.* Certè timentium est meditari & gemere. *Isai.* 33. 18. *Cor tuum meditabitur timorem,* id est mussitare & gemere te coget præ timore. Chald. quod noster dixit *trepidi*, gementes interpretatur, Hebraicè est הומת *Homoth*: idem fecisse Theodotionem testatur S. Hieronymus.

Apollin. Theodor. Theodor. Pradus.

ADAG. DCCCXCIX. Omnes manus, &c.

IBIDEM VER. XVII.

OMNES MANVS DISSOLVENTVR ET OMNIA GENVA FLVENT AQVIS.

ELegantissima periphrasi vasti & efficacis timoris, quam simili adagio Galli exprimunt, quo ad aquas pedum: Lusitani crassius; non dicam, notum vulgo. De signo, ex his membris petito, Isaias 35. 3. *confortate manus dissolutas, & genua debilia roborate.* Paulus, *ad Hebr.* 12. 12. *Soluas manus & debilia genua erigite.* Sed illic de genibus nihil peculiare, præ cæteris membris, nisi quòd hæc solita quasi supernata pauidum, maximè fugientem deserere. Timor enim omnia membra præsertim, quæ mortui subseruiunt, quasi gelu constricta, consueuit torpore multare. Timor compellit spiritus ad cor, angustiâ quasi oppressum, sic sanguis in cæteris membris, frigescens torpet, & homo redditur pugnæ minùs idoneus, & fit vt nequeat hostibus resistere.

Simillimus huic adagioni est Ieremiæ locus *cap.* 21. 7. *Quia venit (hostis) & tabescet omne cor* (pauore) *& dissoluentur vniuersa manus, & infirmabitur omnis spiritus, & per cuncta genua fluent aquæ.* quæ aquæ? respondet S. Hieronymus hîc, [Pro *genibus aquis fluentibus,* Lxx. transtulerunt, *femora polluentur humore* (μηροὶ μολυνθήσονται ὑγρασίᾳ) pauoris magnitudine vrina polluet genua: nec valebit profluentes aquas vesica *cohibere.*] & iisdem verbis subdit *cap.* 21. ista [*Naturale* est enim vt timore cogente vesica laxetur, & aduersus hominis voluntatem humor defluat. Quod quidem & in humorum magnitudine accidere solet, vt postquam vires defecerint ægrotantium, non solùm genua, sed & lecti *polluãtur.*] Anselmus, Liranus, Clarius, Theodoretus, Polychronius, & alij Græci Hieronymo consentiunt; qui ibidem quendam reprehendit (Origenem opinor) ad seminis fluxum ista referentem, ineptè; vt & ad sudorem retulerunt non bene Vatablus & Seranus. an genua magis sudant, quàm tempora? aut an metu genua sudant? vidi, quod Hieron. ait in canibus, & simiis metu perfici. Chald. hîc cæteris consentit, sed *d.v. 7. cap. 21. genua defluent sicut aquæ,* hoc est planè soluentur, iuxta illud Maronis,

S. Hieron. Lxx.

Anselm. Liranus. Clarius. Theodor. Polychronius. Origenes.

Vatablus. Seranus.

Virgilius.

Extemplo Æneæ soluuntur frigore membra. sicut dicunt Hebræi, *cor liquescere aut solui, Iosue* 5. 1. & 14. 8.

ADAG. DCCCC. Aurũ eorum, &c.

IBIDEM VERS. XIX.

Aurum eorum in sterquilinium erit.

Vsus adagij.

SIc loquebantur vulgò, quando volebant significare ea quæ in summo pretio habebantur, pro vilissimis & maximè contemptibilibus reputanda. q.d. non pluris fiet, quàm sterquilinium. Chaldæus, *Aurum eorum erit in contemptum.* Chaldæus. Lxx. eodem modo explicant, τὸ χρυσίον αὐτῶν ὑπερορᾶται. cõtemnetur. Hebraicè *Leniddah* לנדה in elongationem seu remotionem. Sed sic vocabant ipsam immunditiam, quam qui tangit pollui censetur, maximè menstrua & menstruatas. Ideo nostet optimè *sterquilinium.* Sic leno dictus Plauto,

Tu lutum lenonium
Commistum: eho tu sterquilinium publicum.

Quod hîc dicit *in sterquilinium, v.* 20. ait, *in immunditiam,* hoc est, abiiciant in plateas tanquam rem spurcissimam, Symm. *in nauseam.* Lxx. εἰς ἀκαθαρσίαν, Chaldæus sicut hoc loco. Nam est eadem vox Hebræa. *Iob* 20. 7. De superbo; *quasi sterquilinium in fine perdetur.* Sic *Psal.* 82. 11. *facti sunt vt stercus terræ.*

Symmachus.

ADAG. DCCCCI. Hæc est lebes, &c.

EX CAP. XI. VERS. III.

Hæc est lebes, nos autem carnes.

MAlè Complutenses & Regij libri, *hic est:* Hierusalem enim quasi digito designatur. Ideo Lxx. αὕτη. & Chaldæus, qui aperit sensum paræmiæ; *Ipsa est reputata nobis, quasi lebes, & nos reputati sumus in medio eius sicut caro, quæ coquitur in medio lebetis.* Sed non aperit vsum adagij. Verisimile est tum temporis diuersas fuisse sententias Hierosolymitanorum, quando Ieremias minabatur obsidionem & excidium vrbis. Minatus illis fuerat, *Ollam succensam ego video, & faciem eius à facie Aquilonis.* Ierem. 1. 14. Conueniebant ergo in eo, hanc ollam esse Hierosolymam. Chaldæos verò eam succendentes. Qui ergo nolebant se Chaldæis submittere, illi ridebant Prophetam, dicentes *esto sit olla* (Hebr. hîc est סיר *Hasir*) seu *lebes*; certè ærea est & noua, domibus & munitionibus recèns exstructis: nos in eâ ad senectutem vsque tuti commorabimur, nec enim fas est victimæ carnes donec plenè decoquantur vt sint esui aptæ, inde extrahi 1. *Reg.* 2. interea lebes illas tutatur: ita capiunt Theodoretus & alij scholiastæ Græci, item Serranus, Pintus, Vatablus, Clarius, Liranus, & Iarrius, & confirmatur eorum dicterio infrà. *cap.* 12. 22. *In longum differentur dies, & peribit omnis visio.* Cõfirmant hanc etiam quæ subduntur 11. *v.* 11. *Hæc non erit vobis in lebetem, & vos non eritis in medio eius in carnes.* deseretis illam metu perculsi, & foris gladio hostili occumbetis. Contratendebant, qui Ægyptum respiciebant, & eò fugere meditabantur. Non ita est, inquit, si ciuitas ollæ firmæ instar est, nos carnium; quin potiùs præuenimus periculum, & vrbem deserimus antequam vt in lebete decoquamur. Vtroq; modo possent per se sumpta verba exponi, & posterius hoc innuere videtur D. Hieron. & Origenes M.S. Nisi exponas eorum dicta cum Prado ironicè, q.d. esto, hoc dixerit Ieremias, & esto verum foret, præstabilius tamen nobis foret cum patriâ in ipsâ patriâ incendio absumi, quàm foris exules

Lxx. Chald.

Theodor. Serranus. Pintus. Vatablus. Clarius. Liranus. Iarrius.

Hieronym. Origenes.

Prado.

exules & fugitiuos hostili gladio necari: Sed nihil tale metuendum: facilè vim hostium sustinebimus. Procella ista celeriter transibit, & cùm pertransierit, non assumet nos *Isai.* 28. 19. iuxta LXX.

Vsus adag. Bij. Vti ergo poterimus de arctâ & periculosâ in bello obsidione.

ADAG. Dcccclx. IBIDEM VERS. XIX.

Via vna. *Via vna, seu, cor vnum.*

EXplicui suprà.

ADAG. Dcccclxj. Cor lapideum, &c. IBIDEM.

Cor lapideum & cor carneum.

COnstat *cor lapideum* semper sumi in malam partem, de duro & præfracto animo, qui silicibus similis flecti nequeat. sic enim Ouidius,

Natus es in scopulis, nutritus lacte ferino,
Et dicam silices pectus habere tuum.

De carneo, distinctione opus est. Aliquando dumtaxat substantiam carnis significat, nec opponitur ratione virtutis, vel vitij, & tunc nec in bonam nec in malam partem: sed naturam tantùm humanam, vel sexum significat: Naturam vt 2. *Paralipom.* 32. 8. *cum illo enim est brachium carneum, nobiscum Dominus Deus noster.* Esther 14. v. 10. *prædicent carnalem regem in sempiternum.* Ephes. 6. 5. *seruiteobedite Dominis carnalibus.* Sexum, quando opponitur viro, vt *Ioan.* 1. 13. *Neque ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri,* neque ex humano semine, videlicet nec fœminæ, nec viri concupiscentiâ. Aliquando vt contraria spiritui opponitur, & tunc malum sonat, nempe imbecillitatem, sicut Spiritus vim & efficacitatem. *Isai.* 31. 3. *Equi eorum caro & non spiritus.* Roman. 7. 14. *Ego autem carnalis sum, venum datus sub peccato.* 1. Cor. 3. 3. *Adhuc enim carnales estis, cùm enim sit inter vos zelus & contentio, nonne carnales estis?* Quando denique opponitur osseo, vel lapideo, hoc est duro & intractabili, tunc significat, molle & tractabile, & persuasibile cor & sumitur in bonum, vt iisdem verbis hoc loco & Ezechiel. 36. 26. *Et dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum ponam in medio vestri; & auferam cor lapideum de carne vestrâ, & dabo vobis cor carneum.* Quæ adspiciens B. Paulus. 2. *Cor.* 3. v. 3. scripsit, *manifestati quòd epistola estis* CHRISTI, *ministrata à nobis & scripta non atramẽto, sed spiritu Dei viui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus.*] Hieronymus, *Cor lapideum,* id est, cor durum. *Cor carneum,* molle & tenerum quod possit Dei mandata suscipere. Theodoretus; *Nemo eorum, qui naturâ prudentes sunt, opinetur lapideum cor lapidis esse, sed obedire renuens, atque inexorabile, quódque Deo nolit cedere: carneum verò rursus, obediens & quod facilè cedit.* Sic etiam exponunt apud D. Paulum Chrysost. Oecumen. Theoph. Ambrosius, Primasius, cæteri.

Hieron. Theodor. Chrysost. Oecumenius. Theoph. Ambros. Primasius. ADAG. Dcccclxv.

EX CAP. XII. VER. XIII.

Extendere rete & capere in sagena.

Extẽdere rete, &c.

VIx vlla mihi nota Europæ gens est, quæ non vtatur hoc prouerbio, ad significandas insidias alicui tensas quas nequeat euadere. Potest autem vel capi coniunctim, vt *rete* & *sagena* sint idem, vel Vsus adag. Bij.

seperatim vt simul vtrumque indicetur, eum qui rete euaserit, non euasurum saltem verriculum; quod quia piscium proprium, propendeo vt vtrumque à piscatione deducam. Sed non multum id refert ad adagionis energiam. Nam metaphora esse potest à piscatione, aucupio, & venatione; quibus commune squammigerum pecus, pennipotentes volucres, & feras quadrupedes, ipsos quoque homines cùm se maximè confidunt euasuros, subitò impedicare, & includere cassibus. Singulorum testimonia præbent diuini libri. *Thren.* 1.13. de hominibus, *Expandit rete pedibus meis.* Osee 5.1. *Laqueus factus est his speculationi, & rete expansum super Thabor.* Psal. 9.16. *In laqueo isto, quem abscondérunt, comprehensus est pes eorum.* Psal. 24.15. *ipse euellet de laqueo pedes meos.* Psal. 56.7. *Laqueum parauerunt pedibus meis.* Sic enim noster vocem *Rsceth* רשת promiscuè *laqueũ* & *rete* vertit. De feris; loquens enim Ezechiel de rege Iudâ tanquam de leone ait, *& expanderunt super eum rete suum* cap. 19. 8. רשת De volucribus, Osee. 7. 12. *Expandam super eos rete meum quasi volucrem cæli detraham eos.* Ezech. 13. 20. *Ecce ego ad pulluillos vestros, quibus vos capitis animas volantes:* (alludit ad areolas, quas aucupes auibus concinnant) *& dirumpam eos de brachiis vestris: & dimittam animas, quas vos capitis, animas ad volandum. Et dirumpam ceruicalia vestra, & liberabo populum meum de manu vestra, neque erunt vltra in manibus vestris ad prædandum.* Pro *capitis* Hebraicè est venantes מצודות & pro *ad prædandum* Hebr. לְמָצוֹדָה *Limetzudah, in venationem.* Denique de piscibus, vt hoc loco nostro, & *Haba.* 1.15. *Totum in hamo subleuauit, traxit illud in sagenâ suâ & congregauit in rete suum.* Eccles. 9.12. *Nescit homo finem suum; sed sicut pisces capiuntur hamo, & sicut aues laqueo comprehenduntur: sic capiuntur homines in tempore malo, cùm eis extemplo superuenerit.* quod de subito periculo & interitu sensum esse dixeram, hinc desumpsi. Quod de halieuticâ propriè agi addiderã confirmat vox *sagena* quam noster posuit, & Lxx. σαγήνῃ μιᾷ. Et Chaldæus, בסריגתי Lxx. בסריגתי Chald. Lxx. apud Habacuc, ἐν ταῖς σαγήναις. Chaldæus autem perspicuè: *Omnes similes sunt piscatori, qui cùm ceperit piscem hamo, colligit eum in sagenâ suâ, & proiicit eum in rete suum.* Latinis σαγήνη propriè *verriculum* dicitur, quòd pisces omnes quasi verrat. Nabuchodonosorẽ piscatori, quia Babylon prope confluentes Tigris & Euphratis sita; exercitum sagenæ, quia Hierosolymitas circumdedit, & inde euertit. Retium piscatoriorum genera sic Oppianus *l.*3. *Halieut.* nominat, ἀμφιλῦστρα, γρίφους, γαζαμα, ὑποχάς, σαγήνας, σφίζας, σφαιρᾶνας, πάναγρον. Sed cur noster rete ante sagenam posuit? quia qui volunt magnam multitudinem piscium capere, & vix vllo frustrari: volent totum fluuium expanso reti per eius latitudinem occupare: & postea longè inde versus rete, verriculum attrahere, vt qui verriculo non attracti, detineantur reti; qui rete vitarunt, verriculum non effugiant.

IBIDEM VERS. XXII.

ADAG. Decccv. In longum, &c.

In longum differentur dies & peribit omnis visio.

PRæmisit fuisse prouerbium in terra Israël: vtinam nec sit hoc tempore. Nonne solẽt peccatores, quos ad pœnitentiam hortamur, metu flagelli diuini, & damnationis æternæ; sic sibi vel impunitatem

tatem polliceri? Deus tantùm nos vult minis terrere, clementior est, quàm vt exequatur: vel saltem, multùm vitæ superesse: pœnitētiæ locum non defore. sic Eccles. 6. 11. *Etenim, quia non profertur citò contra malos sententia, absque timore vllo filij hominum perpetrant mala.* sed Deus pœnas differt, vt spacium pœnitendi largiatur. *Sap.* 12. 20. *Rom.* 2. 4. & 2. *Petr.* 3. *v.* 3 Non verò quia nolit, aut nequeat vltionem exigere. Licèt *visus* sit *procul*, *tamen apparebit in finem & non mentietur. Si moram fecerit, expecta illum: quia veniēs veniet, & non tardabit. Habac.* 2. 3. Calamitatem ergo inquiebant quā prophetæ minabantur, nō magnoperè timendam, quia vel non euētura, vel post multos annos immittenda à Deo. *Dies* ergo illa insignis captiuitatis, & minarum horribilium. sic loquebantur, quia prophetæ soliti momentum illud vltionis sumendę κατ' ἐξοχὴν *diem* nominare. Amos 4. 2. *Ecce dies venient super vos, & leuabunt vos in contis*, &c. & c. 6. 3. *Qui separati estis in diem malū.* Abdiæ v. 15 *iuxta est dies Domini super omnes gentes.* Sophon. 1. 15. *Iuxta est dies Domini. iuxta est & velox nimis. Vox diei Domini amara, tribulabitur ibi fortis, dies iræ, dies illa, dies tribulationis & angustia*, &c. sic punitio quam Gedeon de Madianitis sumpsit, vocata *dies Madian.* Isai. 9. 4. vide Adag. suprà. De hoc nostro loco subditur hic v. 23. *Quiescere faciam prouerbium istud, neque vulgò dicetur vltra in Israēl.*

ex malè intellectâ vocē, quam putabant poni vt fixum, & significare eremum, seu solitudinem, forte sicuti Ionathanum. quod à mente prophetæ remotissimum est. Hieronymus vertit, & legit in plurali, sicut est Hebraicè & LXX & Aquila ἐν ἐρήμοις, Symmach. & Theodotion, *in parietinis seu ruinosis.* Subaudiunt omnes, locis; vt appareat Hebræum *charaboth* חרבות sumendū vt mobile. Iuxta Symmachum & Theodotionem, subaudiendo loca; quæ cùm deberent tueri & se in ruinā contra Dei vindictam opponere, illi per ignauiam & malitiam statione deserta hostibus aditum patefecerunt. sic accepit D. Hieronymus & Theodoretus, & sic potest intelligi etiam versio nostra & LXX. Vel (quod magis mihi placet) amplius insinuatur nempe hos non modò non defendisse vineam Dei Sabaoth (Israëlem) vt bonorum custodum erat, sed præterea populum decepisse, & adquæstum suum attēdisse, quod addit Theodoretus: nempe (vt ait Hieronymus) sicut vulpes auium domesticarum furtiuā pastione se nutriunt, sic istos prætextu vaticinij lucrum captasse, & ita ipsosmet mēdaciis suis vineam demolitos, & per loca, vnde fures arcendi, clanculum vnà cum furibus irrepsisse, & vineas depopulatos; vt ponderat Origenes, Polychroni⁹, & Scholiast. à Prado citati. Tales ergo cōparantur vulpibus in desertis vineæ aditibus. De vulpeculis quæ vineas demoliuntur, dixi *Cant.* 2. *vers.* 15. In Pseudoprophetas luerū captantes inuehitur Micheas 3. 9. *Hac dicit Dominus super prophetas, qui seducunt populum meum: qui mordent dentibus suis, & prædicant pacem: & si quis non dederit in ore eorum quippiam, sanctificant super*

Hierony. LXX. Aquila. Symmac. Theodotion.

Theodorerus.

Origenes. Polychronius. Pradus.

ADAG. Dececvi.

EX CAP. XIII. VER. IV.

Vulpes in desertis.

Vulpes in desertis.

QVIDAM libri, vt Complutens. & Regij, *in deserto.* perperam

cum prælium. En fraudē duplicem: caudâ demulcent credulos, cautiores dente proſcindunt. Dum à populo recipiant, quod comedant, cū Cerbero placantur. pacem & proſpera cuncta promittunt. ſi non accipiunt hirriunt, & latrant bellum & captiuitates minitantur. & verſ. 11. *Principes eius in muneribus iudicabant, & ſacerdotes eius in mercede docebant, & propheta eius in pecuniâ diuinabant.* prophetiæ tenorē pro ratione dati & accepti cōmutabāt. D. Hieronym. optimè hæc accommodat hæreticis. Clarius ait חרבות propriè ſignificare loca ſepium & maceriarum quibus vineæ ſepiuntur, interrupta & patentia.

Accōmodatio.

ADAG. Deccevii. Linire parietē, &c.

IBIDEM VERS. X.

Linire parietem luto abſque paleis, vel, Linire abſque temperatura.

IDEM eſſe vtrumque patet, quia Hebraicè eſt idem vocabulum טפל, *thaphel* & Chaldęa Paraphraſis, vtroque loco habet *luto ſimplici abſque paleis.* & Lxx. in quibuſdam codicibus hoc vtroque loco prætermiſerunt; in aliis priore tantùm, in aliis poſteriore, in aliis vtroque loco poſuerunt idem vocabulum, nempe ἀφροσύνη *ſtultitiâ.* De aliis quoque verſionibus ita D. Hieron. [*Ipſumq́*, parietem, qui in ſequentibus קיר appellatur, linebant pſeudoprophetæ *abſque temperamento*, vt interpretatus eſt Symmachus, hoc eſt puro luto, & quod paleas non haberet, vt nec præbere poſſet aliquā fortitudinem: vt verò Lxx. & Theodot. *liniunt eum ſtultitiâ.* Aquila autem verbū Hebraicū טפל interpretatus eſt ἀνάλῳ, quod ſignificat *abſque ſale*: de tranſlatione trāſiens ad aliam tranſlationē, vt quo modo cibus abſque ſale nullum habet ſaporem: ita & lutum abſque paleis, quibus firmatur & ſtringitur, nihil roboris poſſit *præbere parieti.*] ſic Hieronymus. adde quia ſtultiſſimum eſt, ſic parietem linire incruſtatione, vt ea nequeat diu adhærere ſed decidat, ideo Lxx. & Theodotion ἀφροσυνόω, hoc eſt *ſtultitiam*, verterunt. quod noſter confirmat *Thren.* 2. 14. *Propheta tui viderunt tibi falſa & ſtulta*, pro ſtultâ Hebraicè eſt חפל. vt hîc; & ſuſpicor Aquilam, *inſulſum* pro ſtolido & ſtulto accepiſſe, vt vulgo ſolemus.

D Hieronymus. Symmachus. Lxx. Theodotio טפל Aquila.

Quod attinet ad Metaphoram linimenti huius, notarunt alij, lutū ſeu arenatum, vt rectè conficiatur, & parietibus cratitiis firmiter adhæreat, debere eſſe aceratum, vt loquitur Feſtus, hoc eſt, vt ipſemet explicat, cum paleis mixtum; ſiue paleatum, vt loquitur Columella *lib. 5. cap. 6. & lib. 12. cap. 21.* Aquila videtur non accepiſſe, de arenato, ſed potiùs de albario ex calce; quod nō eſt idoneum ad liniendū, niſi calx pura ſali, & coriorum præſegminib. miſceatur, & rectè maceretur, temperetúrque, teſte Vitruuio *li. 7. c. 2. & 3.* Noſter interpres & Chaldæus & Symm. & Vatablus de arenato intellexerunt.

Feſtus. Columella. Vitruuius. Chaldęus. Symmachus. Vatablus.

Applicatio Metaphoræ petenda eſt ex *c. 22. v. 28.* vbi ait; *Prophetæ autem eius liniebant eos* (nēpe Principes) *abſque temperamēto videntes vana, & diuinantes eis mendacium, dicētes; Hæc dicit Dominus Deus, cùm Dominus non ſit locutus.* Res adhuc magis ex dictis Patrum manifeſta fit. Nam Theodoret. ſi iuuetur ex D. Hieronymo rem expedit. Theodoreti verba ſunt; [*Populus* enim ædificat murū debilē propter improbitatē, & impietatē: iſti verò bonas prædictiones, & pollicitationes, velut

Applicatio metaphoræ. Theodoretus.

velut quoddam linimentum & vnctionem muro adhibent: cũ opus esset debilẽ ędificationẽ dissoluere, & operam dare vt solida fieret. Illinentes autem murum opinabantur eâ vnctione se eum tutum *efficere.*]breuiter vt solet, relinquẽs aliis supplenda. Constat, muri & munitionum nomine solere significari præsidium, & robur, quo quis tutus est ab extremâ iniuriâ, vt notat D. Hieron. ad illud Amos 7.v.7. *Ecce Dominus stans super murum litum, & in manu eius trulla cementarij.* Itaq; murus & eius ędificatio nihil aliud significat quã præsidia in quib. spẽ ponebant Iudæi; diuisi in duas partes. Quidam non credebant se à Deo derelictos, & palam Ezech. & Ieremiã ridebant dicentes, *Hæc lebes, & nos carnes*, vt suprà v. 3. c. 11. & vanè sibi blandiebantur de templo, quòd Deus non esset illud derelicturus, dicentes *templum Domini, templũ Domini, templum Domini est.* Ierem. 7.v.4. Cæteri videntes se à Deo (qui murus & antemurale vrbi esse solebat) derelictos, fiduciã ponebant in auxiliis Ægyptiorum, quibus freti Chaldæos debellarent, vel ad pacem cogerent, vt hoc loco S. Hieron. indicauit. Hũc murũ vanæ fiduciæ liniebant pseudoprophetæ, contradicentes Ezechieli & Ieremię, qui murũ hũc ruiturum contendebant; at illi vanis spebus lactabant populum, & promittendo victoriã vel pacem securum reddebãt. Dicendo verò linituram non duraturam, satis innuit firmum non fore murum. nã firmitati quoque subseruire patet ex d. loco Amos, vbi cũ Dominus trullã deponit, & murum linere desinit, catura populi fortitudo prẽmõstratur, vt rectissimè *in Ezech.* Ribera.

Ribera.

Ex his patet, adagium pertinere ad malos consiliarios & morũ magistros, atque doctores; qui populorum vanam fiduciam, falsis promissionibus lactant, & fouent. Nec non ad hæreticos, qui lenocinio orationis conantur hominibus adimere metum nouissimorum, & studium pœnitentiæ atque bonorum operum, specialis suæ fidei fulcro freti. Sed audite B. Gregorium *cap.* 4. *lib.* 18. *Moralium*; [*Parietis* nomine peccati duritia designatur. *Ædificare* ergo *parietem* est, contra se quẽpiam obstacula peccati cõstruere: sed *parietem linium*; qui peccata perpetrantib. adulantur: vt quod illi peruersè agentes ædificant, ipsi adulantes quasi nitidum *reddant.*]

Vsus adagij.

B. Gregorius.

IBIDEM VER. XVIII.

ADAG. DCCCC VIII. Consuunt pulullos, &c.

Consuunt pulullos sub omni cubito manus, & ceruicalia sub capite vniuersæ ætatis.

ADAGIVM certatim patres orthodoxi explicant, planè cõuenientes de vsu illius, contra concionatores parasiticos, qui assentari auditoribus, & oricellas palpare, quàm mordaci vero autes malunt radere. Plutarch. *in libro de discrimine adulatoris & amici*, narrat, *Cyprias quasdam assent atriculas, in Syriâ gradulos appellatas, quòd regum vxoribus in currum ascensuris inclinata, corpora pro gradibus præberent.* τὰς ἐν Κύπρῳ κλιμακίδας, ἐπειδὴ διέβησαν εἰς Συρίαν, κλιμακίδας προσαγορευθείσας, ὅτι ταῖς γυναιξὶ τῶν βασιλέων ἀναβαίνειν δεῖ τὰς ἀμάξας δι' αὐτῶν ἐπικαλαχλινόμεναι παρεῖχον. Seruile pulullí genus sub pede; cuius etiã Valerius Maximus & Athenæus meminere. Ibidẽ Plutarch. adulatorũ dicta cõparat, quę etiã quãdo reprehẽsoria videntur, similia esse pulullis mulierculorũ, siue suggestui aut struicibuscapitis; quæ

Vsus adagij. Plutarch.

Seruile pulullí genus. Valerius. Maximus. Athenæus. Plutarch.

quæ cùm videantur earum capitibus resistere & reniti, cedunt magis & obsecundant. Sic & ipsorum fucatam dicendi libertatem, cùm inanem, falsam, & sanie plenã habeat molem, attollitur quidem, ac tumere, vt subsidens & contrahens sese, capiat, & pariter abripiat in ipsam se *coniicientẽ*.] & hoc est quod addit Propheta substernere puluillos, & cõtexere ceruicalia *ad capiẽdas animas*, de qua venatione idem Plutarchus eleganter; dum inducit adulantem venatori, & cũ Phædrâ Euripidis exclamantem; *Per Deos, gestio canibus dilacerare ceruos maculosos cassibus implicans.* & subdit, atqui nihil iste molitur in feram, sed ipsum irretit ac circumuallat venatorem, οὐδὲν αὐτῷ πρᾶγμα πρὸς τὸ θηρίον, ἀλλ' αὐτὸν ἐκπαγλωύει καὶ περιβάλλεται τὸν κυνηγόν. Conueniũt omnes interpretes indicari deceptionem populi: quidã ipsos pseudoprophetas dici deceptores, & vocari *mulierum* nomine, quia molli animo essent, & nõ virili; quod spectat ad dicta *adag.* 690. *mulieres dominatæ sunt eis*, & 726. *Quasi mulieres*. Alij verò de veris fœminis, quæ cùm veneficæ essent, prophetissas se simularint, & impudicitiæ magistræ fuerint: sic Græci nonnulli. & teste D. Hieronymo dicunt Hebræi has maleficis artibus eruditas per necromantias & Pythicum spiritum, qualis fuit illa 21. *Regum* 28. & puella *Act.* 16. sed hoc ipse non sequitur: quamuis sciret Chaldæum id tradidisse *ver.* 20. Præterea, quidam hoc loco putant prophetiam fuisse rerum, nempe reuera mulieres has puluillos & ceruicalia hæc consuisse. sic Liranus & Vatablus; Pradus etiam accipit de rebus ipsis, nempe de periammatis, de quo statim. Isidorus Clarius varias expositiones congerit his verbis.

Euripides.

Mulierum nomen mollibus animis datum.

D. Hieronymus.

Chaldæus.

Variæ expositiones. Liranus. Vatablus. Pradus. Isidorus Clarius.

Mulierculæ magicâ instructæ arte, consuebant puluillos, & sciscitantium vitorũ axillis inducebant, & pepla hoc est tenuissimos lineos pannos imponebant capitibus eorum: quasi per hæc indumenta apti fierent ad suscipiendum oraculũ sacrum. Quin & ipsæ interim ea quæ commentæ erant, insipientiũ ingerebant auribus, quod scilicèt hæc vel illa eis euentura essent. Sũt tamen, (*addit*) qui interpretentur *puluillos consuere*, pro grata & prospera promittere. Et illud & *faciunt ceruicalia sub capite vniuersæ eleuationis*, hoc est, vt caput sit paulo eleuatius reliquo corpore. Alius vertit, *& faciunt pepla super caput vniuersæ staturæ*: & sic exponit quòd viri & mulieres erecti stabant ante pseudo illas prophetissas, & earum incantamentis dementati, quod volebant *didicerunt*.] Hæc Isidorus: quorum pleraque sunt meræ ariolationes. Vatablus quoq; cum Rabbinis censet mulierum harum quẽdam prophetandi modum exponi. Verùm hæc aliena puto ab instituto Ezechielis, vt & ea quæ noster Pradus Græcos interpretes nonnullos secutus adducit de periaptis & periammatibus. Primò non assentitur iis qui puluillos & ceruicalia metaphoricè hîc accipiunt. Secundò profert quendam Græcum Scholiasten qui hæc nomina propriè sumit, & verba eius refert;

I. Puluilli. Ceruicalia. II.

[*Cernicalia* dicit consuta quæ ad cubitos faciunt, vel certè brachia, atque etiam ad capita, quod perspicuum est ex eo, quod Hebræus dicit; *Væ facientibus phylacteria, & appendentibus brachiis suis, & imponentibus ea super caput cuiusque ætatis ad euertendas animas*. auertebant enim à Deo, & cantiõnes dæmoniorum

riorum erant, &c.& aliud scholiũ; Hebræus ita dicit. *Væ eis qui faciunt phylacteria & suis brachiis appendũt*, &c. Et Polychronius dicit hoc loco non solùm accusari eas, quæ responsa dare ac vaticinari conabantur, sed etiam quæ amuletis (φυλαγμασι) circum alligatis, incantationibus & cantulenis nescio quibus *vtebantur*,]&c.

Polychronius.

Quod attinet ad horum Græcorum sententiam non assentior vllo modo: nisi quatenùs de muliebri sexu ad litterã accipiunt, hoc enim consentaneum magis est verbis, & ratio conuenit, quia prophetis tribuit paulo ante parietem linire, quod virile officium est: nunc agit de puluillis & ceruicalibus seu velaminibus contexendis, quod muliebre ministerium. hoc ergo primò semio.

Secundò non arbitror ista propriè capienda de veris velis vel puluillis, sed dici metaphoricè. quis enim credat omnibus cubitis puluillos veros suppositos, aut ceruicalia subministrata capiti vniuersæ ætatis? certè quam tueor grauiorum patrũ sententia est, vt & illud quod hinc sequitur contra Lyranum & alios, verborum non rerum hanc esse propheriam.

Tertiò minùs me mouent isti Græci, qui minùs periti fuisse Hebræi contextûs deprehenduntur, cùm sic Hebræa fuerint interpretati. Scio quid Pradus noster acutè admodum conficiat. Conatur Græcas illas voces φυλακτηρίων & φακιολίων, cum Hebræis conciliare. censet enim describi ipsam mulierc ularum venationem: & Græcis vocibus rem, Hebraicis eius modum & figuram denotari. Ventulas enim illas verattices solitas reuera appetidere aut alligare collo & brachiis consulentiam illa antidota & amuleta; quibus iactabant se præmunire vanissimos homines aduersùs omnes aduersos incursus: hæc autem amuleta fuisse bullas reticulatas vel acu in scutulis picta nomina aut characteres collo appensos, item catenulas vel retia brachiis circumligata; formam retium probari ex Hebraïs vocibus *missha*, vnde משפחות *mishachoth*, & *kasah* vnde כסחות *kesathoth*, quorum hæc propriè operimenta, & quicquid alteri ad velandum vel tegendum seruit; illa verò telam vel rete quod aucupes prætendunt, vt docet Hispanica vox *caça*, inde deducta: & ideo *mishpathath* Leui. 13. v. 6. nostrum vertisse *scabiem*, quia quasi plagæ maculis seu scutulis distincta. si opponas nostræ versionis & aliarum vetustiorum authoritatem, conatur conciliare omnes. Vult Spiritum sanctum ex figurâ catenularum vel reticulorum brachiis alligatorum occasionem sumpsisse alludendi ad venationem, cùm dixit, *ad capiendas*, venandas, inescandas, vel irretiendas *animas*. LXX. verò, Symmachum, & Hieronymũ ex situ ansam arripuisse ad vertendum *puluillos & ceruicalia*: quia videlicet bullæ è collo appensæ *ceruicalia* dici possunt; quòd in eis, quasi in molli ceruicali, quieti & securi dormirent, qui eas gestabant: catenulas verò brachiorum iure appellari *puluillos* quod brachia ab omni impetu aduerso meliùs protegerẽt, quam *puluilli*. Neque enim necesse esse, capi de puluillis quibus cubiti niterentur. Nam Hebraicè haberi, *super omni axillâ manûs*, hoc est super brachio ad manum, seu prope manum; vbi ligari solent eiusmodi ornamenta vel munimenta. Porro *axillam*, brachium totum significare, non præcisè cubitum.

LXX. Symmachus Hierony.

Hactenus homo doctus, cuius dicta vereor ne sint nouitate scabra, & specie bullata, magis quàm vera. certè nostram versionem parum iuuant, nam facere loquentem adeò impropriè, potiùs est eam traducere. Nec fœliciùs reliqua coniectanea procedunt singula videre. Prius tamen versiones ipsæ ponendæ. Lxx. itaque sic; εὐαὶ ἐπ' αὐχέσαις περικεφαλαία ὑπὸ παντὸς ἀγκῶνα χειρὸς, καὶ ποιήσεις ὑπόκλαια ὑπὸ παντὸς περικεφαλαίου παντὸς ἡλικίας, τοῦ διαστρέψαι ψυχάς. *Væ his quæ consuunt cervicalia sub omni cubito manus, & quæ faciunt velamina super omne caput universæ ætatis, vt pervertant animas.* Symmachus teste Theodoreto; οὐαὶ τοῖς ῥάπτουσι ὑπαγκωνία ὑπὸ παντὸς ἀγκῶνα χειρὸς, καὶ ποιοῦσι ὑπαυχένια ἐπὶς περικεφαλῆς παντὸς ἡλικίας εἰς τὸ θηρεύειν ψυχάς. *Væ consuentibus cubitalia sub omni cubito, & facientibus succubitoria seu cervicalia ad caput omnis ætatis ad venandas animas.* Chaldæus etiam Paraphrastes sic fuit interpretatus; *Væ eis quæ consuunt pulvillos inopus super omnes iuncturas manuum, & faciunt cervicalia ad caput universæ staturæ, ad perdendas animas.* Hos ergo secutus fuit noster interpres, quorum etiam versionem, solitus sequi Lxx. fatetur Theodoretus apertiorem esse. Ex recentioribus etiam Leo Iudas hos secutus, *pulvillos*, & *cubitos*, & *cervicalia*, retinuit, vt & Clarius: Pagninus, *pulvinaria sub axillis*, & *velamina*.

Theodor.

Chaldæus paraphr. Pagninus.

Leo Iudas

Clarius.

Hebræarum vocum significatio nobis fauet. Nam *bullæ* non solent consui, vt pulvilli: Nam cùm vox Hebræa *kedathoth* nusquam nisi apud Ezechielem hic & v. 20. reperiatur, incerta est radix vocis, conueniunt tamen plerique in significatione. cui fauent linguæ vulgares, Gall. *cosunet*, Italicum *cosinetto*, Hispan. *cosin*, Theuton. *kussen*. nec facilè deduxerim à radice כסה *kasah* quod operire significat; sed potiùs aliunde: certè lexica ponunt in כפה, quod vt *velare*, sic etiam *adiungere* & *aggregare* significat: quod magis conuenit pulvillis, qui ex plumâ, lanâ, tomento aggregato constant, & cubito subiecta illum fulciunt, & mollitie suâ circumflexa quodammodo tegunt ac velant, certè melius quàm bullæ illæ pectorales.

Vocé verò *misphachoth* משפחות magno consensu omnes deducunt ab radice ספח *saphach*, & recentiores volunt significare *velamina capitis muliebria*. Pradus vult esse ornamenta plagulis distincta, quod certè ex voce non deducitur. Nam quòd משפח sit genus lepræ seu scabiei, non aliunde id fit, quàm quia in hac purulentiæ vis in pustulis congregata, & tumore excrescens speciem præbet pulvillorum. Vox nostra duobus tantùm locis continetur hic & v. 21. cum affixo. quare nec certi aliquid de ea potest statui; nec video cur Hieronymo, Symmacho, Ionathæ, vllos alios præferamus.

Pradus.

Quod de axillâ additur Hebraicè est אציל *atsile*, ab אצל *atsalah*; vnde quia sub axillâ res seruamus, putant significare *axillam*, vt *Ierem.* 38.12. vbi noster *cubitum*, vt & *Ezechiel. cap.* 41. 8. vbi id confitmant Lxx. & hic etiam noster. Lxx. Symmachus, Clarius, & Leo Iudas. Fatetur autè Mercerus intelligi ipsam brachij curuaturam seu partem quę ab humero ad cubitum est. Vnde apparet hos non satis vocem *axillæ* intellexisse, nam *axilla* idè est quod ala, pars communis corpori & brachio. Quare necessariò cogimur nouatores *axillæ* pro toto brachio capere:

Lxx. Symmachus. Clarius. Leo Iudas Mercerus. Axilla, quid.

capere: cur nō liceat etiā nobis cubitū pro toto brachio sumere? Et cur melior sensus *super omni axilla manus*, quàm *sub omni cubito manus*? an quòd axilla manui quàm cubitus propinquior? ridiculum. an quòd עַל pro *sub* non queat sumi; non dicent opinor. deinde *ad cubitum* certè foret, prope cubitū. Deus bone! quis vnquam *catenulas* seu brachialia vocauit *puluillos*: vel bullas de collo suspensas appellauit *cerulicalia*? si velis propter fiduciam in illis locatam sic vocari, quòd in vtramque aurē illis indormirēt; durè substernis, & ad metaphoram redis. patere igitur & nos ista metaphoricè interpretari. *Catenulis* (inquit) *brachia melius protegebant quam puluillis*: fateor si loricarum instar contextæ. Venationis allusio hic est. nō puto. in catenularum nexibus, vel reticulis acu pictarum bullarum (nouum hoc etiam bullarum genus est, & noua materia:) sed in ipsâ quę sequitur voce *thoded* תחד. Venatoribus enim comparantur istę assentatriculæ, sicut à Plutarcho assentatores, nam venationis genus est assentario: hæc autem in puluillis istis & cerulicalibus posita.

Plutarchus.

Cerulicalia. Puluilli

Cerulicalia dormituris subiiciuntur: discumbentibus *puluilli*; ne capita vel cubiti doleāt aut lassentur. Quamquā possumus vtrumque capere de dormituris. Nam vt quis molliter iaceat dormiturus, ei etiā curandum vt cubito, hoc est toto brachio molliter cubet, saltem eā parte, quæ à cubito ad humerum. Ait ergo prophetides istas, quæ se veras prophetissas haberi volebāt, quales fuerant Olda & Debbora, consuere puluillos, & cerulicalia substernere, blandis & adulatoriis verbis pacem cuibus, & quietem pollicēri, & omni pœnarum timore sublato securos esse iubere, hortari vt conuiuiis vacent, otio & luxui seruiant. Mens ista Patrum de hoc loco differentium, quasi per manus tradita. Capite Origenis *hom. 3. in Ezech. verba* sed contracta per anacephalæosin; [*Forsitan* sermo diuinus per huiusmodi signum & argumentum eos culpat magistros, qui per vaniloquentiā, & fœlices repromissiones, multitudinem audientium libidini vitiis, voluptatique permittunt. Cùm ergo aliquis aptus moribus populi, vt placeat iis, quibus aures pruriūt, loquitur quæ gratanter accipiant, loquitur quæ vitiosa sunt voluptati: talis magister *consuit puluinaria sub omni cubito manus*. Sequitur hoc peccatum habentem, vt *faciat* etiam *amictus ad velandum caput omnis ætatis*. Qui fiduciam habet, & verè vir est, velamen non habet super caput suum, sed intecto capite orat Dominum. Si quis verò confusionis velamen gerit, & peccati, iste quasi muliebria velamina habet super caput suum. Itaque cum aliquis docuerit, quæ aures populi mulcēt, & strepitum potiùs laudatorum, quàm gemitum inducant: si blandus, inimicus palpauerit, potius, quam secuerit vulnera: talis homo amictus contexit in caput: cùm autem in lasciuam orationē se fuderit, cōtexit velamē super caput omnis ætatis, non modò puerorū & iuuenū, verùm & senū. Et obserua proprietatem verbi, *assuentes*, ait, non *contexentes*. Tunica Domini nihil habuit consutile, sed erat ex omni parte contexta. Istæ ergo consuunt dicta dictis fraudulenter & callidè, assuentes potiùs quàm contexētes; vt manus eorū non sint in labore, non in opere lasciscant; sed sint in requie, & in otio, sint in his, quæ voluptatibus seruiāt.] Sic Origenes aptissimè ad versionem LXX. pro

Origenes

quo facit etiam, quod Latinis receptum *consuere dolos*; vnde apud Plautum dicitur quidam *venire cõsutis dolis*. Quædam ex Origene mutuatur S. Hieronymus, & addit pertinere ista ad hæreticos, mancipia voluptatũ, Epicureos, Pyrrhonios, Iouinianum, & Eunomium; qui dicunt, *manducemus & bibamus, cras enim morientur*. Theodoretus ita scribit; *His per translationem molliores & mutiores innuit sermones*. certicalia *enim* & puluinaria *requietem quandam* & *auxiliũ adferunt membris quibus supponuntur: & molliora verba, cùm falsa sint, ad tempus aures titillant, sed omnis generis euersiones animis adferunt*. accommodatissimè nostro interpreti. nec minùs B. Gregorius *lib.* 18. *moral. cap.* 4. sic loquitur; *Sunt namque* nõnulli, qui dum malefacta hominum laudibus efferunt, augent quæ reprehendere debuerunt. hinc enim per prophetã dicitur: *Væ quæ consuunt pulvillos sub omni cubito manus, & faciunt cervicalia sub capite vniuersæ ætatis*. Ad hoc quippe puluillus ponitur, vt mollius quiescatur. Quisquis ergo malè agentibus adulatur, puluillum sub capite vel cubito iacentis ponit, vt qui corripi ex culpâ debuerat, in eâ fultus laudibus molliter *quiescat*.]

Consuere dolos

S. Hieron.

Theodor.

B. Grego.

ADAG. decem. Capere animas volantes.

IBIDEM VER. XX.

Capere animas volantes.

HEbræum לפורחות *lephorehoth* bis repetitur hoc versu, priore loco noster vertit *volantes*: posteriore, *ad volandum*. Lxx. priore loco id prætermiserunt; posteriore, reddunt εἰς διασκορπισμὸν, *in dispersionem*. Nostram versionem quidam exponunt, *volantes animas*, hoc est, quasi forent volucres & vos aucupes. tunc subaudienda nota comparationis; q. d. capere animas vt aues. certum est persistere in comparatione aucupij: sed arbitror cum Riberâ plus significari, nempe capere dum volant, quando planè securæ videntur, nec vllum dolum metuunt: vt scimus interdum fieri retibus inter arbores ex alto suspensis: atque ita est adagialis locutio.

Difficultas maior est in defendendâ versione nostrâ, quam recentiores multi deserunt. Isidorus Clarius priore loco vt noster, & explicat, *vt sint aduolantes & venientes ad eos*. hoc est, alliciunt animas mendaciis suis, vt eas perdant. posteriore vertit, *animas vt auolent*, & exponit; quæ per me auolabunt liberatæ à venationibus vestris. Pagninus & Vatablus vtroque loco, *vt volent* seu euolent è corpore. Chaldæus etiam vertit, vt pereant. Arias Montanus primo loco *ad euolandum*, secundo *in auolantes*. Sciendum affixum ל posse capi vel vt præpositionem, vel vt articulum. Si capias priore modo, omnino vertendum, vt volantes, scilicet sint, hoc est, vt volent sicut acceperunt recentiores illi. Si verò capias posteriore modo, nempe vt articulum, tunc cogeris vertere simpliciter, *volantes*. Itaque noster interpres re diligenter perpensâ censuit priori loco rectiùs transferri *volantes*, quia agebatur de ipsâ captura, & aues volantes interdum solent irretiri: & ita falsæ istæ prophetides ipsos homines securos, & metus expertes dictis suis capiebant: nec capiebant vt auolarent, vel vt ad se aduolarent, iam enim tenebant prehensos, & volebant

Isidorus Clarius.

Pagninus. Vatablus.

Chaldæus. Arias Montanus.

deti

detinere ne possent auolare. Quod autem existimant *volare* pro *perire* positum, est inusitatum, ideo nimis audacter de suo Pagninus addidit *extra corpora*.

Volare pro perire.

Posteriore verò loco animaduertit noster agi de liberatione ex cassibus: minatur enim Deus se spem mulierculārū aucupantium frustraturum, illæ sperabant se prædam posse retinere; Deus verò dicit se tendiculas omnes rupturum, quibus homines impedicati tenebantur: & ideò sapienter posteriore loco noster transtulit ל vt præpositionem, *ad volandum* vertens. Vt enim volucres illaqueatæ vetantur volare; ita ruptis vinculis elaqueatæ receptâ libertate pristinâ remigio alarum se quò volunt volatu propripiunt. Vos (ait Deus) animas irretistis pellaciâ vestrâ; ego illas cassibus vestris eripiam, vt quò lubebit auolent. Indicat hoc ipsum S. Hieronymus his verbis; *Propterea clemens & misericors Deus non ipsas prophetissas interficit: sed defrumpit pulullos earum, qua instar retium volantes animas capiunt, vt postquam rupti fuerint, liberam habeant volandi potestatem*, &c. Posterius etiam hoc Clarius intellexit.

ADAG. Decccx. Sicut mater, &c.

EX CAP. XVI. V. XLIV.

Sicut mater ita & filia eius.

IPse prophetâ testatur esse tritum vulgò prouerbium, de quo dicta mihi non pauca alibi; nempe ex Aristotele *lib. 3. Polit. cap. 8. & lib. 3. Rhetor. ad Theodecten.* de filiis hoc asserit, vt etiam S. Basilius *Epist. ad Libanium*, τὸ πατρὸς ἐστὶ τὸ παιδίον, *patris est filiolus*: vsurpatum etiam Philostrato in Aristide. Quod vna voce Latini, *patrissat*, vtitur Terentius *in Adelphis.* quò refertur illud Siracidæ à multis, *Eccli.* 11. 30. *in filiis suis cognoscitur vir*, quia quales filij talis pater iudicandus, bonorum bonus, & è conuerso. Peculiaris adhuc ratio in filiabus, quia diutiùs & crebriùs cum matre conuersantur, quàm cum patre filij, vt notatum à Procopio apud Suidam in ἀμαυρὰς. S. Ambrosius *lib. 3. de virginitate*: Quid potuit filia de adultera matre discere, nisi damnum pudoris? S. Chrysostomus *hom. 10. ad Coloss.* sub finem.

Aristoteles. S. Basilius. Philostratus. Terentius. Procopius Suidas. Ambros. S. Chrysostomus.

Solent enim plerumq; filiolæ ad rationem educationis componi, & mores imitari maternos. Esto filiolæ tuæ castitatis & modestiæ exemplar. Ideo apud Senecam cùm Clytæmnestra adultera diceret Electræ filiæ suæ, *Quis esse crèdat virginem?* respondit filia; *Natam tuam.* & Peleus in Andromachâ Euripedis;

Seneca. Euripides.

ἰκφέρει γὰρ
μητρὸς ὀνείδη. τοῦτο καὶ σκοπεῖτέ μοι
μητέρες ἐθὰς θυγατέρ' ὃν μητρὸς
λαβεῖν.
imitantur enim
Materna probra. Et id videte mihi,
ô proci,
Bonâ prognatas matrè, vt ducatis
filias.

Iuuenalis,

Iuuenalis.

Scilicet exspectas, vt tradat mater honestos,
Atque alios mores, quàm quos habet? vtile porro
Filiolam turpi vetula producere turpem.

Ionathan Benuziel hîc; *Qualia opera matris, talia filiæ.* Pintus ait simile esse illi; *Quod nascitur ex gallinâ scalpit.* Suspicor esse adagium Lusitanicum.

Ionathan Benuziel. Pintus.

ADAG. Dcccxi.

IBIDEM VERS. XLV.

Soror sororum.

Soror sororum.

DE ea quæ alteri similis statim cognoscitur. Quoniam vt superiori adagio morum similitudo indicatur, & vitiorum pariatio: sic Latini ab vberum æqualitate dicunt *mammas sororiantes*. Ratio adagij quæ superioris, imitationis causa, & conuictus. Hinc in comœdiis meretriculæ se sorores vocant: & alibi docui *sororis* nomen inter erotica fuisse. Cognatio hîc (Theodoreto) est communio scelerum; vtraque ab origine accepta.

Vsus adagij.

Sororis nomen inter erotica. Theodoretus.

ADAG. Dcccxii.

EX CAP. XXI. VER. VI.

In lumborum c, &c.

In lumborum contritione ingemiscere.

A Partibus corporis adagia sumi solere ad affectus intimos declarandum, sciunt, qui quid sit adagium non nesciunt. Summus dolor & mœror animi sic solet indicari: ducta metaphora de parturientibus, quæ magnum dolorem, & quasi confractionem quandam in lumbis sentiunt: ideo *ingemiscere in contritione lumborum* est, vt D. Hieronymus explicat, nec leni voce, nec dolore moderato, sed gemitum ex imis visceribus, & summâ amaritudine animi, more puerperarum educere. Lxx. certè pro *in amaritudinibus ingemisce*, habent, ἐν ὀδύναις, quæ vox vt plurimum de parturientibus vsurpatur. Apertiùs docet Isaias 21. 3. *propterea repleti sunt lumbi mei dolore, angustia possedit me, sicut angustia parturientis*. Hæc Ribera. Non assecuti vim locutionis, Vatablus, nec Lyranus. Ille; *geme quasi esses animo contrito & afflicto*. Iste; *homines enim amaricati deficiunt robore*, qui defectus per contritionem lumborum significatur.

Ribera.

Vatablus. Lyranus.

ADAG. Dcccxiii. Tabescet omne, &c.

IBIDEM VERS. VII.

Tabescet omne cor.

NObilissima pars corporis plura nobis tribuit huic operi ornamenta. Hoc loco Hebraicè est verbum *Masas* מסס *dissolui*, liquescere, tabescere, confringi seu friari; nam sic promiscuè vertunt Lxx. & D. Hieronymus, nec opus est confugere ad simile verbum *Maas* vel *nus*, מאס נוס. cor audaciæ & fortitudinis animi domicilium est; ideo cùm liquescit, soluitur, tabescit, frangitur, perit audacia & alacritas, ideo his locutionibus indicatur vehemens pauor, & ima deiectio animi. *Iosue* 2. 11. *Hec audientes pertimuimus, & elanguit cor nostrum*. & cap. 7. 5. *pertimuitq; cor populi, & ad instar aque liquefactum est*. 2. Reg. cap. 17. 10. *Et fortissimus quisque, cuius cor est quasi leonis pauore soluetur*. Isai. 13. 7. *Propter hoc omnes manus dissoluentur, & omne cor hominis contabescet & conteretur*. Nahum 2. 10. *Dissipata est & scissa & dilacerata, & cor tabescens, & dissolutio geniculorum*. Corde deficiente, à quo procedit ad membra motus, & sensus, omnia membra tremunt, & virtute suâ destituta quasi paralysi resoluuntur. Ideo quod hîc sequitur, & de quo aliàs egimus, *omnes manus dissoluentur*, Lxx. eleganter verterunt παραλυθήσονται, *afficientur vt manus paralyticorum*.

IBI

ADAG. DCCCC XIV. Plaude super femur

IBIDEM VER. XII.

Plaude super femur.

LXX. legerunt per Daleth, *iad*. Ideo *manum* verterunt: noster per Resch, *lar*, quod femur denotat. vterque habitus indicat magnitudinem doloris, aliquando admirantis, aliquando indignantis animi. hoc loco, propheta iubetur plangere, obstupescere, & indignari ad tantam populi sui impietatem, vt Deum quasi coëgerit adeò atroces pœnas sumere. Sic *Ierem.* 31. 19. *postquam enim conuertisti me, egi pœnitentiam, & postquam ostendisti mihi, percussi femur meum, hoc est*, vehementer dolui & mihi ipsi indignatus sum, quòd talia egissem. Non dissimile quod *in li. Iudic.* legitur *femori suram imponere*. nostrum adagium frequens est prophanis, maximè Homero Iliad. λ'. ὠμῶξέν τε, καὶ πεπλήγετο μηρὸν ἑῷ *flevit & suum percussit femur*. & ξ.

αὐτὰρ Ἄρης θαλερὸν πεπλήγετο μηρὸν ἑῷ.

Sed Mars viride percussit femur. & Odyss. μ'.

ὠμῶξεν δ' ἄρ' ἔπειτα, καὶ ὃ πεπλήγετο μηρὸν ἑῷ.

Xenophon *lib.* 7. *Cyriped.* post medium de morte loquens Abradatæ ducis quem valdè diligebat; *Quibus* (ait) *Cyrus auditis, femur sanè percussit.*

Plautus in Truculento,

Traxit ex intimo ventre suspirium:

hoc vide, *dentibus frendit, icit femur*. Cicero in Bruto: *nulla perturbatio animi, nulla corporis, frons non percussa, non femur pedis, quod minimũ est; nulla supplosio.* Et tertiâ Tusculanâ versus finem; *Ex hac opinione sunt illa varia & detestabilia genera lugendi, pectorum, mulierbres lacerationes genarum, pectoris, femoris, capitis percussiones.* Quinctilianus *lib.* 11. *Inst. cap.* 3 *femur ferire*; quod Athenis primus fecisse creditur Cleon, & vsitatum est, & indignantem decet. Vides Latinorum, Græcorum, Persarum, & Hebræorum consensum, naturâ duce.

Cicero

Quintilia.

EX CAP. XXII. VERS. XIII.

ADAG. DCCCC XV.

Manus complodere.

Manus complodere.

HAbes etiam *cap.* 6. 11. *Percute manum tuam, & allide pedem tuum*: Vbi S. Hieron. & Origenes notant, esse horroris & stuporis ex vehementi admiratione alicuius insoliti. Sed supr. *c.* 21. 14. *Fili hominis propheta, & percute manum ad manum.* & v. 17. *Quia & ego plaudam manu ad manum, & complebo indignationem meam.* Sic accipit Theodoretus. Sed alio vsu videtur D. Hieronymus capere *d. v.* 17. nempe more Romanorum, qui plausu indicabant fauorem, approbationem, gratulationem, vt ex Plauti & Terentij comœdiis manifestum est: quasi plausus ille sit instigantis & exhortantis ad sæuiendum. Iusserat Deus prophetam applaudere sæuientibus: idem se facturũ Deus dicit. Reuerâ tamen commodius & aptius mori Hebræorum fuerit, dicere *v.* 14. Deum significasse tantam fore calamitatem vt præ stupore complodat propheta manus. Nam futuri vim habent hæc imperatiua. Pòst *v.* 17. Tanta erit calamitas (inquit Deus) vt ego ipse author illius, dolore & admiratione sim afficiendus. Vel sanè vt mos Hebræorum cum Romanorum more conspiret, omnia poterunt

S. Hieron. Origenes.

Theodor.

Romanorum plausus.

Plautus.

Terentius

accipi

accipi, tanquam ingentis lætitiæ signa, ob iustitiam Dei, & insignem de impiis vindictam atque victoriam. sicut *infer. cap. 25.* vbi est idem vocabulum Hebræum חגה *Chaach vers. 6. Pro eo quod plausisti manu, & percussisti pede, & gauisa es ex toto affectu super terram Israel.* Vbi etiam Theodoretus de gaudio immoderato accepit. Sed (si accuratè perpendas) ex eodem fonte hi affectus nascuntur, & adspectu ad honorem diuinum gignitur gaudium, aspectu ad proximum nascitur compassio: ambo genimina charitatis.

ADAG. DCCCCXVI. Terra immunda, &c.

IBIDEM VER. XXIV.

Terra immunda & non compluta.

QVando terra diu est arida, non tantùm implecur spinis & malis herbis, sed etiam præsiti squalescit. eius similitudine anima carens imbre diuini eloquij & gratiæ vocatur prouerbialiter, *terra sine aqua*, seu *non compluta*. Lxx. γῆ ἣ οὐ ἐβρέχθη, οὐδ' ἔτεκε ἐφ' ἑαυτῇ ὕδωρ. *Terra non rigata, neque pluuia facta est in te.* Ionathan; *terra immunda es, in qua non sunt facta opera bona, vt protegat eam in die maledictionis.* S. Hierony [*Pluuias illas de bemin intelligere, de quibus scriptum est:* Mādabo nubibus meis, ne pluant super eam imbrem, *quem exspectamus, quando datur nobis pluuia tēporanea & serotina, de qua scriptum est:* Pluuiam voluntariam segregabis Deus hereditati tuę. Theodoretus autem sic exponit; *Atqui doctrina pluuiam per sanctos prophetas ipsis adhibebat; quam cum non recuperent, sed repellerent, velut saxū quoddam pluuiæ irrigationi haut præbent aditum, merito ipsam terram non irrigatam nominauit.* Alius Scholiastes Græcus; *Hoc est, nullam cepisti ex prophetarum doctrina vtilitatē.* Deut. 11. v. 16. *Cauete ne fortè recedatis à Domino, iratúsq; Dominus claudat cælum, & pluuiæ non descendant.* 2. Reg. 7. 21. maledictio montium Gelboē; *Nec ros, nec pluuia veniant super vos, neque sint agri primitiarum.* Amos 4. v. 7. *Et plui super vnam ciuitatem, & super alteram non plui; pars vna compluta est, & pars, super quam non plui, aruit.*

ADAG. DCCCCXVII.

EX CAP. XXIII. VERS. XXIII.

Principes Principum.

Principes Principū.

NOster videtur accipere, sicut dicimus *Regem regum* pro præstantissimo inter Principes: quod licèt Hebraicè habeamus vnicâ voce expressum, שלישים *Scalisim* sicut & Lxx. τριστάτας vel vt in aliis codicibus τριστὰς, *triarios*: Chaldæus tamen *fortes*, hoc est, fortissimos exponit, & fauet D. Hieronymi eruditus hoc loco commentarius; [*Tristatas* (inquit) quos nos Principes interpretati sumus. De quibus & in Exodo legimus, electos ascensores tristatas, pro quibus Latina simplicitas *ternos stratores* transtulit. *Tristata* autem nomen apud Græcos est secundi gradus post regiam dignitatem. De quibus scriptum est; *veruntamen ad tres primos non pertinent*: qui Principes equitum peditúmque erant, & tributorum, quos nos magistratus vtriusque militiæ. & præfectos annonarij tituli *nominamus.*] Theodoretus τριστάτας legit, & regios satellites exponit Hesychius; οἱ ἐκ τῶν χεῖρα τοῦ βασιλέως ἔχοντες αἱ τρεῖς λόγχας. *qui ad manum regis* (hoc est proximi) *manu tres hastas tenerent.*

Chaldæus

D. Hiero.

Tristata.

Theodor.

Hesychius.

Sic

Sic certè legimus Ioab tres haſtas ſumpſiſſe contra Abſalonẽ. 2. *Re.* 18. 14. Quidam libri Græci hîc habent τριςάτας τριανὺς: quaſi dicat *triſtatas ternos* vel *triarios*, hoc eſt, præcipuos. Hiero. nobis duos ſacræ Scripturæ difficiles locos citat. Prior eſt *Exo.* 15. *v.* 4. in quo vbi nos habemus, *Electi principes eius ſubmerſi ſunt in mari rubro*, Hebraicè, & Græcè, ſunt nomina שלישי & τριςάτων. Poſterior eſt *lib.* 1. *Paral. cap.* 11. *v.* 21. ad cuius luculentiorem ſenſum, ſciẽdum, vbi noſter vertit eodem *cap. v.* 11. *& iſte numerus robuſtorum Dauid, Ieſbaam filius Ahamoni princeps inter triginta.* Hebraicus fons habet, *caput* ſiue *princeps* השלשים *Haſcaliſcim.* Lxx. *primus triginta.* Deinde 2. 12. vbi ait; *Qui erat inter tres potentes*, quod ſimiliter expreſſerunt Lxx. in Hebræo eſt, *in tribus ſortibus.* Et poſtea v. 15. *deſcenderunt autem tres de triginta principibus*: Denique in toto illo capite, vbi tres illi nominantur, Hebraicè eſt שלשה vbi verò triginta dicuntur in Latino & Græco, ibi in Hebræo eſt שלשים de quo nunc agimus. Vt cùm dixit *v.* 24. *Hæc fecit Banaia filius Ioiadæ. qui erat inter tres robuſtos nominatiſſimus, inter triginta primus.* Quare vbi legimus; *verumtamen vſque ad tres primos non peruenerat*, neque in Hebræo eſt *Scaliſcim*, neque in Græco τριςάτας. Eodem prorsùs modo loquitur ſacra hiſtoria 2. *Reg.* 23. vbi de eadem re agit. Non itaque in his duobus capitibus Regum & Paralipom. de magiſtratibus agitur; ſed de viris fortiſſimis, quos ſemper ſecum habebat Dauid, in quibus tres præſtabant cæteris, qui triginta erant; & cùm aliorum virtus laudatur, ita extollitur, vt inferior virtute illorum trium prædicetur. Quod apertiſſimè narrat Ioſephus *lib.* 7. *antiq. c.* 10. Vbi triginta octo fortiſſimos Dauid fuiſſe ſcribit. Itaque puto triſtatas intelligendos principes ſeu capita principum. Principes eſſe illos triginta, capita verò ſeu principes inter hos triginta eſſe dictos τριςάτας ſeu *capita* aut *principes principum.* Certè 4. *Reg.* 7. 17. *Porro rex ducem illum in cuius manu incubuerat*, &c. Hebr. שלש Græcè, τὸν τριςάτωρ. Vt *& v.* 2. *ibidem & cap.* 9. 25. Noſter vocat *Badacer, ducem*, Hebr. eſt eadem vox, vt & Græcè. Ex quibus omnibus colligas Regi proximos, & ducum præcipuos atque fortiſſimos ſignificari. Alioquin ſimpliciter & per antonomaſiam *Dan.* 25. Deus vocatur *Princeps Principum*, Hebraicè voce aliâ *Sar-ſarim* שר-שרים.

EX CAP. XXIV. VER. VI.

ADAG. DCCC XVIII. Olla cuius rubigo, &c.

Olla cuius rubigo in ea eſt, & rubigo eius non exiuit ex ea.

HAnc parabolam de ollâ rubiginosâ, noſter interpres v. 3. vocauit prouerbium, ex eâ delegi iſtam particulam quæ magis adagialis. Pro *rubigine*, חלאה, Kimhi, Pagninus, Clarius, Vatablus & alij recentiores reddunt *Spumam*, parùm aptè ſenſui Prophetæ. Lxx. & Chaldæus *rubiginem*, vt noſter. Quomodo *Spuma* ſignificet malitiam inolitam, & quæ vt auferatur igne vrenda, viderint recentiores. S. Gregorius *in* 1. *Reg. cap.* 2. docet, mentes hominum *ollâ* ſignificari. Sordibus iſtis peccati obſtinationem denotari, quæ omnibus conſpicua ſit, fatentur Clarius & Vatablus. Bene ergo Theodoretus: *rubiginem labentis peccatum* vocat: *&* ma-

Kimhi. Pagninus. Clarius. Vatablus. Lxx. Chald. S. Gregor.

xima est accusatio, quòd ne tantus quidem calamitatum ignis lebetis rubiginem consumsit. D. Hieronymus, *Ne per ignem quidem rubigo atque malitia lebetis & vrbis potuit auferri, sed permanet in eâ immunditia scelesta & execrabilis. Hoc enim* Zema *significat.*

ADAG. DCCCC XIV. Radere puluerem &c.

EX CAP. XXVI. VER. IV.

Radere puluerem ab aliquo.

LXX. Lxx. dicunt *ventilare puluerem* λικμίζειν τὸν χοῦν. Hebraicè est *Sichethi* שחיתי, quod Pagninus reddit *detraham.* Chaldæus *Aghkar, euellam.* noster optimè expressit. Est enim simile Latinæ paræmiæ, *cum puluisculo auferre,* seu *conuerrere.* quo significatur nihil omnino reliquum futurum.

ADAG. DCCCCXV. Dare in L&c.

IBIDEM VERS. XIV.

Dare in limpidissimam petram.

SEnsu conuenit cum præcedenti. Hebraicè est, *in læue* (seu glabrum) *cacumen petræ.* Lxx. λεπτογείαν. Lxx. Chaldæus petram nitidissimam. Chald. *in politiem petræ apertæ,* hoc est, petræ glaberrimæ quæ cunctis conspicua; vt solent esse summitates præruptarum rupium aridarum. Significatur ergo silex vel rupes, cui non modò nihil herbæ vel musci adhæreat, sed destitutus sit omni puluisculo. Sic Hispani dicunt, *limpio como vna palma,* de planè imberbi; & Latini *instar oui glabrum.* tale quod ex Lxx. positum adagio, *nudior pistillo.* Hinc etiam factum, vt quod volebant Hebræi indicare omnibus manifestum dixerint, *Effundere super limpidissimam petram,* vt supr. cap. 24. 7. *Sanguis enim in medio eius est, super limpidissimam petram effudit illum: non effudit illum super terram, vt posset operiri puluere.* Vbi Lxx. habent *effudi,* & Theodoretus exponit, [*Non* Theodor. cooperiam ea facinora, quæ ipsi ausi sunt, sed ipsa enudabo omnibúsque ostendam, quasi sanguinem non in terrâ effusum, & ab ea absorptum; sed super glabrum lapidem iniectum, qui continenter seruatur, vt eos accuset; qui illum effundere *ausi sunt.*] Cùm itaque noster vt Hebraicè est, verterit in tertiâ personâ, declarauit ipsorum impudentiam, qui crimina sua noluerint occultare: sed crimen vt Sodoma prædicauerunt. Hinc intelliges cur in Iudicum historiâ diserte addatur, Abimelech interfeciſſe septuaginta fratres suos super lapidem vnum, Iudic. 9. 5. Nempe quia volebat sanguinis ipsa remanere vestigia atque memoriam. S. Hiero. [*Naturale* est, vt si sanguis effundatur in terram, combibat humus humorem sanguinis, vel paulatim terrâ operiatur & puluere: cum autem super limpidissimam petram, & nullam habentem foueam sanguis fuerit effusus, labitur, & latam obtinet sedem. Hoc autem indicat, quod non occulta, sed publica fecerit *homicidia.*] Ps. 67. v. 7. *qui habitant in sepulcris.* Potest transferri. *Qui habitant in limpidis petris,* seu in locis aridis. vide Pintum hic, *in annot. ex Hebræo.* Pintus.

ADAG. DCCCC XXI. Caput aromatis.

CAP. XXVII. VER. XXII.

Caput aromatis.

EXplicui adag. 88.

EX

ADAG. Dcccc xxii.

EX CAP. XXXIII. VER. XXXII.

Esse quasi carmen mus.

Esse quasi carmen musicum, quod suaui dulcique sono canitur.

LXX. ὡς φωνὴ ψαλτηρίου ἡδυφώνου ἐναρμόστου. *Sicut vox psalterij dulciſoni, concinni.* Hebræa poſſunt reddi; *Sicut canticum amantium vocis pulchræ, & bene gnari pulſare.* Vim adagij explicat addens; *audiunt verba tua, & non faciunt ea.* Hoc fiebat malitiâ auditorum, non culpâ Prophetæ; qui prodeſſe, non delectare, ambiebat. Quàm rectè hoc iacietur in eos qui plauſum tantùm quærunt; & non iuuare, ſed delectare? Nónne horum conciones verè ſunt, ſicut canticum ſubſannatorum, vt vertit Pagninus *ghaghobim* עגבים. Vatablus: *audiunt frequenter ſermones tuos recreationis causâ, non vt fiant meliores.*] Idem D. Hieronymus, idem Theodoretus dixerunt. Hieronymi verba; [*Huiuſmodi* mihi videntur eorum ſimiles, qui theatralibus luduntur carminibus, & vel tragœdos audiunt vel comœdos, & ibi cum voluptate palpantur: ita vt cùm egreſſi fuerint, replicent ea & decantent, & dulci ſono ſe decipiant. Tales ſunt vſque hodie multi in Eccleſiis, qui aiunt: Venite audiamus illum & illum, mirâ eloquentiâ prædicationis ſuæ verba voluentem: plauſûſque commouent, & vociferantur, & iactant *manus*] &c. hos Apoſtolus vocat *prurientes auribus*, qua de re vtiliter non pauca hoc loco ex B. Auguſtino diſſeruit Serranus.

Vſus adagij. Pagninus. Vatablus. B. Hiero. Theodor. Serranus.

EX CAP. XXXVI. VER. XXXV.

ADAG. Dcccc xxiii.

Hortus voluptatis.

Hortus voluptatis.

DE amœniſſimo & fertiliſſimo loco vſurpatur *keghan heden* כגן-עדן, ὡς κῆπος τρυφῆς, iuxta Lxx. quod noſter aliquando *paradiſum*, aliquando *hortum* dicit ſine ſententiæ detrimento. *Hortum voluptatis* hîc & *Ioël* 2.3. *Paradiſum voluptatis* Gen. 2. 8. & 3. 23. aliquando *paradiſum Dei* vel *Domini Gen.* 13.10. *Ezech.* 28.13. & 31. *verſ.* 8. & 9. Apoc. 2.7. *aliquando hortum Domini Eſai*, 51.3. Vide ſup. adag. *paradiſus Domini.* Vbi copioſè deſcripſi.

ADAG. Dcccc xxiv.

EX CAP. XXXVIII. VER. XII.

Vmbilicus terræ.

Vmbilicus terræ.

AIt Propheta; *Qui poſſidere cœpit, & eſſe habitator vmbilici terræ:* Hebraicè pro *vmbilico terræ* eſt *Tabbor haaretz*, טבור הארץ, Lxx. ὁμφαλὸν τῆς γῆς, vt noſter, Chaldæus paraphraſt. *Tukpho Dearcho, fortitudinem terræ*, vt ſit ſenſus idem qui quando *ſup. c.* 30. *v.* 15. de Peluſio dixit, *robur Ægypti*, vbi Hebraicè eſt *Machoz* מעוז. Chaldaicè *Tekoph.* Conſtat Latinis *perfectionem* nomine *vmbilici* ſignificari, vnde Martialis *lib.* 4.

Chald. Par. Martialis.

Ohe iam ſatis eſt, ohe libelle
Iam peruenimus ad vmbelicos.

& Horatius in Epod.

Horatius.

Inceptos, olim promiſſum carmen, iambos
Ad vmbilicum ducere.

quoniam vltimo loco vmbilici oſſei, èburnei, vel metallini librorum compacturæ adiiciebantur. Equidem libenter ſic accipe-

Vmbilici.

rem *terræ vmbilicum* de Ieroſolymâ; ſcilicet ita vocari, quia ſitu forti & vberi locata, vnde & Iſaias *cap.* 5.1. dixit locatam *in cornu filio olei*, vt explicui ſuprà. Et vt infantulis vmbilico ſuppeditatur alimonia; ſic cibus animarum nouellæ Eccleſiæ ex Hieruſalem manauit; *De Sion egredietur lex, & verbum Domini de Hieruſalem. Mich.* 4.2. Præterea quę magis edita & eminentiora poſitura, veteres ὄμφαλον dixêre. vt *clypei vmbonem*, Homerus *Iliad.* n. & *in phialis* Cratinus, & *in ficubus* Pollux. Et hoc ſenſu adagium foret, iuxta Chaldæi explicationem. Verùm me retrahit authoritas veteſtatis. Nam & Delphos quaſi in mediullio orbis poſitam vocauit Euripides in Oreſte μεσόμφαλον τῆς γῆς, vt explicat Euſtathius; & Homerus Odyſſ. α de Calypſus inſulâ. ὅτι ὄμφαλός ἐϛι θαλάσσης, *vmbilicum maris eſſe*: & Liuius Ætolos dixit *Græcia vmbilicũ incolere*: & *in Verrin.* Cicero agens de Ennenſium amœniſſimo nemore, quod Claudianus 11. *De raptu* deſcripſit, ait *vmbilicum Siciliæ nominari, quia locus in mediâ inſulâ ſitus.* Sic ergo volunt plerique Hieruſalem, dici *terræ vmbilicum*, & nituntur aliis ſacræ Scripturæ locis, vt ſupr. *Ezech.* 5.5. *hæc ipſa in medio gentium* poſita dicitur, & *Pſalm.* 73. *Deus autem rex noſter ante ſæcula operatus eſt ſalutem in medio terræ.* Vbi S. Hieronymus exponit ſiue in Iudæa quæ *medium terræ* dicitur, ſiue in vtero virginali. Sed ad caput 5. Iſaiæ idem S. Hieronymus multò adhuc apertiùs ſic accepit iuxta priorem explicationem (nam poſterior erat planè myſtica) eius verba ſunt; [*Ieruſalem* in medio mundi ſitam, hîc idem Propheta teſtatur, *vmbilicum terræ* eſſe demonſtrans. Et Pſalmiſta, *operatus eſt* (inquit) *ſalutem in medio terræ.* A partibus enim Orientis cingitur plagâ, quæ appellatur Aſia; à partibus Occidentis, eius quæ vocatur Europa; à meridie & auſtro Libyâ & Africâ; à Septentrione Scythis, Armeniâ, & Perſide, & cunctis Ponti *nationibus*, &c.] Quibus verbis Hieronymus apertè ſubindicat hunc noſtrum *verſ.* 12. Idem ſentiunt Theodoret. *ad d. c.* 5. & Gloſſa interlin. ibid. Clarius & Pintus hic incognitus (qui citat Bedam) Folengius, Ianſen. & alij *ad Pſal.* 73.

Sed hæc opinio ſi ſumas de medio mathematico defendi nequit, neque quo ad longitudinem, neq; quo ad latitudinem, vt conſtat vel Ptolomæi, vel recẽtiorum dimẽſiones ſequẽti. Nam quod Pintus, Furſter. & Mercerus aiunt mundum in ſeptẽ climata partiendum, & Iudæã eſſe in quarto, ac proinde in medio vniuerſi: nec verũ eſt, nec ſatisfacit niſi quo ad altitudinẽ poli ad polũ. Præſtaret ergo dicere, mediũ craſsâ Minerua capiẽdum vt diſtans longè, licèt inæqualiter, à quatuor mũdi plagis. Alij itaque cum Ioſepho exponunt, nõ de vniuerſo orbe, ſed de Iudæâ tantùm. Sic Ioſephus *li.* 3. *de bello Iudaico c.* 2. de Iudæâ, μεσαιτάτη δὲ αὐτῆς πόλις, ἡ Ἱεροσόλυμα κεῖται. παρὸ καί τίνες οὐκ ἀσκόπως ὄμφαλον τὸ ἄστυ τῆς χώρας ἐκάλεσαν: *media verò eius vrbs, eſt Hieroſolyma: vnde quidã, non aberrantes à ſcopo, illud oppidũ loci vmbilicũ vocauere.* Non deſunt, qui volunt dici *in medio terræ*: hoc eſt in optimo terræ loco. Sicut 4. *Reg.* 4. *in medio populi habito*, de quo dictum ſuprà. Sed hoc nũc non admodum conuenit. Denique alij ſimpliciter *in medio terræ* capiũt pro corã omnibus & palam, ſic cum Theodoreto, Agell. *ad d. Pſal.* 73. Ribera *in medio terræ* capiebat ex idiotiſmo, pro *inter alias terras*; & *in medio gentium* pro inter gentes vndique circumhabi

Homerus. Cratinus. Pollux.

Liuius.

Cicero. Claudian.

S. Hieron.

Theodor. Gloſſa interl. Clarius. Pintus Incognitus. Folẽgius. Ianſen.

Furſterus. Mercerus. Mundus in ſeptem climata partiẽdus. Iudæa in medio vniuerſi.

Theodor. Agellius. Ribera.

habitantes. sicut *Psal.* 47.10. *suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui.* Psal. 100. 7. *Non habitabit in medio domus meæ, qui facit superbiam.* Ezech.3. *ingredere & includere in medio domus tuæ.* Sed cur aut quomodo hoc pacto vocetur *vmbilicus?* Nam communis illa ratio est cæteris vrbibus. ideo vel sequenda communis opinio de meditullio, vel Chaldæa paraphrasis. *Iudic.9.37. Ecce populus de vmbilico terræ descendit.* vbi ex LXX. & voce *descendendi* satis patet sic vocari cumulum aliquem, vel collē seu verucā eruditiorem planicie, vt solēt esse loca litoralia. nam vertunt, ἰδοὺ λαὸς καταβαίνων κ᾽ θαλασσαν ἀπὸ ἔ ἐχόμβρα ἔ ὀμφαλοῦ τῆς γῆς. *Ecce populus descendens iuxta mare à cōtiguo vmbilico terræ.* vbi etiā Onkelos; *à fortitudine terræ.* & Liranus ibi, *de cacumine montis quod dicitur vmbilicus terræ, quia supereminet aliis partibus ventris.* quod à Iarrio vel Kimchi sumpsisse nō dubito; sic etiam ibi Isidorus Clarius, & Yatablus. Posset itaque dici sic vocari Hierosolymā tum quia in monte sita; tum quia cęteras inter vrbes eminebat omnibus laudibus;

Onkelos. Liranus.

Iarrius. Kimchi. Isidorus Clarius. Yatablus.

Quantum lenta solent inter viburna cupressi.

A D A G. Dccccxv.

EX INCERTO EZECHIELIS LOCO.

Peperit & non pepe rit.

PEPERIT ET NON PEPERIT.

τίκτουσι, κ᾽ οὐ τίκτουσι

Vsus adagii.

DIci puto posse, de re quam licèt veram, multi negant, seu cui vehementer contradicitur. itē de rebus quæ se aliter habent, quā videntur habere. item de doctrinis quæ in vno fructuosæ, in aliis sterilescunt. est autem fragmentum prophetiæ, &, vt opinor, Ezechielis nostri. non reperias in eius opere, sed reperias apud Patres. Nam Clemens Alexandrinus *lib.* 7. *Stromat. pag.* 323. docet hoc in sacra Scriptura extitisse; comparans B. Virgini sacram Scripturam. sicut enim B. virgo peperit quidem verum filiū; & vera mater fuit, non tamen peperit ex viri semine, neq; cū corporis dolore, aut secundinarum & sanguinis effusione, vel cum separatione continui vt cæteræ solent puerperæ: peperit enim supernaturali quodam modo, manens virgo: sic sacræ Scripturæ concipiunt & pariunt veritatem in animis fidelium; in animis verò infideliū hæreticorum non concipiunt, nec pariunt. τίκτουσι κ᾽ οὐ τίκτουσι φησὶν ἡ γραφή. ὡς ἂν ἐξ αὐτῆς οὐκ ἐκ σωθέντας συλλαβοῦσα διὸ περ τοῖς γνωστικοῖς κηρύκασιν αἱ γραφαὶ. αἱ δ᾽ αἱρέσεις οὐκ ἐκμαθοῦσαι, ὡς μὴ κεκυηκυίας παραπέμπουσι, peperit, non peperit, ait Scriptura, eò quòd non concepit ex coniunctione viri, sed ex seipsa. *Quamobrem iis qui sunt cognitione præditi, conceperunt Scripturæ: hæreses autem, vt pote intellectūs expertes, ablegant, tanquam quæ non conceperint.* Hisdem verbis hoc repetit B. Gregentius *in eclogis de benedictionibus propheticis.* Epiphanius insuper *lib.* 1. *contra hæresim Ebionitarum* sub finem paulo aliter refert, nempe; *pariet vitula, & dicent nō peperit*, & explicat de B. Virgine, & hæreticis eius partui contradicentibus. Postquam enim in illos, velut hastam amentatam, illud Isaiæ contorserat, *ecce virgo concipiet & pariet*; & ponderarat dici, non γυνὴ, sed παρθένος; subdit tanquam aliud contra eosdem hæreticos testimonium κ᾽ πάλιν ἐν ἑτέρῳ τόπῳ λέγει. κ᾽ τέξεται ἡ δάμαλις; κ᾽ οὐ φασὶν οὐ τίκτειν. *& rursùs in alio loco dicit (sacra Scriptura) & peperit vitula, & dicent non peperit.* videtur

B. Virginis partus.

B. Gregentius. Epiphan.

locum integrum ponere, vel quæ subaudienda de suo addere, denotans Iudæorum & hæreticorum perfidiam in sacra Scriptura detrũcandâ. Subdit enim, Manichæos & Marcionitas priorem testimonij partem, *peperit vitula*, reiecisse, solã posteriorem, *& non peperit*, amplexos. lege illum *fol.* 71. editionis Græcæ. Ne verò quis existimet, ex Isaiâ id eũ adducere; Tertull. reuocat c. 23. *libri de carne* CHRISTI, verbis huiusmodi; *Legimus quidẽ apud Ezechielem, de vaccâ illâ quæ* peperit & non peperit, *Sed videte (alloquitur sectarios Marcionis) ne vos iam prouideus Spiritus sanctus notarit hac voce disceptaturos, super vterum Mariæ.* nã vritur argumento, quo post vsus fuit Epiphanius. Nihil hodie tale reperias in Ezechiele, & fatentur non reperiri Iac. Pamelius comment. *ad d. cap.* 23. & Leo Castrius *Apologiæ lib.* 3. Pamelius tamen notat aliquid simile in Iobo, iuxta vulgarem nostram translationem reperiri *cap.* 21. 10. *Vacca peperit, & non est priuata fœtu suo*; si quis corrigeret, *& est priuata fœtu suo*. perinde enim tum fore, ac si non peperisset. verùm ea correctio sententiæ Iobi repugnat Hebræo & Chaldæo, repugnat ipsis LXX. quæ illic habẽt; *Salua euasit illorum pragnans & non frustrata est*; διεσώθη αὐτῶν ἐν γαστρὶ ἔχουσα καὶ οὐκ ἔσφαλεν. Aquila aliquem illic vertit δάμαλις αὐτῶν, *iuuenca eorum*, sed cætera consentit. Ideo nõ credo ad Iobi locũ aspexisse Patres, sed ad Ezechielis quidẽ, vt Tertullianus, homo memoriosus, citauit: quod olim alicubi apud LXX. exstiterit, sed fraude Iudæorum fuerit erasum. Hactenus de loco, à nouissimis etiam Ezechielis interpretib. prætermisso.

Tertullianus. Chaldæus, LXX. Aquila. Tertullianus. Epiphan. Iac. Pamelius. Leo Castrius.

ADAGIALIA EX PROPHETIA DANIELIS.

EX CAP. II. VER. XXXV.

ADAG. DCCCXXVI. Redacta quasi in f. &c.

Redacta quasi in fauillam æstiuæ areæ.

SIGNIFICATVR vehemẽs contritio, in puluerem vsq; minutissimum, sicut diximus adag. 252. *tanquã puluis à facie venti.* Hebraicè hîc est מוץ, quod multi *paleã, multi quisquilias* vertũt. LXX. *puluerem* ὡσεὶ κονιορτὸς δὴ ἀλωῶς καὶ ληνοῦ. *quasi puluis ab areâ & torculari.* cuius vento sublati & dispersi nihil supereſt. hoc enim significat sequens Hebraismus: *nullúsque locus inuentus est eis*, hoc est penitùs disparuerunt. sic Psal. 36. 36. de impio superexaltato *transiui & ecce nõ erat, & quæsiui eum, & non est inuentus locus eius.* hoc est ipse nullibi comparuit. Nahum. 1. vers. 8. *& in diluuio prætereunte consummationem faciet loci eius.* Apocal. 12. 8. *& non valuerunt, neque locus est inuentus eorum amplius in cælo.* Orta phrasis, quia in vacuo nulla res naturaliter posset conseruari, sed interiret. vide etiam adag. supr. *Lanugo quæ à vento tollitur.*

IBI-

ADAG. Dcccc xxvii. Ferrũ misceri, &c.

IBIDEM VER. XLIII.

Ferrum misceri non potest testæ.

Vsus adagii.

PATET vsurpari de infida societate, & confœderatione. qualis fuit inter Gothos & Romanos, & inter Cæsarem & Pompeium: quos non potuit nexus aut vinculũ matrimoniorum amicitiâ firmâ vel fidâ colligare. Quod cernimus quotidie, maximè si coniugia sint disparia. nam de nuptiis agi docet quod additum, ferrum testæ commistum fuisse humano semine.

Gothorũ & Romanorum fœdus. Cæsaris & Pompeij.

ADAG. Dcccc xxvi i. Quasi lana mũda.

EX CAP. VII. VER. IX.

Quasi lana munda.

SOLITVM sacræ Scripturæ de re vehementer candida, vt hîc, de Patre æterno, *capilli capitis eius quasi lana munda.* hoc est cani, splendidi. iuxta illud.

Et facies multo splendeat alba pilo.

Apoc. 1. 14. *capilli eius erant candidi tanquam lana alba, & tanquam nix.* ideo nix lanæ comparatur, *Ps.* 147. 16. *qui dat niuem sicut lanam.* Isa. 1. 19. *si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabuntur: & si fuerint rubra, quasi vermiculus, velut lana alba erunt.* Mysticè differentiam lanæ & niuis quo ad candorem proponit Pererius *disp.* 18. *in cap.* 1. *Apocal.* vide, si vacat.

Mystica lanę & niuis differentia. Pererius.

ADAG. Dcccc xxix. Terrã nõ tangere. Vsus adagii.

EX CAP. VIII. VER. IV.

Terram non tangere.

DICTVM de celerrimo cursu, vsurpant etiam Hispani. sic Maro Æneid. 7.

Illa vel intacta segetis per summa volaret
Gramina, nec teneras cursu lasisset aristas.

Maro.

Ouidius Metamorph. 10. certans cum Virgilio,

Ouidius.

Signa tuba dederant, cùm carcere pronus vterque
Emicat, & summam celeri pede libat arenam.
Posse putes illos sicco freta radere passu,
Et segetes canas stantes percurrere aristas.

Vincit sacra Scriptura claritate, & antitheſi, *veniebat super faciem totius terræ, & non tangebat terram.* q. d. tãta celeritate orbem deuicit, vt licèt plurimas eius partes cum exercitu peragrarit, & occuparit, vix celeri pede videretur vllum vestigium impressisse. phrasim notauit etiam Isidorus Brixiensis.

Isidorus Brixiẽsis

ADAG. Dccccxxx

EX CAP. IX. VER. XXIII. ET CAP. X. VER. XI.

Desideria seu vir desideriorum.

Desideria.

חמודות *hamidoth. Desideria.*

LXX. ἐπιθυμιῶν. LXX.

D. Hieronymus & Theodoretus duas explicationes ponũt: vna, significari optimum, amabilẽ, & Dei hominúmque amore dignum: q. d. desiderabilẽ, sicut Symmachus *cap.* 10. transtulit. Sic 2. *Reg.* 17. Salomon legitur vocatus, *amabilis Domino* (IEDIDIA) *eò quod diligeret eum Dominus.* sic sumitur *res desideriorum* Hebræis, vt cap. 10. 3. *panem desiderabilem nõ comedi. Lechem hamudoth.* LXX. ἄρτον ἐπιθυμιῶν. hoc est cibos delicatiores, inquit,

D. Hiero. Theodor. Symmachus.

LXX.

inquit Hieronymus. ſed Theodoretus ſic vocari *panem*, quia ſit cibus communis, & omnium alimentorum amabiliſſimus. Geneſis tamen 27. verſic. 15. *veſtibus Eſau valde bonis*, Hebraicè eſt *veſtibus deſideriorum*, *hachamudoth*. hoc eſt quas maximi faciebat pretioſiſſimis. ſic de CHRISTO ſponſa, *& totus deſiderabilis Cant.* 5. 16. vbi LXX. *deſiderium* ἐπιθυμία, Hebr. *machamaddim*. Paraphraſtes Chaldæus, *omnia præcepta eius deſiderabilia ſapientibus*. frequens ergo hæc locutio iſto ſenſu; nã abſtractis ad vim maiorem vtuntur Hebræi pro concretis.

II. expoſitio. Secunda expoſitio etiam conuenit eidem Hebraiſmo, & loco Danielis non minùs commoda eſt, *virum deſideriorum* idem eſſe quod virum ardentiſſimè aliquid deſiderantem; qui pro deſiderij magnitudine futurorum conſcius fieri, & Dei ſecreta mereatur audire. Vir deſideriorum.

III. Tertia Theodoreti, niſi huic ſecundæ iungatur, longè petita eſt, ſic vocari quia viriliter oratione & ieiuniis corpus ſuum ſpiritui ſubdat: coniunge, vt indicium ſeu notam ardentis deſiderij, talia ſubeuntis vt voti compos fiat. colligitur *ex cap.* 10. 12. De hac locutione egit etiam D. Hieronymus *epiſt. ad Deſiderium*, cuius initium *lecto ſermone*. D. Hieronymus.

ADAGIALIA EX PROPHETIA OSEÆ.

ADAG. DCCCC XXXI. Sepire, viam, &c.

EX CAP. II. VER. VI.

Sepire viam ſpinis & maceria.

XX. pro ſpinis eodem ſenſu *ſudes*, ἐκ σκόλοψιν. hoc eſt, vallo ex lõgioribus lignis, vt exponũt Græci hic citati à Leone Caſtrio. Sapit adagium. nam ſignificat tot calamitatib. cingere & obruere, vt quis nequeat quo volet arbitratu ſuo pergere, ſed vbique impingat, & crucietur. ſic accepere Patres, S. Hieronymus, vt rerum neceſſitate compulſa reuertatis ad virum tuũ, & dicas illud de euangelio; *Quàm multi mercenarij in domo patris mei abundant panibus: ego autem hic fame pereo: ſurgam & ibo ad patrem meum, & dicam illi: Pater peccaui in cælum, & coram te: & iam nõ ſum dignus vocari filius tuus, fac me ſicut vnum de mercenariis tuis.* Ex quo intelligim⁹ quòd prouidentiâ Dei ſæpe nobis accidant mala, ne habeamus ea quæ cupimus: & variis oppreſſi calamitatibus huius ſæculi ac miſeriis ad Dei ſeruitutem redire *cogamur*] ſic ille proponens vſum parœmiæ. Theodoretus Mopſu. *Propter eorum ergo nequitiam, trudam eos in calamitates & miſerias, vnde ſe nequeant explicare: nempe in bella & captiuitatem, ac ſeruitutem, veluti ſi quis incidat in loca obſepta, in quibus neque via, neque exitus reperiatur.* Simile ergo eſt adagio; *Herculis tunica*, vel *tunica cæca*. Theodoretus; *Hæc vltio pietate plena eſt: laborat enim vt impietatem ceſſare facias.* ſimile

Leo Caſtrius, S. Hieron.

Theodor. Mopſueſtenus.

Theodor. Rupertus.

simile quid notat Rupertus: mutuati omnes ab Origene *in c. 9. ad Romam in fine*, qui magno beneficio Dei scribit sic peccatoribus viam præcludi, ne in præceps ruant. Melius adhuc S. Gregorius *lib. 34. Moral. cap. 2.* scribit; *spinis electorum via sepiuntur, dum dolorem punctionis inueniunt in hoc quod temporaliter concupiscunt. Quasi interpositâ maceriâ vias eorum obuiat, quorum nimirum desideria perfectionis difficultas impugnat.* Sic certè Cyrillus etiam accepit, cui sequi suos amatores, hîc est, ἢ ἀνεσίαις γνώμαις τῆς διανοίας τὸν ῥοπὸν ἀποκλίνομεν. Interpretatio de CHRISTI cruce & Iudæis quam Leo Castrius prosequitur, est allegorica.

Origenes. S. Gregor. Cyrillus. Allegorica interpretatio.

ADAG. DCCCC XXIII. Vallem Achor, &c.

IBIDEM VERS. XV.

Vallem Achor ad aperiendam spem.

LXX. pro spe, *intelligentiam* verterunt σωίσιν, pro *tiqua* תִּקְוָה legisse בִּינָה putat Leo Castrius. ad sensum nō multum interest. nā docemur vexatione & perturbatione nobis oculos aperiri, qui prosperitate, & rebus ad votum succedentibus quasi velati & clausi erant: hac verò apertione oculorum, fit vt intelligentes nos à Deo sic erudiri tribulationibus, etiam spem concipiamus misericordiæ, & retributionis illius, de qua dictum, si compatimur, & conregnabimus illi; quem oportuit tanta & talia pati, & sic intrare in regnum suū. Symmachus, *ostium spei*; Chaldæus, *delicias animæ. Achor* hîc non viri, sed vallis est nomen significātis perturbationem; ita dictæ quia Achor furto suo turbauit Israëlem, & ideo Deus illum è vita illic exturbauit: & perturbatio ista mox adeptâ de vrbe Hai victoriâ in gaudium conuersa, lege *Iosue 7.* & 8. sicut etiam ex Ægyptiacâ seruitute liberatis Iudæis, afflictio, in cantica & lætitiam vertit, vt hîc additur. S. Hieron. vult significari, quòd locus tumultus & vallis turbarum, mutetur in ostium spei & patientiæ, quòd idcirco supplicia & tormenta pertulerit, vt per hæc ad prospera peruenire. Hanc verò commutationem significari vers. seq. & *canet ibi iuxta dies iuuentutis suæ*, pro *canet* Hebraicè עָנְתָה quod Symm. κακωθήσεται, *affligetur*; Theodotion, ἐπακουσθήσεται, *respondebit*; Aquila, ὑπακούσει *obediet*, Lxx. ταπεινωθήσεται, *humiliabitur*, transtulerūt. Elegantissima gradatio, quam licet in Paulo cernere, furebat, prosternitur, humiliatur, agnoscit infirmitatem suam, & durum sibi contra stimulum calcitrare, respondet vocanti, *quid me vis facere?* obedit iussioni: sic afflictio humiliationē; humiliatio patientiam, patiētia intellectum, intellectus obedientiam, obedientia spem operatur, spes non confundit sed parta victoriæ hymnum canit cum Maria, *Exo. 15.* B. Cyrillus notat *infantiam* appellari τὸν δέξε νόμον ἀναγούνησιν εἰς θεογνωσίαν: præmiserat autem nos ista mentione vallis Achor, doceri, quæ antiquis acciderunt ea nobis exemplum esse ad bene viuendum. [*In ea* enim intuentes desinemus offendere Deum, ne eadem nobis eueniant. Omnia enim in figurâ contingebant illis, vt Paulus ait, scripta sunt autem propter nos. Quòd autem qui Deo non obediunt, & mandata eius non custodiunt, grauissimas pœnas dabunt, docere possunt, tanquam in typo, quæ acciderunt Achor, quem Iesus Naue typus Christi tantâ seueritate puniuit.

LXX. Leo Cast. Symmachus Chaldæus Vox Achor, quid & vnde. Symmac. Theodot. Aquila. I. X X. B Cyrill.

Adduxit enim eũ in vallem Achor, vbi propter eius peccatum tantam perturbationem ceperat Israël; & ibi cum omnibus & liberis & rebus suis periit. Scriptum est enim impij ἀλίφ' ἵζει, de terrâ peribunt. Hæc ergo satis sunt ad aperiendum ei, qui contemserit mandatum Dei, quorsum euadet contemtus. Verùm non priùs *data est vallis ad aperiendũ ſpẽ*, quàm locutus est Deus ad cor eius. Non enim mysteriũ, quod in typis est, intelligi potest, nisi priùs communicet *Spiritum sanctum*.] Quod ad nostram parœmiam idem docuit Theodorus Mopsuest. Sed attingi aliam historiam credidit, vt patet ex fragmento Græco, quod ex cathena Græcor. verterat Fran. Ribera, ex cuius schediasmatibus desumpsi, quæ ex Cyrillo & Theodoro dabo ad Oseam, Zachariam, & Malachiam, quę spero lector boni consulet: ait itaq; hoc loco Theodorus; ET DABO EI VALLEM ACHOR, vt quæcumque in eo loco passi sunt, omnia conduxerint ad corrigendã vitam superiorem. Tunc enim sentient succedentibus rebus lætis, nõ accepisse eos calamitates meâ negligentiâ, sed ob sua scelera quæ ipsi negligebant. Itaque *vallem Achor*, locum videtur dicere, in quo maximam vim prælij, & hostiũ impressionem senserant, vt inde captiuitas & cætera mala sequerentur. Quare, vt solet à parte totam eorum regionem nominat. ET HVMILIABITVR IVXTA DIES INFANTIÆ SVÆ. Vt superbiam vocat defectionẽ à Deo & numinis contemptum: sic cõtra humiliationẽ appellat agnoscere Deũ, & eum tanquam Dominum & iudicem timere, Ergo (inquit) eueniet eis captiuis, vt euenit olim Iudæis in Ægypto; qui durissimâ seruitute oppressi, & operibus lateritiis, tũc demum intellexerunt, vnde esset auxilium implorandum, clamaueruntq; ad Deum: sic eueniet vobis: tũc enim agnoscetis authorem bonorum, & eum implorabitis & opẽ facilè *impetrabitis*. hactenus ille. Alia multa quibus hęc addi poterunt, congessit Guadalupus in comment.

Theodor. Mopſ.

Ribera.

Cyrillus.

Guadalupus.

EX CAP. IV. VER. II.

ADAG. Dcccexxxiii.

Sanguis sanguinem tetigit.

Sanguis sanguinẽ tetigit.

LXX. αἷμα ἐφ' αἵμασι μίσγεται. *sanguinem sanguini miscẽt*. Heb. *Damim bedamim naghabhu* דמים בדמים נגעו *sanguines in sanguinibus tetigerunt*, maiori copiæ exprimendæ. Chaldæus, *aggregãt peccata peccatis*. significatur enim continuatio peccatorum, nihil boni facientium, nec vnquam interrumpentiũ peccandi desideria vel consuetudines. D. Chrysostom. *lib. 3. de prouidentia post medium*, ait, *per hæc verba malitiæ licentiam, perplexitatémq; & copiam nobis insinuari*. Theodor. exponit, *homicidia homicidiis addidistis*. S. Hiero. *vt augerent peccata peccatis, & nouis vetera cumularent*. S. Grego. *Moral. lib. 13. c. 10. & hom. 11. in Ezechiel.* eodem modo explicat. Ruffinus autem (si modò ipsius est commentarius) exponit occisorum multitudinẽ: & cuncta loca cæde ac sanguine repleta. Theophylact. porro; [*Sic cruorem* ad cruorem miscent hæretici; qui seipsos per hæresim occidunt, aliósque occidunt abs se institutos. Et quando quisque ipse animo corruptus, nouã animam assumpserit, eiúsque mores per prauã consummationem corruperit, sanguinem ille cum sanguine *miscet*.] Rupertus *lib. 2.* non acquiescit communi expositioni, & vult indicari incestum, contra præceptum Dei; *omnis homo ad proximã sanguinis sui*

LXX.

Chaldæus vim adagij.

D. Chryſ.

S. Gregor.

Ruffinus.

Theophy.

Rupertus.

non

nõ accedat. Leui. 18. altera melior est.

ADAG. Dcccc. xxxiv. Peccata populi mei comedent. Ribera Theodor. Comedere pro experiri.

IBIDEM VERS. VIII.

Peccata populi mei comedent.

VARIAS Patrum expositiones hîc Ribera recensetaddo vnã adagialem Theodori: *qualia sunt quæ peccarint, talem fructum colligẽt: perinde ac si diceret, metent quæ seruerunt. comedere* pro experiri. Sed videtur nonnihil alienum. vt & alia Isychij *lib. 7. in Leuit. pœnas sustinebunt pro peccatis populi.* vtrumque tamen diligenter nobis notandum & cauendum. Communior tamen sententia est, de iis qui peccata populi dissimulant, & non corripiunt, ne amittant emolumẽta. Hierony. & Rupert. Gregor. *hom. 17. Bern. in declam. super. Ecce nos reliq. omnia.* emolumenta autem hæc potiss. sunt oblationes, quas vt largiores acciperent, quæ arguenda laudabant, vt idololatriam & similia peccata. sic potest cum superiore conciliari, Theophyl. Varabl. Lyran. & aliorum explicatio.

Isychius. Hieron Rupertus Gregor. Bernard. Theophy. Varablus. Lyranus.

ADAG. Dcccc. xxxv. In ligno suo, &c

IBIDEM VERS. XII.

In ligno suo interrogauit & baculus eius annunciauit ei.

DE irrito & stolido sermone dici solet, *lapidi loqui*, vel *postem consule*, vtrumque Hispanis in vsu. An ergo sic culpantur, qui sectabãtur diuinationes mendacissimas, & muta simulachra cõsulebãt? De rabdomantiâ & velomantiâ quædã hîc Ribera. Pro, *ligno*, Lxx. σύμβολα posuerunt, sensũ attendentes. Ionathã hoc loco sic habet; *Populus meus simulachrũ ligni sui consuluit, & putat baculum sum posse sibi responsum dare.*

Vsus adagij. Ribera. Lxx. Ionathan.

S. Cyrill. ita scribit; [*Declarat* quomodo reliquerunt Deum, & custodierunt fornicationẽ. Ipsi enim cõsentiebant errori populi, & qui ab errore retrahere debebãt alios, ipsi illos decipiebãt potiùs. Cùm enim venirent ad eos ad cognoscendũ de futuro statu suarum rerũ, ipsi non suadebãt, vt à Deo scire illa vellent, sed potiùs à dæmonibus per signa inquirebãt ipsi sacerdotes quæ respõderẽt: sicuti Balaã, qui septẽ aras sibi fieri iussit, & septẽ vitulos mactari, & septẽ arietes, & ego ibo, inquit, κατ' ἰατρείαν εἰωνῶν. Aut enim fumos obseruant, ex sacrificiis, quo & quomodo, vtrũ sursùm an deorsum ferantur; aut palpitationes hepatis, aut volatus auiũ quæ ad morticinia volare solent. ET IN VIRGIS, &c. aliud forte genus sumptum à Chaldæis. sic contra Israël Nabuchodonosor κατεμαντίνετο, vt Ezechiel meminit. Hic erat modus: Sũptis duabus virgis, quædam arcana καλέσασθαι, & sic illa verborũ incãtatione faciebant, vt energia diaboli inclinarẽtur, & flecterẽtur virgæ: & tunc obseruabant, in quam partẽ se flecterent, vtrũ ad dexterã, an ad sinistrã, & sic populo *respondebãt*] habes ritũ, quẽ etiã descripserã in *Disquisit. Magic* ..... Theodorus id ipsũ breuiter attigit: dicit quæ faciebant more gentium. consulebant enim dæmones, aut eorũ Sacerdotes per Symbola & signa: qui responsa dabant, vtentes virgis quibusdã: quod genus diuinationis Græci ῥαβδομαντείαν vocant, de qua est exemplũ in Ezechiele *cap. 25.*] *Theodoretus* Symbola refert ad auguriũ, quo Græcã vocem nimis restringit, & ab Hebræâ dissidet. *Theophylactus* fere de verbo ex Cyrillo. *Ruffinus* anilia sectatos & baculis ad fraudẽ leuigatis vsos tradit. Possumus ergo prouerbialiter versione Lxx. vti contra

Kapromãtia. Rabdomantia. Theodorus. Thodore. Theophy. Cyrillus. Ruffinus. Vsus adagij.

omnes aniles & superstitiones diuinationes. λαὸν μὲν ἐν συμβόλοις αὐτῶν ἐπτοήσων, ἐν φάσμασι αὐτῶν ἀπάτη γελᾶν αὐτῷ. Guadalupus docet hæc ad auaros transferri propriè, quorum auaritia est idolorum seruitus.

Guadalupus.

IBIDEM VERS. XVI.

ADAG. Dcccc. xxxvi. Sicut vacca lasciuiens, &c.

Sicut vacca lasciuiens declinauit.

CONsentiunt omnes dici de contumaci, qui iugum excutiẽs fertur præceps, quocũque affectus eum rapiunt. Hebr. est vacca *sorerah* סוררה hoc est, *peruersa*, contumax, declinans; noster vt causam redderet, vertit, *lasciuiens*, præ rerum abũdantiâ. Chaldæus; *Sicut bos qui saginatur, & recalcitrat: sic rebellat propter multitudinem bonorum Israël.* adspiciebat ad illud Moysis *Deutero.* 32.15. *incrassatus est dilectus.*

Vsus adag. i.

Chalde⁹.

Meritò potiùs *vaccã* dixit, quàm bouẽ; quia de fornicatione sermo, bos castũ animal: potiùs quã taurũ, quia vacca lasciuior, nec taurus eã init nisi vocatus. Lxx. vt impetũ se à Deo proripientis ad idola quasi ante oculos statuerent, vertunt ὡς δ' ἁμαλὶς παροιστρῶσα παρείσεισεν, *vt œstrosa lasciuia insanuit*, hoc est, vt exponit Hieronymus, percussus fornicationis Spiritu incredibili furore bacchatus est, & illustrat versibus Virgilij è. 3. Georg. --*cui nomẽ asilo*
Romanum est, œstrum Graij vertere vocantes;
Asper acerba sonans: quo tota exterrita syluis
Diffugiunt armenta, furit mugitibus æther
Cõcussus, sylueq́, & sicci ripa Tanagri.

Bos castũ animal. Vacca boue lasciuior.

Theodor. Oestrus. quid sit.

Theodor. *Oestrus* siue *asilus*, vulgò *tabanus*, musca quædã est vaccis infestissima, cuius morsus tãto sensu doloris exisitit; vt vaccæ quibus admoti fuerint eius stimuli, non voce bubulci reuocari possint, neque cũ reliquis vaccis compascant, sed interdũ præcipites *agantur*, &c.] Hũc imitatur Theoph. Theodorus; [*Taquã* vacca œstro, & impetu naturalis cupiditatis, ac libidinis fertur præceps: sic vos à cultu & religione meâ defecistis, & intẽperantiâ vestra ad idolorũ religionem *ruistis*.]

Theoph. Theodor.

Cyrillus simul explicãs quod sequitur, ita scribit; [*Ne, inquit* sit tibi occasio, neque exemplũ ad imitandum defectio Israëlis, quòd scilicet instar vaccæ œstro percitæ, velut à grege, ex ciuitate Ierusalẽ fugerit. Non enim erit illi impunè. ducetur enim captiuus ad Medos & Persas, non iã ampliùs instar vaccæ percitæ, audax, & effrenis & ἀτιμαγέλας: sed instar agni pauidi, quales sunt *captiui*.] Huc pertinet versus Melodi cuiusdam *inf.* §. *vacca pingues.*

Cyrillus.

Moraliter D. Hieronymus transfert ad hæreticos quorũ & furor & lasciuia nimis quã nota: Ruffinus ad omnia peccata his verbis; *Aptè prorsus à vaccâ similitudo suscepta est, vt peccati ipsius species, & tumor peccãtiũ, & mugitus pereũtiũ signaretur.*

Accómodatio.

IBIDEM.

ADAG. Dcccc. xxxvii. Pascet eos Dominus, &c. Lxx. Chalde⁹.

Pascet eos Dominus sicut agnum in latitudine.

LXX. ἐν εὐρυχώρῳ, *in loco spatioso.* Chaldæus: *deducet eos Dominus quasi agnũ electum in planicie.* In bonũ videtur accipere, vt declaretur magna Dei bonitas in tam ingratos & contumaces, vt vaccæ lasciuienti meritò fuerint cõparati. idẽ contendit Leo Castrius, & vult de Iudæis ad CHRISTVM conuersis intelligi, quos sicut agnos pascit in omni abũdantiâ gratiæ noui testamẽti. laudat authores Gregor. Nazianzenũ *de Theolog. orat.* 3. & scholiastẽ ei⁹ Nicetã in *orat.* 2. *de Pascha.*

Leo Castrius.

Gregori⁹. Nazianzenus.

qui

qui tamen id non asserunt, sed dumtaxat Iudæos in montibus sacrificasse; Niceras ex Oseâ dicit quod præcessit; Gregorius in genere CHRISTVM pastorem asserit. Quare non erat cur tam audacter communē Patrum explicationem reprehenderet. viderunt illi, quod negat ipse se videre debere in malam partem sumi, vt bene cohæreat præcedenti versiculo. Licèt in captiuitatis angustias redacti fuerint Iudæi, tamen, quia vagis sedibus errarunt, metu trepidi, potuerunt dici *in latitudine pasci*. Nec *pascendi* vox rarò sonat vindictam atque supplicium. Nota sunt loca *Miche. 5. v. 4. & 6. & cap. 7. 14.* & sic quod alibi habemus *regere in virgâ ferreâ psal. 2. 9.* hoc alij reddūt *pascere*, de quo ibi in comment. differui. Melius itaque notat Palacius in malum duobus modis accipi posse, vno terram Israël adeo solam relinquendam, vt relicti adeo latè in illâ pasci queant, ac si vnus agnus totam illam pro pascuo habeat: altero Israëlem, qui in aliena pascua irruperat, nempe religionem alienam, ilico captiuum in latissimas regiones abducendum. Sed melius adhuc Patres, non tantùm Theophylactus, quem citat Castrius, sed alij omnes. Vt S. Cyrillus iam citatus. Vt Theodorus Antiochenus, qui sic scribit; *Velut agnum in spacioso loco dissipabo atque dispergam. Id enim significat dimidere sumptâ metaphorâ ab iis, qui non parcè dimidunt. hi enim spargere solent. Velut agnum aut, id est faciam vt non differant ab agno errante in vasto loco.* Addit D. Hieronymus aliam quoque similitudinem nempe mansuetudinis & imbecillitatis, q. d. qui ante adeo ferociebant, & licentiosè quò lubebat abibant; illi nunc vt mansuetus agnus, quò alij volent abducentur, & pati cogentur quæ impotenti hero videbuntur. Guadalupus, *yo le amansarè y harè que tiemble como vn cordero*. S. Cyrillus antè cōpararat quo ad timorē; mox addit: *Perinde est ac si diceret, multas regiones mutabit, numquā eūdem habens Dominum: sed transferendus semper ad regionem successoris. Similis est huic anima hominis à caritate Dei separata. Tenetur enim captiua ad voluntatem demonis, & ad quodcumque illi placet, circumfertur.* Vides vsum adagij.

Niceras. Pascendi vox interdum quid sonet. Palacius. Theophylactus. S. Cyrillus Theodorus Antiochen⁹. D. Hiero. Guadalupus. S. Cyrill. Vsus adagij.

Theodoretus misçet in bonam & in malam partem expositionem, vt nos doceat flagella Dei esse miserantis & curam gerentis. In hunc modum scribit; *Eos ita à me abhorrentes, tamen non sine curâ pastoritiâ relinquam: sed per me captiuos factos, longè latéque dispergam: vt ab agno errante, & vbera matris requirēte nihil differant.* acutè certè, & aptè peccatori resipiscenti. Consentit Ruffinus, his verbis, ferè omnia præcedentia dicta complexus; *Impios* tāta votorum frustratio consecuta est, vt ad agni exiguitatem, de taurinâ quasi mole, descenderint. Sic tota gens, quæ confidebat in viribus, gloriam suam ignominiâ sequente vidit mutatam, & sub pastoris baculo constitutam, tantâ quantâ solet agnus facilitate compesci. Neque hoc tamen solùm, sed sicut agnus in vasta loca perductus & imbecillus, & solus, tam matris quàm gregis solatio destitutus, metuit, quicquid adspexerit, quicquid audierit: ita etiā gens subiecta hostibus truculentis, per solitudinem cogetur incedere; quam tamen non vsquequaque prouidentia diuina destituit, propter quod dicit; *Nunc pascet eos Deus*: sed vt impositæ calamitatis magisterio intelligat atque fateatur, nec contemptibilia

Theodoretus. Ruffinus.

fuisse sacræ legis præcepta, nec sua vel impunita crimina vel desideria *fructuosâ*.]

ADAG. DCCCCXXXVIII. Ligauit eum spiritus, &c.

IBIDEM VER. XVIII.

Ligauit eum spiritus in alis suis.

VT prophanis *Ocyor Euro* adagium est, sic nobis istud & multo fœcundius ac inuolutius. Nota ventorum velocitas. Seneca in Hippolyto;

Fugit insana similis procellæ,
Ocyor nubes glomerante Coro,
Ocyor cursum rapiente flamma;
Stella cùm ventis agitata longos
Porrigit ignes.

Ideo nõ vulgus tantũ (quod Ruffinus adducit) sed etiam S.S. vento alas tribuit, vt *psal.* 17. *Ascendit super Cherubim & volauit, volauit super pennas ventorum*, Hoc est ocyùs quàm venti. Sic hũc locũ multi accipiunt, ex Hebræis Kimhi pater; cum quo Vatablus. alij vertunt *ligauit* [ipsa] *ventum in alis suis*, vt Leo Iudas, secutus Abenezram & Kimhi filium, qui exponunt, *Perinde egit in idololatriâ sua Ephraim, atque homo qui ventum in pallio suo seu alis ligaret; qui postea vestem explicans, nihil in ea inueniet: sic Ephraim ex cultu idolorum sperabat commodũ: nihil tamen boni cõsecutus fuit.* Ponit hanc interpretationem Isidorus Clarius: & hæc versio fuit Symmachi, qui ἴδησει τὸν ἄνεμον ἐν πτέρυξιν ἀνέμων. *Si quis hget ventum in alis venti.* Obscurè pro hac etiam est Chaldæus, qui sic; *opera magnatum illorũ haut recta sunt, quemadmodum constrictus non potest teneri ventus in ala.* Tunc significaretur irritus conatus, & idem esset *ligare ventum*, quod venari, pascere & comprehendere ventum, de quibus iam sæpè dictum. Sed cùm Hebræa *Tsarar ruach othah bichnapheiah* צרר רוח אותה בכנפיה, possint vtroque modo capi, præstat veteres sequi. Lxx. συγροφὴ πνεύματος σὺ εἶ ἐν πτέρυξιν αὐτῆς. *Turbo Spiritus tu es in alis eius*, vt habent biblia Regia & Complutensia & Romana: sed Aldina pro σὺ εἶ, habent συνεῖ, *simul es*; quidam libri olim συρεῖ, *sibilabit*, vt patet ex nonnullis Patribus; sed hæ versiones sensum non mutant: faciunt enim omnes ad indicandam celeritatem. Consentiunt nostri: sed hanc celeritatem aliter & aliter applicant. S. Cyrillus videtur secutus alteram lectionem. Nam in hunc modum exponit: [*Si huc* lapsus est Israël, verũ tu Iuda fuisti ei *velut quidam turbo venti in alis volucris.* Aues enim, cùm ventus non solùm impellit, sed velut violentia sua cogit, celeriùs volant: sic videbat Israël Iudam, lege eruditum, templo assidentem, & sacrificiis Mosaicis operam dantem, nihilominùs tamen eodem idololatriæ crimine teneri: ita factum est, vt celeriùs discederet à Deo Israël. Quare cùm videmur stare, & videmur rectè viuere, tamen aliter euenit: tunc non solùm nobis nocemus, sed aliis; quare duplex supplicium *infligetur*] iuxta D. Cyrillum parœmiæ locus erit, quando sacerdotes, religiosi, prælati, magistri, magistratus, Principes, prauo exẽplo suo ruinæ velocioris causa sunt subditis, discipulis, & laicis. *Ita vos sacerdotes* (inquit Theodoretus) *has minas attendite, omnisque populus, & in aulis principum vitam agentes attentis animis Osee dicta excipite.* Ipse tamen secutus aliam lectionem vocem *sibilandi* sic accommodat instituto, vt alarum commotione aërem aues cum sono quodam dissecant:

Kimhi pater. Vatablus. Leo Iudas. Abenezra Kimhi filius.

Isidorus Clarius. Symmachus.

Chaldæus.

S. Cyrill.

Vsus adagij.

Theodoretus.

cantita hæc veluti alata in alienam terram abripietur, tanquam turbine iræ meæ subtrahente eam, illícque commorari cogente.] Sic etiam legerat Theodorus Antioch. sed de sibilo nihil curauit, ad volatum tantùm adspexit, & de summo ad imũ deiectionem, quasi diceret sublatos impios in altum, vt casu grauiore ruentes terræ affligerentur. *vt enim anis*(inquit) *alis suis aërem impellens, in altum volatu sus tollitur, sic isti irâ mea velut in sublime sublati, cum magna contumelia deferentur in captiuitatem.* Igitur censuit iræ diuinæ indicium, quando impij florent, opibus & dignitatibus cumulati.

Theodorus Antiochenus.

Ruffinus etiam secutus fuit nostram lectionem. Theophylactus vtramque interpretatur, illam *sibilabit* eodem modo quo Theodoretus; alteram verò, *Turbo Spiritus tu es in alis eius*, eodem modo quo B. Cyrill. & addit quàm periculosum sit huiusmodi scandalum doceri nos à CHRISTO dicente, *qui offenderit vnum ex hisce minimis, prodesse ei vt ex collo eius mola asinaria suspendatur*, &c. *Matth.* 18. Idem pro theoriâ differit de duabus alis animæ, lege naturali & doctrinali, per quas mota ad honestum, sursum ad cœlum effertur. *Spiritus gratiam his alis administraculo esse, vt celerius volet.* D. Hieronymus de hæreticis ait, *ligauit eos diabolus spiritus in alis suis, qui circumferuntur omni vẽto doctrina, & stabili in Ecclesia pede permanere nõ possunt.*

Ruffinus, Theophylactus. D.Hiero.

Symmachus.

Symmachi verò versionem adfert quam dixi, & exponit de consortio malorum, vt pertineat ad adagium, *pares cum paribus & aues concolores simul volitant*; nẽpe indicari, & principes & populum, & dæmones & Israëlem vanos vanis, & inanes inanibus copulatos.

EX CAP. V. VERS. XIV.

ADAG. Dcccc xxxix. Quasi pãthera Ephraim.

Quasi panthera Ephraim.

CApio ex Lxx. ὡς πάνθηρ τὸ Ἐφραΐμ. De hoc ita D. Hieronymus; [*Pro leana*, quod Hebraicè dicitur שחל Lxx. interpretati sunt *pantherem*, quæ Græcè & Latinè similiter dicitur, & tam nomen bestiæ, quàm omnis bestia accipi potest: vt quicquid sæuum in bestiis est, hoc in Dei indignatione cognoscas. Nihil Panthere velocius. Nihil leone fortius. Velox ergo interitus significatur. Theodorus Antiochenus exponit, *maxima celeritate & vi rapiam vos, nec valebit quispiam liberare.* Solent enim hæ feræ, celerrimè rapere, & raptum asportare in suum latibulum, ibíque deuorare. Certè Oppianus lib. 3. de venat. *Canis pernicissimè currere, & ex aduerso strenuè inuadere, tam rapidè vt videantur per aërem ferri.*

שחל

Pantheræ velocitas. Leonis fortitudo. Theodorus Antiochenus.

ὠκυτάτην θείει, καὶ τ' ἄλκιμον ἰθὺς ὀρούει.

Φαίης ὁππότ' ἴδοιο διηερίῳ φορέεσθαι.

Ruffinus legit *leænam*: vnde patet non esse illum Hieronymi calumniatorem, qui versionem Lxx. sequebatur. Theophylactus exponit CHRISTVM dici pantherem, quia celerrimè animas dæmoni eripuit: quod allegoricum est.

Ruffinus. Hierony.

Theoph.

EX CAP. VI. V. III.

ADAG. Dccccxl. Quasi imber.

Quasi imber.

SEnsus qui *sicut aqua* adagio 51. vbi lege. Desumptũ à copiâ imbrium: & puto in fabula Danaës imbrem aureum nihil esse aliud quàm copiam auri & munerum qua in flagitium illecta.

IBI

ADAG. DCCCCXXI Quasi nubes, &c.

IBIDEM VER. IV.

Quasi nubes matutina, & quasi ros mane pertransiens.

DE rore dictum aliâs, vtroque significatur res statim euanescens. Sic *inf.* 13.3. *Erunt quasi nubes matutina, & sicut ros matutinus pretereiens*, &c. vbi Cyrillus, *citò interibunt, breui apparebunt.* Qualis enim est istorũ hypostasis? Seneca Troadibus,

Cyrillus.

Seneca.

Vt calidis fumus ab ignibus,
Vanescit spacium per breue sordidus:
Vi nubes granidas, quas modò vidimus,
Arctoi Boreæ disiicit impetus.

Matutina inquit, quia copiosum imbrem funderet, nisi exorru solis exaruisset. Ita S. Hieronymus: Theodoretus & Theophylactus. Cyrillus etiam, significat cùm nihil defuerit ad medicinam & remedium: tum ipsos sponte sua ad flagitia ferri. Licebat enim tibi, tanquam nube opimante, & quidem valdè copiosè, & tanquam rore matutino irrigante, sic de benignitate meâ & lenitate copiosè participare: tamen nihili feciſti meam bonitatem, & gratiam *optabilissimam.* Ruffinus rationem reddit, misericordiam Dei *matutina nubis* instar euanuisse, & quasi *crepusculare humorem* sole veniente exsiccatam: solem autem esse iustæ Dei indignationis vaporem. Theophylactus addit, Deum se moribus hominum accommodare, quia sicut homines spem aliquam præbent & speciem emendationis, mox tamen ad malum redeunt: sic Deus misericordiam paratus exhibere, etiam redit ad vlciscendum, vt se illis accommodet. Certè ad omnes peccatores, non ad Iudæos tantùm hoc pertinere docuerunt SS. Ambrosius *lib. de pœnitentia, cap.* 4. Et Chrysostom. *tom.* 5. *orat.* 3. *de pœnitentiâ.*

S. Hiero. Theodoretus. Theophy.

Ruffinus.

ADAG. DCCCC XXII. Quasi clibanus, &c.

EX CAP. VII. VERS. IV.

Quasi clibanus succensus à coquente.

HOc est *à panifice*, vt quidam vertũt פחם *Opheph.* Adagium est de iis qui ardent libidine, & parati sunt ad scelus patrandum. Rem totam his verbis proponit S. Cyrill. [*Meminit* historiæ, quando metuẽs Ieroboam, ne si ad diem festum ascenderẽt Ierosolymam, ad veteres ritus reuersi, eiicerent eum regno, aut interficerent. Per fraudem, & occultè (vt tradunt Hebræi) dimisit quosdam, qui diuulgarent, oportere vitulos facere, & id à rege petere. Cùm autem iam ad hoc prompti essent, & cupidi omnes, congregauit eos Rex, & edixit cultum vaccarum. Assensi sunt omnes, & quidem cum laude Regis, acclamantes; vt tradunt Hebræi, hic est dies Regis. Ergo cùm iam prõpti essent, & cupiditate incensi inclinarent ad fornicationẽ spiritualem, similes erant clibano ardenti parato ad coquendum, si quid immittas, si quidem inflammati erant *cupiditate.*] Idem breuiter significauit S. Hieronymus, hinc lucem accipiens. Theodoretus: *Omnes perditi, & dissoluti animi incendio flagrantes, similes sunt ignito atque incenso clibano, prompto ad excipiendum fermentum, paratum ad pannis confectionem.* Certum est de idololatria literalem sensum esse,

Vsus adagij.

Cyrillus.

S. Hieron.

Theodor.

Allegoricus sēsus. Rupertus. Leo Castrius.

esse; potest tamen allegoricè ad Iudæorum odium in CHRISTVM nocte passionis, cum Ruperto & Leone Castrio referri.

Tropologicè ad hæresim, quæ est spiritualis fornicatio: cum D. Hieronymo; vel cum Theophylacto, ad venereum libidinem, quæ verè ignis est: vt accepit Paraphrastes Chaldæus: & fauet exaggeratio Lxx. ὡς κλίβανος καιόμενος εἰς σβέσιν ὑπὸ τῆς καυστηρᾶς φλογὸς, *vt clibanus ardens ad coctionem in deustiua flamma*, scilicet quæ eradicet vniuersa gènimina virtutum. Huc pertinet admodum quòd idcirco gentiles appellarint eam mulieris partem, quâ mulier est, propter hunc ardorem, *furnum*: vt docet illud dictum de tyranno, qui cum mortuâ patrarat, *in furnum frigidum panes iniecisse*. εἰς ψυχρὸν τὸν ἰπνὸν Περίανδρος τοὺς ἄρτους ἐσβάλε apud Herodotum *in Terpsichore*. Suspicor ab Hebræis mutuò sumptum. Cassianus *lib. 6. institut. ca. 17.* Clibanum quem Rex Babylonius *Daniel. 3.* succendit, interpretatur libidinum incentiua, quæ Diabolus cordi suggerit. In eandem sententiam exponunt Origenes *in cap. 7. Leuit. & tract. 4. in Matthæ.* & Isichius *lib. 6. in Leuit.*

D. Hieronymus. Theoph.

Furnus cur mulieris abscœna pars dicta.

Herodot.

Cassianus.

Loci Danielis interpretatio.

Origenes.

Isychius.

ADAG. DCCCC. XLIII. Quiescere paululū, &c.

IBIDEM.

Quiescere paululum à commistione fermenti.

AD verbum *cessare ab excitando, à subigendo pastam* מעיר מרוש בצק *Mehhir milluſc batzeq.* Lxx. ἀπὸ φυράσεως ζύμης. *à fermentatione fermenti.* Fermento comparari solēt turgidi superbiâ vel iracundiâ, vel aliis affectibus, qui animum inflāt, & leuant sicut fermentum solet pastam tumefacere, vnde Hispanis vocatur *leuadura*; Gallis *Leuain*. Latinis, quasi ferens incrementum seu augmentum. Vnde & *terra fermentari* dicitur; quæ soluitur, & spissa fit rarior. Columella *lib. 4. de re rusti. cap. 1. repastinata humus, dum est recens; soluta, laxáque velut fermento quodam intumescit: deinde cùm longissimam cepit vetustatem, condensata subsidit.* Hinc ad iram transtulit Plautus *Mercatore*.

Vsus adagij.

Columel.

Plautus. Fermentum ad irā translatum.

Nam mea vxor propter illam tota in fermento iacet; hoc est, præ irâ tumet. Et sic sunt qui hoc loco ad iram & odium Iudęorum in CHRISTVM referunt, vt Leo Castrius: alij qui totum caput accipiunt de gestis à Iehu 4. *Reg. 9. 10. & seqq.* illi sic etiam intelligunt, sed accommodant Principibus Iudæorum zelo idololatriæ ardentibus, & ideo irâ fermentatis, quia videbant à Iehu idololatriam tolli: hoc fermentum desiisse quodammodo corda fermentare ac subigere, interea dum dissimulant metu zelum suum; quem exeruerūt quando Iehu ipse quoque cum populo in idolomaniam delapsus. His ergo adagium vsurpandum, quando quis ad tempus iram, aut alium affectum comprimit, atque corde fotum dissimulat, acriùs postea erupturum. Qui verò de Ieroboam accipiunt, vt Cyrillus, Hieron. Theodoretus, Theophylact. & Ruffinus; paulò aliter. Cæteri quidem dumtaxat indicari interuallum, quo à modico fermento paulatim tota massa coaceſcit & corrumpitur. D. Hieronymus egregiè ad simulationem Hieroboami retulit: qui principio nemini vim faciebat, sed clāculum serebat pestem, donec totus illi populus assensit. Addit germanam esse hæreticorum ideam. Vtinam nos Caluinistæ in Belgio

Alter vsus adagij.

Cyrillus. Hierony. Theodor. Theoph. Ruffinus. D. Hiero.

non docuissent verissima esse Diui istius verba, quę non inutile subiici. Scribit: [*Hæreticorum* corda diaboli igne succensa, vt in eis panes coquantur Antichristi, nemo ambigit: qui idcirco primùm quiescunt in Ecclesiâ, & loquuntur occultè, & omnia pacificare promittunt: vt cancer paulatim serpat in populos, & fermentum doctrinæ eorum (quod Dominus intelligens, loquitur; *cauete à fermento Pharisæorum*) cùm intumuerit in cordibus deceptorum, tunc in apertam prorumpunt insaniam, & impletur in eis, quod à Ioanne Apostolo dicitur: *ex nobis exierunt, sed non fuerũt ex nobis: si enim fuissent ex nobis, mansissent vtique nobiscum.* Pertinet etiam ad omnia actu cõmissa peccata, prout explicat Theophylactus his verbis; [*Perinde* ex fermento & farinâ fit mixtio, atque ex cogitationibus & operibus fit actio. Ait ergo quod regnantes in mœcho cogitationes, non videntur esse turbidæ, neque tristes, sed tranquillam quandam atq; hilarem constitutionem habere, à mixtione farinæ, donec fermẽto misceatur tota; hoc est à quo tempore cœperint malum cogitare, vsque dum opere *compleuerint.*] Huc ergo pertinet illud Oedipi.

Matth. 16. a.

1. Ioann. 2. a.

Fermenti applicatio.

Ab inquieto sæpè simulatur quies. & Hispanicum adagium, *gata muerta,* Nec ignota est industriâ vulpeculæ, sic volucribus insidiantis.

Vulpeculæ industria.

co an ab igne. Sed intellige ab igne, q.d. absumitur, hoc enim contingit his libis, nisi inuertantur, & ideo hoc adagio D. Hieronymus & alij Patres intellexerunt significari illos qui per pœnitentiam non conuertuntur: quos certè flamma vitiorum deuorat. Cyrilli verba: [*Adhuc* accusat illorum pertinaciam obstinatam in malo consilio; à quo etiamsi mortiferum sit, nesciunt desistere. Vnde cum pane subcinericio eos comparat, id est, cum pane cocto in lapidibus, quem, nisi versęs, necesse est omnino aduri, & reddi inutilem, & quod erat idoneum ad edendum, nimiâ ignis copiâ *consumi.*] Theodoretus: *malitiæ immoratus est & perstitit, nullámque mutationem fecit in melius.* Sic etiam Theophylactus. Ruffinus autem addit de alterâ parte coctâ, alterâ crudâ, sic ratiocinatur; [*Sicut panis* exiguus, & non pistoris arte confectus, sed quasi tumultuariè ab esuriẽte compositus, quem subiectum fauillis non versari, sed ab vnâ tantùm parte torreri contigerit, alterâ videlicet crudâ remanente: ita cùm vires illius frequens percussisset afflictio, inquit, nihilominùs in impietatis studiis permanebat, vt simul & crudus, quia indomitus, & exustus appelletur, quia tabe se gemebat *afflictum.*] Secundùm hanc expositionem, vocabuntur *panes subcinericij non versi,* quotquot propter peccata castigantur à Deo, & peccare tamen non desinunt; quales innumeri. Nota *panem subcinericium non reuersatum* semper in malum sumi: sed *panem subcinericium* sine addito in bonum accipi, vt pote panis cælestis, corporis Dominici figuram, vt docent Cyrillus *in Leuitic. lib.* 13. & ibidem Origines *in cap.* 23. si tamen diuersi sunt.

D. Hiero.

Cyrillus.

Theophy. Ruffinus.

IBIDEM VERS. VIII.

ADAG. DCCCC-XLIV. Subcinericius panis, &c.

Subcinericius panis, qui non reuersatur.

Chald.

Ἐγκρυφίας οὐ μεταστρεφόμενος. Chaldæus, *qui antequam versetur, comeditur:* ambiguè, an à fameli-

ADAG. DCCCC-XLV. Columba seducta, &c.

IBIDEM VERS. XI.

Columba seducta non habens cor.

Lxx. Chaldæus. PRo *seducta*. Hebr. פותה *phothah*, quod Lxx. ἄνους. Chaldæus exponit *simplex*, & addit, cuius filij capti sunt: eò quòd tum maximè pateat stoliditas huius auis, siue simplicitas. Vix enim aduertit ad retia, vel ad rapinam pullorum. Nam hoc certè loco non datur laudi columbæ simplicitas, sed vitio: vt patet, quia Ephraemitarum stoliditas arguitur, quam nobis exactissimè B. Cyrillus. Cyrillus hoc loco ante oculos posuit, verbis quæ quòd nondum excusa fuerunt, adscribam; [*Meminit* historiæ, quæ est *in* 4. *Reg.* de Hosee rege Israël, à quo cùm Salmanasar tributum exigeret, petiit ille auxilium à Segor Ægypti tyranno: denique ductus est captiuus rex Israël cum populo. Appellat eum *columbam imprudentem*, quia cum simplicitate non coniunxit prudentiam, vt Dominus in Euangelio monuit. Sequitur postea quo modo esset *columba*, quia implorabat opem Ægyptiorum, & ducebatur captiuus ad Assyrios, neq; opem petebat à Deo, memor illius olim in mari rubro stragis Ægyptiorum, quia contra Deũ pugnarẽt. Vnde apud Esaiam, *væ qui descenditis in Ægyptum confisi equis & curribus.*] Igitur vult indicari hominem obliuiosum, qui non meminit offendiculi in quod impegit: cui contrarium est adagium, Adagia. *piscator ictus sapit.* Item *Phryx plagis melior.* Columba vt pauida citò aduertit aduersarium & fugit; mox tamen vt obliuiosa, vili escâ illicitur ad eundem locum, immemor periculi præteriti; rapiuntur pulli à nido, mox in eodem oua ponit, & excludit. Quid hac stultius? ideo additur *corde carere*, hoc est, sapientiâ & mente vacua esse. Nam hoc solemus voce *excordis* significare, cui opponimus *cordatos*. *Ierem.* 5. 21. *populo stulto qui non habes cor.* quasi peculiaris Salomoni locutio. *Prou.* 6. 32. *Qui autem adulter est, propter cordis inopiam perdet animam suam.* cap. 11. 12. *Qui despicit amicum, indigens corde est: vir autem prudens tacebit.* cap. 10. 13. *In labiis sapientis inuenitur sapientia: & virga in dorso eius qui indiget corde.* cap. 12. 11. vbi noster *stultissimus est*; Hebraicè, *chaser-leb* חסר-לב *carens corde.* & 17. 16. *Quid prodest stulto habere diuitias, cùm sapientiam emere non possit?* Hebraicè, *ad acquirendam sapientiam, & cor non*: sub. est ei. Sic Plautus alicubi de muliere, Cor non habere Arab. g. Plautus.

cui pectus sapiat,
Nam cor non potest. Quia nulla habet.

Tertullianus *lib.* 4. *contra Marcionem cap.* 10. hoc illum aceto defricuit: *Facilius inuenias hominem natum cor non habere vel cerebrum, sicut ipsum Marcionem, quàm corpus vt* CHRISTVM *Marcionis. Atque adeò inspice cor Ponici aut cerebrum.* Facetè quidam de recentioribus cecinit eũ qui putabat *reminiscо* Latinè dici, *reminiscor* dicturum si cor habuisset. S. Hieronymus docet, Aquilam & Symmachum pro פותה reddidisse θελγομένη ἢ ἀπατωμένη, id est, lactata siue decepta: Lxx. ἄνους *insipiens* siue *insensata*; quia licèt aliis nocere nõ possit, aliorũ tamẽ insidias cauere nõ nouit; quæ simplicitas absq; ratione stultitia nominatur. *Columbæ* quoq; exemplũ proponi, quoniã aues cæteræ pullos etiam cum vitæ suæ periculo protegere festinant: &, cùm ad nidũ suum accipitrem, colubrũ, coruũ siue cornicem, accedere viderint, huc illucque volitãt, & immittunt se morsũ, Tertull. S. Hiero. Aquila. Symmac. Lxx. Auium circa pullos amissos affectus: columbæ nullus.

& vnguibus lacerant, & dolorem parentis querulâ voce testantur: sola columba ablatos pullos non dolet, non *requirit.*] Iuxta hæc locus paræmiæ in Principibus, Prælatis, magistratibus & patentibus qui dãnis gregis sui vel liberorum, non dolent, sed negligũt. Addi potest ex Theodoreto aliud stoliditatis indicium, quòd columba pullis priuata, non recedit, nec loco mouetur; cõtra eos, qui damnorum spiritualium occasionibus contagiosa loca non vitant. Deniq; Theophylactus, *Columba*, inquit, lasciuiæ & incontinentiæ hîc typus est: quocirca vbi anima voluptatibus tenebrarum intẽperanter dedita sursum hiauerit, nec lenta sibi mali ipsa quippiam adesse putauerit, Ægyptum profectò & Assyrios sibi *copulat.*]

Vsus adagij.

Theodor. Alter vsus.

Columba lasciuiæ typus.

ADAG. DCCCCXLVI. Facti quasi arcus dolosus.

IBIDEM VERS. XVI.

FACTI QVASI ARCVS DOLOSVS.

OPtimè explicuit Hebraismum כקשת רמיה *kegeseeth remiiah. Arcus doli*, vt & Chald. *Nechila.* נכילא Lxx. *extentum* τόξον ἐντεταμένον. Non quidem sensu alio, sed obscuriore, quem sic Græci exponunt vt ex parte coincidat in nostram Cyrillus versionem. Cyrill. *extentus*, id est nihil remittentes duritiam suam ad pœnitentiam. hoc non pertinet ad nostrum adagiũ, sed pertinet, quod subiungit his verbis; [*Alij* interpretati sunt, *vt arcus conuersus*: ac si diceret, qui armare debebant se aduersus hostes suos, aduersus se armati sunt. Hoc enim faciunt, qui Deum offendunt. Aut sic: Tetendit Deus Israëlem pugnans cum tyrannide Diaboli, tanquam proprium arcum aduersùs idololatriam, quæ vniuersum mundum occupauerat, exceptis Israëlitis, verùm conuersi sunt *in contrarium.*] quæ vltima Cyrilli explicatio egregia est. Nam & conuenit historiæ, & conciliat ambas versiones, & alludit non obscurè ad locum *psal.* 77. 9. *Filij Ephren intendentes & mittentes arcum, conuersi sunt in die belli.* Theodoretus aliam longè secutus lectionem, sensu non longè recessit. Legit quasi arcus non extensus, τόξον οὐ τεταμένον, & explicat, *arcui remisso, laxato, & non contento similes facti sunt, qui nullã perniciem hostibus inuehit.*] diminutè. nam de arcu agit, qui sagittario est noxius. S. Hiero, rectè; *arcus dolosus atq; peruersus est, qui percutit dirigentem & vulnerat dominum.* & docet in hæreticos hæc conuenire secundùm vtramque versionem. Secũdùm Lxx. *facti, quasi arcus intentus, quia semper parati sunt ad pugnas & contentiones, in perniciem audientium*: secundum nostram, *quia sicut eorum hæresiarchæ Iudæi, instructi de scripturis Sanctis, aduersus Dominum legis & Prophetarum & Euangelij verba versutum.*

Theodor.

S. Hieron.

accõmodatio.

Lxx.

Ruffinus etiam [*Tantùm* peruersitatis habuerunt, vt viderentur *arcus dolosus*; qui videlicet fraude mõstruosâ in ipsum, cuius manibus tendebatur, tela dirigeret. Sic isti (inquit) audaciam quam aduersus hostes suos meo fauore conceperãt, in contemptum nostri contumeliámque *vertebant.*] Conuenit ergo in illos qui per immanem ingratitudinem, opibus & potentiâ suâ abutuntur, aduersus illos, quorum ope fuerunt ea consecuti. Vt de Eutropio & Habundantio narrat Claudianus *l. 1. in Eutropium.*

Ruffinus.

Vsus adagij.

Eutropius Habũdantius. Claudian.

Simile planè est quod dictũ à Dauide *d. Psal.* 77. 57. *conuersi sunt in arcũ prauum.* Hebr. eadẽ phrasis quæ hoc loco, vnde patet Lxx. per *arcum extẽtum* intellexisse *dolosum*; hoc enim ibi vocãt στρεβλόν. quod quidã exponũt, qui non in scopum, sed in alia sagittam mittit; alij qui lentè vel remissè,

remisse, quia non ritè tensus, sagittam emittit.

Guadalupus. Notat Guadalup. locum optimũ esse contra hypocritas, qui cùm videantur ieiunia & orationes mittere in cœlum, secus iaciunt, nempe in terram & auram popularem.

ADAG. DCCCC XLVII Ventum seminabunt, &c.

EX CAP. VIII. VER. VII.

Ventum seminabunt & turbinem metent.

LXX. ἀνεμόφθορα ἔσπειραν, καὶ ἡ καταφορὰ αὐτῶν ἐκδέξεται αὐτά. *Corrupta vento seminauerunt, & subuersio eorum suscipiet ea.* D. Hieronymus de hæreticis: *Illi ventum seminant, siue ἀνεμόφθορα, quæ à vento corruptâ sunt semina, quæ medullam non habent quæ Græci ἐντερώνας vocãt: & idcirco vacua seminantes, inania vacuaq; recipiunt: imò seminantes in carne, de carne metunt corruptionem, & circumferũtur omni vento doctrinæ.* hoc ait secundùm LXX. sed secũdùm nostram versionem, quæ de verbo Hebræa reddit; bene Ribera; metaphoricè significari labores in colẽdis idolis non modò irritos, sed etiam noxios. Seminatio non fit sine labore, ideo comparat seminanti. Seminat agricola in spe fructus percipiendi 1. *Cor.* 9. *v.* 10. sed quid fructus speret, qui ventũ seminat? nisi terræmotum, & pulueris nubẽ, hoc est calamitates. nam ventus intra terrę viscera cõclusus illorũ causa est. *Ventum seminans*, qui bona opera inanis gloriæ studio operãtur: huc refert S. Cyrill. & pro epiphomate subdit; *Mercede itaque caret τὸ σπερμάτιον in ijs quæ Deo displicẽt, & illud genus virtutis, quod non est per ianuam boni ingressum & admissum, omnino improbatur à Deo.* Theophyl. [*Seminans* in carnem, & ex carne corruptionem metens ventis corrumpenda leuia & vacua seminat, à spiritu seu flamine nequitiæ noxam hanc recipiens. Nec iam robore præstat, vt faciat opus animã alens. Nec enim dicere cum B. Paulo potest: *omnia possum in eo qui me confortat* CHRISTO. Si vnquam quicquam operetur boni, non iuxta diuinum hoc scopum faciens, sed ad humanam quandam gloriã, vel aliam rationem non commendabilem, dæmonibus istuc *impertit*. Conuenit igitur in cœnodoxia laborantes, qui laudabilia faciunt humanæ gloriæ, vel quæstus sordidi gratiâ.

LXX.

D. Hiero.

Labor in colendis idolis irritus & noxius.

Ventum seminare qui dicãtur. S. Cyrill.

Theoph.

Vsus adagii.

ADAG. DCCCC XLVIII. Culmus stans non est in eo.

IBIDEM.

Culmus stans non est in eo.

DICITVR de ostentatione virtutis non solidæ & de modicè duraturis nec ad fœlicem exitũ peruenturis. Quales esse solent diuitiæ malè partæ, honores in minimè dignos collati: improbi, & supra vires conatus atq; labores, immodicæ diligentiæ, studia intemperata, præcocia puerorum ingenia. Metaphoram explicat Ruffinus, *Apud te nihil fertilitatis firmitatisque remanebit, vt solet in culmo cuius proceritas, per aliquam aëris iniuriam spinæ plenitudinem non creauerit. Ita igitur & tu nihil emolumenti de tuis laboribus consequeris, nec vlla culturæ respondebit industria. S. Cyrillus: Similes erunt manipulo spicarum carentium granis inutiliem ad conficiendum panem.* Nam LXX. pro *culmo* vertunt *manipulum carentem viribus* δράγμα ἀνεκτὸν ἰσχύν. Hebraicè *qamah* קמה. S. Hieronymus ad hæreticos, Theophylactus ad Rab-

Vsus adagii.

Metaphora.

binos & Doctores Iudæorum trãfert; *Hieronymi* verba sunt: [*Culmus*, hoc est stipula, non erit ex his seminibus, nec aliquam poterunt speciem segetis habere fœcundæ; (*scil. hæretici*) Quòd si rarò acciderit, vt Ecclesiastici quid dogmatis simile habere videantur: ipsum germen & spica farinam non facier, in cuius farinæ satis tribus mittit fermentum euangelica mulier: vt & spiritꝰ, quo sentimus, & anima qua viuimus, & corpus quo incedimus, in vnum sanctũ Spiritum redigatur iuxta Apostolum *in ipso viuimus, mouemur, & sumus*, &c. D. Gregorius vtilissimè cunctorum Christianorum institutioni hunc locum Oseæ tractans, ait; *Moral. lib. 8. cap.* 25. [*Culmus* quippe *germen non habet*, cùm vita meritis virtutum caret. *farinam culmus non facit*, cùm is qui in præsenti sæculo proficit, nil subtilitatis intelligit, nullũ boni operis fructum reddit. Sed sæpè & *cùm fecerit, hanc alieni comedunt:* quia & cùm bona opera hypocritę ostẽdunt, de his malorum spirituum vota satiantur. Qui enim per hæc placere Deo non appetunt, nequaquam agri dominum, sed alienos pascunt. Fœcundo itaque hypocrita & neglecto palmiti similis seruare fructum non valet, quia botrus boni operis in terrâ *iacet*.]

Matt. 13. c

Act. 17. f

Hypocritę

D. Greg

ADAG. DCCCC XLIX. Vas immũdum

IBIDEM VER. VIII.

Vas immundum.

LXX. LXX. σκεῦος ἄχρηστον. *Vas inutile.* Hebraicè, *vas in quo non est voluntas*, hoc est, despectum, reiiculũ, abiectum. Chaldæus vt LXX. de quo dixi *adag.* 613. *Vas confractũ.* & *adag.* 848. *Vas fictile atque contritum.* Huic Adagio peculiaria sunt ista. S. Hieronymus: *Immundum vas siue inutile, Hebræi matulam vocant: qua ad proiicienda stercora vti solemus.* Ruffinus, Interpretes alij *matulam* transtulerunt. [*Numquam* inquit Israël honesto delegatus officio est, vt post libertatis, ac dominationis insignia, saltem inter seruos liberaliter censeretur: sed, quasi vas ad naturæ requisita compositum, ita cõtumeliarum sordibus implebatur.] ostendit ne aquariolum quidem reputarum, quod inter mediastinos vilissimum, sed nec hominem quidem. De aquariolo docet adagio, Martial.

Chaldæus.

S. Hieron.

Ruffinus.

Aquariol.

Dispeream si tu Pyladi præstare matellam
Dignus es, aut portas pascere Pirithoi.

de ipsâ matulâ nata parœmia, qua quis summâ ignominiâ dignus indicatur à Luciano his verbis ὑδ' ἂν εἷς εὖ εἴη αὐτοὶ δ' ἐνὸν παχεῖαν ἀν, εἶτ' ἰκεῖνοι ὑβρεις ἀὶ δ' οὐδὲν ἐς τὸ ἀμιδα φασὶν ἐμβεβηκε. *itaque nec hi quidem quicquam indignum aut acerbum patiantur, neque illi eos contumeliis afficere videantur, si quod aiunt in matellam immingant* vnde Latinis de maximo contemptu, pro *matulâ habere*; & hominem nihili vocare *matulam*, quorum vtrumque in Plauto exstat: & Varronis Satyra quædam *matula* inscripta & nescio quis dixit —*non homo, sed matula est.* Aptissimè scorta vocentur matulę & vasa immunda. nam idololatria de qua Oseas loquitur, fornicatio est. Sed an tales Caluinistæ? D. Hieronymus iudicet. verba sunt; *Huic immunditiæ idololatras & hæreticos cõparat: qui facti* vas in honorem, *conuersi sunt in* vasa contumeliæ. *Quid enim immundius dæmonico spiritu, & hæreticorum dogmatibus, quæ eos ethnicis miscuerunt?* Omnibus hoc etiam

Pro matula habere.

Matula, homo nihili. Plautus. Varro.

Scorta matulæ rectè dici possunt.

D. Hieron.

Vsus adagii.

peccatoribus conuenit, qui sunt diaboli matelliones.

ADAG. Dccccl.

IBIDEM VERS. IX.

Onager solitarius sibi.

Onager solitarius sibi.

DE onagris quædã notata paulo antè ad locũ Ierem. 2. v. 24. *Onager assuetus in solitudine*, &c. *onagri steterunt in rupibus*, & aliis locis, nempe adagio 19. *onager inter homines*. & adagio. *venatio leonis onager*, quæ non repetam; vsurpare istud nos posse de peccatoribus induratis, licentiæ amantissimis illic suprà docui ex B. Gregorio *lib.* 10. *Moralium*, tantùm adiicio ex Patribus aliis. Hieronymus: *imitantes onagrum solitarium: nequaquam vt oues pasti à Domino, sed malè abutentes libertate suâ; vt non ecclesia consita, sed diaboli deserta penetrarent*. Chaldæus Paraphrastes; *pro eo quòd ambulauerint in voluntate animæ suæ, tanquam onager efferus*. LXX. ἀνέβλεν καθ' ἑαυτὸν. *germinauit apud se*; scio D. Hieronymi & Theodoreti explicationem; sed vt conueniat cum nostra versione potest dici sibi soli & non aliis fructificasse. Sumpta fortè hæc ab Onagri masculi naturâ, qui adeò Zelotypus est, vt pullos suos dentibus exsecet, ne queant gignere, quod elegantissimis verbis descripsit Oppianus. Potes inuidiæ Iudæorum accommodare, quâ semper contra nationes, maximè post Christianismum, exarserunt. Copiosior reliquis Rupertus hîc *lib.* 3. scribit in hunc modum, stolidè superbis hoc accommodans: [*Onager* id est agrestis asinus, hominẽ stultũ atque superbum significat. Sicut in Iob capite 11. scriptum est: *vir vanus in superbiam erigitur, & quasi pullum onagri liberum se natum putat.* Rectè itaque per onagrum carnalis Israël siue Iudæus hîc intelligitur, qui vinculo Domini ligari, & ad præsepe eius duci contempsit, sicut in Isaiâ c. 1. ipse Dominus dicit. *Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui. Israël autẽ me non cognouit, & populus meus me non intellexit*. Nam sicut per bouẽ, qui possessorem suum; & per asinũ qui præsepe domini sui cognouit; credens ac fidelis quisque intelligitur, ille de Iudæis, iste de Gentib. sic Israël qui Dominum eumdem non cognouit, vel populus, qui eũ non intellexit, imò cognoscere aut intelligere noluit, rectè onager dicitur, id est asinus quidem, sed superbus; asinus præ stultitiâ, sed infrenis & præsepij dominici contẽptor, vel ignarus præ superbiâ. *Solitarius*, à rectore Deo profugus, & *Solus* vtpote, Dei desertor, & à Deo *desertus*.] Conueniet etiam optimè in apostatas à religione. facilè accõmodabis. Solus Ruffinus *onagrum* hîc accepit in bonam partem, sed adspectu ad tempus, quo Israël adhuc populus Dei: mihi non admodum placet eius interpretatio.

Accõmodatio.

Vsus adagij.

B. Grego.

Hieron.

Chaldæus Paraphrastes.

LXX.

Theodor.

Onagri masculi natura, zelotypia.

Rupertus.

Vsus adagij.

Ruffinus.

ADAG. Dccccli.

EX CAP. IX. VER. IV.

Quasi panis lugentium.

Quasi panis lugentium.

HOc verissimum adagium de sacerdotibus indignè sacrificium Deo offerentibus, non quòd non verè consecrent aut per se sacrificium ex parte hostiæ oblatæ non sit Deo gratum, cùm sit agni immaculati, & filij in quo sibi bene cõplacuit: sed quia ex parte offerentis est, quasi qui patri filiũ necat, & ipsũ offerentẽ occidit. Chaldæus: *sacrificia eorum erunt instar*

Quasi panis lugentium.

Vsus adagij.

Chaldæus.

panis

panis abominabilis. de omni etiam munere dici potest quod Deo displicet. Originem dicti pete *ex Num.* 13. quia quicumque tangebat panem luctus siue domus funestæ, ipse quoque funestari & cõtaminari censebatur. S. Cyrillus optimè & disertissimè causam & originem explicuit: & ritum idololatriæ Iudaicæ indicauit: conseruabo, quod possum, fructum eruditum, hîc adscribendo: [*Solebant* Gentiles (ait) cùm incipienda erat aratio, sacrificare dæmonibus, petentes fertilitatem. item cùm metendum erat, & vindemia calcanda, libabant & sacrificabant canẽtes odas ἐπηλυσίας, in summa lætitia. Accusat ergo nunc Dominus Israël, qui hoc idem faciebat. Neq; enim licere ei hoc facere, quod Gentes faciebant; quæ Deum non cognouerant, & ab ipso vtero errabant, & fortasse causam habebant non improbabilem suæ insipientiæ. verùm Israël de lege eruditus nullam habebat. *fornicatus* ergo *es*, inquit, sed quomodo? *dilexisti munera*, &c. petisti non à Deo sed ab idolis fertilitates agrorum, quas tibi non dederunt. hoc enim significat, *area nõ cognouit eos*. Notum verò est fuisse & famem, & sterilitates, & siccitates in Samariâ. Nec solùm hæc: sed recesserunt à terrâ sanctâ, & ingressi sunt *in Ægyptum*, tanquam in regionem pluribus Diis munitam. Noluerunt itaque habitare in terrâ sanctâ, sed potiùs in terrâ idolorum, tamen inde ad Assyrios abducentur. Non libarunt Domino vinum: in torcularibus enim non Deo sed dæmonibus libabant. Offerebant etiam panes tanquam primitias messis: verùm profanè, & immundè, & tanquam *panem luctûs*. Erant enim immundi ex lege qui mortuum tangebant, vt quidem tangi necesse erat aut à propinquis aut ab amicis qui funus curabant. Quare erat immundum quidquid ipsi rursùs tangebant. *Panis* igitur *luctus*, est panis appositus mortuum lugentibus, quem gustare nefas videbatur iis qui assueuerãt cauere huiusmodi immũditiam in mortuo. Scelesti ergo ait & immundi hi panes, quos in primitiis mortui offerent: & iis qui comederint, immundi erũt potiùs quàm commodi animabus eorum, id est ad edendum, *non* enim *intrabunt in domum Dei*. Est autem aduertendum, manipulos & panem in primitiis messis ex lege offerri solitos: Israël verò Dei honorem trãstulerat *ad idola*.] Hactenus fragmentum S. Cyrilli.

Altervsus. Panem luctus siue domus funestę tangere quid. S. Cyrill.

S. Hieronymus postquam notauit *lugentium cœnas* à Græcis vocari νεκρόδειπνα, & Latinè dici posse *parentalia*, ab eo quòd parentibus mortuis immolentur: & non solùm qui obtulerit, sed etiam qui comederit de huiusmodi cibis immundũ esse, scilicet secũdùm legẽ; tropologiam de hæreticis luculẽtam addit in hunc modum: [*Sacrificia* hæreticorum panis luctus est, & lacrymarum. omnia enim quæ faciunt vertentur in fletum. Nec audire poterunt: *Beati lugentes, quoniam ipsi consolabuntur*: sed è contrario audient: *væ ridentibus quia ipsi lugebunt*. Quicquid offerunt, nõ Deo; sed mortuis offerunt. his videlicet, qui sceleratas hæreses confinxerunt: & quicumq; de eorum comederit victimis, contaminabitur. Cæci in foueam ducentur à cæcis. Quicquid fecerint, deliciarum causâ faciunt, vt populũ decipiant, vt domos deuorent viduarum. *Panem luctûs* possumus dicere verba mortifera, quibus iniquitatem loquuntur contra Dominum, qui

S. Hieron. Νεκρόδειπνα. Parentalia. Matth. 5.

qui panis non ingreditur in domũ Dei: hæreticorum enim conciliabula non domus Dei appellantur, sed *spelunca latronum*.]

Ruffinus etiam censuit ad parentalia respexisse Oseam. nam breuiter hoc indicat dicens; Quoniam in continuo luctu versabuntur, omnẽ eorum oblationem, non feriis sed infertis aptiorem.

Theophy. Theophylactus, sacrificium ex iniquè partis facultatibus dicit cõmodissimè *panem luctus* vocari, tanquam de circumuentis lugentibus, quòd sint iniuriam passi.

Ali⁹ vsus.

ADAG. Decccxij. IBIDEM VERS. XII.

Caro mea ex ipsis. Ἡ σαρξ μου ἐξ αὐτῶν. *Caro mea ex ipsis.*

LXX Theodotion, Aquila, Symmachus. ITA hoc loco Lxx. vertunt; vt & Theodotion: sed Aquila & Symmachus, *recessio mea ab eis*: D. Hieronymus *cùm recessero ab eis*, qui causam diuersitatis reddit, quia בשרי כשוריו legerunt Lxx. & Theodotion quod est *caro mea*: sed cæteri בשוריו *bescuri* quod est *recessio* seu *declinatio mea*, vt hodie legitur & legit Chaldæa paraphrasis, in qua continetur, *cùm sustulero maiestatẽ meam ab eis*. S. Hieronym. exponit, tunc illis imminere *væ* cùm Deus illos deseruerit, cùm auxilium & protectionem suam illis ademerit. sic etiam Ruffinus & alij Latini. Græca versio variè exponitur. Sunt qui contendant eam esse propheticam, & significari excidium quod Iudæi erant incursuri, quia CHRISTO DOMINO non erant credituri, quia verbum carnem factum erant repudiaturi; & ideo Iudæos hunc locum corrupisse, & ex *bescari* fecisse *bescuri*. ita Lyranus, Burgensis, & Leo Castrius hîc, Galatinus *lib. 1. de arcanis cap. 8.* & Guilhelm. Hammerus *in Genes. cap. 38.* volunt itaque isti textum Hebræum iam Hieronymi tempore sic corruptum fuisse. præterea Origenes in *cap. 8. epistol. ad Roman.* Theodoret. Theophylactus hîc priore loco, Dorotheus, Martyr in Synopsi, & Gregentius in Eclogis allegant locum vt de CHRISTO prophetiam, nempe illum ex Iudæis carnem assumpturum. Verùm assentior Riberæ nostro validè hîc conuincenti Hebræam lectionem D. Hieronymi tempore (incorruptam) extitisse; & hoc loco nostram lectionem & versionem accuratè probanti. Vt & illud, nec Græcam quidem lectionem de CHRISTI DOMINI carne, sed de ipso propheta accipiendam vt hoc loco rectè exposuerunt S. Cyrillus & Theophylactus loco posteriore. Theodoretus duas versiones commiscuit, si non fallit Latina versio, nempe, *væ eis est quia dimisit eos, Caro mea ex eis*. Theophylactus ita scribit, [*Atqui* hoc etiam pacto intelligere licet, Auditis propheta minis Dei aduersus Israëlem, precatur, ne vel ipsi & sui contribules, & secundùm carnem congeneres, sint participes futuræ istius iræ. Propterea, inquit, *caro mea ex ipsis*, hoc est extra ipsos. Longè quæso ab ipsis remouear, & ego & caro mea, siue cognati & contribules. Cognatos enim Apostolus *carnem* appellat cùm dicit, Rom. 11. *si quomodo prouocem ad æmulandum carnem meam*, hoc est secundùm carnem cognatos mihi Hebræos, seruémque ex eis quosdam. Non dissimile quiddam Dauid etiam, Psalm. 15. *Ne simul*, (inquit,) *perdas cum impijs animam meam, & cum viris sanguinum vitam meam*. S. Cyrillus exponit, *caro mea ex ipsis*, hoc est, *longè ab ipsis, extra illos*, &

Origenes. Ribera. Cyrillus. Theodor. Theophy. S. Cyrill⁹.

Ruffinus. Locus à Iudæis corruptus Lyranus & alij.

quàm longissimè ab ipsis ego & meum genus. Postea subdit, quorum gratia hæc adscripsi; [*Solent* ergo prophetæ cùm vident grauia & intolerabilia crimina, ab eorum se instituto alienare, vt Ieremias, cùm videret infinitis flagitiis implicatos Iudæos; *Domine* inquit, *omnipotens, non sedi in concilio eorum ludentium:* sic Paulus; *te ipsum castum custodi, & peccatis alienis noli communicare.* Potest ergo omnis pius de cæteris illis qui offendunt Deum dicere, *caro mea ex ipsis.*] Hæc Cyrillus, docens adagialem huius dicti vsum, quo quis protestetur, se culpæ communis vel publicæ expertem, sicut Iasoné in tragœdiâ Creon eximit,

Adagij vsus.

Procúlque vestro purus à cœtu fletit.

Caro pro cognatione.

cætera quoque eius dicta duo ex Genesi possunt stabiliri, de carnis significatu pro cognatione. Laban ait Iacobo, *Os meum & caro mea es*, & explicat, *frater meus es*, hoc est, cognatus, *cap. 29. v. 14. & sequ.* de protestatione verò, vbi Iacob narrato scelere filiorum exclamat; *In concilium eorum non veniat anima mea, & in cœtu illorum non sit gloria mea. Genes. 49. 6.* Itaque si tribuas etiam verba nostræ versionis ipsi propheræ loquenti, hoc modo; illis exitium imminet, & immineat certè, dum ego & mea cognatio eripiamur, vides conuenire sensu Lxx. & nostrum. Reuera tamen commodior est interpretatio D. Hieronymi censentis verba hæc esse Dei comminantis: quo pacto mihi non occurrit ratio satis idonea conciliandi versiones: nam de CHRISTO Iudæos deserente propter eorum perfidiâ, non possumus capere, cùm de decem tribubus loquatur, nisi dicamus de decem quidem tribubus primariò loqui, sed nihilominùs totius Gentis Iudaicæ, hoc est duarũ quoque tribuum excidium inuoluere, quia multi ex aliis quoque tribubus, se duabus commiscuerant in reditu cum Zorobabele.

EX CAP. X. VERS. VIII.

ADAG. Dcccc xiii.

Dicent montibus, operite nos: & collibus, cadite super nos.

Dicent montibus &c.

ADAGIVM de immani metu, extrema miseriâ summâque rerum desperatione, miseram mortem præsentibus præponentium: quo vsus etiam Saluator noster, fortè vt ostenderet hanc Oseë prophetiam tunc ampliùs implendam; D. Ioannes quoque vt indicaret tunc exhauriẽdam siue penitùs implendam comminationem. Oseas hîc vsurpat de captiuitate & transmigratione decem tribuũ. CHRISTVS *Luc. 23. 30. Tunc incipient dicere mõtibus, Cadite super nos, & collibus, Operite nos:* ordine conuerso, de excidio Ierusalem per Romanos. *Apocal. 6. 16. absconderunt se in speluncis & petris montium; & dicunt montibus & petris, Cadite super nos & abscondite nos à facie,* &c. de extremi iudicij die, simul adspiciens ad prophetiam Oseë & ad prophetiam Isaiæ *cap. 2. 19.* vbi ait; *& introibunt in speluncas petrarum, & in voragines terræ à facie formidinis Domini,* &c. In prouerbij sensu conueniunt Ribera hîc & *in d. v. 16.* Maldonatus *in Matthæum*, & Pererius *in Apocalyp. cap. 6. disput. 28.* Confirmant Patres. *Theodoretus* hîc ita; [*Tanta*, inquit, erit redundantia malorũ in bello, quod vobis ab hostibus inferetur, vt nemo futurus sit quin

Vsus adagii.

Ribera. Maldonatus. Pererius. Theodor.

quin malit obrui, aut terrâ discedẽte, aut repẽtino montiũ casu, quàm mala ab hostibus admissa *sustinere*.] Eadem habet Theophylactus. Sed S. Cyrillus: [*Sepè* acerbitas calamitatũ, & grauitas, & magnitudo malorum optabilem facit mortẽ, alioqui horribilem. Est ergo ac si dicerent; dicent montibus, & collibus ipsis, in quibus idola colebant, Cadite super nos, & anticipate crudelitatem Babyloniorum, & captiuitatis extremam *miseriam*.] quod de idolis dicit, pertinet ad captiuitatẽ decem tribuum, non ad excidium à Romanis allatũ. Apud Lucã & Ioãnem latiùs accipienda, quo tẽpore nõ vigebat, nec vigebit cultus idolorum in excelsis: tũc enim locutio petita ex more pauidorum, in speluncas & cauernas confugientiũ, & sic ratiocinantiũ, quemadmodũ in Troadibus vidua Hectoris, filium abdens in latebras monumenti;

---Fata si miseros iuuant,
Habes salutem: fata si vitam negant,
Habes sepulcrum----. Vbi in Commentario duo similia B. Hieronymi loca annotaui.

IBIDEM VER. XI.

ADAG. Decccliv Ephraim vitula &c.

Ephraim vitula docta diligere triturum.

Docta significat experientiam, quasi dicat perita, quia assueuit. sic Lxx. & veteres expositores, & etiã cæteri recentiores accipiũt, vt mirer quendam vertere *stimulata*, nisi velit indicare assuetudinem illi pro stimulo esse. S. Hieron. clarè admodum; *Ephraim similis est vaccæ vel vitulæ, quæ à iuuentute suâ didicit aream terere, & ferreos orbes super acernos segetum trahere, vt palea à tritico separentur: & nõ solùm didicit, verùm nimiâ consuetudine cœpit amare quod docta est.* subaudi, (cum Ruperto & Lyrano) licèt, ne nimio labore grauetur, soleat eam agricola soluere post exiguum tempus; tamen, quia dum triturat (ex lege Deut. 25. 4.) liberè sinitur grana comedere, allecta voracitate, sæpè vltrò redit ad trituram. Sensus est adagij similis illi; *Adolescens cùm senuerit iuxta viam suam, difficilè recedet ab eâ.* & illi; *Cõsuetudo altera natura.* Sic certè capit S. Gregorius *lib.* 20. *Moral. cap.* 16. accommodans illi de peccatoribus dicto Iobi *cap.* 30. 7. *Qui inter huiusmodi latabantur, & esse sub sentibus delicias computabãt*; ita scribit; [*Amant* peruersi homines pro huius mundi gloriâ etiam tribulationes, cunctísque pro eâ sudoribus libenter seruiunt, & grauium laborum iugo deuotissimè colla submittunt. Quod bene sub Ephraim specie, Oseë prophetante describitur, qui ait: *Vitula Ephraim docta diligere triturum.* Vitula enim trituræ laboribus assueta, relaxata, plerumque ad eumdem laboris vsum etiã non compulsa reuertitur. Ita prauorum mens huius mundi seruitiis dedita, & rerũ temporalium fatigationibus assueta, etiamsi sibi liberè vacare liceat, subesse tamen terrenis sudoribus festinat, & vsu miseræ cõuersationis triturã laboris quærit: vt à iugo mundanæ seruitutis cessare non libeat, *etiamsi liceat.*] diuinè planè. quibus similia tradit *hom.* 10. *in Ezechiel.* Acutè Martinus de Roã *lib.* 3. *singular. ca.* 13. aduertit his verbis etiã explicari meretricum ingenium. Quemadmodum enim vitula illa, vbi pasta est, aream sæpè repetit; sic Ephraim idololatriam edoctus, ad idolorum cultum, quo propter visceraciones & cæteras illic licitas voluptates oblectabatur, crebrò redibat, licèt

Hieron

Ruperrus. Lyranus.

Adagia.

S. Greger.

Martinus de Roa.

non ignoraret se propterea calamitatibus variis à Deo affligi: similis meretrici, quæ ad amatores ac lenones suos cum quibus comessari solita; subinde redit, licèt eorum iniuriis variis exagitata. Notum est vitulam lasciuiæ symbolum esse: & meretrices solitas vocari vaccas atque iuuencas. Notum quoque proprium hoc esse scortorum & mœcharum, nullo labore vel periculo ab aratione venereâ deterreri. Horatius;

Vitula lasciuię symbolum.

Horatius.

—— quæ si semel vno
De seneguſtarit, tecum partita lucellum,
Vt canis, à corio nunquam abſterrebitur vncto.

Lxx. Lxx. hîc alium præbent vsum, nam alio sensu verterunt. Ἐφραὶμ δαμαλὶς ἀδιδάσκαμμένη ἀγαπᾶν νῖκος. *Ephraim vitula docta diligere contentionem.* sic habent codices Complutens. & Regij. & Vaticani, & legerũt ita S. S. Hieronymus, Cyrillus, Theodoretus, & Theophylactus; & interpretantur de contumaciâ, qua semper iugum Dei respuit, illúdque subire detrectauit.

Hieron. Cyrillus. Theodor. Theophy.

Leo Castrius.

Quare non decuit à Leone Castrio vnius Aldini codicis lectionem νῖκος, *victoriam*, præferri. Conatus quidem Ephraim non domari, sed vincere; vt aiunt Cyrillus & Theophylactus: non tamen ideo lectio mutanda fuit. fauet Lxx. etiã Chaldæus cuius ista sunt: *Similis est domus Iſrael vitulæ, quam arare docent & non diſcit.* Sed longè abit à proprietate sensus.

Lxx.

Cyrillus.

Theophy.

Theodor. Ruffinus.

Tropologia.

ADAG. DCCCCLV.

EX CAP. X. VERS. I.

Sicut mane tranſiit.

Sicut manè trãsiit.

VElocissimè desiere & finiri, sic exponunt Patres; & probatur ex adiuncto *pertranſiit Rex Iſrael*, vnde vides simillimum esse illi *cap. 10. v. 7. tranſire fecit Samaria regem ſuum, quaſi ſpumam ſuper faciem aquæ*, hoc est, velocissimè excidi & eradicari, vt significat vox Hebræa, נדמה *nidmah* Lxx. vertuntur voce *abiiciendi & abiecisse* dicunt, *quaſi ſtipulam*, quæ in aquam proiecta, fertur quocumque vult qui impellit, iuxta Cyrillum ibi. Noster attendit ad bullas & spumã quæ in aquarũ summitatibus nascuntur, sed celerrimè dissoluuntur. Hic etiam S. Cyrillus, interpretatur, *breui.* & explicat metaphoram duabus metaphoris; vnam petit ab aurora, quæ minimo momento temporis durat: alteram sumit ab expergiscente. Aut sic (ait) intelligemus: cùm nondum Deus peccata aliquorum punit dormire dicitur. vt Ieremias: *ne*, inquit, *ſis Domine tanquam ſomno dormiens, aut tanquam vir non potens ſaluare.* & Dauid: *ſurge Domine, & abiicè in finem.* & alias videns auxilium Dominii. *ſurrexit*, inquiens, *tanquam dormiens.* *Manè* itaque vocat hîc tempus ipsius velut euigilationis in eos. manè enim solemus *euigilare.*] sic ille, quem sequitur Theophylactus, vtramque ponens. Haut dubiè prior præferẽda: quæ fuit etiam Theodoreti & Ruffini: diluculi enim breuissima est duratio; auroram sole fugante. Difertissimè D. Hieronymus: *Sicut ortus aurorę, & diluculum, & principiũ diei, quod appellatur mane, inter noctis ſolisque viciniam tranſit celeriter, ita vt finiatur nox & clareſcat dies.* & subdit tropologiam, qua vti possumus; *tranſire hæreticos inſtar diluculi & regẽ eorum diabolũ, vel hareſiarcham.* Noster legit *baſabar* בשהר, sed intellexit subaudiri notam comparationis, & (*in*) ex

He

Hebraismo addi ad ornatum: sic enim Lxx. duntaxat, ὄρθρε, *diluculò* non *in diluculo.*

ADAG. Peccatori In funiculis Adã trahere.

IBIDEM VERS. IV.

In funiculis Adam trahere.

VErsiculus iste lõgè aliter primâ facie vertitur à nostro, quàm ab aliis. Nam noster ait; *In funiculis Adam traham eos, in vinculis caritatis.* Lxx. verò; ἐν διαφθορᾷ ἀνθρώπων ἐξέτεινα αὐτὺς ἐν δεσμοῖς ἀγαπήσεως μου. hoc est, vertente Hieronymo, *in corruptione hominum, extendi eos in vinculis caritatis meæ,* sed notandum primò hæc aliter eos distinguere, quàm Hebræi hodie vel noster distingunt. Nam Hieronymus coniungebat cum præcedenti commate, καὶ ἔγνωσαν ὅτι ἰασμαι αὐτὺς ἐν διαφθορᾷ ἀνθρώπω. ἐξέτεινα, &c. *& nõ cognouerunt, vt sanarem illos in corruptione hominum: extendi,* &c. & sic edidit Aldus. Sed editiones Complutéſ. Regius, & Romanus distinguunt prout noster, hinc inchoantes nouum versiculum seu comma, vt præcedens finiatur, ὅτι ἰασμαι αὐτὺς. & sequentis initium sit ἐν διαφθορᾷ &c. Quomodo legerint Cyrillus, Theodoretus, Theophylactus, ex eorum schòliis nequeo deprehendere. Nam transiliunt hoc totum. Ruffinum patet fauere nostræ lectioni. Sic enim scribit, [*Non est* huius populi noua profanitas, quia signa montis ingratæ inter ipsa mihi ostendit exordia. Nam cùm illum filium nuncupassem, beneficiis etiam delineamenta subiunxi (corrigo, *delimamenta subiunxi*) & quasi paruuli mei curam indulgentissimus nutritor exercui. Quidni, cùm eum nec vastæ solitudinis molesta sentire permiserim: neque noui & longi itineris labore vexari: quasi funiculus eius, id est sortitio: cùm Adæ videlicet primi hominis peccato è felicitate decidisset, qui paradisi fuerat cultor, & habitator effectus, vt inlaboratis, hoc est, non laboratis sed sponte nascentibus copiis vesceretur: ita & iste incomparata hominibus, & solis miraculis comparata pabula poculaque susceperit: sicque solis caritatis vinculis eum alligaui, ac præceptorum *habenis.*] Vides à Ruffino vincula Adam vocari, beneficentiam, qua illum Deus in Paradiso prosecutus, & cõparari hanc mannæ & aquæ de petra quam in deserto Israëli Deus: quæ cùm sint typus Eucharistiæ, facilè intelligas corpus & sanguinem Dominicum rectè vocari *funiculos Adam:* quibus nos Deus deuincit sibi, sed funiculos Adam cælestis; qui carnem assumpsit terrenam, vt terrenum Adam redimeret. Nam hoc loco allegoricè CHRISTI Domini incarnationem, & quæ cùm ipso nobis beneficia, in morborum animę & corporis sanatione, collata, docent Rupertus & Theophylactus. Vt nullum largius beneficium, sic nullũ amoris artius vinculum. Chaldæus Ionathan: *ficuti moris est trahi filios dilectos, traxi eos fortitudine caritatis.*]Nam אדם *Adã* accepit quasi nomen appellatiuum cõmune hominibus, sicut & Lxx. Aquila, Symm. & Theodotion, qui *homines* transtulerunt. Cæteri *in vinculis hominum.* Lxx. *in corruptione hominum.* Secundùm cæteros posteritus *in vinculis charitatis*; est interpretatio præcedentis *in funiculis Adam:* atque ita vulgò solet vsurpari adagialiter pro beneficiis, & beneuolentiâ, quibus homines

Lxx. Hieron. Cyrillus. Theodoretus. Theophylactus. Ruffinus. Rupertus. Theophy. Chaldæus Ionathã. Lxx. Aquila. Symmachus Theodotion.

vt vinculis trahi ſolent. Secundùm noſtrum quòque futurum eſt adagium capiendo *Adam*, vt nomen protoplaſti, ſenſu eodem. q.d. funiculis quibus Adamum mihi deuinxeram, paratus ſum attrahere eos prout explicaui ex Ruffino. Secundùm Lxx. non eſt adagium; nec poſterius eſt interpretatio prioris; ſed ſenſus eſt; licèt peccatis variis contaminatos, & ideo mihi meritò inuiſos, tamen adhuc eripiam ex miſeriis & afflictionibus quibus premebantur, extendens eos non aliter ac medici conſueuerunt ægros paralyſi, aut contractione membrorum. Hoc certè impletum miſſo CHRISTO. Palacius hîc egregiè oſtendit, quales debeant eſſe leges. ait; leges debere eſſe vincula & funes, quibus populi cohibentur ne mala admittant: funiculos Adam, ſeu hominum, hoc eſt conformes rationi: & debere eſſe vincula caritatis: nam legum finis eſt caritas in Deum & in proximum, & ſignificari tales fuiſſe leges quas Deus Moyſi dedit. Quanto veriùs talis eſt lex Euangelica à Chriſto promulgata?

Ruffinus. Lxx. Senſus. loci.

Palacius. Quales eſſe debeant leges.

IBIDEM.

ADAG. DCCCC. LVII. Quaſi exaltans, &c.

Quaſi exaltans iugum ſuper maxillas.

Ionathã.

REctiſſimè reddidit Hebræa. Ionathan ſic exponit; *fuitque verbum meũ ſicut bonus agricola qui alleuat humerum boum, & relaxat* (ſub. *frena*) *in maxillis eorum.* præſtat hæc etiam accipere vt dicta in futurum, quod monuit Ribera, qui egregiè explicat parœmiam, improbata meritò Vatabli expoſitione. Arbitratur cùm iugum bobus imponebatur, annecti conſueuiſſe capiſtrum vel frenum, vt boues ſic magis coërciti, diligentiùs inſtarent operi, nec paſcendi gratiâ ſe auerterent aut interrumperent laborem. Inde præceptum fuiſſe *Deut.* 25. ne trituranti boui capiſtrum inderetur: nunc itaque polliceri, ſe capiſtrum iſtud, quod à iugo ſuper os dependebat, ſublaturũ; q.d. ceruicem iugo, maxillas capiſtro liberabo, vt non modò ab onere vacui ſitis, ſed etiam impedimentis quæ vos veſci bonis appoſitis vetarent. Sic enim quando freni mentio, ſtatim maxillæ adduntur. *pſ.* 31. *in chamo & freno maxillas eorum conſtringe.* Iſai. 30. *frenum erroris, quod erat in maxillis populorum.* & Ezech. 38. *& ponam frenum in maxillis tuis.* Sic etiam intellexit Palacius: obſcurè Ruffinus exponit, *ora compoſui.*

Ribera.

Palacius. Ruffinus. Hieron.

Porro *iugum* S. Hieron. ait poſſe intelligi de *iugo* nationum Gentilium quibus ipſi ſeruiebant. Sed Symmachum vertiſſe; *& putauerunt quòd imponerem iugum ſuper maxillam eorum*: hoc eſt arbitrati ſunt legem meam quaſi grauiſſimum iugi pondus. vel fallor, vel parum aptè Symmachus.

Symmachus.

Lxx. verterunt; καὶ ἐσομαι αὐτοῖς ὡς βαπίζων ἄνθρωπος ἐπὶ τὰς σιαγόνας αὐτοῦ. *Et ero eis quaſi dans alapas homo ſuper maxillas eius.* Vera enim lectio ἄνθρωπος, & non ἄνθρωπον, vt habent Complut. & Regij. patet ex D. Hieronymo, Cyrillo, & aliis patribus. Eſt autem parœmiale dictũ, quo ſignificatur lenis & paterna caſtigatio, quod dicimus vulgò, *no cargar la mano.* Sic exponunt optimè patres. S. Hieronymus ita ſcribit, theoriam ſimul ſuppeditans & phraſim explicãs: [*Quia* non ſuâ ſponte currebant: ſed vincti funibus trahebantur, paululùm maxillas eorum alapis verberaui, non puniens

Lxx.

Cyrillus. Senſus adagij.

Hieron.

puniens, sed corrigens & emendans. Iudex lacerat carnes, torquet funiculis, flagellis atque ignibus cruciat: qui autem pater est, lasciuientem filium, palmâ percutit manus. Et pulchrè, non dixit, *ero illos alapis verberans*, sed; *quasi homo maxillas manu percutiens.* Percutit autem Deus filios aberrantes, comminatione pœnarum; Euangelicâ lectione, & testimoniis prophetarum. Cúmque sic percusserit in maxillam vt hæreticorum panem atque doctrinam excutiat de ore polluto, *tunc.* &c.]

Cyrillus. Confirmat optimè ista B. Cyrillus his verbis; [*Quia* dixit amasse illum, & velut infantem sumpsisse in vlnas, & vinculo charitatis constrinxisse: idcirco ait castigaturum illum peccantem, sicut scriptum est: *quem diligit, Deus castigat.* Promittit verò castigationis leuitatem. Comparat enim cum alapâ hominis suam castigationem; quæ patris est nolentis omnino relinquere impunitum filium, sed ferire, verùm leuiter. Et quia amauit, promittit adspecturum se illum: quos enim vult honorare, dignatur aspectu. Et potest quidem, quos artificio & virtute diuinâ non iuuit persuadendo, necessitate conuertere ad melius. Audiat ergo Dominus à nobis. *In tribulatione parua correctio*, siue disciplinâ *tua*, hæc est alapa. Et rursus: *Castiga nos Domine, verùm in iudicio, & non in furore ne paucos nos facias.* Nõ est asperum prudentibus castigari, puniri autem in irâ, hoc graue est, & intolerabile *& mortiferum.*] Hactenus

Theodor. Cyrillus. Sic etiam Theodoretus accepit de alapâ blandè corripientis puerum. Quare, mihi quidem, non videtur sensu litterali referri posse ad alapam, quæ in passione Christo Domino inflicta fuit, quæ grauissima, & acerbissima fuit iniuria. Refert tamen eò Leo Castrius, à quo illud acutè Lxx. versionem Hebraico contextui fore consentaneam literulæ vnius (ד) additione, & punctorum mutatione, videlicet si legamus, *Qui mersime iad al lecheio, & ero ipsis sicut exaltans manum excelso super maxillas eius*, excelsum verò intelligi Deum. Pro eo quod hodie legitur, *bimrume ol al lechehem*; supponit כסרים יד pro במרמי. Sed si nobis permittatur sic vbique Hebræa corrigere, quid certi sumus in bibliis habituri? credideram potiùs, Lxx. sic indicasse nobis suauem Dei prouidentiam, cuius castigationes nobis reuera sunt instar patris blandientis, nobis inquâ, vt vno dicam verbo, sic poppysino blandientis. Præmiserat metaphoram bouis vel equi subiugalis. in eadem persistens docet Oseas, Dei alapas, aliud nihil esse quàm plausus quosdam & manuum collisiones, quibus equisones seu poppyzontes, voce simul & manuum tractatione equos animare solent, & indomitos cicurare. Suidæ sunt κολαπεύει εἰς τὰς ἀδαμάστους ἵππους. Vnde ad homines translatum, vt à Iuuenali,

Leo Castrius.

LXX.

Suidas.

Iuuenalis.

Prebebit vati crebrum poppysma roganti.

(sinet sibi membra contrectari cum leui percussione) & ad sacra gentilium, nam poppysmis fulgetra procurabant. Plinius *libro* 35. *cap.* 10. quasi hoc plausu Dei furorem placaturi. Vide Politianum *ca.* 32. *miscellan.*

Plinius.

Politian.

EX

ADAG. DCCCC LVIII. Sequi æstum.

EX CAP. XII. VERS. I.

Sequi æstum.

LXX. Chaldæus

PRo æstu Heb. קדים *kadim*, Lxx. καύσωνα, & sic noster: Chaldæus ex duobus vnum fecit adagium: nempe Israël comparatur ei qui seminat ventum & metit turbinem. Lxx. quoque, *malus Spiritus persecutus est æstum totâ die*, πνεῦμα πονηρὸν πνεῦμα διώξεν καύσωνα ὅλην τὴν ἡμέραν. Vtraque versio potest intelligi vel de febri, quam solet adferre hic ventus: vel de ipso vento vrente: sed de quo vento? de Euro Subsolano, seu Vulturnæ Orientali vento qui Græcis ἀπηλιώτης quasi à Sole spirans, accipiunt cum Dauide Kimchi recentiores, cuius flatus noxius est & febriculosus, & in Iudæa rapidissimus & ardentissimus erat, teste Mercero. *Kedem Orientem* propriè significat, sed quia Eurus inde spirans calidus est, solet etiam ad alios ventos calidos extendi, ideo Lxx. & D. Hieronymus non rarò Notum siue Austrum, vt noster & Lxx. *psal. 77. v. 26. transtulit austrum de cælo*, & *Ezech. 27. 26.* Lxx. sæpiùs vertunt Notum, vt *Exo. 10. 13.* & *14. 21.* & alibi, vbi D. Hieronymus *ventum vrentem*, vt & *Jerem. 18. 17.* & *Osea 13. 15.* Vnde patet vsurpari de qubuis vento calido, etiam meridionali. & ideo in genere vertit *vredinem*, *Genes. 41. 6.* & ventum calidum & vrentem *Jonæ 4. 8.* & *Iob. 27. 21. Ezech. 17. 10.* & *19. 12.* & sine voce venti simpliciter *æstum*, *Iob. 38. 24. Isai. 27. 8.* & hîc. Quare cùm Hebraicè tot locis vna sit vox קדים *kadim*, patet semper de vento huiusmodi noxio interpretandum. Hebræus fons & nostra versio possunt vel coniunctim accipi vt vnum prouerbium de conatu, non modò inutili (quod indicat *pascere ventum*, de quo dictum suprà) sed etiam damnoso auctori; vt accepit Dauid Kimhi, vel seorsim vt duo adagia, quorum prius vanitatem, posterius damnum & noxam indicet. Hoc enim est simile Latino, *Quærere infortunium*, *sectari pestem*. S. Cyrillus, *Appetunt causonem*, *cùm posset se sub meam vmbram recipere. æstum vocat calamitates incendentes & inflammantes dolore.* Sic Salomon: *seruatus est ab æstu filius prudẽs*. Theodoretus; *Spiritum pessimum vocat malam voluntatem: studium verò circa æstum, non solùm infructuosum, sed & perniciosum laborem*] & subdit cultum idolorum vocari æstum, eò quod instar æstus omnes eorum fructus corrumpat. Theophylactus, quem in Oseam edito locupletiorem nactus Leo Castrius, exponit, *causonem* esse zelum Iudæorum contra Christum, quod allegoricum est. Certè *causon* morbus teste Aristotele dicitur, cùm pars extima corporis perexiguâ febri videtur calere, intima tamen ardentissimo feruore æstuant. Sic sæpè in animi morbis, æstus vents alitur, & immane incendium est auaritiæ, vel luxuriæ, vel iracundiæ, vix se foris prodens, sed suo tempore lethale fouenti. Tales certè hæreses omnes, maximè quibus nunc Europa conflagrat. Miseri qui talem æstum sequuntur. D. Hieronymus nobis monitor hoc loco locupletes; [*Secundùm* tropologiã (inquit) omnes hæretici pessimo dæmonum Spiritu continentur; de quo & in Apostolo scriptũ est: *Eph. 6. b. Aduersus spiritualia nequitiæ in cælestibus*, & *Luc. 11. c. immundus spiritus cùm exierit ab homine, & requiem non inuenerit sæpẽ alios spiritus nequiores* se sibi copulat,

Mercerus.

Adagia. Cyrillus.

Theodoretus.

Theophy.

Leo Cast.

Causon. Aristotel.

D. Hiero.

lat, & ad priſtinam reuertitur domum. Spiritu igitur peſſimo ſequuntur καύσωνα, id eſt ariditatem ſiue ventum vrentem; qui contrarius floribus eſt, & germinantia cuncta *diſperdit.*] Quis non exclamet,

O ventum horribilem, & peſtilentem!

S. Hippolytus Martyr *Orat. de conſummat. ſæculi, ventum vrentem* de quo *Oſee.* 13. 15. exponit Antichriſtum. Sed illic in bonum ſumitur ventus auſtralis de CHRISTO Domino, iux. SS. Hieronym. Cyrill. Theophylact. & alios.

S. Hippolytus mart yr.

Venti vrentis de Antichriſto expoſitio.

ADAG. Dcccclix.

IBIDEM VERS. VII.

Chanaan.

Chanaan.

Lacones. Sybaritæ.

Ambrones, Cananæi, qui.

SIcut adagio prophano, fures vocantur *Lacones*; & qui deliciis diffluunt *Sybaritæ*, & qui vita infames, *Ambr.* ſic in ſacroſanctis literis, qui impij & iniuſti ſolent vocari *Cananæi.* Sic hoc loco Patres interpretantur, & confirmatur aliis quoque locis. *Daniel* 13. *Semen Chanaan, & non Iuda.* Vbi habes etiam antitheſin generis nobilis & ignobilis: ſicut hoc loco notat Rupertus, Iacob virtutum causâ promeritum nomen honorificũ *Iſraël*; eius verò poſteros, decem tribus, propter impietatem meritas pro Iſraële, vocari *Chanaan*, Sophon. 1. *conticuit omnis populus Chanaan*, hoc eſt Iudæi, indigni qui dicantur filij Abrahæ, Iſraël, aut Iudâ; quibus ſunt diſſimillimi; ſed qui vocentur Chananæi, quos moribus imitantur. Zachar. vltim. v. *& non erit Chananæus vltra in domo Domini.* Sic etiam Ezechiel illos ornat, cap. 16, 3. *radix tua & generatio tua de terrâ Chanaan, pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa.* cur verò vocet eos *Chanaan*, ſubdit Oſee, *in manu eius eſt ſtatera doloſa, calumniam dilexit.* Quæ ratio eſt conuitij præcedentis; quia Chananæi tales fuerant, iuxta receptiſſimam Origenis regulam *hom. 4. in Ezech.* vnumquemque ſolere nuncupari nomine illius quem imitatur. Accipite Patrum verba id probantium, ex quibus etiam vſus adagij eluceſcet. S. Cyrillus in hunc modum ratiocinatur: [*Debuit*, inquit, Ephraim imitator eſſe Iacob, vt illius iuſtitiæ veſtigiis inſiſteret: at nunc non ita: ſed potiùs factus eſt Chananæus. Inuenta eſt in manibus eius ſtatera iniquitatis, id eſt, inæqualitas & πλεονεξία. Adamauit enim æquè atque aliæ gentes, quæ Deum non norunt, πλὴν ἐπάρατον κατὰ δικαιοσύνην. Neque cogitare voluit, in eo ſe peccare. Solis diuitiis contentus erat, tanquam Deus non ampliùs cerneret quæ in terris fiunt. Eſt autem ſumma dementia velle vtcumque diuitem eſſe: nihil verò eſſe putare crimen furti & violentiæ, honorémque ducere, qui ſit potiùs magnum dedecus & pudendum. Dixit enim ille, diues ſum, inueni recreationem animæ meæ. Sed quid Deus ad hæc? *Omnes labores eius, non inuenientur ipſi.* Scriptum eſt enim Iob. 20. d. *diuitiæ iniuſtè partæ, non ponentur.* Et parœmiaſtes. *Melior eſt parua pars cum metu Dei, quàm theſauri magni* μετὰ ἀφοβίας. Quia verò nihil diſtat ab aliis qui impij ſunt, qui eorum mores imitatur, idcirco Ephraim appellatur *Chanaan.*] vult ergo Cyrillus Chananæos dici auaros & violentos alienæ rei raptores.

Origenes.

Cyrillus.

Rupertus.

Luc. 12.

Theodoretus aperte canonem illum Origenis confirmat & intorquet in ſcribas, notarios, graphiarios, & cæteros iudiciorum, & ratiociniorum magiſtros: adducto enim

Theodoretus.

loco Ezechielis *d. cap. 16. v. 3.* addit: [*Ab eis* enim quorum imitati sunt iniquitatem, fortiti sunt nomen. Et tu ô Ephraim imitans malitiâ Chanaam, iniquam mētis stateram habes. Iustitiam semper vilipendis, iniquam potentiam exoptas, in diuitiis elato spiritu es, & plurimum tibi arrogas in earum rationibus perscribēdis ac cōficiendis.] B. Prosper *par. 2. de promissionibus & prædictionibus cap. 24.* in fine, censet hoc loco moneri principes, Reges & Prælatos: [*Ipsi quoque* caueant, inquit, qui has accipiūt potestates, si cupiditate Dominantis, nec consulentis affectu suscipiunt: si ministrari eligunt, ac non potiùs ministrare. Quod Dominus per seipsum & per prophetam Osee increpat dicens, *Osee 12. Chanaam in manu eius statera iniustitiæ, dominationem enim elegit.* Et in Euangelio ipse, *Qui voluerit maior esse in vobis, erit vester seruus: sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare.* Prospero statera iniustitiæ, est deprauata intentio, & cupiditas superba primatûs. Rupertо *lib. 5. in Osee.* est malitiosa terrenæ cupiditatis duplicitas. Ruffino est ex malitiâ & animo deliberato peccare, cuius verba sunt digna lectu; [*Vbi enim* talis animæ versatur affectus, vt non impetu aut negligentiâ, sed cum deliberatione, quasi suspensis ab vtraque parte ponderibus, nefanda committat; dicitur peccasse sub trutinâ. De quo sensu etiam illud apud B. Dauid legimus: *Verumtamen mendaces filij hominum in stateris, vt decipiant ipsi de vanitate in idipsum.* Cùm ergo hoc præcipuum sit humani munus ingenij, vt quid obedire debeat, quid vitare, perpendiculo rationis & momentis collationis examiner, profanatus populus veritatem in mendacio detinens, admouit quidem stateram negociis, sed dolosam, melioribus videlicet deteriora præponens, & noxiis magis quàm vtilibus *acquiescens.*] Ecce genus aliud hominum qui *Chanaan* vocentur.

B. Prosper.

Statera iniustitiæ quid. Rupertus.

D. Hieronymus, qui omnia Osee dicta de tribuum idololatria, mirificè hæreticis accommodauit, hoc etiam loco valdè disertus est. [*Ad hæreticos* hoc ipsum refertur. *Chanaan* quippe interpretari potest *quasi mouentes.* Et nota quòd dixerit *quasi mouentes*, & non, *mouentes. Mouentes* sunt, eos quos deceperint: *quasi mouentes* sunt, eos quos mouere tentauerint: sed quia fundati sunt super petram, nullo possunt turbine concuti, nec pedum suorum mutare vestigium. *In* istiusmodi Chanaan *manu*, id est operibus. *statera dolosa est* & iniqua: quicquid enim hæreticus loquitur, Dei iustitiam non habet, & plenum est doli *& fraudium*, &c.]

D. Hieron.

Denique Isidorus Clarius notat Ephraim comparari mercatoribus, quorum studium decipere, & quæstu iniusto ditescere, & ideo bilances habent fallaces, pondus & pondus, mensuram & mensuram. Sic etiam Vatabl. Pagninus, Palacius, & alij qui volunt *Chanaan* hîc non esse gentis nomen, sed officij, & significare *negotiatorem.* Melior quidem est nostra versio & Patrum sententia: Sed negare non debuit vir eruditus Chanaan, כנען interdum significare *mercatorem* æquè ac בנעני. Nam additio illa literulæ significationem non mutat. Sic enim *Zachar. vers. vlt.* Lxx. *Chananæum*, noster *mercatorem* vertit: & hîc apud Osee Chaldæus eodem modo, quo apud Zachariam accepit. & *Prou. vlt. 24.* Noster *Chananei* vocem haut dubiè pro *negotiatore* vsurpauit; & notum est horum ingenium

Isidorus Clarius.

Vatablus. Pagninus. Palacius.

Chanaan pro negotiatore.

genium lucri auidum & virtuti nummos præponens. Ideo *Psal.* 70. 15. vbi noster, *non cognoui literaturam*, & Hebraic. *sephroth, numeros*: hoc est *la cifra, y caxa, o quentas de mercaderes*. Rom. Psal. *negotiationem*: & sic Chrysost. Arnobius, Augustinus, & alij qui legerunt non γραμματειας, sed πραγματειας.

Chrysost. Arnobius. Augustin.

ADAG. Germinare sicut lilium.

EX CAP. XIV. VER. VI.

Germinare sicut lilium. Lxx. Florebit.

Sensus adagij.

HOc adagio & sequentibus designari sanctos viros, rectos, pios, bonis operibus deditos, & variis virtutibus exornatos, manifestum est, & singula esse prouerbia. Dicam breuiter quæ à veteribus notata & his locis aptiora. nam de plerisque non semel in Mariano opere, & hoc ipso adagiorum syntagmate disserui. Hoc loco sinceritas & cordis puritas designatur.

S. Cyrill. S. Cyrillus: *Emitte odorem honestæ vitæ in* CHRISTO. Ipsum imitando

S. Hieron. sic S. Hieronymus; [*Cum autem nos* Dominus suo rore respexerit, & siccitatem pectoris nostri suis pluuiis irrigarit, germinabimus, imo florebimus, vt lilium; imitâtes Dominum Saluatorem, qui dicit in Cantico, *Ego flos campi, & lilium conuallium*. Et loquitur ad sponsam suam, quæ non habet rugam, neque maculam: *Sicut lilium inter spinarum, sic proxima mea inter filiarum*. dixi de hoc lilio plura *in comm. Canticor.* & plura *in Floridâ*

Theodor. *Marianâ primâ*. Ipse Theodoretus, aliâs contractior, hîc diffunditur allectus floris gratia & cui animæ lilium dici contingat, ostendit; [*Huius*, inquiens, floris sæpenumerò sacra Scriptura meminit, Esaias clamat, *Esai.* 35. *Lætabitur deserta, & inuia, & exsultabit solitudo, & florebit quasi lilium*. In Cantico autem Cant. de sponsa sponsus ait: *Cant.* 2. *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias*. Tum in sacris Euangeliis Dominus: *Matt.* 6. *Considerate lilia agri, quomodo crescunt: non laborant, neque nent. Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria suâ cooperitus est, sicut vnum ex istis*. Ex omni parte igitur cognoscimus, quod, præter suauèolentiam, admirationē etiam concitat lilij splendor. Huic comparatur anima sordibus peccatorum expiata splendidissimâ stolâ baptismi ornata, de qua Esaias loquitur, *Exultet anima mea in Domino, quia induit me vestimentis salutis, & indumento iustitiæ circumdedit me*. Esai. 61.

Theophylactus Leonis Castrij non parcior hoc loco. nam & hæc ipsa mutuatur, & addit, χείρων λαμπρότατον ἔχει τὸν εὐωδίαν, μέγεθος δὲ οὐκ ἔχει: *Lilium candore splendidissimum odoris fragrantiam habet, magnitudinem non habet*. indicans quo quis sibi humilior videtur, hoc cum suauius cæteris fragrare. Postea, ὅταν ἴδῃς ἐν ἐκκλησίᾳ τινὰ βιοῦντα καλῶς, καὶ λάμποντα τὸ φῶς αὐτοῦ ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, κρίνον εἶπε. *Quando in Ecclesiâ videris aliquem bene viuere, & lucere virtutum coram hominibus splendere, illum vocato lilium*. Denique tales fuisse Apostolos, quia verum lilium CHRISTVM fuerunt imitati. Theophy.

Hebræorum Doctores in Midras Tillim ad Psalmi 44. titulum, cordis sinceritatem exigi arbitrantur. Quia sicut lilium germinans & florens, cor sursum erectum habet, ita nos debere pœnitentiam agentes cor nostrum sursum dirigere & ordinare.

Refert Petr. Galatinus *lib.* 3. *Arcanor. cap.* 17.

IBIDEM.

Erumpet radix eius, vt Libani.

ADAG. DCCCCLXI. Erumpet radix eius &c.

LXX. iaciet radices suas, quasi Libanus. Καλεῖ. Hebr. יך *Iach*, *percutiet*, faciet serpere, & in terram violenter defixas radicabit. Chaldæus; *habitabunt in robore terræ suæ, sicut arbor Libani, quæ diffundit suam propaginem.* Hebr. *Ballebanõ* בלבנון quod de monte, & de thure potest intelligi: sed de vtrolibet significat firmitatem animi & mentis constantiam, qualis eluxit in martyribus suo & CHRISTI, & cæteris sanctis CHRISTI sanguine dealbatis. S. Cyrillus interpretatur: *Erit sic ἀσφαλὴς & firmus, vt est thuris planta, quæ altè iacit radices: talis est mens credentium, qui non mouentur ventorum impulsu.* Theophylactus ait Prophetam Libani meminisse, quoniam Libanus mons magnus est, ornatissimus arboribus rectis, & radices profundas habentibus, quæ possint multis sæculis durare, vt ostendat magnitudinem & perpetuitatem gloriæ quam Israëlitæ ad Deum conuersi consequentur: & concludit *Libanum* dici debere, quemcunque videbimus sublimia quædam de Deo eloqui, & radices suas longè latéque diffundere, & diuiniores facere sermones, & verbi veritatis discipulos *habere.*] Valdè quoque appositè Sanctus Hieronymus tanto prior Theophylacto, & qui consentit Ruperto, de hac parœmicâ comparatione sic scripsit; *Cùm* creuerimus in domo Domini, mittemus radices sicut arbores Libani: quæ quantùm in auras consurgunt vertice, tantùm radicem in ima demergunt, vt nullâ tempestate quatiantur, sed stabili mole *consistant.*] Censet Ribera, & meritò, alludi ad loca Maronis 4. *Æneid.*

S. Cyrill.

Theophy.

Libanus mons.

Libanus quis dicendus.

S. Hieron.

Rupert.

Ribera. Maro.

Et veluti annosam valido cum robore quercum
Alpini Boreæ, nunc hinc, nunc flatibus illinc
Eruere inter se certant, it stridor, & altè
Consternunt terram concusso stipite frondes:
Ipsa hæret scopulis, & quantùm vertice ad auras
Ætherias, tantùm radice ad Tartara tendit.
Haud secus assiduis hinc atque hinc vocibus heros
Tunditur, & magno perstrepit pectore curas,
Mens immota manet, lacryma volumtur inanes.

Ita nimirum, qui sunt hæreticis freneticorum Aquilonum flatibus oppositi, debent persistere *in caritate radicati & fundati. Ephes.* 3. *vers.* 17.

IBIDEM VERS.

ADAG. DCCCC LXII.

VII.

Quasi oliua gloria eius.

Quasi oliua gloria eius.

SImile est, *Oliua pullulans* suprà. Theophylacti Græca sunt de Olea: ἐνθαλὴς δ' ἐλαῖα, καὶ οὐδὲ ἐν πειρασμοῖς ξηραινόμενος, ὥσπερ οὐδὲ ἡ ἐλαία ἐν χειμῶνι φυλλοζολεῖ. πλὴν ἐπὶ πολλοὶ καρπὸν μόνον ἔχουσιν ἀρετῆς,

Theophy.

ἣν

δεῖ φησὶν ἡ καρπὸς, ἐλαίαν δεῖ ἡ κατάκαρπον μὴ πρὸς ὄνησιν, οὐδὲ γὰρ ἀπορρέουσιν αὐτῶν οἱ καρποὶ, οὔδ' ἀπολλυταί ὁ μισθός. Interpretatus sum suprà S. Hieronymus; Sanctum virũ, & conuersum ad Dominum *oliuæ frugiferæ* comparat, qui dicit in alio loco; *Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei.* Cuius fructum quinq; sapientes virgines sibi parauerunt; ex quo vulnerum mitigatur tumor, languentis membra requiescunt, in tenebris lumen accenditur, vngũntur in agone certãtes.] Igitur horũ gloriam, spondet fore firmam, perpetuam, virentem, pacificam, vide Martin. de Roa *lib.* 4. *Singularium cap.* 6.

Ps. 51. b.

Matt. 25. a

ADAG. Dcccc LXXII. Odor eius vt Libani.

IBIDEM.

Odor eius vt Libani.

S. Hieronymus notat ὁμωνύμως Græcè λίβανον & Hebraicè לבנון significare monté notum & thus; & posse de vtroque hunc locum accipi. nã & mons ipse cedris quæ arbore odorata, & herbis quoque suaue fragrantibus refertus erat Ionathan retulit ad thymiama templi, sicut & oleum ad candelabrũ: *Erit splendor eorum, sicut splendor candelabri sanctitatis, & odor eorum velut odor incensi aromatum.* sic etiam accepit Cyrillus, his verbis; *& odor eius vt thuris optimi odoris est. idcirco lex Moysis sacrauit Deo. Odoratus itaq; est fructus electorum & vocatorũ.* Theophylactus: *eum qui se ipsum offert Deo, mente & spiritu orans, ait instar Libani, fragrantiam suauis odoris habere.* λίβανε εὐοσμόντι θυμίαμα δῶν. ὁ γὰρ προσαγαγὼν ἑαυτὸν τῷ θεῷ δεήσει τῷ πνεύματι προσεύχεσθαι, ἔχει τὴν ὀσφρησίαν εἰς λίβανον.

Ionathan.

Cyrillus.

Vsus adagij.

ADAG. Dcccc LXXIV Memoriale eius, &c

IBIDEM VER. VIII.

Memoriale eius sicut vinum Libani.

DE monte ipso loqui non dubitandum. Nam licèt D. Hieronymus hîc meminerit sententiæ quæ vinum exponit thure conditũ; parum tamen habet probabilitatis: nam tale vinũ palato minimè gratum esset. Secunda expositio Hieron. est sumpta ex Ionatha Chaldæo, qui persistens in suâ de templo allegoria, sic μεταφράσει: *Erit memoriale bonitatis eorum fructificans & indeficiẽs, iuxta ac memoria tubarũ clangoris super vino veteri, quod libari solet in domo sanctuarij.* videtur *Libanum* interpretari ipsum templum Hierosolymitanũ, quod aliis Rabbinis non potuit persuadere. nam magno consensu capiunt de vino nato in Libani montis vinetis; de quo Dauid Kimchi ex libro Asaph medici testatur id cætera omnia odore, sapore, & vi medicâ excelluisse. Quod aptius huic loco. Nam Theodoretus scribit *similiter vt vinum odoratum in Libano cultum, virtutis suauem odorem possidebunt: atque illinc manantem bonam existimationẽ quasi fructum percipient.* Byblos vna est vrbium ad Libanum sitarum tẽste Plinio, & aliis. Byblinum verò vinum laudatur ab Hesiodo, Theocrito, Philino, Achæo, Archestrato, qui ne cum altero Thraciæ confundas dicit ex Phænyciâ adferri: lege Athenæum *lib.* 1. & commentar. Guillaldini *ad Plinij lib.* 13. S. Cyrillus hîc, *talis est*, (inquit) *omnis* CHRISTI *sermo & doctrina.* Adagio significatur, memoria & recordatio, & commemoratio quæ cũ-

D. Hiero. Ionathas. Chaldæus.

Chaldæus. II. Expositio.

Theodor.

Byblos vrbs. Plinius. Byblinũ vinum. Hesiodus. Theocritus Plinius. Achæus. Archestratus. Athenæus.

Adagij vsus.

ctis sit gratissima. sicut *Eccles.* 49. *v.* 1. 2. *Memoria Iosiæ in compositione odoris facta opus pigmentarij. In omni ore quasi mel indulcabitur eius memoria.* certè Byblinum vinum dulce fuisse docet *d. lib.* 1. Athenæus.

ADAG. DCCCC LXV.

IBIDEM VER. IX.

Ego vt abietem virentem.

Ego vt abietem virentem.

HEbraicè, אני כברוש רענן *ani kiberosc rahhanon.* quæ sunt ambigua, quo ad casum, quia indeclinabilia, quo ad materiam, quia ברוש *cupressum, iuniperum, & abietẽ* significat. cum nostro interprete sentiunt Chaldæus & Rabbini, qui subaudiunt *efficiam*, vt sit promissio facta populo Israeli. sed Lxx. verterunt; ἐγὼ ὡς ἀρκευθος σκιαζουσα: *ego sicut iuniperus cooperiens siue frõdosa*, vt sit sensus de securâ & cõmoda Dei protectione. S. Cyrillus; ἄρκευθος arbor est vsque adeo densa & frõdosa, vt videatur esse quodammodo χειρόμητος ὀροφὴ: neq; solis radios admittens, neque imbribus patens, tametsi magni sint atque vehementes. Significat ergo fore eos sub vmbra & protectione Dei tutos ab insidiis omnibus & *violentiâ*. Theodoretus quoque: [*Nam* semper viridis iuniperus existit, atque non est putrescenti naturâ, comâ redimitur aculeatâ His ostendit, quod omni studio te curabo, ab omnique pernicie tutum efficiam, & inuadentem quasi quibusdam aculeis *perterrefaciam.*] vnde apparet quam aptum refugium sit iuniperus ista. Hæc & alia Theophylactus: ἀρκευθος φυτόν ὄζει δασὺ καὶ ἀμφιλαφὲς, σκιὰν ἔχον πολλὴν, καὶ εὐθαλὲς, καὶ ἀκανθώδη κόμην φέρον, &c. *Iuniperus arbor est densa & rotunda, densos habens ramos, semper virens, & quæ comam habeat spinosam. ait ergo Dominus: sic te ornabo densis ramis, & protegam meo auxilio; vt tu vivas sub auxilio meo, & protectione Dei cœli, & non timeas causonem nec æstum nec reliqua. Spina verò omnino est ei, qui secundùm Deum volet viuere: & sic necesse est ei vita aspera quæ pungat cura iudicij postremi.*

Sensus adagij.

Arkeuthos.

Theodor.

Theophy.

Suppono ברוש rectè iuniperũ reddidisse LXX. quia ברוש puto esse genus ad arborum plures species, & ideo non mirum si modò sic, modò aliter verterint: quo satis respondetur obiectioni Nebrissensis Quinquagenæ cap. 1. Non obstat etiam, quod vir eruditus quidam hoc loco monet; iuniperi vmbram iuxta Virgilium grauem esse: nam possem regerere iuxta Plinium, idem abieti vitium esse. dico potiùs, grauis illa dormienti sub eâ, suauis & tuta confugienti, vt imbrem vitet, vel æstum. Et sermo est, non de quauis iunipero, sed de specie illâ quàm Dioscorides maiorem vocat, quæ cedro tam similis, vt à quibusdam cedrus nominetur Theophrasto teste *libr.* 3. *de plantis, capite* 12. Mysterio deseruit quod à Varrino proditum ἀπευθεν dici vel διότι τὸ τὴν ἀρὰν ἢ τὴν βλάβην κίνθειν, *à vitanda seu occultandâ maledictione.* vel διὰ τὸ ἔχειν ἀκάνθας κεκρυμμένας *quòd latentes spinas habeat*, ὅτι πάν δὲ μὴν πάντα τὰ ἑρπετὰ δύσοσμον *quarum odor omne serpentium genus abigat.* Nõne talis nobis CHRISTVS arcens maledictionem & suis potestatem tribuens venenata omnia conculcandi?

Iuniperi vmbra. Abietis. Virgilius. Plinius.

Iuniperi species cedro similis.

Theophrastus. Varrinus.

Arkeuthou etymon.

S. Hieronymo ipse CHRISTVS est iuniperus, sic scribẽti: *De* ἀρκεύθοις, id est *iuniperis*, iux. LXX. interpretes Salomon ianuas templi fecisse memoratur: quia CHRISTVS per quem ad patrem accedimus, hanc habet naturam vt semper floreat,

Christus vt dicatur iuniperus.

floreat, semper nouos adferat fructus, & numquâ deponat virorem suum. Hæc iuniperus sub vmbrâ suâ quiescentibus, ne mundi huius ardore feriantur, & percutiat æstus caput eorũ, sicut quõdam percussit & Ionæ, dat fruges, & non solùm dormientibus requiem, & sedentibus, sed & saturitatem vescentibus *præbet.*]

Abies. Rectissimè quoque noster vertit, *abietem*, quæ arbor amplissima, alta, enodis ferè, folio pinnato dẽsa vt imbres non transmittat, hilaris etiam adspectu, teste Plinio *lib.* 16. *cap.* 10. nec folia hyeme decidunt, (*ibid. cap.* 21.) materies pondus valdè sustinet, (*ibid. cap.* 42.) quæ dotes omnes CHRISTIANIS à Deo tributæ. Sanè sic *abietem* hîc accepit Rupertus, his verbis, *Viâ rectâ* Rupertus. *conscender ille spiritualis Israël in cœlestem Hierusalẽ secundùm similitudinẽ abietis virentis, & rectâ statura sursùm tendentis, vt perueniat ad regem suum Dauid, ad me Deum & Saluatorem suum filium Dauid. eò tendentem ego exaudiam & dirigam eum.*

Strabus verò ipsummet CHRISTVM ostendit hanc esse abietem, dilatans quæ S. Hieronymus de iunipero scripserat. Strabus. Abies vt Christus dicatur.

ADAGIALIA EX PROPHETIA IOEL.

ADAG. DCCCC LXVI. Dentes eius &c.

EX CAP. I. VER. VI.

Dentes eius vt dentes leonis, & molares eius vt catuli leonis.

Vsus adagij. DICITVR de auidè, celeriter, audacter, & crudeliter omnia vastantibus. לביא catulum leonis, etiam LXX. & Chaldæus vertunt, capientes de leunculo iam grãdiore, & robusto. Solet sacra Scriptura secundo loco ponere catulum, vt hîc & *Osee* 5. 14. *Ego quasi leæna Ephraim, & quasi catulus leonis domui Iuda.* quia leunculi solent esse audaciores, ignari periculorum & insidiarum; & auidiores sanguinis, quem recens degustarunt; & proinde ferociores: & ideo Iudas aggrediens, catulo leonis; quiescens verò, leoni comparatur, *Gen.* 49. 9. *Catulus leonis Iuda: ad prædam fili mi ascendisti: requiescens accubuisti vt Leo.* Iusti quoque confidentia catulo Leonis comparatur, *Prouerb.* 28. 1. *fugit impius nemine persequente: iustus autem quasi leo confidens absque terrore erit.* Hebraicè *chephir* כפיר *leunculus.* Dentes etiam & molares his acutiores & firmiores, vt pote non attriti, sed integri, sunt: ideo hîc posteriùs memorantur. Vt enim Ribera *ad d. v.* 14. notauit *Iob* 4. 10. cùm dicitur *rugitus leonis, & vox leænæ, & dentes catulorum leonum contriti sunt*, ad emphasim dictũ, quasi violentiores & nocentiores sint. nã ob ætatem leonibus dentes nõ rarò conteruntur, aut excidunt, teste Pinedâ ibi. LXX. Chaldæus. Ribera. Pineda.

Quare mihi non satis hîc arridet vlla interpretationum Theodoreti,

Theodor. doreti, quorum prior est, leonem & catulum leonis pro iisdem poni, vt multis nominibus magis perterrefaciat: posterior sicut locusta exiliores & minores tanquam catulos subsequentes habet; sic hostes cum bellicosis & strenuis minùs robustos ducere. Minùs arridet quòd Ruffinus censuit leuius esse malum quod per molares catulorum innuitur, quàm quod per dentes leonum.

Ruffinus.

Ad literam de veris locustis hęc capiunt ambo cũ Iudæis: malo cũ S. Hieronymo capere de hostibus Chaldæis qui locustis comparentur. Tropologia eiusdem Diui planè aurea, dignissima est quæ vbiq; legatur. [*Ascendit* gens super terrã Dei, animam videlicet humanam: *(omnes enim animæ Dei sunt, sicut anima patris, sic & anima filij)* & adscendit gens principum *mundi istius & tenebrarum, & spiritualia nequitiæ in cœlestibus*, aduersum quos nobis est lucta atq; certamen: de quibus dicitur, Eccl. 10. *si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris.* Cuius gentis dentes sunt sicut dentes leonis, de quo Petrus Apostolus loquitur: *Aduersarius vester Diabolus tanquã leo rugiens, circuit quærens quem deuoret.* ET MOLARES ILLIVS QVASI CATVLI LEONIS. Catulium leonis, vel eum intellige, *qui eleuatur contra omne, quod dicitur Deus* & religio (id est Antichristum) vel certè omne dogma peruersum. De cuius contritis molaribus, qui intrinsecùs latent, & non videntur, ne facilè vitentur, etiam psalmista lætatur dicens, *Molares leonum confringet Dominus.*]

S. Hieron.

Tropologia.

Psalm. 57.

Rupert.

Ruperti consideratio vtilis quoque, doceri nos etiam imbecilles & minimos, qualis est locusta, cõtra eos quibus Deus irascitur, immensum & inuictum robur obtinere. Sic certè *in Apocalyp. cap. 9. v. 8.* locustarum illarum dentes dicũtur *sicut dentes leonum.* Tales esse docet dentes detractorũ ibi Blas. Viegas *cõment. 2. sect. 9.* sic de peccato in genere legimus *Eccl.* 1. 21. 3. *Dentes leonis, dentes eius, interficientes animas hominum.* His tribus locis adagialis locutio satis se prodit.

Blasius Viegas.

IBIDEM VERS. XVII.

ADAG. DCCCC LXVII. Computruerunt, &c.

Computruerunt iumenta in stercore suo.

HEbræum פרודות Hieronymus legit cum aliis punctis quàm Rabbini, isti legũt *pherudoth* cum sceua & scurec quod interpretantur grana, & Rabbinizantes vertunt *computruerunt grana sub glebis suis*, sensu; in ipsa terrã priusquam erumperent in herbam. foret adagium de præpropero excidio, non modò ante messem, sed ante herbam; ne spe quidem sui præbita. Sed Hieronymus legit cum Hirick & seua, *phiredoth*, & censuit esse plurale *phiredoh* פרודה, quod *mulam* significat. Hoc secutus fuit Isidorus Clarius, & meritò. Nam in obsidione solent stabulis inclusa iumenta in sordibus suis emori. Miror cur LXX. verterint; ἐσκίρτησαν δ' ἀμάλαι ὡσὶ ταῖς φάτναις αὐτῶν. *subsultauerunt vitulæ in præsepibus suis.* Nisi existimarunt עבש significare lasciuiam subsilientium. sed R. Ionathan & R. Marinos, Abenezra & Cammius censuerunt esse *computrescere*, vt puto, dissolui putredine, non verò mucorem tantùm contrahere, vt censuit Bonauentura Cornelius. Quid si *subsultauerunt*, non ad lasciuiam referamus,

LXX.

R. Ionathan. R. Marinos. Abenezra Cammius.

Bonauentura Cornelius.

mus, sed ad vim conantium se stabulis eripere,& famem fugere? Scio
Hieron. quòd aliter: Hieronymus, iuxta intelligentiam spiritualem, *lasciuierũt in præsepibus, & calcitrauerunt contra creatorẽ suum, vt impleretur quod scriptum est*, Psalm. 58.16. *Si saturati non fuerint, murmurabunt.* Sed hoc
Theodor. videtur Theodoretus reprehendere, ita scribens; *Subsultaturas esse vitulas*, inquit, *non quòd saturitate hoc fecturæ sint, sed quòd fame corruptæ, humique stratæ, & abiectæ, pedes ad solum allisuræ sunt.* & sic potest nostra versio cum illa Lxx. cõciliari. Mortua enim cadauera dedignantibus, vel præ imbecillitate suâ, & illorum multitudine, sepelire ea non valentibus dominis, tabescebant, & putredine absumebantur. Quadratne hoc venereis istis columbulis, qui lue seu scabie, dignâ mercede militiæ suæ, obsiti, vt in peccatis, sic in corporeis quoque sordibus, & teterrimâ colluuie quotidie com-
S. Hieron. putrescunt? Audiant S. Hieronymũ hoc loco: Computrescit in stercore suo, *cuius Deus venter est*, & qui dicit, *manducemus & bibamus, cras*
S. Gregor. *enim moriemur.* audiant S. Gregorium, quo iudice; *mortuam carnem putrescere*, est hoc mortale corpus fluxui luxuriæ deseruire, sicut de quibusdam per prophetam dicitur: *computruerunt iumenta in stercore suo. Iumenta* quippe *in stercore suo putrescere*, est, carnales homines in fœtore luxuriæ vitam finire.]
Rupertus. Repetit hoc ipsum Rupertus, & impletum censet tempore Machabæorum, ab Iasone & similibus. 2. *Mac.* 4. & 6. planissimè tales nostro æuo prurientes apostatæ; qui cùm castitatem professi, vestiebãtur croceis, postmodum abiecto cucullo nuptiantes amplexi sunt stercora; *factis sicut equus & mulus*, vt quorũ carnes asinorum, & fluxus vt equorum, Luther, Bucerus, Ochinus, similes. An eodem referendum quod Chaldæus dixit; *computruerunt dolia vini*, hoc est ebriosi. sic enim Hispani vocant, *vn cuero* vel *vn odre.*

IBIDEM VER. XX.

ADAG. Dcccc LXVIII. Quasi area sitiẽs.

Quasi area sitiens.

SVmmus squallor & siccitas vehemens indicatur, areolarum hortensium comparatione potium, quàm earum in quibus tritura fit. Hoc Lxx. non verterunt, vt nec Lxx. Chaldæus explicuit: sed D. Hieron. Chaldæus D. Hieron. ait hoc vno verbo ἐφαπιώδη dixisse Aquila. Aquilam. Scholium habet, ἐφαπιόβριζον. sic idem Aquila vertit ὡς αὐλὼν πεπαρασιας αι. sicut *conuallis virescit seu areolis distincta*, quod Lxx. ὡν τρόπον ὀπιποθεῖ ἡ ἔλαφος ἐπὶ τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων, *quemadmodũ desiderat cervus ad fontes aquarum*: & ibidem sexta editio, ὡν τρόπον πεδίον ἐφαπιωθῇ, *quemadmodũ campus vireſcit*, hoc est, auebit. sic Symmachus Symmachus. pro sitire, dixit ἱμείρεσθαι, quod *est cupidè desiderare*, seu *festinare*, σπεύδειν, vt idem Symmachus hîc. Lxx. hîc apud Ioëlem, καὶ τὰ κτήνη τῆς πεδιάδος ἀνέβλεψαν πρός σε. *& iumenta campi suspexerunt ad te*, quod confirmat paraphrasis Chaldaica; comparationẽ ipsam prętermittentes, & dumtaxat attendentes ad sitim ipsam bestiarum, vt & recentiores, qui vertunt, *animalia agri vociferantur ad te.* D. Hieron. plenissimè sensum reddidit D Hieron. totam complexus parabolam, *bestiæ agri, quasi area sitiens imbrem, suspexerunt ad te.* vt videatur pro *tahharogh* תערוג legisse ערוגה *hharughah.* Bene Ruffinus: [*Sic à te* etiam ferarum greges remedium, etsi liquidarum vocum inopes, tamen duer-
Ruffinus.

sis faucium sonis postulat: sicut terrarum area susceptis aptata seminibus, aut rorem, aut pluuiâ, quò germina producantur, exspectat. Quod si benè consideres noster auditor, inesse videbis pondus exemplo: animarum enim sitim elementorũ naturali apperentiæ, quæ est vtique multo vehementior, *comparauit.*]

Rupertus. Posset in bonum sitis ista capi sicut *d. Psa.* 41. sed contextus seriés fauet Ruperto, qui de terrenâ siti fuit interpretatus, his verbis; [*Nimirum* brutis animalibus, & gregibus arméri similes eos vult haberi, quamuis homines sint qui ingemiscere nesciunt, nisi pro penuriâ cibi, nullum habentes dolorem de peccatis suis, & solum esse miserum, siue doleudum reputantes, si ventri quippiam *desit.*]

ADAG. Dcccc lxix.

EX CAP. II. VERS. VI.

Omnes vultus, &c.

Omnes vultus redigentur in ollam.

Quadratus. Sêtius adagii. QVADRATVS, hom. 7. explicat *leuis faces ferent ternies.* Sed maximus metus indicatur, qualis est metus mortis ante oculos positæ. leuis metus facit pallescere, sed metus mortis nigrescere. hoc indicant etiam alia sacræ Scripturæ testimonia, quibus formido extrema denotatur. *Esaiæ* 13. 6. *Vlulate, quia prope est dies Domini. quasi vastitas à Domino veniet. Propter hoc omnes manus dissoluentur, & omne cor hominis contabescet, & conteretur. Torsiones & dolores tenebunt, quasi parturiens dolebunt: vnusquisque ad proximum suum stupebit: facies combustæ facies eorum.* nigrescẽt *metu. Nahum* 2. 10. *cor tabescens, &*

Pallor ex lenimetu; rigor ex mortis metu.

dissolutio geniculorum, & defectio in cunctis renibus, & facies omnium sicut nigredo ollæ. Heb. est *contraxerũt ollã*, seu fuliginẽ, *pharur.* Chaldæus; *omnes vultus operiẽtur fuligine, nigri quasi olla* LXX. ὡς καρὸς καυμα χύτρας, *sicut adustio ollæ.* S. Hieron. mysticè de mœrore sumit quo vultus velut obnubilatur, sicut lętitiâ fit splẽdidior. Theodoretus refert in famem & inopiã, quasi causam. Sed in Nahum aliam reddit, quia facies sanguinis coïtione liuidę efficientur. quomodo? nonne metu sanguis vultum deserit, ad cor se propipiens? explicat rem Theophylactus in Nahum, qui literæ addidit etiam moralẽ sensum his verbis; *Pręmetu rigebit*, inquit, *sanguis: facies autem omnium luridæ reddentur, quod in maximis frigoribus contingit, vt illi partis ollæ similes fiant, quæ ignis admota, & propterea prausta nigrescit, & postea accõmodans confessioni peccatorum, ait*: In confessione autem, simul perpenditur cordis trepidatio: *qui enim priorem vitam condemnauerit, apparet quasi conteratur ductus pœnitentiâ eorum quæ patrauit. Cuius facies, sine fiducia quam habebat, mala cura ruborem perficiẽs, obfuscatur nunc, contristati ob opera quæ tunc transigebat, quorum causâ nunc verecundiâ perfundatur:* plus dicit comparatio quàm ruborem, & magis pertinet ad formidinem extremæ illius diei, quæ allegoricè à Nahum & Ioële fuit significata: & hoc literalis sensus flagitat, quem ad Ioëlem ità Rufinus proponit: [*Ante* certaminis aduentum, ipso facilè timore soluuntur hostes, vt plerumque eorum facies futuræ mortis lurido vestiantur: ita, inquit, agmina nostræ gentis, nec adspectum ipsum ferre ingruentis calamitatis valebunt: sed ad similitudinem ollæ, quam fumus infecerit, non solùm pallescent, sed

Chaldæus. LXX. S. Hiero. Theodor. Theophy. Cordis trepidatio in confessione.

sed etiam penitus atrabuntur. (*sic emendo, pro, attrahentur*) Rupertus *in Nahum*, *ollam* dicit esse diabolum, & omnes qui spem in eo reponunt, tandem illi similes futuros, quem coluerunt: quod anagogicum.

Rupertus Olla dicit diabolus.

ADAGIALIA EX PROPHETIA AMOS.

ADAG. DCCCCLXX

EX CAP. I. VERS. II.

Vertex carmeli.

Vertex Carmeli.

DE hoc monte quædam dicta nobis suprà. *Conuertetur Libanus in Carmel*, &c. Amœnitas & fertilitas Carmeli, planè videtur in adagium abiuisse: quod noster Ribera hîc eruditè docuit & post D. Hieronymum; *in cap. 16. Isaiæ*, vbi cùm de Moab propheta loquatur, tamen ait. v. 10. *auferetur lætitia & exultatio de Carmelo*, ideo notat D. Hieronymus *in Commentar. idioma scripturarum esse, quòd super Carmelum montem opimum atque nemorosum; qui Ptolemaidi imminet, & in quo orauit Helias; fertilitati ac abundantiæ comparat. ac per hoc significat omnem lætitiam ac fertilitatem de vberrimis quondam vrbibus auferendam.* quod confirmatur *Isai. 29. 17. conuertetur Libanus in Carmel, & Carmel in saltum reputabitur.* & 32. 15. *erit desertum in Carmel, & Carmel in saltum reputabitur.* & Ierem. 2. 7. *Induxi vos in terram Carmeli, vt comederetis fructum eius, & bona illius:* vbi S. Hieronymus explicat his verbis; *pro labore itineris dedi vobis rerum omnium abundantiam: hoc quippe significat Carmelus, qui Hebraicè appellatur* כרמל vt Ribera vult, ea vox propriè significat spicas plenas & virides, inde meritò ad loca quæuis amœna & frugifera significatio extenditur: & inde lingua Punica, siue Arabicâ, quæ Hebrææ proxima est, adhuc hodie in Bœticâ amœnissimæ & pulchertimæ villæ vocantur *Carmenes*: vt non sit inanis suspicio apud Amos huiusmodi loca significari: certè Chaldæus *arcium præsidia* exposuit; Isidorus Clarius, agros cultos & vineas: Vatablus, partem præcipuam agri feracis: Ruffinus ait posse intelligi eam potentiam quam principes & reges illi contra quos est prophetia, temporibus lætis obtinebant. Hieronymus etiam ad Reges Israël retulit.

Ribera. D. Hiero.

Carmeli mõtis fertilitas.

כרמל

Isidorus Clarius. Vatablus.

IBIDEM VERS. VI.

ADAG. DCCCCLXXI.

Tria & quatuor seu *ter & quater.*

Tria & quatuor.

vearbahhah scelscah
שלשה וארבעה.

LXX. τρισὶν καὶ τέσσαρσιν. Noster, *tribus & quatuor.* Chaldæus phrasim retinet, non explicat. Sed benè explicant Chri-

LXX. Chaldæus.

ſtiani mox referendi. Non ſanè quidam qui ſigillatim quatuor conantur exemplis ſeu peccatis rem illuſtrare de Damaſco, vt facit Rupertus & Palacius: debent idem oſtēdere de Gaza, Tyro, Edom, Ammō, &c. quod cùm facere nequeāt facilè, docent ſe operam lectorémque ludere. Quòd verò cum quibuſdam Rabbinis Lyranus & Dionyſius, præcisè quatuor accipiunt, ne refutatione quidem eget, cur enim, ſi quartum peccatum tam difficilè remittitur, potiùs in quarto quàm in quinto id expreſſum? nam irremiſſibile eſſe vllum, neutiquam fidei conſentaneum eſt. Tertio Martinus Martinez *lib. 6. hypotypoſ. cap.* 4. notat numerum ſeptenarium, qui ex tribus & quatuor conſtat, capi pro multitudine; & ſic hoc loco Amos (ſuper tribus & ſuper quatuor) idem eſſe, quòd peccandi nullum finem faciunt. Scio virum eruditum hoc reprehendere quaſi putarit Martinus *tria* & *quatuor* pro ſeptem poni: quòd reuerâ non putaſſe patet ex toto contextu. Nam intendebat oſtendere in ſacra Scriptura numerum definitum pro indefinito poni, & id exemplis & auctoritate confirmabat. exemplis, vt illo Eccleſiaſtæ 11. 2. *Da partem ſeptem, nec non & octo*, hoc eſt, omnibus indigentibus diſtribue. Prou. 24. 16. *ſepties in die cadit iuſtus*: hoc eſt, frequenter admodum Iob. 19. 3. *decem vicibus confunditis me* hoc eſt, non ceſſatis me cōfundere. Zach. 3. 9. *ſuper lapidē vnum ſeptem oculi*. hoc eſt, plurimæ cuſtodiæ. Pſalm. 90. 7. *cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis*. reſpiciebat fortè ad illud quod ei cecinerant 1. Reg. 18. 7. *occidit Saul mille & Dauid decem millia*. Apocal. 2. 10. *vt habeatis tribulationem diebus decem*. Auctoritate verò firmat D. Auguſtini *lib. 3. de doctrina Chriſtiana cap.* 35. vbi ait *ſepties in die laudem dixi tibi*, nihil eſſe aliud *Pſal.* 118. quàm ſemper laus tua in ore meo. plerumque enim numeros pro vniuerſo tempore poni. & Philippi Presbyteri *lib. 2. in Iob. cap.* 19. qui docet per conſuetudinem humani eloquij numerum finitum capi pro infinito, & in quibuſdam numeris non rationem ſcrutandam, ſed ſolam authoritatem perfectionis tenendam, vt ſepties recipiet in hoc ſæculo, quod aliter euangeliſta cētuplum nominauit. Non ergo voluit Martinez *ter quater* pro ſepties poni, ſed ſicut ſepties pro infinities ſiue ſæpiſſimè vſurpari. docuerant idem hoc loco Vatablus, & Iſidorus Clarius, ſed ante illos Patres. Ruffinus enim ait: [*Oſtendit*, quàm ſit ad parcendum promptior, qui ad iraſcendum cum tantâ difficultate conſurgat, vt nunquam eum vna alteráve culpa commoueat, niſi aliquæ tres quatuórve conuenerint. Qui tamen numerus pro infinitâ quantitate docetur aſſumptus: non vt verè quatuor crimina ſed multa *ſignaret*.] in quibus verbis illud *numquam*, falſum ſit, niſi pro rarò accipias, vel corrigas, *non tam*. Theodoretus quoque confirmat his verbis; *Quod verò ſuper tribus & ſuper quatuor, multitudinem ſignificat. hoc eſt, vt ſubdit, infinitas iniquitates.* Similis loquendi modus eſt (ait Clarius) *Prouerb.* 30. ---- & apud nos, *ô terque quaterque beati*. De prouerbiorum loco non aſſentior, vt nec Riberæ noſtro, nam illic præcisè & finitè capitur quartum, non pro infinito vt hîc. De Virgilio fateor, nam Græci & Latini hoc ab Hebræis mutuati. Nam illis δὶς καὶ τρὶς idem quod *ſæpiſſimè*. vide

Rupertus. Palacius.

Martinus. Martinez.

D. Auguſt.

Philipp⁹. Presbyter.

Numerus finit⁹ pro infinito.

Martinez.

Vatablus. Iſidorus. Clarius.

Ruffini locus.

Theodor.

Ribera.

Virgilius.

ada

adagium, *bis ac ter quod pulchrum est.* & simpliciter dixere *ter* pro sæpiùs, vt Horatius,

Ter pro sæpius Horatius.

Ter purè lecto poterunt recreare libello.

Vnde & *ter maximus* & *trisceleſtus* & ſimilia, vide adagiũ, *Ter, chiliad. 2. cent. 9. nu.* 5. quæ hîc ex ſacra Scriptura & prophanis collegit Ribera *num.* 13. & 14. nunc ad rem maximè iſtud Homeri,

Termaximus. Trisceleſtus.

Homerus.

τρὶς μάκαρες Δαναοὶ καὶ τετράκις.

& Virgilij.

Virgilius.

Tèrque quatèrque manu pectus percuſſa decorum.

Addo Clarium Oraculum,

Clarium oraculũ.

τρισμάκαρες κεῖνοι καὶ τετράκις ἄνδρες ἔσονται

Ter felices illi & quater viri exiſtunt.

Seneca *in Hippoly.* 691.

Seneca.

O tèrque quatèrque proſpero fato dati.

EX CAP. II. VER. VI.

Pro calceamentis.

VIde ſuprà.

EX CAP. II. VER. IX.

ADAG. Dcccc. LXXII. Altitudo cedrorũ, &c.

Altitudo cedrorum altitudoeius.

HYperbolem matrem eſſe adagiorum nota res; vt & illa cedrorum ſumma proceritas. De homine ergo corporeæ ſtaturæ rectæ & altæ locutio eſt. Nam *ſublimis* cedri epithetum 4. *Reg.* 19. 23. & *Iſai.* 27. 34. & in *Ezech.* 31. 8. de Aſſur, *cedri non fuerunt altiores illo,* & *Eccli.* 24. 17. *Exaltata ſicut cedrus.* Quæ omnia intelligenda de cedrelate, ſeu maiore cedro. Sic Virgilius,

Senſus adagij.

Virgilius.

Abietibus iunones patriis & montibus aquos. S. Hieronymus vult per *cedrum* ſignificari ſuperbos.

S. Hiero. Per cedrũ ſuperbi deſignati.

IBIDEM.

ADAG. Dcccc. LXXIII. Fortis quaſi quercus.

Fortis quaſi quercus.

DE valdè robuſto. Nam nota quercus fortitudo, vnde & nomen *robor.* Ouidius,

Senſus adagij. Ouidius.

Roboribus duris ianua fulta riget.

Virgilio etiam *dura,* & *rigida* vocatur quercus. meritò, quia vix cedit cædenti ferro. Deſcribit Tragicus graphicè in Oetæo,

Virgilius.

Seneca.

Stat vaſta latè quercus, & Phœbum vetat,
Vtráque totos porrigit ramos nemus.
Gemit illa multo vulnere impreſſo minax,
Frangítque cuneos, reſilit excuſſus chalybs,
Vulnuſq; ferrum patitur, & truncum fugit,
Commota tandem.

Vnde & Pompeium quercui Lucanus comparat lib. 1. Feſtus à quercu robur vult dictum, & fortitudinis ac firmitatis ſymbolum eſſe docet Pierius *Hieroglyph. lib.* 51. D. Hieronymus hîc ex Philone refert ideo Eſau vocatũ δρύϊνον quaſi quernum vel roboreũ, & Hiſpani dicunt, *fuerte como vn roble.* Ruffinus hîc iuuat expoſitione ſuâ, quâ metaphoram ſic explicat: [*Sylnam,* inquit, gentium, longâ iam ætate perualidam, ita celſis verticibus comminantem, & profundis radicibus innitentem ſedulus quaſi caſtrorum metator excidi (*ita corrige:*) ne habitationis leuia ſaltem impedimenta ſentirent.

Lucanus. Feſtus. Roboris etymon. Quercus fortitudinis ſymbolum. Pierius. D. Hiero. Eſau cur δρύϊνος dictus. Ruffini locus.

Quicquid ergo roboris fuerat, ſtirpitus *amputauit.*]

ADAG. DCCCC LXXIV. Stridebo ſubter vos. &c.

IBIDEM VER. XIII.

Stridebo ſubter vos, ſicut ſtridet plauſtrum onuſtum fœno.

DVæ hîc voces Hebraæ ſunt, quæ caliginem offundunt, vna *Mehhiq* מעיק altera חחת *thachath*: hanc ſignificare *in* vel *ſubter* ſatis conſtat. Illã verò Lxx. hic reddunt verbo *voluendi.* Pagninus & Arias, voce *coarctandi*, vel *obſidendi.* Cùm eius radix ſit עיק *hhaiq* eáque hîc tantùm reperiatur, non puto mihi potiùs ſequendos R. Cammium, & R. Abenezrã, quàm D. Hieronymum; qui cenſuit ſignificari *gemere* ſeu *ſtridere* præ onere ſeu anguſtiâ. Quod etiam placuit Leoni Iudæ, qui vertit; *En ego onuſtus nimiùm premor, ſtrideóque ſub vobis, perinde ac plauſtrum onuſtum manipulis premitur ac gemit.* Nec video cur Mercerus hoc reprehendat ex Syro Sermone, cùm æquius ſit Syriacum ſermonem ex Hebræo interpretari, quàm è conuerſo. Diſſentiunt etiam an paſſiuè an actiuè hîc accipiendum. Nam Iudæi Hiſpanienſes accipiebant actiuè, vt Deus illis minetur ſe illos anguſtiis adeo oppreſſurum vt ſimiles ſint plauſtro gemẽti; ſed Haghghõ paſſiuè expoſuit, vt Deus queratur ſe ſceleribus eorum ſic grauari, vt defatigatus gemat. Vtramque interpretationem ponit Vatablus. Iſidorus Clarius cum Abenezra & Cammio ſequitur priorem: & ſic poteſt accipi *ſubter*, ſi capiatur pro *in*, vel *inter*, vt locum ſignificet in quo aliquis eſt, quemadmodum Ribera notat ſignificare Exo. 16. 29. *Maneat vnuſquiſque apud ſemetipſum*, vbi Hebraicè eſt *thachath* id eſt, *ſubter*. 1. Reg. 14. 9. *Stemus in loco noſtro* Hebr. *ſtemus ſubter nos.* Hab. 3. 16. *Subter me ſcateat*, hoc eſt, in meo loco, vbi ego ſum. Zachar. 12. 6. *Habitabitur Ieruſalem rurſus in loco ſuo*, Hebr. *ſubter ſe.* Quare explicat Ribera hunc locũ noſtrum, *Quemadmodum ſtridet & longè latéque ſonat plauſtrũ onuſtum fœno, magis quàm ſi re aliâ ſolidiore oneretur, qua conſidat, & immobilis incumbat: ita ego in vobis & in terrâ veſtrâ audiri faciam magnũ ſtridorem & moleſtiſſimum auribus veſtris ſonũ.* Scilicet clamorem hoſtium pugnantium & vincentiũm, & veſtrorum militum cadentium vel fugientium, & captiuorum vlulantium. Vnde ſequitur non dicere Deum ſuper illos tranſiturum inſtar plauſtri, ſeu inducturum hoſtes qui illos inſtar plauſtri onuſti premant, vt viſum Abenezræ, Cammio, Lyrano, & Palacio. Nam grauius premeret plauſtrũ onuſtum ſaxis aut ferro, quàm manipulis vel fœno. Sequitur etiam, ſtridoris potiſſimam rationem habitam, & ideo D. Hieronymum meliùs vertiſſe. Ipſa ratio quam Cammius adfert, propter inflationem & tumorem manipulorum, magis premi currum manipulis, vel falſa eſt, vel ſignificat difficiliùs vehi propter raritatem, & modò in vnam, modò in alteram partem currum vergentem, quæ ſtridoris non minima cauſa. Theodoretus ſcribit: *tantis vos onerabo ſupplicijs, vt lugeatis & gematis, ſicut plauſtrum graue* (hoc eſt, moleſto) *onere preſſum, interea dum trahitur gemebundo ſtridore concrepat.* ergo vt actiuum accepit. S. Hieron. autem, Gregorius, & Ruffinus paſſiuè ſumpſerunt מעיק, hoc pacto; Hieronymus, *Sicut plauſtrum ſtipula vel*

Lxx. Pagninus. Arias.

R. Cammius R. Abenezra. D. Hiero.

Leo Iudas.

Mercerus

Vatablus. Iſidorus Clarius.

Ribera.

Ribera.

Abenezra; Cãmius. Lyranus. Palacius.

D. Hiero.

Theodoretus.

vel fœni onere pregrauatũ ſtridore & ſonitu longè exulnlat: ſic ego peccata veſtra vltra non ſuſtinens, & quaſi ſtipulam tradens incendio clamabo & dicam, &c. Poſtea docet anagogicè fœnum hoc & ſtipulam eſſe peccata ſicut triticum ſunt bona opera.

Fœnum, ſtipula, plauſtrũ, quid myſtice

Fœnum & ſtipula quod prophetæ deteſtantur, & Paulus dicit igne reuelandum; & plauſtrum quo Moab conculcandus. lege illum. nam aliò propero.

Ruffinus.

Ruffinus metaphoram lautè tractat his verbis; [*Familiare* ſcripturis ſacris eſt, vt imaginibus, etiam de exiguis rebus fortè ſuſceptis, ad hoc quod experimentum cupiuit, abutantur, ſed ita, vt myſticorum in his ſenſuum medulla conſiſtat. Vnde & nunc, quia diu peccantem populum iuſtus arbiter ſuſtinebat, oneratum ſe inſtar plauſtri aſſeruit, ſed cui onus vilis materiæ contigiſſet. Quod ergo ait, *Stridebo ſubter vos ſicut plauſtrum onuſtum fœno*: non ita voluit intelligi, vt aliter videretur plauſtrum plenum fœno ſtridere, aliter argento: ſed quia ſibi ſimilitudinem plauſtri ſtridentis aptabat, ſenſus arte permiſcuit, ac ſi diceret: Si plauſtrum onuſtum haberet aliquam diſcernendi facultatem, videlicet indignantius ſine dubio ſtrideret, ſi vilia, quàm ſi pretioſa portaret. Ita ergo, ſicut Apoſtolus docet, ſuper religionis fundamentum, pro diuerſitate meritorum alij vt aurum, argentum lapidéſque pretioſi, alij ſicut fœnum, ligna, ſtipulæ, congerunt: meritò Deus noſter maiorem ſe ſarcinam pronunciat experiri, eorum peccata tolerando; in quibus nihil queat de pretioſis ſtudiis reperire, ſed qui omnes ad vile fœnum, quod facile ignibus conſumatur: *acceſſerunt*.]

S. Gregorius *lib. 32. moral. cap. 6.* de Deo ſic loquitur: [*Aliquando* etiã inſenſatis rebus propter infirmitatem noſtram altâ condeſcenſione ſe comparat, ſicut per prophetam dicit: Amos 2. *Ecce ego ſtridebo ſuper vos, ſicut ſtridet plauſtrum onuſtum fœno*. Quia enim fœnum eſt vita carnalium, ſicut ſcriptum eſt, *Iſai. 40. Omnis caro fœnum*, in eo quod Dominus vitam carnaliũ patitur, more plauſtri fœnum ſe portare teſtatur, cui, ſub fœni onere ſtridere, eſt pondera & iniquitates peccantium cum querela *tolerare*.] Rupertus quoque Deo attribuit; ſed ſtridorem vult eſſe facta quibus Deus indicat ſe propter eorum ſcelera Iſraelitas punire, fœni verò ſimilitudine vti, quia plauſtrũ fœni tardiùs progreditur, & ideò velociùs comprehenditur ab inſequente, & celerrimè incendio abſumitur.

Rupertus.

Igitur *plauſtrum ſtridens*, vſurpatur de gemitu illius, qui graui calamitate vel iniuriâ oppreſſus: calamitate vt homines; iniuriâ vt ab hominibus Deus, qui alibi quoque queritur; *ſeruire me feciſtis in iniquitatibus veſtris*: &, *laborauí ſuſtinens*.

Adagij vſus.

EX CAP. III. VERS. XII.

ADAG. Dcccc Lxxv. Eruere ex ore leonis, &c.

Eruere ex ore Leonis duo crura vel extremum auriculæ.

SI contextum conſideres, facilè paræmiam deprehendes; vt enim ſignificaret, ex captiuitate Aſſyriâ pauciſſimos & viliſſimos liberandos, ait; *Quomodo ſi eruat paſtor de ore leonis duo crura, aut extremum auricule: ſic eruentur filij Iſrael*. Poterimus vti, quando ſignificabimus, ex vnguibus latronum,

Vſus adagij.

vel

vel tyrannorum, vel vsurariorum, nos aliquid non magni momenti extorsisse; vel pesti, aut prælio paucos superfuisse. Nam duo crura, macra & exigua sunt : extremum verò auriculæ, minimum quid, & imbecille. Stephanus Cantuariensis non tam restringit, quàm exépli causa capit moraliter : de prælatis verba eius sunt : *sic cùm multi sint prælati; maior pars peribit & consumetur à leone scilicet diabolo: & paruæ reliquiæ saluæ fient per illum pastorem qui dicit : Ego sum pastor bonus.* Sic ille non ignarus de toto genere hominum esse verum, sed gnarus plus periculi huic generi imminere. Hebraicè est, בדל-אזן *Vedal ozen*, quod verti potest eodem sensu *teneritudinem auris*, tenerrimam videlicet eius partem, & maximè mollicellam; vt pote cui nec os, nec neruus, nec cartilago vlla, vnde vetus adagio *Auriculâ infimâ mollior*, quo vsi Cicero, & Ammianus, (*vide adagium 36. centu. 7. chilia. 1.*) quare rectè corrigunt Critici Catullianum illud,

mollior cuniculi capillo,
Vel anseris medullula, vel imulâ oricillâ;

Non rectè verò Leo Iudas, *cartilaginem* reddidit. Quomodo illam eriperet à leone adesam? Vatablus, *Qui strenuè resistit leoni, solet aliquid eripere animalis interfecti.* Hic Deus pastori comparatur, Israël oui, duo crusculorum ossa & ima auricella, reliquiis quę euaserint captiuitatẽ. dixi ossa, quia significat nudos ac spoliatos, vitâ vix saluâ eripiendos. Simile est prouerbium vulgare, quando minantur aliquem frustillatim dissecaturos; maxima quæ supererit corporis portio, erit auricula. Litteralem hunc sensum optimè; nisi quod ad auricellam, quæ non est inutilis esui relicta, sed vt minimum quid erepta leoni tradi-tur, cætera inquam optimè Theodoretus hîc explicuit in hunc modum; [*Quemadmodum* cùm leo ouẽ rapuit, omnino deuorat, ac relictis tantùm, quæ ad esum inutilia sunt, discedit; quæ colligere pastor cogetur, vt ouium dominis demonstret ouem illam à feris interceptã fuisse: sic decem tribus Assyriis tradentur. Illi autem soli captiuitatem effugient, qui propter nimiam vilitatem & infirmitatem ab illis *contemnentur.*] Ruffinus *fauces leonum* vocat Reges, *membra ouis* populum, quem Deus etiam iratus non deserens pastoris officium, extrahat. Rupertus *lib. 2.* notat paruas quidem has pecoris deuorati reliquias esse. sed ad hoc reseruari, vt ex eis agnoscatur, quale fuerit pecus deuorarum, ouis, vitulus, asellus, an pullus equinus : & quamuis quatuor sunt crura transeuntium sub virga pastoris, duo tamen ad hoc indicium sufficere, alterum de anterioribus, & alterum de posterioribus : sic videlicet ex paruis reliquiis colligendum, quales fuerint olim, antequam Dei gratiam peccando amiserint. Sic enim reliquias Iudæorum fidem gentium confirmare; dum testimonium legis & prophetarum nobis circumferunt; quo testimonio CHRISTVM, quem audientibus salus contingit, cognoscimus. Nam *fides ex auditu est.* Quæ optima est allegoria, sic nonnihil à me fulta & ornata. D. Hieronymus tropologiam proponit de concionatoribus & doctoribus : *In crure via ostenditur doctrinarum, in aure sacramenta dictorum. Vnde apostoli absque calceamentis, & villâ mortui animalis pelliculâ inbentur incedere* Matth. 10. *b. Et ad credentes dicitur.* Luc. 8. *qui habet aures audiendi audiat*, &c. Stephanus Cantuarien-

Stephanus Cantuariẽsis.
Theodoretus.
Ruffinus.
Rupertus.
Catullus.
Leo Iudas
Vatablus.
Litteralis sensus.
Allegoria.
D. Hiero. Tropologia.
Stephan. Cantuariensis.

sis

sis in sylua allegoriarum, *duo* hæc *crura* dicit esse continentiam mentis & corporis. *extremam* verò *auriculam* obedientiam perseuerãtem, quia vt dicit legis peritus: *non dicitur iurisdictioni parere, qui quod extremum est in iurisdictione non facit.*

ADAG. DCCCCXXVI. Vaccæ pingues.

EX CAP. IV. VERS. I.

Vaccæ pingues. seu *Basan.*

LXX.

HEbraicè פרות הבשן *Paroth habasan*, noster *pingues*, Lxx. vt nomen proprium τῆς Βασανίτιδος. Chaldæus paraphrasticè exponit, *diuites substantiarum*, opibus referti, repleti malè partis opibus popelli, quem instar pratorum depasti estis. Theodoretus: [*Vaccas basanitidis* eas mulieres vocat luxu & voluptatibus diffluentes. Eiusmodi enim erant vaccæ Basanitides, ob pabuli copiam exultantes; vnde fiebat, vt bona tenuiorum in rem suam conuerterent: atque viris, quibus ex diuinâ lege subditæ erant, imperare non vererentur, in ordinémque eos redigi iuberent; cuiusmodi Iesabel fuit, viro tanquam mancipio *vtens.*]

Theodor.

Duplex adagij vsus.

Habetis hîc duos adagij vsus; vnum simplicem, de ipsis vaccis, vt pingues, opimæ, ac lasciuientes, vocentur *vaccæ Basan*: sicut Hispanis *vacas de Guadiana*, & Belgis, *vrijsche ossen.* Alterum metaphoricum de fœminis, quæ malo more viris præesse volunt; *manninnen* Belgis, *marimachos* Hispanis. Qualis improba Herodias de qua Melodus quidam apud Tzetzem *chil.*10. *hist.* 30. 6.

ὦ νῦν τῆς ἀποιχρώτους τῆς τοσαύτης μανάδος,
ὥτης πικρᾶς Ἡλαμάλεως Βασανίζουσι μήσασης.

O nunc æstro percitam tantùm Maenadem,
O amaram iuuencam Basan impetu trumpentem. vide suprà.

Sic ergo de fœminis, quæ vt sumptui & impensæ sufficiant viri, cogunt eos rapere, & populum deglubere, capiunt nonnulli Rabbini, & cum illis Liranus & Vatablus. Sed meliùs D. Hieronymus, Ruffinus, Rupertus, & vtraque glossa de viris ipsis interpretantur. Nam ideo Hebraicè aliquando ponitur in sequentibus v. 5 *super vos: & leuabunt vos:* genus masculinum, vt doceat sub metaphora vaccarum de viris sermonem esse. Est enim ea sacræ Scripturæ consuetudo, vt quando aliquorum teneritudinem vel vitia virorum reprehendit, infirmi sexûs armenti non ratò illos nomine insigniat. sic enim Isai. 15. 5. *Vitula conternantis.* & Osee 10. 11. *Vitula docta diligere triturum*; & Ierem. 46. 20. *Vitula elegantis & formosa.* Oseæ 4. *vacca lasciuientis.* Psal. 67. 31. *Vaccas populorum.* Hoc loco verbum Hebraicum בשן Aquila & Theodotion retinuerunt, Lxx. τῆς Βασανίτιδος, Symmachus, αἱ βόες εὐτρεφεῖς, *boues saginatæ*; quod D. Hieronymus se profitetur secutum: & addit sermonem dirigi ad principes Israël, & optimates quosque decem tribuum, qui deliciis ac rapinis vacabant: vt audiant sermonem Dei, & non aratores boues, sed vaccas pingues de armento se esse nouerint, siue quæ nutriantur in pascuis Basan: quæ sunt loca herbarum fertilissima. Ac per hoc significat eos non agriculturæ, sed immolationi ac esui *præparatos.*] Postea hoc ipsũ, & totum caput mysticè de hæreticis elegantiâ & prudẽtiâ pari interpretatur. Cur sic optimates; diuites & opulentos vocet, à Ruffino tres causæ memorantur. I. *Quia* gloriâ ipsorum in turpitudinem

Liranus. Vatablus. D. Hiero. Ruffinus. Rupertus.

Sacræ scripturæ phrasis.

Aquila. Theodot. Lxx.

Mystica interpretatio. Adagij vsus.

desitura, respicit ad significationem vocis Hebrææ *Bazan* quæ ignominiam denotat. II. quia præ dolore erat vox eorum commutanda in mugitum. III. quia Deus eorum venter, &, vt ait Dauid, *prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum*. IV. quia re-
Rupertus. uerà vitulos coluerunt. Quod Rupertus explicat, quòd Sacerdotes vitulorum auxilio confidebant, & eorum cultu ditati pingueſcebant; ideo *pingues*. Sed *vaccæ* ad maiorem confusionem; quia ſic miro fornicationis modo à vitulis ſubigebantur; quibus viſibiliter adorando ſe ſubſternebant, inuiſibiliter verò ſuas animas tauris, hoc eſt dæmonibus, *proſtituebant*.] Alibi notat S.
S. Hieron. Hieronymus per *Baſan* deſignari potentes ad penuriam vel ignominiam redigendos, *Iſai.* 33. 9. & *Nahum* 1. *v.* 4. certè magis adagiale fuerit, dicere *vaccæ Baſan*, quàm *pingues Baſan*.

ADAG. DCCCCLXXVII. Quomodo ſi fugiat, &c.

EX CAP. V. VER. XIX.

QVOMODO SI FVGIAT VIR A FACIE LEONIS, ET OCCVRRAT EI VRSVS: ET INGREDIATVR DOMVM ET INNITATVR MANV SVA SVPER PARIETEM, ET MORDEAT EVM COLVBER.

PArabola adagialis planè, qua miſſis aliorum literalibus expoſitionibus, veris ſed non plenis, ar-
Sensus adagij. bitror ſignificari duo ſimul. nempe nec foris nec domi aliquem ſecurum eſſe. Deinde, ſemper ex vno periculo, in aliud, & quidem grauius incidere. Prius indicatur, quia foris ſolent leo vel vrſus occurrere; domi in maceriis angues latere. Poſterius, quia truculentior, etſi non
Leonis & vrſi ingenium. fortior, fera eſt vrſus. Nam Leo parcit proſtratis, vrſus etiam in cadaueră ſæuit. Vnde Naſo, 3. *Triſtium eleg.* 5.

Quo quiſque eſt maior, magis eſt placabilis ire,
Et facilis motus mens generoſa capit.
Corpora magnanimo ſatis eſt proſtraſſe leoni,
Pugna ſuum finem, cùm iacet hoſtis, habet.
At lupus & turpes inſtant morientibus vrſi,
Et quæcumque minor nobilitate fera eſt.

Ruffinus fauet explicationi noſtræ, dicit ſignificari tales calamitatum procellas orituras, vt illic æcerbius ſemper diſcrimen occurrat, quocumque miſeri confugiendum putarint: vt formidine exagitante à pernicie in perniciem diſcurrant: [*Veluti* ſi quis fugiens inſequentem leonem, vrſis ſæuientibus obuiet, ac ſubitæ formidinis augmẽta perpeſſus, domum aliquam occulendus irrumpat, cúmque manum parieti, vt poſt tantam conſternationem paululùm requieſcat, admouerit, morſum ſerpentis in foramine latentis incurrat, ſícque veneno in viſcera labente *diſpereat*. Iudæi hæc referunt ad perſecutiones quas à Gentilibus paſſi; vt docent hîc D. Hieronymus, *& lib.* 3. Rupertus. Sed Rupertus allegoriã egregiam ſuppeditat; comminationem eſſe duplicis aduentus CHRISTI. Primo aduentu, quia ſicut leo reſurrexit, dici veniſſe leonem, ab hoc leone de tribu Iudâ fugiſſe Iudæos: & ideo caſuros in eumdem vt vrſum, quando ſecundo aduentu venturus iudicare, tunc etiam conaturos eum fugere, & ſe occultare in ſynagoga ſua (hoc eſt in lege abolita) in hac Moyſem ipſis eſſe quaſi
Ruffinus. D. Hiero. Rupertus. Allegoria.

quasi maceriam cadentem & murum ruinosum, ad quem se applicantes mordendos à colubro Antichristo. & adducit pro se illud Ieremiæ, vbi de Deo dicit, *Vrsus insidians factus est mihi, leo in absconditis, Thren.* 3. & quia primo aduentu CHRISTVS paratus prostratis peccatoribus parcere: in secundo verò aduentu nescium parcere, sed irarum plenum, venturum vltorem omnibus. Potuit de Antichristo addere illud *Gen.* 48. vbi in prophetia *de Dan coluber & Cerastes* appellatur.

Christi primus & secundus aduentus.

D Hieron. Tropologice.

D. Hieronymus tropologicè, eumdem diabolum vult esse leonem, vrsum, & serpentem, sic scribens; [*Quibus* nominibus mihi videntur significari, vel diuersa supplicia, vel ipse diabolus, qui rectè & leo, & vrsus, & coluber appellatur. Cúmque nos putauerimus Esaiam audire dicentem: Esai. 26. d. *Vade populus meus, intra cubicula tua: claude ostium, abscondere pusillum donec transeat ira Domini*: & esse quasi in domo nostrâ, quasi in inferno requiescere, tunc mordebit nos coluber, qui in præsenti loco *Nabas* נחש, in Iob appellatur *Leuiathan.*]

ADAG. DCCCC. XXVIII.

EX CAP. VI. VERS. XIII.

Numquid currere queat, &c.

NVMQVID CVRRERE QVEVNT IN PETRIS EQVI, AVT ARARI POTEST IN BVBALIS.

Bubali.

ILlud de bubalis Hebraicè est *Bebekarim* בבקרים quod nonnulli vertunt, *in bobus*. Vox omnem bonem significat, syluestrem & cicurem. D. Hieronymum accepisse vt

D. Hiero.

nouam sententiam vult pater Ribera, & non subaudiuisse *in petrâ*; Ideóque bubalos reddidisse qui possunt haberi pro bubus syluestribus, & olim ferociores fuerint, quã hodie sunt, nec iugum vllo modo receperint. Vult ergo duo hîc adagia esse de iis qui rerum naturas quodammodo conantur immutare; vt faciebant Iudæi. Nam quia cùm deberent opera pietatis facere, quæ Deo dulcia sunt, peccata fecerunt, quæ Deo amarã sunt: cùm verò Deus in illis bonum semen seminasset, & ideo fructum iustitiæ debuissent proferre, protulerunt iniquitatem quæ est instar absinthij ingratissimi Deo saporis. Sic ille, vt opinor, volens priori membro Iudæos similes hominibus, equos per petrosa loca agentibus; posteriore, similes in bubalis arantibus. Cur autem? an quia vtrumque irrito conatu fit? alioquin non capio. Vt duas comparationes diuersas accepisse S. Hieronymum, nec in secundâ subaudiuisse illud *in petra* certum: Sed & longè aliter intellexisse patet ex verbis eius, nempe hanc immutationem tribui ipsi Deo, & non operibus. Nam ita scribit: [*Israëlem* ruinis, Iudam scissionibus comparari. quia scissa domus sarciri potest, ruinæ debent reædificari, restaurari nequeunt. ruinas Israëlis comparari equis, qui nequeunt in petris currere; scissiones Iuda comparari bubalis, qui syluestres boues sunt, & tam indomiti vt iugum ceruicibus non recipiant, & propter feritatem nolint terram vomere scindere. Iudæos autem, cùm equi & bubali naturam suam mutare non possint, mutasse naturam Dei, vt dulcem amarum facerent, & fructum iustitiæ eius in absinthium

Ribera.

Duplex adagium.

verterent.] Hæc expositio tendit ad adagium, nihil quod *inuitâ Minerua* fit, posse succedere. Et ad illud,

Naturam expellas furcâ, tamen vsque recurret. Et sic Strabus comparat illi dicto Ieremiæ: *Si potest Æthiops mutare pellem suam.* Ruffinus pro Riberâ ex parte facit, aliter tamen exposuit: eius verba fideliter adscribam: [*Gratissimus* (lege, grauissimus) sensus, & qui elocutionis sit genere contectus. Allegoricis enim verbis populo vitia, quibus squallebat, exprobrat. Neque enim hîc quadrupedes simpliciter aut equos signauit aut bubalos, sed superbiam profanæ gentis exaggerat. Iam enim iudiciorum dulcedinem, conterendis innocentibus in amaritudinem verterat; tantúmque sibi de viribus arrogabat, vt nullis incommoditatibus se percellendam putaret: quippe quæ tantum sibi opulentiæ comparasset, vt instar bubalorum, nunquam videlicet aratris colla subdentium, continuâ libertate frueretur: nec per itinera equis difficilia; cæterum, vt habenarum liber equus, per campos & prata discurreret. Ergo (inquit) certum est, quòd nec iuga bubalus portet, nec per saxa equus spontè incedat. Vos autem qui vos & iuga discussisse, & frena rupisse gaudentes, equi vobis in luxuriâ, in virtute & libertate bubali videbamini, rebus probate, quod spebus hausistis, id est, quòd nullis subiaceatis imperiis. Quod cùm vtique in contrarium cadit, atque ad arbitrium hostium, atque per itinera asperrima ingredimini, & graues labores confractâ ceruice toleratis; confiteamini necesse, nec equos vos esse nec bubalos, nec quidquam præsidij ac virium, ad opes vestras comparasse *vel mentes.*] Iuxta Ruffinum adagionis id tantum inesset, posse Deum naturas rerum immutare, & superbas hominum spes deiicere, vt quod fieri putabant non posse, id Deo factu facillimum fuisse experiantur. Sed multa sunt in hac explicatione subaudienda, nempe Iudæos istis animalibus se solitos comparare, & Deum illis ostendere talibus similes non esse: vel certè, quod magis mihi placeat, permissione quadam dictum, esto fitis illis quàm simillimi: tamen hæc ipsa faciam naturæ suæ obliuisci, & præter morem suum omnia operari.

Adagia. Ruffinus. Ribera.

Sic corrigo verba vulgò transposita.

Rupertus etiam vult retundi eorum superbiam, sed aliter, ingeniosè, vt pollebat ingenio, interpretatur, optimè connectens sensu suo, de reprobatione Iudæorum propter repudiatum & crucifixum Dominum, scribit in hûc modum; [*Vos quidem* prædicente me, quòd maior domus ruinis, & minor scissionibus percutienda sit, nihilominùs equitando contenditis similes esse Ægyptiis atque Assyriis, sed vos bene scitis, quòd equi currere possunt in petris. *(fortè legendum, non possint)* Hoc dixisse satis est, subaudiri enim potest, id quod longè superiùs dixit, *quia fuga à veloce peribit*, & non poteritis effugere; multis aduersitatum præpediti offendiculis, sicut equi vestri in petris non queunt currere. Habétque talis dictio mixtum cum seueritate iocum, cùm dicitur lætantibus in equis; vos reuerà lætamini in nihilo, quia vestri equi non queunt currere in petris, id est fallaces vobis erunt ad salutem in tempore angustiæ, quando ruinis & scissionibus feriemini. Item quod dicit,

Rupertus. cap. 5.

Aut

Aut nunquid arari potest in bubalis, si respicitis quod subsequitur, *qui dicitis, nunquid non in fortitudine nostrâ absumpsimus nobis cornua*: nihilominus iocum in verbis habet amatum, & ad illum pertinentem risum de quo sapientia: Prou. 1. 26. *Ego quoque* (inquit) *in interitu vestro ridebo.* Idem enim est ac si dicat. Quoniam estis superbi, quapropter sicut suprà dictum est, *Iurauit in animâ meâ dicens: Detestor ego superbiam Iacob, & domum eius odi.* quoniam, inquam in fortitudine vestrâ cornua vos assumpsisse dicitis, eritis ergo mihi sicut bubali, qui tam indomiti sunt, vt iugum cervicibus non recipiant, & cùm sylvestres boues sint, nolint propter feritatem vomere scindere terram. Ita vos mihi eritis vrique inutiles operi, vel regno Dei: vobísque euangantibus atque dispersis adhibebo mihi boues alios, boues domitos, dicámque illis, Tollite iugum meũ super vos, & regno Dei fructum *operabuntur*, &c.] iuxta Rupertum, significatur adagium illud, *libertas libertate perit.* Qui enim Deo detrectat seruire, cui seruire est regnare: incidit in seruitutem Diaboli, cuius regnũ omni seruitute deterius est.

Matt. 11. & 25. Rom. 10.

Vides Patres non subaudire in posteriore membro illud *in petrâ*: sed simpliciter quamuis arationẽ à bubalo remouere, propter eius feritatem. Olim quidem nondum cicurati, hodie subiugales sunt; & aratris parent. Vtis melius conueniret; sed vti fortè Iudæis incogniti. Bubali inter animalia munda censebantur, *Deuteron.* 14. 15. & videntur olim Iudęis etiam inter cibos delicatiores 3. *Reg.* 4. 23.

Vti. Bubali.

Non displicet mihi recentiorum sententia, qui subaudiunt etiam in posteriore membro *in petrâ*. nam Hebræa vox in genere ad omnes boues spectat, vt accepit Chaldęus; & sicut equi cursus, sic bouis aratio in saxosis absurda & inutilis est. Isidorus Clarius: *sicut non solent equi currere in petris, neque agricola arare in petrosis locis: cùm nullus inde fructus sit sperandus, sic ex tam impœnitente vita, nequaquam fœlicitas erit speranda.* Vatablus verò; *Vos perinde facitis, ac si in rupe equus curreret, aut bos eam rupem araret. agitis omnia praeposteró ordine.* Palacius quoque censet *bubalos* pro *bobus* poni, & sic explicat; *Contra naturam est equi currere super rupe, & contra naturam bouis est arare super eadem rupe. itidem contra naturam iudicis est currere & arare super iniustitia. Si enim velint bos aut equus currere aut arare super petra, frangent cura & pectora lacerabunt.* hîc ergo tria colliguntur. dici I. de præposteró studio. II. de labore molesto & noxio, qui lædit. III. de re, (capias de loco saxoso & petricoso.) de re valdè molestâ & inutili. sicut in illo poëtæ.

Chaldęus. Isidorus Clarius. Vatabl. Triplex sensus adagij. I. II. III.

Non profecturis litora bobus aras.

Item, —*Arena semina mandas:* & sic CHRISTVS loquitur de seminante super petras. *Luc.* 8. *v.* 6. nam semen natum, sed mox exaruit. Et quædam saxosa loca dant segetes. nam Plinius scribit *lib.* 17. *cap.* 4. in Syracusano agro aduenam cultorem elapidato solo fruges luto perdidisse, donec lapides regessit: & in Syria leui sulco imprimi vomerem, quia subest saxum exurens æstate semina. Denique si de nudâ & glabra caute seu rupe accipias vt sonat Hebræum *basélahh* בסלע, tunc ἀδύνατον indicabit, & *bobus in petra arare*, dicetur de re impossibili, sicut *super nuda saxa seminare* Nazianzeno *in Apolog. de fuga.* & Chrysostomo *homil.* 6. *in ad Tit.* LXX. aliud sua versione suggerũt,

Plinius. Bobus in petra arare. Super nuda saxa seminare. Nazianz. Chrysost.

de quo sequenti adagio.

ADAG. DCCCC. LXXIX. Si reticebunt ad fœminas.

IBIDEM.

εἰ σιωπήσονται ἐν θηλείαις.
Si reticebunt ad fœminas.

DE equis loquitur, & quidam codices hîc repetunt ἵπποι, subauditur vt in præcedenti, *non reticebunt.* Equis enim naturale, ad equam adhinnire. Aptum adagium quia paulo ante *v.* 7. Israëlitarum lasciuiam hinnitui comparat *auferetur hinnitus equorum ex Ephraim,* LXX. χρεμετισμὸς ἵππων, iuxta LXX. vbi noster, *auferetur factio lasciuientium,* recentiores autem vertunt, *recedet conuiuium funeris extensorum.* de quo illic consule Riberam. Hic quidem LXX. nobis aliud ἀδιάστατον indicarunt, quo indicari potest lasciuorũ hominum, qui occasione datâ, se continere non valent, conditio; admissariorum instar in fœminas furentium. videntur autem mihi LXX. voce *reticendi* voluisse more Hebræo exprimere cessationem, quo *tacere* pro *quiescere* vsurpatur, & *silentium* pro *quiete.* vide Saa in Phrasib. in verbo *silere:* & sic quod Hebraicè est, *si arabit,* ipsi negatiuè explicarunt, dicẽtes, *si cessabit, si quiescet* (scilicet equus) *conspecta fœmina, vt non feretur in illam solito impetu.* Mens ista Theodoreti fuit, nã scribit, *quemadmodũ equi ad equas, quas prospexerunt, hinniunt: sic hostes expeditissimo impetu in vos vtentur.* Sed D. Hieronymus proculhinc abit, nam per *equos* intelligit aduersarias potestates, quæ insaniunt ad fœminas, formidant ad viros. *quando virilem viderint animum, & Dei fortitudine roboratum, non audent accedere: quando vero effeminatam mentem, & vuguentis ac deliciis eneruatam, & in muliebrem versam mollitiem, statim insaniunt, & se tenere non possunt, & gestiunt ad libidinem.*

LXX. Ribera. Lasciuorum hominũ cõdutio. Theodor. D. Hiero.

ADAG. DCCCC. LXXX. Cornua nobis assumpsimus.

IBIDEM VERS. XVI.

Cornua nobis assumpsimus.

SIgnificat arma & audaciam ad inuadendos hostes arripere: & esse adagialem locutionem inde colligas, quòd sacri & non sacri libri, libenter de lacessendo vel vlciscendo, sumptâ Metaphorâ ex animantibus quorum robur in cornibus situm, vtantur. sic enim legimus hostes cornu ventilare. *Psal.* 43. 6. *in te inimicos nostros ventilabimus cornu.* & Deuteron. 33. 17. *cornua rhinocerotis cornua illius, in ipsis ventilabit gentes vsque ad terminos terræ.* de rhinocerote certè Martialis *in Amphitheatralibus,*

Namque grauem gemino cornu sic extulit vrsum,
Iactat vt impositas taurus ad astra pilas.

Sic de vino aiunt poëtæ *cornua addere,* Horatius, *lib.* 3. *od.* 21. *ad amphoram,*

Tu spem reducis mentibus anxiis,
Viresque, & addis cornua pauperi,
Post te neque iratos trementi
Regum apices, neque militum arma.

Item, de vino copiosiore,

—tunc pauper cornua sumit.

hoc est nullum metuit, & sibi dipes ac potens videtur, cùm madet. Chaldæus hîc, *cornua* diuitias interpretatur. malo de armis & belli fiduciâ. sic qui parabant se vlciscí, dicebantur *cornua tollere.* Horat. Epod. 6.

Caue, caue, namque in malos asperrimus.

Senſus adagij. Martialis. Cornua addere, de vino. Cornua pro diuitiis. Cornua tollere.

Parata

Parata tolle cornua.

Cornuta bestia. & de parato vltionem sumere si lacessitus, Plautus aiebat;

Cornutam bestiam petis.

Cornua habere. & de homine lentoac remisso vulgatum dicterium, *cornua te habere putabam.*

ADAG. DCCCCLXXXI. Sicut concutitur, &c.

EX CAP. IX. VER. IX.

Sicut concutitur triticum in cribro.

LXX. NOster *triticum* addidit explicationis gratiâ, nam hoc mox *Lapillum* vocat cũ Hebr. vbi LXX. bene explicarunt *granum σὺν ῥιμματι*. nã *lapillũ* vocat materiam solidiorẽ, quæ per cribri foramina nõ excidit, sed manet in cribro. Vel sanè à cribri & frumenti similitudine ad rem ipsam, hoc est ad domũ Israël transit, vt hîc eleganter explicat Ribera: sed tunc non cõueniet explicatio cũ versione LXX. Adagium vsurpandum, quando sic Dei vindictam temperat, vt mali soli perdantur, boni conseruentur. mali hi tritico, illi quisquiliis similes sunt. Theodoretus: *nec verò secùs quã agricola à quisquiliis & purgamentis frumentum secernit: ego etiam salute dignos seruabo, reliquos necandos tradã.* Ruffinus conatur lapillos granis iũgere, vt vtramque versionem simul tueatur, & tropologiam non aspernandam adiungit; inquiens: [*Quasi cauâ* manu, & sollicitâ vos inspectione concutiet: instar videlicet cribri quo frumenta purgantur, cuius angusta foramina, nec grana sinunt excidere, nec lapillos, sed solum puluerem ac lolium, & reliqua quæ sunt inutilia secernunt. Quòd autem lapillos ait inter frumenta desidere, ad consuetudinem respicit purgantium; qui plerumque ad hoc in cribrum mittunt lapillos, vt vim concussui addant marginib. illisi, & nihil de quisquiliis remanere patiantur. Secũdùm subtiliorem verò sensum, propiùs eam rẽ, pro qua fuerat susceptа tãgentem, nomine lapillorum, eorum indicat firmitatem, qui malis haut facilè corrumpantur exemplis, vt illis temporibus & prophetas, & alios iustos fuisse legimus; qui cùm reliquum vulgus, vt ligna ac stipulæ, deperirent, illi velut solidi, pérque hoc pretiosi, lapides permanebant, super quos meritò Ecclesia *fundaretur*, &c. More suo, hoc est optimè & disertissimè B. Hieronymus in hũc modum scribit; [*Deus*, qui mensus est aquas manu, & cœlum palmo, & omnem terram concludit pugillo: ipse, pro magnitudine suâ, vtrâq; manu tenens margines terræ, quasi cribrum huc illúcque concutiet; vt paleis & sordibus peccatorum in terram cadentibus, purum frumẽtum remaneat, quod condatur in horrea, siue vt LXX. transtulerunt, ventilabrum tenebit in manu, & purgabit aream suam, & triticum cõdet in horreis, paleas autem comburet igne inextinguibili. de quibus loquitur per Ieremiam, Ierem. 23. f. *Quid paleis ad frumentum? dicit Dominus.* De hoc eodem sub figurâ alterius parabolæ, *Matth. 13. f.* sagena illa demonstrat, quę mittitur in mare huius sæculi, & extrahit pisces omnium generum; proiectisque malis piscibus, boni tantummodo reseruantur. Ita & Dominus miserabilẽ *domum Israël*, &c.] Rupertus putat agi de cribro, murario, quo lapides, à pulueribus secernuntur: sed refellitur à Ribera. Palacius vult lapillis significari malos, qui per cribri foramina nequeant euadere, & ideo

Ribera. Vsus adagij. Theodor. Ruffinus. B Hieron. Esai 40. Rupertus. Ribera. Palacius.

ideo sint gladio hostili occidendi, siue manu è cribro eijciendi: & per consequens per *triticum* significari bonos: quasi verò triticum per foramina cribri secernatur. fortassis farinam intellexit, nouè & ineptè, vt & Leo Iudas nobis *fasciculum* pro lapillo obtrusit, quasi fasciculos vannere soleamus. Certè probabiliter, qui per lapillum intelligit granum, vt de quodam refert Isidorus Clarius, malè tamen idem qui putauit indicari grano significatos, periculum non euasuros.

Leo Iudas.

Isidorus Clarius.

ADAG. DCCCC LXXXXII. Comprehendet arator messorem, &c.

IBIDEM VERS. XIII.

Comprehendet arator messorem & calcator vuæ mittentem semen.

EXposui suprà. *apprehendet messium tritura vindemiam, & vindemia occupabit sementem*, sed quod illic à festinãte prætermissum, authoritate Patrum hîc adstruam. Theodoretus ita docet scribens; [*Bonorum* corporeorum promittit suppeditationem, tantamque horum fore abundantiam præsignificat, vt præ vindemiâ relinquatur messis propter fructuum, vt par est, multitudinem. Agri colæ nimirum non metere poterunt nec triturare quæ messuerint: quin etiam inquit vix sementes factæ erunt, cùm rursùs erit *vindemiandum*.] Ruffinus etiam: [*Frugum* quoque vos faciam vbertate gaudere, ita vt toto anno colligenda suppeditent, & ad vindemiam tempus messis nimium opima procedat *(forte legendum, vindimia:)* vindemiam sementis excipiat, secundùm illud quod apud Beatum Dauid canitur, *Benedices corona anni benignitatis tuæ* &c.] videlicet vult *coronam* vocari continuationem illam non interruptam fructuum percipiẽdorum, quæ sicut ipsemet annus in sua vestigia semper relabatur, quasi dicat fructuum variorum perceptio nũquam vos cessare à colligendo & fruẽdo permittet. [*Sic sibi* inuicem cuncta succedãt (ait Hieronymus) vt nulla dies sit absque frumento, vino, & gaudio. & iuxta Allegoriã. In illo tempore plenis torcularibus vua calcabitur, & de CHRISTI & martyrum sanguine rubẽtia musta fundẽtur: & huiusce modi calcator vuę, erit seminarium sermonis Dei, vt sanguis eorum magis clamet in mundo, quàm clamauit sanguis Abel *iusti*.]

Theodor.

Ruffinus.

Corona interpretatio.

D. Hiero.

Allegoria.

ADAGIALIA EX PROPHETIA ABDIÆ.

ADAG. DCCCC XXXIII. Exaltari vt aquila, &c. Visus adactij.

EX CAP. I. VER. IV.

Exaltari vt aquila & inter sydera ponere nidum suum.

DICITVR de illis qui confidunt arcibus naturâ loci munitis, eo quòd in editis rupibus positæ, quales erant vrbes Idumeæ: & inde transfertur ad eos qui potentiâ & dignitate pollentes, certam sibi & securam fortunæ fauentiã spondent, & ideo superbiâ efferuntur, & cæteros opprimunt. ijs enim Deus dicit;

Superbia

Superbia cordis tui extulit te, habitantem in scissuris petrarum, exaltantem solium tuum: Qui dicis in corde tuo. Quis detrahet me in terrã? Si exaltatus fueris vt aquila, & si inter sydera posueris nidum tuum: inde detrahã te. dictum de locis celsissimis & tutissimis, & prior similitudo etiã vsurpata postmodum *Ierem. 49. 16.* de Aquilæ volatu dictum aliàs, quæ quòd fugiat quodammodo visum humanum præ celeritate & sublimitate, dictũ *Pro. 30. 19. viam aquilæ in cœlo* incognitam vel sapienti. Deo tam subdita excelsa, quàm ima, idcirco nullus eius potentiæ locus occultus, vel obstructus, vel inexpugnabilis. De cœlo & syderibus simili hyperbole loca similia passim reperias, vt illa, *caput inter nubila condit.*

Æqualis astris gradior, &c.

Imperium mundo: famã qui terminet astris. Iob. 20. 6. *Si ascenderit vsque ad cœlum superbia eius, & caput eius nubes tetigerit, quasi sterquilinii in fine perdetur.* Psal. 138. 7. 8. *Quò ibo à spiritu tuo, & quò à facie tuâ fugiã? si ascendero in cœlum, tu illic es: si descendero in infernum, ades. si sumpsero pennas meas diluculò*, &c. Mos iste Dei, quo quis se altiùs sustulerit, profundiùs illum demergere, quia superbiam execratur. *Esa. 23. 9. Dominus exercituum cogitauit hoc, vt detraheret omnem superbiã gloriæ, & ignominiam deduceret omnes inclytos terræ.* Nos quidem nihil nobis arduũ putamus, & *cœlum ipsum stultitia petimus:* sed ridet conatus, qui omni celsitudine nostrâ celsior est altissimus. Sicut qui corpore sunt habitiore, magis obnoxij sunt morbis. Hippocrate testãte: sic humana fœliciras quo altior, hoc ruinę propinquior. Ideo psaltes ait visum à se impium *superexaltatum & elevatum sicut cedros Libani, & transiisse, & ecce non erat, & non est inuentus locus eius.* Ps. 36. 35. Et in hanc sententiam hoc loco in Commentario accuratissimo, mihi inter præcipuas Sacræ sapientiæ facultas, splendidum iubar, Ludouicus Legionensis, acutè Iobi quædam perpẽdit, vbi Eliphaz *cap. 5. Ego vidi stultum* (inquit) *firmâ radice* (id est in altum sublatum, & eâ potentiâ subnixum, vt non videretur casurus) *& maledixi pulchritudini eius statim:* id est statim atque illum ad summum gradum ascendisse vidi, intellexi non procul ipsũ ab interitu abesse: itáque futurum prædixi. Et ideo è vestigio, quasi qui vaticinaretur futura, & non qui imprecaretur mala, subiungit: *Longè fient filij eius à salute, & conterentur in porta, & non erit qui eruet.* Immo quotus quisque est, qui non ipsemet decidat citiùs quàm ascendit; cui fortuna currum ad candidum calcem perducat?

Corpore qui sunt habitiore, magis obnoxij morbis.

Ludouicus Legionensis.

Illud etiam ex sacra Scriptura sumpsere profani, quòd vrbes rupibus impositas *nidos* vocarunt. sic enim arces, nidos tyrannorum vocabat, qui & sustulit è Græciâ, Paulus Æmilius: sic Tullius 1. *de Orat.* Ithacam in asperrimis saxulis tanquam nidulum affixam dixit. simile quid Seneca de loco mihi adhuc incognito insinuauit, canens,

Nidificæ vrbes rupibus impositæ.

Paulus Æmilius.

Tullius.

Ithacæ situs.

Seneca.

Atticâ pendens Peparethos orâ,

suspensa & affixa vt nidulus.

S. Hieronymus hæc capit vt permissiuè dicta, etiamsi posses vltra naturam cœli alta penetrare. & disertissimè ostendit Edom hîc figuram esse hæreticorum: Rupertus eorum qui stemmatibus maiorum gloriantur, petris vnde excisi.

S. Hieronimus.

Edom hæreticorum figura.

Rupertus.

ADAG. DCCCC LXXXIV. Non erit pyrophorus.

IBIDEM VER. XVIII.

οὐκ ἔσται πυρφόρος.
Non erit pyrophorus.

Varietas lectionis. VAria hîc lectio eſt, quidam libri habent πυρφόρος & interpretantur *frumentarius*, alij πυρφόρος, quod ſignificet *igniferum*. Meminit Hieron. vtriuſque lectionis D. Hieronymus, & verſionum varietatem ſuggerit. verba ſunt; [*Hoc* enim quod Lxx. tranſtulerunt πυρφόρον, quem nos in *frumentarium* vertimus, iuxta antiqui ſermonis eloquium (eos enim, quos nunc agentes in rebus, vel veredarios appellant, veteres *frumentarios* nominabant.) Poſtea ſubdit. Sunt qui non πυρφόρον, id eſt frumentarium, ſed πυρφόρον hoc eſt, qui geſtare poſſit igniculum, à Lxx. tranſlatum *putent*.] Hæc ille de lectione Lxx. ſatis oſtendens LXX. veram eſſe πυρφόρον, quam etiam Theodor. Theodoretus tenuit, & hodie exſtat in Complutenſ. Aldinis, Regiis, & Vaticanis codicibus: nec dubito πυρφόρον ab aliquo ſciolo inuectam, vt vocis πυρφόρος fugeret ambiguitatem. Sed quicquid ſit de lectione, conſtat de mente Hieronymi, cenſuiſſe ſignificari *frumentarium*. Verumtamen ipſe Diuus, vt erat ſummo iudicio & doctrinâ, quoniâ cernebat, nullum vel valdè coactum hîc frumentario locum, ſatis indicat ſe hanc verſionem Lxx. hoc loco non ſatis probare cùm ſcribit: [*Sed melius* eſt vt ipſum ſequamur שריד Hebraicum, id eſt שָׂרִיד, quod interpretatur, vel reliquus, iuxta Aquilam; vel effugiens, iuxta Symmachum; vel ſecundùm Theodotionem & Quinctam editionem, Aquila, Symmachus. Theodot. *reſiduus*.] aliter hos citat Theodoretus, nam ille ſcribit; πυρφόρον, Theodor. Symmachus interpretatus eſt διαζωσόμενον, *conſeruatum*, Aquila & Theodotiõ καταλελειμμένον, *reliquum*.] Reuera Lxx. mirâ elegantiâ LXX. ſenſum eumdem reddiderunt, & quod ab Hebræis dictum erat planè ac ſimpliciter ipſi recepto à Græcis prouerbio expreſſerunt: quod ſi plenè expoſuero, facturus ſum operæpretium. Inprimis placet quod Theodoretus clarè refert alio quàm ad frumentarios: diſplicet quod contra mentem eius interpres Latinè (vt notatum Riberæ) *frumentarium* vertit. ſaltem Græcam vocẽ retinuiſſet, vt fecere nonnulli. Verba Theodoreti tum erant, [*Eorum* funditùs perditionem demonſtrans his verbis vſus eſt. Lxx. autem non ſine cauſa πυρφόρον poſuerunt, cùm ignem Iacob, & flammam Ioſeph vno conſenſu omnes dixiſſent, quæ nomina fortitudinem & potentiam oſtendunt. Voluerunt dicere, quòd nulla vis Idumæis *relinquetur*.] Nõne manifeſtum eſt ab igne & flammâ πυρφόρον Theodoretum deduxiſſe, & ignis nomine vim ac robur intellexiſſe? quid enim igni & flammæ cùm frumentario commune? Hanc interpretationem ſecutus fuit Ribera. Ribera.

Alia eſt interpretatio Luiſij Legionenſis, [*Non erit ignifer*: id eſt nõ erit ſuperſtes, hoc eſt cui Eſau vitæ atque generis lampada tradat. Nam filij, qui in demortuorum patrum locum ſuccedunt, lucernæ appellari ſolent in his literis, quòd in eis maiorum ſuorum luceat memoria, vt *in* 3. *Reg.* 11. *vt remaneat lucerna Dauid ſeruo meo cunctis diebus coram me in Ieruſalem.* & in 4. Reg. c. 8. *Noluit diſperdere domum Iuda propter Dauid ſeruũ ſuum, ſicut promiſerat ei, vt daret illis lucernam, & filiis eius cunctis diebus.* & in libris Paralipomenon.] doctiùs, quàm aptiùs. Luiſius Legionẽſis.

Lucerna dicti liberi.

aptiùs. nam liberos *lucernam* dici fatemur, & sic parentes quibus liberi sunt igniferos metaphoricè dici posse. Verùm huic locutioni ratio constat, quando agitur de mulctandis parentibus sterilitate seu orbitate: nunc agitur potiùs de bello, necatis omnibus, vel saltem plerisque Idumæis, vt tunc viuentiũ nulli vel pauciſſimi superſint: de illis qui superstites orbitate plectendis non agitur. Elegans tamen allusio illa ad vetustum morem

Λαμπαδηχεῖν.

λαμπαδηχεῖν, quo soliti in Promethei (hunc ignis inuentorem celebrant) ludis cursores defatigati lãpadem recentibus in manus dare; simulachrum humanæ propagationis. vnde Plato *6. de legibus* iubet

Plato.

ciues propagandis liberis operam dare, vt vitam quam ipsi à maioribus accepissent, quasi tedam ardentem, posteris tradant. Quod

Lucretius.

breuiter Lucretius,

Et quasi cursores vitai lampada tradunt.

Vide chilia. 1. *cent.* 2. *adag.* 38.

Tertiò idem Luisius explicat, *non erit ignifer*, id est, non erit vlla militaris ars, non arma, non virium robur. *Nam* πυροφόροι (inquit) *in re militari olim dicti sunt, qui aciebus in procinctu stantibus, & ad congrediendum paratis ipsas anteibant acies, alterâ manu lauri ramos, alterâ lampada præferentes.* Tantum ille: quibus verbis ostendit se quasi per ritnulam loci sententiam veram à longè tenuiter hausisse. aliquid enim dicit, non satis tamẽ explicatè. Quod

Alexander Neapolitanus.

dixit, ab Alexandro Neapolitano sumsit; cuius en verba, [*Prænaluitque* Græcorũ mos, vt quoties procinctæ acies congredi parant, ante prima signa staret vates, laureos ferens ramos & corollas; cui pyrophoro dixere nomen, quoniam lampada præferret; quem violare summum habebatur nefas, quòd legati munere *fungeretur.*] *Gen. al. dierum lib.* 5. *cap.* 3 Eadem penè verba Cælius Rhodiginus habet *lib.* 8. *antiquar. lection. cap.* 2. sed vocat πυροφόρον, & citat Suidam ac Pollucem. Certè Suidas luculenter etiam vsum adagij propositi, πυροφόρον solitum ignem præferri exercitui ab ipsis sacerdotibus, & hos solitos inuiolabiles haberi. ideo cùm vellent indicare crudeli victoria omnes ad vnũ cæsos, dicere solitos, οὐδὲ πυροφόρος, *nec ignifer euasit.* breuiter Hesychius, πυροφόρος, ὁ πῦρ φέρων. ἢ ὁ μόνος διασωθεὶς ἐκπολέμου. *Pyrphorus, qui fert ignem, & solus salnabatur* seu morti eximebatur *in bello.* Habes in collectaneis adagiorum Græcorum & ex Eustathio *Iliad.* μ. notat. Erasmus in adagio, *ne ignifer quidem reliquus est factus. Chiliad.* 1. *cent.* 10. *num.* 26. vtuntur hac locutione Herodotus *in Vrania*, μηδὲ πυροφόρον ἐκφυγόντα ἀπεργάσθαι. *nec igniferum quidem effugientem superesse.* & Philo Iudæus *lib.* 1. *de vita Moysis*, solitus sequi versionem Lxx. ὡς μηδὲ πυροφόρον ὀπολειφθῆναι ἢ ἀπαγγελοῦντα, *vt nec reliquus esset clades vel ignifer qui nunciaret.* Vides quo pacto de ignifero sit adagium, & sensu Lxx. cum Hebræo fonte ac cæteris interpretationibus consentire. vides morem, vides adagium.

Πυρφόρος.

Eustathius.

Erasmus.

Herodotus

Philo Iudæus.

Lxx.

Sed quid D. Hieronymo faciemus? Arbitror illum *frumentarium* vertisse, non quòd de frumenti cura hîc agi censeret, (quamquam πυροφόρος dici possit cui aduehendæ & conseruandæ annonæ cura) sed quia sciebat Persarum veredarios solitos alios aliis mandata tradere dispositis equis, quò celeriùs perferri possent, vt docet ibidem Herodotus. Si ergo hi etiam *frumentarij* vocati (quod non asseró:)

D. Hieron.

Persarum veredarij.

Herodotus.

ADAGIALIA EX MICHEÆ PROPHETIA.

ADAG. DCCCCXXXVI. Ponam quasi aceruũ, &c.

EX CAP. I. VER. VI.

Ponam quasi aceruum lapidum in agro cùm plantatur vinea.

Vsus adagij.

SIGNIFICATVR vrbs planè euertenda, & diruenda, vt accipiunt omnes: licèt non eodem modo interpretationem accõmodent. Nam quidam volunt *aceruum* pro aceruis poni cum Chaldæo; & varios volunt indicari aceruos lapidum hinc inde coniectorum, vt Gaspar Graiarius, Palacius, Vatablus & alij. Sed Hebręus textus magis fauet nostrę versioni, & ideo singulare retinuerũt Isidorus Clarius Pagninus, & Leo Iudas vt & Lxx.

Gaspar Graiarius. Palacius. Vatablus. Isidorus Clarius. Pagninus. Leo Iudas. Lxx. Chaldęus.

Rursus Chaldæus & Lxx. videntur hîc duo intelligere indicari, diruendam vsque ad lapidum aceruum, & postea hos lapides deiiciendos in conuallem & vineas ibi plãtandas vbi olim vrbs sita fuerat: vt sit simile illi *hîc campus vbi Troia fuit.* Alij sine coniunctione capiendo, vt Hebræa carent coniunctione, interpretantur, solere agricultores cùm vineas plantant in locis saxosis, ex fossis lapides extrahere, & eos in cumulos atque aceruos redigere, ne vitibus officiant: sic Samariæ corruentis ruinas coaceruandas: vel etiam fore similem vineæ, recens plantatæ, cui maceria ex lapidibus aggestis & sibi impositis sine cæmento & calce circumponitur. vtramque ponit Graiarius. Posterior mihi nullo modo: prior de vitibus ibi plantatis ægrè. Non enim docent ex vllo scriptore quod asserunt, & licèt sacra Scriptura non dicat ipsam Samariam à Cutheis habitatam, tamen id subindicat. 4. *Reg. c.* 17. 24. & mox reædificatam & habitatam fuisse patet, quia Hircanus diu obsessam tandem expugnatam solo æquauit, *Ioseph.* 13. *Antiq. cap.* 17. Quare cum Riberâ amplector & versionem & interpretationem S. Hieronymi; Efficiam vt ex tantâ vrbe non maneat, nisi aceruus lapidum; sicut cùm plantatur vinea locum elapidamus, & lapides extra illam in locum aliquem eiicimus & coaceruamus, temerè cõgestos: quæ structura (vt ait Rupertus) cùm cæmente & calce careat, nimis infirma est, nec lapis hæret lapidi: quare conuenit optimè Samariæ, quæ semper dissensit à Sione, & ipsa quoque intestinis dissidiis gaudebat, mutatione & interfectione Regum suorum. Nónne (Lector) hoc optimè quadrat hæreticis. Vide mores & ingenia, & exspecta finem atque supplicia. Aliter Lxx. vertunt, & aliud suppeditant adagium.

Duplex interpretatio.

Samariæ reędificatio, expugnatio.

Ribera.

Rupertus.

Accommodatio.

ADAG. DCCCC-LXXXVII. Ponam in pomorũ custodiã agri.

IBIDEM.

PONAM IN POMORVM CVSTODIAM AGRI.

Θήσομαι εἰς ὀπωροφυλάκιον ἀγροῦ.

Lxx. SIc hoc loco Lxx. vertetunt, quemadmodum etiam *psal.* 78. *v.* 2. ἐθεντο ἱερουσαλὴμ ὡς ὀπωροφυλάκιον, vbi noster, *posuerunt Ierusalem in pomorũ custodiam*; Hebraicè Micheas, *Lehhi hassadeh* לעי השדה, Dauid, לעיים *lehhiim, in acernos.* De ὀπωροφυλακίῳ quædam dixi ad Isaiam *adagio, vmbraculum in vinea*, &c. Theodoretus hîc, *tabernaculum in vineâ quod custodes figunt.* Sic etiã exponit *ad d. psalm.* 78. Euthymius ibi idem sentit: & sanè quod Isaiæ 1. v. 8. dicitur *tugurium in cucumerario*, hoc Lxx. ὀπωροφυλάκιον verterunt, satis indicantes se de informi tegete agere, quem aggestui seu aceruo lapidum imponunt custodes vineæ, qui meliùs acerui lapidum vel aggeris quàm domicilij speciem exhibet. Atque ita poterunt conciliari nostra versio & Lxx. & quod alij teste Agellio λιθολόγιον *lapidum congeriem*: putat sic Aquilam vertisse: sed de hac re ita D. Hieronymus *tom.* 3. *epist. ad Suniam & Fretelam de correctione psalmorum: Posuerunt Hierusalem in pomorum custodiam*: quod in Græco ὀπωροφυλάκιον dicitur, nec potest aliter verti, quàm à nobis translatum est. Significat autem ὀπωροφυλάκιον speculam, quam custodes satorum & pomorum habere consueuerunt: vt de amplissimâ vrbe paruum tuguriolum vix remanserit. Hoc secundùm Græcos. Cæterum in Hebræo לעיים scriptum habetur, quod Aquila vertit λιθόκυον, id est *acervum & cumulum lapidum*, quibus vineæ, & agri purgari *solent*.] Sensus ergo huius prouerbij, qui præcedentis.

Theodoretus. Euthymius. Agellius. Aquila. D. Hiero. לעיים

ADAG. DCCCC-LXXXVIII. Planctus draconũ.

IBIDEM VERS. VII.

Planctus draconum.

SIc vocat vehementem & qui longè exaudiatur planctum. S. Hieronymus ita scribit; *Dracones enim terribili sibilo personãt, iuxta historias eorum qui de physicis conscripserunt, eo tempore quo vincuntur ab elephantis.* Theodoretus putat ex fabulis hoc desumptum. valde tamen verisimile est, quod ait D. Hieronymus: non ita quod Palacius addidit, voces has draconum adeò magnas esse, vt qui illas audiunt emoriantur, cuius rei laudat auctores Albertum, Pliniũ, & Solinum. De Alberto sollicitus non sum, Plinium & Solinum nec memini, nec opinor id tradidisse. Rupertus (à quo Graiarius sumpsit) aliud addit, significari planctum, quem etsi multi audiant, nemo tamen misericordiâ tangatur, sicut nullus condolet draconi. Idem est sensus sequentis.

Sensus adagij. Draconis cum elephante pugna. Theodoretus. Hieron. Palacius. Draconũ voces. Albertus. Plinius. Solinus. Rupertus.

ADAG. DCCCC-LXXX. Luctus struthionum.

IBIDEM.

Luctus struthionum.

HEbraicè est יענה *iahhanah*, quod Lxx. vertunt *Sirenes*, & hoc meritò Theodoretus ex fabulis petitum, ad declarandam luctus vehementiam adspectu ad præficas, quæ solitæ cum cantu quodam lugere, & more serpentium sibilantium ex æstuante corde emittere anhelitum, & violentia quadam hunc edere. D. Hieronymus

Theodoretus. Luctus Sirenum. D. Hiero.

nymus hoc mysticè transfert ad hæreticos: *dulcia enim sunt*, ait, *hæreticorum carmina, & dulci voce populum decipientia. Nec potest eorum cantica præterire, nisi qui obturauerit aurē suam, & quasi surdus euaserit.* Alludit ad Vlyssem, quem sic canunt poëtæ periculo se & socios eripuisse.

R. Dauid. R. Dauid quem multi recentiores sequuntur, vult significari *vlulatus*. Suis vlulet, non mihi, cui potior est authoritas Ecclesiæ. Ipsi Lxx. licèt aliquando sirenas reddant, sæpè quoque *struthiones*, reddiderūt. *Leu.* 11.16. *Deute.* 14.15. *Iob* 30.29. Vbi etiam opposuere Sirenibus.

Qui verò hic *struthiones* interpretantur, non id eodem modo faciunt. Quidam intelligunt de clamore pullorum à matre derelictorum, & eos contemnente nec miserante; quod vehementer placuit Graiario & Leoni Iudæ: quia Hebraicè & Chaldaicè habemus *filias struthionis*. Sed tutius est quod Ribera docet, filias struthionum, vocari femellas huius auitij (vt & Vatablus & Palacius docuere) quæ maribus clamosiores; maximè quādo transfixæ à venatoribus in pullorum defensione. Narrat enim Aelianus *lib.* 14. *cap.* 19. & 20. maximè amantem prolis esse struthionem fœminam, quam cùm capere (cārnes enim habet, quàm mascu-lus, esui suauiores) cupit venator, circum nidos ferrea figit spicula; quibus se dum nidis opem ferre properat, mater induit; & sic partim vulneris dolore, partim laboris & conatūs frustratione incitata clamat & dolet acerbiùs. Dicat aliquis, quo igitur pacto nobis *Iob* 39. *a ver.* 14. vt immisericordem erga pullos exhibet? & *Thren.* 4.3. *crudelis in filios* indicatur. An quòd talis videatur, quia nec ouis ipsa nisi rarissimè incubat, nec postquam exclusi pullis cibum adfert, naturæ instinctu se sciens parum ad hæc idoneam? an quæ de charitate Ælianus scripsit, ad matrem; quæ de crudelitate & obliuione sacræ literæ, ad marē sunt referenda? priùs mihi magis placet, quia sæpè sacra Scriptura loquitur iuxta id quod apparet, & vulgus opinatur.

Graiarius. Leo Iudas. Ribera.

Vatablus. Palacius

Aelianus. Struthionis fœminæ amor in prolē. Caro vsui suauior quā masculi. Eius venatio.

Crudelitas.

IBIDEM VERS. XVI.

ADAG. DCCCCXC.

Caluitium sicut aquilæ.

Caluitiū sicut aquilæ.

DE magna caluitie & vehementer deglabrato capite dictum, vt omnes fatentur. Tradit Ioannes Leo in Africæ descriptione, de *nesir*, aquilæ specie, quando senescit, planè glabram fieri. Optimè Chaldæus: *Euelle tibi capillos & proice super filios deliciarum tuarum, sicut aquila cuius ale delapsæ sunt: sic adauge caluitium in capite tuo, causa filiorum tuorum.* Aquilas reiuuenescere nouo pennarum prouentu, ostensum adagio. 328. *renouabitur vt aquilæ iuuentus*; priùs totam deplumari necesse est. Huc ergo respicit, & simul ad morem Iudæorum, qui in graui luctu, non tantùm crines vellebant, sed etiam radebant, & tondebantur, maximè bello victi. Nam habitus iste debellatorum, etiam gentilium, vnde de Scipionibus dictum,

Sensus adagij.

Ioannes Leo. Nesir, aquilę species.

Iudæorū luctus.

Debellatorum habitus.

Sub quorum tumulis Africa tonsa iacet.

Scio D. Hieronymum explicare, spoliandam omni gloriâ, & Theodoretum, priuandam Dei protectione. Sed vt hæc metaphoricè per allegoriam dicta recipio: sic litteralem sensum de vero caluitio puto

D. Hiero. Theodor.

Ionathas & alij. puto cum Ionatha, Ruperto, Lyrano, Vatablo, Clario, Palacio, & cæteris recētioribus. Illam verò cuiusdam versionem, quam refert Isidorus Clarius; *proice in alium abrasos capillos tuos, quantum subuolare solet aquila*, id est vehementissimè luge. Non puto esse Chaldæi paraphrastæ, & apud Ieremiam aliquid de hac proiectione legimus, de abrasione multa. Hoc loco Micheas ait, *decaluare & tondere super filios deliciarum tuarum: dilata caluitium tuū sicut aquila.* hoc est prorsus abradere. Iob. 1. 20. *Surrexit Iob & scidit vestimenta sua, & tonso capite corruēs in terram.* Isai. 3. 17. *Decalnabit Dominus verticem filiarum Sion.* & v. 24. *pro crispanti crine calnitium.* & ca. 15. 2. *in cunctis capitibus eius calnitium, & omnis barba radetur.* Amos 8. 10. *inducam sup. omne dorsum vestrum saccum, & super omne caput caluitiū.* Iere. 7. 29. *Tonde capillum tuum & proiice, & sume in directum planctum.* & 47. v. 5. *veniet calnitium super Gazan*, Ezech. 27. 31. *radent super te calnitiem.* Vnde intelligitur locus Deutero. 32. 42. *Gladius meus deuorabit carnes de cruore occisorum, & de captiuitate nudati inimicorum capitis.* hoc est, rasi à victore. Nata consuetudo hæc, quia non modò fœminis (quanquam his maximè vt docet B. Paulus, 1. Cor. 11. v. 15.) sed & viris habebatur decorum esse comatos, & cęsariem alere speciosam, quo nomine solet Homerus laudare Græcos: indecorum verò radi. Dabo verbis Graiarij accuratè id probantis: [*Pueros* Elisæo hoc tanquam improperium obiecisse, *ascēde calue, ascende calue. 4. Reg. 2.* tonderi ergo turpe ducebatur. Sicut de Demosthene constat, qui cùm studiorum gratiâ domo exire nollet; ne cogeretur ab amicis, caput tondebat. Et sic apud Ouidiū legimus,

Isidorus Clarius.

Coma & cæsaries in viris olim decora.

Radi olim indecorū.

Ouid.

Turpe pecus mutilum, turpis sine gramine campus,
Et sine fronde frutex, & sine crine caput.

Tonderi ignobilitatis atque seruitutis signum quoddam; captiuis enim caput tonderi solebat in subiectionis signum. Et sic apud Aristophanem legimus, *Seruus cùm sis comam nutris?* & Beda author est, in Anglorum historiâ, tondere caput, ideo ab Ecclesiâ admissum esse; vt quod antiquitus probro dabatur & ignominiæ apud gentes, hoc honori decorique haberetur. Nam Petro Apostolorū Principi initio surgentis fidei, cùm Antiochiæ prędicaret, caput ab improbis abrasum fuit, vt cunctis ludibrio foret. Vnde Pomponius Lætus de triumpho Diocletiani; *consuetudinis fuit liberatos captiuitatę currum triumphantis sequi, abraso capite, in argumentum precedentis conditionis, scilicet seruitutis.* Hactenus ille.

Tonderi seruitutis & ignobilitatis signum. Aristophanes. Tondere caput cur ab Ecclesia admissum.

Petro in ludibriū caput abrasum.

Pomponius Lætus.

Rupertus adhuc aliud considerat, nempe aquilæ deplumi nouas nasci pennas: & ideo Deum hac comparatione minis consolationem miscere; nempe promissionem alterius sobolis melioris. Sed hoc etiam ad allegoriam puto pertinere.

Rupertus.

EX CAP. II. VER. XI.

A DAG. Dcccc xci.

Vtinam non essem vir habens spiritum, & mendacium potiùs loquerer.

Vtinam nō essem, &c.

QVI לו *Lo* vertunt, *si*; rectè verterent, si *vtinam* subaudirent. tunc enim conueniret versio cum nostræ versionis veritate, quam D. Hieronymus veteribus Hebræis con-

consentaneam testatur. Certè de verbo Hebræa possunt verti, *vtinam vir vadens vētum*, vel spiritum, *& mendacium mentiens*, sub. forem. Nam *vadere* seu *ambulare spiritum*, est recedere, seu abire à spiritu, vt benè Ribera. Locutio prouerbialis, qua quis ostendit certò euentura quæ dicit, & ea se inuitum dicere, & optare non esse tam certa: non quòd optet mentiri; sed quæ scit euentura, vellet non euenire. Sic vulgò loquimur, *vtinam mentiar*, *vtinam sim falsus vates*. Tale quid ex Lucano notat Graiarius,

Dij fata secundent,
Et fibris sit nulla fides: sed conditor artis
Finxerit ista Tages.

Huiusmodi mendacia quæ non ab animo, sed ab euentu mendacia sunt, peccata non sunt, errata sunt. Et dicuntur ex affectu vehementi caritatis, vt hîc ponderat Hieronymus. Cum C. Paulo anathema fieri cupiente pro populo Micheam comparat Rupertus.

Vadere spiritum quid. Ribera. Sensus adagij. Lucanus. Graiarius. Hieron. Micheę & Pauli cōparatio. Rupertus.

ADAG. DCCCCXCII. Operire vultus suos.

EX CAP. III. VER. VII.

Operire vultus suos.

SVnt qui notent alios vertere *labrum suum*, & significari luctum, quia lugentes apud Hebræos labrum cooperiebant, & morem doceri à R. Iacob *in lib. Musar. cap. 9.* Arias Montanus istud *hbal-saphaṁ* עַל שָׂפָם reddit *super mystacem*. Moris magis locupletem testē habeo Ionathanum, qui hoc loco expressè: *& pudefient ita vt non doceant, involuentque superum labrum suum velut lugentes*. Non arbitror superum sine infero, sed simul vtrumque, vt leprosi solent: hoc enim pacto se funestatos, & immundos esse, & vitandos. Hoc nisi fallor significant Lxx. cùm vertunt καὶ καταράσονται αὐτῷ πάντες. D. Hieronymus hoc reddit, *& contra eos omnes loquentur*, per Litoten: sensus enim, execrabuntur vt maledictos & cruce dignos. Vnde mihi alia quoque interpretatio occurrebat ex more vetusto, significari hos pseudoprophetas morte dignos, & quasi certæ morti addictos seu addicendos, in Dei conspectu iam reos peractos. Talibus enim solebat vultus operiri. *Esther. 7. vers. 9.* de Aman morti destinato, *& statim operuerunt faciem eius*: nec enim nostra versio ibi alium sensum recipit, & eò ducenda potiùs verba Græca & Chaldæa, quàm ex illis nostræ versioni vis facienda. Quare assentior Gretsero nostro *lib. 1. de cruce cap. 21.* huc referenti. Addam alia loca. Sic Ezechiel. 12. 6. illâ velatione Propheta damnationis sententiam, qua liberis & oculis priuandus, significauit; *in caligine effereris, faciem tuam velabis*. Sic Susanna in iudicium deducta facie velata, Daniel 13. 32. & contra morem iudicij nequam senes illā discooperiri iusserunt, vt vel sic satiarentur decore eius. Post dictum Concilij magni, *Reus est mortis*, Seruatoris nostri facies velata fuit: & verus carmē Romanorum de patibulandis notissimum, *caput obnubito, infœlici arbori suspendito*. Sic ergo possumus etiam accipere versionem nostram, & optimè cōueniet cum Lxx. quia maledictus Iudæis, qui in ligno pendebat. Si cui hæc non placeant, sequatur Theodoretum ad conuitia, vel D. Hieronymum ad pudorem, & dolorem referentes: quos Palacius, Graiarius, Ribera secuti. Isidorus Clarius: *In signum magni doloris &*

Lugentiſi mos apud Hebræos. R. Iacob. Arias. Ionathanus. Alia interpretatio. Theodor. D. Hiero. Palacius. Graiarius. Riberar. Isidorus. Clarius.

mœroris intoluent faciem suam, tanquam qui confusionem induerit coram populo. Vatablus. *tegent vultum veste sua, vt qui solent pudere.*

Vatablus.

ADAG. DCCCCXCIII. Ædificare in sanguinibus, &c.

IBIDEM VERS. X.

Ædificare Sion in sanguinibus & Ierusalem in iniquitate.

I. CONuenit I. in Prælatos qui Ecclesiæ, & Principes qui fisci sui reditus ad vectigalia ex rapinis augent. *Sanguinum* nomine vtitur, tum quia peccata sic vocat sacra Scriptura, tum quia non ratò, sic iniquè spoliati, fame & miseriis, aut luctu & indignatione moriuntur. Ideo Chaldæus; *condentes domos suas in Sion cum sanguine effuso.* II. Quia conuertunt in vsus & sumptus suos pecunias, quibus pauperes ali debebant, quæ erant velut sanguis & substantia egenorum, iuxta illud, *non pauisti, occidisti.* & Eccles. 34. 25. *Panis egentium, vita pauperum est: qui defraudat illum, homo sanguinum est. Qui aufert in sudore panem, quasi qui occidit proximum suum.* in III. iudices, qui ex iniquis mulctis mœnia & ædificia publica constituunt; qui corrupti muneribus, reos absoluũt & innocentes condemnant. IV. qui officia & beneficia in consanguineos indignos; aut in peccatorum communione coniunctos, vt administros libidinum & cupiditatum, conferunt. V. qui, quasi spiritualis lucri gratiâ, in suspectas domos ingrederentur, aut liberiùs cum impudicis loquerentur. VI. qui religionis prætextu parentes extremâ laborantes indigentiâ deserrent, quibus vsui esse posset: aut filius suaderet, vt eleemosynas, quibus egeni parentes iuuandi erant, in templa potiùs materiata, & in sacerdotes conuerterent. Quos CHRISTVS reprehendit Matth. 15. 5. Hæc vltima exempla tria sunt Riberæ: priora communiora sunt. D. Hieronymus hîc ad tyrannos, prauos iudices, prana docentes, & indignè ordinantes refert.

Vsus adagij Sanguinũ nomine peccata vocat S. Scriptura.

I.

II.

III.

IV.

V.

VI.

Ribera. D. Hieron.

Vtitur hac phrasi etiam Abacuc. 2. 12. *Væ qui ædificant ciuitatem in sanguinibus.* Vbi Theophylactus notat luctibus & lamentis verè dignos esse, qui ex iniustis victimis & cædibus regna sua amplificant, & vrbes exstruunt vel adaugent malè partis, & spiritualiter hoc facere dæmonem dum persuadet hominibus idololatriam, & iniustitiam.

Theophy.

EX CAP. IV. VER. XII.

ADAG. DCCCCXCIV. Congregare, &c.

Congregare quasi fœnum areæ.

DIcitur de illis, qui congregantur vt necentur, vel grauiter puniantur. Porro *fœnum* hîc accipi pro culmis frumenti, siue pro *manipulis*, vt rectè recentiores, probatur I. quia fœnum non ponitur in areis, & pratorum est non arearum. II. Quia non solet triturari, sequitur autem hîc collectum esse, vt in areâ trituretur. Nam subdit: *Surge & tritura filia Sion: quia cornu tuum ponam ferreum, & vngulas tuas ponam æreas.* Quibus verbis comparatur forti iuuencæ trituranti. III. Quia vox Hebræa עמיר *hhamir* etiam significat, *manipulum:* quia quam noster interpres *fœnum* reddit hic & Ierem. 9. 22. *Quasi fœnum post tergum metentis, & non est qui colligat:* eandem ipsam vocem reddi

Sensus adagij. Fœni acceptio hoc loco.

I.

II.

III.

reddidit *manipulum* Psal. 128. v. 7. *De quo non implevit manum suam qui metit, & sinum suum qui manipulos colligit.* IV. Quia Lxx. hîc optimè, ὡς δράγματα ἀλωῶν, *ut manipulos areæ.* Sic certè fœnum accepisse D. Hieronymum & Rupertum docent eorum commentarij.

IV.

D. Hiero. Rupertus.

ADAG. DCCCCXCV. Septem & octo.

EX CAP. V. VER. V.

Septem & octo.

Senſus adagij.

SIgnificari plurimos & quasi infinitos docui supr. adag. *Da partem septem nec non & octo.* Eccl. 11. 2.

Ribera.

& hîc probat optimè Ribera, cui tamen non assentior *hominis*, pro *homines* corrigenti contra codices Complut. Regios, & Vaticanos. & sic legerunt Hieronymus, Rupertus, Remigius. sensus enim est idem, *primates homines*, & primates hominum siue ex hominibus. D. Hieronymus per *septem* intelligit veteris testamenti, per *octo* omnes noui testamenti sanctos. Rupertus vereor ne frustrà sit certa horum octo nomina ponens. Aliter adhuc eos ex Nabuchodonosoris & Alexandri

Palacius.

successione inuestigat Palacius, & sibi magis quàm mihi placet in catalogo contexendo. Simplicissimè

Isidorus Clarius. Graiarius. Ribera. Saa. Vatablus.

Isidorus Clarius, Graiarius, Ribera & Saa plurimos interpretantur. Diminutè Vatablus, aliquot.

ADAG. DCCCCXCVI. Ab ea quæ dormit, &c.

EX CAP. VII. VERS. V.

Ab ea quæ dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui.

DVplex tropus facit ne pro simplici gnomâ recipiam. Sensus planus est, sed locutio valdè ornata. Sunt qui de quouis amico dictum velint, qui nobis intimus sit, & mulierem vocari, propter futilitatem & linguæ incontinentiam. Græcis amici, ex sinu vocantur, ἐκ τοῦ κόλπου: sed longè petitum, & superfluum, cùm de amico monuerit antea, *nolite credere amico.* Non desunt qui idcirco de quauis muliere interpretetur, quasi diceret; multo minùs credendum amicæ. Optimum certè præceptum Senecæ,

Vsus adagij.

Seneca.

Alium silere quod voles, primus sile.

Verumtamen de vxore hoc loco Micheam loqui communior est Patrum sententia. Primus Ionathan exponit; *ab vxore fœderis tui observa verba oris tui.* rectissimè. Nam solet os comparari ianuæ, eo quòd sensa pectoris instar ostij claudat silendo, vel aperiat loquendo. Theocritus queritur multis linguæ ianuas non claudi seris, sed esse patulas v. 421.

Ionathã.

Theocritus.

πολλοῖς ἀνθρώπεις γλώσσης θύραι οὐκ ἐπίκεινται.

Eccles. 12. 6. Quidam putant idem *ostiis platea* significari. Quia sicut ianuam domus, sic & os aperire dicimur. *Matth.* 5. 1. *Act.* 8. 32. & 36. Hebræorum quoque phrasis est, vxorem nomine eius *quæ dormit in sinu* exprimere, *Deuteronom.* 13. 6. *vxor quæ est in sinu tuo.* & 28. 24. *vxori quæ cubat in sinu suo.* & ideo Nathan, 2. *Reg.* 12. 3. Bethsabee vxorem Uriæ comparat oniculæ in heri sinu cubanti. De hoc præcepto D. Hieronymus sapienter in hanc sententiam: Sed & Salomon in Ecclesiaste: *Eccles.* 7. 29. *Et hominem, inquit, vnum de mille inueni: & mulierẽ in his omnibus non inueni.* Forsitã ipse suo doctus exẽplo mulieribus non

Ea quæ dormit in sinu, pro vxore.

D. Hiero.

credendum, per quas offenderat Deum. Sed & poëta sublimis, non Homerus alter (vt Lucilius de Ennio suspicatur) sed primus Homerus apud Latinos,

Virgilius.

Varium, inquit, *& mutabile semper*
Fœmina.

Plenæ sunt historiæ Græcæ & Latinæ quanti viri ab vxoribus suis decepti sint, eorúmque vita vt sit prodita. De scripturis autem, & Dalilæ, cuius suprà fecimus mentionem, & alterius ante Dalilam testantur exempla; quæ arcanum Samson, septem dierum expressit lacrymis, & amore simulato quod latebat inuenit. Vnde Samson postea loquitur, Iudic. 13. *Nisi domuisses vitulam meam, non inuenisses propositionem meam.* Hactenus D. Hieronymus. Rupertus addit exemplum de Achab: qui quòd causam tristitiæ suæ de vinea Iezabeli manifestarat, incidit in exitium, & pœnam luit Naboth occisi. 3. *Reg.* 15. & 16. Profana exempla exstant plurima, vnum illustre refert Plutarchus *lib. De garrulitate*, de Fuluio Senatore qui secretum narrauit vxori, & illa Liuiæ, sic mortem ambo coniuges pœnam futilitatis subiuerunt. Quanto prudentior alius, qui vxori importunæ fabellam de ostento cassitæ aureâ galeâ ornatæ & hastam æream pede tenentis, & de hoc ostento augures consuli, & senatum cogi finxit? Ibidem narrat Plut. Idcirco Vticensis Cato, teste eodem Plutarcho, trium dicebat se pœnituisse: quòd vel vno die vixisset inteſtatus: quòd nauigasset quò pedes ire potuerat: quòd mulieri secretum credidisset. Apud Stobæum Antiphanes Comicus;

Virorum ab vxoribus deceptorum exempla.

Rupertus.

Plutarchus. Fuluij Senatoris garrulitas.

Senatoris prudẽtia.

Trium pœnitẽtiæ in Catone Vticẽſi.

Stobæus. Antiphanes.

τὶ φής; λαβεῖν ζητεῖ τι, πρὸς γυναῖκα
ἐρεῖς τὸ πρᾶγμα; καὶ τί τοῦτο διαφέρει,
ἢ πᾶσι τοῖς κήρυξιν ὁ ἀγορᾷ φράσαι;

Gesnerus;

Gesnerus.

Quid ais? cùm latere velis aliquod negotium, mulieri
Ipsum aperies? at quid interest, sine mulieri
Sine omnibus in foro praconibus narrare?

ADAGIALIA SACRA EX PROPHETIA NAHVM.

EX CAP. II. VERS. V.

ADAG. DCCCCXCVII. Fulgura discurrentia.

FVLGVRA DISCVRRENTIA.

Sensus adagij. Cyprian. Monachus. C.

HEBR. eodem sensu, *tanquam fulgura discurrent*, quo summa velocitas indicatur: eam Cyprianus Monachus Cistercienſis, cuius eloquens commentarius exstat in Nahum, duobus modis interpretatur. Primò refert ad hostes Niniuitarum Chaldæos & Medos, hos à Deo naturæ authore, cui facillimum, rerum proprietates aliis largiri rebus, fieri potuisse fulgura

gura discurrentia; imitatione splẽdoris, celeritatis, efficaciæ ad terrendum, penetrandúmque, potissimum propter cataphracti equitatus Babylonici & Persici quem Heliodorus *lib. 9. Histor. Æthiopica* describit, rutilantia arma, & præpetem cursum. Posterior refert ad ipsos Niniuitas metu trepidantes, fluctuantésque, & repẽtè huc illuc mente perturbatos discurrentes, vt fulgura solent. Posterior hæc minùs apta est. prior communis aliorum interpretũ Hieronymi, Theodoreti, Theophylacti. Ruperti, aliorum. Qui tamen rursùs diuidũtur. Nam Theodoretus refert ad Niniuitas, eos olim tales fuisse nempe feroces, & bello fortes; vincendos tamen. Meminit etiam Theophylactus, sed simile alterius sententiæ, quæ ad victores hæc refert, cum Hieronymo, Ruperto, Lirano, Clario, Palacio & Ribera, qui cæteris melius interpretatur, notans solere etiam profanos splendentia arma fulguri cõparare, vt Homerus *Iliad.* 11. de Hectore, —— πᾶς δ' ἄρα χαλκῷ λαμφ' ὡς τε στεροπὴ πατρὸς Διὸς Αἰγιόχοιο.

Hieron. Theodor Theophy. Rupertus. Liranus. Clarius. Palacius. Ribera. Homerus. Virgilius.

Totus vero ære fulgebat, tanquã fulgur patris Iouis Ægiochi. & Virgilius 9. *Æneid.*

——*clypeóque micantia fulgura mittit.*

Celeritas fulgure significata.

celeritas etiam *fulgure* significatur *Matth.* 24. 27. *Sicut fulgur exit ab Oriente & paret vsque in occidentem: ita erit & aduentus filij hominis* Luc. 10. 18. *videbam Satanam sicut fulgur de cælo cadentem.* Hic autem splendor velocitati coniunctus, oculos præstringit & animum vehementer percellit; ideo ad terroris magnitudinem sacra Scriptura vtitur fulguris metaphorâ in formidandis. Psal. 17. 15. *fulgura multiplicauit & conturbauit eos.* Zachar. 9. 14. *exibit vt fulgur iaculum eius* Hab. 3. 11. *in luce fulgurantis hastæ tuæ.* Nahum. 3. 3. *micantis gladij & fulgurantis hastæ.* propterea sicut dixit poëta,

Fulguris metaphora in formidandis.

——*duo fulmina belli*
Scipiadas — potuit *duo fulgura* dicere sicut alibi de Cæsare fulgurat *Euphratem.*

Virgilius.

EX CAP. III. VER. XII.

ADAG. DCCCC XCVIII. Sicut ficus cũ grossis.

Sicut ficus cum grossis.

VTitur sacra Scriptura ad res caducas & fluxas indicandas. vt hoc loco, *Omnes munitiones tuæ, sicut ficus cum grossis suis: si concussæ fuerint cadent in os comedentis.* tam facilè corruent impetu hostili quàm primitiuæ ficus maturæ, arbore cõcussa. solet enim arbor concuti ab eo qui vesci vult pomis. Iam olim docui commẽt. *in Cant. 2. v. 13.* grossos duplices esse, aptos esui, qui primæ ficus, siue flores ficulneæ: de quib. ait sponsa *ficus protulit grossos suos:* & Miche. 7. 1. *præcoquas ficus desiderauit anima mea.* Sũt & alij grossi, qui hyeme per se decidunt, nec vnquam matureſcunt; ficulneæ vitium: hos iubet Columella. *lib. 3.* ab eo qui vult ficum optimam, facere diligenter decuti. de his accipiẽdus. B. Ioannes *Apocal. 6. 13. sicut ficus emittit grossos suos,* hoc est abiicit, deiicit: de quo illic magna nobis cũ naturæ geniis disputatio restat. De prioribus hîc agi contra Riberam, suadet quod de comestione additũ. Eleganter Cistercienſis ita commentatur hoc loco. [*Cùm* grossos commemorat, quæ decussæ in hos comedentis vltrò incidunt, præcoquas ficus proculdubiò significare voluit, quæ à quibusdam flores appellantur, Hę leui impulsu decutiũ-

Vsus adagij.

Grossi duplices.

Columella.

Cistercienſis.

tur ab arbore, & leuiori ventorum flatu in humum decidunt. Iam quę in os comedentis deciderunt, nullo deuorantur labore, nam quæ decidunt in terram, colligũtur prono aliquantulum corpore, & brachiis in humum protensis. Itaque tota metaphora spectare mihi videtur in summam capiendæ vrbis *facilitatem*. Palacius, Leo Iudas & Theophylacto & Theodoreto. Labitur autem Vatablus vocem *ficus* de fructu accipiens, & non de ficulneâ: est quidem plurale תאנים *teenim*, sed significat tam arbores quàm arborum fructus, sicut & Latina vox *ficus*. Allegoriam de Iudaicâ iustitia & traditionibus Pharisaicis, quæ CHRISTI aduentu decussæ ceciderunt in os Diaboli eas deuorantis hîc prosequitur Theophylactus; De doctrinâ infidelium & potentia sæculari D. Hieronymus accommodat; Ad omnes peccatores tropologicè sic idem Theophylactus, [*Animæ* (inquit) peccãtis munimenta sunt voluptates. Nam per voluptates detinemur in peccato. Hæ sunt voluptates dico, ficus maturas primo patri Adamo ostensas habentes. Formosus enim adspectu erat, & pulcher esu, qui illũ neci dedit fructus. Decutiuntur autem à verbo Dei, quod in nobis est, ipsam instabilitatem prodente, nihilq; vberius atque mœrorem illas proferre indicante. Cadunt, priùs infirmæ iudicatæ. Nõ enim resistere queunt verbi motui: adeò vt qui ante tales manducauerat, aperto nunc ore diem illis dicat, tanquã deceptricibus, eásque planè contẽnat. Ficus hoc pacto fuerũt in Bersabee & Vriam peccatum, tempestiuo suo fructu demulcentes Dauidem: at vatis Nathan reprehensione concussę, inciderunt in os iucundè ipsis antea vescentis describentisque eas (postea) in Psalmo *quinquagesimo*. Sic Theophyl.

Ad Anagogiam pertinet quod Rupertus de finali iudicio his verbis grauiter tradidit: [*Porro* de toto mundo isto, sicut dicitur, vel sicut litera sonat, ita fiet. Facillimè, & sicut huiusmodi fici fructus leui motu decutitur, & non in terram, ne saltem paruus labor sit comedentium, sed statim in os cadit deuorantis: sic in die iudicij; quando manifestè *veniet Deus noster, & non silebit, quando ignis in conspectu eius exardescet & in circuitu eius tempestas valida*; magno terræ motu cadent munitiones totius orbis: quãtæcumque vel qualescumque, tam spirituales quàm materiales possunt intelligi: & illæ quarum primus structor fuit Cain, & illæ quas contra veritatem exstruxit spiritus erroris, omnes cadent in os deuorantis inferni, glutientis abyssi, gehennalis *incendy*.]

Palacius Leo Iudas Theoph. Theodor. Vatablus.

Allegoria

Tropologicè.

Anagogia. Rupertus.

ADAGIALIA EX PROPHETIA HABACVC.

EX CAP. I. VER. III.

ADAG. DCCCC XCIX. Factum est iudicium, &c.

Factum est iudicium & contradictio potentior.

Vsus adagij.

DICERE possumus quotiescumque (vt fit, proh dolor, sæpissimè) causa cadit, qui pauperior, vel amicis & fautoribus destitutus; vel qui callidior & vafrior vincit; denique quoties præda maiori minor, & iniquitas æquitati prævalet. Lxx. ad corruptos muneribus iudices, Ionathan. ὁ δὲ κριτὴς λαμβάνει, & *index accipit*; Ionathanus ad violentiam retulit: contentione & superbiâ ipsi prævalent, præstat extêdere ad omnes morbos iudiciales vt dixi; vt sit idẽ cum illo, ἀνομία νόμων κρατεῖ. *iniustitia legibus præualet.* similia veteres, Ennius; Ennius.

Tollitur è medio sapientia, vi geritur res.

Non ex iure manu consertum, sed magè ferro

Rem repetunt.——

Seneca. Seneca *in Furente*; —— *sontibus parent boni.*

Ius est in armis, opprimit leges timor.

Antonius Gueuara. Antonius Gueuara, mecum sentit, nam scribit deplorare & conqueri prophetam quod iniurioſi ac vitilitigatores: quique sola prauitate contentionem quærunt extollantur, & in republ. cæteris imperitent; Autoris sententia. piorum atque iustorum facultates bona nunc vi nunc fraude corradant; denique arte aut armis honores, magistratus, & clauum reipubl. inuadant, & summæ rerum potiantur. Scio nostram versionem aptè de Chaldæis Iudæ prævalentibus accipi, vt accepit litterali sensu S. Hieronymus: sed quia etiam S. Hieron. fatente D. Hieronymo versio LXX. vt illam accipiunt Theodoretus & Theophylactus ad corruptelas iudiciorum propter munera pertinet; magis amo sequi explicationẽ quæ simul LXX. & nostræ versioni & Chaldææ paraphrasi conuenit, est autem quam posui. Nec malè cohæret. Nam à populi sui peccatis propheta, vt à causâ, progreditur ad vltionẽ nempe sumendam à Deo per Chaldæos. Alia adhuc est enarratio Ruperti valdè ingeniosa, sed ab instituto meo aliena. Theodor. Theophy. Rupertus

IBIDEM VER. IIII.

ADAG. 1000 Quasi pisces maris, &c.

Quasi pisces maris, & quasi reptile non habens Principem.

RECentiores interpretes vnanimi consensu, Vatablus, Isidorus Clarius, Palacius, Ribera, Gueuara, & Saa à vetustiorũ interpretatione recedunt, quidam etiam vt suam nobis proponunt aliam; nẽpe hic non comparari maiores pisces aut reptilia minoribus, sed comparari pisces & reptilia ipsi piscatori: Vatablus. Isidorus. Palacius. Ribera. Gueuara. Saa.

quod

quod verum arbitror, & Iudæos piscibus ac reptilibus, Nabuchodonozor ipsi piscatori assimilari. Quæ certè iamprídem tradita sunt à Ruperto *libr.2.in Habac. in prin.* Non tamen Rupertus (vt alij faciunt) vetustiores reprehendit. Nam potest eorum sententia defendi, & cum illa Ruperti cõiungi. Certum enim propheram proponere Deo multorum querelam; quòd videatur non satis magnam suorum curam gerere, sed eos vt pisces & reptilia insuper habeat. æquè namque sinere illos patere prædæ & violentiæ maiorum; & vt illis nullus est Princeps qui subditos tueatur, sic etiam videri genus humanum Dei præsidio & protectione destitutum: alioqui cur sicut pisces & reptilia hamo vel lagenâ, sic populus Dei à Chaldæo captus abducatur, hamo sigillatim captis oppidis videntur ciues subleuari: lagenâ verò attrahi simul tota gens in captiuitatẽ abducta. Sic illa à Chaldæo, *vt à cete pisciculi deuorantur*. Non ergo repugnat vna comparatio alteri, sed ambæ sunt iungendæ. Nec voluit D. Hieronymus *reptilium* nomine iumenta contineri; sed vocem Hebræam רמש *remes*, omne animal quod naturaliter mouetur significare; hîc autem ad reptilia cum LXX. & Chaldæo restringendum Theodoretus ita scribit, vt videatur nobis præire ad interpretationum coniunctionem. [*Si hæc* ita fiunt, nihil differt hominum natura à belluis, quæ in aquis viuunt; quæ nec legislatores, nec iudices habent: sed ad prædam potentioribus infirmiores proponuntur: quemadmodum hic Babylonius iniquè sua potentia vtens, totum in hamo *subleuauit*. Copiosiùs autem Theophyl. ostendit quo pacto & cur piscibus homines propheta similes dixerit, & tropologiam præparat vt solet, verbis huiusmodi; [*Ex longanimitate* hac (inquit) & ex eo quòd sceleratissimi quique pro suo merito non puniuntur; sed ipsis potiùs minùs mali abs te in pœnam traduntur; nihil discrepare facies mortales à piscibus, quibus neque leges sunt, neque iudices, cæterum cibi loco potentioribus imbecilliores obiiciuntur. Propterea reptilibus seu venenatis serpẽtium generibus similes reddis; quę ob naturæ suæ amariciem neq; duces habent, ceu exortia mixturæ & societatis, & mutuo inter se se odio sæuientia. Nam animantia sub duce constituta mansuetiora sunt, cõtubernij & societatis amantem, tũ gregis & armenti sequacem naturam & indolem, per hoc indicantia. Porro contemptores etiam in superioribus dicti sunt dæmones, ad quos conticescens Deus, temporibus nondum dispensati euangelij, faciebat homines prorsus piscium instar viuere, ab omni ratione alieniſſimos, maximè brutos, & omni voce destitutos, ac planè mutos. Neq; enim in eis pietatis erat sermo neque honorificentiæ vox ad Deum: sed, mutua inter se cæde alius erga alium grassãtes, & in turbido salsóque vitæ mari sese multiplicantes progenerãtésq; atq; hæc eorũ vitæ ratio amaruléta erat, vt diceretur venenum aspidũ sub labiis eorum esse, ac animus eis, per similitudinem *serpentis*.] Reptilia itaq; Theophyl. intelligit de venenatis serpentibus, quorũ natura est aliis noxia. Sic *Osee* 4. *v.* 3. videtur propheta homines mundanos nobis pingere nomine *bestiæ agri; volucris cæli & piscium maris*: vbi Theod. Antioch. potẽtes vult tropicè significari; qui velut feræ, opprimũt infirmos; &, velut volucres, inuolant in

Rupertus.

Sensus adagij.

Cõparationum cõiunctio. D. Hiero.

Theodor.

Theoph.

Theodor. Antiochenus.

in bona pauperũ;&, vt serpẽtes, proximis nocent;& luxuriæ dediti, vt mare pisces, sic ipsi terram *implent.*]

S. Cyrillus

S. Cyrillus autem, [*Pisces* (inquit) vocat vulgus hominum immersum curis vitæ, homines mutos, & irrationales, quales sunt pisces: itẽ eos qui imbecilliores deuorant. viget enim in piscibus maximè ἀλληλοφαγία (cupiditas alios deuorandi.) vnde propheta Habakuc *Cur adspicis in contemptores, & taces cùm deuorat impij iustum: & facies homines vt pisces maris.* Hesiodi ver-

Hesiodus.

sus probat (si de vero Deo accipiãtur) Clemens Alexandrinus istos li. 1. Stromatum;

Clemens Alexandrinus.

τὸ μὲν γὰρ ἀνθρώποισι νόμον διέταξε Κρονίων,
ἰχθύσι γὰρ, καὶ θηρσὶ, καὶ οἰωνοῖς πετεινοῖς
ἐσθέμεν ἀλλήλους, ἐπεὶ οὐ δίκη ἔστι μετ' αὐτοῖς.
ἀνθρώποισι δ' ἔδωκε δίκην, ὃ πολλὸν ἀρίστη.

Humano generi lex namque est à Ioue lata,
Pisces atque fera, volucresque per aëra nantes
Sese edunt: cùm illis vlla haud sit norma iuris.
At hominum generi iustum, res quæ optima, cessit.

Non debeo præterire theoriam hanc de re salubertimam & elegantissimam magni Basilij *hom. 7. hexaem.* ἀλληλοφάγοι δὲ τῶν ἰχθύων οἱ πολλοὶ, καὶ ὁ μικρότερος παρ' ἐκείνοις βρῶμα ἐστὶ τοῦ μείζονος. κἂν ποτε συμβῇ τὸ ἐλάττονες κρατηθέντα ἑτέρῳ γλυκέσθαι θράματι, ὑπὸ τὴν μίαν ἀγκιστρεύεται γαστέρα τελευταίως τι συμβαίνει καὶ τοῖς ἀνθρώποις ἀλλότι πασχόμενοι τῆς κακοδυναστείας τῆς ὑπερόπτου; τί διαφέρει τοῦ τελευταίου ἰχθύος ὁ τῇ λαιμαργίᾳ φιλοπλουτία τοὺς ἀπλήστους τῆς πλεονεξίας αὐτοῦ κόλπους ἀναπωμώμενος τοὺς ἀθεσπίσιτους ἐκείνους ἔχει τοὺς πένητος. σὺ τούτων λαβὼν, μέρος ἐπιείσω τῆς οὐσίας σεαυτοῦ. ἀδίκων ἀδικώτερος ἀνεφάνης, καὶ πλεονεκτικώτερος πλεονέκτου. ὅρα μὴ τὸ αὐτόσε πείρας τῷ ἰχθύων ἐκδέξηται, ἀγκιστρόν τι ἢ κύρτος. ἢ δίκτυον. πάντως γὰρ καὶ ἡμεῖς πολλὰ τῷ ἀδίκων διεξελθόντες, τὴν τελευταίαν τιμωρίαν ἡμᾶς ὑποδραμόμεθα.

Basilij locus elegãs

Quæ sic Eustathius, teste Cassiodoro, vir disertissimus, Latio sermone reddidit.

[*Plurimi* (*piscium*) deuoratione satiantur alternâ, sempérque qui minor est apud eos maiori fit cibus: &, si quando contigerit, eum, qui minorem ceperat, morsu validioris absumi; in vnam vterque aluum posterioris injcitur. Quasi verò nos homines aliud quid agamus, dum inferiores potentia premimus! Aut, quid distat à pisce illo nouissimo vir, qui diuitiarũ amore flammatus, captos inopes inexpletis hiatibus propriæ rapacitatis absorbuit? alter substantiam pauperis vi retentabat sublatam: hunc tu minis ac terroribus circumuentum tui feciſti patrimonij portionem, atque ira iniusto iniustior exstitisti, & raptore rapacior. Caue igitur, ne te idem, qui pisces, euentus excipiat, idem hamus, aut rete, vel cophinus. Nam nos quoque necesse est nefandis facinoribus inquinatos suprema *supplicia non vitare.*]

EX CAP. II. VERS. V.

ADAGI 1001.

Quomodo vinum potantem decipit.

Quomodo vinum potantem decipit.

HEbraicè *vinum prænaricans*, noster elegantissimè expressit. hæc enim est vini & humanæ fœlicitatis oprima comparatio. vtrumque exhilarat & homini ani-

Sensus Adagij. mum addit principio ; mox fallit mœrore,& dolore afficit, & sublatum deiicit. S. Hieronymus :[*Quomodo* vinum contra potantem facit, & postquam surrexerit, neque mens, neque pes suum officium tenent ; omnisque lætitia & exhilaratio vertitur: sic vir superbus non decorabitur, nec perducet voluntatem suam ad finem: & iuxta Symmachum ὡς οὐποτάζει,hoc est, in rerum omnium erit *penuriâ*.]

S. Hieron

LXX. Rupertus. Apud Lxx. hîc nulla vini mentio est. *Rupertus* hîc docet superbiam hanc teste CRISTO esse gloriam ab inuicem quærere ; & hanc magnam esse ebrietatem, quia sic mentem subuertit , vimque omnem sensus atque rationis debilitat, vt quod audit , discernere non possit.

Terentius. Apud Comicum Chremes;

At data mihi hercle verba sunt, vicit vinum quod bibi,
At dum accubabam , quàm videbar mihi pulchè sobrius?
Postquam surrexi,neque pes,neque mens satis suum officium facit.

Lucretius Ebrietatis mala Lucretius autem ——*cùm vini vis penetrauit,*
Acris & in venas discessit diditus ardor;
Consequitur grauitas membrorum, prepediuntur
Crura vacillanti , tardescit lingua, madet mens,
Nant oculi,clamor singultus,surgia gliscunt.

Sed de ebrietate plura dicêtur aliàs.

ADAG. 1002.

IBIDEM.

Dilatauit, &c.

Dilatauit quasi infernus animam suam, & quasi mors non adimpletur.

INsaturabilis cupiditas dilatandi imperij fines significatur comparatione memorabili. nam orcus numquam damnatis expletur, semper plures appetit. mors etiam satiatur occidendo nunquam. vim adagij non tollis , si *sepulchrum seol* interpretêre , sed magis diluta erit metaphora , nec verbi proprietas æquè retinetur. respicitur partim ad locum Salomonis Prou. 30. 15. 16. *tria sunt insaturabilia , & quartum quod numquam dicit,sufficit: Infernus , & os vulvæ & terra quæ non satiatur aquâ. Ignis verò numquam dicit, sufficit.* (vbi si *infernum* sumas *pro sepulcro* , bis quodammodo terram inculcabis , sed de hoc egi suo loco , *adagio* 479. & *tract. de inferno Regula* 1. *loco.* 51.) partim ad locum *Isai.* 5. *v.* 14. *Propterea dilatauit infernus animam suam ; & aperuit os suum absque vllo termino.* (de quo egi *d. reg.* 1. *loco* 38. vbi vide quæ huc pertinent) Loquitur sacra Scriptura de inferno & morte , quasi forent res animatæ , & *dilatandi* voce denotat auiditatem. Antonius Gueuara humaniorum literarum peritus , & Sacrarum non imperitus , fed αὐτοδίδακτος, vt se profitetur : vidit ille acutè nullum locum reperiri, qui cogeret שאול *sepulturam* aut *sarcophagum* interpretari : plurima verò occurrere loca, in quibus hæc dictio, sic commodè exponi & intelligi nequeat; vt *Iob.* 11. 8. & 17. 16. & 26. 6. Sed nouæ author sententiæ vult hîc & aliis multis locis , vt *Prou.* 15. 11. & 27. 20. & 30. 15. & *Psal.* 88. 49. & *Isai.* 28. 15. & 38. 18. pro ipsâ morte defunctorum reginâ sumi ; quia *mortem Plutonis* nomine veteres notarunt , & eumdem *Iouem infernum* nuncuparunt; & in sacris literis frequentissima inferni & mortis combinatio hoc ipsum satis persuadeat. Denique *Oseas* 13. 14. apertissimè hoc docear,

Sensus adagij.

Infernum pro sepulchro.

Antonius Gueuara.

ceat, Mortem, infernum appellans, cùm ait: *De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos: ero mors tua ô mors, morsus tuus ero, inferne.* Huiusmodi namque repetitiones rem eamdem in diuina Scriptura inculcare consueuisse. Vult itaque *Infernum, & Mortem* pro iisdem hîc sumi, & sicut *Infernus* seu *Pluto* vocatur Rex à poëtis: sic etiam eumdem Plutonem cùm Mortis nomine significatur in sacra Syriptura per prosopopeiam nobis vt reginam siue tyrannum aliquem summum describi 1. *Cor.* 15. 26. & *Rom.* 5. *v.* 14. & 17. & *cap.* 6. *v.* 9. *Isai.* 25. 8. cuius etiam Regia reperitur *Sap.* 1. *v.* 14. in textu Græco. Et ideo infert se non dubitare *infernum* aut *inferum* idem significare quod *mortem* hîc *apud Habac.* & apud *Isai.* 5. 14. & *Cant.* 8. 6. & *Eccles.* 28. 25.

Inferus. Infernus pro morte.

Quam sententiam licèt admitterem, adagialis locutio non periret, periret tamen vna pars comparationis: periret etiam sententiæ lepor vitiatus non necessaria repetitione. contemneretur hactenus recepta Patrum explicatio, qui vt duas comparationes rerum diuersarum semper acceperunt, quos paulo post adducam in medium. Rationes autem illæ, quibus mouetur, leues certè sunt. Nã de duobus vltimis locis Isaiæ & Salomonis; dixi partim *comment. in Cant.* partim *d. disputatione de inferno*, quæ sufficiunt, ne quis putet manifestũ, cuius contrarium multo luculentius est. Siracidæ verba non patiuntur *infernum* pro *morte* capi. nam foret κακόφωνον, *vtilis potiùs mors quàm mors*, θάνατος λυσιτελὴς ἢ θάνατος *Sap.* 1. *v.* 14. non palacium regiam, sed regnum inferorum reperias, vt noster vertit, ᾅδου δὲ βασιλεύειν ὅλης τῆς γῆς. Nec vlla causa est cur ᾅδης vocabulum sumas impropriè: nisi si vt Bezæ & sectariis faueamus. Esto, mors & tyrannus describatur, an ideo idem hîc tyrannus cum altero inferorum? certè si Sennacherib, & Nabuchodonosor idem. Reginam dicis mortem; coniugio iunge cum Plutone, & fac Proserpinam. Nam vt idem sit Rex & Regina, non persuades. Claudianum & Senecam adducis? hic quidem disertè Plutonem à Morte dispescuit, cùm de illo vulnerato canit,

Claudian⁹ Seneca.

Et Mortis dominus pertimuit mori.

eadem mens Claudiani. nam & hinc Pluto Morti & Parcis dominatur. idem Hesiodus & cæteri poëtæ censuerunt. Infernum Iouem vocant Sumanum, sed pro Inferno quatenus locus est, nunquam sumserunt. in inferno locant: quis locum cum eo quod in loco est, confundat? Diuersa sunt prophanis Mors, Infernus, Pluto: cur sacra Scriptura confundat? Coniungit, sed vt diuersa, in eo de quo sermo, similia: neque vbicumque similia coniunguntur, continuò repetitionem esse definiendum. Nam repetitio nunquam ociosa est in sacra Scriptura; sed vel auget sentẽtiam, vel vehementer exornat: in Osea verò *d. v.* 14. si dicas *ero morsus tuus mors*, minùs multò dixeris, quàm præcesserat, *ero mors tua ô mors.* nam plus (arbitror) occidere quàm mordere.

Hesiodus.

Mors, Infernus, Pluto, diuersa.

Osee locus.

Nunc capite & expositiones Patrum. S. Hieronymus *de diabolo*; *qui in similitudinem inferni & mortis, non saturatur occisis.* si diabolus similis inferno & morti, ergo iam infernus aut mors non ponuntur pro Plutone: aut diabolus dicitur similis diabolo. Dices fortè, Hieronymus sic mysticè exponit. cape Theodoreti de Nabuchodonosore verba; *similiter vt infernus & mors*

Patrũ expositiones S. Hieron.

Theodor.

saturari non potest, &c. separat certè. Theophylacti Latinus interpres nobis Plutonem ex ἀδὲς fecit; sed quod vrgeo, disertè Theophylactus hæc duo separauit: verba sunt: *Deus illum minimè saturari ait, vt qui instar inferi Plutonis animas accipiat, & non impleatur: quiq; mortis in morem corpora suscipiat, & non exsatietur.* Distinguunt etiam Lyranus, Palacius, Ribera & cæteri; quin & Isidorus Clarius, Vatablus & alij Libitinarij, qui שאול *sepulcrum* interpretantur, à morte discriminant, quia sepulcrum cadaueribus, mors occisione non saturetur.

Theophy.

Lyranus. Palacius. Ribera. Isidorus. Vatablus.

ADAG. 1003. IBIDEM VERS. XI.

Lapis de pariete, &c.

Lapis de pariete clamabit, & lignum, quod inter iuncturas ædificiorum est, respondebit.

PRosopopœia est adagialis, qua significatur adeo manifestaria & luculenta violētia vel aliud peccatum, vt nullo pacto latere queat, sed vel ab inanimatis, etiā quæ sunt abdita nec videntur, sit proferendū in lucem. Sicut alibi habemus *lapides loquentur*. Capio prophetam de lapide qui parieti non extimus, sed intimus est; sicut de ligno subditur. Vbi Hebraicè est כפיש *chaphis*, de cuius significatione nihil certi recentioribus, quia duces eorum dissentiunt. Abenezra *nodum ligni* putat, Cammius *frustum* ligni, alij *laqueare*. Arias vertit *rudimentum*, Pagninus *lignum*, Vatablus *lignum*, Isidorus Clarius & Marinus *laquear*, Leo Iudas *subscus*: quidam כפיש lateres, alij cum *chephis* כפיש hoc est *lapidibus* confundunt. Sed nec veteribus res explorata. docet varietas quam D. Hieronymus ita prodidit; [Lxx. posuerunt καὶ κάνθαρος ἐκ ξύλου φθέγξεται αὐτά. *& scarabeus de ligno loquetur ea.* manifestiùs more suo transtulit Symmachus, καὶ σωδεσμὸς οἰκοδεμῆς ξύλινος ἀποφθέγξεται αὐτά. id est, *iunctura ædificij lignea loquetur ea.* Theodotio quoque, καὶ σωδεσμὸς ξύλου φθέγξεται αὐτά. nec non & Quincta editio, καὶ σωδεσμὸς ξύλου φθέγξεται αὐτά. quæ & ipsæ interpretationes cum Symmachi & nostra interpretatione concordant: quod enim lingua Hebraica dicitur כפ׳ס *lignum* significat, quod ad continendos parietes in medio structuræ ponitur, & vulgò apud Græcos appellatur ἰμάντωσις ---- Inueni & alias duas editiones, in quarum vnâ scriptum est; *quia lapis de pariete clamabit quasi vermis in ligno loquens*: & in alterâ, *lapis enim de pariete vociferabitur*, & σκώληξ *de ligno loquetur ea.* Sed & Aquila aliud quiddam, quàm nos diximus, posuit, καὶ μάζα, id est, *& massa de ligno respondebit.* In tantâ varietate non adhærere D. Hieronymo, qui secutus Symmachum, Theodotionem, & Quinctam editionem, puto temeritatis esse, maximè cùm nec interpretationes aliæ repugnent, quia apud diuersos diuersa huius ligni nomina esse potuerunt, vt sunt etiam vulgo partium domûs, & instrumentorum varia nomina; vt & κάνθαρος, & μάζα, & σκώληξ vocatum fuerit. Suspicabar Aquilam vertisse μάστα *prehensorium* ἀπὸ μάσασθαι, quod Homero *prehendere*. nam huiusmodi lignum prehendit ipsos parietes, & fors à formâ reflexâ σκώληξ, quia σκωληκοειδὴς vermis specie exhibēs: sicut

Senſus adagij.

Abenezra. Cāmius. Arias. Pagninus. Vatablus. Isidorus. Marinus. Leo Iudas.

כפ׳ש

D. Hiero.

Symmachus.

Theodot.

כפ׳ס

Aquila.

sicut & sagittæ dicuntur *scorpiones*, & machinæ *arietes* ac *testudines*: καρβάρος fortè an καρβάνης, sicut & vitis quoddã genus καρβάνης. Sed hæc fateor esse coniectanea, dummodo non negentur probabilia, & Theodoretus. versiones conciliantia. Theodoretus tantùm monet quomodo Symmachus. Symmachus verterit, & hyperbolicè dicta, sicut Dominus dixit; Luc. 19. *Si hi tacuerint, lapides clamabunt.*

Theophylactus. Theophylactus hæc ipsa. & præterea docet agi de lignis domorum dirutarum, quæ καρβάρας, hoc est *parvulos vermiculos* vel *tineas*, vel *teredines* habebant. aut fortè veteres trabium contextum culmina sustinentium *cantharos* nominasse, quia sibi superpositum tectum ferrent.] Nemo autem copiosior hîc S. Hieronymo, qui notat iuxta hi- S. Hiero. storiam dici, *lapides parietum, qui à te destructi, & ligna eorum ambusta tuam crudelitatem sonabunt.* & huius exemplũ prosopopœiæ ponit idem quod Theodor. & addit alia litte- Theodoretus Crispus. raturæ sæcularis. Crispum in historiã dicere; *Saguntini fide atque ærumnis inclyti, per mortalium studium maiores quàm opibus: quippe quis etiam tum semiruta mœnia, domus intecta parietesque templorum ambusti manus Punicas ostentabant.* Simile quid & Tullius ad Cæsa- Tullius. rem pro Marcello; *parietes medius fidius C. Cæsar (vt mihi videtur) huius curiæ tibi gratias agere gestiunt.* Mysticos sensus ab eodem largè suppeditatos prætermitto.

ADAGIALIA EX SOPHONIÆ PROPHETIA.

EX CAP. I. VER. VIII.

ADAG. 1001. V. Indui veste peregrina.

Indui veste peregrina.

Sensus adagij. VIM habet adagij, sicut apud Gallos, *changer de cazaque*, dicebatur de iis qui factionem & fidei professionem mutabant à Catholicis ad hæreticos deficientes, quia color sagi, vel bandæ (vt vocant) alterius coloris erat. Et signis externis interioris animi ac cultûs professio fiebat. Sicut Iudæi circumcisione distinguebantur à reliquis: vt fortassis præcipuè de adductione præputij sermo sit, 1. *Machab.* 1. 16. *qui fecerunt sibi præputia & recesserunt à testamẽto sancto, & iuncti sunt nationibus.* Puto tamen omnem idolorum cultum notari. Chaldæus; *Qui perstrepunt ad cultum idolorum.* Sic S. Hieronymus, Chaldæus. S. Hieron. *Qui pro Dei cultu venerati sunt idola.* & tropologicè postea; *qui recesserunt à protectione, & indumento Dei, & suo errore cooperti sunt.* & ana- Tropologia. Anagogia. gogicè; *Vestis filiorũ regis & principũ indumentũ* CHRISTVS *est*; quod accipimus in baptismo, iuxta illud; Gal. 3. d. Colo. 3. b. Eph. 4. f. *Induite vos* CHRISTVM IESVM. Et, *Induite vos viscera misericordiæ, bonitatis, humilitatis, mãsuetudinis, patiẽ-*

tia, & cætera. In quibus præcipitur, vt induamur nouo homine cælesti, iuxta creatorem nostrum, & proiiciamus indumentum veteris hominis cum operibus eius. Cùm ergo debeamus talibus indui vestimentis; pro misericordiâ induimur crudelitate, pro patientiâ impatientiâ, pro iustitiâ iniquitate, &, vt semel dicam, pro virtutibus, vitiis, id est pro CHRISTO, Antichristo. Vnde dicitur de istiusmodi homine, *& indutus est maledictione sicut vestimento.* Ps. 108. c. Tropologicè quoq; Rupertus de hypocritis sūpsit; *Putásne hypocrisis vestis est peregrina? vtiq; nimis peregrina. Quid enim in vestibus magis est peregrinum, quàm sunt lupis rapacibus vestimenta ouium? quid inquam magis peregrinū quàm ei qui intus est plenus iniquitate, foris hominibus iustum apparere?* Stephanus Cantuarienſis dicit ad literam esse contra eos qui vestes variant & incidunt: contra illos etiam qui non sunt contenti communi modo peccare, sed faciunt adinuentiones in peccatis. Vnde Isaias *multiplicasti pigmenta tua* (id est voluptates) *misisti legatos tuos procul.* Hoc posterius morale est. Prius confirmat Theodoretus (etsi sequar Hieronymum) doctè tamen differens de hoc loco, hunc in modum *Vestimenta aliena, quidam ex rapinis & latrocinio partae esse dixerunt; quidam ad summam libidinem confecta: etenim in peccatis viri viuentes mulierum vestimenta induūt & mulieres pariter libidini innutrita virorū vestes.* Quibus verbis attingit eorum vitium, qui habitu muliebri turpem patientiam profitebantur, de quibus alibi egi; quos lex Scantinia damnabat. Certè habitus commutasse Herculem & Omphalen Lydiæ reginam Ouidius, & alij poëtæ cecinerunt; sed harum sententiarum neutrā Theodoretus probans, subdit; [*Mihi* verò aliud sermo hic designare videtur. Nam lex Deut. 22. vetat vestimenta ex lino & lanâ contexta. Iam verò qui diuitiis sese efferrent & deliciis diffluerent; verisimile est finitimorum vestes imitatos fuisse, & in locū vestimentorum ex lino confectorum ex purpurâ ornatum, & artificiosum, & elaboratum induisse, id quod contra traditionem *legis fuit.*] Palacius ad aulicos detorquet, qui solent vanissimè peregrinas vestes consectari & arripere. Ruffinum eo nomine Claudianus, Alexandrum Magnum Macedones, Carolum Caluum Franci reprehenderunt. Constantissimi olim Germani cum fide vestimenta mutare cæperunt. *Turpis* ait ille, *Romano Belgicus ore color.*

Rupertus. Tropologia.

Stephan⁹. Cantuarienſis.

Vſus adagij.

Theodoretus

Herculis & Omphales habitus mutatus. Ouidius.

Palacius.

Ruffinus reprehensus & cur. Alexander magnus reprehēsus, & cur. Carolus Caluus reprehensus & cur.

IBIDEM VERS. XI.

A DAG. 1005. Inuoluti argento.

Inuoluti argento.

ISidorus Clarius accipit de mercatoribus, qui argentum vænale solent apportare; Vatablus de iis qui pecunias adferunt vt merces comparent. Nimis diluté & restrictè Hebræum *Netule* נשׂוּאִי significat *onustos* seu *portantes*, fateor: sed plus energiæ est in phrasi. Crediderim cum Palaeio agi de mercatoribus, vt indicat populus Chanaan, qui mercaturæ deditus; & locus Pilæ, in quo omnis generis negotiatores habitabant, testibus Iosepho & Hieronymo. Lege Adrichomium in descriptione Ierusalem §. 117. Verumtamen non placet ad hos solos restringere, sed cum Patribus accipio de cunctis opulentis, quibus hoc vitium quasi connatum diuitiis confidere plusquàm

Sensus adagij. Isidorus Clarius. Vatablus. Palacius.

Iosephus. Hieronym. Adrichomius.

Theodor. quàm diuinæ prouidentiæ. Theodoretus accepit de omnibus Hierosolymitanis, quibus diuitiæ non profuerant vt excidio eriperentur.

D. Hiero. Optimè D. Hieronymus explicat; *Qui sibi ex diuitiis confidebant & tantas habebant opes, vt sequasi inuolutos, & septos suis diuitiis æstimarent.* Nimirum quasi securos & tutos vt adamantinâ panoplia cataphractos, vt aheneâ turri circumdatos. Hanc fiduciã consequebatur diuitiarum comes superbia, quam suâ versione nobis indicasse Lxx. interpretes docet D. Hieronymus, qui erecti erant in superbiam, & pauperes despiciebant. Sed horum cassam superbiam docet quod dicitur *disperierunt.* Non dixit, *perierunt*; sed periisse, & corruisse iam nunc (inquit) antequam eis veniat supplicij dies, in eo ipso quòd superbiant, & semper de thesauris cogitent, & eis seruiant. Quod qui intellexerit, puto eum non satis cupere diuitias in quibus non peribunt, sed perierunt, qui erecti sunt argento. Si quis autem vult erigi, & superbire sanctâ superbiâ, erigatur cum Apostolis, quando dignus fuerit pro nomine IESV CHRISTI contumeliam pati, *Act.* 5. 19. glorietur cum Apostolo, qui exultabat in tribulationibus, sciens quòd *tribulatio operaretur patientiam, patientia spem, spes autem non confundat. Roma.* 5. 4. 5.

Ribera. Sic ille de versione Lxx. quam noster Ribera conatur cum Hebræâ & vulgatâ concilrare, his verbis; בטוליו בסף [*In Hebræo* est נטוליו בסף quod rectè interpretari possumus *Portatores argenti*, siue *onustos argento & onera argenti*, id est quos argentum secum ducit, quocumque vult, id quod verbis nostræ translationis optimè conuenit, *Inuoluti argento*, id est quos argentum leuat ad se, & secum inuolutos defert, nimio scilicet amore sibi adhærentes. Atque hoc fortasse significant Lxx. vertentes ἐπηρμένους ἀργύρῳ, id est, *elenati argento*, quos videlicet ad se traxit argentum, & defert *quocumque eat.*] Vel ego verba non capio, vel non video quo ista pacto queant nostræ versioni conuenire. Nam qui inuolutus argento, potiùs fert argentum, quàm ab illo feratur. Cupiditate quidem attrahitur, sed ideo dici illum ferri ab argento longè peritum. Alia potiùs incedendum viâ opinabar, qua proprietas vocum seruaretur.

S. Hieron. D. Hieronymus nescio an à *Natal* נטל deduxerit, quod *portare* an verò à טיל *Til* quod mouere seu facere proficisci significat; certè de vestito pecuniis seu argento accepit, qui vt vestem semper illud circumfert; portat, & eo onustus est; & ideo etiam illud, quod auelli à se non patitur, secum mouet & migrare seu proficisci facit. Hinc panditur metaphora. Solet sacra Scriptura stultos & peccatores, & simplices vana amantes paruulis comparare *psal.* 18. 8. *Sapientiam præstans paruulis* Prou. 1. 22. *Vsquequo paruuli diligitis infantiam, & stulti ea quæ sibi sunt noxia cupient, & imprudentes odibũt scientiam?* & passim. Solent infantuli ne teneriuscula membra concidant vel incuruentur, colligari fasciolis, quibus eriguntur, dum inuoluuntur: & eædem illis pro inuolucro sunt, & pro fulcimento. Sic itaque diuitiæ his superbis & fastuosis, qui quàm magni sibi, tam Deo paruuli sunt, qui suis oculis sapientes sed Deo fatui; simul pro diploide, & simul pro fasciis, nam vt his eriguntur secundùm Lxx. & his inuoluuntur iuxta D. Hieronymum. Equidem puto hæc quo ad nostram versionem adstrui Ruperti ingeniosa cõ- Rupertus.

menta.

mentatione, cuius non possum verba reticere, de Hierosolymitanis agens; [*Malorum* (inquit) omnium, totius perditionis causa illis fuit auaritia vsque ad pretium sanguinis dilatata. Sequitur ergo: *dispererunt omnes inuoluti argento.* Causæ huius exemplum omni populo Chananæo fuit ille Iudas proditor. Sicut enim ille, cupiditate argenti inuolutus, triginta argenteis sanguinem Domini vendidit illis, & idcirco malè periit: Sic omnis ille populus maximè in eo fuit intractabilis, quia retibus argenti erat inuolutus: & maximè propter hoc ipsum Dominum oderunt, quia disputabat contra auaritiam eorum. Secundùm numerum argenteorum, quibus & ille vendidit, & illi sanguinem Domini emerunt, triginta maledictionibus, tam venditor quàm emptores inuoluti sunt, quarum *in Psalmo* 108. Prima est, *cõstitue super eum peccatorem.* vltima, *& operiantur sicut diploide confusione suâ*; Imo dictionis vis est, quia non dixit, *dispererunt omnes habentes argentum*, sed, *dispererunt omnes inuoluti argento.* Longè aliud est habere argentum quàm esse argento inuolutum. Si quidem & Abraham, & Dauid, & multi alij sancti & iusti argentum habuerunt, in auro & argento diuites fuerunt, & tamen non disperierunt. quare? videlicet quia pecunias tanquam domini possederunt, non tanquam serui pecuniæ in pecuniis argenti sperauerunt. Qui in argento sperant vel cõfidunt, ipsi argento inuoluti sunt, & tales omnino dispereunt. Discretione hac opus est, vbi Dominus loquitur discipulis suis: Luc. 18. *Quã difficile qui pecunias habent, introibunt in regnum Dei.* Poterant enim obstupere discipuli, & obstupescebãt, ait Euangelista Marcus in verbis eius: At Iesvs rursùs respondens, ait illis, Marc. 10. *Filioli quàm difficile est confidentes in pecuniis introire in regnum Dei.* & tum demum ita dixit; *Facilius est camelum per foramen acus transire, quàm diuitem introire in regnum Dei.* Igitur illos excepit diuites, qui quamuis habeant pecunias, non tamen sunt confidentes in pecuniis: & eos tantùm diuites illa sententia premit. sunt etiam, & ab hoc prophetâ dicuntur *argento inuoluti*, & eâdem inuolutione ita grossefacti, vt nimis difficile sit eos introire in *regnũ Dei.*] Hactenus Rupertus.

Qui in argento inuoluti dicantur.

IBIDEM VER. XII.

ADAG. 1006.

Scrutari in lucernis.

Scrutari in lucernis.

IN pro *cum*. Significat sedulò & cum cura lustrare, vt pingitur illa mulier, quæ quia perdiderat *drachmam vnam, accendit lucernam, & euerrit domum, & quærit diligenter.* Luc. 15. 8. Chaldæus *hic, constituam perquisitores, & perquisitabunt Hierusalem sicut ij qui scrutantur cum lucernâ.* Sic Claudianus fingit Cererem in quærendâ filiâ duas tedas cupressinas accendisse. Locum nostrum de diligentissimâ scrutatione capiendum docet expletæ prophetiæ historia apud Iosephum *lib. 7. de bello Iudaico*; & anagoge extremæ quæstionis in iudicio, quam vt prẽueniamus vias nostras & studia nostra perscrutando, monet ex hoc loco S. Bernar. *serm.* 55. *in Cant.*

In, pro cum.

Chaldæus.

Claudianus.

Sensus adagij.

ADAG. 1007. Defixi in fæcibus.

IBIDEM.

Defixi in fæcibus.

Liranus. Rupertus. Palacius. S. Hieron. gloſſa interl.

LIranus exponit, *obſtinatos in peccatis*; Rupertus *immerſos carnis voluptatibus*; Palacius, *eos qui negant Deum res humanas curare*; S. Hieronymus, & Interlinear. *qui confidunt in corporibus ſuis & virium robore*: Chaldæus, *qui cum ſummâ tranquillitate fruuntur diuitiis ſuis*. ſic Hebræi & ex eis Vatablus, quia Hebraicè eſt קוֹפְאִים *kupphim, coagulati ſunt*, id eſt, immoti iacent inſtar lactis coagulati: vt ſit metaphora à vino fæcibus incubante. vt otium, tranquillitas, & quies iſtorum in ſummâ opulentiâ nullo rerum aduerſarum impetu perturbata denotetur. Sicut vinum (ait Ribera) quod eſt in dolio non agitatum & ſuper fæces ſuas reſidens, purum & perſpicuum manet; ſed ſi impetu aliquo moueatur, vel in aliud vas transfundatur, turbidum reddi ſolet; & confirmat eleganti loco ſimili *Ieremiæ cap.* 48. *v.* 11. *Fertilis fuit Moab ab adoleſcentiâ ſuâ, & requieuit in fæcibus ſuis; nec transfuſus eſt de vaſe in vas, & in tranſmigrationem non abiit. Idcirco permanſit guſtus eius in eo, & odor eius non eſt immutatus.* Hoc eſt permanſit fruens ſuis opibus, nec in captiuitatem abductus fuit. Vbi Ionathan; *Abundantes fuerant Moabitæ ab adoleſcentiâ ſuâ, & quieti in ſubſtantiis ſuis: nec fuerant tranſlati de loco in locum, nec in tranſmigrationem abierãt: propterea prorogarunt proſperitatem facultates eorum; ſicut vinum quod conſeruatum eſt ſuper fæces ſuas*, &c. eodem modo illic accepit Theodoretus. Lxx. quia de opibus gloriabantur, pro fæcibus *gloriam* tranſtulerunt, apud Ieremiam: hic autem propter fiduciam in opibus & potentia ſenſum attendentes verterunt, *homines qui contemnunt ſuper cuſtodias ſuas*; q. d. qui in vtramque aurem dormiunt, nec vllum periculum imminere ſibi poſſe arbitrantur. Mundus gloriam, & opes vocat, ſed ſacra Scriptura hîc *fæces*, & alibi *lutum*, *Amos* 2. 5.

Vatablus. Senſus adagij. Chaldæus. Ribera. Ionathã. Theodor. Lxx.

Fæces & lutum, gloria & opes.

EX CAP. III. VERS. IX.

ADAG. 1008. Labium electum.

Labium electum.

שפה ברורה *Saphah berurah.*

S. Hieronymi verba ſunt: [*Pro electo* Lxx. dixerunt εἰς γενεὰν αὐτῆς, id eſt *in generationem eius*, vt ſubaudiatur *terra*. & hinc error exortus eſt, quòd verbum Hebraicum ברורה, quod Aquila & Theodotion *electum*, Symmachus *mundum* interpretatus eſt; Lxx. legerunt ברורה: ך literam ך exiſtimantes, propter elementi nimiam ſimilitudinem, quod paruo apice *diſtinguitur*:] & poſtea hoc *labium electum* interpretatur, vnum confeſſionis veri Dei, ſublatâ idololatria, labium, id eſt vnam linguam, & idioma: ſicut in Geneſi dicitur *terra vnius labij*, priuſquam linguarum diuiſio irrogata. Mihi quoque in mentem venit fortaſſis Lxx. non erraſſe legendo, ſed voluiſſe myſterium indicare, *electum* illud *labium* fore, quod erat initio mundi; & primorum parentum, nondum introductâ idololatriâ. Nam ſimilem huic quoad fideles conuerſos Apoſtoli linguam vnam, fidei & caritatis vinculo colligatam prædicatione ſuâ reduxerunt. Theodoretus ita ſcribit; [*Hoc* magis perſpicuè Aquila & Theodotio conuer-

S. Hieron. ברורה Aquila, Theodot. Lxx. Symmachus ברורח Senſus adagii. Theodor.

terunt; τότε στρέψω πρὸς πάντας τὰς λαοὺς χείλος ἐξειλεγμένον. *tunc vertam ad omnes populos labium electum.* Symmachus verò, τότε μεταστρέψω ἐν τοῖς λαοῖς χείλος καθαρὸν, *tunc convertam in populis labium mundum. Mundum* as, est nominare Deum, non Deos. simili modo per Isaiam dixit Deus: Isai. 22 *Lingua balbutientium citò discent loqui pacem.* Itémque Isai. 35. *Aperta erit lingua mutorum.* Itaque linguas ad multitudinem Deorum eruditas conuertet, & electas ac mundas faciet: ita fiet, vt omnes inuocent nomen *Domini*, &c.] Videntur Lxx, & Aquila de ipsa linguâ seu prædicatione Apostolorum locuti; Symmachus & noster, vt Hebræus fons ita, vt possit tam doctoribus, quàm auditoribus credentibus *Labium electum* attribui, Rupertus. quod certè accommodatius. Rupertus refert ad extremi iudicij tempus & Ecclesiam triumphantem puto esse anagogicum. Nam & Ecclesia militans, iuxta patres alios habet labium electum: & vnusquisque fidelium habet, cùm sincerè Deo confitetur, & quæ Dei sunt sanctè loquitur. Hac normâ poterit vnusquisque labium suum discernere; an sit *electum*, an verò (quod opponit huic v. 13.) sit in ore eius *lingua dolosa.*

ADAG. 1009. Humero vno.

IBIDEM.

Humero vno.

EXplicui adagio 153.

ADAG. 1010. Nugæ.

IBIDEM VERS. XVIII.

NVGÆ
נוגי *Nugei.*

NOn immeritò D. Hieronymus vocem Hebræam retinuit, tum vt ostenderet ex Hebræâ Latinam desumptam, quam ipse causam apertè prodit: tum quia reuera vox in lingua vtràque vim eandem obtinet. Sciendum radicem esse *Iaghah* יגה quæ significatione ex parte conuenit cum alià voce fere simili הגה *Hoghah*, quæ significat *remouere & abiicere* 2. *Reg.* 20. 13. & *Thren.* 3. 32. sic etiam עה cùm duo habeat, significat vnum *affligere*, alterum *abiicere*, secundò conuenit cum *hoghah.* quare Lxx. vtrumque vocabulum reddunt voce *humiliandi, hoghah, d. vers.* 32. & *iahhah Isai.* 51. *v.* 23. & *Thren.* 3. 33. Itaq; à priore significato *iaghah* voces נוגי & נוגות *Nughei* & *Nughoth* recentiores exponunt *afflictos* seu mærore affectos, quod videntur confirmare *Thren.* 1. 4. Chaldæus Chald. Lxx. qui *plangentes*, Lxx. qui captiuas, & Hieronymus qui *squalidas* vertit. Sed apud Isaiam Lxx. vertunt *opprimentes & humiliantes*, ἀδικοῦντας καὶ ταπεινοῦντας, fortè duabus versionibus in vnam coalescentibus. Hieronymus dumtaxat *qui te humiliauerunt*, hoc est, qui abiectam esse fecerunt. Quod ibi Chaldæus confirmat. Scio Mercerum respondere aliter ab Hieronymo & Chaldæo lectum, נ pro נ, nempe מוניך *Moniaich*, pro מוגיך *Moghaich*: sed an etiam Lxx. sic perperam legerunt? omnes veteres vsque ad Abenezram, & Dauidem Kimchi, perperam legisse, quærat alium qui credat. *Threnor.* 3. 33. Lxx. verterunt ἐταπείνωσεν *humiliauit*, noster, *abiecit.* Ab hac significatione *humiliandi* seu *abiiciendi* voluit Hieronymus deductum נוגי *nughei* pro *nugis*, & Hebræis significari *abiectos, viles*, & nullius pretij homi- Nugæ vnde.

nes:

nes: sicut Græcis λῆροι & Latinis *Nugæ*: Nam vtrique primariò res ipsas friuolas, leuiculas, contemptibiles sic nominarunt: vnde Adagio λῆροι λήρων, *nugæ nugarum*, quo vsus S. Augustinus in libris Confessionum, pro maximis nugis; & λῆρον λῆρῖς, *nugas nugaris*: seu agis: & à rebus ad homines appellatio deducta, hoc enim sensu prouerbialiter. Nam Xenarchus in purpurâ *lib.* 6. *Dipnosophistar.* ait;

εἰ δ' ἑτέροις φησὶ λῆρός εἰσιν,
Ipsi verò poëtæ ait nugæ sunt.

Malè Dalechampius *nugas agit*, vertit: plus est *nugas esse*, quàm *agere*. Cicero sic vocauit homines nihili, & prorsùs reiiculos, epist. 38. lib. 1. ad Quintum fratrem, *Nugas maximas omni mea comitate sum complexus*. Et epist. 31. lib. 6. ad Attic. de quodam Messinio, *nugarum aliquid relinquere*. Et ibidem epist. 33. *amicos habet meras nugas*. Sosipater lib. 1. notat, veteribus in singulari *nugas*, indeclinabile & mobile trium generum fuisse: Gloss. veteres pro iisdem habent *nuga, nugas, nugax, nugator*, & exponunt ἀχρεῖος *nullius frugis, nequam, nequus*; addit Festus *naucum*, quod Ateius pro *nugis* poni cēsuit; & nonnulli ex ναὶ καὶ οὐχὶ deducunt, pro *homine leui*: ego potiùs *nauci* ex Hebræo נוגי deduxerim: nam G. in C. Latini sæpè mutant. Certè qui hoc loco *nugæ*, iidem vocantur *nugaces* (vt notat Rupertus) apud Salomonem *Sap.* 2. 16. *Tanquam nugaces æstimati sumus*. hoc enim conqueruntur, se abiici & nihili pendi à CHRISTO, iidem CHRISTI persecutores, quos Sophonias נוגי vocat. Qui boni speciem aliquam præ se ferant, intus nihil tale sint. Græcè εἰς κίβδηλον, *in scoriam & numismata adulterata*. reuerâ tales, qui mendaces; & pacto cum Deo inito non steterunt, quem recipere iussi, Messiam repudiantes, & ab eius lege recedentes. *psal.* 17. 46. *filij alieni mentiti sunt mihi*. recedentes à CHRISTO, quia nugis adhæserunt, iis similes facti, & ipsi nugæ, hoc est mendaces, leues, perfidi, & proinde nullius pretij. Porro quia fascinatio illa vulgò credita, res nihili est, fabula, & gerræ germanæ, ideo *Sa.* 4. *v.* 12. dicitur *Fascinatio nugacitatis obscurat bona*, hoc est fascinatio nugax, res nullius pretij; sic autem vanas hominum laudes appellat, & adulationes immodicas, quibus etiam bona ingenia consueuerunt in deterius verti, & marcescere; vtens *fascini* nomine seu Βασκανίας, quia vulgus laudatione fascinum credebant contrahi. Videri de hacre possunt Lorinus ad d. *v.* 14. & ad hunc Sophoniæ locum Francis. Ribera.

S. Augustin.
Athenæus.
Nugas esse.
Nugas agere. Dalechāpius.
Cicero.
Sosipater.
Glossæ.
Festus.
Naucus & vnde.
Rupertus
Lorinus.
Fr. Ribera.

ADAGIALIA EX PROPHETIA AGGÆI.

ADAG. 1011. Mittere in sacculũ pertusum.

EX CAP. I. VER. VI.

MITTERE IN SACCVLVM PERTVSVM.

אל–צרור נקוב

Vsus adagii.

QVi perdit operam & oleum, dicitur *in sacculum pertusum mittere*. vocem *mittere* noster addidit claritatis gratia. Nam Hebraicè *el tseror naqub, in sacculo pertuso*. LXX. Lxx. σωνήγαγεν εἰς σἰσμὸν τετρυπημένον, Chaldęus. *congregauit in sacc. pertusum*. Chald. exponit, *mercedem reportat maledictionem*. Melius S. Hieron. S. Hieron. *Quicumq; vestrum, siue negociatione, siue mercenaria manu mercedes congregauit, frustrà labor. sine pretio laboris impẽsus est. Omnes enim, velut si quis in pertusum sacculũ mittat, pecuniæ defluxerum*. & addit Tropologiam, his verbis, *qui post bona opera, non semel aut bis, sed frequenter peccat; & præteritam charitatem sequentibus vitiis obscurat & sordidat; iste in pertusum sacculum pecuniam congregat*. Rupertus allegoricè refert ad opera Iudæorum bona, sed sine fide CHRISTI. Rupertus Allegoria.

Sic dicimus, *cribro aquam haurire*, vtitur Aristoteles lib. 1. *œcono. cap. 6.* & Plautus *in Pseudolo*, Aristot. Plautus.

Non pluris refert, quàm si imbrem in cribrum geras.

Item (infundere seu ingerere in dolium perforatum.)

Plautus Pseudolo,

In pertusum ingerimus dicta dolium, operam ludimus.

Vbi simul additur explicatio paræmiæ.

Philetærus apud Athenæum *li. 4.* Athenæus (fert in vas perforatum.)

Εἰς τὸν πίθον φέρουσι τὸν τετρημένον.

sic etiam Alciphron; εἰς Δαναΐδων τοὺς ἀμφορέας ἐκχέομεν πίθους, *in Danaidum dolia amphoras infundimus*: à fabulâ sumptum, quia finguntur doliis pertusis haurire apud inferos; ad quas Medea,

Vos quoque vrnis quas foratis irritus ludit labor.

Sic Lucianus in Timone, ὥσπερ ἐκ κοφίνου τετρυπημένου. Lucianus.

Sicut ex cophino perterebrato.

Pertinet ad omnes, qui inuito Deo aliquid conantur. Vsus adagii.

ADAGIALIA EX PROPHETIA ZACHARIÆ.

ADAG. 1012. Murus ignis in circuitu.

EX CAP. II. VERS. V.

Murus ignis in circuitu.

SIc adagialiter Deus pollicetur curam & protectionem suã Israëli pro muro inexpugnabili fu-

turam.

turam. Meminit autem *ignei muri*, vt indicet non tantùm se non passurum expugnari, sed etiam formidine incussa prohibiturum hostes, ne ad nocendum illi propiùs audeant accedere. S. Cyrillus exponit, munitam fore Deo. Theodoretus: [*Meâ* benignitate ei ero murus, qui trâsiri & transcendi non possit. Hunc enim vocauit murum ignis. Nam quemadmodum pyra ingens transiliri nequit, sic vinci non potest, qui gratiâ Dei *custoditur.*] Rupertus quædam addit, nempe quod de terrore suspicabar. verba sunt: [*Dominus* ipse murus eius, murus ignis in circuitu, per quod ciuitas ista quàm firma sit satis innuitur. Cùm enim scriptum sit: *sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei:* Quis ibi hostem timebit? quis de inimico solicitus erit? Ergo quod in psalmo de hac ipsa Hierusalem dictum est, *Montes in circuitu eius, & Dominus in circuitu populi sui,* magnificè præsens locus illustrat ei qui pueri sensum *excessit.*] Solet sacra Scriptura quando custodiam omnia pericula arcentem vult significare, ignis facere mentionem. sic flammeo gladio paradisus asseruatur *Gen.*3.24. quem non pauci murum igneum exponunt, cum Lactantio *lib.*2. *instit. cap.* 13. sic Heliseo, in circuitu dati pro custodiâ mons plenus equorum & curruum igneorum 4. *Reg.*6.18. Nec timendum fuit Stunicæ, ne ignis iste terrori esset vel noxæ ipsis Hierosolymæ incolis; non magis quàm Heliseo. nam Metaphorici isti ignes, quos volunt fouent & consolãtur, quos volunt perterrefaciũt & aduũt. Sit itaq; de igne caritatis quem Spiritus sanctus Apostolorum & aliorum Ecclesiæ Prælatorum cordibus inseuit, non literalis sed tropologica interpretatio.

Sensus adagii. Cyrillus. Theodor. Rupertus. Lactãtius. Stunica. Tropologica interpretatio.

EX CAP. III. VER. II.

ADAG. 1013.

Torris erutus de igne.

Torris erutus de igne.

SIc Amos 3.11. *Facti estis quasi torris ab incendio.* Non debuit Messana restringere ad illum titionem seu baculum, quo cæteri tiones in foco mouentur, ordinantur vel disperguntur. Nomen enim commune est, vt Patres communiter accipiunt. Paulus de Palacios probrosum conuicium esse vult competens Diabolo & damnatis: rectè diceretur de illis *torris seu titio inferni*, vt vulgò vocamus graues & scandalum præbentes peccatores; *tizon del infierno:* sed quia vox *erutus* addita, non cõuenit damnatis, nec diabolo, vt docet hoc loco Ribera; qui communem amplectitur expositionem significari hominem, qui grauissimis ærumnis & periculis vix ereptus effugit è flammâ adflatus & fuliginosus: non tamen eâ læsus vel ambustus. Ita D. Hieronymus de CHRISTO, qui cum in Babylone fuerit, non est Babylonio igne consumptus, nec sæculi flammâ attactus. Cur ergo *torris?* quia ambustus flammâ passionis, & resurgens retinuit eius vestigia, plagas gloriosas. Alij de Israële accipiũt vt Cyrillus ita scribens: *Peccauit quidem Israël, & tuis oppugnationibus captus est: verùm dedit pœnas non mediocres, & vix semiustus ereptus est. Nondũ enim exterserat captiuitatis damna, vix è flamma paulo ante elapsus.* Luculentiùs adhuc Theodoretus, hoc dicit, *quoniã qui paulo antè ex captiuitate rediissent, captiuitatis signa ferebãt, paupertatem & inopiam summã; ideo*

Palacius. Vsus adagii. Ribera. D. Hiero. Cyrillus. Theodor.

rectè & meritò torrentem nuncuparit: cui torris sit semiustulatum lignum ex igne arreptum.

Palacius. Palacius non allegat vllum pro se authorem: ego tamen inuenio sic interpretatum Clementē Alex. in Exhortatorio, vbi meritò in eo explicando se torquet Heruetus in commentario. qui vult eum legat. ego Clementi nunc non assentior: melius similem locum *Amos* 4. *v.* 11. qui de Iudæis dictus, ad peccatores omnes tropologicè retulit.

Clementi Alexandrinus Heruetus

Apud Amos fortè sumitur in malum de ereptis, sed ingratis & ad flammam redituris. ideo enim illic Ruffinus: *Quamuis* (inquit) *vobis spem recuperandæ libertatis indulserim, tamen videmini mihi sicut torris, magis aliquis semiustus, extractus de ignibus, quàm in virenti consistens viriditate.* Apertius autem id ipsum docuit nos Theodoretus, scribens; *Quemadmodum torris semiustulatus, ignis efficaciam, & vires ostendit, verùm ad nihil vtilis est, nisi incendio ignis: sic vos multis casis in captiuitatem correpti omni potentiâ spoliati ad seruitutem apti existetis.*

Ruffinus. Theodor.

Duplex vsus adagij. Dupliciter ergo vti possumus adagio vel in bonum de periculo ereptis, & igne planè exstincto, vt hic sumpsit Zacharias: vel in malā partem, de illis qui non emendantur castigatione, sed rursùs igni tradendi sunt, vt apud Amos: & huiusmodi Esaias vocauit *ciriones fumigantes. cap.* 7. 4 licèt ob aliam causam. vide suprà *caudatitionum fumigantium.*

ADAG. 1014

EX CAP. IV. VER. VII.

Mons magnus, lapis primarius.

Mons magnus, Lapis primarius.

QVis dicatur *Lapis primarius*, nō tam obscurum est in versione nostra, quàm in Hæbræo fonte תאבן הראשה *haeben haroſah* quod Pagninus vt nostet vertit, quemadmodum & Isidor. Clarius, Leo Iudas *lapidem capitis*, sed Vatab. *primarium* id est, CHRISTVM exponit. Illud *primarium* apertum est dici de primo, seu fundamentali. nam hic ædificij totius præcipuus est. Illud *capitis* cum Iudæis Palacius & Stunica. interpretantur de lapide qui vltimus ponitur in culmine, & summo fastigio ædificij & sic volunt à Zorobabele ædificium consummandum, & extremam ab eo manum operi imponēdam dici. Probat Stunica quia ראש *caput* significat & per metaphoram præter alia culmen siue fastigium, vt *Genes.* 11. *vers.* 4. & 2. *Reg.* 15. 32. & cum versione LXX. λίθον τῆς κληρονομίας conciliant, quia *hæreditas* ibi pro termino ponitur, & termini lapidib. definiri solent. acutè & probabiliter; sed alienè à Patrum mēte, nec necessaria probatione. Nam fatemur agros hæreditarios sæpe lapidibus terminari, sed negamus ideo hæreditatem ibi terminum significare. fatemur ראש aliquando pro culmine sumi, sed asserimus nō rariùs id quod principē & primum locum obtinet cōnotare. Nā quia caput præcipuum & summum est corporis membrum, ideo non tantùm res summas, sed etiam præcipuas & ordine primas significat, ipsúmque rei principium *Exod.* 12. 2. *Psal.* 119. 160. fatente id Cammio, & *Ezech.* 16. 31. & 40. 1. *Isai.* 41. 26. *Eccles.* 3. 11. & alibi passim. Cur verò hic potiùs capiamus de culmine quàm de fundamento ratione nullâ solidâ nituntur, sed commētis fabulosis Rabbinorum, quæ quod

Pagninus. Isidorus Clarius Leo Iudas Vatablus. Palacius. Stunica.

Cammius.

quod breuiter ponat Palacius, ex eo non pigebit referre: [*Ego*, inquit, rem ita intelligo, & planissimè & suauissimè. In loco vbi templum erat ædificandum, mons erat, qui ex ruinis Hierosolymæ à Nabucho-
4 Reg. vlt. donosore vastatæ, ibi aggestus erat. Erat verò mons ille magnus, hostibus scilicet Iudæorum ita procurantibus, ne ibi templum posset reædificari. Cùm ergo mons ille magno esset impedimento ad templū ædificandum, ridet poëta montem dicens, Quis tu es, vt templum impedias? In planum reduceris iussu Zorobabelis. Tunc incipiunt Iudæi
1. Esd. 5. montem fodere, dúmque fodiunt educitur pulchertimus lapis. Eum lapidem primariū Zorobabel fundamentis olim iactis imponit. Tūc ingens gaudium surgit in plebe, & multæ gratiæ Deo aguntur ab omnibus; maximè verò *à Zorobabele.*] sic ille, quæ video dici aptè conficta. si gesta contendas, docè ex aliquo scriptore. si nullum proferre potes: fatearé conteruisse illū quod probabiliter poterat accidisse. si, nec Iosephus, neque antiquiorum aliquis hoc prodidit, vnde natum? in cerebro an calamo Iarrij, & similium, qui ad libitum fabellas excogitant, & quasi puerulis ad somnū conciliandum obtrudunt nobis? Nam de monte illo quod quæso vestigium vel Regum vlt. capite, vel in totâ Esdræ, aut reliquâ Historiâ sacra, aut Iosephi *lib.* 10. 11. *antiquita.* (quibus illa tempora describuntur,) quod verbum exstat? Vnū est dumtaxat 1. *Esdræ cap.* 5. *v.* 16. quod contra nos facere videatur, prima templi fundamenta iacta fuisse priùs Cyri tempore à Sassabaro. itaque Zorobabelem nō posuisse primum lapidem. Sed facilis responsio; nam ex Iosephi *libr.* 11. *cap.* 1. patet Zorobabelem etiam à Cyro missum, vt ædificaret templū, & ideo verum esse quod post Rabbinos quosdam Liranus tradidit, Sarabassar illum esse Zorobabelē, sicut enim Danieli, & tribus sociis alia nomina ab Assyriis indita, sic & Zorobabeli verisimillimum. Idem ergo tempore Cyri cœpit fundare templum, & tempore Darij perfecit. hoc enim est quod ait Zacharias, *educet lapidem primarium*, hoc est, à fundamentis ædificium ad fastigium consummabit & perducet. *Mons* verò magnus metaphoricè vocatur Diabolus (vt exponit Rupertus) siue Antichristus (vt optimè S. Hieronymus, & etiā Cyrillus hāc agnoscit) vel vt Theodoretus, superbę gentes quæ conabantur impedire ædificationem. Notum certè nomine *montium* Principes solere intelligi, cæteris vt throno, sic animis elatiores Psal. 71. 3. *suscipiant montes pacem populo & colles iustitiam.* Habacuc. 3. 6. *contriti sunt montes sæculi, curuati sunt colles mundi.*

S. Hieron. Cyrillus. Theodor.

Respondi argumento iuxta sententiam eorum qui de Hierosolymitani templi ædificatione ista acceperunt. Nam iuxta verioré quæ est de vltima Ecclesiæ Christianæ consummatione temporibus Antichristi accipi nulla vis est obiectionis. Nam lapis iste fundamenti est ipse CHRISTVS, quem quando contra populum Zorobabelis, hoc est Iudæos conuersos, consurget Antichristus, Spiritus Sanctus prædicatione Henoch & Eliæ educet, docendo Iudęos non posse illos ad ædificium cœlestis Hierusalem pertinere, nisi illi lapidi superædificentur. Lege Riberam eruditè ista commentantem. Illud addo instituto meo necessarium, posse nos vti hac prophetiâ Zachariæ contra Principes, CHRISTI Ecclesiam

siam impugnantes, vt significemus eorum superbiam vanam & irritos conatus contra Petri nauiculam, vel nauiculæ huius non minimas partes Ordines probatos Religiosarum familiarum; *Quis tu mons magne coram Zorobabel in planum?* desine cum Deo pugnare. recordare vel fabularum, Gigantes illi theomachi sub aquis gemunt, montes montibus oppressi. In B. LXX. Cyrilli scholiis duæ habentur huius loci interpretationes, vna qua Zorobabel CHRISTVM interpretatur, quæ est idonea illi adagiali vsurpationi, quam dixi, & eam his verbis Latinè redditis proponit; [*Difficilis* valde locus, videtur increpare Satanam resistentē CHRISTO: quod supra etiam in ænigmate describebatur. dixit enim vidisse *diabolū à dextris Iesu Sacerdotis*, &c. Quemadmodum autem resisteret, perspici potest ex tentationib. diaboli, cùm accessit ad CHRISTVM, & cùm Iudā impulit ad facinus proditionis. *Quis* ergo es, inquit, *tu mons magne?* Quis est rogare, non est ignorantis, sed contemnentis: quamuis magnus *mons*, id est ingēs impedimētū videretur esse CHRISTO hæc perficere *volenti.*] Adiungit idem Cyrillus alteram expositiōnem, paulò remotiorem, & sapientem allegoriā his verbis; [*Dixerat* supra illa non esse humanis viribus perficienda: deinde quasi aliquis rogaret, Quis ergo es tu, qui hæc absq; vllo labore aut bello facturus es? respondet, ego mons magnus ante faciem Zorobabelis, id est, ego sum naturâ omnia superans, qui omnia promissa perficiam facilè ante faciem Zorobabelis. CHRISTVS enim faciens, patrem cooperarium aiebat: *ego à me ipso facio nihil, sed pater in me manens ipse facit opera.* Apud Danielem etiam Deus pater vocatur *mons magnus, ex quo lapis sine manibus excisus est, qui contriuit aurum*, & qui quidem lapis typus erat CHRISTI, qui cōfregit omnia regna, vt ipse deinceps *regnaret.*] de hoc lapide sequitur.

Cyrillus. Daniel. 2.

Longè quoque aliter λίθον κλυρονομίας exponunt Patres orthodoxi consentaneè præcedentibus de CHRISTO. D. Hieron. *Educam lapidem hæreditatis*: de qua scriptum est Psal. 15. b. *Tu es qui restitues hæreditatem meam mihi.* & in alio loco: Ps. 46. a. *Elegit nobis hæreditatem suā, pulchritudinem Iacob quam dilexit.* Et rursum: *Facta est pars Domini Iacob, funiculus hæreditatis eius Israël.* & in 2. Psalmo; *Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula à me & dabo tibi gentes hæreditatē tuam.* Educet autē Dominus *lapidem primarium*, de quo legimus Ioan. 1. a. *In principio erat verbum, & verbū erat apud Deum, & Deus erat verbum. Et omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factū est nihil.* CHRISTVS ergo hic lapis hęreditatis; quia fundamentū Ecclesiæ quæ hæreditas. S. Cyrill.

D. Hiero.

B. Cyrillus postquam docuit CHRISTVM esse lapidem illum victorem & confractorem regnorū sæculi cunctorum, de quo Daniel *cap.* 2. subdit ista: [*Hic ergo* lapis factus est nobis in hæreditatem. Vocati enim sumus per eum in adoptionem, & facti hæredes Dei viuentis lucrantes gratiam æqualitatem gratiæ. Data est enim Israël vetus illa gratia, qua liberati sunt ex Ægypto, transierunt mare, comederunt manna, transierunt pede Iordanem, & introducti sunt in terram promissionis: huic gratiæ alia similis per CHRISTVM nobis data est. Quæ enim illis facta sunt secundùm carnem & sensum, hæc nobis perfecit CHRISTVS spiritualiter,

tualiter, libertatem ex seruitute diaboli, libertatem ex passionibus & carnalibus immunditiis, velut per mare transiens superatis fluctibus huius vitæ, & superatâ amaritie solicitudinis, comedimus panẽ de cœlo, quod est mysterium: transiuimus Iordanem, & habuimus circumcisionem spiritualem, factíque sumus hæredes ciuitatis cœlestis. Hoc puto Ioannem significasse, cùm dixit: Ioan. 1. *Gratiam pro gratia, quia lex per Moysen data est*, &c. fuit enim minister & mediator illius veteris gratiæ Moyses; secundæ autem gratiæ CHRISTVS: quæ quidem similitudinem habebat cum illâ: quia illa typi erant ad veritatem, id est parturientes pulchritudinem veritatis præstantioris, quanto spiritualia præstant sensibilibus: sicut Paulus ait; *melioris testamenti factus sponsor.*]

Hæc Cyrillus, quæ quanto præstantiora sint illis Rabbinicis de fastigio, de termino seu limite agri, de acclamationibus populi lætãtis, videt, qui aliquid in lege nouâ, & in sacrâ Scripturâ, & in Theologiâ verâ & solidâ videt. Finio cum Ruperto, hûc *lapidẽ* exponente CHRISTVM lapidem facientem vtraque vnum, lapidem angularem & honorificatum; quem *educet*, id est crescere faciet, vt fiat mons magnus, & impleat vniuersum orbem terrarũ. Rupertus.

Vsus adagij. Vsurpari poterit *Lapis primarius*, de bonis Principibus qui CHRISTVM imitantur; & de omnibus qui spiritualis alicuius ædificij fundamenta sunt, quales sunt religionum Patriarchæ, Benedictus, Augustinus, Bernardus, Bruno, Norbertus, Dominicus, Franciscus, Ignatius & alij.

EX CAP. IV. VER. X.

ADAG. 1015.

Lapis stanneus in manu.

Lapis stãneus, &c.

VIdebunt *lapidem stanneum in manu Zorobabel.* Constat Hebræa *haeben habedil* האבן הבדיל lapidem stanni seu stanneum significare: sed quid locutio indicet non ita certum.

Vna sententia est significari lapidem perpendicularem, quo ædificantes vtuntur pro normâ & perpendiculo, quod ex stãno vel plumbo fieri solet. sic Ionathan hîc, & ita hoc loco perpendiculum vertit Leo Iudas, & exponunt Vatablus, Pagninus, Mercerus, Cornelius, & alij: & tunc significaretur architectus operi diligenter & seriò instans, & exactè cuncta dirigens atque disponens. sic exponunt Stunica & Ribera. Alia est attendi ad naturam & materiam ipsius stanni, sed hi non eodem modo accipiunt. Nam Palacius ad colorem refert tantùm: vult enim significari CHRISTVM stannei coloris, hoc est subobscuri fulgoris & pretij vilioris, quàm argentum vel aurum: sic notari fidei Christianæ obscuritatem, & quàm à multis reputetur vt vilis. Quæ interpretatio reuera nec aurea nec argentea est, sed fortè nec stannea. Clariùs splendent Patrum commentarij, qui longè alia in stanno considerant.

Duplex sententia.

Ionathã.

Leo Iudas

Vatablus.

Pagninus.

Mercerus.

Cornelius

Stunica.

Ribera.

Palacius.

S. Hieronymus sic vult vocari CHRISTVM: *Lapidem* quidem eò quòd sit mirus fortitudoque credentiũ; *stanneũ* verò, quia sicut stannum ab igne alia metalla defendit; & cùm naturâ æs & ferrum sint durissima, tamen si absque stanni admixtione igni committantur, vri

S. Hieron.

solent & cremari: sic omnis angelorum & hominum fortitudo, si non habuerit auxilium Saluatoris, imbecilla probatur & fragilis. Addit etiam alteram interpretationē, Lapidem hunc, id est malleum, qui Hebraicè dicitur *habedil*, si etymologiam spectemus, idem esse quod ἀποχωρίζων id est, *separans* & *secernens*; quod CHRISTO optimè conueniat, quia sicut stannum mixta & adulterata inter se metalla per ignē conflata dissociat: ita CHRISTVS verus probator & χωνευτης, ab auro & argento bonorum operum, æs plumbumque secernit, vt purum aurum maneat & argentum. de quo etiam alibi in Euangelio; Luc. 3. *cuius vētilabrum in manu suâ, & ipse purgabit aream suam, & separabit paleas à tritico*; qui clamat per Ieremiā; *Quid paleis ad frumentum, dicit Dominus.*

Stāni proprietas.

S. Cyrillus, hanc vltimam, & alias præterea duas interpretationes suggerit, sed stannū & plumbū pro eiusdem conditionis ac naturæ metallis vsurpat. Verba eius sic Latinè reddita repperi; [*Aiunt* stannū mistum esse ex ære & plumbo, & ideireo neque desinere omnino esse asperum, neque desinere esse molle: sic CHRISTVS compositus est ex diuinitate infrangibili, & ex humanitate quodāmodo ἰμπαθεῖ. Præterea sciendū est quòd adamātē, quem nulla materia potest vincere, frangit plumbum: sic CHRISTVS summè potens & bonus Satanam tanquam adamantem frāgit; de quo scriptum est, *cuius cor ut adamantinum lapidis.* Præterea adhibetur stānum prout plumbum ad purgandas alias materias per ignem, est enim necessarium aurifici. Vnde Ieremias in ænigmate, *Defecit* (inquit) *conflatorium, defecit plumbū. in vanū aurifex elaborat argentum: malitia enim non sunt liquefacta.* Ergo cum stanno & plumbo comparat CHRISTVM tanquā cōsumentē sordes.] tā multa Diuus iste, qui quædam de stanni natura insinuauit, vereor ne mirabiliora quàm exploratiora. Vt vt est iuxta has expositiones, ad CHRISTI similitudinem, Iudices, Syndici, & visitatores vocari possent stannei lapides, & de stanni natura officij sui præcepta decerpere.

Stanni ex ære & plumbo mixtio.

Plumbum adamantem frangit.

Vsus adagij.

Longè aliâ viâ incedunt Theodoretus & Rupertus: nam iste vult CHRISTVM vocari *lapidem stanneū* ante resurrectionem: quia gloria eius tempore passionis occultata fuit; *candelabrum aureum* dici post resurrectionem propter glorificatæ humanitatis manifestationē. Theodoretus verò vult ob infirmitatē & vilitatē sic vocari, ex opinione perfidorum qui potentiam Dei ad ædificationem templi imbecillam æstimabant. Si quis ergo appellatione *lapidis stannei* ad conuitium abuteretur, hos habet authores: quorum mihi sententia nullo modo probatur.

Theodor.

EX CAP. V. VERS. I.

ADAG. 1016.

Volumen volans, vel, falx volans.

Volumen volans.

DIcitur de diuinâ: *volumen* à formâ: & quia sententiā continebat condemnatoriam impiorum; *falx* ab effectu & energia, quia non inanes sed certæ & efficaces minæ: *falx* ergo *volumen*, & *volumen falx* dici potest. nec voluminis, hoc est oblongæ membranæ explicatæ (tales enim libri Hebræorum, qui circumuoluebantur, & reuoluti plicabantur) à messoriâ falce valdè absimilis est forma. Constat etiam, vt Riberæ & Stunicæ obseruatum

Ribera. Stunica.

seruatum in מגלה posse ה finale vt hecmanticum legendo omitti; tunc *maghal* legeretur, quod *falcem* significat; posse quoque legi *megbillah*, retento ה, quod significat *volumen*. Quam ego lectionem veram puto, quæ hodie exstat, & placuit Ionathæ Chaldæo, & Rabbinis recentioribus, & veteribus interpretibus. Nam Aquila & Theodotion verterunt *pellem & membranam*, διφθέρα: Symmachus κεφαλίς, *capitulum*, scilicet libri: soli Lxx. δρέπανον πετόμενον *falcem volantem*: non quidem (sic opinor) aliter legentes quàm noster & cæteri: certum enim est prophetam vno tantùm modo pronunciasse, & probabilissimum pronunciasse vt noster legit: sed sensum dumtaxat & effectum sententiæ latæ attendentes, quæ certam irrogat successionem seu demessionem: quod falcis proprium; & ideo in sacra Scriptura vt mentio fit *sagittarum & gladij*, Deuteron. 32. 42. *inebriabo sagittas meas sanguine, & gladius meus deuorabit carnes.* Isai. 34. 5. *inebriatus est gladius meus in cœlo*, & Ierem. 46. 14. & Psal. 7. 13. & *securis* Matth. 3. 10. sic & *fascis* mentio fit Apocal. 14. 18. *mitte falcem tuam acutissimam & mete vineam tuam.* hoc de falce sic Cyrillus inquit; *vidi falcem instar auis in altum sublatam, ac velut in cunctam terram trãsilientem, valde longam & latam dimidio minus.* Chrysostomus autem copiosior est *hom.* 15. *ad pop. Antiochen.* vult falcem visam; vt vltionem ineuitabilem esse, & supplicium euitari non posse intelligamus. [*Ensem* enim (ait) volantem fortan aliquis effugere poterit: falcem autem in collum delapsam & pro funiculo factam, nemo fugere potest. Cùm autem & alæ adsint, quæ saluti vlteriùs *spes*?] *& hom.* 27. ita scribit: [*Volans* velocissimum vltionis incursum significat. Multorum verò cubitorum longitudo & latitudo, vehementiam indicat & magnitudinem malorum: at ex cœlo volare, ex superno tribunali sententiam ferri: Falcata verò forma ineuitabilem supplicij sortem. Sicut enim quocumque falx incurrerit, non solùm secum arripit, verùm & caput *amputat*, &c.] quod dixerat falcem pro funiculo factam, sic intelligo, eò quòd est incurua, & quasi in se reflexa, circulum imitari. nam ideo B. Gregorius eam circulo comparauit, verbis huiusce modi, quæ huic loco illustrando sunt valdè apta: nam *lib.* 33. *Moral. cap.* 14. explicans verba *Iob.* 40. 21. *Numquid ponet circulum in naribus eius?* scribit; [*Quod* hoc loco *circulum*, id scriptura sacra per Ioannem in Apocalypsi, *falcem* vocat. Potestas enim diuini iudicij, quia vndique stringit, *circulus* dicitur: & quiâ intra se omnia incidendo amplectitur, *falcis* appellatione signatur. in falce enim, quicquid incidit, quaqua versum flectimur, intus cadit. Et quia potestas supremi iudicij nullatenus euitatur (intra ipsam quippe sumus, quolibet fugere conemur) rectè cùm venturus iudex ostenditur, falcem tenere perhibetur: quia cùm potenter ad omnia obuiat, incidendo *circũdat.*]

Ionathas Chaldæus Aquila Theodot.

Symmachus.

B Grego.

Apoc. 14.

Cyrillus

Chrysost.

Itaque Zacharias, videt volantẽ & in nullius manu, quia sententiæ pronunciationem siue tenorem vidit: Ioannes in manu angeli vidit, quia de ipsâ executione sententiæ agebatur. Zacharias vnicam vidit; quia respiciebat ad populum cui vaticinabatur: Ioannes duas vidit, quia de toto loquebatur humano genere, messoriam pro gentibus, de quibus dictum, *ecce albæ sunt re-*

Falcis visio.

giones ad messem. Ioan. 4. 35. *vinitoriam* pro Iudæis, qui solent *vinea Dei* appellari; *Isai.* 5. 1. & in Euangelio *Mar.* 12. *a. v.* 1. Viegas in *Apoc. c.* 14. in fine vult *messoriam* ad senes referri: qui maturâ iam ætate decedũt, & meritò messi aridæ aptæ ad metendum comparantur: vindemiatoriam, ad adolescentes qui florenti adhuc ætate vineam pulchris refertam botris repræsentãt. Aptior est & sacræ Scripturę vsitatior Ambrosij & Andreę interpretatio, per *messoriam* significari demetendos bonos, qui messis terræ vocentur; per *vindemiatoriam* resecandos improbos, qui botris solent comparari. lege Riberã *ad d. cap.* 14. *à v.* 87. Hæc de falce.

Falx messoria

Vindemiatoria.

Ambros. Andreas.

Ribera.

Quod attinet ad *volumen*, puto describi opistographum etiam tergo inscriptum: & quæ de volatu, & de circulo seu circumflexione ad collum dicta sunt à Gregorio & Chrysostomo, huic pelli seu membranæ faciliùs adhuc accommodari posse: pulchrâ allusione, tum ad elogia seu titulos reorum, qui illis superimponebantur, vel alligabantur, vt docet Lipsius 2. *de cruce cap.* 11. nec enim semper crediderim in tabellâ; sed variâ materiâ: tum ad phylacteria, in quibus legem descriptam gestabant; *Deutero.* 6. 8. *Matth.* 23. 5. qua lege periuria & furta verabantur. q.d. vt ostẽtastis legem, & non seruastis, titulũ pœnæ gestabitis. Symmachus ad breuiculi formam respexit. Aquilã & Theodotionẽ subindicat Sixtus Senens. *lib.* 2. *Biblioth.* verbo *volumen volans*, respexisse ad pellem caprinam Amaltheæ capræ; in qua poëtæ Iouem fingunt omnia hominum facta describere; & multa quidem pro tempore dissimulare, vetùm aliquando tandem de improbis pœnas sumere: vnde natum adagium ὁ Ζεὺς κατεῖδε χρόνῳ εἰς τὰς διφθέρας: *Iuppiter ferus diphtheram inspexit*: à qua etiam narũ aliud prouerbium de iis, qui fabulosas nugas referrent, ἀρχαιότερα διφθέρας λαλεῖς. *antiquiora loqueris quàm sit diphthera.* Sed falluntur qui hoc putant. nam διφθέρα simpliciter, quamuis animanti detractam pellem significat; & inde membranæ omnes, in quibus scribebatur, διφθέραι dictæ primùm ab Ionibus, vt docet Herodotus *lib.* 5.

Volumen.

Gregorius. Chrysost.

Lipsius.

Symmachus. Aquila Theodot. Sixtus Senensis.

Amaltheæ capra.

διφθέρα.

διφθέραι. Herodot.

Vltimò non placet quod Paulus Burgensis, & eo nõ nominato Messana, locũ Zachariæ de Thalmuth explicent: nam explicatio cum præcedentibus non satis cohæret: & sequenda quando possumus regula hîc tradita à B. Cyrillo his verbis; [*Cur autem*, cùm multa alia peccata populi essent, horum meminerint, considerare oportet; solitum esse Deum per prophetas loqui, quæcũque illi tẽpori erãt maximè necessaria, vt erat hæc visio illi tempori. Quia scilicet statim vt redierunt ex captiuitate, cùm legẽ Moysis seruare deberẽt, potiùs contrà violabãt. si quidem contra eam vxores ex gentibus finitimis duxerunt. Quod quidẽ non solùm vulgus committebat, sed etiã nobiles aliqui. Itaque cùm eã rem deflere et Esdras in templo, & ad id congregata esset maxima multitudo, dixit Iechonias filius Elis: *Esdra, nos peccauimus in Dominum Deum, & duximus ad domos nostras, vxores alienigenas*, &c. Et paulò post, idem, *In hoc fiat nobis iuramentum ad Deum eiicere omnes*, &c. & surgens Esdras adiurauit omnes principes tribuum, & sacerdotum & Leuitarum & totius populi, vt facerent hæc, & iurauerunt. Erat ergo necessarium proponere maledictionem & supplicium impendens, vt seruarent iuramẽtum.

Paulus Burgẽs. Messana.

Cyrillus.

Præte

Præterea quia ædificato templo magna vis pecuniarum erat congregata, quam partim Darius dederat, partim populus obtulerat: probabile est, eos, qui præpositi erant gubernationi huic, auertisse aliquid de consecratis Deo: idcirco contra fures etiam proponit maledictionem, ne pecunias sacras in priuatos vsus *verterent.*] ita S. Cyrillus; quæ cùm sit optima expositio literæ, patet quàm aliena mens prophetæ fuerit à Thalmud.

ADAG. 107.

EX CAP. IX. VERS. XIII.

Extendi vt arcus.

Extendi vt arcus.

Sensus adagij.

DIcitur de eo qui expeditus planè est in prælio, & hostiũ victoriam facilè obtinet. Metaphora elegans, cuius sententiam hîc

Cyrillus

Cyrillus verissimè & aptissimè proposuit, explicans promissionem propheticam; *extendi mihi Iudam quasi arcum*, ait; [*Conueniunt* hæc in Apostolos, qui ex genere Israël percurrerunt regiones gentium, & eas ad agnitionem veritatis adduxerunt. Ergo *extendi te vt arcum*, id est per te iaculabor in aduersarios, & implebo in Israël. Sumptum est ab eo, quod fit in arcu: cùm enim neruum & ferrum arcus adducimus prope papillas, tunc dicuntur iaculatores implere arcum, & fit vehemens iaculatio. Est ergo διάφορον μεταφορικόν. Et vocat Iudam & Ephræm totum genus Israël: ex quo primi Apostoli armati verbo Dei, & facti velut arcus cæteras gentes aduersantes percusserunt diuinis dogmatibus, percusserunt, inquam, & vulnerauerunt nõ ad mortem, sed ad charitatem. Vnde sponsa in Canti. se appellat *vulneratam charitate.* De his discipulis Dauid; *sicut sagitta in manu potentis, ita filij excussorum.* Sic vocat Israëlitas tanquam τῆς θείας χάριτος ἐκπεπτωκότας.] Conuenit ergo in bonos concionatores qui diuino ardentes igne eodem traiiciunt corda audientium. Quod attinet ad phrasim; vides etiam, Cyrillum illud *impleui*, pro extendi accepisse. gnarus enim erat Hebraismi, quem recentiores hîc notant, *implere arcum* pro extendere; quam phrasim etiam ex Vegetio hic probat noster Ribera. Sumptam puto à Lunâ, quæ *plena* vocatur quando coëuntibus cornibus in circulum reflectitur; huic enim arcus summa vi extensus similis.

Vsus adagij.

Vegetius. Ribera.

ADAG. 1018.

EX CAP. XI. VERS. V.

Pecora occisionis.

Pecora occisionis.

QVi ad mortem dumtaxat reseruantur, sicut pecora victimis destinata vocantur, pecora vel oues occisionis, hîc & *psalm.* 43. 22. *Propter te mortificamur totâ die, æstimati sumus sicut oues occisionis*, quod paulò antè aliter dixerat *v.* 12. *dedisti nos tanquam oues escarum*, nempe quæ non seruantur ad lanam aut lac, non vt tondeantur vel mulgeantur, sed vt necentur deuorenturque. Sic Ierem. 12. 3. *congrega eos quasi gregem ad victimam, & sanctifica eos in die occisionis* & Ezech. 34. 8. *facti sunt greges mei in rapinam, & oues meæ in deuorationem omnibus bestiarum agri.* S. Cyrillus hîc, Oues occisionis *dicit, aut quia non multò post occidendæ erant, scilicet à Romanis: aut* oues occisionis, *id est, quas vos occiditis alioquin pastores, cùm nõdum tamẽ aduenerit tempus quo sunt*

Pecora occisionis.

Sensus adagij.

S. Cyrillus.

occidendæ. Prior expositio etiam D. Hieronymi est, quam Messana hîc secutus.

D Hiero. Messana.

ADAG. 1019.

IBIDEM VERS. XV.

Vasa pastoris stulti.

Vasa pastoris stulti.

HEbræi & Vatablus volunt significari instrumenta prorsùs inidonea ad munus obeundum, vt peram nimis paruam, vel, peram pertusam & similia. quia *stultum* accipiunt pro stolido, vt vertit Leo Iudas. Sed cùm sit de Antichristo sermo, patet stultum more sacræ Scripturæ sumi de scelerato potiùs, vt vltimo loco Theodoretus explicat. Egerat de optimo pastore, CHRISTO; quẽ Iudæi repudiarunt, cui duæ virgæ erant; hoc est optima pascendi instrumenta omnia: nunc agit de sceleratissimo, quem Iudæi recepturi: cùm tamen illi sint futura vasa pessima ad pascendum: puta, pro baculo gladius, pro perâ laqueus, pro oleo seu vnguine toxicum lethale, pro dulci sibilo increpationes & maledicta. S Cyrillus: *Qui sunt periti muneris pastoralis, exiles gestant virgas, vt si quando sint oues ferienda, ne frangãt quod percusserint: cõtra imperiti clauis baculisque magnis hoc aguni. Que propheta nunc appellat instrumẽta pastoris imperiti.* D. Hieronymus etiam cætera pastoris insignia, peram, fistulam, sibilum dicit debere capi. Rupertus *stultum* exponit non per ignorantiam errantẽ, sed per malitiam repugnantem; & subdit hac ignoratione insipientem à stulto distingui. Non est dubium quin *vasa pastoris stulti* possint vocari instrumenta, quibus hæretici pascunt seductum suum gregem. Nam sic accepit hunc pastorem B. Cyprianus *libro ad Nouatianum in fine.*

Hebræi. Vatablus. Sensus adagij. Sulcus pro stolido. Leo Iudas.

Stultus pro scelerato. Theodoretus.

S. Cyrillus.

D. Hiero.

Rupertus.

Cyprianus.

EX CAP. XII. VER. II. ADAG. 1020.

Poni superliminare crapulæ.

Poni superliminare crapulæ.

CVm Hebraicè sit סף-רעל *saph rabbal*, & סף significatum sit duplex, *limen* & *calix*: natæ sunt duæ sententiæ.

Duæ sententiæ.

Prius significatam amplexi fuerant Lxx. vertendo ὡς προθυρα σαλευόμενα, *vt superliminaria commota* seu *quæ mouentur*: quos secutus D. Hieronymus vertit *superliminare crapulæ*, singulare ex Hebræo retinens, exponit autem, talem poni Ierusalem, hoc est Ecclesiam, vt quicumque limen illius attigerit, inebrietur & corruat: siue ipsum superliminare in ipsum corruat à quo contingitur. quâ secundâ expositione videtur accipere de supremo ostij poste: prior capi potest de ipso limine, seu lapide liminari, in quem qui ebrij sunt, impingentes corruunt, & sic accepit Palacius. De eodem limine capit Strunica, sed vult indicari eos qui tantum ad limen Ecclesiæ accedunt, hoc est à limine salutant, nec volunt ingredi, vertigine corripi more ebriorum. Pater Ribera, non de ipso limine accipit, sed de ipso superliminari, vt sit Metaphora ducta ab ebriis, quibus superliminare domûs quam ingredi vel egredi volunt, moueri videtur, & ideo ipsi quasi insani putantes se commoueri, corruunt. Sic accidere hostibus Ecclesiæ, qui ad eam oppugnandam veniunt; eos enim insaniâ velut crapulâ corripi. Fortassis Lxx. ideo plurale posuerunt, quoniam ebriis

Palacius.

Strunica.

Sensus adagij.

Ribera.

LXX.

ebriis omnia videntur gemina, ſicut & entheis. Docui *in aduerſar. & in commentario ad Senecæ Agamemn. verſ.* 724. Non placet quod Theodoretus retulit ad ipſam ſuperliminaris veram ruinam. Nam hæc Eccleſiæ nõ eſt pertimeſcenda. Minùs etiam quod Rupertus cẽſuit ſuperliminare pro totâ poni domo ſeu Eccleſiâ, & crapulam in bono ſumi, pro refectione & ſaturitate ipſius Eccleſiæ: quod eſt ſecutus Meſſana volẽs alludi ad coronarum morem, quo hederæ ramus vel ſcyphus vini ſuper oſtium ponitur ſignum mercis venalis. Idem addit intelligi de feſto Pentecoſtes, quo Iudæi Apoſtolos muſtoplenos iudicarunt. Act. cap. 2. Lege ſi lubet. Ego propoſui quod noſtram verſionem cum Lxx. conciliat.

Theodor. Rupertus.

Poſterius ſignificatum סף eſt *calix* ſiue *ſcyphus*: ideo Chaldæus expoſuit *vas plenum ebrietate*, Leo Iudas vertit *calicem commouentem*, Iſidorus Clarius & Pagninus *calicem ebrietatis*, Montanus & Vatablus *ſcyphum ſoporis*; nonnulli *calicem veneni* ſeu *mortiferum*; quæ omnia facilè cõciliari poſſunt. Nam & ſopor ille ferreus eſt, hoc eſt lethalis; & ebrietas quoque primùm commouet & turbat, poſtea ſomno tradit, hîc deinde fratri ſuo morti. Stunica mauult hoc loco *vas vinarium* intelligi, & ſic dictum סף, fortè quòd ob longitudinem liminis aut poſtis portæ ſpeciem habebat: & ſic confirmat ex vulgata verſione 3. *Reg.* 7. *v.* 50. & 4. *Reg.* 12. 13. vbi noſter *hydrias* vertit, & ſic mauult reddi *Exo.* 12. *v.* 21. vbi noſter vertit *in limine*, quod non tam facilè intelligatur quàm *in vaſe*. Sed vas illud in limine poſitum erat, & ideo ait *in limine*; quis verò intelligat de ſanguine non contento in aliquo vaſe, ſed effuſo ſuper limen? ſanè etiam Lxx. illic vertunt, qui eſt πρὸς τὴν θύραν *prope ianuam*. Nomen verò hydriarum ſatis indicat non agi locis illis aliis de vaſe vinario, ſed de vaſis minùs aptis ad crapulam. Cætera quæ addit, concionatoria ſunt, ingenioſa tamen. Sed quid neceſſe tritam veſtigiis Patrum viam deſerere, non minùs expeditam, & ad eumdem nos terminum deducentem?

Chaldæus Leo Iudas Iſidorus Clarius. Pagninus Mõtanus. Vatablus. Stunica.

IBIDEM VERS. III.

ADAG. 1021.

Lapis oneris.

Lapis oneris.

Eben mahhamaſah אבן מעמסה.

LXX. λίθον καταπατούμενον, *lapidem qui conculcatur*. Chaldæus; *Eben taqla, lapidem offenſionis.*

LXX. Chaldæus

Rabbini, & cum iis Lyranus, Leo Iudas, Vatablus, Clarius, Stunica putant eſſe dumtaxat Hebraiſmum, quo genitiuus ſubſtantiui ponitur pro adiectiuo recto, vt ſignificetur lapis grauis ſeu ponderoſus, qui leuantibus illum ſit nocumento. Hi more ſuo vt facilem reddant ſacram Scripturam, erudition & pondere illam priuant: & vereor, ne verè ſibi faciant illam & ſequacibus ſuis *eben mahhamaſah.*

Rabbini. Lyranus. Leo Iudas Vatablus. Clarius. Stunica.

Lxx. verſionẽ ſic explicarem, vt cùm maximè hoſtibus Eccleſia videbitur conculcari, tunc ipſa hoſtes ſuos opprimat, & illudat illudentibus. Conculcatum ergo dici non re, ſed ſpecie, non veritate, ſed æſtimatione: quod facile eſt conciliare cum noſtra verſione, & facilius cum Chaldæo; nam *offenſionis* lapis eſt impugnantibus eam, *oneris* quoque conantibus eam loco & throno mouere. Theodoretus, Cyrillus & Hieronymus, verè

Theodoretus. Cyrillus.

concul

conculcatam à gentibus censuerunt; sed Theodoretus de terrenâ Ierusalem à Romanis vastatâ, cæteri de Ecclesiâ à Gentilibus persecutionem passa acceperunt.

Hieron. Remigius Rupertus. Strabus. Palacius. Ribera. Messana.

Nostræ versionis sententia fuit à B. Hieronymo eruditè proposita, quem Remigius, Rupertus, Strabus, Palacius, Ribera, Messana meritò sequuntur; nempe morem fuisse in Iudæa veterem, suo adhuc tempore obseruatum: vt in viculis, oppidis & castellis rotundi lapides ponderis grauissimi ponantur, ad quos iuuenes exercere se soleant, & eos pro varietate virium subleuare, alij vsq; ad genua, alij ad vmbilicum, alij ad humeros & caput, nonnulli super verticem rectis iunctisque manibus magnitudinem virium demonstrantes, pondus extollant. Addit etiam Græcorum morem similem fuisse. Nam se in arce Atheniensium iuxta simulachrum Mineruæ, vidisse sphæram æneam grauissimi ponderis, quam ipse pro imbecillitate corpusculi mouere vix potuerit: cùm autem quæreret, quidnam sibi id vellet; respósum ab vrbis eius cultoribus, athletarum in illâ massâ fortitudinem comprobari; nec priùs ad agonem quenquam descendere, quàm ex leuatione ponderis sciatur, quis cui debeat comparari.

Mos in Iudæa vetus lapides ad tollendi.

Item Græcorum similis.

Sensum itaque esse, Ierusalem positurum vt lapidem huiusmodi gẽtibus subleuandum, in quo quid quæque gens virium habeat, periculum fiat. Nam vnamquamque, quod possit damni daturam, sed non impunè; plus enim noxæ nocendo accepturam.

Sensus adagij

Duo sensus adagiales.

Iuxta hanc communem explicationem duo sensus adagiales inerunt: vnus de iis, quibus cùm cæteris conantur nocere, maius damnũ accipiunt: sicut cùm dicimus, *contra stimulum calces.* Alter de lapide experimentali, sicut dicimus *cotem virtutis*, vel *Lydium lapidem.*

Velim ab antiquariis locũ hunc D. Hieronymi de more prisco obseruari. pertinet enim ad gymnasticam, & docet morem à Iudæis ad Græcos propagatum. Lege si lubet Hieron. Mercurialem *lib. 2. de Gymnast. cap. 12.*

IBIDEM VERS. XI.

ADAG. 1022 Planctus Adadremmon, &c.

Planctus Adadremmon in campo Mageddon.

Sensus adagij.

PRouerbio ex historia sumpto maximum & funestissimum planctum significari nemo negat: vt nec agi de planctu Hierosolymitanorũm propter mortuum iustum Regem Iosiam, quem Pharao Nechao vulnerarat prælio victum in campis Mageddo, prope vrbem Adadremmon, quæ postea Maximopolis vocata. docet D. Hieronymus *ex 2. Paralipomen. 35. 22.* & *4. Reg. 23. 29.* Si spectes etymon, Adadremmon significat *malogranatum*, & Mageddo *successum*: ideo Lxx. (vt notante Stunica solent reddere nomina propria periphrasi eius quod significant) verterunt ὡς κοπετὸς ῥοῦν ἐν πεδίῳ Μεγεδδών, *sicut planctus malogranati quod in campo succiditur.* Ἐκεῖ, (inquit Hieronymus) *appellatur, non vna arbor malorum granatorum, sed locus his arboribus consitus.* S. Cyrillus aliter: *similem planctum ait fore, qualis est planctus agricolæ, malogranato arbore, cum malus excisa. arbor est* ἐυανθὴς *& frequentes à radice mittens ramos rectos & proceros, quæ cùm malis suis puniceis decoratur, tunc admirationem mouet, &c.* Subdit enim significari malogranato proceres reipub. Sed apertiùs

Stunica.

Cyrillus.

Theod. tiùs comparationem Theodoretus fuit executus his verbis; [*Quemadmodum* lignatores secantes maximum malorum granatorum ingentem strepitum faciunt: sic horum planctibus omnium mortalium aures circumsonabunt. Non temerè aliis arboribus relictis ex malogranato duxit similitudinem. Sed quia charissimi & primogeniti luctui illorum luctum comparasset: charitatis autem typus malogranatũ, grana habet continentia & coniunctissima, &c. potuit addere de colore pur pureo, qui amoris est *symbolum*.] In paraphrasi Chaldæa duæ tanguntur historiæ planctus; *sicut planctus Achab filij Amri, quem occidit Hader Remon filius Tabremõ in Ramoth Galaad: & sicut planctus Iosiæ filij Amon, quem occidit Pharao clandus in campo Mageddo.* voluit ergo Ionathan duas indicari historias, vnam voce *Mageddo*, alteram voce *Haderremõ*: & non vnicam de Iosiâ. & priorem quidem de morte Achab habemus 3. *Reg. cap. vlt. v.* 34. & 2. *paral.* 18. 33. Sed ibi luctûs funebris nulla mentio fit, & nomen occisoris reticetur, dicit tantum à quodam sagittam missam in incertum qua percussus Achab. Iosephus autem *lib.* 8. *antiqu. cap. vlt.* occisorem vocat Amanum vnum ex famulis Adadi Regis Syriæ: fieri potest vt eorum alteri fuerit duplex nomen. Quiduis fuerit, de planctu vehementi & communi & solemni dicetur: sicut apud Græcos fuit *planctus Adonidis*, quem Theocritus *eidyll.* 13. & alij poëtæ lugent, & Iudæi idololatræ aliquando frequentarunt. Sic enim noster vertit *Ezechiel.* 8. 14. *ibi mulieres sedebant plangentes Adonidem*, cùm Hebr. sit תמוז *Thammuz*. Vbi Lxx. θαμμούζ. & Chaldaicè *Thammuza*. Rectè tamẽ noster vertit, nam prætermissis nugamentis R. Dauidis, quæ prior tradiderat R. Salomon (vt refert Lyranus) & aliis quæ ex veterum idololatrarum libris scribit R. Moyses Ægyptius *lib.* 3. *Ductoris perplexorum cap.* 30. illa ridens non approbans; quæ habes apud Pagnin. in voce תמוז & apud Burgensem *in d. locum Ezechiel.* his inquam prætermissis, verum est quod censuit D. Hieronymus, Adonidem Græcorum, ab Hebræis & Syris Thammuz vocatum; & quia ille mense Iunio fuit occisus, ideo illũ mensem ab iis *Thammuz* vocari: idem voluit Theodoretus, & potest ex variis confirmari. Nam Adonis iste Veneris amasius fuit, & mulieres solebant quotannis in honorem Veneris eum plangere, sic Veneris luctum exprimentes & venerantes; qui dies festiui Adonia dicebantur. Venus ipsa hoc apud Ouidium. 10. *Metamorphos.* non obscurè indicauit, *luctus monumenta manebunt*

Semper Adonimei, repetitáq; mortis imago,
Annua plangoris peraget simulamina nostri.

Ideo in hymnis Orpheus eum vocat δακρύετιμον, quòd lachrymis honoretur. Macrobius *lib.* 1. *Saturnal. cap.* 21. Veneris & Adonidis fabulam physicè exponens in Venere terram, in Adonide Solem docet intelligi, probans ex Assyriorum religione, apud quos Veneris Architidis, & Adonidis olim maxima veneratio viguerit, quam religionem Phœnices retinuerint, *& simulachrum* (inquit) *huius Deæ in monte Libano fingitur capite obrupto, specie tristi, faciem manu lauâ, intra amictũ sustinens, lachryma visione conspicientium manare creduntur*, &c. sic ergo mulieres istæ cum Deâ Thammuz lugebant, accepta superstitione à vicinis Phœnicibus & Assyriis: nec

Malogranati charitatis typus.

Color pur pureus amoris symbolum.

Ionathã.

R. Salom.

R. Moyses Ægyptius.

Pagninus Burgẽsis.

S. Hieron. Adonis Græcorũ, quis apud Hebræos.

Theodor.

Ouidius.

Orpheus.

Macrobius. Veneris & Adonidis fabula.

Theocrit

R. Dauid.

aliaratio quærēda cur mulieres plāxisse,& non viros, propheta dicat.

Adonidis nomina.

Nec mirum Græcorum Adonidem *Thammuz* dictū ab Assyriis &Phœnicibus,cùm à Persis vocatus fuerit *Abobas*;à Cypriis verò suis aliquando *Gauas*, aliquando *Pherecles*, aliquando *Pygmaon*, vt docent Lilius Giraldus *Deorū syntagmate.*13.&Cælius Rhodig.*lib.*29.*antiq. lect.cap.* 19.

Lilius Giraldus. Cælius Rhodiginus.

ADAGIALIA EX PROPHETIA MALACHIÆ.

ADAG. 1023.

EX CAP. III. VER. II.

Herba fullonum.

Herba Fullonum.

DE herbâ hac egimus sup. *Lauare se nitro & multiplicare herbam boruth.*Nā illic D.Hieron.

D. Hiero.

Hebream vocem retinuit,hîc explicauit quod Hebr.est,*sicut boruth fullonum*, *vehboruth michabesim* וברית מכבסים Chal.*sicut boruth à quo dealbantur* sub.pāni.Lxx.ὡς πόα πλυνέντων,*vt herba lauantium.*Sic Hispanicè dicimus,*seruir de xanō.*Nam hæc herba saponaria ab effectu vocatur. D.Hieronymus de Deo;*his qui peccant grauiter ignis conflans est, atque cōsumens;qui autem leuia peccata cōmittunt,herba fullonis,vt lotis munditiam restituat.*Idem *in Ierem.*2. scribit,herbam fullonum in virentibus & humectis Palestinæ locis nasci; & ad lauandas sordes eandem vim habere quam nitrum.Theodoretus quoque herbam esse asserit: vt & Galatinus *lib.*3.*de arcanis cap.*12.qui addit Arabicè vocari *gazul.*herbam autem esse volunt R.Iona & R. Selomon.Quare non audiendi recentiores Vatablus,Figueirus & Arias, qui contendunt non rectè *herbam* verti,sed *saponem.*Felices ter & amplius qui hîc malunt emundari herba borith,quàm in purgatorio igne conflari. Rectè Quadratus homil. 15.Ignem probatorium & metallicum, & herbam fullonum metaphoricôs dici, propter similitudinem, quia vterque aduersatur impuritati, & elegantiæ atque nitori conducit:ille metallorum, hæc vestium lanearum. Illo vti argyrocopos, hac vestium lotores siue fullones. Pios autem auro & argento comparari, & iisdem vestem nuptialem candidam tribui.

Theodor.

R.Iona. R. Selomon Vatablus. Figueirus Arias.

IBIDEM VERS. X.

ADAG. 1024.

Aperire cataractas cœli.

Aperire cataractas cæli.

OLeaster & alij qui *fenestras* malunt, recentiores, non satis capiunt phrasin sacræ Scripturę. Nam sic non explicant vim illius, nec hîc,nec Gen.7. *v.*11. & ארבות *Aruboth*, non tam ipsum hiatum, quàm copiosam præcipitationem de alto imbris denotat,factam cum fragore.Tempore diluuij sic dicuntur apertæ cataractæ cœli, hoc est imbres maximi summâ vi de alto præcipitati : inde deducta locutio ad significandam summam abundantiam bonorum quæ Deus hominibus

Oleaster.

Aperire cataractæ cœli.

minibus largiturus, quæ auara vota & spem insatiabilem agricolarum superet. Nam sicut cæli clausi, penuriam ex diuina vindicta significant: sic contra cœli aperti vbertatem ex diuinâ beneficentiâ. Sic 4. *Reg.* 7. 2. Elisæo summam annonæ affluentiam promittenti Tristata ille respondit; *Si Dominus fecerit etiam cataractas in cœlo, numquid poterit esse quod loqueris?* & è contrario de magnitudine & multitudine supplicium dixit Isaias *cap.* 24. 18. *Qui fugerit à voce formidinis, cadet in foueam: & qui se explicauerit de foueâ tenebitur laqueo: quia cataractæ de excelsis apertæ sunt, & concutientur fundamenta terræ.* Sed de vtrisque Dauid *Psal.* 41. 8. cecinit, *Abyssus abyssum inuocat, in voce cataractarum tuarum.* Possumus ergo de vtroque Dei munere, nam & vltiones eius dona sunt, vsurpare; apertas esse cataractas cœli. Hoc loco D. Cyrillus dicit promitti pluuias & copiosam sufficientiam bonorum terræ ad viuẽdum. Figueirus vult subaudiri portas; probat, quoniã cataractæ sunt portæ ex funibus vel catenis pendulę, quę demitti solent: & quoniam Liuius vsurpauit portas cataractas; fateor apud Liuium vt mobile sumi: sed sacra Scriptura solet accipere vt substantiuum, ideo nihil necessarium subaudire: & apud Liuium potest esse appositio portæ quæ cataracta vocatur.

Cœli clausi. Cœli aperti, quid denotent.

D. Cyrill.

Figueirus. Cataractæ portæ.

Liuius.

IBIDEM VERS. XVI.

ADAG. 1025. Inscribi libro monumenti.

Inscribi libro monumenti.

HEb. סכר זכרון *Sepher zikaron.* Quod ad verbum Lxx. Βιβλίον μνημοσύνω. *Librum mnemosyni*, seu *memoriæ*, & Chaldæus, *memoriarũ*. totus locus; *scriptus est liber monumenti coram eo timentibus Dominum & cogitantibus nomen eius*; cum sensum habet, quem de vulgo recepto more dicentes, inscripti sunt albo amicorum Dei, quod album assiduè Deus intuetur, vt nunquam non eorum recordetur. Vnde sapit adagium *inscribi libro monumenti seu memoriæ Dei*, pro referri in eorum numerum quos Deus peculiari amore, fauore, cura prosequitur, vt suo tempore illos in regnum suum transferat. Sic *Deuteron.* 32. 34. ait Dominus, *Nonne hæc condita sunt apud me & signata in thesauris meis?* In libris memorialibus, in archiuis, S. Cyrillus hîc causam reddit cur non scribantur etiam mali in alio libro memoriali: & simul explicat ferè vt dixi, his verbis; [*Audiuit* Deus murmurationes, cúmque in eos animaduertere deberet, remittit tanquam Deus ἀμνησικάκως. Scripsit autem librum timentibus eum, de quibus Dauid, *in libro tuo*, inquit, *omnes scribentur*, & Dominus discipulis, *Gaudete magis, quòd nomina vestra scripta sunt in cœlo*, & Dauid maledicit Iudæis, *deleantur de libro viuentium.* Scribitur ergo liber memoriæ timentibus Deum, quos ait fore sibi familiares & intimos tempore acquisitionis. cùm scilicet descendet CHRISTVS è throno maiestatis comitantibus angelis, & statuet oues ad dẽxtram, & hœdos *ad sinistram.*]

Lxx.

Chaldæus.

Sensus adagij

S. Cyrill.

Mali cur nõ in libro memoriali Dei inscribantur sicut boni.

EX CAP. IV. VERS. I.

ADAG. 1026.

Non derelinquet radicem & germen.

Non derelinquet, &c.

PEnitus exscindendos nullâ re relictâ, imo & amputata omni spe posteritatis, vel restitutionis, indicat prouerbium. *Et pro nec* positum, patet ex Kimchi &

Kimchi.

Chaldæ⁹. Chaldęo, qui *nec filium nec nepotem*: & Lxx. qui ῥίζα οὐδὲ κλῆμα, *radix neque ramus*. de quo sic B. Cyrillus, *nulla erit spes reliqua renascendi, quod euenit plantis radice resectâ. sed quia nonnulli palmites, vt surculi quidam, sine radice pullulãt, ideo additum crèdo,* οὐδὲ κλῆμα, *neque palmes vel ramus*. sic ille. Addit Ribera nos posse etiam interpretari, *Auferet eis illa dies omnia bona sua omnésq; voluptates, nihil relinquet: quomodo vulgò dicere solemus de re omnino consumptâ, Nec ramum reliquit nec folium*. Reuerâ plus dicitur, nam (vt rectè Rupertus & Palacius) de stipulis mẽtio, quæ penitùs igne consumuntur. Ideo sensus potiùs, qui vulgati dicti, *Nec vestigium supererit. No quedara rastro.*

Lxx. B. Cyril. Ribera. Rupertus. Palacius. Sensus adagij.

ADAG. 1027.

IBIDEM VERS. II.

Salietis sicut, &c.

Salietis sicut vituli de armento.

HEbræa malunt recẽtiores vertere, *crescetis* (vel multiplicabimini (vel augescetis) *sicut vituli saginarij* vel saginati, hoc est, *altiles*: sed non aduerterunt metaphoricã locutionem, qua פרה *multiplicare*, ponitur pro *luxuriare* seu *lasciuire*, vt Mercerus aduertit. ideo non benè Leo Iudas, *pingues eritis*; nec Vatablus *dissilietis præ lætitiâ*, melius Isidorus Clarius & Figueirus cum nostro *salietis*. Similis locus est *Iere.* 50. 11. Vbi Hebraicè idẽ est verbũ *phus*, & noster vertit, *effusi estis sicut vituli super herbam*, vbi Lxx. luculenter, σκιρτᾶτε ὡς δόδια ἐν βοτάνῃ, *lasciuistis sicut vituli in herbâ*, hoc est, in pascuis vberibus. Chaldæus, *exultastis quasi vitulus saginatus*: vbi eodem modo recentiores dum de verbo volunt sensum obscurant vertentes *sumpsistis incrementum sicut vitula germinis*. plus vult propheta quàm *impinguatos*. Malachias autem vt optimè docent Lxx. plus dixit quàm Ieremias, nam indicauit se agere de vitulo, qui stabulis, velut carceribus, emissus lasciuior est; vt solent pueruli scholam egredientes, Belgæ dicunt, *by huppelt gelyck een kalf vuyter koey. Saltuat vt vitulus stabulo elapsus*. Lxx. σκιρτήσετε ὡς μοσχάρια ἐκ δεσμῶν ἀνειμένα, *salietis sicut vituli de vinculis relaxati*. Tales iusti cùm moriũtur. S. Hieronymus; *Tunc egredientur, qui nunc sæculo, quasi carcere sunt inclusi, & salient quasi vituli de armento, vel quasi vituli de vinculis liberati; vnde Apostolus dicit*, Cupio dissolui & esse cũ CHRISTO, *vt egrediatur, & saliat sicut vitulus de vinculis liberatus*. Hoc noster indicauit, dicendo *vitulum armentarium*; nam qui cum armento vagatur vinculo liberatus est: & sic Rupertus nostrum interpretem explicat.

Chaldæ⁹. S. Hieron. Philist. c.

Mercerus. Leo Iudas. Vatablus. Isidorus. Figueir⁹. Lxx.

ADAG. 1028.

IBIDEM VER. III.

Cinis sub planta pedum. Sensus adagij. Rupertus. Carensis. Figueirus.

Cinis sub planta pedum.

REs planè viliciſſima, & abiectiſſima. Nam cinis talis est, vt hîc Rupertus, Carensis, Figueirus, & alij norant. *Vide adag. Pars eius cinis est.* & adag. *pulvis & cinis.*

***

ADAGIALIA EX MACHABÆORVM LIB. I.

EX CAP. I. VERS. XI.

ADAG. 1029.

RADIX PECCATRIX, Ῥίζα ἁμαρτωλὸς.

Radix peccatrix.

Adagij interpretatio. Suidas.

SIVE sic legas vt habet vulgata & legit Suidas; *siue peccati*, vt minùs correcti codices habent; dicitur non de homine qui ipse malus & peccator, vt videntur capere Rabanus, & Carensis; nec tantùm qui auarus & cupidus, vt censet Glossa, sed qui aliis est occasio peccandi, vt fuit Iudæis iste Antiochus, testibus Iosepho, & Hegesippo, & ipsâ hac historia. Colligit ea peccata, quæ ex ipso vel vt radice stolones pullularunt, noster Serarius *in Harmoniâ Machabæorum*, *à fol.* 568. peccato verò intelligitur idololatria propriè, quæ causa est cæterorum peccatorum, siue impietas, quæ alibi vocatur, *radix geminans fel & amaritudinem*, *Deut.* 29. 18. *& ad Hebr.* 12. 15. inuentrix enim malorum est ἀσέβεια, vt docet S. Basil. *lib.* 1. *Meliss. cap.* 2. Hinc fit vt ad Simonem Magum ex quo hæreseon examina pullularunt, D. Petrus dixerit *video te*, &c. & eundem Theodoretus *lib.* 1. *hæret. fab.* vocet amarissimam radicem & Lucifer Caralitanus Constantium, qui Hæresim Arianam conabatur propagare, gurgitem omnium malorum, caput totius nequitiæ, hæreticorum fornicem, radicem amaritudinis, sentinam blasphemiæ, templum omnium dæmonum appellarit. lege Stephanum Iosephum in c. 1. Macha. à fol. 43. Sic possumus hæresiarchas Hussium, Lutherum, Caluinum, radices peccatrices vocare. Sic Petrũ Martyrem, Bucerum, qui Angliam hæresi infecerunt; sic Richerium qui Brasiliam, sic Fran. de ctuce qui Indiam occidentalem conati noua impietatis colluuie inficere.

Antioch⁹. Iosephus. Hegesippus.

Serarius.

S. Basilius.

Theodor.

Constantius.

Stephan⁹. Iosephus.

EX CAP. II. VER. XLII.

ADAG. 1030.

SYNAGOGA ASIDÆORVM. Συναγωγὴ Ἀσιδαίων.

Synagoga Asidęorũ.

MAnifestè deprauatam lectionem secuti sunt Rabanus, Glossa, Carensis, Lyranus & alij qui Græca exemplaria non consuluerunt, legentes *Iudæorum*. Sed qui isti ASIDÆI? exstant libri integri ea de re Nicolai Serarij nostri, & Ioãnis Drusi, ac Iosephi Scaligeri aduersariorum. Mihi semper placuit nuda veritas, & ideo quod sentio, breuiter sine fuco proponam. secutus cùm alios, tum Stephan. Iosephum à *pag.* 4. *&* 5. Essænos, qui adhuc rigidiores Pharisæis, puto portionem Asidæorum fuisse: quòd autem Essæni non legantur molestiam CHRISTO Domino exhibuisse, causam, quòd multi fors CHRISTO adhæserint (vt censuit

Rabanus. Glossa. Carensis. Lyranus.

Serarius. Ioa. Drusius. Ios. Scaliger.

Stephanus Iosephus.

Essæni quales erga Christũ esse sint & qui.

Abulẽsis. Philo. Iosephus.

Asidęi qui dicti.

Abulens. *in c. 3. q. 63.* certè quòd à reliquorum commercio se abstinentes in agris degerent, & solitudinis amantes essent, vt patet ex Philone & Iosepho. Asidæos arbitror dictos omnes illos, qui cæteris sanctiùs legem colebant, *chasidim* חשדים quasi ὅσιοι, quasi *Sancti & Pij.* nam hoc locus iste indicat, vbi quos priùs dixit Asidæos, videtur explicare, *omnis voluntarius in lege,* πᾶς ὁ ἑκουσιαζόμενος τῷ νόμῳ *sponte & amore legem seruantes*; quod dixit infer. *c.* 4. 42. *voluntatem habentes in lege Dei.* θελητὰς νόμου *libentes in lege.* & cap. 7. v. 13. *& primi, Asidæi qui erant in filiis Israël,* hoc est, qui Israëlitæ, dicebantur *Asidæi.* & ibidem *v.* 17. de Asidæorum nece interpretantur, quod *Psal.* 78. *v.* 2. dictũ, *carnes sanctorum tuorum,* &c.

Iosephus Ben Gorion. Duæ Iudæorum factiones.

Nã vt docet Iosephus Ben Gorion *in editione Veneta lib. 4. histor. c. 29.* duæ fuerunt Iudæorum factiones, vna Sadducæorum, quibus Samaritæ & Cuthæi adhæserunt, qui habebantur minùs religiosi & vitæ laxioris; & Asidæi, qui legem totam profitebantur se accuratè seruare, & præter legem alia quædam opera pia ex maiorum traditione commendata; hi principiò dicti

Asidæi.

Asidæi, corpus quoddam seu congregatio συναγωγὴ, hominum qui sponte se functionibus legis addicebant; incertum quando, probabile à prophetis instituta, & ideo sicut & ipsos prophetas dictos חשדים, *sanctos,* ab instituti ratione; sed quatenus erat cõgregatio quædam φράτορες; (*cofrades*) vocatos *Asidæos*: sicut qui manumissi sunt, quatenus pileo donati, dicuntur liberti; quatenus autem genus quoddam hominum sunt, libertini nuncupantur. Postea, vt res omnes degenerant, cùm illas maiorum deuteroses pertinaciùs, & vt obligatorias, quidam ex illis tuerentur; isti seà reliquis Asidæis separarunt, & Pharizæi dici cœperunt, cessante paullatim nomine Asidæorum; diuisis illis in Pharizæos & Essænos, vt suspicor, & sic tres sectæ ortæ Sadducæorum, Pharizæorum, Essænorum, de quibus Iosephus Matthiæ filius *lib. 13. antiqu. cap. 18. & lib. 18. c. 2. & lib. 2. de bello Iudaico c.* 12. Vnde fortassis factum vt Asidæorum mentio apud illum nulla; & Gorionides Asidæos cum Pharisæis confuderit. Coniecturę sunt. Nam res ista talis, vt præter suspiciones & probabiles coniecturas nihil de illâ compererim: Illud extra coniecturam inter Christianos,

Pharisæi dicti qui priùs Asidæi.

Iosephus.

Asidæorum nomen competere religiosis, qui quod nomine & habitu profitentur, virâ & moribus exhibent; & quos verè ratione votorum dicere possumus θελητὰς νόμου.

Asidæorũ nomen quibus cõpetat.

IBIDEM VER. XLVIII.

ADAG. 1031.

Dare cornu alteri.

Dare cornu alteri.

CVm negat Machabæos Antiocho *cornu dedisse,* vulgò rũ recepta locutione non dubito. ἐκ ἐδωκαν κέρας τῷ ἁμαρτωλῷ. quid significat? Glossa, *Non consenserunt iniquitati.* Carensis & Lyranus, per *cornu* intelligunt gloriam; & *non dare* dictum per Litoten, pro, depresserunt & fregerunt cornu eius. Alij, per *cornu* victoriã intelligunt, & vertunt, *nec palmam sceleroso tradiderunt, nec vmbram victoriæ.* tunc foret adagium, quale *dare manum,* vel *herbam porrigere.* S. Thomas, occasionem gloriæ exponit, q.d. non passi deinceps eum crescere, vel cornua tollere. Stephanus Iosephus, *regnum* seu *regni dignitatem.* sicut Eccli. 49. 7. vbi

Carensis. Lyranus. Cornu, quid.

S. Thom.

Stephanus Iosephus.

Græcè

Græcè, ἔδωκε τὸ κράτος ἑτέροις καὶ τιμὴν ἀλλοτρίῳ. vbi noster vertit, *Quia dederunt regnum suum aliis, & gloriam suam genti alienæ.*

ADAG. 1032.

IBIDEM VER. LXII.

Stercus & vermis.

Stercus & vermis.

REm abiectissimam significat, & aspernabilissimam; dicitur de superbis, quorum gloria & fastus, coram Deo stercus & vermis. Græci subaudiunt, vertitur, vel erit; εἰς κοπρίαν ἢ εἰς σκώληκας. *in stercora & in vermes*, vt vertit S. Cyprianus *epist.* 55 *ad Cornel. & lib.* 3. *testimon. num.* 4. & Roberti correctiora exemplaria *Iob.* 25 6. (pone) & *Eccles.* 10.13.(pone) 4.*Reg.* 9.37. *carnes Iezabel vt stercus sparsæ*, εἰς κοπρίαν. sic de similibus *Psal.* 82.11. *facti sunt vt stercus terræ.* Eccli. 9. 10. *mulier quæ est fornicaria, quasi stercus in via.* Isai. 5.25 *facta sunt morticina eorum, quasi stercus in medio platearum.* Sophon. 1.17. *corpora eorum sicut stercora.* efficaciùs noster dicit esse ipsum stercus, & ipsum vermem: & fortassis, illa *vt* & *sicut* & *quasi*, non tam similitudinem denotant, quàm veritatem, quemadmodum cùm Paulus dixit *Philipp.* 3. 8. *omnia detrimentum feci, & arbitror vt stercora, vt* CHRISTVM *lucrifaciam.* nam Græcè deest vt, τὰ πάντα ἐζημιώθην, καὶ ἡγοῦμαι σκύβαλα εἶναι; & sic ille D. Bernardi frater compram mulierculam, *stercus involutum* vocauit *lib.* 1. *vitæ* D. Bern. *cap.* 6. respiciens prætercà ad illud prophetæ Soph. 7.11. *involuti argento*, Hugo Carēsis; *Stercus*, quia maculat animam: *vermis*, quia pungit conscientiam. vel *stercus*, quoad diuitias: *vermis*, quoad delicias.

Sensus adagij.

S. Cyprian.

D. Bernard. Fratris dictum de cōpta mulierecula.

Hugo Carenſis.

ADAGIALIA EX MACHABÆORVM LIB. II.

ADAG. 1033.

EX CAP. II. VER. VLT.

SIVE gnomen, siue adagium dicas, ad varia potest prouerbialiter extendi, quod sacer historicus ait;

Stultum est ante historiam effluere,
In ipsa autem historia succingi.
εὔηθες τὸ μὴ πρὸ τῆς ἱστορίας ἁλίσκεσθαι,
τὸν δὲ ἱστορίαν ὀφείλειν.

Sensus adagij.

Verum & prudens dictum: quo plerique scriptores perstringuntur & doctores, qui cùm aliquid vel scribendum vel docendum assumpserunt, tempus omne in prolegomenis, præludiis, introductionibus & similibus, vt plurimùm παρέργοις & impertinētibus, consumūt (v.g.) qui titulum de testamentis explicaturi, toto anno hærent in rubricâ, præclari (vt putant) ingenij ostentatores; sed potiùs (vt iudicant cordati) traductores stultitiæ & ineptiæ suæ: inepti architecti, qui vestibulum domo maius erigunt, & formicæ caput elephanti imponunt. Sapienter Serarius noster vsum adagij obseruauit, ita scribēs:

Serarius. Vsus adagij.

[*Nota*

[*Nota* elegantem sententiam, quæ ad omnes transferri potest, qui magnos rerum quarundam apparatus faciunt, neque illas tamen rectè perficiunt. magnis procœmiis vtuntur, vixque tandē boni quid aut canunt aut dicunt. Et sunt interdum, qui antequam ecclesiasticum aut religiosum vitę institutum inierint, magno eius desiderio flagrant, multa piè admodū ardentérque faciūt, vt videantur mirabilia postmodùm facturi: sed in illud vbi recepti sunt, intepescūt, vixq; quod pristino feruori respondeat, quicquam agunt, quos ridet, qui ait,

Parturient montes, nascetur ridiculus mus.

ADAG. 1034.

EX CAP. V. VERS. XXI.

Existimās se, &c.

Existimans se præ superbia terram adnauigandum, pelagus verò ad iter agendum deductum.

CLariùs idem Græcè dictum, πλὼ μὲν γὴν ἀπλωτὴν, καὶ τὸ πέλαγος περατὸν ποδί, *terram quidem nauigabilem, & ipsum mare pedibus permium seu ambulabile facturū. Hyperbolica* (inquit Lyranus) *locutio ad exprimendam superbia magnitudinem.* Lyranus. Adagialia

Reuerà adagialis hyperbole, qualis in similibus impossibilibus inest, vt *Isthmum perfodere, in aëre piscari, in cœlum sacularī, cum Dijs pugnare.* Iosephus. Antioch.

Iosephus ille Hebræus à Munstero editus *lib.* 3. *hist. Iudai.* c. 13. tradit Antiochum dixisse; *Quis poterit stare cōtra faciem meam? nonne mare & arida in potestate mea sunt, vt pro arbitrio meo communiem creaturas eorum, vertam mare in terram, & terram in mare?* Xerxes. Tzetza.

certè illo prior Xerxes similia effutierat, de quo Tzetza *chil.* 1. *hist.* 32. καὶ τετομῶν ἠθέλησε καὶ φύσεις πρὸ ςοιχείων. *Etiam naturas elementorum voluit innouare.* & *chiliad.* 7. *hist.* 138. γαιώσας μὲν πλὼ θαλασσαν, τὰς δ' ὄρη θαλασσώσας. *In terram quidem mare, & montes in mare conuertit.* Suspicor ad Xerxem alludi.

ADAG. 1035.

EX CAP. IX. VER. VIII.

SImile præcedenti est, quod de eodem Antiocho dicitur, SIBI VIDEBATVR ETIAM FLVCTIBVS MARIS IMPERARE, ET MONTIVM ALTITVDINES IN STATERA APPENDERE. τοῖς θαλάσσης κύμασιν ὑπτάσσειν καὶ πλάςηγι τὰ τῶν ὀρέων ὕψη ςήσειν. hoc est qui, quæ solius Dei sūt sibi vindicabat, & supra humanā conditionē se extollebat, respicit ad locum Isai. 40. 12. *Quis mensus est pugillo aquas, & cœlos palmo ponderauit? Quis appendit tribus digitis molem terræ, & libranit in pondere montes, & colles in statera?* de mari *Iob.* 38. 10. loquitur Deus. *Quis conclusit ostiis mare, quando erumpebat, quasi de vulua procedens? Cùm ponerem nubem vestimentum eius, & caligine illud, quasi pannis infantiæ obuolnerem? Circūdedi illud terminis meis, & posui vectem & ostia, & dixi: vsque huc venies & non procedes amplùs, & hic confringes tumentes vultus tuos.* Hinc nata eorum qui CHRISTVM nudum hominem arbitrabantur admiratio, cùm dicebant; *Quis putas hic est, quia & vēti & mari imperat, & obediunt ei? Luc.* 8. 25. Verùm hæc non cogitasse tantùm sed & verbis iactitasse impium testatur Iosephus Hebræus *lib.* 3. *hist. cap.* 12. *Quis poterit stare contra faciem meam? Nonne mare & arida in potestate mea sunt, vt pro arbitrio meo mutem creaturas eorum, vertam mare in terram, & terram in mare?* Sensus Adagij. Iosephus Hebræus.

IBI

ADAG. 1036. Sydera cœli, &c.

IBIDEM VERS. X.

Sydera cæli contingere se arbitrabatur.

τῆς οὐρανίων ἄστρων ἅπτεσθαι δοκούσης.

EOdem spectat quòd duo superiora. sic Horatius;

Horatius. *Sublimi feriam sydera vertice.*

Ouidius. & Ouidius;

Et Dis cara ferar & sydera vertice tangam.

Herodot. Herodotus in Thaliâ, φαίσει τῇ κεφαλῇ τὸν οὐρανοῦ. *tanget capite cœlum.*

Seneca. Seneca Thyeste;

Æqualis astris gradior, & cunctos super
Altum superbo vertice contingens polum.

Propert. & ὑπερβολικῶς Propertius, lib. 1.

Nunc mihi summa licet contingere sydera plantis.

ADAG. 1037. Parati, &c

EX CAP. XI. VERS. IX.

Parati muros ferreos penetrare.

Σιδηρᾶ τείχη τετρώσκειν.
Ferreos muros perfodere.

DIcitur de summâ fiduciâ, & prompto animo quoduis periculum subeundi. sic Psal. 17. 30. *In Deo meo trāsgrediar murum.* Nam *muri* appellatione, quælibet ardua impedimenta & summa difficultas solet significari, vt ibi SS. Hieronymus, Augustinus, & Theodoretus, confirmant. Additum verò epithetum *ærei. Ierem.* 1. 18. & hîc *ferrei* vehementer auget significationem difficultatis. Sicut *Ezech.* 4. 3. *Pones eam in murum ferreum.*

Sensus adagij.

Muri appellatio quid valeat. August. Hieron. Theodor.

EX CAP. XI. VER. VLT.

ADAG. 1038. Vinũ, &c.

VINVM SEMPER BIBERE AVT SEMPER AQVAM, CONTRARIVM EST: ALTERNIS AVTEM VTI DELECTABILE.

Οἶνον καταμόνας πίνειν, ὡσαύτως ἢ καὶ ὕδωρ, πάλιν πολέμιον. σὺν δὲ ὕδατι συμφαιδεῖς ἡδονὴν καὶ ἐπιτερπῆ τὴν χάριν ἀποτελοῦσι. *vinum solum bibere, similiter autem & aquam, rursus contrarium. Vinum aquæ mixtum dulcem & delectabilem gratiã perficit.* Quorum verborum duplex potest esse sensus, de vino mero aut lympha pura semper potata, & de vino diluto aqua, qui mos sobriis gẽtibus semper placuit, de quo multa Athenæus & Medici, & vulgaris versiculus de vino, *(nescit.*

Duplex sensus.

Athenæus.

Lymphatum crescit, dulcescit, ladere

Vt sic tenuitas styli excusetur ab authore libri.

Altera vt indicetur debere gratã esse scribentium varietatem, tum diuersorũ; quorum vnus tenuiter, alius grandi stylo & dithyrambico; vnus ornatè, alius simpliciter, vnus prolixè, alius breuiter scribat; sed & vnius eiusdemq; scriptoris concinnã rerum & verborum varietatem. sicut enim cibi & potus, ita & rerũ reliquarum similiũ facilè fastidium palato & animo obrepit: contrà vicissitudo grata est, & delectat. Moschus Siculus, *Eidyll. δ'.*

Moschus Siculus.

ἡ εὐφροσύνης κόρος δῆ.

Aristoph. *Etiam gaudij satietas est.* Aristophanes in Pluto, πάντων πλησμονή, *omnium satietas est.* (ita Serarius) contra dixit Euripides *dulcem esse varietatem* seu *mutationem* μεταβολὴν. & vulgò iactatur, *Per variar natura è bella.* & *Camœnis alterna gratiora.*

Serarius. Euripid.

FINIS.

BIBLIOTHÈQUE DE LA VILLE
LYON
1884

INDEX LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ.

Numerus prior in textu paginam & columnam 1. notat: posterior cum litera c. col. 2. Marginalis locum S. Scripturæ.

EX GENESI.

Cap. 1. FAciamvs *hominem ad similitudinem & imaginem nostram.* 479.c.2

2. *Non est bonum hominem esse solum.* 479.c.2

Fluuius egrediebatur de loco voluptatis. 383

In quocumque die comederis ex eo, morte morieris. 3.c.2

Quamobrem relinquet homo patrem & matrem & adhærebit, &c. 4. c.2.479.c.2

3. *Nequaquam morte moriemini.* 3.c.2

Maledicta terra in opere tuo: Spinas & tribulos germinabit tibi. 447

Donec reuertaris in terram, de qua sumptus es: quia pulvis es, &c. 12.c.2

Concidit vultus eius. 189

4. *Sin autem malè, statim in foribus peccatum tuum.* 13.c.2

Vox fratris tui clamat ad me de terra. ibid.

Septuplum dabitur vltio de Cain: de Lamech verò septuagies septies. 15

Ambulauit Henoc cum Deo. 16

Cúmque cœpissent homines multiplicari. 479.c.2 5. 6.

Omnis caro corruperat viam suam. 353.c.2

Odoratúsque est Dominus odorem suauitatis. 38.c.2 8.

Turrim, quam ædificabant filij Adam. 262.c.2 11.

Sodomitæ pessimi erant, & peccatores coram Domino nimis. 18.153 13.

Faciámque semen tuum, sicut puluerem terræ: si quis, &c. 19.c.2

Ambula coram me. 18

Cecidit Abraham in faciem suam, & risit in corde suo, dicens, Putásne, &c. 483.c.2 17.

Ponámque buccellam panis. 23.c.2 18.

Clamor Sodomorum & Gomorrhæ multiplicatus est, & peccatum eorum, &c. 24

Si inuenti fuerint ibi decem. 313.c.2

Viri ciuitatis vallauerunt domum, à puero vsque ad senem. 25 19.

A minimo vsque ad maximũ. ibid.

Nec stes in omni circa regione. 469.c.2

Respiciens autem vxor eius post se. 25.c.2

Salua animam tuam: noli respicere post tergum. ibid.

BIBLIOTHÈQUE DE LA VILLE LYON 1894

22. *Possidebit semen tuum portas inimicorum suorum.* 32

Multiplicabò semen tuum sicut stellas cœli,& velut,&c. 19.c.2

23. *Princeps Dei apud nos.* 29.c.2

24. *Interrogemus os eius.* 44

Possideat semen tuum portas inimicorum. 32

25. *Congregatúsque est ad populum suum.* 50.c.2

26. *Quicumque tetigerit hominis huius vxorem,morte morietur.* 3.c.2

27. *Benedicam tibi coram Domino.* 18

Vestibus Ezau valdè bonis. 512

Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni,cui benedixit Dominus. 32

Vives in gladio. 45

29. *Os meum es,& caro mea.* 4.c.2

Non est consuetudinis, vt minores antè tradamus ad nuptias. 352.c.2

30. *Num pro Deo ego sum?* 52.61.c.2

31. *Animaduertit quoque faciem Laban,quòd non esset erga se,sicut heri & nudius tertius.* 189.c.2

Decem vicibus. 313.c.2

Ne irascatur Dominus meus,quòd coram te assurgere nequeo: quia, &c. 414

Immolatisque victimis in monte, vocauit fratres suos vt ederent panem. 23

32. *Castra Dei.* 30

Percutere matrem cum Filiis. 25

Tu locutus es,quòd benefaceres mihi, & dilatares semen meum sicut arenam maris,quæ,&c. 19.c.2

Vocauitque Iacob nomen loci illius Phanuel,dicens; vidi Dominum facie ad faciem. 84

34. *Tristémque delenuit blandiciis.* 179

35. *Filius doloris.* 287.c.2

Consumptúsque ætate mortuus est: & appositus populo suo,&c. 50.c.2

37. *Frater enim,& caro nostra est.* 5

Descendam ad filium meum lugens, in infernum. 213.c.2

39. *Nec nouerat aliquid,cunctis ei cedentis.* 40

Post quos auferet Pharao caput tuum. 40. 42

Absque tuo imperio non mouebit quisquam manum aut pedem in omni terra Ægypti. 41. 42.19

Tribulationem animæ. 62 42.

Deducetis canos meos cum dolore ad inferos. 239

Sederunt coram eo, primogenitus iuxta primogenita sua, & minimus iuxta ætatem suam. 43. 126.c.2

Tu es enim post Pharaonem Dominus meus. 44. 333.c.2

Medullam terræ comedere. 280 45.

Do tibi partem vnam extra fratres tuos,quam tuli de manu Amorrhæi, in gladio & arcu meo. 48. 45

Sicut aqua effusus es. 46.c.2 49.

Gratiosi oculi eius à vino:& candidi dentes eius à lacte. 397.c.2

Manus tua in cervicibus inimicorum tuorum. 46

Catulus Leonis Iuda: ad prædam fili mi ascendisti: requiescens, &c. 543.c.2

Cerastes in semitâ mordens vngulas equi, vt cadat ascensor eius retro. 11.46

Gad accinctus præliabitur. 71.c.3

Sedit in forti arcus eius. 45

Inde pastor egressus est,lapis domus Israël. 50 321.c.2

Benjamin lupus rapax,mane comedet prædam. 433.c.2

Ego congregor ad populum meum. 50.c.2

Appositusque est ad populum suum. 50.c.2

Num Dei possumus resistere voluntati. 50. 52.

EX EXODO.

Ædificauit eis domos. 21.c.2 CAP. I.

Deus apparebit in flamma ignis è medio rubi. 54.c.2

Solue calceamentum de pedibus tuis:

tuis: locus enim, in quo stas, sanctus est. 185.

Vidi afflictionem populi mei in Ægypto, & clamorem eius, &c. 24

Clamor ergo filiorum Israël venit ad me. 24

Sum, qui sum. 276

4. *Extendam manum meam, & percutiam Ægyptum.* 179

Obsecro Domine, non sum eloquens ab heri & nudius tertius: & ex quo &c. 34

5. *Fœtere fecistis odorem nostrum coram Pharaone & seruis eius.* 37

Prebuisti ei gladium, vt occideret nos. 61.c.2

6. *Induxerint in terram super quam leuaui manum meam, vt &c.* 10.c.2

7. *Et Aaron frater tuus erit propheta tuus.* 60.c.2.61.c.2

Ecce constitui te Deum Pharaoni. 61.

8. *Digitus Dei est hîc.* 63

Immittam in te, & in seruos tuos, &c. 37

9. *Et Dominus dedit voces.* 64

10. *Et sint tenebræ super terram Ægypti tam densæ, vt palpari queant.* 65. c.2.

Non remanebit ex gregibus vngula. 67

12. *Dominus autem dedit gratiam populo coram Ægyptiis.* 265

A primogenito Pharaonis qui in solio eius sedebat, vsque ad primogenitum captiuæ, quæ erat in carcere, 67. c.2.

13. *Et vt lex Domini sit semper in ore tuo.* 69

Armati ascenderunt filij Israël de Ægypto. 70

14. *At illi egressi erant in manu excelsa* 72

15. *Dominus quasi vir pugnator omnipotens nomen eius.* 80

Electi principes eius submersi sunt in mari rubro. 505

Abyssi operuerunt eos, descenderunt in profundum quasi lapis. 73

Flauit Spiritus tuus, & operuit eos mare: submersi, &c. 73

16. *Vtinam mortui essemus per manum Domini in terra Ægypti, quando, &c.* 74

Quod cùm vidissent filij Israël, dixerunt, &c. 75.c.2

Maneat vnusquisque apud semetipsum. 550.c.2

17. *Manus sólij Domini, & bellum Domini erit contra Amalech.* 29

18. *Veneruntque Aaron, & omnes seniores Israël, vt comederent panem cum eo coram Deo.* 23

19. *Vos ipsi vidistis quæ fecerim Ægyptiis, quomodo portauerim vos super alas aquilarum.* 77.c.2

In peculiũ de cunctis populis. 79.c.2

Omnis qui tetigerit montem, morte morietur. 3.c.2

20. *Cunctus autem populus videbat voces & lampades.* 64

21. *Deus illum tradidit in manus eius.* 193. & *sequ.*

Quòd si bos cornupeta fuerit ab heri & nudius tertius. 34

23. *Terrorem meum mittam in præcursum tuum, & occidam.* c.39.c.2

29. *Habitabo in medio filiorum Israël, eróque eis Deus.* 30.c.2

30. *Quando tuleris numerum filiorum Israël.* 41

Prima myrrhæ & electa. 81.c.2

33. *Noui te ex nomine & inueniſti gratiam apud me.* 84.c.2

Non poteris videre faciem meam. non enim videbit me homo & viuet. 82.c.2.

Ignorabat quòd cornuta esset facies sua, ex consortio sermonis Domini. 85. c.2.

EX LEVITIC.

QVicquid obtuleris sacrificij, sale condies, nec auferes sal, &c. CAP. II. 102.c.2.

18. *Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedat.* 514.c.2.515

Vt euomat habitatores suos. 86

Cauete ergo ne & vos similiter euomat, cùm paria feceritis, sicut euomuit gentem, quæ fuit ante vos. 86

19. *Non eris criminator in populis.* 89.c.2.

Super mortuo non incidetis carnem vestram. 220.c.2

20. *Si quis dederit de semine suo idolo Moloch, morte moriatur.* 3.c.2

21. *Non contaminetur Sacerdos in mortibus ciuium suorum.* 220.c.2

22. *Custodiant præcepta mea, vt non subiaceãt peccato, & morianiur in sanctuario* 4

26. *Trademini in manus hostium, &c.* 486.c.2

Postquam confregero baculum panis vestri: ita vt decem mulieres, &c. 35.

Fugietis nemine persequente. 91.c.2

Corripiam vos septem plagis propter peccata vestra. 15

Donec erubescat incircumcisa mẽs eorum. 62.c.2

EX NVMER.

CAP. 1. *TOllite summam vniuersæ congregationis filiorum Israël.* 41

4. *Non tangent vasa sanctuarij, ne moriantur, & v. 19. vt viuant & non m. &c.* 4

5. *A masculo vsque ad fœminam.* 25.

6. *Ostendat Dominus faciem suam tibi.* 265

11. *Porta eos in sinu tuo, sicut portare solet nutrix infantulum.* 126.c.2

Vt det vobis Dominus carnes, & comedatis: non vno die, duobus, vel quinq; aut decem, nec &c. 96

Numquid manus Domini invalida est. 63.c.2

Adhuc carnes erant in dentibus eorum. 89

12. *Si quis fuerit inter vos propheta Domini, in visione apparebo ei vel per somnium loquar ad illum: at non &c.* 83.

At non talis seruus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est, &c. 161

13. *Vbi aiunt exploratores; re verâ fluit lacte & melle, vt ex fructibus &c.* 57

Terra, quam lustrauimus, deuorat habitatores suos. 86.98.c.2

Vidimus ibi monstra quædam filiorum Enac de genere giganteo: quibus comparati locustæ videbamur. 99

14. *Ne timeatis populũ terræ huius, quia sicut panem, &c.* 100

Quòd occideris tantam multitudinem quasi vnum hominem. 166.c.2

Tentauerunt me iam per decem vices, &c. 35

15. *Anima verò quæ per superbiam aliquid commiserit.* 72

16. *Tu scis quòd ne asellum quidem vnquam acceperim ab eis.* 101.c.2

An & oculos nostros vis eruere? 101. c.2.

Sin autem rem nouam fecerit Dominus: vt aperiens terra os suum deglutiat eos, & omnia &c. 239.c.2

18. *Omnem medullam olei, vini & frumenti.* 43

20. *Pergat, inquit, Aaron ad populos suos.* 51

21. *Percussus est in ore gladij.* 44

22. *Cuius fortitudo est similis rhinoceroti.* 157.c.2.

23. *Quis dinumerare possit pulueres Iacob, & nosse &c.* 19.c.2

Non est Deus, quasi homo vt mentiatur: nec vt filius hominis vt mutetur. 480

24. *Qui cadens apertos habet oculos.* 401.c.2

Consurget virga de Israël. 254.c.2

27. *Et possit exire & intrare ante eos, & educere eos vel introducere.* 119.c.2

31. *Susceptum intulerunt in tabernaculũ testimonij in monimentum, &c.* 274

32. *Obtinebitis regiones quas vultis coram Domino.* 18

Nos autem ipsi armati & accincti pergemus ad prælium. 71.c.2

33. *Alioquin qui remanserint erunt vobis in oculis vestris, in lateribus vestris in terra habitationis vestræ.* 120.c.2

EX DEVTERONOM.

CAP. 1. *DOm. Deus vester multiplicabit vos, & estis hodie, sicut stellæ &c.* 20.

Vrbes magnæ, & ad cœlum vsque munitæ. 18.c.2

Filij qui hodie boni & mali ignorant distantiam. 5.c.2

Egressus Amorrhæus, qui habitabat in montibus, & obuiam veniens, persecutus est vos, sicut apes solent persequi. 122

2. *Nec pedis vestigium.* 67

Nouit iter tuum. 85

Hodie incipiam mittere terrorem, atque formidinem tuam in populos, &c. 39.c.2.

3. *Nec mercedem meretricis nec pretium canis in domo Dei offerri posse, quia &c.* 424.c.2

4. *Ignis consumens.* 73.c.2

Remanebitis pauci in nationibus. 38.c.2

5. *Facie ad faciem locutus est nobis in monte de medio ignis.* 84

6. *Eruntq; verba hæc, quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo: & narrabis, &c.* 69

7. *Quia populus sanctus es Domino Deo tuo. Te elegit Dominus Deus tuus, vt sis ei peculiaris populus, &c.* 80

Dominus enim Deus tuus introducet te in terram bonam terram, &c. 57

8. *Eduxit riuos de petra durissima.* 372

10. *Circumcidite igitur præputium vestri cordis, & ceruicem vestram ne indureris amplius.* 62

11. *Quam Dominus Deus tuus semper inuisit: & oculi eius in ea sunt à principio anni vsque ad finem eius.* 365

Cauete ne fortè recedatis à Domino: iratúsque Dominus claudat cœlum, & pluuia non descendant. 504.c.2

13. *Dominum Deum vestrum sequimini.* 16

Vxor quæ est in sinu tuo. 124.c.2

15. *Si vnus de fratribus tuis, qui morantur intra portas ciuitatis tuæ, in terra, quam Dominus, &c.* 97.c.2

Et auertas oculos tuos à paupere fratre tuo. 133

Præcipio tibi, vt aperias manum tuam fratri tuo egeno & pauperi. 97. c.2

16. *Non accipies personam, nec munera: quia munera excæcant oculos sapiẽtum, & mutant verba iustorum.* 81

17. *Vadant, & seruiant Deis alienis, & adorent eos, &c.* 2.c.2

Nec declinare ad dexteram, neque ad sinistram. 31.c.2

19. *Qui percusserit proximum suum nescius, & qui heri & nudius tertius nullum contra eũ odium habuisse comprobatur.* 34

22. *Si ambulans per viam, in arbore, vel in terra nidum auis inueneris, & matrem, &c.* 35.c.2

Non capiet vir vxorem patris sui, nec reuelabit operimẽtum eius. 183.c.2

25. *Filius verberum.* 288

Accedet mulier ad eum coram senioribus, & tollet calceamentum de pede eius, spuétque, &c. 185.c.2

Sic fiet homini, qui non ædificat domum fratris sui. 21.c.2

27. *Maledictus qui facit errare cæcum in itinere.* 89

Maledictus qui concumbit cum vxore patris sui; & reuelat operimentum lectuli sui. 183.c.2

28. *Benedictus eris tu ingrediens & egrediens.* 119.c.2

Constituet te Dominus in caput, & non in caudam. 138

Eris semper supra & non subter. 138.c.2.

Aduena qui tecum versatur in terra ascendet,&c. 139
In similitudinem aquilæ volantis cum impetu. 199
Inuidebit vxori quæ cubat in sinu suo. 124.c.2.133
Inuidebit viro suo. 133
Inuidebit viro suo qui cubat in sinu eius. 124.c.2
29. *Radix germinans fel & amaritudinem.* 440
Quam maximè furor eius fumet,& zelus contra hominem illum. 148.c.2
31. *Centum viginti annorum sum hodie: non possum vltra egredi & ingredi.*119
32. *Concrescat vt pluuia doctrina mea: fluat vt ros eloquium meum: quasi imber super &c.* 150
Pars autem Domini, populus eius: Iacob funiculus hæreditatis eius. 80
Custodit eum vt pupillam oculi sui, vt aquila,quæ excitauit nidum suum, super,&c. 78.c.2
Constituit eum super terram excelsam vt comederet fructus agrorum, vt sugeret mel de petra, &c. 57.152. c.2.372.
Butyrum de armento,& lac de ouibus,cum adipe,&c. 42.c.2
Sanguinem vuæ biberet meracissimum. 47.c.2
*Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima.*214
Dentes bestiarum cum furore trahentium super terram atque serpentium 441.
Foris vastabit eos gladius, & intus pauor,iuuenem simul,&c. 36
Ne fortè superbirent hostes eorum, & dicerent: manus nostra excelsa, &c. 72.c.2
Vua eorum vua fellis, & botrus amarissimus. 440
Videbit quòd infirmata sit manus. 367
Leuabo ad cœlum manum meam, & dicam viuo ego in æternum.Si acuero,&c. 20.c.2
Gladius meus deuorabit carnes de cruore occisorum & de captiuitate,&c. 568
Moyses homo Dei. 30 33.
Dilexit populos:omnes sancti in manu illius sunt. 69.c.2
Cornua rhinocerotis cornua illius,in ipsis ventilabit gentes vsque ad terminos terræ. 558.c.2
Tingat in oleo pedem suum. 47.c.2
Sicut dies iuuentutis tuæ ita & senectus tua. 160.c.2

EX IOSVE.

NEc declines ab ea ad dexteram vel ad sinistram. 31.c.2 CAP. I.
*Irruit in nos terror vester & elanguerunt omnes habitatores terræ. Pertimuimus,& elanguit cor, &c.*316.39. c.1.502.c.2. 2.
Dissolutum est cor eorum, & non remansit in eis spiritus, timentium introitum filiorum Israël. 316 5.
Hodie abstulit opprobrium Ægypti à vobis. 164.c.2
*Pertimuitque cor populi, & instar aquæ liquefactum est.*46.c. 2.502.c.2 7.
Locutus sit ad Moysem hominem Dei. 30 14.
Octoginta quinque annorum sum,sic valens vt eo valebam tempore, quando &c. 160.c.2
Iam nunc scitote, quòd Dominus Deus vester non eas deleat,ante faciem vestram:sed sint,&c. 121.c.2 23.
Eieci eos de locis suis, duos reges Amorrhæorum,&c. 45.c.2 24.

EX IVDIC.

QVem comprehenderũt, cæsis summitatibus manuum eius ac pedum: dixitque Adonibezec:septuaginta,&c. 167 CAP. I.
Seruierunt Baalim, 48.c.2 2.
In hac vice victoriâ non reputabitur tibi,quia in manu mulieris trâdet 4.

tur Sisara. 17
6. Dominus tecum virorum fortissime. 181
Ædificauit ergo ibi Gedeon altare Domino, vocauitque illud, Domini pax, vsque in præsentem diem. 29
Instar locustarum vniuersa complebant. 99
7. Fusi iacebant in valle, vt locustarum multitudo. 99
Immisitque Dominus gladium in omnibus, &c. 37
9. Egrediatur ignis ex eo, & consumat habitatores Sichem, &c. 110. c. 2. 194. c. 2
11. Quando de Ægypto conscenderunt: ambulauit, &c. 106
12. Posui animam meam, in manibus meis. 171
13. Nisi domuisses vitulam meam, non inuenisses propositionem meam. 172
14. Si facere noluerit, incendemus te, & domum patris tui. An idcirco, &c. 74. c. 2
Si non arasses in vitula mea, non inuenisses propositionem meam. 174
15. Percussitque eos ingenti plaga, ita vt stupentes suram fœmori imponerent. 176. c. 2
18. Dominus respicit viam vestram, & iter quo pergitis. 18
19. Volens reconciliari ei atque blandiri. 178. c. 2
Filij Belial, hoc est absque iugo. 129
20. Pariter congregati quasi vir vnus. 166. 2
Conueniuntque vniuersus Israël, quasi homo vnus eâdem mente, vnóque consilio. 166. c. 2

EX RVTH.

Cap. 1. EGressa est manus Domini contra me. 179
Dominus vobiscum. 181 2.
Ad quem venisti, & sub cuius confugisti alas? 182. c. 2
Qui consolatus es me, & locutus es ad cor ancillæ tuæ. 179
Aream hordei ventilat. 157. c. 2 3.
Declina paulisper, & sede hic, vocans eum nomine suo. 184 4.
Hic autem erat mos antiquitus in Israël inter propinquos, vt si quando &c. 186
Faciat Dominus hanc mulierem, quæ ingreditur domum tuam sicut Rachel, & Liam, quæ ædificauerunt domum Israël. 21. c. 2

EX I. REG.

Cap. 1. IPse est filius Belial, ita vt nemo possit ei loqui. 130
Vultúsque illius non sunt amplius in diuersa mutati. 189
2. Suscitat de puluere egenum, & de stercore eleuat pauperem. Vt sedeat cum Principibus, & solium gloriæ teneat. 190
Arcus fortium superatus est, & infirmi accincti sunt robore. 45. c. 2 3.
Quæ multos habebat filios, infirmata est.
Dominus mortificat & viuificat, deducit ad inferos vt reducit. 240
Sublimabit cornu salutis, &c. 207
Ministraret in conspectu meo. 16
3. Dominus est, quod bonum in oculis suis faciat. 190 c. 2
6. Dabitis Deo Israël gloriam. 165. c. 2
Sciemus quia nequaquam manus eius tetigit nos. 179 c. 2
8. Da nobis regem: Audi vocem, &c. 30. c. 2
9. Videmus hominem Dei.
10. Videntes, omnes qui nouerant eum heri & nudius tertius, quòd esset cum prophetis, &c. 34. 191
12. Erit manus Domini super vos & super patres vestros. 22. c. 2. & seqq.

Inuocabo Dominum, & dabit voces & pluuias. 64
13. *Filius vnius anni erat Saul cùm regnare cœpisset.* 192.c.2.188
Fœtuit Israël in Philistiim. 37
14. *Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, quia morte morieris Ionatha.* 3.c.2
15. *Interfice à viro vsque ad mulierem, & paruulum atque lactentem.* 36
Porro triumphator in Israël non parcet, & pœnitudine non flectetur: neque enim, &c. 113.c.2
16. *Num coram Domino est Christus eius?* 18
18. *Occidit Saül mille, & Dauid decem millia.* 548
Egrediebatur & intrabat in conspectu populi. 119.c.2
19. *Posuit animam suam in manu sua, & percussit Philistæum.* 171
20. *Filius mortis.* 288
21. *Nam & pueris condixi in hunc vel illum locum.* 184.c.2
Continuimus nos ab heri & nudius tertius, &c. 34
25. *Si reliquero de omnibus, quæ ad ipsum pertinent, vsque mane, mingentem ad parietem.* 196.c.2
Erit anima Domini mei custodita quasi in fasciculo viuentium apud Dominum Deum tuum. 197
Non remansisset Nabal vsque ad lucem matutinam, mingens ad parietem. 197
26. *Nunc ergo perfodiam eum lanceâ in terra semel, & secundo opus non erit* 487.c.2
Si Dominus incitat te aduersum me, odoretur sacrificium. 38.c.2
Egressus est rex Israël, vt quærat pulicem vnum, sicut persequitur perdix in montibus. 196
27. *Fœtere faciendo, fecit fœtere in populo suo.* 37
28. *Posui animam meam in manu mea.* 171.
A paruo vsque ad magnum. 25 30.

EX II. REG.

Aquilis velociores, leonibus fortiores. 174 CAP. 1.
Tam heri quàm nudius tertius quærebatis Dauid, vt, &c. 34 3.
Vt sciret exitum tuum, & introitum. 119.c.2
Sed & heri & nudius tertius, cùm, &c. 34 5.
Non ingredieris huc, nisi abstuleris cæcos, & claudos, dicentes, non ingredietur Dauid, &c. 202.c.2
Pauper autem nihil habebat omnino, præter ouem vnã parnulam, quam, &c. 125 12.
Dedi tibi domum Domini tui, & vxores Domini tui in sinu tuo. 124.c.2
Tollam vxores tuas in oculis tuis, & dabo, &c. 118.c.2
Et quærunt extinguere scintillam meam, quæ relicta est, vt, &c. 204.c.2 14.
Numquid manus Ioab tecum est in omnibus istis? 22.c.2.266
Angelum Dei. 30
A vestigio pedis vsque ad verticem. 139
Quare maledicit canis hic mortuus Domino meo regi? 196 16.
Esse fortissimos, & amaro animo, veluti si vrsa raptis catulis in saltu sæuiat. 204.c.2 17.
Et fortissimus quisque, cuius cor est quasi leonis, pauore soluetur. 502.c.2
Non est nobis pars in Dauid. 205 20.
Sermo dicebatur in veteri prouerbio: Qui interrogant, &c. 205.c.2
Seba filius Bochri cognomine, leuauit manum suam contra regem Dauid. 73
Scutum meum, & cornu salutis meæ. 206.c.2 22.
Torrentes Belial terruerunt me. 130.346.
Funes inferni circumdederunt me: præuenerunt me laquei mortis. 207.c.2

Ascendit fumus de naribus eius:& ignis de,&c. 149
Inimicos meos dedisti mihi dorsum. 105.c.2
23. *Tenerrimus ligni vermiculus.* 360
24. *Immisitque Dominus pestilentiam, &c.* 37

EX III. REG.

CAP.1. *QVeramus Domino nostro regi adolescentulam virginem,& stet, &c.* 124.c.2
2. *Facies ergo iuxta sapientiam tuam, & non deduces canitiem, &c.* 240. col.2
Deducésque canos eius cum sanguine ad inferos. 240.c.2
Thronus Dauid erit stabilis coram Domino.
3. *Ignorans egressum & introitum meum.* 119.c.2
Et seruus tuus in medio est populi. 30.c.2
4. *Habitabátque Iuda & Israël absque timore vllo, vnusquisque sub vite sua,& sub ficu sua.* 251
Disputauit super lignis,à cedro,quæ est in Libano, vsque ad hyssopum, quæ &c. 252
8. *Custodis pactum & misericordiam seruis tuis,qui ambulant,&c.* 16
Si clausum fuerit cælum & non pluerit, propter peccata eorum. 90. col.2.
9. *Si ambulaueris coram me,sicut ambulauit pater tuus in simpl.&c.* 16
Eritque Israël in prouerbium,& in fabulam cunctis populis. 140.c.2
11. *Filio autem eius dabo tribum vnam vt remaneat lucerna Dauid seruo meo.* 111
Ero tecum,& ædificabo tibi domũ fidelem,quomodo,&c. 21.c.2.& seqq.
12. *Minimus meus digitus, grossior est lumbis patris mei.* 63.253.c.2
Pater meus posuit super vos iugum graue, ego autem addam super iugum vestrum,&c. 255
Quæ nobis pars in Dauid, vel quæ hæreditas in filio Isai. 205
Inducam malum super domum Ieroboam, 14.
& percutiam de Ieroboã mingentem ad parietem,&c. 197
Propter Dauid dedit ei Dominus 15.
Deus lucernam,&c. ibid.col.2
Percussit omnem domum Baasa, 16.
& non dereliquit ex eâ mingentem ad parietem. 197
*Si erit annis his ros & pluuia.*90.c.2 17.
Ecce colligo duo ligna. 313
Vsquequò claudicatis in duas partes?si Dominus est Deus,&c. 255.c.2 18.
Ne glorietur accinctus æquè,vt discinctus. 71.c.2 20.
Fecit quoque sibi Sedecias filius 22.
Chanaana cornua ferrea; & ait, &c. 157.c.2.& seqq.
Vidi Dominum sedentem super solium suum, & omnem exercitum cæli assistentem ei à dextris,& à sinistris. 2
Dedit Dominus spiritum mẽdacij in ore omniũ Prophetarũ tuorum. 60.c.2
Sermones prophetarum ore vno regi bona prædicant. 166
Vidi cunctum Israël dispersum in montibus, quasi oues non habentes pastorem. 130

EX IV. REGVM.

EGo in medio populi mei habitabo. CAP.
30.c.2 4.
Porrò rex ducem illum cuius manu incubuerat. 505.c.2
Si Dominus fecerit etiam cataractas in cælo,&c. 603 7.
Quid enim sum seruus tuus canis, 8.
vt faciam rem tantam? 195
Noluit autem Dominus disperdere Iudam, propter Dauid seruum suum, 111.c.2
sicut,&c.
Perdámque omnem domum Achab, 9.
& interficiam de Achab mingentem ad parietem. 197
Carnes Iezabel vt stercus sparsa. 13.
607
Interfecerat enim eos rex Syriæ, & redegerat quasi pulueremin tritura aræa. 324.c.2

17. *A turre custodum usque ad cinitatem munitam.* 25
18. *An speras in baculo arundineo atque confracto Ægypto, &c.* 259.c.2
Facite mecum, quod vobis vile est: & egredimini ad me, & comedet, &c. 251
Transferam vos in terram quæ similis est terræ vestræ. 57.c.2
19. *Insanisti in me, & superbia tua ascendit in aures meas: ponam, &c.* 270
21. *Extendam super Ierusalem funiculum Samariæ.* 320.c.2
24. *Immisitque ei Dominus latrunculos Chaldæorum, &c.* 37

EX I. PARALIP.

CAP. *EXercitus Dei.* 30
11. *Et viderunt filij Ammon quòd fœtuissent cum David.* 37.c.2
19. *Scito Deum patris tui, & servito ei corde perfecto, & animo voluntario.* 85
28. *Super hæc quæ obtuli in domum Dei mei, de peculio meo aurum & argentum.* 80

EX II. PARALIP.

CAP. I. *DAmihi sapientiam & intelligentiam, vt ingrediar & egrediar, &c.* 120
7. *Tradam eam in parabolam & in exemplum cunctis populis.* 140.c.2
Et domus ista erit in proverbium cunctis transeuntibus, & dicent, &c. 140.c.2
12. *Non stillabit furor meus super Ierusalem per manum Sesac.* 150
Vt sciant distantiam servitutis meæ, & servitutis regni terrarum. 162.c.2
13. *Num ignoratis, quòd Dominus Deus Israël dederit, &c.* 102
18. *En verba omnium prophetarum ore vno regi bona annunciant.* 166
32. *Cum illo enim est brachium carneũ, nobiscũ Dominus Deus noster.* 296.491
34. *Magnus enim furor Domini stillavit super nos.* 150
Idcirco stillabit furor meus super locum istum, & non extinguetur. 150

EX I. ESDR.

CAP. I. *OMnis multitudo quasi vir vnus.* 166.c.2
4. *Nos igitur memores salis, quod in palatio comedimus, & quia, &c.* 23.c.2
5. *Oculus autem Dei factus est super senes Iudæorum, & non potuerunt impedire eos.* 265
7. *Dedit ei Rex secundum manum Domini super eum omnem petitionem eius.* 265.c.2
9. *Daretur nobis paxillus in loco pinctio eius.* 266
Daret nobis septem in Iuda & in Ierusalem. 267

EX II. ESDR.

CAP. I. *ETiamsi abducti fuerius ad extrema cœli, inde congregabo vos, & reducam.* 267.c.2
4. *Numquid ædificare poterunt lapides de acervis pulveris, qui combusti sunt.* 268
Factum est autem venientibus Iudæis, qui habitabant &c. 35
9. *Tu fecisti cælum, & cælum cælorum, & omnem exercitum eorum.* 3

EX III. ESDR.

CAP. 9. *DAte confessionem & magnificentiam Domino Deo.* 165.c.2

EX IV. ESDR.

CAP. I. *ITa vos collegi, vt gallina pullos suos sub alas suas.* 182
6. *Quæ erit separatio temporum? aut quando, &c.* 11.c.2

EX TOBIA.

CAP. I. *POst tempestatem tranquillum facis.* 268
Consilium semper à sapiente perquire. 206.c.2
Gaudium sit tibi semper. 181.c.2
Deponam senectutem illorum cum tristitia ad inferos. 241

EX IVDITH.

CAP. I. *QVi omnes vno animo contradixerunt.* 166.c.2

5. *Vbicumque ingressi sunt sine arcu & sagitta, & absque scuto & gladio, Deus, &c.* 45.c.2

6. *Cum percusserimus eos omnes sicut hominem vnum.* 166.c.2

7. *Omnes simul vnâ voce dixerunt.* 166

8. *Non enim quasi homo, sic Deus, comminabitur: neque, sicut filius, & cæt.* 114.

9. *Fac Domine, vt gladio proprio eius superbia amputetur: capiatur, & cæt.* 271.c.2

10. *Cui etiam Deus contulit splendorẽ, &c.* 36.c.2

11. *Non latrabit vnus canis contra te.* 68.

15. *Benedixerunt eam omnes vnâ voce.* 166

16. *Nec filij Titan percusserunt eum, nec excelsi gigantes opposuerunt se illi.* 225.c.2

Porro Iudith vasa vniuersa bellica Holofernis, quæ dedit, &c. 273.c.2

EX ESTHER.

CAP. 1. TAm minorum quàm maiorum. 25.

13. *Vt nefarij homines vno die ad inferos, &c.* 214.c.2

14. *Prædicent carnalem regem in sempiternum.* 491

15. *Angelum Dei.* 30

EX IOB.

CAP. 1. EXtende paululum manum tuam, & tange cuncta quæ possidet. 180

Surrexit Iob & scidit vestimenta sua, & tonso capite corruens in terram. 568

2. *Mitte manum tuam, & tange os eius, & carnem.* 180

Percussit Iob vlcere pessimo à planta pedis, vsque ad verticem. 139

3. *Parvus & magnus ibi sunt, & seruus liber à Domino suo.* 334

Nunc autem venit super te plaga & defecisti, tetigit te, & conturbatus es. 180

Rugitus leonis, & vox leænæ, & dentes catulorum leonum contriti sunt. 543.c.2

Qui ponit humiles in sublime, & mœrentes erigit in sospitate 191.c.2 5.

Per diem incurrent tenebras, & quasi in nocte sic, &c. 451.c.2

In sex tribulationibus liberabit te, & in septima non tanget te malum. 15

Militia est hominis vita super terram, & sicut mercenarij dies eius. 325. c.2. 7.

Sicut cervus desiderat vmbram, & sicut mercenarius præstolatur finem operis sui. 316

Oculi tui in me & non subsistam. 265.c.2

Sicut consumitur nubes & pertransit: sic qui descenderit ad inferos, &cæt. 241.c.2

Quid est homo, quia magnificas eũ? 262.c.2

Pertransierũt sicut aquila volans ad escam. 199.c.2 9.

Memento quæsò quòd sicut lutum feceris me, & in pulverem reduces me. 12.c.2. 10.

Fuissem, quasi non essem, de vtero translatus, ad tumulum. 339.c 2

Excelsior cœlo est, & quid faciesi profundior inferno, & vnde cognoscesi 214.c.2 11.

Vir vanus in superbiam erigitur, & quasi pullum onagri liberum se natum putat. 22.c.2. 428. 527

Et animam meam ponam in manibus meis. 171 13.

Manum tuam longè fac à me, &c. 179

Contra folium quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam. 415.c.2

Homo natus de muliere, brevi viuẽs tempore, repletur multis miseriis. 43.c.2 14.

Recede paululũ ab eo, donec optata veniat sicut mercenarij dies ei⁹. 325.c.2

15. *Quid est homo, vt immaculatus sit?* 262.c.2
Bibit quasi aquam iniquitatem. 47
Sonitus terroris semper in auribus illius, & cùm pax sit, ille, &c. 92
Ladetur quasi vinea in primo flore botrus eius. 155
16. *Tenuit cervicem meam, confregit me.* 46.c.2
Posuit me quasi in signum: circũdedit me lanceis suis. 474
17. *Si sustinuero, infernus domus mea est: & in tenebris stravi, &c.* 242.c.2
In profundissimum infernum descẽdent omnia mea. 242.c.2
18. *Nonne lux impij extinguetur, &c.* 111.c.2
19. *En deciès confundisti me, & non, &c.* 54.313.c.2
Quasi evulsæ arbori abstulit spem meam. 400.c.2
Manus Domini tetigit me. 179.c.2
Reposita est spes mea in sinu meo. 127
20. *Si ascenderit vsque ad cœlum superbia eius, & caput, &c.* 561
Celare culpã in gutture suo. 437.c.2
Torrentes mellis & butyri. 346
Non videat rivulos fluminis, torrentes mellis ac butyri. 58
21. *Superponite digitum ori vestro.* 178.c.2.
Vacca peperit, & non est privata fœtu suo. 510.c.2
Ducunt in bonis dies suos, & in punctò ad inferna descendunt. 215
22. *Lacertis pupillorum.* 296
Et dicis: quid enim novit Deus? & quasi per caliginem iudicat. Nubes, &c. 156.c.2
Decernes rem & veniet tibi, & in viis tuis splendebit lumen. 451.c.2
23 *In sinu meo abscondi verba oris eius.* 127.
24. *Vsque ad inferos peccatum illius.* 216.c.2.
Oculi autem eius sunt in viis illius. 265.c.2
25. *Quanto magis homo putredo, & filius hominis vermis.* 360.c.2
Principes cessabant loqui, & digitum superponebam ori suo. 178.c.2
Cùm vix parvam stillam sermonis eius audierimus. 150
26. *Ecce gigantes gemunt sub aquis, & qui habitant cum eis.* 225.c.2
Nudus est infernus coram illo, & non est operimentum perditioni. 216.c.2
28. *Homo ad chalamis manum suam extendere & subvertere à radicibus montes.* 371.c.2.372
29. *Quando splendebat lucerna eius super caput meum, & ad lumen eius ambulabam in tenebris* 451.c.2
Quando lavabam pedes meos butyro. 47.c.2
Gloria mea semper innovabitur, & arcus, &c. 45.c.2
Verbis meis nihil addere audebant, & super illos stillabat eloquiũ meũ. 150
30. *Quorum non dignabar patres ponere cum canibus mei gregis.* 201
Qui inter huiusmodi lætabantur, & esse sub sentibus delicias compunxbant. 531.c.2.
31. *Si levavi super pupillum manum meam, &c.* 72.c.2
Osculatus sũ manũ meã ore meo. 38
Celavi in sinu meo iniquitatem meã. 127.
32. *Deus proiecit eum, & non homo.* 262.c.2.
33. *Semel loquitur Deus & secũdò idipsum non repetit.* 113.c.2
Appropinquavit vita illius mortiferis. 361.c.2
Tribus vicibus. 313
34. *Quis est vir sicut Iob, qui bibit subsannationem sicut aquam?* 47
Homo in cinerem revertetur. 12.c.2
37. *Post eum rugiet sonitus, tonabit voce, &c.* 64
Tu forsitan cum eo fabricatus es cœlos, qui solidissimi quasi ære fusi sunt. 91
38. *Quis conclusit ostiis mare, &c.* 608
39. *Quis dimisit Onagrum liberum, & vincula eius quis solvit?* 428

Cui dedi in solitudine domum, & tabernacula eius in loco salsuginis. 154

Numquid alligabis Rhinocerotẽ ad arandum loro tuo: aut confringet, &c. 157.c.2

Numquid prabebis equo fortitudinem, aut circumdabis, &c. 161.c.2

Qui leuiter locutus sum, respondere quid possum? manum meam, &c. 178.c.2

40. *In oculis eius quasi hamo capiet eũ, & in sudibus perforabit nares eius. An extrahere, &c.* 351

41. *Sternutatio eius vt splendor ignis, & oculi, &c.* 150.c.2

Numquid pones circulum in narib. eius. 404.c.2

42. *Comederúntque cum eo panem in domo eius.* 23

EX PSALM. LIBRO.

PSAL. 1. *IN lege eius meditabitur die ac nocte.* 163

Erit tanquam lignum quod plantatum est secùs decursus aquarum, quod fructum, &c. 415.c.2.423

Nouit Dominus viam iustorum, & iter impiorum peribit. 113.85

2. *Reges eos in virga ferrea.* 254.c.2

Tanquam vas figuli confringes eos. 394.c.2

4. *Filij hominum vsque quò graui corde, qui diligitis vanitatem, & quaeritis mendacium?* 262.c.2.479.c.2

A fructu frumenti, vini, & olei. 33

5. *Tu benedices iusto, Domine: vt scuto bonae voluntatis coronasti eos.* 306

6. *Quoniam non est in morte, qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?* 217

8. *Quoniam videbo cœlos tuos, opera digitorum tuorum: lunam, &c.* 63.c.2

Quid est homo, quòd memor es eius? aut filius hominis vt visites eum? 262.c.2.480.

Constituisti eum super opera manuũ tuarum. 63.c.2

Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me. 55 9.

Qui exaltas me de portis mortis, vt annunciem, &c. 32

In laqueo isto, quem abscondérunt, comprehensus est pes eorum. 491

Conuertantur peccatores in infernũ, &c. 219.c.2

Exurge Domine, non confortetur homo: iudicentur gentes, &c. 262.c.2

Constitue Domine legislatorem super eos, vt sciant Gentes, quoniam homines sunt. 481

Oculi eius in pauperem respiciunt. 265.c.2 10.

Palpebra eius interrogant filios hominum. 479.c.2

Argentum igne examinatum, probatũ terrae, purgatum septuplum. 14 11.

Eloquia Domini, eloquia casta, argentum igne examinatum. 282

Instar carnis rãcidè fœtuerũt. 37.c.2 13.

Qui deuorant plebem meam sicut escam panis. 100

Propter hoc latatum est cor meum, &c. 210 15.

Non derelinques animam meam in inferno, neq; dabis, &c. 219.c.2.529.c.2

Igne me examinasti. 464 16.

Sub vmbra alarum tuarum protege me, à facie impiorum qui me afflixerunt. 181

Protector meus, & cornu salutis meae, & susceptor meus. 206.c.2 17.

Circumdederunt me dolores mortis, & torrentes iniquitatis conturbauerũt me. 208.346

Dolores inferni circumdederunt me, &c. 221

Intonuit de cœlo Dominus, altissimus dedit vocem suam. 64

Inimicos meos dedisti mihi dorsum. 46.c.2

Filij alieni mentiti sunt mihi, filij alieni, &c. 256

In omnem terram exiuit, & in fines orbis terrae verba eorum. 320.478 18.

Dulciora super mel & fauũ. 173.c.2

Ego

Ego sum vermis & non homo: opprobrium hominum & abiectio plebis. 360

Pones eos vt clibanum ignis in tempore vultus tui. 189

Sicut aqua effusus sum: & dispersa, &c. 46.c.2

23. Dominus virtutum ipse est rex gloriæ. 3

28. Vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentia, vox, &c. 478.c.2.

Comminuet eas tanquam vitulum Libani. 469.c.2

29. Domine eduxisti ab inferno animã meam. 221

Quæ vtilitas in sanguine meo dum descendo in corruptionem? Numquid confitebitur, &c. 218

30. Erubescant impij, & deducantur in infernum. 221.c.2

Retribuet abundanter, facientibus superbiam. 14.c.2

31. Quoniam die ac nocte grauata est super me manus tua. 163.176

Firmabo super te oculos meos. 265.c.2

Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. 270.

In camo & freno maxillas eorum constringe. 534.c.2

32. Verbo Domini cœli firmati sunt, & verbo oris eius omnis virtus eorum. 3

Oculi Domini super metuentes eũ, & in eis qui sperant super misericordia eius. 265.c.2

33. Vultus autem Domini super facientes mala. 265.c.2

Multæ tribulationes iustorum & de omnibus his liberabit eos Dominus. 15

Mors autẽ peccatorum pessima. 115

34. Oratio mea in sinu meo conuertetur. 127.

Vultus Domini super facientes mala. 189

35. Iustitia tua, sicut montes Dei. 30

Filij autem hominum in tegmine alarum tuarum sperabunt. 182

36. Ne zelaueris in malignantibus, neque æmuleris facientes iniquitatem. Quoniam sicut, &c. 394

Deficientes tanquam fumus deficient 152.

Transiui & ecce non erat, & quæsiui eum, & non est inuentus locus eius. 510.c.2

Putruerunt, & corrupta sunt cicatrices meæ, à facie insipientiæ meæ. 399. c.2 37.

Afflictus sum, & incuruatus sum vsque ad finem: tota die contristatus incedebam. 404

Multiplicati super numerum. 39 39.

In capite libri scriptum est de me. 41.c.2

Quorum non est numerus. 39

Comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui vt viderem: multiplicatæ, &c. 414.c.2

Verbum iniquum constituerunt aduersum me. 130 40.

Magnificauit super me supplantationem. 12

Qui edebat panes meos, magnificauit, &c. 23 c.2

Nec enim in gladio suo possederunt terram, & brachium eorum non saluauit eos. 45 c.2 43.

Inter inimicos nostros ventilabimus cornu. 158.286.c.2

Non enim in arcu meo sperabo, & gladius, &c. 45.c.2

Non egredieris Deus in virtutibus nostris. 2

Et non recessu retrò cor nostrũ 25.c.2

Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime. 369.c.2 44.

Virga directionis, virga regni tui. 254.c.2.

Transferentur montes in cor maris. 234.c.2 45.

Dominus virtutum nobiscum. 3 46.

Reges terræ congregati sunt, conuenerunt in vnum. 166.c.2 47.

Filij hominum simul in vnum diues & pauper. 334 48.

Cur timebo in die malæ? iniquitas calcanei mei circumdabit me. 11.c.2

Vocauerunt nomina sua in terris suis. 457.c.2
Sicut oues in inferno positi sunt: mors depascet eos. Et dominabũtur, &c. 222
54. *Die ac nocte circumdabit eam super muros eius iniquitas.* 163
Descendant in infernum viuentes. 223.c.2
Mollitisunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula. 48.c.2
55. *Inhabitabunt, & abscondent, & ipsi calcaneum meum obseruabunt.* 11.c.2
Non dabit in eternum, fluctuationem iusto. 105.c.2
56. *Et in vmbra alarum tuarum sperabo, donec transeat iniquitas.* 182
Filij hominum dentes eorum arma & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus. 48.c.2
Laqueũ parauerũt pedibus meis. 492
57. *Lætabitur iustus cùm viderit vindictam: manus suas lauabit in sanguine peccatoris.* 145.c.2
Molares leonum confringet Dominus. 544
58. *Si saturati non fuerint, murmurabunt.* 545
59. *In Idumeam extendam calceamentum meum.* 56.c.2.158.c.2
60. *Protegar in velamento alarum tuarum.* 182
61. *Veruntamen vani filij hominum, mendaces filij hominum.* 479.c.2
62. *Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea.* 307.c.2
Et in velamento alarum tuarum sperabo. 182
64. *Ad te omnis caro veniet.* 353.c.2
67. *Sicut fumus deficiunt, sicut fluit cera à facie ignis, sic pereunt peccatores à facie Dei.* 293
Rex virtutum dilecti, dilecti. 3
Vaccas populorum. 553.c.2
68. *Dederunt in escam meam fel.* 440
Quem tu percussisti persecuti sunt, & super dolorem vulnerum meorum addiderunt. 195
70. *Qui custodiebant animam meam, consilium fecerunt in vnum.* 166.c.2
Suscipiant montes pacem populo, &c. 71. 591.c.2
Erit firmamentum in terrâ in summis montium. 486.c.2
Quia non est respectus morti eorum, & firmamentum in plaga eorum. 72. 216
Leua manus tua in superbias eorum in finem. 73. 72.c.2
Vt quid auertis manum tuam, & dexteram tuam, de medio sinu tuo in finem? 98
Deus autem rex noster ante secula operatus est salutem in medio terra. 508
Pluit super eos, sicut puluerem, carnes: & sicut arenam, &c. 77. 19.c.2
Immissiones per Angelos malos. 37
Conuersus es mihi in arcum praui. 368
Iuuenes eorum comedit ignis. 55
Effuderunt sanguinem eorum tanquam aquam, &c. 78. 47
Filij mortificatorum. 288
Qui regis Israël intende, & deduc is 79. *velut ouem Ioseph.* 484
Vineã de Ægypto transtulisti: eiecisti gentes, & plantasti eam. 78.c.2.155
Arbusta eius cedros Dei. 30
Cibauit eos de adipe frumenti, & de 80. *petra melle saturauit eos.* 152.c.2.43. 307.c.2
Deus stetit in Synagoga Deorum: 81. *in medio autem Deus diiudicat.* 30.c.2
Facti sunt vt stercus terræ. 607 82.
Eruisti animam meam ex inferno 85. *inferiore.* 221.c.2.222
Ego ciuitas firma, ciuitas qua oppu- 86. *gnatur.* 424
Cornu exaltare, cornu extollere, cor- 88. *nu frangere.* 286.c.2
Manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meũ confortabit eũ. 22.c.2
Filius iniquitatis. 287.c.2
Ponã in seculum seculi semen eius, & thronum eius sicut dies cœli. 123.c.2
Thronus eius, sicut Sol, in conspectu meo. 169
Destruxisti omnes sepes eius. 267.c.2

Quod continui in sinu meo. 126.c.2
90. *Quoniam ipse liberauit me de laqueo venantium.* 17.c.2
Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis. 548
In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. 69.c.2
93. *Qui doces hominem scientiam.* 484
Nisi Dominus adiuuisset me, paulominùs habitasset in inferno anima mea. 243
100. *Perambulabam in innocentia cordis mei: in medio domus meæ.* 30.c.2
Nõ habitabit in medio domus meæ, qui facit superbiam. 31
102. *Recordatus est, quoniam puluis sumus: homo, sicut fœnum, &c.* 354
Benedicite Domino omnes virtutes eius: ministri eius, qui facitis voluntatem eius. 3
103. *Quia defecerunt sicut fumus dies mei.* 152
Posuisti tenebras, & facta est nox: in ipsa pertransibunt, &c. 431.c.2
Auferes spiritum eorum, & deficiẽt: & in puluerem suum reuertẽtur. 12.c.2
104. *Cùm essent numero breui, pauciſſimi.* 38.c.2
Vocauit famem super terrã, & omne firmamentum panis contriuit. 486.c.2
Humiliauerunt in compedibus pedes eius, ferrũ pertrãsiit animã eius. 141.c.2
106. *Confiteantur Domino misericordiæ eius, & mirabilia eius filiis hominum.* 479.c.2
Posuit flumina in desertũ & terram aquarũ in sitim terrã fructiferã, &c. 154
107. *In Idumæam extendam calceamentum meum: mihi alienigenæ amici facti sunt.* 186.c.2
108. *Sicut umbra, cum declinat, ablatus sum, & excussus sum, sicut locusta.* 99
112. *Suscitans à terra inopem, & de stercore erigens pauperem: vt collocet eum cum Principibus.* 190
113. *Qui cõuertit petrã in stagna aquarũ, & rupem in fontes aquarum.* 152.c.2
Non mortui laudabunt te Domine, neque omnes, qui descendunt in infernum. 219.243.c.2
Circũdederunt me dolores mortis, & pericula inferni inuenerunt me. 222.c.2 114.
115. *Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius.* 113
117. *Circumdederunt me sicut apes, & exarserunt sicut ignis in spinis.* 122.c.2
Caput anguli. 81.c.2
118. *Defecit in salutare tuũ anima mea: & in verbum tuum superſperaui. Defecerunt, &c.* 288.c.2
Tota die meditatio mea est. 163
Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. 173.c.2
Anima mea in manibus meis semper. 171
120. *Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum.* 119.c.2
128. *De quo impleuit manum suam qui metit, & sinum suum qui manipulos colligit.* 571
131. *Illic producam cornu Dauid, paraui lucernam Christo meo.* 111.c.2.207
132. *Ecce quàm bonum & iucundum, habitare fratres in vnum.* 166.c.2
134. *Iacob elegit sibi Dominus, Israël in possessionem sibi.* 80
136. *Exinanite exinanite, vsque ad fundum in ea.* 438.c.2
138. *Quo ibo à spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? si ascendero, &c.* 561
Si ascendero in cœlum, tu illic es: si descendero in infernum, ades. 222.c.2
Dinumerabo eos, & super arenam multiplicabuntur. 19.c.2
140. *Dissipata sunt ossa mea secùs infernum.* 223
143. *Filiæ eorum compositæ, circumornatæ vt similitudo templi.* 322
144 *Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione.* 97.c.2
145. *Exibit spiritus eius, & reuertetur in terram suam.* 12.c.2
147. *Qui posuit fines tuos pacem, & adipe frumenti satiat te.* 43

EX PROVERB.

Cap. 1. *Deglutiamus eum, sicut infernus, &c.* 223.c.2

2. *Inclinata est enim ad mortẽ domus eius, & ad inferos semita ipsius.* 224

4. *Comedunt panem iniquitatis, & vinum iniquitatis bibunt.* 155.c.2

Iustorum semita, quasi lux splendens procedit, & crescit usque ad perfectam diem. 111.c.2. & seqq.

Ne declines ad dexteram neque ad sinistram. 31.c.2

5. *Ne attendas fallaciæ mulieris: favus enim distillans, &c.* 332.c.2

Pedes eius descendunt in mortem, & ad inferos gressus illius penetrãt. 224.c.2

Quare seduceris fili mi ab aliena, & foueris in sinu alterius. 124.c.2

6. *Paululum dormies, paululum dormitabis, paululum conseres manus vt dormias, & veniet tibi quasi viator egestas.* 97.c.2

Sex sunt quæ odit Dominus, & septẽ detestatur anima eius. 15.c.2

Deprehensus reddet septuplũ. 14.c.2

Qui autem adulter est, propter cordis inopiam perdet animã suam. 523.c.2

7. *Via inferi domus eius; penetrantes in interiora mortis.* 225

8. *Ludens coram eo omni tempore, ludens in orbe terrarum?* 328.c.2

9. *Aquæ furtiuæ dulciores sunt, & panis absconditus suauior.* 216.c.2

Ignorauit quòd ibi sint gigantes: & in profundis inferni conuiua eius. 225

10. *In labiis sapientis inuenitur sapientia: & virga in dorso eius qui indiget corde.* 523.c.2

Quasi tempestas transiens non erit impius: iustus autem, quasi fundamentum sempiternum. 293

11. *Qui despicit amicũ, indigens corde est: vir autem prudens tacebit.* 523.c.2

Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana. 89.c.2

Etiamsi manus ad manum fuerit, non est innocens. 98

13. *Lux iustorum lætificat: lucerna autẽ impiorum exstinguetur.* 111.c.2

Infernus & perditio coram Domino: quanto magis corda hominum. 226 15.

Semita vitæ super eruditum, vt declinet de inferno nouissimo. 226.c.2

Expedit magis vrsæ occurrere raptis fœtibus. 204.c.2 17.

Quid prodest stulto habere diuitias, cùm sapientiã emere non possit. 523.c.2

Munera de sinu impius accipit. 127

Propter frigus piger arare noluit. 175 20.

Ei qui reuelat mysteria, & qui ambulat fraudulẽter, & dilatat labia sua, ne commiscearis. 90

Qui maledicit patri suo & matri, exstinguetur lucerna eius in mediis tenebris. 111.c.2

Munus absconditũ exstinguit iracundiã, & donũ in sinu indignationẽ maximã. 127 21.

Qui pronus est ad misericordiam, benedicetur. 133 22.

Non facias violentiam pauperi, quia pauper est: neque conteras egenum in porta. Quia, &c. 32

Statue cultrum in gutture tuo. 121

Ne comedas cum homine inuido. 133 23.

Noli subtrahere à puero disciplinã, si enim percusseris eum virga, non morietur, &c. 227

Septies enim cadet iustus, & resurget: impij verò corruent in malũ. 15. 313.c.2 24.

Quoniam non habent spem futurorum mali: & lucerna impiorum exstinguetur. 111.c.2

Flagellum equo, & camus asino, & virga in dorso imprudentium. 270 26.

Canis ad vomitum. 87

Infernus & perditio nunquam implentur. 227.c.2

Septẽ nequitiæ sunt in corde illius. 15

Fugit impius nemine persequente, iustus autẽ quasi Leo confidens, absque terrore erit. 92.c.2. 543.c.2 28.

Tria sunt insaturabilia, & quartum quod nunquam dicit: Sufficit. Infernus, &c. 227.c.2 30.

Leo fortissimus bestiarum ad nullius pauebit incursum. 174

Leo fortissimus bestiarum ad nullius pauebit incursum. 174
Gallus succinctus lumbos. 72
Si enim intellexisset, ori suo imposuisset manum. 178.c.2
31. *Nobilis in portis vir eius, quando sederit cum senatoribus terræ.* 32
Laudent eam in portis opera eius. 32
Vlt. *Digiti eius apprehenderunt fusum.* 201.c.2

EX ECCLESIASTE.

CAP. IV. *Stultus complicat manus suas, & comedit carnes suas, dicens; Melior est, &c.* 97.c.2
7. *Sapientia confortauit sapientem super decem principes ciuitatis.* 35
Non est enim homo iustus in terra, qui faciat bonum, & non peccet. 252.c.2
Et hominem vnum de mille inueni: & mulierem in his omnibus non inueni. 571.c.2
8. *Etenim, quia non profertur citò contra malos sententia, absque timore vllo filij hominum perpetrant mala.* 493
9. *Corda filiorum hominum implentur malitiâ, & contemptu in vita sua; & post hæc ad inferos deducentur.* 227. col.2
Melior est canis viuus leone mortuo. 195.c.2
Quodcũque potest facere manus tua operare: quia, &c. 246
Nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quò tu properas. 228
Nescit homo finem suum; sed sicut pisces capiuntur hamo, & sicut, &c. 492.c.2
Mulier quæ est fornicaria, quasi stercus in via. 607.c.2
10. *Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris.* 544
11. *Mitte panem tuum super transeuntes aquas: quia, &c.* 346.c.2
Da partẽ septẽ nec non & octo. 548
12. *Otiosas fieri molentes in minuto numero, & tenebrescere videntes per foramina.* 160.c.2
Reuertatur puluis in terram suam vnde erat: & spiritus redeat ad Deum qui dedit illum. 12.c.2

EX CANT.

Vineam meam non custodiui. 155 CAP. I.
Botrus cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi. 155
Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. 539 2.
En ipse stat post parietem nostrum, respiciens, &c. 13.c.2
Vineæ florentes dederunt odorem suum. 155
Sicut vitta coccinea labia tua. 164 4.
Bibi vinum meum cum lacte meo. 396.c.2 5.
Electa vt Sol. 169 6.
Terribilis vt castrorum acies ordinata. 71
Quid videbis in Sulamite, nisi choros castrorum. 3.c.2
Statura tua assimilata est palmæ, & vbera tua botris: dixi, &c. 155
Guttur tuum sicut vinum optimum. 155.c.2 7.
Dabo tibi poculum ex vino condito. 155.c.2 8.
Fortis est vt mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio. 228.c.2
Vinea fuit pacifico, &c. 155

EX SAPIENTIA.

CAP. I. *Creauit enim vt essent, omnia, & sanabiles fecit nationes terrarum; & non est in eis, &c.* 229
2. *Non est qui agnitus sit reuersus ab inferis.* 229
3. *Iustorum autẽ animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis.* 69.c.2
4. *Fascinatio nugacitatis obscurat bona.* 587.c.2
5. *Præ angustia spiritus gementes.* 62
Talia dixerunt in inferno, qui peccauerunt. 229
Cõtra illos stabit spiritus virtutis, & tanquam turbo veniet dissipet illos. 158

Assiden

6. *Assidentem foribus suis inueniet.* 13. col. 2.

Neque cum inuidia tabescente iter habebo. 16

7. *Sum quidem & ego mortalis homo, similis omnibus.* 264

8. *Sermocinante me plura, manus ori suo imponent.* 178. c. 2

10. *Inimicos autem eorum demersit in mare, & ab altitudine inferorum eduxit illos.* 244. c. 2

17. *Et ignis quidem nulla vis poterat illis lumen præbere, nec siderum, &c.* 65. col. 2

Illi autem, qui impotentem nocte, & ab infimis, & ab altissimis inferis supernenientem, &c. 244. c. 2

Siue spiritus sibilans, aut inter spissos arborum ramos animi sonus, &c. 91. c. 2

18. *Simili autem poena seruus cum Domino afflictus est, & popularis homo regi similia passus.* 333. c. 2

Vsque in cœlum attingebat stans in terra. 18. c. 2

EX ECCLESIASTICO.

CAP. 1. *Arenam maris, & pluuiæ guttas, & dies sæculi quis dinumerauit?* 19. c. 2

5. *Non ventiles te in omnem ventum.* 158.

6. *Relinquaris velut lignum aridum in eremo.* 401

7. *Fili non semines mala in sulcis iniustitiæ, & non metes ea septuplum.* 14. c. 2

8. *Cum fatuis consilium non habeas.* 206. c. 2

9. *Ne zeles mulierem sinus tui.* 124. c. 2

Nō placeat tibi iniuria iniustorum, sciens quoniam vsque ad inferos non placebit impius. 245

11. *In filiis suis cognoscitur vir.* 501. c. 2

12. *Si humiliatus vadat curuus.* 48

13. *Quæ sanctificatio sancti hominis ad canem? aut quæ pars diuini ad paupe-rem?* 462. c. 2

Memor esto, quia mors non tardat 14. *& testamentum inferorum, &c.* 245. c. 2.

Ante obitum tuū operare iustitiam, quoniam non est apud inferos inuenire cibum. 245. c. 2

Omnis caro sicut fœnum veteraſcet, & sicut folium fructificans in arbore viridi. 356. c. 2

Omnia opera illorum velut sol in cō-spectu Dei. 169 17.

Restituens ea in septuplum, 14. c. 2 20.

Xenia & dona excecant oculos iudicum. 81

Quasi à facie colubri fuge peccata: 21. *& si acceſſeris ad illa, suscipient te.* 14

Dentes leonis, dentes eius, interficiētes animas hominum. 544. c. 2

Via peccantium complanata est lapidibus, & in fine illorum inferi & tenebræ & pœnæ. 246

Ego quasi terebinthus expandi ramos meos. 441. c. 2 24.

Spiritus enim meus super mel dulcis, & hæreditas mea super mel & fauum. 173. c. 2

Sicut Sol oriens mundo in altissimis 26. *Dei, sic mulieris bonæ species in ornamentum domus eius.* 169

Vsque ad calceamenta non accepit. 21

Iugum enim illius iugum ferreum 28. *est, & vinculum eius, vinculum æreum est.* 142

Mors illius, mors nequissima, & vtilis potius infernus quam illa. 246

Conclude eleemosynā in corde pau-peris, 29. *& hæc pro te exorabit ab omni malo.* 127

Oculi Dei in diligentes se. 265. 34. col. 2

Panis egentium, vita pauperum est: qui defraudat illum, homo, &c. 570.

Vbi non est sepes diripietur pos-sessio. 36. 267. c. 2

Quasi succinctus lætro, exiliens de ciuitate in ciuitatem. 72

37. *Vita viri in numero dierum.* 39
38. *In his curans mitigabit dolorem, & vnguentarius faciet, &c.* 299
40. *A residente super gloriosam sedem vsque ad humiliatum in terra & cinere: ab eo, &c.* 67.c.2
Omnia quæ de terrâ sunt, in terrã conuertentur. 12.c.2
Super peccatores septuplum. 14.c.2
41. *Non est enim in inferno accusatio vitæ.* 229.col.2
43. *In meridiano exurit terram, & in conspectu ardoris eius quis poterit sustinere? fornacem, &c.* 169.c.2
44. *Enoch placuit Deo, & translatus est in Paradisum, vt det Gentibus pœnitentiam.* 386.col.2
48. *Qui sustulisti mortuum ab inferis, de sorte mortis, in verbo Domini.* 246. col.2
49. *Memoria Iosiæ in compositione odoris facta opus pigmentarij. In omni, &c.* 542
Et ipse quasi signum in dextrâ manu. 69.col.2
Neque vt Ioseph, qui natus est homo, princeps fratrum, firmamentum gentis, rector fratrum, stabilimen populi. 50.c.2
50. *Quasi sol refulgens, sic ille effulsit in domo Dei.* 169
Porrexit manum suam in libatione, & porrexit de sanguine vuæ. 47.c.2
51. *De altitudine ventris inferi.* 246. col.2.
Vita mea appropinquans erat in inferno deorsum. 247
Collum vestrum subiicite iugo, & suscipiat anima vestra disciplinam. 129.

EX ISAIA.

CAP. 1. *VMbraculum in cucumerario.* 259.col.2.
A planta pedis vsque ad verticem, non est in eo sanitas. 139
Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus, & quasi, &c. 154
Si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabuntur, & si fuerint, &c. 511
Argentum tuum versum est in scoriam. 37.c.2
Vinum tuum mistum est aqua. 155. col.2.
Et introibunt in speluncas petrarũ, 2.
& in voragines terræ à facie formidinis Domini. 530.c.2
Qui iescite ab homine, cuius spiritus in naribus eius, & c. 151
Auferet omne robur panis, & omne 3.
rõbur aquæ. 486.c.2
Agnitio vultus eorum respondit eis. 64.c.2
Mulieres dominatæ sunt eis. 324
Decaluauit Dominus verticem filiarum Sion. 568
Expectauit vt faceret vuas, & fecit 5.
labruscas. 155
Auferam sepem eius, & erit in direptionem. 267.c.2
Propterea dilatauit infernus animã suam, & aperuit os, &c. 229.c.2
Facta sunt morticina eorum, quasi stercus, &c. 607.c.2
Pete tibi signum à Domino tuo, in 7.
profundum inferni, siue in excelsum supra. 230
Butyrum & mel comedet, vt, &c. 5.c.2
Antequàm sciat puer reprobare malum, & eligere bonum. 5.col.2
Sibilabit Dominus muscæ, quæ est in extremis fluminum Ægypti, & api quæ est in terra Assur. 122.c.2
Butyrum enim & mel manducabit omnis qui fuerit relictus in medio terræ. 294.
Sicut qui lætantur in messe. 310. 9.
col.2.
Principatus super humerum eius. 330.c.2
Disperdet Dominus ab Israël caput & caudam, &c. 138.c.2

Et

Et declinabit ad dexteram, & esuriet : & comedet ad sinistram, & non saturabitur. 31.c.2

10. *Va Assur virga furoris mei & baculus ipse est, in manu eorum indignatio mea.* 306.c.2

Non fuit qui moueret pennam. 182. col.2

Reliquiæ ligni saltus pra paucitate numerabuntur. 39

Reliquiæ ligni saltus eius pra paucitate enumerabuntur, & puer scribet eos. 313.c.2.

11. *Percutiens terram virga oris sui, & spiritu labiorum suorum interficiens impium.* 369

Non nocebunt, & non occident in vniuerso monte suo. 306

13. *Vlulate, quia prope est dies Domini quasi, &c.* 546

Propter hoc omnes manus dissoluentur, & omne cor hominis contabescet, & conteretur. 502.c.2

Et erit Babylon illa gloriosa regnis, inclyta superbia Chaldæorum : sicut, &c. 154.307

14. *Infernus subtùs conturbatus est, &c.* 230.

In cœlum conscendam super astra Dei. 18.c.2

Omnes reges gentium vniuersi dormierunt in gloria, vir in domo sua, &c. 231

Et descenderunt ad fundamenta laci, quasi cadauer putridum. 247. col.2.

Et hæc est manus extenta super vniuersas gentes. 179.c.2

Dominus enim exercituum decreuit, & quis poterit, &c. ibid.

16. *Super vindemiam tuam, & super messem tuam vox calcantium irruit.* 310.c.2

17. *Relinquetur in eo sicut racemus, & sicut excussio olea duarum vel trium olinarum, &c.* 313

18. *Va terra cymbalo alarum quæ est trans flumina Æthiopiæ.* 181.c.2

Non erit in Ægypto opus, quod faciat caput & caudam incuruantem & refrenantem. 19. 138.c.2

Propterea repleti sunt lumbi mei dolore, angustia possedit me sicut, &c. 21. 502

Vade & pone speculatorem & quodcumque viderit, annunciet, & vidit currum duorum, &c. 401

Filia area. 287.c.2

Reliquiæ, numeri sagittariorum fortium. 39

Linguæ balbutientium citò discent loqui pacem. 586

Vade & ingredere ad eum qui habitat in tabernaculo, ad Sobnam, &c. 22. 477.c.2.

Et figam illum paxillum in loco fideli: & erit in solium gloriæ domui patris eius. 266.c.2

Auferetur paxillus, qui fixus fuerat in loco fideli, & frangetur, &c. 266. c.2. 331.c.2

Quomodo si pauca oliua quæ remanserint, & racemi, cùm fuerit finita vindemia. 24. 438.c.2

Qui fugerit à voce formidinis, cadet in foueam: & qui, &c. 603

Triturabitur Moab sub eo, sicut teritur palea in plaustro. 25. 324.c.2

In die illa visitabit Dominus in gladio suo duro, & grandi & forti super Leuiathan serpentem, &c. 27. 369

In mensura contra mensuram, cùm abiecta fuerit, iudicabis eam. 472.c.2

In die illâ erit Dominus corona gloriæ, & serium exultationis 28. 488

Mensæ plenæ vomitu sordium que. 86.c.2

Exspecta reexspecta, exspecta reexspecta. 320.c.2

Percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum. 231

Flagellum inundans. 346

Posuimus mendacium spem nostram, & mendacio protecti sumus. 344

Ponam in pondere iudicium, & iustitiam in mensura. 320

29. Obstupescite, & admiramini: fluctuate, & vacillate, &c. 448.c.2

Conuertetur Libanus in Carmel, & Carmel in saltum reputabitur. 547

30. Hac est via: ambulate in ea, & non declinetis neque ad dexteram neque ad sinistram. 31.c.2

Frenum erroris, quod erat in maxillis populorum. 534.c.2

Velut torrens inundans vsque ad medium colli. 295.47

Sicut torrens sulphuris, &c. 346

31. Equi eorum caro & nō spiritus. 491. col.2.

In profundum recedere. 437.col.2

32. Et erit desertum in Carmel, &c. 344.c.2.

Tenebræ & palpatio factæ sunt super speluncas vsque in æternum. 66

Erit desertum in Carmel, & Carmel in saltum reputabitur. 547

Et erit opus iustitiæ pax, & cultus iustitiæ silentium. 369

33. Factus est Saron sicut desertum. 344. c.2.

Cor tuum meditabitur timorem. 489.

Oculi tui videbunt Ierusalem, habitationem opulentam: tabernaculum, quod, &c. 266.c.2

Sic erit malus tuus vt dilatare signum non queas. 345

34. Et extendetur super eos mensura, vt redigatur ad nihilum, & perpendiculū in desolationem. 320.c.2

Inebriatus est gladius meus in cœlo. 595.

35. Lætabitur deserta, & inuia, & exsultabit solitudo, & florebit quasi lilium. 539.c.2

Aperta erit lingua mutorum. 486

36. Ecce confidis super baculum arundineum, confractum istum, super Ægyptum: cui, &c. 260

Tollam vos ad terram, quæ est vt terra vestra, terram frumenti, & vini, &c. 58

Venerunt filij vsque ad partum, & virtus non est pariendi. 261 37.

Habitationem tuam, & egressum tuum, & introitum tuum cognoui. 120

Ponam circulum in naribus tuis, & frenum in labiis tuis. 404.c.2

Dixi, in dimidio dierum meorū vadam ad portas inferi. 232 38.

Meditabor vt columba. 489

Quia non infirmus confitebitur tibi, neque, &c. 219.232

Omnis caro fœnum. 551.c.2. 40.

Loquimini ad cor Hierusalem. 179

Completa est malitia eius. 2.c.2

Qui mensus est pugillo aquas, & cœlos, &c. 608.c.2

Sicut pastor gregem suum pascet: in brachio suo congregabit agnos: & in sinu, &c. 126.c.2.313

Quis mensus est pugillo aquas, & cœlos palmo ponderauit? quis, &c. 328. col.2

Quasi non sint, sic coram eo sunt, &c. 356.c.2. 359.c.2

Erunt quasi non sint, & velut consumptio hominis. 356.c.2 41.

Noli timere vermis Iacob. 360

Pauperes quærunt aquas & nō sunt. 350.

Pars eius cinis est. 364.c.2 44.

Manus meæ tetenderunt cœlos, &c. 3 45.

Sciui enim quia durus es tu, &c. 372.c.2 48.

Frons tuaærea. 142.c.2

Posuit me sicut sagittam electam, & in pharetra sua abscondit me. 369.c.2 49.

Ecce in manibus meis descripsi te: muri tui coram oculis meis semper. 69. c.2

In Ægyptum descendit populus meus in principio, vt colonus esset ibi: & Assur, &c. 54.c.2 52.

Dilata locum tentorij tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende, ne, &c. 266.c.2 54.

Ad dexteram enim & ad lœuam pene

penetrabis. 31.c.2
55. Confortate manus dissolutas, & genua debilia roborate. 489
56. Omnes in viam suam declinauerūt. 25.col.2.
57. Misisti legatos tuos & humiliata es vsque ad inferos. 232
59. Ecce non est abbreuiata manus Domini, vt nequeat saluare: neque, &c. 97. 63.c.2
Ova aspidum ruperunt, qui comederit de ouis eorum morietur, & quod &c. 406.c.2
Expectauimus lucem, & ecce tenebræ; splendorem, & in tenebris ambulauimus. Palpauimus, &c. 451. col.2.
60. Inundatio camelorum. 346
Suges lac gentium, & mammillā regum lactaberis. 126.c.2
Occupabis salus muros tuos, & portas tuas laudatio. 32
61. Exultet anima mea in Domino, quia induit me, &c. 539.c.2
63. Inebriaui eos in indignatione meā. 148
66. Hæc dicit Dominus: celū sedes mea, terra autem scabellum pedum meorum. 91
Super quem requiescit Spiritus meus nisi super. &c. 191.c.2
Quasi torrentem inundantem. 346
Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non exstinguetur.

EX IEREMIA.

CAP. 1. OLlam succensam ego video, & faciem eius ab Aquilone. 464. col.2
2. Induxi vos in terram Carmeli, vt comederetis fructum eius: & bonū illius 547
Ego plantaui te vineam electam, omne semen verum quomodo conuersa es in prauum vinum 155
A sæculo confregisti iugum meum, rupisti vincula & dixisti non seruam. 129
Frons fœmina meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. 142.c.2 3.
Circumcidimini Domino & auferte præputia cordium vestrorum. 62.c.2 4.
Velociores aquilis equi illius. 199. col.2
Equi amatores, & emissarij facti sunt. 269.c.2 5.
Populo stulte qui non habes cor. 523. col.2
Cui loquar? & quem contestabor, vt audiat? ecce incircumcisæ aures eorum, &c. 62.c.2,
Omnes isti Principes declinantes, ambulantes fraudulenter. 90
Argentum reprobum vocate eos, quia Dominus proiecit illos. 282
Argentum reprobum vocate eos. 37.c.2
Templum Domini, templum Domini, templum Domini est. 495 7.
Ite ad locum meum in Silo vbi habitauit nomen meum à principio, &c. 105
Tonde capillum tuum & proiice, & sume in directum planctum. 568
Omnis frater supplantans, supplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet. 12 9.
Omnes gentes habent præputium, omnes autem domus Israel incircumcisi sunt corde. 62.c.2
Israël, virga hereditatis eius. 254. col.2 10.
Congrega eos quasi gregem ad victimam. 396.597.c.2 12.
Dixit Dominus ad me, vade. 28. col.2. 13.
Dispergam eos, virum à fratre suo, & patres & filios simul. 36
Date, date Domino Deo vestro gloriam antequam contenebrescat. 165. col.2
Onagri steterunt in rupibus: traxerunt ventum quasi dracones. 428 14.
Dispergam eos ventilabro in portis terræ. 157.c.2 15.

Multiplicata mihi sunt vidua eius, super arenam maris. 19. colum. 2

Infirmata est quæ peperit septem. 15

Quasi os meum eris. 60. colum. 2

17. *Maledictus qui fidit in homine, & qui ponit carnem brachium suum.* 296

In siccitate, in deserto, in terra salsuginis, & inhabitabili. 154. col. 2

Recedentes à te, in terrâ scribentur. 69. c. 2

19. *Vnusquisque carnem amici sui comedet.* 296

20. *Sit homo ille vt sunt ciuitates, quas subuertit Dominus: & non pœnituit eum.* 154. c. 2

22. *Viuo ego dicit Dominus: quia si fuerit Iechonias filius Ioakim, &c.* 69. col. 2

23. *Quid paleis ad frumentum? dicit Dominus.* 559. co. 2

In prophetis Ierusalem vidi similitudinem adulterantium, & iter mendacij. 477. c. 2

24. *Dabo illos in vexationem, afflictionémque omnibus regnis terræ: in opprobrium, &c.* 141

25. *Et ponam eos in stuporem, & in sibilum.* 140. c. 2

Celeuma quasi calcantium concinetur aduersus omnes habitatores terræ. 310. c. 2. & seqq.

26. *Sion quasi ager arabitur.* 175

28. *Iugum ferreum posui super collum cunctarum gentium istarum.* 142

31. *Postquam enim conuertisti me, egi pœnitentiam, &c.* 503

32. *Loquetur os eius cum ore illius, & oculi illius oculos eius videbunt.* 84

Et dabo eis cor vnum & viam vnã. 166. c. 2

33. *Hoc est nomen, quod vocabunt eum, Dominus iustus noster.* 28. col. 2

Pone super eum oculos tuos. 265. 39. col. 2

Sedere fecerunt in medio populi. 31

Habita ergo, &c. 31

Comederunt ibi panes, &c. 23 41.

Viri pauci. 38. c. 2 44.

Quis est iste qui quasi flumen ascendit, &c. 368. c. 2 46.

Vitula elegantis & formosa. 553. c. 2

Erit quasi torrens inundans. 346

Eritis quasi myrica in deserto. 456 48.

Fertilis fuit Moab ab adolescentia sua, & requieuit in facibus suis, nec, &c. 585

Quomodo confracta est virga fortis, baculus gloriosus? 260

Dicite. Quomodo confracta est fortis, baculus gloriosus? 306. c. 2

Allidet manum Moab in vomitu suo. 86. c. 2. & seqq.

Ablata est lætitia, & exultatio de Carmelo & de terra Moab, & vinum, &c. 463. c. 2. 464

Super messem tuam & vindemiam tuam prædo irruit, &c. 311

Qui fugerit à facie pauoris, cadet in foueam: & qui conscenderit de fouea, capietur laqueo. 334. c. 2

Sicut subuersa est Sodoma & Gomorrha, & vicinæ eius, ait Dominus, &c. 49. 154

Ventilabo eos in omnes ventos, &c. 158

Mittam in Babylonem ventilatores, 51. *& ventilabunt eam, & demolientur terram eius.* 157. c. 2

Iurauit Dominus Deus exercituum per animam suam. Quoniam, &c. 311

Filia Babylonis quasi area, tempus trituræ eius. 324. c. 2

EX IEREMIÆ THRENIS.

EXpandit rete pedibus meis. 492 CAP. 1.

Vigilauit iugum iniquitatum mearum, in manu eius, conuoluta sunt, & imposita collo meo. 13. col.

col.2

2. *Deduc quasi torrentem lacrymas per diem & noctem.* 47.346

3. *Replenit me amaritudinibus, inebriauit me absinthio.* 442

Bonum est viro, cùm portauerit iugum ab adolescentia sua. 129

Venatione ceperunt me quasi auem inimici mei gratis. 17.col.2

4. *Effecta est maior iniquitas populi mei peccato Sodomorum.* 153.c.2.216

Facies Domini diuisit eos, non addet adspicere eos. 189.col.2

Velocieres fuerunt persecutores nostri aquilis cali. 199.c.2

5. *Patres nostri peccauerunt & non sunt, & nos iniquitates eorum portauimus.* 465.col.2

EX PROPH. BAR.

CAP.1. *ORate pro vita Nabuchodonosor regis Babylonis, & pro vita Balthasar filij eius, vt sint dies eorum sicut dies cæli super terram.* 124

2. *Non mortui qui sunt in inferno, quorum, &c.* 219

3. *Coinquinatus es cum mortuis, deputatus es cum descendentibus in infernum.* 232.c.2

Exterminati sunt, & ad inferos descenderunt. 232.c.2

4. *Super cernices eius ascendes.* 46. col. 2

11. *Quia non mortui, qui sunt in inferno, quorum, &c.* 232

EX EZECHIELE.

CAP.II *FIlij dura facie & indomabili corde.* 372.c.2

Cum scorpionibus habitas. 255

3. *Dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum, & frontem tuam duriorem frontibus eorum.* 142.c.2.372. col.2

Vt adamantem, & vt silicem dedi faciem tuam. 455

Fili hominis speculatorem dedi te domui Israel. 401.c.2

4. *Pones eam in murum ferreum.* 609

5. *Conteram in vobis baculum panis.* 487

6. *Percute manum tuam, & allide pedem tuum.* 503.c.2

7. *Egressa est contritio, floruit virga, germinauit superbia, &c.* 306. col.2

8. *In deliciis paradisi Dei fuisti.* 374. & 31. 9. *Cedri non fuerunt altiores in paradiso Dei. Item, omnia ligna voluptatis, quæ erant in paradiso Dei.* & 36.35. *Terra inculta facta est vt hortus voluptatis.* ibid.

Replentes terram iniquitate, conuersi sunt ad irritandum me: & ecce, &c. 37.c.2

11. *Dabo illis cor vnum.* 166.c.2

12. *In longum differentur dies, & peribit omnis visio.* 490.c.2

Quiescere faciam proverbium istud, neque vulgò dicetur vltrà in Israel. 493

13. *Non ascendistis ex aduerso, neque opposuistis murum pro domo Israël: vt staretis in prælio in die Domini.* 425

Ecce ego ad pulvillos vestros, quibus vos capitis animas volantes. 492

14. *Conteram virgam panis eius.* 487

15. *Numquid tolletur de ea lignum, vt fiat opus; aut fabricabitur de ea paxillus, &c.* 166.c.2 & seq. 332

16. *Radix tua & generatio tua de terra Chanaan, &c.* 537

Extendam manum meam super te. 73

Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, superbia, saturitas panis, & abundantia, &c. 153

17. *Sciant omnia ligna regionis quia ego Dominus humiliauus omne*

lignum sublime, & exaltaui, &c. 400. *col.* 2. 401

18. *Quid est, quod inter vos parabolam vertitis in proverbium istud in terrâ Israël, dicentes: Patres comederunt vuam acerbam, &c.* 465. *col.* 2

20. *Terram fluentem lacte & melle præcipuam, &c.* 57

Et adducam vos in desertum populorum, & iudicabor vobiscum ibi facie ad faciem. 84

Fili hominis pone faciem tuam contra viam austri, & stilla ad Africum, &c. 150. *c.* 2

21. *Fili hominis pone faciem tuam ad Ierusalem, & stilla ad sanctuaria: & propheta contra humũ Israël.* 150. *c.* 2

Fili hominis propheta, & percute manum ad manum. 503. *c.* 2

Quia & ego plaudam manu ad manum, & complebo indignationem meam. 503. *col.* 2

Effundam super te indignationem meam: in igne furoris mei sufflabo in te. 152

22. *Propheta autem eius liniebant eos absque temperamento videntes vana, & diuinantes, &c.* 494. *c.* 2

23. *Sicut fluxus equorum, fluxus eorum.* 269. *c.* 2

24. *Sanguis enim eius in medio eius est, super limpidissimam petram effudit illum: non, &c.* 506. *c.* 2

Luctum non facies, corona tua circumligata sit tibi: & calceamenta tua erunt in pedibus tuis. 188

26. *Inundatio equorum.* 346

28. *Et non erit vltrà domui Israël offendiculum amaritudinis, & spina dolorem inferens, &c.* 122. *c.* 2

29. *Pro eo quòd fuisti baculus arundineus domui Israël. Quando, &c.* 260.

In die illo pullulabit cornu domui Israel. 207

31. *In die quando descendit ad inferos induxi luctum.* 232. *c.* 2

32. *Ventilabas cornu in fluminibus tuis* 158

Detrahe ipsam & filias gentium robustarum ad vltimam terram, cum his qui descendunt in lacum. 233

Loquentur ei potentissimi robustorum de medio inferni. 234

In circuitu illius sepulcra eius. Quorum data sepulcra in, &c. 233. *col.* 2

Et non dormient cum fortibus, cadentibúsque, & incircumcisis, qui descenderunt ad, &c. 234

Principes Aquilonis omnes & vniuersi venatores. 17. *c.* 2

Quod infirmum fuit, non consolidastis, & quod ægrotum, non sanastis, quod confractum, &c. 363. *col.* 2 34.

Facti sunt greges mei in rapinam, &c. 597. *c.* 2

Pro eo quòd lateribus, & humeris impingebatis, & cornibus vestris ventilabatis, &c. 158

Iuxta immunditiam menstruata facta est via eorum coram me. 415 36.

Et dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum ponam in medio vestri, & auferam, &c. 491. *c.* 2

Subuertentur montes, & cadent sepes, & omnis murus corruet in terram. 267. *c.* 2 38.

Et ponam frenum in maxillis tuis. 534. *c.* 2

Eò quòd inducitis filios alienos incircumcisos corde & incircumcisos carne. 62. *c.* 2 44.

Non defluet folium ex eo. 415. *c.* 2 47.

EX DANIELE.

Vnc hi tres quasi ex vno ore laudabãt, & glorificabant Deũ. 166 CAP. 111.

Quia eruit nos de inferno, & saluos, &c. 248

Et ecce in nubibus cœli, quasi Filius hominis veniebat. 481 7.

Egressum est cornu vnum modicum, & factum est grande con- 8.

era Meridiem, & contra Orientem, & contra fortitudinem, &c. 2

Et vsque ad principem fortitudinis magnificatum est. 3

Et dixit vnus angelus alteri nescio cui loquenti. 185

9. *Stillauit super nos maledictio & detestatio quæ scripta est in lege Moysi serui Dei.* 150

11. *Conteretur regnum eius, & diuidetur in quatuor ventos cœli.* 158

12. *Audiui virum, qui indutus erat lineis, qui stabat super aquas fluminis, cum elenasset dexteram, &c.* 20.c.2

13. *Cùm obseruarent diem aptum, ingressa est aliquando sicut heri & nudius tertius, &c.* 34

EX OSEA.

CAP.1. *Erit numerus filiorum Israël, quasi arena maris, quæ, &c.* 19.c.2

2. *Lactabo eam, & ducam eam in solitudinem: & loquar ad cor. eius.* 179.c.2

Et erit in die illa, ait Dominus: vocabit me vir meus: & non vocabit me vltra, Baal, &c. 48.c.2

4. *Vacca lasciuientis.* 553.c.2

Erit sicut populus, sic Sacerdos. 333.c.2

5. *Laqueus factus estis speculationi, & rete expansum super Thabor.* 492

Super eos effundam quasi aquam, iram meam. 46.c.2

Ego quasi leæna Ephraim, & quasi catulus leonis domui Iuda. 543

7. *Expãdam super eos rete meũ quasi volucrem cœli detraham eos.* 492

Reuersi sunt, vt essent absque iugo: facti sunt quasi arcus dolosus: cadent in gladio. 129

8. *Principes exstiterunt, & non cognoui.* 85

Onager solitarius sibi Ephraim. 428

9. *Profundè peccare.* 437.c.2

10. *Quasi spumam super faciem aquæ.* 328.c.2

Transire fecit Samaria regẽ suum, quasi, &c. 532.c.2

Vitula docta diligere triturare. 553.c.2

Metite in ore misericordiæ. 44

Ascendam super Ephraim, arabit Iudas, confringet sibi sulcos Iacob. 175

Arastis impietatem, iniquitatem messuistis. 175

Qui iudicauit Baal in die prælij, matre super filios allisa. 35.c.2

Baalim immolabant, & simulacris 11. *sacrificabant.* 48.c.2

Gladius in ciuitatibus eius, & consumet electos eius, & comedet capita eorum. 138.c.2

Chanaam in manu eius statera in- 12. *iustitiæ, dominationẽ enim elegit.* 538

Occurram eis, quasi vrsa raptus ca- 13. *tulis, &c.* 204.c.2

De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos; ero mors tua ô mors, &c. 248.c.2

EX IOEL.

Quasi hortus voluptatis terra co- CAP.II *ram eo.* 374

Conciaite aratra vestra in gladios, 3. *& ligones vestros in lanceas.* 284

Stillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lacte. 58

EX AMOS.

Eo quòd triturauerint in plaustris CAP.I. *ferreis Galaad.* 324.c.2

Super tribus sceleribus Damasci, & super quatuor non conuertam eum. 313.c.2

Pauperem pro calceamentis. 159 2.

Ecce ego stridebo super vos, sicut stridet plaustrum onustũ fœno. 551.c.2

Facti estis quasi torris raptus ab in- 3. *cendio.* 589.c.2

Leuabũt vos in cõtis, & reliquias vestras in ollis feruẽtibus. 464.c.2.493

Et plui super vnam ciuitatem, &

super alteram non plai, &c. 504.c.2
Subuerti vos, sicut subuertit Deus Sodomam & Gomorrham, & facti estis quasi torris raptus ab incendio. 154
5. *Odi, & proieci festiuitates vestras, & non capiam odorem cœtuum vestrorum.* 38.c.1
Et reuelabitur, quasi aqua, iudicium, & iustitia quasi torrens fortis. 47.346
6. *Optimates capita populorũ.* 138.c.2
7. *Ecce Dominus stans super murum litum, & in manu eius trulla cementarij.* 495
Non prophetabis super Israël, & non stillabis super domũ idoli. 150.c.2
8. *Conuertam festiuitates vestras in luctum, & omnia cantica vestra in planctum, & inducam super omne, &c.* 439
9. *Si descenderint vsque ad infernum, &c.* 234
Ponam oculos meos super eos in malum, & non in bonum. 265.c.2
Ecce oculi Domini Dei super regnum peccans: & conteram illud à facie terræ. 265.c.2
Comprehendet arator messorem, & calcator vuæ mittentem semen. 90
Plantabunt vineas suas, & bibent vinum earum, &c. 251.c.2

EX ABDIA.

CAP.1. *Si vindemiatores introissent ad te, nónne saltem racemum reliquissent tibi.* 438.c.2
Viri fœderis tui illuserunt tibi: inualuerunt aduersum te viri pacis tuæ: qui comedunt tecum, ponent insidias subter te. 12
5. *Iuxta est dies Domini super omnes gentes.* 493

EX IONA.

CAP.1. *Ascendit malitia eius coram me.* 24.
De ventre inferi clamaui, & exaudisti, &c. 234.c.2

EX MICHEA.

CAP.1. *Desperata est plaga eius, quia venit vsque ad Iudam, tetigit portam populi mei vsque ad Ierusalem.* 180
Filij deliciarum. 288
2. *Ne loquamini loquentes: non stillabit super istos.* 150
3. *Hæc dicit Dominus super prophetas, qui seducunt populum meum: qui mordent, &c.* 493.c.2
Principes eius in muneribus iudicabant, & sacerdotes eius in mercede docebant, & prophetæ eius in pecunia diuinabant. 494
4. *De Sion egredietur lex, & verbum Domini de Ierusalem.* 508
Concident gladios suos in vomeres, & hastas suas in ligones. 284
Et sedebit vir subtùs vitem suam, & subtùs ficum suam, & non erit qui deterreat. 251.c.2
7. *Væ mihi quia factus sum sicut qui colligit in autũno racemos vindemiæ: non est botrus ad comedendũ.* 438.c.2
Præcoquas ficus desiderauit anima mea. 573.c.2
Non est botrus ad comedendum. 155
Ab ea quæ dormit in sinu tuo custodi claustra oris tui. 124.c.2
Ponent manum super os, aures eorum surda erunt. 178.c.2

EX NAHVM.

CAP.1. *Et in diluuio prætereunte consummationem faciet loci eius.* 510.c.2
Consummationem ipse faciet: non consurget duplex tribulatio. 487.c.2
Mente pertractans preuaricationem. 130
Non adiiciet vltrà, vt pertranseat per te Belial. 131

2. *Dissipata est & scissa & dilacerata, & cor tabescens, & dissolutio genicu-lorum.* 502.c.2

3. *Ecce populus tuus mulieres in medio tui.* 324

Multiplicare vt locusta. 99

Pluores fecisti negationes tuas, quàm stellæ sunt cæli. 20

Custodes tui quasi locusta, & par-uuli tui quasi locusta locustarum, quæ &c. 99

EX HABACVC.

CAP.1. *VElociores lupis vespertinis.* 431

Congregabit quasi arenam cap-tiuitatem. 19.c.2

Totum in hamo sublenauit, traxit illud in sagena sua, & congreganit in rete suum. 492

2. *Qui dilatauit, quasi infernus, ani-mam suam, & quasi mors ipse, &c.* 234.c.2

Inebriari felle. 440

Vomitus ignominiæ. 87

3. *Cornua in manibus eius.* 286.c.2

Contriti sunt montes seculi; curuati, &c. 591.c.2

Suscitans suscitabis arcum tuum. 45. col.2

Potum dare aquam fellis. 440

EX SOPHONIA.

CAP.1. *QVi adorant super tecta militiam cæli.* 3

Erit fortitudo eorum in direptio-nem. 2

Iuxta est dies Domini, iuxta est & velox nimis. Vox diei, &c. 493

Effundetur sanguis eorum sicut hu-mus, & corpora eorum sicut stercora. 19. col.2

2. *Moab vt Sodoma erit, & filij Am-mon quasi Gomorrha.* 154

3. *Iudices eius lupi vespere.* 431

Seruient ei quasi humero vno. 167

EX AGGÆO.

PRopter hoc super vos prohibiti sunt CAP.1. *cæli, ne darent rorem, & terra pro-hibita est ne daret germen suum: & vo-cani siccitatem super terram.* 90.c.2

Si tetigerit pollutus in anima. 220.c.2 2.

Ponam te quasi signaculum, quia te elegi. 69.c.2. 461.c.2

EX ZACHARIA.

REuertar ad Hierusalem in miseri- CAP.1. *cordia, & domus mea ædificabitur in ea, dicit Dominus exercituum: & per-pendiculum extendetur super Hieruſa-lem.* 320

Hæc sunt cornua quæ ventilauerunt Iudam. 158

Ecce ego leuo manum meam super, 2. *&c.* 72.c.2

Super lapidem vnum septem oculi. 3. 548

Vocabit' vir amicum subter vitem, & subter ficum. 251.c.2

Duo filij olei. 288 4.

Cor suum posuerunt, vt adamantem, 7. *vt non audirent legem.* 455.c.2

Congregauit argentum quasi hu- 9. *mum, & aurum vt lutum platearum.* 19.c.2

Quoniam extendi mihi Iudã quasi arcum, &c. & ponam te quasi gladium fortium. 45.c.2

Vinum germinans virgines. 155.c.2

Ex ipso angulus, ex ipso paxillus, ex 10. *ipso arcus prælij.* 267. 332

O Sion fuge quæ habitas apud filiam 11. *Babylonis.* 469.c.2

O pastor & idolum derelinquens gregem. 462

Habitabitur Ierusalem rursus in 12. *loco suo.* 550.c.2

Plangent eum planctu quasi super vnigenitum: & dolebunt, &c. 439

Et

Et non erit Chananeus vltra in domo Domini. 537

EX MALACHIA.

CAP. I. SCripsit rex Antiochus omni regno suo, vt esset populus vnus, & relinqueret vnusquisque legem suam. 167

2. *Disperget Dominus virum, qui fecerit hoc, magistrum & discipulum.* 36

3. *Et erunt mihi, ait Dominus exercituum, in die qua ego facio, in peculium.* 80

4. *Sol iustitiæ.* 169

Calcabitis impios, cùm fuerint cinis sub planta pedum vestrorum. 52. 365

EX I. MACHAB.

GLoria eius stercus & vermis est. CA. II. 360. c. 2

Induit se loricam sicut gigas, & 3. *succinxit se arma bellica sua in præliis.* 72

Et ventilabat eos cornibus. 158 7.

Pugnemus contra inimicos nostros. 9. *non est enim hodie sicut heri & nudius tertius.* 34

EX II. MACHAB.

PRæmisti malle in infernum. 214. c. 2 CA. VI.

Iratus rex iussit sartagines, & ollas 7. *aneas succendi.* 464. c. 2

Liberauit illos in isto die, misericor- 8. *dia initium stillans in eos.* 150

INDEX LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ, EX NOVO TESTAMENTO.

EX MATTHÆO.

Ca. III. POTENS est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abraha. 373. col. 2

Securis ad radicem arboris posita est. 463

4. Non in solo pane viuit homo; sed ex omni verbo, quod procedit ex ore Dei. 123.

5. Beati lugentes, quoniam ipsi consolabuntur. 528. co. 2

Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. 424

Amen dico vobis. 93

6. Fiat voluntas tua, sicut in cœlo & in terra. 190. col. 2

Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit: si autem, &c. 133

Nemo potest duobus dominis seruire. 343. c. 2. & seqq.

Sufficit diei malitia sua. 2. co. 2

Considerate lilia agri, quomodo crescunt: non laborant, non nent. Dico autem, &c. 539. c. 2

7. Ne miseritis margaritas vestras ante porcos, & ne detis sanctum canibus. 430. c. 2

Omnia quæ vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis. 168

10. Si fuerit domus illa digna, pax vestra veniet super eam. 288

11. Tu Capharnaum numquid in cœlo exaltaberis? vsque in infernum descendes. 235

Tollite iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum, &c. 129

13. Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum. 169

16. Portæ inferi non præualebunt aduersus eam. 235

Vsque septies. 313. c. 2

18. Non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagies septies. 15. c. 2

Facilius camelum per foramen acus transire, quàm diuitem, &c. 448. c. 2

19. Apud homines hoc impossibile est: apud Deum autem omnia possibilia sunt. 449

20. An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum. 133

21. Et sepem circumdedit ei. 267. c. 2

23. Digito autem suo nolunt ea mouere. 63. c. 2

Stulti & cæci, quid est plus, aurum an altare quod sanctificat aurum? 401

Duces cæci, culicem liquantes, & camelum glutientes. 401. c. 2

Filium gehennæ duplo quàm vos.

288

Quoties volui congregare filios tuos sicut gallina congregat pullos,&c. 182

Relinquetur domus vestra deserta. 278

24. *Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus, & v.21. Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vsque modo neque fiet.* 117.col.2

25. *Amen dico vobis,nescio vos.* 85

Ite in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. 209.c.2

26. *Ite in ciuitatem ad quendam, & dicite ei.* 185

32. *Serpentes genimina viperarum.* 407

EX MARCO.

CAP.1. *QVoniam impletum est tempus, & appropinquauit regnum Dei.* 2. col.2

3. *Nemo potest vasa fortis ingressus domum diripere, nisi prius fortem alliget.* 371

6. *Qui audientes admirabantur in doctrina eius,dicentes:vnde huic hæc omnia? & quæ,&c.* 191

9. *Quisquis scandalizauerit vnum ex his pusillis credentibus in me, bonum est ei magis,&c.* 87.co.2

13. *Cum videritis hæc fieri,scitote quòd in proximo sit in ostiis.* 13.col.2

EX LVCA.

CAP.1. *ERit magnus coram Domino.* 18

Aue gratia plena,Dominus tecum. 181.

Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. 190.c.2

Deposuit potentes de sede,& exaltauit humiles. 190

Et erexit cornu saluris nobis in domo Dauid pueri sui. 207.289.c.2

Sicut locutus est per os sanctorum, qui à sæculo sunt,prophetarum eius.60.col.2

2. *Multitudo militiæ cælestis laudantium eum.* 2

Positus est hic in signum,cui contradicetur. 474

Quæ non discedebat de templo, ieiuniis & obsecrationibus seruiens nocte ac die. 163

3. *Cuius ventilabrũ in manu sua,& ipse purgabit,&c.* 594

4. *Quando clausum est cœlum annis tribus, & mensibus sex,cùm facta esset fames magna in omni terra.* 90.c.2. & seqq.

8. *Qui habet aures audiendi, audiat.* 552.c.2

Quis putas hic est,quia & ventis & mari imperat,& obediunt ei? 608.c.2

9. *Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retrò, aptus est regno Dei.* 25.c.2

10. *Neminẽ per viã salutis ueritis.* 259

Pax huic domui. 181.c.2

Si ibi fuerit filius pacis. 288

11. *Immundus spiritus cùm exierit ab homine, & requiem non inuenerit,septẽ alios spiritus,&c.* 516.c.2

Porro si in digito Dei eiicio Dæmonia:profectò,&c. 63

Et ipsi vno digito vestro non tangitis sarcinas. 63.c.2

12. *Nolite timere pusillus grex,&c.*361. col.2

13. *Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum auis nidum suum sub pennis,& noluisti.* 182

16. *Factum, vt moreretur mendicus, & portaretur in sinum Abrahæ.* 125.c.2

Sepultus in inferno. 235.c.2

17. *Si septies in die peccauerit.* 313.c.2

In illa die,qui fuerit in tecto, & vasa eius in domo,ne descendat tollere illa,& qui,&c. 27.c.2

21. *Duo minuta.* 313

Virtutes cœlorum mouebuntur. 3

22. *Occurret vobis homo quidam amphoram aquæ portans,&c.* 185

Ego autem in medio vestri sum sicut qui ministrat. 31

Verumtamen non mea, sed tua voluntas

luntas fiat. 190.c.2

23. Qui si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? 401

Filiæ Ierusalem nolite flere super me sed super vos ipsas flete, & super filios vestros. Quoniã ecce, &c. 117.c.2

Tunc incipient dicere montibus, Cadite super nos: & collibus, Operite nos. 530.c.2

Hodie mecum eris in Paradiso. 387.c.2

24. Pax vobis. 181.c.2

EX IOANNE.

CAP.I. IN principio erat verbum, & verbũ, &c. 592.c.2

Gratiam pro gratia, quia lex per Moysen data est. 593

Qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. 484

Neque ex sanguinibus neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri. 491

Deum nemo vidit unquam. 82.c.2

Vnigenitus filius, qui est in sinu patris. 125.c.2

Cùm esses sub ficu, vidi te. 251

5. Malignus non tanget eum. 180. c.2

6. Nisi comederitis carnem meam, & biberitis sanguinem meum, non habebitis vitam in vobis. 307.c.2

7. Quomodo hic literas scit, cùm non didicerit? 191.c.2

8. Qui sine peccato est vestrũm, primus in illam lapidem mittat. 252.c.2

Ex vobis unus est Diabolus. 129

Vos ex patre diabolo estis: & desideria patris vestri vultis facere. ille erat homicida ab initio, & in veritate non stetit. 132.c.2

9. Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est: venit nox, quando nemo potest operari. 246

Da gloriam Deo. 165.c.2

10. Qui intrat per ostium, pastor est ouium, huic, &c. 120

Vt consolarentur eas de fratre suo 11.
19.c.2

Qui manducat mecum panem, levabit contra me calcaneum suum. 12 13.

Iam non dicam vos seruos, &c. 15.
161.c.2

Hæc est vita æterna, vt cognoscant 17.
te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum. 275.c.2

Filius perditionis. 288

Vt omnes unum sint. 167.c.2

Vt sint consummati in unum. 167. col.2

EX ACT. APOST.

STupebant autem omnes & mirabantur, dicentes, nonne ecce omnes isti qui, &c. CAP.II 191.c.2

Solutis doloribus inferni. 235.c.2

Non derelinques animam meam in inferno. 236.c.2

Prouidẽs locutus est de resurrectione Christi, quia neque derelictus est in inferno; neque caro eius vidit corruptionem. 220.236.c.2

Deus autem quæ pronunciauit per 3.
os omnium prophetarum. 60.c.2

Multitudinis credentium erat cor 4.
unum, & anima una. 167

Durâ cervice, & incircumcisis cor- 7.
dibus & auribus. 62.c.2

Fel amaritudinis. 440 8.

In felle enim amaritudinis & obligatione iniquitatis video te esse. 143

Saule, Saule, quid me persequeris? 9.
durum est tibi contra stimulum calcitrare. 399.c.2

Non est personarũ acceptor Deus. 10.
334

Calcea te caligas tuas. 21 12.

Dei voces, & non hominis. 64.c.2.

Non dabis sanctum tuum videre 13.
corruptionem. 220

Quid tentatis Deum, imponere iu- 15.
gum super cervices discipulorum, quod, &c. 129

17. *Quamuis non longè sit ab vnoquoque nostrùm. In ipsò enim viuimus, mouemur, & sumus.* 256.co.2

EX EPIST. AD ROM.

CAP.V. *GLoriamur in tribulationibus: scientes quòd tribulatio, &c.* 321

7. *Ego autem carnalis sum, venumdatus sub peccato,* 491.c.2

11. *Si quomodo prouocem ad æmulandum carnem meam.* 529.c.2

15. *Vt vnanimes, vno ore glorificetis Deum.* 166

EX I. EPIST. AD COR.

CAP.I. *NOn multi sapientes secundùm carnem, non multi nobiles, sed quæ stulta, &c.* 191.c.2

Per infirma quæ elegit, mundi fortia confundit. 299

3. *Et ego fratres nõ potui vobis loqui, quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus, tanquam parvulis in* CHRISTO *lac, &c.* 396.c.2

Adhuc enim carnales estis, cùm enim sit inter vos zelus & contentio, &c. 491.c.2

Nonne homines estis, nónne secundùm hominem ambulatis? 481

7. *Hoc itaque dico fratres, tempus breue est: reliquum est, vt qui habent vxores, tanquam non habentes sint, & qui, &c.* 488

10. *Non potestis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum, Non potestis mensæ Domini, &c.* 343.c.2

13. *Si linguis loquar hominum & angelorum, charitatem autem non habeam factus sum, &c.* 316.c.2

Videmus autem nunc per speculum in ænigmate: tunc autem facie ad faciem. 84.c.2

14. *Si benedixeris spiritu: qui supplet locum idiotæ, quomodo dicet, Amen, &c.* 93.c.2

Volo quinque verba sensu meo loqui. 313

Quoniam in aliis linguis & labiis loquar populo huic, & nec sic exaudient me, dicit Dominus. 340

Vbi est mors victoria tua? vbi est 15. *mors stimulus tuus?* 248.c.2

EX II. AD COR.

PRosphæbà erit cyparissus, pro conza crescet myrtus. 399.co.2 CAP.II

Christi bonus odor sumus Deo, in iis qui salui fiunt. 38

Non enim sumus, sicut plurimi, adulterantes verbum Dei. 282

Manifestati quòd epistola estis 3. CHRISTI, *ministrata à nobis, &c.* 491.c.2

Ita vt non possent intendere filij Israël in faciem Moysi, propter gloriam vultus eius. 86

Habemus thesaurum istum in vasis 4. *fictilibus.* 448

In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur: aporiamur, sed, &c. 321

Nolite iugum ducere cum infidelibus. 6. 462.c.2

Quæ participatio iustitiæ cum iniquitate? quæ societas luci, &c. 343. col.2

Aut quæ pars fideli cum infideli. 205

Qui seminat in benedictionibus, 9. *etiam metet.* 32

Pro me nihil gloriabor nisi in infir- 10. *mitatibus meis libenter, &c.* 321

Nos autem non immensum gloriabimur, sed secundùm mensuram regulæ, qua, &c. 320

EX EPIST. AD GALAT.

QVòd non rectè ambularent ad CAP.II *veritatem Euangelij.* 256

EX EPIST. AD EPHES.

NAtura filij iræ. 288 CAP.II

Vt iam non simus parvuli fluc- 4. *tuan*

Eluanies, & circumferamur omni vento doctrinæ, &c. 256

6. *Serui obedite Dominis carnalibus.* 491

Aduersus spiritualia nequitiæ in cœlestibus. 536.c.2

EX EP. AD PHILIP.

CAP. II. *CVm in forma Dei esset, nec rapinã arbitraretur se esse æqualem Deo, semetipsum exinaniuit, &c.* 482

In similitudinem hominum factus. 481.col.2

3. *Omnia detrimentum feci, & arbitror vt stercora, &c.* 607.c.2

Sic qui relinquit Dominum vel declinat ab eo, scribetur in terrâ, cum his qui terrena sapiunt. 457. col.2

EX EPIST. AD COLOS.

CAP. I. *FIlius dilectionis suæ.* 288.c.2

EX I. EP. AD TIMOTH.

CAP. III. *COlumna & firmamentum veritatis.* 424

6. *Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus.* 40

Quem nullus hominum vidit, nec videre potest. 81.col.2

EX EP. II. AD TIM.

CAP. II. *COgnouit Dominus qui sunt eius.* 85

4. *Domus Iesus Christus cum spiritu tuo.* 181

EX EP. AD HEBR.

CAP. I. *VIrga æquitatis, virga regni tui.* 254.col.2

2. *Vt per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium, id est diabolum: & liberaret, &c.* 250

3. *Et Moyses quidem erat fidelis in tota, &c.* 161.c.2

Quoniam imbecilles facti estis ad audiendum. Etenim cùm deberetis magistri esse propter tempus: rursus indigetis, vt vos doceamini, &c. 396. col.2.397 5.

Capitulum super ea quæ dicuntur. 41.col.2 8.

Cognosce Dominum. 85

Horrendum est incidere in manus Dei viuentis. 179.c.2 10.

Vnde eum & in parabolam accepit. 141 11.

Solutas manus & debilia genua erigite. 489 12.

Talibus hostiis promeretur Deus. 198.col.2 13.

EX EPIST. I. PETRI.

CAP. II. *QVasi modo nati paruuli, rationale lac desiderate.* 397.c.2

EX EPIST. II. PETRI.

CAP. I. *CÆcus est, & manu tentans.* 411

2. *Sed rudentibus inferni detractos in tartarum, tradidit cruciandos.* 236. col.2.

EX EPIST. IAC.

CAP. III. *INmultis offendimus omnes.* 252. col.2

5. *Ecce merces operariorũ, qui messuerunt regiones vestras, quæ fraudata est á vobis, clamat: & clamor, &c.* 24.

Index ante ianuam assistit. 13.c.2

EX EPIST. IVDÆ.

SIcut Sodoma & Gomorrha & finitimæ ciuitates simili modo exfornicatæ, & abeuntes, &c. 154.c.2

CAP. I. *Tanquam vox aquarum multarum.* 478

Qui est, & qui erat, & qui venturus est. 27.c.2

Principium & finis, α & ω:

Capilli eius erant candidi tanquam lana alba, & tanquam nix. 511

In dextera sua stellas septem. 69. col.2

Facies eius sicut Sol lucet in conspectu suo. 169

Habeo claues mortis, & inferni. 237

2. *Venio tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco tuo.* 112.c.2

Habebitis tribulationem diebus decem. 313.c.2

3. *Vtinam aut calidus esses, aut frigidus: nunc autem quia tepidus es, euomam te.* 394

Incipiam te euomere ex ore meo. 86.c.2

Ecce sto ad ostium, & pulso. 13.c.2

6. *Equum pallidum, qui vocabatur mors, sequebatur infernus.* 237

Absconderunt se in speluncis & petris montium; & dicunt, &c. 530.c.2

Clauis putei abyssi. 331

Angelus, quem vidi stantem super mare & super terram, leuauit manum suam ad cœlum, & iurauit, &c. 10. 20.c.2

Accipe librum & deuora illum, & faciet amaricari ventrem tuum: sed in ore tuo erit dulce tanquam mel. 173

Vocatur spiritualiter Sodoma & Ægyptus. 11. 153.c.2

Et non valuerunt, neque locus est inuentus eorum amplius in cœlo. 12. 510. col.2

Mitte falcem tuam acutissimam & mete vineam tuam. 14. 595

Vinum prostitutionis. 155.c.2 17.

Quantum glorificauit se, & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum & luctum. 18. 472.c.2

Exite de illa populus meus, & ne participes sitis delictorum eius, & de plagis eius non accipiatis. 469

Quasi vocem tubæ magnæ, & sicut vocem aquarum multarum. 19. 478

Dedit mare mortuos, qui in eo erant, & mors, & infernus dederunt mortuos suos. 20. 237.c.2

Infernus & mors missi sunt in stagnum ignis. Hæc est mors secunda. 238

RERVM,
ET VERBORVM HOC OPVSCVLO CONTENTORVM, QVÆ MAGIS SERIA VISA SVNT, INDEX.

NVMERVS PAGINAM NOTAT. VBI LITERA (C) adiuncta, columnam II. Vbi cum maiusculis literis, ad Prologum operis remittit.

A.

ABIES, *quid.* 543. *Vt Christus dicatur.* ibi. co. 2

Cur Abimelech fratres interfeceris super lapidem vnum. 506. col. 2

An Abner falsò fuerit accusatus ex suspicione. 200. c. 2

Abraham & Isaac diutius & fœliciùs vixerunt, quàm Iacob. 43. c. 2

Abrahæ sinus. 125. co. 2

Absinthium pro amaritudine 442. *Angustia & tribulatione.* ibi.

Abstracta & concreta promiscuè vsurpata. 145. c. 2

Abulensis & Rabbinorum sententia, de Ruth, refutata. 183

Abundantiæ descriptio. 90

Accincti qui. 70. 71. col. 2

Vox Achor, *quid & vnde.* 513

Adagia de Baal, 48. *deducta à Babyloniorum idolomania.* ibid.

Adagium vetustissimum. 17

De adagiorum vsu regula. 144

Adagium, quid. IIII. eius differentia à parabola. V I. obscuritas. V I I. rerum vel verborum. ibid. Non eadem quæ in anigmate. ibid. Fontes seu thesauri. VIII. ornamenta, vnde. I X. à sententiis & apophthegmatibus vt differat, ibid. eius laus, ab vtilitate. ibidem. à voluptate, authoritate, antiquitate, efficacia persuadendi. X. adagiorum collectores. XI.

Adagiorum sacrorum pendere vsum à sensu mystico. 165

Adamantis etymon. 453

Adonis Græcorum, quis apud Hebræos. 601. c. 2

Adonidis nomina. 602

Ædificare, liberos gignere. 21. col. 2

Ænigma quid. VII.

Ænigmatista poëta dicti. VIII.

In anigma esse. 140

Aëre auráque pasci. 461

Per as & ferrum pœnarum magnitudo monstrata. 91

Æs & ferrum ad arma fabricanda coniunguntur. 439

Per as & ferrum notata fraudulentia & impostura.

impostura. 439.col.2
Æthiopem abluere. 449
Afflictiones vindemiæ comparatæ. 472
Afflicti in cinere iacere solui. 474.c.2
Agri benedictio. 32.c.2
Agesilai apophthegma. 343
Aiacis maioris impietas. 52.c.2
Ala tributa hominibus. 181.c.2
Alas vellere. *ibid.*
Ala de vestibus. *ibi.*
Sub alas congregare. 182. *sub vmbra alarum ibid. in velamento alarum.* *ibid.*
Ala, quid. 182.c.2. *pro pallio. velis.* *ibi.*
Ala, protectionis typus. 317. *nauigiorum.* *ibid.*
Alcinoi pometum. 374
Alcinoi, seu, Phæacum horti. *ibid.*
Alexander Magnus hirco comparatus. 469. *Idem reprehensus, & cur.* 582. col.2
Alimentis corporalibus digni, qui aliis spiritualia subministrant. 138
De allegoriis, Philonis locus. 3.c.2
Nec ally caput relinquere. 67
Amalthea capra. 596
Ambulare cum Deo. 16. *coram Deo. post Deum.* *ibid.*
Ambulare fraudulenter. 89.c.2
Amen quid significet. 92.col.2. *eius varia significationes.* 93. *patribus quid.* 93.col.2. *Thalmudicis triplex. ibid. Amen pupillii ibid. surreptitium.* 94. *fœtile: legitimum. ibid. Amen tres significationes,* 1. *est, nomen Dei.* 2. *aduerbium.* 3. *verbale.* 95. & 96. col.2.
Amare medullitùs. 42.col.2. *oculitùs.* *ibi.*
Amici Dei qui dicti. 162
Anguli. 323. *Angulus.* *ibid.*
Animam terrena cogitatio nimis aggrauat, & diuina theoria meditazioni reddit inidoneam. 55
Animam, quæ ex perturbatione peccat, dici ebriam: quæ ex desiderio, sitientem. 145
Animam, non poni pro carne. 220. c.2. *pro anima separata.* *ibi.*
Animatorum metaphora ad ignem. 55
Animi affectionum nota se in facie prodere solent. 189.col.2
Animi angustiæ. 62
Animi deliquium patientes. 193
Animi occulta, quibus indicentur. 65
Annuli vsus. 461.c.2
Annus mercenarij. 325.c.2
Anser inter olores. 191
Aperta Romanis dictus Apollo. 48.c.2
Apes infixo & amisso aculeo emoriuntur. 122
Apologus, quid. *VIII.*
Aqua, pro copia & facilitate. 46.c.2
Sicut aqua, *pro vilitate & licentia.* 47
Sicut aqua *effundi.* 46.col.2
Instar aquæ *liquefieri.* *ibid.*
Aquarum expositio. 347
Aqua, consolationes temporales cur dicantur. 453.c.2
Aquam vino qui dicatur permiscere. 282. col.2
Aquila præit nostræ versioni. 70. *laudatur.* *ibid.*
An Aquila pullos vngue ferat, an humeris. 77
Aquilæ philostorgia. 78.79
Aquilam transferre nidum. 78
Aquilæ similes qui liberos exponunt: item qui in quosdam inofficiosi. 79
Aquila vnius duntaxat pulli amans est. *ibid.*
Aquilæ senectus. 160.c.2
Aquilæ volatus qualis. 199
Aquila in nubibus. 200
Arbor vitarum. 336.c.2
Archimedis mors. 458
Arcus bibit. 404.c.2
Arcus fœderis. 274.c.2. *Oblivionis.* *ibid.*
Arcus & gladius, in sacra Scriptura pro omni belli instrumento, arte & disciplina militari. 45.co.2
In argento inuoluti qui. 584
Ariadnes filum. 163. col. 2. *pro cæca & incerta via ducatu.* *ibid.*
Summas Aristas *cursu non lædere.* 364
Arnonis topographia. 109
Arare, pro laborare. 175. *non obscœnè positum.* *ibid.*
Arare bobus in petra. 557.c.2
Artem quam quisque norit in hac se exer-
ceat

Arundineta Ægypti. 260
Arundinis natura. *ibid.*
Asellus, pro re minima. 102
Asidæi qui dicti. 606
Asidæorum nomen quibus competat. 606. c. 2
Nec asinum accipere. 102
Asinus, bos. 347.c.2
Asino ossa, cani paleas. 305
Aspidis ova. 308.col.2.& *virus.* 408
Assentatores etiam criminatores. 89.c.2
Assur, Hebræis quis diceretur. 396. *diabolus.* *ibid.*
Augusti dictum. 295. c.2
Aues quærere. 196
Auium circa pullos amissos affectus: columbæ nullus. 523.c.2
Aures incircumcisæ. 62.c.2
Aurora minimo momento temporis durat. 532.c.2
Aurum, argentum, æs, stannum qui pectore indutum gerant. 283.c.2
Authoris hoc opere scopus. XII.
Auxilium ficulnum. 6

B.

Baal mulieris, domus. 48.c.2. *penna, cornuum, lucri, ciuitatis, bouis, sapientiæ, collectionum, linguæ, somniorum.* 49. *muneris, fœderis, iurisiurandi, dissipationis, iræ, excandescentiæ, malarum cogitationum.* 49.col.2
Baalim, à Baal idola cuncta dicuntur. 48. col. 2
Babylon, anima à Deo derelicta. 307.c.2
Babyloniorum superbia. 471.col.2
Bacchi cornua. 85.col.2
Bel, Beel, siue Baal Babyloniorum Deus. 48. col.2.
Belial, Beliar, Belias. 127. col. 2. & seqq. *Belior.* *ibi.*
Beliar, pro diabolo, idolo, & Antichristo. 127. col.2. & seqq.
Belial significationes. 127.col.2.& seqq. *etymologia.* 128. & seqq. *immediatè de re ipsa.* 130. *an sit substantium.* 131
Beel-Pheor siue Phegor dominus apertionis. 48.c.2
Beelzebub, dominus muscæ. *ibi.*
Beneficium post dationem celerrimè senescit. 54
D. Bernard. fratris de compta mulierecula dictum. 607.c.2
Cornuta bestia. 559
Sicut beta *semicocta.* 393.c.2
Nec bolus. 67
Nec bouem accipere. 102
Boues, Romanis triones & teriones dicti. 135. c.2. *Odore tetro offensi nulla fame adiguntur, ad vescendum.* 136
Boum nares fimo bubulo quidam liniebant. 135.c.2
Bos, asinus, sensu prophetico quid designent. 347.c.2
Boui da paleas, psittaco sectarium. 423. col.2
Bos cæstum animal. 516
Botri & vuæ quid. 155
Brachij nomen in sacra Scriptura quid. 295. col.2
Bruti & Arunis vulnera mutua. 468
Bubali. 557
Busiridis ara. 464.c.2
Byblos urbs. 541. c.2
Byblinum vinum laudatum. *ibid.*

C.

Cæcitas pseudoprophetarum siue magorum, siue hæreticorũ pessima. 116. *proxima prævaricatorum.* *ibi.*
Cæcitas duplex. 411
Canei hastæ. 52.c.2
Caneus à centauris, truncis arborum variarum oppressus. 53.col.2
Cæsaris & Pompeij fœdus. 511
Cainitæ sua hominum. 16.c.2
Calamitatum acerbitas mortem facit optabilem. 531
Calcanei significatus. 11.col.2
Calcaneum observare. *ibid. leuare.* 12
Calceamentum, pro re vilissima. 159
Calceamentum soluere. 185
Calcei, pro ipsis pedibus. 159
Calceos soluere. 185.c.2

Cur calceum *& non chirothecam soluebant.* 187.c.2.
Calcei solutio locum habet in omni cognatorum contractu. 188
Calceum soluendi modos tres non fuisse. ibi.
Caliga pauperiorum, & viliorum habitus fuit. 21
Infimus militiæ ordo caliga dictus. ibi. A caliga, adag. ibi.
Caliga Maximini. ibi.
Camœnis alterna gratiora. 609. co.2
Camarinam mouere. 408.col.2
Cananæi qui. 537
Candela in candelabro sita, regi in solio sedenti similis. 112.col.2
Candelabrum, pro lucernâ seu candelâ. 112. col.2
Canis æreus Pharaonis. 68
Canis cadauere nihil fœtidius. 195
Canes litigiosi. 200.co.2
Caput canis *quàm vile.* 200.co.2
Masculi canis *infinita cubilia.* ibid.
Canis vetulus non temere latrat. 402. col.2.
A capillo vsque ad vngues. 139.c.2
Caput, pro initio, calcaneum, pro fine. 11. col.2
Caput in cælum. 18.c.2
Leuare caput; *pro restitui pristinæ dignitati.* 41
Leuare capita, *est numerare.* 41. col. 2
Capite aperto 72.col. 2
Caput pro initio, causa cuiusque rei. 81.col.2. *à capite arcessere, ducere, repetere.* ibid. *sine capite sermo.* ibid.
A capite ad pedes. ibid.
Caput rei: tyrannidis: aromatis: vnguentorum: aspidis: sacerdotum: populi: anguli: spoliorum. ibid.
A capitis extremo, ad pedum extremum. 139.c.2
A capite in vestigium. ibid.
Carceres Hebræorum putei seu cisterna. 67. col. 2
Cariſſima, quæ militari periculo, sudore, & sanguine acquiruntur. 80
Carmeli montis fertilitas. 547
Caro pro cognatione 530. *homine* 353.c.2
Caroli V. dictum. 296.c.2
Carolus Calvus reprehensus, & cur. 582. col.2
Cataracta porta. 603
Cato Vticensis trium se pœnituisse dicebat. 572.c.2
Nec catulus relinquendus. 67
Cauſon qui morbus. 536.c.2
Per cedrum superbi designati. 549.c.2
Celeritas fulgure significata. 573
Celeuma canere. 311
Celeuma, quid. 463.c.2
Ceruicalia. 496.c.2
Ceruicem tenere. 46.c.2
Super ceruicem ascendere. ibi.
Cervus emissus; de homine veloci & strenuo. 47.c.2
Ceruorum pedes. 48
Cervus in sacra Scriptura semper in bono. ibid.
Cerui & hominis comparatio. 335
Cethegus, Ciceroni Suadæ medulla dictus. 42.c.2
Chamæleontes qui vocentur. 461
Chanaan pro negotiatore. 538.c.2
De Cherubin & gladio. 379
Chirotheca porrectio, in duello. 186.c.2
Chirurgus optimus, qui sæpe sauciat. 117
Christi figura. 50.c.2
Christi peculium cur dicendi Christiani. 80
Christus iam glorioſus, comparatur meridiano Soli. 169.c.2
Christi descensus ad inferos. 209
Christi corporis temperamentum. 294.c.2
Christus, vt dici queat basiliscus. 309
Christus vt dicatur iuniperus. 542.c.2
Christi primus & secundus aduentus. 555
Cibus mellis ac butyri. 294.co.2
Cibum ex flamma petere. 54.c.2
Cinctutus. 185.c.2
Cinerem querere. 25. *Cinis.* 365
Cippi cornua. 85.c.2
Circumdare sicut apes. 122.c.2
Cisterna. 425.c.2
Cisterna quo profundior, aquas habet frigidiores. ibid.
Clauium traditio. 330. *ademptio.* ibid. col.2

Clem. Alex. locus expensus. 11.
Cælum clausum. 90.c.2
Cæli ferrei, varia interpretationes. 91
Cælum ferreum. 141.c.2
Cæli clausi, cæli aperti, quid denotent. 603
Cæna tempus. 35
Cognoscere, pro frui carnaliter, cur dictum. 85
Purpureus color *medicus, & prasiscini.* 164
Color purpureus amoris symbolum. 601
Coluber. 308.c.2.309
Columbæ comparatio. 351.c.2
Columbæ unde dictæ. 488.c.2
Columba lasciuia typus. 524
Columna ferrea. 141.c.2
Columna familiæ. 425
Coma & cæsaries in viris olim decora. 568
In comparationibus attendenda regula. 32. c.2
Comparationum coniunctio. 576.
Computrescere. 299.c.2
Confidens ante rem plerumque ignauus. 257.c.2.
Confiteri in cithara. 312.c.2
Congregari ad populum suum. 50.c.2
Coniugium impar. 134
Conscientiæ mala cruces. 13.col.2
Conscientia perturbata semper sæua præsumit. 92.c.2
Conscientia, adamantina tabula. 455.c.2
Consilium facere in unum. 166.c.2
Consuetudine gignitur habitus. 291
Contritionis acceptio. 487.col.2
Conuenire in unum. 166.c.2
In conuiuiis, in sinu cubabant dilecti, ut uxor & liberi. 124.c.2
Cor, pro medio. 55
In corde abscondere. 127
Cor durum. 142.c.2
Cor pro anima. 220 *cor perfectum* 262.c.2
Cordis tegumentum pro ignorantia & pertinacia. 475
Cor lapideum quomodo sumatur. 491
Cor audacia & fortitudinis animi domicilium est. 502.c.2
Cor non habere. 523.c.2
Cordis trepidatio in confessione. 546. c.2
Cornicari. 476.col.2
Cornua, pro maiestate, robore, regno. 86. col.2
Cornu ferreum. 141.c.2
Cornu, de Christo quando propriè accipiendum. 207
Cornu Amalthea. 273
Cornu. 286.c.2.*cornu filij olei.* *ibid.*
Cornua decem Israëlis. 287
Cornua addere, de vino. 558.c.2
Cornua pro diuitiis. *ibid.*
Cornua tollere. *ibi.*
Cornua habere. 559
Cornu quid. 606.col.2
Corona interpretatio. 560.c.2
Corpore qui sunt habitiore, magis obnoxij morbis. 561
Passim coruos *sequi testâ lutóque.* 196
Mali corui *malum unum.* 309
Cur creaturæ vocentur ornatus. 1.c.2
Crocodili ingenium. 411.col.2
Cultus legitimus ascendit coram Deo in odorem suauitatis. 38

D

Dæmonis oraculum quod Cræso redditum. 20
Dæmonis & perditis comparatio. 457
Dæmones dicti scorpiones. 485.col.2
Darius arieti comparatus. 469
Debellatorum habitus. 367.c.2
Decies vel decem. 34.col.2
Denarius numerus nota perfectionis. 35
Declinare ad dextram vel sinistram. 31.c.2
Deponens pro passiuo sæpe apud scriptores Ecclesiasticos. 198. c.2
Describi in manu. 69.c.2 *in terra.* *ibid.*
Deus Sabaoth. 2.c.2
Dei nomen plusquam Θεῖον. 29.col.2
Princeps Dei. *ibid.*
Montes Dei. 30
Homo Dei.
Seruus Dei.
Castra Dei.
Exercitus Dei.
Vultus Dei.

Angelus Dei. ibid.
Dei terror. 39
Esse pro Deo. 61.c.2
In manu Dei *esse.* 69.c.2
Deus manifestare se Moysi, & aliis prophetis solitus. 83
Deum videre, pro, Dei voluntatem accipere & intelligere. 83.c.2
Dei lex, iugum cali. 129
Cur Deus dicatur fumare. 148.co.2
De Deo metaphoras rerum corporearum explicandi regula. 149
Dei narium fumus, pro inspiratione eius in corda fidelium. ibid.
Dei furor fumans, stillans, vt differunt. 149.c.2
Dei ira stillans. ibid.
Deo dare gloriam, pro, dicere veritatem ad Dei gloriam. 165.col.2
Dei manus tetigit. 179.col.2.180
Dei vindicta lenta, sed certa. 321
Deus pœnas differt, vt spacium pœnitendi largiatur. 493
Dij vrati laneos habent pedes. 321.co.2
Deipara quinquies tantum locuta in Euãgelica historia legitur. 313. c. 2
Deuteronomij & Ruth loca conciliata. 187.
Dextra quibus pro Deo. 52.c.2.53
Diabolus, quid. 127.c.2
Diabolus, securis, serra, virga. 297.c.2
Diabolus, malleus terra. 455.co.2
Diabolus Olla dictus. 547
Dies cœli. 123.co.2
Diebus ac noctibus, pro, assiduè. 162.c.2.& 163.
Dies pro, tempore in genere. 163
Diogenis Cynici dictum. 394.449.c.2
Dioscurorum sidus. 54.col.2
Discalceatus. 185.col.2.& seq.
Domus discalceati. 186
Discalceatum esse cur infame fuerit. 187. col.2
Discingi. 185.c.2. *discinctus.* ibid.
Digitum proferre. 42
Digitus, pro robore. 63
Digito attingere. 254
Digitus pro tota manu. 405.co.2
Digito attingi, quid dicatur. 405.c.2
Digitum medium porrigere. 406
Digito indice ostendi. 406.c.2
Digito despere. Vltra digitum insanire. 406.c.2
Diuidere, pro dispergere. 158
Doctos doctis obloqui nefas. 353.c.2
Dare, pro facere. 105.c.2
Domini iaculorum, pro, peritis iaculandi. 48
Domini manus, apud Hebræos, pro afflictione & plagâ vehementiore. 179
Dominus pro marito. 183.c.2
Domus, pro liberis. 31.co.2
Dormiens in sinu, pro vxore 571.co.2
Draconum sitis. 451
Draconis Indici cum elephãto pugna. 468. col.2. 566. col.2
Draconum voces. ibid.
Ducis officium. 119

E

EBrietas de suppliciis. 148
Ebrietatis mala. 578
Ebrij, qui & dicantur. 148.col.2
Edon hæreticorum figura. 561.c.2
Ecclesia à Regibus alenda. 126.c.2
Ecclesiæ ceremonia in die cinerum. 12. col.2
Ecclesiæ primitiua consuetudo. 294.c.2
Ecclesia Catholica robur. 295.c.2
Ecclesia Catholica Galaad dicta. 441. c. 2. *à quibus afflicta.* 470.c.2
Sicut aqua Effundi, *Adag. pro copia & facilitate.* 46.col.2
Eleemosyna concludenda in corde pauperis. 127
Elephanti an colore albo irritentur. 47. c.2
Sanguis Elephanti *copiosus & frigidissimus.* 451
Eliæ & Enoch domicilium. 390
Elysij campi. 374
Ensis, numen. 53
Epinicium vetustissimum. 110
Epitaphium Regis Franciæ. 13
Equi natura in venerem. 269. c.2. *quibus adspiciunt*

adaptetur. *ibid.*
Ericij descriptio. 307.c.2
Esau cur δασὺς dictus. 549.c.2
Essent quales erga Christum se gesserint, & qui. 606.
Euomere aliquem, pro, execrari. 86.c.2
Eurus ventus noxius & in Iudæa rapidissimus & ardentissimus. 536
Exercitus cæli & terræ. 3
Exercitus robur, currus & equi. 258

F.

FAbri fabrilia tractent. 191
Faber cadit cùm fullonem ferit. 466
Fabula, quid, & scriptores eius. VIII.
De fabulis gentilium quas sacra Scriptura tangit, regula. 273
Splendor faciei. 36.c.2
Facie ad faciem videre. 84
Faciem obfirmare. 142
Facies, in numero plurali Hebræi pro mœrore & ira usurpant. 189
Olei Facies. 299
Facies eadem. 371.c.2
Dura. 372.c.2
Facere coram Deo. 18
Falcis visio. 595
Falx messoria. 596
Vindemiatoria. *ibid.*
Fel, & amaritudo. 143
De ferarum comparatione cum homine, canon. 309
Fermentari terra vt dicitur. 521.c.2
Fermentum ad iram translatum. 521. col.2
Fermenti applicatio. 522
Ferreum quid dicatur. 141.c.2
Ferrum videre. 452.c.2
Ficus Indica folia. 6.c.2
Fideles, ne cum infideli connubio iungatur. 134
In Filio *olei.* 288
Filij Belial, filij Diaboli, 129. *colum.*2. 131. 132
Filij Dei sunt animo tranquillo & sedato. 132
Filius cornorum. 352
Nihil dolentius quàm vnigenitum perdere Filium. 439
Filius hominis. 480. *hominum, viri.* *ibi.*
Terræ Filius, *adag.* 481.c.2
Quales Filij *talis pater iudicandus.* 501. col.2
Flaminius à Pœnis interemptus. 53.c.2
Q. Flaminij consulis cognomium minimè consulare. 125
Flamma pro periculo summo. 54.c.2
Nec Floccum. 101.c.2
Floris vocabuli acceptiones. 82
Flos, cinis. 82.c.2.
Fluctus decumanus. 35
Fluminum ex mari ortus. 369
Flumina alta minimo sono labi. 402.c.2
Fœmina machinatrices. 49.c.2
Fœnum cuius rei symbolum. 353.col.2
Fœnum, stipula, plaustrum, quid mysticè. 551
Fœni acceptio. 570.col.2
Fœtere facere. 36.col.2
Fons. 425.c.2
Formido. 477
Fornax ferrea. 141.col.2
Fortis facie, idem quod durâ fronte. 142
Fortitudo. 2
Fortuna boni genij nomine nuncupata. 417. col. 2.
Fortuna bono genio mensæ instructa. 420
Forum prope portas. 32
Frigi in sartagine, pro crudeliter necari. 464.c.2
Frigora in lateribus. 121
Frons ferrea. 141.c.2
Frontem perfricare. 142
Frons meretricis. 142.c.2. *area, attrita.* *ibi.*
Fulguris metaphora in formidandis, in sacra Scriptura. 573.col.2
Fulnij Senatoris garrulitas. 572
Fumi differentia, cùm Deo, & cùm homini tribuitur. 152
Fumus.adag. *ibid.*
Fumum vendere. *ibid.*
Sicut fumus deficere. *ibid.*
Fumum fugiens incidet in ignem. 334.c.2
Funiculus Raab coccineus; pro signo certæ salutis in summo periculo. 163.c.2. *typus*

Christi.ibid.cur coccineus. 164
Furnus cur mulieris obscœna pars dicta. 521
Futurum apud Hebræos pro omni tempore. 17.c.2

G

Galgala; vox qua indicatur conuersio hominis à malo ad bonum. 165
Etiam Gaudij *satietas est.* 609.c.2
Generis enallage Hebræis frequens. 9
Gigantum sepultura, iuxta poëtas. 226
Gladius siculnus. 6
Gladij. 284
Glossa lapsus. 117.c.2
Gorgonis capite conspecto. 26
Gorgonum instar. *ibid.*
Gothorum & Romanorum fœdus. 511
Graculus inter musas. 191
Gratiam veterem dormire. 53.c.2
Griphus, quid. VII.
Grossi duplices. 573.c.2
Grus comparatio. 351.c.2
Grus anis verna. *ibid.*

H

Habitare in vnum. 166.c.2
Hæreticorum impudens blasphemia refellitur. 7.c.2
Hæretici falsa supponunt, & perperam argumentantur. 8
Hæreticorum obiectiones soluuntur. 8.c.2. *& seqq.*
Hæretici pro fructu spinas ferunt. 447
Hæretici palea comparantur. 462.c.2
Hæreticorum corda diaboli igne succensa. 522
Hæreticorum conciliabula. non domus Dei sed spelunca latronum. 529
Hasta fecialis. 46
Hebraismi quidam excluſi. 143
Hebraismus, magnitudinem & præstantiam pluralis numero indicare. 197
Hebraismus apud Plautum vsurpatus 226.c.2
Hebraismus, notam comparationis subandire. 192.c.2.244.c.2
Herbam porrigere. 606.c.2
Hercules ab vxore interemptus. 53.c.2
Herculi clauam extorquere difficile. 371
Herculis & Omphales habitus mutati. 582
Heri & nudius tertius, præteritum indefinitè significant in S.Script. 33.c.2
Heri & nudius tertius, varia significationes. 34
Hieronymi ætas. 477
Hirundinis comparatio. 351.c.2. *pullus.* 352. *proprietates.* 353
Hirundo & columba, qualis typus. 352
Homines vultum euentui accommodare. 189
Homines multi, viri pauci. 263
Hominis propria ignorantia & appetitio sciendi. 483.c.2
Lasciuorum hominum conditio. 558
Vtia horas recitantium. 93.c.2
Potiri hostium. 49.c.2
Humanitatis documentum. 133.c.2
Humanarum rerum conditio qua. 117
Humana felicitas, qua. 337.c.2
Humero vno. 167
Humus pro puluere. 19.c.2
Hyæna. 432.c.2
Hyænarum oculi, forma, color, genera. *ibid.*
Hyæna pelle pedes calceati. 432.c.2
Hyæna noctiuaga. 434
Hypocritæ oratio. 525
Hypocritarum opera, vota, &c. 526

I

Iacob, grauissimis semper ærumnis & persecutionibus vexatus. 43.c.2
Iacob, verè fortis & inuictus athleta, specimen fortis constantiæ. *ibid.*
Iacula & sagitta de verbis. 48.c.2
Ianus, qui Patulcius. 48.c.2
Idiotismus Hebræorum. 4
Idololatræ vanum offerentes. 38
Idololatria fœtor coram Deo. 38
Idololatriæ vetus consuetudo. 416
Idola mortua dicta. 232.c.2
Idolum vnde dictum. 462

Labor

Labor in colendis idolis irritus & noxius. 525
Cultus idolorum vocatur æstus. 536. col. 2
Iechonia stulta iactatio. 461. c. 2
Iehudai qui. 275. c. 2
Ignari qui vix idonei sint discere, alios docere præsumunt. 200
Ignis comedit. 55
Ignis, pro celeri excitio, & clade. 110. col. 2
Ignoti, pro hostibus. 54
Quasi imber. 47
Imber aureus, fabula Danaës, quid. 519
Immittere, quid. 37
Imperatoris officium. 119
Impiorum fiducia. 52. c. 2
Impiorum gloria & fœlicitas lucerna assimilatur. 112
Impij cur sepeliri in inferno dicuntur. 234
In, nota superlativi apud Hebræos. 161. c. 2. *pro, cum.* 584. c. 2
Incircumcisi corde. 62. col. 2. *labiis. ibidem.*
Inferni funes, laquei mortis. 207. col. 2
Ignis verus inferni. 209
De inferno vetus hæresis. 209. c. 2
Dissensiones recentiorum inter se de inferno. 210. & seqq.
De Latina voce inferni. 211
Inferorum locus. 214
Infernus de morte subita. 215
Portæ inferi. 232
Inferni tenebræ. adag. 245
Inferni testamentum, quid. 245. c. 2
Infernum pro sepulchro. 578. c. 2. *pro morte.* 579
Infortunia sunt catenæ instar. 487. c. 2
Ingratitudo mortalium. 53. *quid. ibid. col.* 2. 54
In ingratos adagium. 54
Iniquitas maior peccato Sodomorum. 153. col. 2
Iniustitiæ statera. 538
Interpretis vulgati sapientia in vertendis geminationibus. 4
Interpretum sacrorum in diuinis libris regula. 10
Iod litera apud Hebræos decem valet. 298
Iosephi laus. 50. c. 2
Iosephus cum sacra Scriptura conciliatus. 60
Ioseph ad fratres suos comminium. 126. col. 2
Ira diuina in S. Scriptura igni assimilatur. 73. c. 2
Ischiadicus dolor. 111
Ithacæ situs. 561. c. 2
In itinere ostendendo qui fallit, maledictus. 89
Iudæa in medio vniuersi. 508. c. 2
Iudæorum inhumanitas. 89. *Luctus.* 367. *inconstantia.* 449
Iudæi plumis alienis variegati. 446. *à Romanis denudati. ibid.*
Vires Iudæorum ferro puro comparantur. 453
Iudæi arma victorum Deo dicabant. 273. col. 2
Iudæorum inter se fuerunt factiones duæ. 606
In Iudæos aliorum insultatio populorum. 140
Iudicij extremi initium mediâ nocte. 19
Iudicia in portis. 32
Iugum, pro dominatione. 112. col. 2. *lege.* 129. *ferreum.* 141. c. 2. *quid.* 254. c. 2
Iulianus apostata cur interdixerit ne gentilium scriptores in scholis Christianorum prælegerentur. 59. c. 2
Iuniperi umbra. 542. col. 2. *species. ibid. col.* 2.
Iuno Pertunda. 48. c. 2
Iuppiter triumphator. 113. c. 2
Iuppiter ferus diphtheram inspexit. 596. col. 2
Iuris cessio vel rei quo pacto facta olim apud Hebræos. 186

Iustorum inter lucem, & lucernam impiorum, quid interſit. 111.col.2
Iustorum fœlicitas comparatur Soli & luci. 112.169
Iustus in memoria aterna. 457.c.2
Iuuenca, quando dicatur. 175.c.2
Facta Iuuenum, *conſilia ſeniorum.* 253

K *Aphnaantica.* 515.c.2

L.

L*Abellum digito compeſcere.* 178.c.2
Labium, pro toto ore. 160
Labra ſimules habent lachrymas. 423.col.2
Lactis & mellis nomine oleum & vinum. 57
De lacus ſignificatis regula. 233
Lacus. 425.col.2.437
Lanâ, ſimplicitas innocentiæ myſtice indicata. 135
Lanæ *& ninis myſtica differentia.* 511
Lancea, pro quauis re preacuta. 121. col.2. 284
Lapire quid. 74
Lapide immobilior. 74
Lapidi loqui. 74.515
Lapides attollendi mos in Iudæa & Gracia. 600
Larua in triumpho ex foliis ficus. 6.c.2
Cum laruis *luctari.* 195
In lectulo ad menſam honoratior locus. 125. *& ſeqq.*
Leo ſymbolum fortitudinis. 174
Leonis virtutes. 303
Leonis fortitudo. 519.col.2. *ingenium.* 554. col.2
Leuare caput. 41
Leuare capita. 41.c.2
Leuare, aut tollere caput. 42
Leges quales eſſe debeant. 534
Odor Libani. 32.c.2
Libanus mons. 540
Libanus quis dicendus. ibid.
Liber bellorum Domini, an aliquis liber peculiaris. 103. *eſſe librum oſtenditur.* 104. *Quando ſcriptus liber iſte.* ibid. *Quis liber.* ibid. *Eundem eſſe cum lib. iustorum de quo Ioſue.* 104.c.2. *Vnum illorum eſſe, qui interciderunt.* 105
Liberum arbitrium. 297.c.2
Lignorum viror metaphoricè de facie pulchrâ. 159.c.2
Ligonibus aureis terram vertere. 25
Circa literarum nominis numerum mos diuerſus Hebræorum & Latinorum. 417
Lingua verax comparat anima ſalutem. 443.c.2
Lino, malitia ſubtilitas myſticè indicata. 135.
Locuſta, pro re parua. 99. *pro multitudine imbecillis.* ibid.
Loquere vt te videam. 346.c.2
Loth vxor. 27
Lucerna pro liberis. 547
Ludouici XII. Francorum regis dictum. 257. col.2
Lugentium mos apud Hebræos. 569
Lupus ouem ducit. 173
Luporum genera. 431
Lupi Arabiæ. 432
De lupina pelle tympanum. 432.c.2
Luporum quinque ſpecies. 433
Lupi quando venantes 433.col.2. *ſub primâ crepuſculum progredientes.* ibid. *velociores & feruentiores citiùs cibum digerunt, frequentiùſque fame vrgentur.* 434. *nocturni dicti.* ibid.
Luporum alia proprietates. 435
Lux pro felici ſtatu. 112. *vita.* 336.col.2

M.

M*Agici ſacri explicatio apud Theocritum & Virgilium.* 25. col.2
Maldonati improbata ſententia. 480
Maledictus, qui fallit in itinere oſtendendo. 89
Malitia pro afflictione. 487
Malleus quid in ſacra Scriptura. 470. c.2. *aliquando diabolus deſignatur.* 471
Malogranato proceres resp. ſignificati. 600. col. 2.
Malogranatum charitatis typus. 601
Mala cur Dei prouidentia ſæpe nobis accidant

accidant. 512
Mali cur non in libro memoriali Dei inscribantur sicut boni. 603.c.2
Manna flos. 75. *Manna suauius & dulcius.* ibid.
Man spirat vel sapit. 75
Man, vnde. 75.c.2
Leuare Manũ, *quàm varia significat.* 20
Manibus sublatis vota nũcupantur. 20.c.2
Manum esse cũ aliquo, pro iuuare. 22.c.2
Manus contra vel supra alium. ibi.
Manu & digitis loqui. 44
Manus cancellua. 44.c.2
Manus pro verbo. 63.c.2.
In Manu *describi.* 69.c.2
Manus, executionem significat. 69. & *operationem.* 96.c.2. *Dei potentiam.* 97
Manus excelsa, pro Dei contemptu, & iactantiâ sui. 72.c.2
Manum leuare contra aliquem, quid. 72.c.2
Contra Deum. 73
Manus contracta interdum opponitur apertæ, interdum extensæ. 97.c.2. *pro auaritia seu parcitate.* ibid.
Manus contractio voluntaria. ibid.
Manus mancæ. 97
Manum complicare, vel conserere. 97.c.2
Manus compressa. 98
Manus sub pallio: extra pallium: in sinu: aperta: clausa. ibid.
Manus extensa. 179.c.2
In Manu *esse, & manum mittere, vel extendere quid differant.* 180
Dare Manum. 606.c.2
Matris qualitates septem cum totidem peccatis comparatæ. 474
Mariti est tueri & fouere vxorem non secus ac proprium corpus. 184
Matrem cum pullis capere cur Deus prohibuerit. 133.c.2
Mater familias, Baalath domus dicebatur. 49
Matula, homo nihili. 526.c.2
Maximini caliga. 21
Medici appellari sacerdotes, figuratè. 441
Medullas amare. 42.c.2
Medulla Mellis. 43
Mel, pro dulcibus. 152.c.2
Melle dulciora, quæ dicantur. 173.c.2
Mellis proprietates. 193.c.2
Memoria monimentum. 274
Mendacij proprium est fluctuare & dimoueri. 114.c.2
Mens siculna. 6. *incircumcisa.* 62. c.2. *mala.* 194
Mercurij stella. 420.c.2
Meretricum nomina in profanis scriptoribus. 175
De merito bonorum operum, contra Lutheranos. 6.c.2
Messorum læti cantus. 310.c.2
Michea & Pauli comparatio. 569
Mida rosetum. 374
Missa S. Iacobi. 181
Quod per molares catulorum innuitur, malum leuius, quàm quod per molares leonũ. 544
Monimentum ante oculos. 68.c.2
Monocerotis & Rhinocerotis cornuum differentia. 156.c.2
Morauorum & Silesiorum error alligandi taniolas rubras equorum ephippiis contra fascinationem. 164
Morte vel moriendo mori, certitudinem & necessitatem significat. 3.c.2
Mori, sine geminatione, indicat remitti posse vel differri. 4
Mors, sepulcrum, infernus, diuersa. 208
Mors, & θάνατος interdum pro loco mortuorum. 211
Sors mortis, *quæ.* 246.c.2
Mortis secũda vis & significatio latior quàm hodie. 249
Mors Apostoli duplex quæ. 361
Mors per aurium fenestras, intrat in animã. 442
Mors, Infernus, Pluto, diuersa. 579.c.2
Mortui gratia celerrimè ex hominum recordatione effluens. 53
Mortui, dicta idola. 232.c.2
Mortuum flagellare. 195
Nulli mortuo *maledicendum.* 195.c.2
Moyses quo pacto Deus Pharaonis. 61
Moyses pro Deo habitus. 61.c.2
Moses an viderit essentiam Dei. 82.c.2

Prærogatiua qua Moyſes *vidit Deum.* 83. c. 2
Mulier multiuola. 285.c.2
Mulierum profluuia. 414.c.2
Mulieris nequam cum ſcorpio comparatio. 485.c.2
Mulierum nomen mollibus animis datum. 496
Muli Mariani. 256.c.2
Mulus. 269.c.2
Mule, nihil ſentis. 270.c.2
Mundi cymbalum. 316.c.2
Mundus in ſeptem climata partiendus. 508. col.2
Munus, abſconditum in ſinu. 127. *munus implere.* 418.c.2
Muri appellatio quid valeat. 495.609
Muſcas depellere. 196
Muſcerda piperi admixta. 191
Muſſare pra timore. 489
Myrti proprietates, & cui ſacra. 399

N.

Nachor poſteri. 255.c.2
Nares, ire ſedos. 151.c.2
Natura lex diuinitùs ſancita. 167.c.2
Quæ à Natura *inſita vt immutabilia.* 459
Nati quarta Luna. 43.c.2
Naucus vnde. 587
Nemrodi hiſtoria & tyrannis. 17
Neoptolemi vindicta. 168
Nephthali, ceruus emiſſus. 47.c.2
Ne quid nimis. VII.
Nequitia timida condemnationis dat teſtimonium. 92.c.2
Neſcire, pro odiſſe. 85.
Nidus, pro pullis. 182
Nidi dicta vrbes rupibus impoſitæ. 561.c.2
Niobes archetypum. 26
Nitrum. 427. *Matronicum.* ibid.
Nomen ineffabile an creaturæ tribuatur. 28. col.2
Vocari nomen *ſuper aliquam.* 183.c.2
Noſſe, pro approbare, & fauere. 85. *Pro amare.* ibid.
Noti, pro amicis. 54
Quod notum *eſt, digito monſtramus.* 63.
Nuga vnde. 587.c.2
Nugas eſſe. 587. *agere.* ibid.
Numerus ſeptenarius. 15
Numerus, Latinis, pro perdito & nullius frugis homine. 38.c.2
Nullo numero *eſſe, de hominibus vilißimis & deterrimis.* 38.c.2.357
Viros numeri, *vt vſurpent libri diuini.* 38. col.2
Vſque non numerus; *pro innumerabilibus.* 39
Fortia pra numerari; *ibid. ſuper numerum multiplicari.* ibid.
Numerandi mos apud Hebræos. 41.c.2
Denarius numerus. 298.313.c.2
Nomina numeralia. 313
Numerus finitus pro infinito. 548.c.2
Nec caſſam nucem accipere. 101.c.2

O.

Obedientia ſpem operatur. 513.c.2
Oblatio in anathema. 273.c.2
Obliuionis campus. 173. *donarium.* 274
Nec obolum accipere. 101.c.2
Oculatus, vt aquila, vt ſerpens. 81
Oculitus amare. 42.c.2
Oculus, animi intentio eſt. 69
Oculus, pro iuſtitia ſimplicitate & puritate. 80.c.2
Oculi in editis caligant. 117
In oculis Solis. 118.c.2
Oculus vicini. 132.c.2
Oculus bonus: ſimplex. 133. *malus.* ibid.
Oculus domini ſaginat equum. 265.c.2
Oculi tanquam feneſtræ animæ. 443
Odor bonus, vt vſurpetur. 38
Odorari in aliqua re. 38.c.2
Oeſtrus quid ſit. 516
Olere bene, pro placere, & gratum accedere. 38
Ad Ægypti ollas reſpicere. 25
Olla mentes hominum vt ſignificantur. 505. col.2
Omnes vnum. 167.c.2
Onager, pro fero homine. 22.c.2
Onagri in conuallibus quæſita aqua & non inuenta, aërem attrahunt in editis repium. 450.c.2
Onagri maſculi natura, Zelotypia. 527
Operarij in vineis & hortis laborantes, non prohibendi moderatè de fructibus maturis decerpere

decerpere sibi in cibum. 138
Oratio in cordis penetralibus, latens hominesſolis Deo patens & grata. 127
Oryx. 394.*c.*2. *oryges ſubingales.* 395
Os, pro libito, & voluntate. 44
Os miſericordiæ. *ibid.*
Os gladij. *ibid.*
Os, pro interprete. 60.*c.*2
Os ad os loqui. 83
Os canis ferreum. 142.*c.*2
Os nullum. *ibid.*
Os pugilis. *ibid.*
Os non aperire. 396.*c.*2
Onis, vitulus, leo. 303

P

IN Paleſtina conſuetudo circa vindemiæ collectionem. 463.*c.*2
Pallium expandendi ſuper ſponſam mos. 183
Pallij vox amplexum non ſonat. *ibid.*
Pallium, pro vana umbra ſine ſpe. 344
Pallor ex læui metu, nigror ex mortis metu. 546
Panis, pro cibo frugali. 23
Panem alicuius comedere, & menſæ eius adhiberi. 23.*c.*2
Adagium vetus; da panem poſtea pugnos. 33.*c.*2
Panem non frangendum. 23.*c.*2
Panis pro quouis alimento. 486.*c.*2
Panis cibus communis, & omnium alimentorum amabiliſſimus. 512
Panem luctus ſiue domus, funeſta, tangere, quid. 528
Panthera velocitas. 516.*c.*2
Pantomimi olim actione & geſtu hiſtorias ad viuum exprimebant. 44.*c.*2
Parabola, quid. 4
De Paradiſo. 374.*c.*2. *De etymologia nominis. ibid. varia eius apud varios nomina. ibid. an fuerit corporeus.* 375. *eius deſcriptio. ibid. c.* 2. *ſex à quo fictis. vnus verus, multis fictitij. ibid. de loco.* 376. *non cœlum. ibid. non orbis totus. ibid. c.* 2. *nec ſupra terra globum.* 377. *nec in alio mundo: vel alia terra. ibid. c.* 2. *eſt in orbe noſtro.* 378. *nõ ſub arcto. ibid. nec in Libya. Nec in fortunatis inſulis, aut Elyſius. ibid. c.* 2. *non in Paleſtina.* 379. *ante omnia conditũ, qui velint.* 380 *difficultates circa de duratione, & fluminibus eius.* 382
Aquas diluuij in Paradiſum penetraſſe negantes. 384.*c.*2
Paradiſum Adami terreſtrem, diluuio ſuperſtitem negantes. 388
De Paradiſo probationes parum credibiles. 388.*c.*2
Paradiſus Adami hominibus inacceſſus. 389 *c.*2
Paradiſi terreſtris deſcriptio. 390. *quàm incidus, quàm temperatus. ibid. In eo fructuum, frondium, & florum perpetuitas. ibid. c.* 2. *qualis in eo temporum anni ſucceſſio, fertilitas. Aqua eius.* *ibid.*
Quare Paradiſum. 392. *adag.*
Paraſiti, vt dominos oblectẽt, aliorũ ſiue præſentiũ ſiue abſentiũ vitam carpũt. 89.*c.*2
Parentes & pædagogi fabri dicti. 22
Pariete vti pro interprete. 74
Parietem alloqui. *ibid.*
Paræmia, quid. *IV.*
Paruus & magnus. 334
Paſcere pro cibare. 461
Paſcendi vox interdum quid ſonet. 517
Paſtores in malum ſumpti. 101
Paſtoris officium. 119
Quod fuit durum pati, meminiſſe dulce eſt. 173.*c.*2
Pax mater Pluti ſeu opulentiæ. 251
Paxilli metaphora explicata. 266
Paxillum auferre. 266.*c.*2. *nec paxillum relinquere.* *ibid.*
Peccatores ſemper pauidi. 92
Clamor peccati, *de impudentia & magnitudine.* 24.*c.*2
Peccata ad Deum clamantia. 24.*c.*2
Peccatum graue, natura defectus ſubſannare. 88.*c.*2
Peccata imbecillitatem agnoſcere cogunt. 117
Peccatum pro idololatria. 143
Peccata ignorantiæ, præcedere ſolent peccata ſuperbiæ. 144.*c.*2
Funes peccatorum. 291.*c.*2
Omne peccatum *remiſſibile.* 441.*c.*2
Peccata maiorum non grauant iuſtè viuentes. 466.*c.*2

Peccata populi dissimulantes & cur. 515
Peccant rarò mortales, nisi boni sit sine alicuius præmij illecti. 5.c.2
Sanguinum nomine peccata vocat S. Scriptura. 570
Incipere peccare *quàm periculosum.* 290
Pedalij Indorum gens, vel Sacerdotes. 472
Sub pennis. 181.c.2
Penna pro auxilio. 182.c.2
Pennata sectari. 196
Peor non Sol, sed Priapus. 118.c.2
Perdicis astus. 199. *natura.* 457. *libido.* 456.c.2
Pergere ad populum suum, quid. 51
Qui amat periculum *peribit in eo.* 445
Tingere pedem *in oleo.* 47.c.2
Lauare pedes *butyro.* *ibid.*
A pedibus ad caput. 139.c.2
Pes iustus, Plinio quid. 472
Pessimus nemo repentè euadit. 145
Phalaridis taurus. 464.c.2
Pharisæi dicti, qui prius Asidæi. 606.c.2
Philonis locus, de allegoriis. 3.c.2
Phylacteria. 68.c.2
Pictorum error, in pingenda Moysis facie cornuta. 85.c.2
Platonis, in Lysidem dictum. 257.c.2. *eiusdem in Theæteto.* *ibid.* *Platonis pediculi* 468
Pleuritis. 121
Plumbum adamantem frangit. 594
Pluuia decidens non est omnino frigida. 437.c.2
Pœna nullum est malum quod non à Deo. 148.c.2
Trium pœnitentia *in Catone Vticensi.* 572.c.2
Nos poma *natamus.* 191
Populus vnus. 167
Ad populum suum pergere, idem quod mori. 51
In portis habitæ olim panegyres & concliones. 32. *forum, iudicia.* *ibid.*
Porta decumana. 35
Possessionis resignatio apud Iudæos per calcei solutionem. 159
Prædicatorum comparatio. 347.c.2
Pransi parati qui. 70
Prepositiones, cum, coram & post. 16
Præpositio pro adiectiuo. 226.c.2
Præputium cordis. 62
Præsens præsenti loqui. 82.c.2
Priapus. 48.c.2
Princeps fortitudinis. 3
Procrustis rupes. 464.c.2
Propheta os Dei. 60.c.2
Propheta non hominum, sed Dei, dicti propriè. 61.c.2
Ad proverbia inuestiganda canon generalis. 1
Proverbia & similitudines libenter petunt homines ex studiis in quibus vitam traduxerunt. 32.c.2
Puella deintegrata appellatio. 462
Ne puero gladium. 61.c.2
Pulmonis inflammatio. 355.c.2
Pulsilli. 496
Pulvis & cinis. 24.c.2
Pulvis. 309.c.2
Lacerti pupillorum. 296
Pygmæus, Maximini caligâ non induendus. 134.c.2

Q

de QVasi. 481.c.2
Quercus fortitudinis symbolum. 549.c.2
Quis aberret à foribus Nadag. VI.

R

Rabbinica hæresis. 210.c.2
Rabbinorum nugæ. 486
Rabdomantia. 515.c.2
Racemationis cum vindemia comparatio. 170
Radix pro primo generis autore. 142.c.2
Radix pro germine radicis. *ibid.*
Rads olim indecorum. 568
Rastris eburneis solum vertere. 25
Rebellio quàm turpe crimen. 484
Regnum non capit duos. 344
Regulus quid. 309
Renes, pro eo quod intimum & occultissimum est. 42.c.2
Res, naturâ, sed verba doctrinæ ordine priora. I

Resina, pro doctrina spiritali. 441
Resina Galaad pro pœnitentia & medicamine. ibi.
Rhadamanti lex. 168
Rhadamanthus inferorum iudex. 168
Ex Rhetore Consul. 67.c.2
Rhinocerotis cornua duo. 156.c.2
Rhinoceros, vnde dictus. 156.c.2. *Typus castitatis.* 157. *indomiti.* 157.c.2
Rhinocerotis nasus. adag. 157. *cornu, pro fortitudine inuicta.* 157.c.2
Roboris etymon. 549.c.2
Romanorum plausus. 503.c.2
Rubi punctione quid indicetur. 54.c.2
Ruffinus reprehensus, & cur. 582.c.2
Ruth defensa. 183
Ruth & Deuteron. loca conciliata. 187
Rutilare. 168.c.2

S

SAcerdotibus datum præceptum vt nudipedes in templo sacris operarentur. 185.c.2
Sacerdotes, figuratè, medici dicti. 441
Salis statua. 26
Sal metallicum. ibid.
De sale sacrificiis adhibendo, lex. 102.c.2
Sal, adhibitum, in omni fœdere solemni. 102.c.2
Sal, Christi figura. Sal, discretionem significat. 102.c.2
Pactum salis, idem quod, pactum amicitiæ. 103
Sal, pro mensa, cibo, & consuetudine amicorum. 103
Salis modius consumendus priusquam fidas. 264. *col.* 2
Salem & mensam ne prætereas. ibid. *iuxta salem & cuminum.* ibid.
Salem lingere. 265. *Sal comedere.* ibid. *sale emptum mancipium.* ibid.
Salfugo, pro sterilitate. 154
Salsuncæ proprietates. 398.c.2
Salix frugiperda. 269.c.2
Samariæ ædificatio, expugnatio. 565.c.2
Samsonis septem funium interpretatio. 292
Sanguis de vxore & liberis. 5
Sanguis vuæ. 47.c.2. *terræ.* ibid.
Sartor vapulat, laso textore. 466
Scientia boni & mali, pro omniscia cognitione. 5. *col.* 2. & *seq.*
Scinis pinus. 464.c.2
Scorpiones, aculei ærei. 255
Ascensus Scorpionis. 484. *Scorpio flagelli genus.* ibid. *scorpius teli genus.* ibid.
Scorta matulæ rectè dici possunt. 526.c.2
Scribendi ars ferro probè præparato. 454. *col.* 2
Scripturæ Sacræ lectio commendata. 163
S. Scripturæ intelligendæ canon. 338
S. Scripturæ consuetudo in nominibus imponendis. 485
Scuta ficulna probata. 6
Scytale quid. 201
Scytala Laconica. 201.c.2
Sellis duabus sedere. 256
Semen, pro liberis. 112.c.2
Seminare super nuda saxa. 557.c.2
Senatoris prudentia. 572.c.2
Senes, bis pueri. 422
Sepem auferre, vel destruere. 267.c.2
Lxx. & vulgatæ sapientia in vertendis Hebraismis. 1
Septuplum & septies an idem. 15
Super sepulcra mortuorum comedendi gentilium mos. 476
Sepulturam metaphoricè sæpè sumi. 235. *col.* 2
Sermo sine capite. 81.c.2
Seruus Dei, Seruus Domini, qui dicatur. 160
Serui Dei qui dicti, item amici. ibid.
Serui Dei, & serui hominis, differentia. 162.c.2
Sigalionis seu Harpocratis Ægyptij statua. 178.c.2
Sigillum in manu dextra. 69.c.2
Signaculum super cor & brachium. 69. *col.* 2
Signum in manu vel ad manum. 69
Signum pro scopo. 474
Silentes dicti inferi. 222. 243.c.2
Silentium domus. 243.c.2
Silentia æterna. 61 ibid.
Silicernium. 226. 243.c.2
Silicernium, exequium. 476. *cana nor-*

tuorum. ibid.
Sinu, dilectio & custodiæ cura significata. 126.col.2.etiam penitissima. 127
Luctus Sirenum. 566.c.2
Socratis dictum. 149.c.2
Sodomorum peccata. 153
Sodoma soror. 153.c.2
Principes Sodomorum, *& populus Gomorrha.* ibid.
Sicut Sodoma *fieri vel esse.* 153. col. 2. 154
Sodoma spiritualis. 154
Sub alto sole. 268
Solonis lex contra neutrales. 255.c.2
Sororis nomen inter erotica. 502
Spinæ qui rectè vocentur. 484.c.2
Vadere Spiritum, *quid.* 569
Ægypti spolia *referre, quid.* 59
Stanni proprietas. 594
Stanni ex ære & plumbo mixtio. ibid.
Statua digito sigillans os, silentium innuit. 178.c.2
Stellarum pugna. 2
Stercora. 349. col. 2. *Stercora comedere.* ibid.
Sterilitatis descriptio. 90. col. 2. *& seqq.*
Stilla & stillare. 150
Strabo refutatus, de sterili Hierosolyma solo. 57
Struthionis fœmina amor in prolem. 367
Caro, venatio, crudelitas. ibid.
Stultus pro stolido. 598 *scelerato.* ibid.
Suada medulla cur dictus Cethegus à Cicerone. 43
Suburbana pro hortis. 153.c.2
Succinctus lumbos. 72
Sudar, quid. 186.c.2
Suram unius pedis alterius femori sedentes qui soleant imponere. 177.c.2
Super pro contra, vel cum. 265.c.2
Superbia, pro rebellione contra Deum. 143
Eradicat omnia virtutum germina. 471. col.2
Coram Deo ut fœteat. ibid.
Inter superbos *semper vixa.* 452. col. 2.
Superstitio vetus, pueris appendendi filum coccineum. 164
Supplicum mos sedendi in pulvere vel cinere. 190
Suram femori imponere. 505
Susanna calumniatores. 464
Ne Sutor *ultra crepidam.* 191
Sibyllinum oraculum. 284.304 col.2.305.c.2

T

Tacere pro quiescere. 74
Taciturnior statuâ. 74
Talionis lex. 167.c.2
Tauri superbia post victoriam. 469.c.2
Tenebræ Cimmeriæ. 65.c.2
Cur palpabiles dicantur. ibid.
Tenebræ & palpatio. 66
Tenebræ pro infœlici statu. 112
Ter pro sæpius. 549
Termaximus. 549
Trisceleslus. ibid.
Termerium malum unde dictum. 168.c.2
Termini duo, unus gloriæ, alter damnationis æternæ. 51
Terra sanguis. 47.c.2
In terra *describi.* 69.c.2
Terra devorat. 86. *evomit.* ibid.
Terra ultima. 233.c.2
Terra promissionis descriptio. 57
Terræ medulla, adeps, pinguedo, sumen Latinis quid. 42.c.2
Terra duplicis confictio. 377.c.2
Terram Oceano cingi, non hunc ab illa. 378
Terror panicus. 39. 91.c.2
Terror Dei. 39
Nec teruncium. 21
Theocriti explicatio, de sacro magico. 25. col.2
Thessalica Tempe. 374
Phraseas reprehensus. 252.c.2
Titanius vultus. 272.c.2
Tobiæ *Græca editio mutila.* 268
Tondere servitutis & ignobilitatis signum. 568.c.2
Tondere caput cur ab Ecclesia sit admissum. ibid.
Tonitru, pro Dei voce. 64
Velut torrens *quid.* 47
Torrentes mellis & lactis. 58

Tribulatio, rubi punctione indicatur. 54. col.2
Tribulatio cur ebrietas dicta. 448.c.2
In tribulatione parua, correctio. 535
Tripudiare super onum. 364
Tritici rerum medulla. 42.c.2
Tritici adeps. 43
Tympanum publica fama. 317
Tympana è pelle asinina. ibi.
Tyranni, apiè dicuntur emunctores. 310

V.

Vacca bene lasciuior. 516
Venator, pro hominum oppressore. 17
Ventilare, dispergere, diuidere, eadem. 158
A vento pasci. 461
Ventum seminare qui dicantur. 525
Ventum pascere. 536.c.2
Venti vrentis de Antichristo expositio. 537
Veneris & Adonidis fabula. 601.c.2
Verba, sunt partim propria, partim tropica, & hæc vel moralis, vel literalis sensus. I.
Nec verba pro escis. 272
Veritatis proprium est constantem esse. 114. col.2
Veritas nimium altercando amittitur. 468. col.2
Verriculum vnde. 492.c.2
A vertice vsque ad extremum vnguem. 139. col.2
Vespere Siciliane. 298.c.2
Nec vestigium relinquere. 67
Vestes Esau. 32.co.2.& seqq.
De via ostendenda Athenienſium lex. 89
Cadmea victoria. 468.c.2
Videre, pro, prouidere. 28
Vincenti datur manna absconditum. 173.c.2
Vindemiæ cum racematione comparatio. 170
Circa vindemiæ collectionem Palæstinorum mos. 463.c.2
Vinum, pro exemplo quod præbetur. 155
Vinum infantibus noxium. 396.c.2
Viri siculni. 6
Vir, seu dominus adolescentiæ. 49
Vir verborum, idem quod Dominus linguæ. 60
Vir sinus. 124. c.2. *fœderis.* ibi.
Viri sancti dictum. 332.c.2
Virga ferrea. 141.c.2. 254.c.2
Virgily explicatio de sacro magico. 25.c.2
Viscera de liberis. 5
Vita, est solum fletus. 263. *est alea. ibi. est sphæra instabilis. ibi.c.2. est nihil superbiâ tumidum.* ibid.
Qualis vita, talis hominibus oratio. 346. col.2
Vitula, quid. 175
Vitula lasciuia symbolum. 532
Vitulus, quid designet. 303
Decempes vmbra. 35
Vngulam mordere, calcaneo insidiari. 11
Volare pro perire. 501
Volucris, quid sensu mystico sit. 309
Volumen. 596
Voluntatem dici sitientem, quamdiu desiderat, peccare: ebriam quando mandat executioni desiderium suum. 146.co.2
Vomitus, pro re detestabili. 86.col.2
Vri, qui. 557
Vrsus animal irritabile, hieroglyphicis & mathematicis. 151.col.2
Vrsi fumantem nasum non tentare. ibi.
De vrsi pelle apologus. 257.c.2
Vrsi ingenium. 554.c.2
Vrtica. 399
Vtrem excoriare. 195
Vua sanguis. 47.c.2
Per vuas ac botros studia, opera & mores designari. 155
Vulpecula industria. 522
Historia vulpium *Samsonis.* 175.c.2
Vultum variare prudentia est. 186.c.2
Vxor fœderis. 124.c.2. *sinus.* ibid.
Vxor, an ala viri. 183.co.2
Ad vxores menstruatas accedere, illicitum. 473.c.2
Ab vxoribus deceptorum virorum exempla. 572

X.

Xenia iudicium. 80.c.2

Z.

Zamorense caput errenum loquax. 68

FINIS.

BIBLIOTHÈQUE DE LA VILLE
LYON
1911

105136

ADAGIALIVM

SACRORVM

VETERIS ET NOVI TESTAMENTI

PARS SECVNDA.

COLLECTORE AC INTERPRETE

MARTINO DEL RIO ANTVERPIENSI,
Societatis IESV Sacerdote, & S. Scripturæ publicō
SALMANTICÆ PROFESSORE.

Editio secunda & accurata. Cum Indicibus necessariis.

BIBLIOTHÈQUE DE LA VILLE LYON 1891

LVGDVNI,
Sumptibus Horatij Cardon.

M. DCXVIII.
Cum Priuilegio S. Cæsar Maiest. & Christianiss. Franc. & Nauarr. Regis.

Facultas R. P. Prouincialis Societatis IESV, *in Prouincia Lugdunensi.*

VDOVICVS MICHAELIS, Prouincialis Societatis IESV, in Prouincia Lugdunensi, iuxta priuilegium eidem Societati à Regibus Christianissimis Henrico III. 10. Maij 1583. & Henrico IV. 20. Decembris 1606. & Ludouico XIII. nunc regnante, 14. Febr. 1611. concessum, quo Bibliopolis omnibus prohibetur, ne libros ab eiusdem Societatis hominibus compositos absque superiorum permissione imprimant: permittit Horatio Cardon Lugdunensi Bibliopolæ, vt librum qui inscribitur, *Adagialia Sacra Veteris Testamenti, Collectore ac interprete* MARTINO DEL RIO *Antuerpiensi, Societatis* IESV *Sacerdote, Sacræ Theologiæ Doctore*, ad sex proximos annos imprimere, ac liberè diuendere possit. Datum Lugduni V. Octobris. M. DCXI.

MICHAELIS.

APPROBATIO.

IOANNES CLAVDIVS DEVILLIVS, in Sacra Theologia Magister, & diuini verbi Prædicator, in Sancti Pauli huiusce ciuitatis Canonicus, & in hac Lugdunensi Diœcesi, à Domino CLAVDIO DE BELLIEVRE, Illustrissimo & Reuerendissimo Archiepiscopo, librorum Censor designatus: Fidem facimus nos hæc *Adagialia Sacra Veteris Testamenti, à Reuerendo Patre* MARTINO DEL RIO *Societatis* IESV *Presbytero, Sacræ Theologiæ Doctore* exposita, euoluisse nihilque in iis ab Catholica & Romana fide, & probis moribus alienum, non modò non contineri; sed elaboratum planè opus, multiiuga lectione, nobiliúmque Idiomatum scientia illustre, atque ob id Sacrarum literarum Studiosis esse perutile. Quare Typis & publica luce dignum meritò censuimus. Lugduni apud Sanctum Paulum IV. Id. Octobr. M. DCXI.

I. CL. DEVILLIVS.

R. D. D. ANTONII EMANVELIS CHALOMI huius libri imprimendi facultas.

ANTONIVS EMANVEL CHALOMVS in præfectura Lugdunensi Consiliarius Regius, in primatu Franciæ Iudex, & in Archiepiscopatu Lugdunensi Vicarius Generalis: Opus quod inscribitur, *Adagialia Sacra Veteris Testamenti, Collectore ac interprete* MARTINO DEL RIO *Antuerpiensi, Societatis* IESV *Sacerdote, Sacræ Theologiæ Doctore*, à Theologis recognitum vt in lucem edatur, facultatem concedimus. Lugduni XV. Iulij. M. DCXI.

CHALOM. V. G.

BIBLIOTHÈQUE DE LA VILLE LYON 1891

PRIVILEGIVM IMPERATORIS.

VDOLPHVS II. Diuinâ fauente Clemẽtiâ Electus Romanorũ Imperator sẽper Augustus, ac Germaniæ, Hũgariæ, Bohemiæ, Dalmatiç, Croatiæ, Sclauoniæ, &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, & Vvirtembergæ, &c. Comes Tirolis, &c. Notũ facimus tenore præsentium vniuersis. Expositũ nobis, Honorabilem, deuotum, nobis dilectum Martinum Del Rio SS. Theologiæ Doctorem & LL. Licentiatum, Societatis IESV Presbyterum, multa à multis annis, & olim, cùm in Belgio Serenissimo Hispaniarum Regi Catholico Philippo secundo à consiliis fuit, & posteà cùm Societati IESV aggregatus, variis in Academiis vtilitati publicæ pro virili concionando, docendo, componẽdo incubuit, in humanioribus artibus, Iurisprudentiâ & Theologiâ laborasse, quæ partim edita, partim vt edãtur, vel confecta vel affecta habeat, aut secundis curis recudi desideret. Vereri autem ne quod iam non sine aliquo nominis sui & lectorum dispendio expertus, à quibus minimè expediat, ea Typographio sibi suisque in fraudem exprimantur, ac proinde humiliter rogare, vt Priuilegio se nostro aduersùs eiusmodi iniuriam ac fraudem muniamus: Nos itaque benignè cõsiderantes, quàm vtilem Honorabilis, deuotus, nobis dilectus Martinus Del Rio, qui nobis ab insigni pietate ac doctrina prædicatur, rei literariæ publicè operam nauet, quod in eis quæ iam antè ab ipso edita sunt, liqueat, omnibus & singulis Typographis, Bibliopolis ac aliis quamcunque librariam negotiationem exercentibus seriò firmitérque vetamus & inhibemus, ne quisquam prænarrata opera per viginti annorum spatium, à primâ editionis die computandum intra sacri Romani Imperij Regnorúmque & Dominiorum nostrorum hæreditariorum fines, simili vel alio charactere aut forma siue in toto, siue in parte recudere, vel aliò recudenda mittere, aut alibi etiam impressa adducere, vendere, & distraherè eâm seu palàm contra voluntatem & consensum supradicti Martini Del Rio præsumat. Si quis verò secus faciendo Priuilegium hoc nostrum Cæsareum negligere vel transgredi conatus fuerit, cum non solùm prænarratis libris, perperàm quippe recusis & adductis (quos prænominatus Del Rio eiúsve Mandatarij vbicunque deprehensos, vel propriâ authoritate, vel Magistratus illius ope & auxilio sibi vendicare poterunt) de facto priuandum, sed & pœnâ decem Marcharum auri puri fisco nostro Cæsareo fraudis vindici, & sæpefato Del Rio eiúsve Mandatariorum vsibus ex æquo pendenda, decernimus irremissibiliter puniendum. Mandamus ergò omnibus ac singulis nostris & sacri Romani Imperij Regnorúmque ac Ditionum nostrarum hæreditariarum subditis, cuiuscunque status, gradus, cõditionis, aut dignitatis existãt, tam Ecclesiasticis quàm Sæcularibus, præsertim verò iis qui in Magistratu constituti, vel proprio vel superiorũ nomine & loco, Ius ac Iustitiæ administrationẽ exercẽt, ne quenquam hoc Priuilegium nostrum Cæsareum temerè & impunè trãsgredi aut violare patiantur, quin potiùs contumaces, si quos forte compererint, præscriptâ pœnâ puniri, aliisque modis idoneis coërceri curẽt, quatenus & ipsi in eãdem multã incurrere noluerint, harum testimonio literarũ manu nostra propria subscriptarum & sigilli nostri Cæsarei impressione munitarum. Datum in Aree

nostra

nostrâ Regiâ Pragæ, die decimaquinta mensis Iunij, Anno Domini millesimo sexcentesimo secundo, Regnorum nostrorum, Romani vigesimo septimo, Hungarici trigesimo, & Bohemici itidem vigesimo septimo.

Subsignatum.
RVDOLPHVS.

Ad mandatum Sacræ Cæs. Maiestatis proprium.
RVD. CORADVCIVS.

IOAN. BARVITIVS.

EGO MARTINVS DEL RIO, *Societatis* IESV *Presbyter, sacræ Theologiæ Doctor, & L L. Licentiatus, concessa mihi à Cæsareâ Maiestate facultate eligendi Typographum, cui mea cum XX. annorum priuilegio cudenda traderem, tibi,* HORATI CARDONE, *confisus de fide, pietate, & industria tuâ, facio potestatem excudendi* ADAGIALIA SACRA VETERIS ET NOVI TESTAMENTI A ME EXPOSITA ET INTERPRETATIONE DONATA; *& pœnam Cæsaream exigendi à Typographis contra Cæsaris edictum illud pralo subdentibus, vel vendentibus, &c. iuxta præfati Diplomatis tenorem. Datum Salmanticæ Idibus Decembris,* M. DCVII.

MARTINVS DEL RIO Soc. IESV Presbyter, S. Theol. Doctor, & LL. Licentiatus.

SVMMA PRIVILEGII A Christianissimo Galliarum rege obtenti.

LVDOVICI XIII. Galliæ & Nauarræ Regis Diplomate cautum est ne quis in suo regno, aliisve locis ditioni suæ subiectis, intra proximos annos decem, à die impressionis primæ inchoandos, excudat, vendat, excudendum vendendúmque quouis modo ac ratione conetur librum qui inscribitur, *Adagialia Sacra veteris Testamenti, collectore ac interprete* MARTINO DEL RIO *Antuerpiensi, Societatis* IESV *Sacerdote, Sacræ Theologiæ Doctore,* præter HORATIVM CARDON Bibliopolam Lugdunensem, aut illos, quibus ipse concesserit: sub pœnis Originali Diplomate contra delinquentes expressis. Datum Parisiis decimo octauo die mensis Februarij. M. D CXI.

De mandato Regis,

Signatum,
PERREAV.

TYPOGRAPHVS LECTORI.

N tibi, Lector, ſacrorum Veteris Teſtamenti Adagialium partem alteram; de qua ſpem feci in iis quæ nuper è noſtris typis exierunt: vnde me ſpes eadem tenet (Diuini numinis adſpirante aurâ) ſacrorum item Noui Teſtamenti Adagialium, quæ deſiderantur adhuc, & quæ frons tituli ab auctore inſcripti promittit, expectationem non fore irritam: partémque tertiam pars ſecunda vt ſpero accerſet: quam, vbi primùm ad nos peruenerit, ſi Deus volet, bono publico non inuidebo. Dolendum at hoc ſemper ſupereſt, quòd non omnia ſimul cum vltimâ limâ ad nos peruenerint, & morte intercepti tanti viri, lacrymis funus proſequendum. Quam verò iacturam feceras, Lector, vel in iis quæ deſiderabantur Veteris Teſtamenti ſacris Adagiis, cognoſces prima fronte, ex præfixo operi Adagialium ſecundæ partis Indice, certiori quàm antè & accuratiori ordine: meliùs deinde ex attenta totius operis lectione. Atque hæc ſunt de quibus te monendum duxi, vt & eorum Adagialium quæ de inferi voce tractant pag. 40. quorum diſcuſſionem promittit ad calcem Adagialium è pſalmis deſumptorum; Tractatum iam vberem datum in prima parte quæ antè excuſa eſt, à pag. 207. ad 250. vnde omnia petes, ne hîc repetam. Genus autem & elogia, nec non Scriptoris noſtri opera quæ emiſit, ſequens pagina exhibebit. Vale, Lector, ac noſtris laboribus & votis faue.

Eidem

Eidem Lectori.

PVS, quod damus, Lector, viri est sua maiorúmque virtute illustris. Hispanus erat patre, Proannensi vico (vulgò Proanno) in montibus Cãpoò oriundus: vbi etiamnum vestigia arcis antiquum eiusdem familiæ domiciliũ, quod Hispanicè Solar vocatur. Vetustissima huius memoria ab Octauiani Imperio arcessitur, cùm pro gente sua ad montẽ Sierra Tejada dictũ pugnat obítque fortiter generosus Cãtaber Lucio Lamia oppugnante. Ex cuius prosapia Fruendus, qui feliciore euentu, vnà cum Christianis, quos Rex Pelagius anno 720. eius curæ commiserat, quósque Donga celebris adhuc spelunca capere non poterat, dum in Mauros impetum facit, magnã eorum multitudinem inter fluuios Deba & Oba fundit & fugat. Ab hac victoria gentilitium nomen & insigne *Del Rio* genti fuit. Fidus huius rei testis liber quem *Del Bezerro* vocant, in quo familiæ Hispaniæ ad origines suas reuocantur, stirpémque hanc ramos suos latè diffudisse, intérque alios nobilem vnum in Bureba, ex quo Gonsaluus Roderici Del Rio Regis Henrici IV. corporis custos posteros reliquit dispersos in varia Regum obsequia. Atque hunc cuius librum præ manibus habes, eius abnepotem Brabantia, matre ex nobili de Vilanoua Celtiberiæ familia, edidit ingenio raro, cuius rei monumenta hæc fidem faciunt.

Scholia in Claudianum.
Emendationes in Solinum.
De Tragœdia veterum.
De vita Annæi Senecæ Patris & Filij.
De versibus tragicis.
Aduersaria & commentaria in Senecam.

Notæ perpetuæ in Ius Ciuile.
Repetitio in legem Transigere.
Commentaria in legem Contractus.
Annotationes in monita Sancti Orientij.
Ænigmata Sancti Aldhelmi.
Disquisitionum Magicarum libri sex.
Commentaria & Catena in Cantica Canticorum.
Speculum Marianum.
Polemica Mariana.
Florida Mariana.
Super Threnos Ieremiæ.
Super Genesim.
Adagialia Sacra.

Alia præterea dedit quæ alieno nomine circumferuntur: sed & posthuma quædam apparantur. Vir etsi Mineruæ studia coleret impensiùs, iuuenili tamen vigore armorum dexteritatem fuit consecutus. quid mirum si patre Cantaber, matre Celtiber? Omni genere scientiarum præstans, officia publica atque imperium perpetuò recusauit, plus in meriti conscientia, quàm in functionis fructu ponens. Philippi II. Hisp. Regis consiliarius & supremus in eius exercitu Iudex, æquum se & incorruptum semper exhibuit. Spretis mundi illecebris, Iesv Societatem ingressus, exemplo sociis, admirationi omnibus fuit. Diuinarum litterarum studiis se totum tradidit, adeóque eximius euasit Theologus, vt Louanij in Belgio, Græcij in Stiria, Salmanticæ in Hispania, Sacrarum Scripturarum oracula summa cum laude sit interpretatus. Acerrimus fuit hæreticorum insectator, ab omnibus laudem, à subditis dum Arselariæ in Brabantia dominus fuit, etiam amorem obtinuit. Dum Salmantica Louanium maiore celeritate quàm vires ferebant, properat, tertio quàm eò appulit die, anno 1608. obiit, magno omnium luctu.

ADA

ADAGIALIVM SACRÆ SCRIPTVRÆ INDEX.

Prior numerus Adagij ordinem notat: posterior paginam.

EX LIBRO IOB.

PEL LEM *pro pelle & cuncta quæ habet homo dabit pro anima sua.* pa. 1.

2 *Parati suscitare Leuiathan.* 3.col.2

3 *Seminant dolores & metunt eos.* 6

4 *Qui timent pruinam, irruet super eos nix.* 6.c.2

5 *In ventum verba proferre.* 8.c.2

6 *Aranearum tela.* 9.c.2.

7 *Lapides excauant aquæ.* 11

8 *Adspergi sulphure, seminari sale.* 11.c.2

9 *Fugiet arma ferrea, & irruet in arcum æreum.* 13.c.2

10 *Sicut aurum igne probatum.* Item, *sicut scoria.* 14

11 *Leuis super faciem aquæ.* 15

12 *Via vinearum.* 16.c.2

13 *Ad nimium calorem transeat ab aquis niuium.* 17

14 *Sicut nix vel ros soluitur.* 17.c.2

15 *Auis ignorat.* 18.c.2

16 *Sicut palma multiplicabo dies.* 19.c.2

17 *In canticum.* 24

18 *Frater fui draconum & socius struthionum.* 24

19 *Vnus serit, alius comedit.* 27

20 *Senes non semper sapiunt.* ibid.

21 *Venter quasi mustum absque spiraculo.* 27.c.2

22 *Sicut lapis & incus.* 29

23 *Amalthææ cornu.* 29.c.2

Ex libro Psalmorum.

24 TAnquam puluis quem proiicit ventus à facie terræ. 31

25 *Pascere in virga ferrea.* 32.c.2
26 *Tanquam vas figuli confringet eos.* ibid.
27 *Cubaui, dormiui & exurrexi.* 33
28 *Percutere in maxilla.* 34
29 *Dentes confringere.* 34.c.2
30 *In malum quod alteri pararis, incidere.* 35
31 *Cum sonitu perire.* 36
32 *De portis mortis.* 36.c.2
33 *Corde & corde.* ibid.
34 *Deuorare sicut escam panis.* 39
35 *Sub vmbra alarum.* 34.c.2
36 *Custodire vt pupillam oculi tui.* 39
37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. *adagia de inferno tractantia vide tomo primo.*
51 *Cum sancto sanctus eris.* 41
52 *Pedes cernorum.* 42
53. *Filij alieni.* ibid.
54 *Sponsus procedens de thalamo.* 43
55 *Vermis & non homo. vermiculus ligni.* 43.c.2
56 *Tanquam cera liquescens.* 44
57 *Cornua vnicornium.* ibid.
58 *In medio vmbræ mortis.* 44.c.4
59 *Non est sanitas in carne mea.* 45
60 *Dies palmi.* ibid.
61 *Ex luto fœcis.* 46
62 *Abyssus abyssum inuocat.* ibid.
63 *In vnum.* 47
64 *Dolores vt parturientis.* ibid.
65 *Statuere contra faciem.* 47.c.2
66 *Niue candidior.* 48
67 *Diuidere linguas.* 49
68 *Cibum cum aliquo capere.* 50
69 *Descendunt in infernum viuentes.* 51
70 *Molliti sunt sermones eius super oleum: & ipsi sunt iacula.* 52
71 *Molliti sermones super oleum.* 53.c.2
72 *Deducere in puteum interitus.* 54.c.2
73 *A vulua & ab vtero.* 55
74 *Aspis surda obturans aures suas.* 56
75 *Sicut limax auferentur.* 60.c.2
76 *Antequam spinæ rhamnus fiant.* 62.c.2
77 *Priusquam ollæ ignem rhamni sentiant.* 63.c.2
78 *Ignis rhamni, seu, spinarum.* 64
79 *Lauare stolam in sanguine.* 65
80 *Famem pati vt canes* ibid.
81 *Vino compunctionis potari.* item, *Dare poculum*, vel, *vinum soporis.* 67
82 *Olla spei*, vel, *lotionis.* 71
83 *Tanquam parieti inclinato, & maceriæ depulsæ.* 72
84 *Sicut adipe & pinguedine repleri.* 73
85 *In velamento alarum.* 74
86 *Partes vulpium erunt.* ibid.
87 *Defecerunt scrutantes scrutinio.* 75
88 *Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum.* 75.c.2
89 *Transire per ignem & aquam.* 77
90 *Dormire inter medios cleros.* 78
91 *Terram lingere.* 79 c.2
92 *Florere sicut fœnum terræ.* 80
93 *Os in cœlum ponere.* 80.c.2
94 *Lauare manus inter innocentes.* 80.c.2
95 *Somnium surgentium*, vel, *somnium visionis nocturnæ.* 82
96 *Filij Ephrem intendentes & mittentes arcum, conuersi sunt in die belli.*

belli. 83.c.2
97 Reddere in sinum. 84 c 2
98 Cedros Dei. 85
99 Manus eius in cophino seruie. runt. ibid.
100 Vt stercus terræ. 86
101 Terra obliuionis. 86.c.2
102 Dies cœli. 87.c.2
103 Somnus est, vel, vt somnium. ibid.
104 Sicut herba transit. 88.c.2
105 Anni nostri sicut aranea meditabuntur. 90.c.2
106 Sub pennis sperare. 92.c.2
107 Super aspidem & basiliscum ambulare, & conculcare leonem & draconem. ibid.
108 Cornu exaltare. 94
109 Vt cremium arescere. 94
110 Cinerem manducare, vel, cinere cibari. 96
111 Potum cum fletu miscere, Item, Lacryma sunt mihi panis: seu, Cibari pane lacrymarum. 96.c.2
112 Dies mei sicut vmbra declinaverunt. 97.c.2
113 Oratio cicadæ, vel, myricæ. 98
114 Renouabitur vt aquilæ, iuuentus tua. 99.c.2
115 Secundùm altitudinem cœli à terra. 101.c.2
116 Quantum distat Ortus ab Occidente. ibid.
117 Ferrum pertransiit animam eius. 102
118 A terra suscitare. 102.c.2
119 Circumdederunt sicut apes. 102. c.2
120 Ignis in spinis. 103.c.2
121 Lapis angularis. 104.c.
122 Cor pingue, siue, incrassatum. 105.c.2
123 Vier in pruina. 107.c.2
124 Super aurum & topazion. 108. c.2
125 Sagittæ acutæ & carbones desolatorij. 109.c.2
126 Habitare cum habitantibus Cedar. 112
127 Seminare in lacrymis & in exultatione metere. 112.c.2
128 Vanum ante lucem surgere. 114
129 Panem doloris manducare. 114. c.2
130 Filij excussorum. 118
131 Labores manuum suarum. 120. c.2
132 Nouellæ oliuarum. 121
133 Fœnum tectorum. Herba tectorum. 122
134 Paruulos ad petram allidere. 123
135 Sessio & resurrectio. 124
136 Semita & funiculus.
Vel,
Via & stratum, seu cubile.
Vel,
Semita & terminus, seu limes. 125
137 Nouissima & antiqua, seu, Noua & vetera. 126.c.2
138 Vir linguosus non dirigetur in terra. 127.c.2
139 Oleum peccatoris non impinguet caput 128.c.2
140 Tange montes & fumigabunt. 130.c.2

Ex libro Prouerbiorum.

141 Deglutire sicut infernus viuentem. 131
142 Frustra iacitur rete ante oculos pennatorum. 133
143 Comedere fructus viæ suæ, &

consiliis suis saturari. 135.c.2
144 Prosperitas stultos perdit. 137
145 Quærere sicut pecuniam, & effodere sicut thesauros. 137.c.2
146 Sanitas umbilici, & irrigatio ossium. 139
147. Quem diligit Dominus, corripit. 141
148 Lignum vitæ. 143.c.21
149 Non dormiunt nisi malè fecerint: & rapitur somnus ab eis nisi supplantaverint. 144.c.2
150 Ne declines ad dexteram, neque ad sinistram. 146
151 Labia distillantia mel. 148
152 Amara quasi absinthium, & acuta quasi gladius biceps. ibid.
153 Bibe aquam de cisterna tua. 148 c.2
154 Cerua charissima, & gratissimus hinnulus. 149.c.2
155 Sponsor manum defigit & se illaqueat. 151
156 Vade ad formicam piger. 152. c.2
157 Veniet tibi quasi viator egestas, & paupertas quasi vir armatus. 154
158 Vade ad apem. 156
159 Non potest homo abscondere ignem in sinu, quin ardeant vestimenta. 158
160 Nemo potest ambulare super prunas, vt non comburantur plantæ eius. 159.c.2
161 Sicut bos ductus ad victimam, & quasi equus lasciuiens. 160
162 Stultus ad vincula trahitur. 162
163 Festinat auis ad laqueum. 162 c.2
164 Os bilingue, seu, peruersum. 164
165 Aquæ furtiuæ dulciores sunt, & panis absconditus suauior. 166
166 Aues volantes sequi. 167
167 Pascere ventum. 167.c.2
168 Qui congregat in messe, Filius sapiens est.
Qui autem stertit æstate, Filius confusionis. 168.c.2
169 Stultus cæditur labiis: stultus labijs verberabitur. 169.c.2
170 Vena vitæ os iusti. 170
171 Virga in dorso eius qui indiget corde. 171
172 In multiloquio non deerit peccatum. 171.c.2
173 Impius vt turbo transiens. 172
174 Iustus fundamentum sempiternum. 172.c.2
175 Acetum dentibus & fumus oculis. 173
176 Anni impiorum breuiabuntur. 174
177 Superbiæ comites contumelia & contritio. 174.c.2
178 Manus in manu, manus ad manum. 175.c.2
179. Circulus aureus in naribus suis. 177.c.2
180 Possidere ventos. 180.c.2
181 Putredo in ossibus. 181.c.2
182 Gloriosus indigens pane. 183.c.2
183 Qui sectatur otium. 185.c.2
184 Via stulti recta in oculis eius. 187
189 Testis repentinus. 187.c.2
186 Manus fortium dominabitur. 188
187 Substantia festinata minuetur. 188.c.2
188 Multi cibi in noualibus patrum. 191.c.2

189 *Qui parcit virgæ, odit filium suum.*
Qui autem diligit illum, instanter erudit. 192
190 *Vbi non sunt boues, præsepe vacuum est: vbi autem plurimæ segetes, vbi manifesta est fortitudo bouis.* 192. c. 2
191 *Pauper etiam proximo odiosus: Diuitis multi amici sunt.* 194
192 *Vita carnium, sanitas cordis.* 195. c. 2
193 *Responsio mollis frangit iram. Sermo durus suscitat furorem.* 196
194 *Infernus & perditio.* 197
195 *Ad olera vocari.* 197
296 *Ignis in labiis impij.* 200
197 *Correptio plus proficit apud sapientem quàm plagæ apud stultum.* 260
198 *Qui dimittit aquam, caput est iurgiorum.* 201
199 *Qui altam facit domum suam, quærit ruinam.* 202. c. 2
200 *Omni tempore diligit qui amicus est: & frater in angustiis comprobatur.* 203
201 *Qui exaltat ostium, quærit ruinam.* 204. c. 2
202 *Animus gaudens ætatem floridam facit: spiritus tristis exsiccat ossa.* 205
203 *Oculi stultorum in finibus terræ.* 206
204 *Stultus si taceat, sapiens videtur.* 207
205 *Occasiones quærit qui vult recedere ab amico.* 208. c. 2
206 *Fraternum auxilium.* 208
207 *Fratrum discordia.* 209
208 *Mors & vita in manu linguæ.* 211
209 *Qui festinus est, pedibus offendet.* 212
210 *Ira regis.* 213
211 *Piger abscondit manum suam sub ascella, nec ad os illam applicat* 214
212 *Pestilente flagellato stultus sapientior erit.* 216
213 *Propter frigus piger arare noluit, mendicabit ergo æstate, & nemo dabit.* 216. c. 2
214 *Ex studiis suis intelligetur puer.* 217
215 *Malum malum est, dicit omnis emptor, & cùm recesserit, tunc gloriabitur.* 219
216 *Os calculo implebitur.* 220
217 *Hæreditas ad quam festinatur in principio, in nouissimo benedictione carebit.* 221. c. 2
218 *Ruina est homini deuotare sanctos, & post vota retractare.* 222. c. 2.
219 *Fornicem super aliquem incuruare, vel, Reducere super aliquem rotam.* 224. c. 2.
220 *Cor regis in manu Dei.* 226. c. 2
221. *Cœtus gigantum.* 228. c. 2
222 *Desideria occidunt pigrum.* 230 c. 2
223 *Vir obediens loquetur victoriam.* 235 c. 2
224 *Adolescens iuxta viam suam, etiam cùm senuerit, non recedet ab ea.* 238
225 *Tripliciter* 241
226 *Ne transgrediaris terminos, quos posuerunt patres tui.* 241 c. 2

227 Statue cultrum in gutture tuo. 243 c.2.
228 Panis mendacij. 246
229 Nudior pistillo. 247.c.2
230 Mordebit vt coluber. 248
231 Sicut regulus venena diffundet. 249
232 Esse sicut dormiens in medio mari.
Et quasi sopitus gubernator amisso clauo. 249.c.2
233 Lucerna impiorum exstinguetur. 252 c.2.
234 Labia deosculabitur. ibid.
235 Mala aurea in lectis argenteis. 253.c.2
236 Verbum dictum super rotis suis. 255
237 Frigus niuis in die messis. 256
238 Nubes & ventus & pluuia non sequentes. 257.c.2
239 Mel comede quod sufficit. 257
240 Pretiosum facere pedem suum. 260.c.2
241 Dens putridus & pes lassus. 261.
242 Acetum in nitro. 262
243 Tinea vestimento, & vermis ligno. 265
244 Prunas super alienius caput congregare. 267
245 Mittere lapidem in aceruum Mercurij. 268.c.2
246 Spina nascitur in manu temulenti. 279
247 Leo in via: Leena in itineribus. 281.
248 Auribus canem apprehendere. 283.
249 Cùm defecerint ligna, exstinguetur ignis. 283.c.2
250 Argento sordido vas fictile ornatum. 284
251 Ne glorieris in crastinum. 285
252 Laudet te alienus, & non os tuum:
Extraneus, & non labia tua. 286. c.2
253 Melior est manifesta correptio quàm amor absconditus. 287
254 Meliora sunt vulnera diligentis, quàm fraudulenta oscula odientis. 288
255 Anima saturata calcabit fauum:
Anima esuriens etiam pro dulci amarum sumet. 290
256 Auis transmigrans de nido suo. 291
257 Melior est vicinus iuxtà, quàm frater procul. 293.c.2
258 Benedicere proximo voce grandi, de nocte consurgentem 294.c.2
259 Tecta perstillantia in die frigoris. 296.c.2
260 Ventum tenere manu. 297.c.2
261 Oleum dextera sua vocabit. 299
262 Ferrum ferro exacuitur. 299. c.2
263 Stultum in pila contundere quasi ptisanas feriente desuper pilo. 300
264 Pro buccella panis. 301.c.2
265 Virga atque correctio tribuit sapientiam. 302
266 Seruus verbis non potest erudiri. 302.c.2

267 Sanguisuga filiæ. 304
268 Infernus semper dicit, Affer, affer. 307
269 Os vulvæ insaturabile. 311
270 Terra non satiatur aqua. 312. c. 2.
271 Ignis vnquam dicit, Sufficit. 313
272 Via aquilæ in cœlo. 313. c. 2
273 Via colubri super petram. 316
274 Via nauis in medio mari. 317. c. 2
275 Via viri in adolescentia. 319. c. 2
376 Via viri in adolescentula. 322
277 Via mulieris adulteræ. 328
278 Seruus cùm regnauerit. 230 c. 2
279 Stultus saturatus cibo. 332. c. 2
280 Odiosa mulier in matrimonium assumpta. 333
281 Ancilla hæres dominæ suæ. 334. c. 2
282 Formicæ, populus infirmus, qui præparat in messe cibum sibi. 335. c. 2
283 Lepusculus, plebs inualida, qui collocat in petra cubile suum. 337
284 Regem locusta non habet, & egreditur vniuersa per turmas suas. 339. c. 2
285 Stellio manibus nititur, & moratur in ædibus regum. 349
286 Leo fortissimus bestiarum ad nullius pauebit incursum. 353. c. 2
287 Gallus succinctus lumbos 357
288 Aries dux gregis. 360
289 Rex cui nemo potest resistere. 361
290 Qui fortiter premit vber ad eliciendum lac, exprimit butyrum. 364
291 Qui vehementer emungit, elicit sanguinem. 365

Ex libro Ecclesiastæ.

292 Nihil sub sole nouum. 366
293 Curuum non potest dirigi. 367
294 Sapientis oculi in capite eius. 368. c. 2
295 Omnia tempus habent, & suis spatiis transeunt vniuersa sub cœlo. 372. c. 2
296 Vidi sub sole in loco iudicij, impietatem, & in loco Iustitiæ, iniquitatem.
297 Comedere carnes suas. 377
298 Melius est duos esse simul quàm vnum.

Item.

Væ soli. 379
300 Funiculus triplex difficilè rumpitur. 383
301 Omnes ambulant cum adolescente secundo. 384
302 Multas curas sequuntur somnia. 387
303 Vbi multa sunt somnia, plurimæ sunt vanitates, & sermones innumeri. 390. c. 2
304 Excelso excelsior est alius. 391
305 Auarus non impletur pecuniis. 392

306 *Laborare in ventum.* 394
307 *Melior illo sit abortiuus.* ibid.
308 *Omnis labor hominis in ore eius.* 397
309 *Anima non implebitur.* 397. c.2.
310 *Melius est videre quod cupias, quàm desiderare quod nescias.* 398
311 *Sicut sonitus spinarum ardentium sub olla.* 400
312 *Melior est finis orationis quàm principium.* ibid.
313 *Noli esse iustus multùm.* 401
314 *Ne plus sapias quàm necesse est.* 404
315 *Melior est canis viuus leone mortuo.* 406
316 *Omni tempore sint vestimenta tua candida.* 411
317 *Oleum de capite tuo non deficiat.* 413.c.2
418. *Melior est sapientia fortitudine: melior est sapientia quàm arma bellica.* 414.c.2
319 *Qui in vno peccauerit, bona perdet vnguenti.* 417.c.2
320 *Muscæ morientes perdunt suauitatem vnguenti.* 419.c.2
321 *Cor sapientis in dextera eius, & cor stultiin sinistra eius.* 422
322 *Cùm ipse insipiens sit, omnes stultos æstimat.* 424.c.2
323 *Qui dissipat sepem, mordebit eum coluber.* 425
324 *Qui transfert lapides, affligetur in eis.* 426
325 *Qui scindit ligna, vulnerabitur ab eis.* 428
326. *Si ferrum hebetatum fuerit, multo labore exacuetur.* 429.c.2
327 *Labor stultorum affliget eos qui nesciunt in vrbem pergere* 433. c.2
328 *In pigritiis humiliabitur contignatio, & infirmitate manuum perstillabit domus.* 435.c.2
329 *Pecuniæ obediunt omnia.* 438
330 *Aues cœli portabunt vocem, & qui habet pennas, annuntiabit sententiam.* 440
331 *Mitte panem tuum super transeuntes aquas.* 443
332 *Da partem septem, nec non & octo.* 444
333 *Si ceciderit lignum ad Austrum, aut ad Aquilonem, quocunque loco ceciderit, ibi erit.* 446.c.2
334 *Qui obseruat ventum, non seminat: & qui considerat nubes, nunquam metet.* 448.c.2
335 *Mane semina semen tuum: & vesperi ne cesset manus tua.* 449. c.2
336 *Tempus afflictionis.* 452
Antequam tenebrescant Sol & lumen, & Luna & stellæ. 452 c.2
Et antequam reuertantur nubes post pluuiam. 453
Quando commouebuntur custodes domus. 454
Et nutabunt viri fortissimi. 455
Et otiosæ erunt molentes in minuto numero. ibid.
Et tenebrescent videntes per foramina. 456
Et claudent ostia in platea. 456. c.2
In humilitate vocis molentis. 457
Et consurgens ad vocem volucris. 458

Et obſurdeſcent omnes filiæ carminis. 458.c.2
Excelſa quoque timebunt & formidabunt in via. 459
Et florebit amygdalus. 460
Et impinguabitur locuſta. 461
Et diſſipabitur capparis. 461.c.2
Quoniam ibit homo in domum æternitatis ſuæ. 462.c.2
Et circuibant in platea plangentes. 463
Antequam rumpatur funiculus argenteus, & recurrat vitta aurea, & conteratur hydria ſuper fontem, & conſtringatur rota ſuper ciſternam. 463.c.2
Rumpatur funiculus argenteus. 464
Et recurrat vitta aurea. 465
Et conteratur hydria ſuper fontem. 466.ſub fin.1.col.
Et conſtringatur rota ſuper ciſternam. 467
337 Verba ſapientum ſicut ſtimuli, & quaſi claui in altum defixi. 467
338 Faciendi plures libros nullus eſt finis. 469

Ex Cantico Canticorum.

339 Oleum effuſum nomen. 472
340 In odorem vnguentorum currere. 473
341 Nigra, ſed formoſa. 474
342 Tabernacula Cedar, & pelles Salomonis. 476
343 Vineam meam non cuſtodiui. 476.c.2
344 Capite vulpes paruulas. 477
345 Lilium inter ſpinas. ibid.
346 Oculi columbarum. 477.c.2
347 Hortus concluſus, Fons ſignatus. 478
348 Lacte lotus. 479
349 Thirſa pulchrior. 480
350 Pulchra, ſuauis & decora ſicut Ieruſalem. 480.c.2
351 Naſus ſicut turris Libani. 481
352 Mandragoræ dederunt odorem ſuum. 483
353 Fortis vt mors. 484
354 Dura ſicut infernus. 484.c.2

Ex libro Sapientiæ.

355 Inferorum regnum. 485
356 Manibus & verbis accerſere. ibid.
357 Fumus, veſtigium nubis & nebulæ. 486
358 Fortitudo noſtra lex iuſtitiæ. 487
359 Spuria vitulamina non dabunt radices altas. ibid.
360 Lanugo quæ à vento tollitur.
Spuma gracilis quæ à procella diſpergitur.
Memoria hoſpitis vnius diei prætereuntis. 488.c.2
361 Spuma gracilis quæ à vento diſpergatur. 489
362 Memoria hoſpitis vnius diei prætereuntis. 489.c.2
363 Potentes potenter tormenta patientur. 490
364 Aſſidere foribus. 492
365 Per quæ quis peccat, per hæc & torquetur. ibid.
366 Luto vilior. 493

367. Vita ludus seu lusus. ibid.
368 Hybernalis glacies. ibid.
369 Aqua superuacua. 492.c.2
370 Vsque ad cœlum attingebat stans in terra. ibid.
371 Bonam escam. 494

Ex libro Ecclesiastici.

372 Duabus viis terram ingredi. 495
373 Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris. 496. c.2.
374 Qui amat periculum, in illo peribit. 498
375. Ne coneris contra ictum fluuij. 499
276 Lignum aridum in eremo.
377 Amicus socius mensæ. 501
Amicus fidelis, protectio fortis: qui inuenit illum, inuenit thesaurum. 501.c.2
Amicus fidelis medicamentum vitæ & immortalitatis. 502
378 Gratia dati in conspectu omnis viuentis. 502.c.2
379 In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua. 503
380 Vinum vetus & amicus antiquus. 504.c.2
381 Longè abesto ab homine potestatem habente occidendi. 506
382 In medio laqueorum ingredi. 507.
483 Super delentium arma ambulare. 507.c.2
384 In manu artificum opera laudabuntur. 508
385 Qualis rector est ciuitatis, tales & inhabitantes in ea. 509.
386 Rex hodie est, & cras morietur. 511
387 Breuis in volatilibus apis est, & initium dulcoris habet fructus illius.
388 Ante mortem ne laudes hominem quenquam. 512.c.2
Quoniam in filiis suis agnoscitur vir. 514.c.2
389 Non omnem hominem inducas in domum tuam. 514.c.2
390 Perdix in cauea. 515.c.2.
391 A scintilla vna augetur ignis. 518
392 Æramentum æruginat 519
Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. 519.c.2.
Quid communicabit cacabus ad ollam? 520.c.2
395 Omne animal diligit simile sibi. 522
496. Omnis caro ad similem sibi coniungetur. 523
397 Si communicabit lupus agno aliquando. 523.c.2
398. Quæ communicatio sancto homini ad canem? 524.c.2
399 Venatio Leonis onager in eremo. 525
300 Apposuit tibi aquam & ignem. 526
401 Sicut gutta maris & calculus arenæ 526.c.2
402 Ardorem refrigerabit ros. 527
403 Antequam loquaris, disce. ibid.
404 Qui citò credit, leuis est corde & minorabitur. 527.c.2
405 Sagitta infixa femori caruis. 529.c.2
406 Concupiscentia spadonis deuirginabit virginem. 530

407 *Datus insipientis non erit vtilis.* 531
408 *Mutus in ore.* 532
409 *Sapientia absconsa & thesaurus inuisus.* 535
410 *Quasi à facie colubri, fuge peccata.* 535
411 *Quasi qui colligit lapides suos in hyeme.* 537
412 *Stuppa, vel stipula collecta.* 538
413 *Vas confractum.* 538.c.2
414 *Sarcina in via.* 539
415 *In ore fatuorum cor illorum: In corde sapientum os illorum.* 540
416 *Lapidari lapide luteo. Lapidari stercore boum.* 540.c.2
417 *Musica in luctu.* 542
418 *Quasi qui conglutinat testam.* 543
419 *Cum dormiente loquitur.* ibid.
420 *Super plumbum quid grauabitur?* 543.c.2
421 *Loramentum ligneum colligatum in fundamento ædificij non dissoluetur.* 544
422 *Ante ignem camini vapor & fumus ignis inaltatur.* 544.c.2
423 *Giganteam animam.* 545
424 *Duo genera abundant in peccatis, & tertium adducit iram & perditionem.* 545.c.2
425. *Homini fornicario omnis panis dulcis.* 546
426 *Ascensus arenosus in pedibus veterani.* 549.c.2
427 *Non des aquæ tuæ exitum.* ibid.
428 *Vasa figuli probat fornax.* 547
429 *Rusticatio de ligno ostendit fructum illius.* 547.c.2
430 *Volatilia ad sibi similia conueniunt.* 548.c.2
431 *Leo venationi insidiatur semper.* 549
432 *Stultus sicut Luna mutatur.* 550
433 *Denudare amici mysteria, desperatio est animæ infelicis.* 552
434 *Qui in altum mittit lapidem, super caput eius cadet.* 553
435 *Plaga dolosa dolosi vulnera diuidet.* 553.c.2
436 *Qui foueam fodit, incidet in eam.* 554
437 *Qui statuit lapidem proximo, offendet in eo.* ibid.
438 *Qui laqueum alij ponit, peribit in illo.* 554.c.2
439 *Lingua tertia.* ibid.
440 *Sepi aures tuas spinis.* 556
441 *Ori tuo facito ostia & seras. Aurum tuum & argentum tuum confla. Et verbis tuis facias stateram, & frenos ori tuo rectos.* 558.1
442 *Initium vitæ hominis aqua, & panis, & vestimentum, & domus protegens turpitudinem.* 559.c.2
443 *Appositiones epularum circumpositæ sepulchro.* 561
444 *Spado complectens virginem & suspirans.* 562
445 *Lignum offensionis est aurum sacrificantium.* 563
446 *Ante grandinem præibit coruscatio.* 564
447 *Quasi in procella nauis.* 566.c.2
448 *Quasi rota carri & axis versatilis.* 567

449 Equus emissarius. 568.
450 Duo & duo, & vnum contra vnum. 569
451 Quasi qui colligit acinos post vindemiatores. 570.c.2
452 Cibaria, & virga, & onus asino. 571
453 Iugum & lorum curuant collum durum. 571.c.2
454 Apprehendi vmbram. ibid.
455 Vnus ædificans & vnus destruës. Vnus orans, & vnus maledicens. 572.
456 Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangitur, quid proficit lauatio illius? 573.c.2
457 Nubes pluuiæ in tempore siccitatis. 574.c.2
458 Non omnia omnibus expediunt. 575
459 Mihi heri & tibi hodie. 576.c.2
460 Sapientia scribæ in tempore vacuitatis. 577.1
461 Rosa plantata super riuos aquarum. 577.c.2
462 Quasi Libanus. 578.c.2
463 Florete flores quasi Lilium. 579. c.2
464 Ares idente super sedem gloriosam, vsque ad humiliatum in terra & cinere. 580
465 Ab eo qui vtitur hyacintho, & portat coronam, vsque ad eum qui operitur lino crudo. ibid.
466 Sicut fluuius siccabuntur. 581
467 Sicut tonitruum magnum in pluuia personabunt. ibid
468 Facultates & virtutes exaltant cor. 581.c.2
469 Non est bonum omnem reuerentiam obseruare. 582
470 De discubitu in panibus. 582. c.2
471 Super mulierem nequam bonum est signum. 583
472 De vestimentis procedit tinea. 584
473 Melior est iniquitas viri, quàm mulier benefaciens. 584.c.2
474 Nati quasi non nati. 587
475 Vsque ad calceamenta. 587.c.2
476 Adeps separatus à carne. ibid.
477 Ossa pullulent de loco suo. 588
478 Signum in dextera manu. 588. c.2
479 Stella matutina in medio nebulæ. 589
480 Luna plena in diebus suis lucet. 590. c.2
481 Sol refulgens. 591
482 Arcus refulgens inter nebulas gloriæ. 592
483 Oliua pullulans. 592.c.2
484 Cupressus in altitudinem se extollens. ibid.
485 Effloruit tanquam præcox vua.

BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE LYON 1911

ADAGIA

ADAGIALIA SACRA
VETERIS TESTAMENTI.
EX LIBRO IOB.

ADAG. I.

EX CAP. II. VER. IV.

Pellé pro pelle, &c.

Pellem pro pelle, & cuncta quæ habet homo, dabit pro anima sua.

NOTANDVM hic discrimen in Hebræo, aut interpretatione Græca: siue Lxx. qui ἑρμηνεύσιue Symmachi: qui χρῶτα vertit. Chaldæus etiam consentit, nisi quòd eodē sensu pro עור *ghor, pelle* (vnde Latini *corium*, & Hispanicū *coreu:*) ponit אברא *ebara* (vnde Hispanū *ebra*) *membrū*, seu *particula*. Sed sententia, vt à tenebrarū principe prolata, est admodum tenebricosa. Prouerbialem locutionem esse tradunt disertus admodum interpres Cyprianus Cistercienſis, & doctissimus Iobi explanator, mihi multis nominibus percarus Ioannes Pineda: qui tamen, non eodem modo interpretantur. Percurram sententias.

Cyprian. Cisterciē sis.

Ioann. Pineda.

1. sententia. Origenes. Maximin.

Is qui sub Origenis nomine extat siue Maximinus, siue quis alius, in Iob. *lib.* 2. ita explicat, q.d. viliora & ad vitam conseruandam remotiora, pro pretiosioribus, & animæ, hoc est, vitæ, propinquioribus. *Corium pro corio. corium diuitiarum, pro corio corporis; corium bonorum, pro corio ossium; rem familiarem, & diuitias, exterius corium: interius verò corium corpus & ossa. corium quod non valdè doleat, rem familiarem, corium quod valdè doleat, corium corporis. ac si diceret: quid magnum passus est Iob? exteriore corio decoriatus, hoc est, rem familiarem ablatam contempsit: tange interius corium eius, hoc est, carnem eius dolore affice & contere, & apparebit constantia eius. Nunc facilè fert dolorem leniorem pro vehementiore, pœnam minorem pro graniore. Immuta coria, hoc est, dolorem, & continuò senties illū immutari. Huius rei exemplum in nobis videmus. Nam cùm percutitur quilibet vel caditur, frequenter manum pro toto porrigit corpore: & dat corium manus pro corio corporis. Et hi qui in mari nauigant, cùm periculum passi fuerint, omnia quæ in naui habuerint, contemnunt, atque in mare proiiciunt, vt ipsi euadant. & quicumque diuitum cùm in corporis infirmitatem inciderint, omnem substantiam suam libenter offerunt, tantùm vt corporis incolumitatem recipiant. Sic (inquit) & Iob omnes diuitias & omnem rem familia-*

Corium pro corio &c.

BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE LYON 1891

miliarem facilè contemnit, tantùm vt dolores non contingant in carnes eius.] Hactenus ille: & significationem prouerbij & vsum docēs esse, quotiescumque ceterorum bonorum pro corpore; & etiam membrorum corporis minùs nobilium, pro iis à quibus vita dependet, periculum seu detrimentum subeundum est: quod etiam Chrysostomo & Olympiod. in catenâ placuit: & etiā Apiollinario, in eâ quā in Salmātino nostro Collegio habemus manu exaratā, in quibusdā eâ quam Paulus Comitolus noster vertit, auctiorem. Sed quomodo Iob pro vitā tuendā, pallus hæc omnia, cùm Satan potestatem in corpus nondum acceperat? Hoc Olympiodorus in cathenā docet, nempe idcirco nullum contra Deum irati aut blasphemi animi indicium prodidisse; quia metuebat, ne Dei vltio in corpus eius & vitam proserperet. Ideo ne hoc fieret, leuiora illa tacitum pertulisse. B. Gregorius *lib. 3. cap. 12.* breuiter, sed ad eādem quam Origenes mentem: *Moueri ex his quæ extra se sunt, negligit: sed tunc veraciter, qui sit agnoscetur, si in se ipso quod doleat experiatur.* Idem volunt Glossa ordinar. & interlin. & Stunica. Sed dubium manet quomodo *pellis* nomine significentur opes & pecuniæ? nam ideo fortè quia putabant non satis propriè hoc dici, Turrius & Lyranus, Steuchus, Vatablus & Saa aliter interpretantur, nempe *Pellem*, hoc est, *vitā alienam*, scilicet filiorum, *pro suâ propriā*. Cyprianus Cistercienſis ad antiquitatem recurrit, causam reddens, quia veterum pecuniæ ex pellibus: verba eius hæc sunt: *Per pellem etiam hoc loco & pecuniæ seu diuitiæ intelligi possunt: quia Iobi temporibus nondum erat repertus pecuniæ vsus inter Idumæos: ob eámque rem pellibus pro pecuniis vtebantur.*] Itaneìan non Idumæi ab Esau, & Iob ex eius posteris? atqui Abrahæ tempore, cuius ex nepotibus Esau, iam vsus pecuniæ in Cananeâ. Verùm de Idumæa speciale id asserit. Quis credat Esau posteros pecuniæ vsum ignorasse, quem in domo patris Esau viderāt? Reiicienda igitur hæc ratio, & *pellis* vocabulum prosè pro humano corio capiendum; corium verò metonymicè etiam corporis membra, quæ contegit, comprehendet: vt hæc sit sententia, *corium alienum pro suo*, hoc est, *vitam alienam pro sua*, & quodlibet membrum proprium vilius pro nobiliore, multo magis pro toto corpore seu vitā tuēdā exponat, vt Chaldæam paraphrasim cum commentario iungam hodie receptiore.

Olympiodorus aliam quandam suggerit, quæ mihi tenuior & dilutior videtur, adscribenda tamen; Cùm studeret scelestus iusti gloriam, quam erat à Deo adeptus, eleuare, *Pellem*, inquit, *pro pelle* dedit: id est, cùm leuiter sit læsus, leuem quoque laudem est consecutus: nec quicquam præcipui habet ad gloriam, cuncta à quopiam contemni, ne lædatur ipse. *pro anima sua*, dixit, id est, *pro seipso*.] Quæ interpretatio supponit *pellem* pro re leuicula nec magni faciendā poni, quod longiusculè accersitum.

Omnes isti in eo conueniunt, quòd, τὸ *pro*, prosè ac propriè sumunt, vt commutationem significet, sicut *Exod. 21. ver. 23. reddet animā pro animā, oculum pro oculo*, &c. Possumus autē, vt dixi, *pellem* pro *membris*, immo & toto corpore sumere, tum quia pelle totum corpus contegitur, & pellis est quæ omnes corporis iniurias prima excipit: tum quia id consentaneum veterum paræmiis, *perdidi corium, periit corium meum*,

Vsus prouerbij.
Chrysost.
Olympio. Apollin.
Comitol.
B. Greg.
Glossa Ordin. & interlin. Stunica.
Turrius. Lyranus. Steuchus. Saa
Cyprian. Cistercien-sis.
Veterum pecuniæ ex pellib.
Pelles pro pecuniis & diuitiis.
Peconiæ vsus in Cananæa.
Vide Hier. ep 34.
Olympio. Altera sē-tentia.
Prouerbiales locutiones.

meum, de meo luditur corio, corio satisfaciam. & Hisp. *de cuero ageno largas correas.* sed Symm. vertit, χρῶτα ὑπὲρ χρωτὸς, *corpus super corpore*, vel *cutim super cute.* & sic Horatius *cutem* pro corpore sumpsit:

In cute curandâ plus æquo operata iuuentus.

Item, *pinguem & nitidum bene curata cute vises*, &c.

& inde Latini *bene cutitos* vocant pingues, robustos, validos. Hoc videlicet significat pelliculam curare.

Pineda. Tertia sententia.

Pater Pineda singularem init semitam, & vult *pro* significare *super*, vt sit non commutationis, sed coaceruationis; sicut Hispanicè, *Todas vna por vna*, aut *real sobre real*, & Belgicè, *alte zamen deen ophet dander*, quia Hebraicè est בעד *Beghad, super*, vt sit *pellem super pelle*, hoc est, *omnes pelles pro anima sua dabit*: & *pellis* nomine omnem supellectilem & omnes facultates intelligi, quia sub pellibus (hoc est, tabernaculis) solitè custodiri, vt intelligamus pro cute seruandâ hominem omnia flocci non facere. Addit & aliam explicationem: nempe *pellem pro pelle*, hoc est, pellem super pellē, seu pellem & pellem, q. d. pro vitâ seruādâ semel atque iterum pellem propriā præbebit, & terga nudabit, & patietur spoliari rebus omnibus sese, vt dicunt Hispani, *Este el seguro, y su vida, aunque se quede en cueros vivos.* Acuta expositio, & pro qua ne quis putet Græcum δίφθερα ὑπὲρ δέρματος facere, sciat genitiuo iunctum sæpe significare *pro* ἴσον. tamen vt verū fatear cū *Beghad* etiā strictè *pro* significet, & *pro* Latinum non valeat *super*: causam non video, cur nostrum interpretem deseramus, & à communi receptáque Patrū sententiā, hoc est, Regia via, decedamus. Deinde coincidit sēsu illa expositio in aliam Cypriani, *pellem pro pelle*, id est, omnes pelles, sicut putat cap. 1. Ioan. *Gratiam pro gratia*, quod tamen minùs ipsi placuit. Nostræ explicationi magis similia sunt quædam dicta prophanæ litteraturæ, humanam philautiam clarè significantia:

Pellis pro supellectili & facultatibus.

Alia explicationes.

Cyprian.

ὡς πᾶς τις αὑτὸν τὰς πέλας μᾶλλον φιλᾶ,

vt ait apud Euripidē Medea. *Vnumquemq; seipsum amplius diligere quàm vicinum.* Taurus Philosophus apud Gellium *lib.* 12. *cap.* 5. *Nihil est carius pensiúsque nobis, quàm nosmetipsi*: & illud, *Proximus sum egomet mihi*: Item, *Omnes sibi malunt melius esse quàm alteri.* Explicuit hunc eundem locum Iobi Modernus ille Threnorum coaceruator *in Threnor. cap.* 3. sed de suo nihil addens, quod sit alicuius momenti. Poterat Lectorem ad Cyprianum & Pinedam nostrum relegare.

Euripides. Taurus Philosophus.

EX CAP. III. V. VIII. ADAGIO. II. Parati, &c.

Parati suscitare Leuiathan.

VArię sunt interpretationes huius loci, quarum aliquæ nobis præbent vsum Adagij. Pineda noster pleraſque recensuit, & magnâ eruditione ac iudicio discussit. Rutham imitabor, & post metentis terga, spicilegium faciam.

Pineda.

I. Sententia.

Primam sententiam de Christō Domino, video etiam placuisse, in Collegij Salmanticensis cathenâ, præter Olympiodorum & Didymum, Seuero Antiocheno, & Apollinario: qui omnes prophetiam de Christo agnoscunt diaboli victore, quem hamo mortis velut cetum cepit & strangulauit. Hanc sententiam mordicus tuetur Leo Castrius Apolog. *lib.* 3. his præibat Græca versio LXX. quæ in singulari, *nam-*

Olympiodorus. Didymus. Seuerus Antiochenus. Apollinarius. Leo Castrius.

III. ledicat ei, qui maledicit diei, qui futuri sunt suscitare Leuiathan: καταράσαιτο αὐτὴν ὁ καταρώμενος τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, οἱ μέλλοντες διεγείρειν τὸν λευιαθάν. Sic libri Regij & Complutenses, quam ego puto Symmachi, vel alterius versionem: nam in Catenâ Græcâ longè alia secundùm L x x. ponitur, nempe, ὁ μέλλων τὸ μέγα κῆτος χειρώσασθαι. *Qui magnum cetum manu capturus est*, vel *subiugaturus est*, ita legit D. Gregor. *lib. 5. Moral. cap.* x1. & refert eandem Strabus, & sic habet editio Aldina & Romana, & ordinaria, nec dubito quin ista sit germana lectio L x x. Sed hæc versio meo iudicio, vt aliæ multæ ipsorum, non tam verborũ est, quàm futuri euentus vaticinium. Nam Hebræus in plurali; vt & noster interpres, & Chaldæus, & iuxta D. Gregorium etiam Arabs: Iuxta hãc interpretationem nulla foret parœmia: in ea illud sumo, vt commune; per *cetum* intelligi Diabolũ, non quidem vt contendunt alij allegoricè, sed metaphoricè. Seuerus: τὸς δὲ ἐστὶ μέγα κῆτος, ἢ ὁ διάβολος ἄρχων ὄφις: & mox dicit, hoc Christi de diabolo tropæum significatum Ionæ ex ceto egressi figurâ. Addit Apollinarius, in sacra Scriptura hũc *cetum* vocari *draconem*. Et eiusdem Diaboli nomina recensens Didymus; διάβολος γὰρ, καὶ ἀντικείμενος, καὶ πονηρὸς, καὶ λέων, καὶ δράκων, καὶ ὄφις, καὶ κῆτος διὰ τὸν τρόπον λέγεται. Vnde illud infero, sicut historico sẽsu vocatur *aduersarius*, & *malus*, sic etiam *cetus*, *leo*, &c. quãuis istud metaphoricè, illud sine metaphorâ. Itaque non est ista interpretatio allegorica, propter istud vltimum *cetus*, seu *Leuiathan*; sed propter prius illud de *Christo Domino*. Burgensis autem hoc de Leuiathan tantùm contendit, & cum iniuste Steuchus reprehendit. Huic sententiæ de Christo magis obstat quòd cum vulgata nostra & Hebræo textu parum consentiat. II.

Alia Latinorum, vt Bedæ & quorundam sententia, qui in plurali legentes, contendent de martyribus eiusdẽ Diaboli victoribus hæc dici, merè accommodatitia est, vt & alia D. Gregorij de Angelis bonis, superiùs citato loco. III.

Hebræorum duæ satis acutæ, & ambæ vsum prouerbij adferũt. Imprimis illi supponunt לויתן *Leuiathã* dictũ pro לויתם *Leuiathan*: *Nun* posito pro *Mem*. Et ita cum *Mem* exstare in Thalmut Ierosolymitano: quæ mutatio certè indigna erat vt propter eã Leo Castrius nobis sympulo tempestates cieret: cum ipse velit pluralem positum pro singulari. Sed in explicatione sui לויתם Hebræi non conspirant: vt videre licet apud R. Abrahã, Abenezram, R. Perusol, R. Dauid, R. Mardokai, R. Moysen, & R. Leui. Quidam explicant *luctum* siue mœrorem suum, & hi respiciunt ad mortem præfica-rum: vt sit sensus; illi maledicãt huic diei, quibus magna clades & lugenda impendet, vel incubuit, & vt maledicant illi obscœno diei, conduxerunt lamentatrices præficas, ad luctum seu planctum celebrandum. Hanc sententiam secutus est Chaldæus Paraphrastes; *qui parati sunt cùm suscitãtur tollere lamentationem suam*. Placuit hoc Stunicæ, & addit non esse necessariam commutationem litteræ, quia *Leuiathan* לויתן *luctum* siue *lamentationem* significat (quod confirmat R. Mardokai) & positum vocabuli fœminini signũ, *luctum earum*, quia vt plurimum hoc munere fungebãtur. IV.

Alij Hebræi exponunt, *parati sunt orbari societate suâ*, vbi illud *orbari* displicet; *societate*, seu *comitatu*, seu *adhærentibus sibi*, congruit satis cum V.

vocis

D. Greg. Strabus.

Arabs.

Per cetum Diabolus intellectus.

Ionæ ex cetoegressus quid præfiguraret.

Diaboli nomina.

Burgensis immerepreheñsus.

Beda. II.

D. Gregorius.

III.

Leo Castrius.

Rabbini.

IV.

Stunica.

V.

II. vocis significatione iuxta Kimchi & Iarrium. [Vide Pagnin. in voce לוה, à quo ceteri ista mutuati] & sensus idem esset, de prefectâ lamẽtatricum, suas socias ad lessum canendum excitante,& threnum præeunte. Ista sententia illud habet incommodi; quòd, si sic esset intelligendus Iob, non videretur suo interpres functus munere, hîc retinẽdo vocem in isto significatu, qua eadem semper aliàs vti solet pro ceto vel serpente. Quare non eo pedibus in hanc sententiã:si quis tamen eam amplectatur,vel saltem vti velit ad sensum Hebræorum & multorum recentiorum; posset his verbis vti ad indicãdam maximam aliquam calamitatem acceptam,quasi dicat;si vultis vllum diem vt infaustum detestari, hunc detestamini, quem nulla quantumuis lacrymosa ciulatrix & canora præfica cõdignè deploret.

Iarrius. Pagn.

Vsus in re prece. dentis.

Non desunt ex Hebræis, qui *Leuiathan* exponunt cum Lxx. de ceto seu pisce vastissimo, & de eius piscatione. Sed horum nonnulli

VI. suscitatores seu subiugatores eius volunt esse potestates quasdam intellectuales(quos repudio) quæ solæ hac vi polleant. Alij verò hoc

VII. totum intelligunt de nautis, & piscatoribus, quæ hominum genera satis irritabilia ad diras.nautæ, quãdo in mari balænas visas, & diẽ detestantur,eo quòd ab illis sibi periculum naufragij vident imminere; quod multis probat hîc Eugubinus: piscatores autem, quia balænas venantur, & infaustam piscationem nacti,solent in maledicta erumpere, & habere certos dies pro infaustis, Hisp. *aziagos*. de hac expositione vide eumdem Eugubinum, & Cistercien sem. Tunc vsus prouerbij foret,quando diem aliquem expertus quis est sibi valdè infaustum: quemadmodum Romanis erat dies Allienæ cladis,& aliis dies Ægyptij, & in genere, *dies atra, dies nefasta, dies nigro capillo notanda*. Sensus iste satis est litteralis, conueniens æquè nostro interpreti, & ipsis Lxx.

Iob. III.

Eugubin. Cistercien sis.

Vsus pro uerbij.

Ceterùm commentarius quidam reconditus P. Pinedæ de Atlantibus populis solitis exorienti diei maledicere,si recipiatur,(quem firmare possum ex Græco commentario Eustathij in Dionysium Alexandrinum statim à principio) necessariò sic diuidendus, vt hoc versu duo hominũ genera proponantur, nempe Atlantes, & isti alij, qui parati sunt suscitare Leuiathan:quod non caret difficultate.

VIII. Pineda Atlantes populi. Eustath. in Dionys. Alex.

Sit finis. arbitror loci sensum hunc esse litteralem;vos, quibus est consuetudo dies aliquos execrandi, & qui parati estis tertio quoque verbo vobis & aliis diras imprecari, & cacodæmonem infaustis vocibus ex inferno ciere: huc huc accurrite,& huic diei natiuitatis meę, quantum poteritis malorum verborum ingerite. Omnia sic optimè cohærent, & sensus est simplicissimus: qualis in aliis sacræ Scripturæ metaphoris. Quò possis etiam leniter flectere explicationem vocabuli Hebræi, *luctum suum*. nam Diabolus verè est efficiens causa *luctus peccatorum*: est comes eorum in suppliciis, & ideo altera quoque interpretatio nominis, *comitatum suum*, huc pertinebit. Adagij vsum præbebit, quando monemus hoc genus hominum, quibus mos est imprecari mala; vt maledicant horæ qua Deum offenderunt, maledicant Satanæ & satellitibus eius. Hisp. *si quereis maldezir o renegar, maldez id y renegad del Diablo y sus pompas.*

IX. Sententi auctoritas.

Adagij vsus.

Iob. IV. ADAG. III. Seminant dolores, &c.

EX CAP. IV. V. VIII.

Seminant dolores & metunt eos.

VVlgaria illa nota, *quod seminaris metes: quod intriuisti, exedendum tibi*, & simila. tale istud, iuxta nonnullos, Iobi, d. v. 8. *Qui operantur iniquitatem, & seminant dolores, & metiũt eos.* Hebraicè הרשי אין והרעי עמל יקצרהו *Chorse aien vezroghi ghamal iqqeruhu: Arantes iniquitatem & seminantes laborem, metent illum.* & sic LXX. τὸς ἀροτριῶντας τὰ ἄτοπα, οἱ δὲ σπείροντες ἀνία ἀδύνατοι θερίσαι ἑαυτοῖς, *arantes deuia, & inopportuna, si etiam seminauerint ea, dolores sibi metent*: quibus indicatur metaphoræ origo ab agricolis petita: & proprie dictum de peccatoribus, qui primò mente & consensu peccatum concipiunt, & deinde moliuntur peccatum perficere, postea in inferno messem suppliciorum collecturis: & acute admodum Hebræi doloris voce עמל *Ghamal* vtuntur pro *peccato* seu præuaricatione, hoc est, pro *Maghal*, sola metathesi, quia dolor & labor sunt iudiuidui comites peccati. similis est gradatio B. Iacobi, c. 1. v. 14. & 15. *Vnusquisque tentatur à concupiscentia sua abstractus & illectus. Deinde concupiscentia cum conceperit, parit peccatum: peccatum vero cum consummatum fuerit, generat mortem.*] Similia habes Prouerb. 22. 8. *Qui seminat iniquitatem, metet mala, & Virgâ iræ suæ consummabitur*; perstitit in Metaphora, *& Virgâ iræ suæ*, Virgam intelligit doloris, seu, quod ipse sibi peccando parauit. tale quid Belgæ dicunt, *Hy macht de roye daer hy me sal gegeesselt VVordẽ.* Hisp. *haze açote para sus espaldas. colligat virgam qua vapulet. Virgam* vocat Sapiens *flagellum* (*den vlegel* Belg.) quo rustici fruges excutiunt demessas; & quia hæ nullæ, ait hoc flagello ipsum, qui peccatum seuit, diuerberandum. Luculenter Osee 8. 7. *Seminabunt ventum, & turbinem metent.* Item 10. 13. *Seminate vobis in iustitia*, (liberaliter) *& metite in ore misericordiæ.* & mox; *Arastis impietatem, iniquitatẽ messuistis, comedistis frugem mendacij.* Ad Gala. 6. v. 7. *Quæ seminauerit homo, hæc & metet. Quoniam qui seminat in carne suâ, de carne metet corruptionem: qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitã æternam.*] Quis non videt, ... hoc ergo hic seminet, dum tempus habet. B. Prosper:

B. Prosper.

Quod serimus metimus, quod damus accipimus.

Fortunatianus;

Fortunatianus.

Quisque suæ vitæ semina iacta metet.

Gorgias, nescio vbi, *turpiter seminasti, fœde messuisti.* & Plautus; *Vt sementem feceris, ita metes.* Quæ ad omnes vitæ actiones pertinent; pœna autem intelligenda non de hac tantùm, sed & de futurâ vitâ: multi enim hic immunes à pœnâ, grauiorem postea in alio sæculo subeunt, vt bene hic Olympiodorus. Nam illi soli & non Polychronio quoque id noster ms. Græcus adscribit. Metaphorã & comparationem agricolæ & peccatoris, futuri sæculi & messis, admodum copiosè & disertè hic Cyprianus Cistercienf. exsequitur, magnum ornatissimi ordinis ornamentum.

Gorgias. Plautus.

Olympiodorus. Polychronius.

Cyprianus Cisterciensis

EX CAP. VI. V. XVI.

ADAG. IV.

Qui timent, &c.

Qui timent pruinam, irruet super eos nix.

HEbraicè; הקודרים מני קרח עליכו יהעלם שלג *Haqqoderim minni qarach ghalemo ighhallem saleg.*

Quæ

III. Quæ verba diuersimodè conuersa reperio. LXX. εἴ τινές με δίκην λαβεῖν θέλοντο, νυνὶ ἐπιπεπλώκασί μου ὥσπερ χιὼν ἢ κρύσταλλος πεπηγώς. *qui me verebantur, nunc irruerunt in me sicut nix aut gelu concretum.* Sic Regij libri : sed aliter disponunt Aldini & Romani, quos probat expositio Didymi, Chrysostomi, Polychronij & Olympiodori in Catena : non enim hæc vno tractu ponunt, sed post *μου*, vel, vt habent, *μοι*, notam sensus absoluti ponunt, & ab *ὥσπερ* ordiuntur aliam sententiam. Sed iuxta hanc versionem non erit vllum adagium, quod satis perspicuè noster reddidit iuxta Hebræum sẽsum; & Chaldaicam quoque paraphrasim. Nec mirum dispunctionem aliam secutos LXX. aliam nostrum. Notat Leo Castrius lib. 3. Apologet. D. Hieronymum non legisse יחעלם cum Mem, sed יחעלס cum Samech : & tunc ad verbum sonare: *Qui tristes sunt à pruina, super eos insiliet nix.* Arias Montan. vertit; *Nigrescentes præ gelu, super eos occultabitur nix.* Pagninus; *Qui torrentes denigrantur propter glaciem, in eis occultatur nix.* Isidor. Clarius; . . . . . .

Didymus. Chrysost. Polychron. Olympiodorus. Leo Castrius. Arias Montanus. Pagninus Isidorus Clarius.

Vatablus. Vatabli contextus; *Qui turbidi sunt à glacie, & nix quæ in eos resoluitur,* & refert ad torrentes, vt Pagninus.

Eugubin. Eugubinus nostrum non tantùm deserit, sed etiam reprehendit. omnes isti mouentur, qui volunt הקודים non significare, *qui timent* sed *qui denigrãtur.* nituntur auctoritate suorum ducum, nempe Rabbinorum sed recentiorum : immeritò. In duobus cum illis conuenio. Nam fateor, *Kadar* significare *tenebrescere, & nigrescere,* pullatis indui; vnde & *Kadrah* ob nigredinem dicitur *caldaria* seu *lebes*, & Hispanicè *Kaldera.* Secundò fateor, comparationem torrentium & amicorum in v. 15. instituì; & posse etiam sic verba huius vers. 16. dispungi, vt ipsi dispungunt, & sensum tolerabilem esse quem adferunt RR. Moses, Leui, & Kimchi: sensum quoque LXX. interpretum, quem bene paucis explicuit Stunica, commodum esse. Sed dissentio in duobus aliis. Primùm contendo, non modò non malè nostrum, sed meliùs ipsis vertisse; *Qui timent*; cùm enim videret in præcedenti vers. duo esse adquæ posset referri istud *Haqqodrim*, nempe, *fratres*, hoc est, *amicos* אחי *Achi*, &, *impetus torrentium*, אפיק נחלים *Aphiq Nechalim*, considerauit duriusculum esse si ipsos torrentium impetus nigrescere diceret; & non posse torrentes nigros vocari nisi metaphoricè pro turbidis : itaque cùm vtendum sibi metaphorâ videret, maluit eam ponere, quæ sensu fœcundior esset & grauior, & *γνώμλν* parœmialem contineret: & voce *timendi* vti, quia habitus atratus seu pullatus. communis reorum est & lugentiũ: & ad reos locus meliùs transfertur quàm ad lugentes; quia de vindicta iudicij Dei in perfidos amicos agebatur. & omnia optimè cohærent hoc modo, vt vtar verbis F. Rabbini. Stunica. Cypriani. Cypriani. *Fratres & cognati, nullo tacti doloris sensu, oculis conniuentes, ne me conspecto misericordiâ flecterentur, celerrimè pertransierunt, neque verbo, neque facto vllam mihi afferentes consolationem. Pertransierunt, vt rapidus torrens, qui magno impetu & incredibili celeritate è montibus se præcipitat, & per conualles transit, neque mihi opportuna obsequia subministrarunt.* Si vis addere versionem LXX. qui paraphrasticè hic verterunt, potes dicere, nec tantùm non iuuerunt, sed etiam ex blandis duri & rigidi contra me effecti, instar niuis me obruere dicteriis, & sicut glaciei frusta scindere ac cõuulnerare sunt conati.

IV. conati. quare? ne ipsi mecum à Deo punitẽtur: pergit Cyprianus.] *Qui autem huiusmodi sunt erga amicos, diuinum iudicium nõ effugient: nam dum minora incommoda reformidant, incident in pericula lõgè graviora: veluti si quispiam leuem pruinam fugiens, grauissimam cogatur niuem in se ruentem ferre.*] Nimirum sunt isti de numero illorum in quos congruunt prouerbia vulgata, Hispanicum: *salta de la sarten en las brasas; ex sartagine piscículus salit in carbones:* & illud, *ex fumo in flammam.* sic sæpe populus teste Platone lib. 8. Polit. dum detrectat principibus ingenuis seruire, seruis se subiicit, & hominibus vilissimæ conditionis paret, & quasi vitato fumo in flammam incurrit. Vtinam nostri Belgæ, qui Aquilonares, id non reipsa forent experti. Sic teste Plutarcho in Moralib. solet accidere rusticè verecundis, vt dum fumum fugiunt infamiæ, in ignem maioris mali se coniiciant. Id religiosi quotidie ostendunt, qui leues defectus & animi propensiones malas superioribus suis non detegunt. Sic stulti dum vitia fugiunt, Horatio teste, in contraria currunt. dum vitãt haberi pro indoctis propinant se ridendos, & incidunt in ostentationem. Item,

Plato.

Plutarch.

Incidit in Scyllam cupiens vitare Charybdin.

Item, *Ita fugias ne præter casum*, hoc est, ita, ne tuam prætereas domum, quæ cuique tutissimum refugium; & te committas alienis præsidiis, aut tutelæ. vide Chiliad. Erasmi. 1. cent. 5. adag. 111. Tale igitur, *Qui metuunt pruinam, irruet super eos nix.* cuius vsum etiam ex B. Gregorio accipite, qui præiuit ceteris lib. 8. Moral. c. 12. his verbis; *Pruina quippe inferiùs gelatur; nix autem de superioribus ruit. Et sæpè nonnulli, dum temporalia aduersa pertimescunt, districtioni se æternæ animaduersionis obiiciunt. De quibus bene per Psalmistam dicitur:* Ps. 13. Illic trepidauerunt timore vbi non erat timor. *Iste namque veritatem iã liberè defendere appetit, sed tamẽ in ipso suo appetitu trepidus, indignationem potestatis humanæ pertimescit: cúmque in terrâ hominem contra veritatem pauet, eiusdẽ veritatis iram calitùs sustinet. Ille peccatorum suorum cõscius ea quæ possidet, indigẽtibus iam largiri desiderat, sed tamen ne datis rebus egeat, ipse formidat: cúmque carnis subsidia reseruando trepidus præparat, ab alimentis misericordiæ animam necat: & cùm pati in terrâ inopiam metuit, æternam sibi abundantiam supernæ refectionis abscindit. Quia qui conculcanda in infernis metuunt, à summis metuenda patiuntur: & cùm trãsire nolunt quod calcare poterant, iudicium de supernis accipiunt, quod tolerare nequaquam possunt.* Mihi tales videntur timidis animantibus onagris aut ceruis esse non dissimiles; quos formidine venantur. qua de re multa dixi commentar. in Senecæ Hippol. ver. 45. cum seqq. IV.

Vbi inter cætera illud Arriani notandum; *Nunc idem quod cernis nobis nunc accidit, qui cùm pennas* (lineam rubenti penna pictam) *fugiunt, quò se conuertunt? quò abeunt, vt in tuto sint? ad retia: atque ita pereũt permutatis iis, quæ timẽda & forti animo conculcanda erant.* hoc est, eligentes ea subire potiùs quæ verè formidanda, quàm conculcare, quæ fuerunt. Arrianus.

EX C. EODEM V. XXVI.

Adag. In ventum, &c.

In ventum verba proferre.

SIc exprimunt inania & cassa verba, quæ planè otiosa, & nulli vsui. D. Gregorius d. lib. 7. c. 24. *In ven* Vsus adagij. D. Gregorius.

V. *ventum verba proferre, est otiosa dicere.* habemus locutionem in Iobo, non semel ducta Metaphora à titiuillitiis, floccis, glumis, & similibus, quæ quòd nullius ponderis sunt, à vento auferuntur. Sic ergo capiendum est adagium hoc vers. 26. *In ventum tantùm verba profertis.* Hebraicè לרוח ימרי נואש *Leruach imre noas*, Chaldæus, *tenebris cõparatis verba desperata*; recentiores aliter & aliter. Sensus nostræ versionis clarissimus est. Notat enim amicos vt ventosâ linguâ multa inutiliter effutientes. Et eadem est sententia Chaldæi, & Rabbinorum, qui *noas, desperandi* vocabulo reddunt. quidam referunt hæc ad ipsa verba, q. d. verba vestra tam inania sunt, quàm eorum qui spe proficiendi nullâ, nihilominus profundunt fluenta sermonis: alij ad ipsos loquentes, q. d. loquimini vt homines qui spem abiecerunt; alij ad Iobum, q. d. vos quidem conamini me ad desperationem & laqueũ redigere, sed omnino irrito conatu. Eadem Lxx. qui reddunt; neque enim sermonem verbi vestri ferã, q. d. verba vestra nullius apud me põderis sunt, ego illa pro indictis habeo, *sinam à ventis differri.* Eodem sensu cap. 15. 2. *Nunquid sapiens respondebit quasi in ventum loquens?* non est sapientis vana & ad rem non pertinentia verba loqui. & cap. 16. 3. *Nunquid habebunt finem verba ventosa?* Ierem. 5. 13. *Prophetæ fuerunt in ventum loquuti.* Talia Græcorum, *aërem verberare*, de quo ad epistolas D. Pauli, & Plautinum, *Austrum perculi*, & illud, ἀγκυλῷ λαλεῖς, *littori loqueris.* & apud Suidam, ἀνέμῳ διαλέγῃ, *vẽto ratiocinaris.* Claudianus, *mãdare Noti fluctibus* dixit de bello Gildonico, pro tradere obliuioni. Plautus; *fabulari vento.* Virgilius 9. Æneid.

Multa patri portanda dabat mandata: sed aura
Omnia discerpunt & nubibus irrita donant.

& lib. 6. *Foliis tantùm ne carmina manda,*
Ne turbata volent rapidis ludibria ventis.

& lib. 11. *Audiit, & voti Phœbus succedere partem*
Mente dedit, partem volucres dispersit in auras.

Vide inf. adag. Nubes & ventus, &c.

Sensus versionis.

Sententia varia.

Proverbiales locutiones.

Suidas.

Claudianus.

Plautus.

Virgilius.

EX C. VIII. V. XIV.

ADAG. VI. Aranearũ tela.

Aranearum tela.

HVic simile dicebant, quicquid simul laboriosum paratu, vel conseruatione: eo modo quo D. Basilius in prin. Hexaëmeri dixit, τὰ ἀράχνια ὑφάντην, *telas aranearum texere*: & quo apud Laërtium lib. 7. in vita Zenonis Aristo dicebat rationes sophisticas aranearum textis similes esse, quæ cùm nugatoriæ & imbecilles sint, exactum tamẽ quid & operosum præ se ferant: & Demonax leges aranearum telis assimilabat, quæ minuta insecta retinerent; à cantharis autem & crabronibus perrumpantur. S. Chrysost. orat. in terræ motum, μία καρὶς ἰουνὶ μὴ ἀράχνης εὐπαλέστερον πάντα διαῤῥᾶται, in primo tractatu Decadis quam Fronto Ducæus noster edidit Græcè & Latinè, qui & vertit, *vnum temporis momentum facilius, quàm aranearum telas, omnia diripuit.* ita Baldad, *sicut tela aranearum, fiducia eius.* Iob. 8. 14. Hebraicè, & Chaldaicè, *sicut domus aranea fiducia eius.* Lxx. ὡς ἀράχνης ἀνθ' ὑφάσματα ἡ ἐλπὶς, *sicut tela aranei antẽ eius enadet tabernaculum.* Omnes eodẽ sensu. Olympiodorus

Sensus adagij.

D. Basilius.

Laërtius.

Rationes sophisticæ aranearũ textis similes.

Legesaranearum telis comparatæ.

S. Chrysost.

Olympiodorus.

de fœlicitate impiorum accipiens; *Non eos* (inquit) *ad extremum ſpiritum iucunda & beata vita comitabitur: ſed tanquam aranearum tela, quæ contactum & ictum nequit ſuſtinere, diſſoluetur, atque is fiditus interibit.* Didymus idem aſſerit, ſed minùs penſiculatè: cenſuit telas aranearum ſine labore aut artificio texi: profundiùs B. Gregorius lib. 8. in c. 29. ſpeculatus expreſsè, addidit comparationi, telam aranearum ſtudiosè texi, ſed leui ventulo diſſlari. Nónne ſingulare cernitur ſtudium in tam minuto ſtamine, quod ſubtilitate aſpectum fermè fugit, & propter quam vulgo illud acceptum:

——nos vincis aranea tactu?

Nónne laborioſum, quod ex viſceribus parit & aſſiduè protrahit; adeò vt ſi bacillo alligatum rotes crebriùs, miſellam euiſceres, & in occiſa, quemadmodum de bombyce quę araneo dicit ſimilę, loquitur Tertullianus, de pallio c. 3. animata ſtamina, inteſtinorum ſcilicet loco, reperias? Lege Plinium lib. 11. cap. 24. & dices nihil his telis artificioſius, nec elaboratius. Lxx. *domum diuitis compararunt domui aranea*: de illis araneis loquentes, non quæ in terræ cauernis, aut parietum rimis, ſed quæ in ipſis telis ſuis habitant: & ſic idem eſt ſenſus vtriuſque verſionis. Nec mirum infirma araneæ comparari ſiue domui, ſiue telis, cùm & ipſi aranęę. habes pſ. 38. v. 12. *tabeſcere feciſti ſicut aranea, animam meam*: quod optimè explicat Apollinarius, fregiſſe animi robur velut ſtamę araneę. vbi D. Auguſtinus; *Quid tabidius aranea? animal ipſum dico. Quanquam & ipſis telis aranearum quid tabidius? Atiędę & ipſum animal, quàm tabidũ eſt. Pone ſupra leuiter digitum, ruina eſt, nihil omnino tabidius.*]. Chryſoſtomus ὁμιλ. d. ἀράχνης πάντα ἀτελέστερα, *omnia araneis viliora.* Vtitur adagio etiam Nazianzen. in carmin. & Theodoretus lib. 6. de prouidentia. Nec mirum laborioſa illi comparari. Sic enim pſal. 89. 9. *Anni noſtri ſicut aranea meditabũtur.* quibus verbis vitæ noſtræ breuitas quidem & fragilitas indicatur, ſed ſimul etiam hoc ipſum breue tempus, totum impendi vanis & laborioſis cogitationibus. Auguſtinus ſic explicat: *In rebus corruptibilibus laborabamus, corruptibilia opera texebamus; quæ nos ſecundum Eſaiam Prophetam, minime contegebant.*] Paulo aliter Oſee 8. v. 6. *quoniam in aranearum telas erit vitulus Samariæ*: non coletur ampliùs pro Deo, ſed vt vile quid & abiectum, ſordibus & caſſibus aranearum implebitur: vel potiùs, in nihilum redigetur, ſicut ſolent telæ aranearum in fila reſolutæ diſſlari & diſſipari. Locum Iobi d. v. S. Aug. & alij quidam reddunt; *araneis implebitur tabernaculum eius*: interibit ipſe cum poſteris ſuis; ita vt non ſuperſit qui habitet in tabernaculo eius; & vacuam domum araneæ occupent. tale illud Catulli de crumenâ vacuâ, *Sacculus plenus aranearum.* De anima virtutibus vacua Chryſoſtom. ſup. *anima verò eius araneis referta erat*, τὴν δὲ ψυχὴν ἀράχνης γέμων. Sed quam diximus veram eſſe adagij ſententiam, patet ex Eſaia cap. 59. v. 5. de impiis, *telas aranea texuerunt*, quod ſeq. v. 6. explicat; *Tela eorum non erunt in veſtimentũ, neque operientur operibus ſuis: opera eorum opera inutilia.* Euſtathius Hexaëm. lib. 1. de vanis opinionibus Philoſophorũ falſitate ſuâ diffluentibus: *Verè telam aranea texũt, qui iſta deſcribunt.* eodem vtitur adagio D. Ambroſius Hexaëm. lib. 1. c. 2. Vide infer. §. *Meditari ſicut aranea.*

Didymus.

B. Gregorius.

Aranearum ſtamina.

Tertullianus.

Tabeſcere ſicut aranęæ.

Nazianzenus. Theodoretus. Meditari ſicut aranea.

Auguſtinus.

Eſſe in telas aranearum.

S. Auguſt.

Catullus.

Chryſoſt.

Euſtath.

D. Ambr.

ADAG. VII. Lapides, &c.

EX CAP. XIV. V. XIX.

Lapides excauant aquæ.

Vsus adagij.

VSurpatur ad indicandum hominem paulatim consumi & emori, & extendi potest ad omnia quæ ab edaci tempore & inuidiosâ vetustate consumuntur, ait Iob. d. v. 19. *Mons cadens defluit, & saxum transfertur de loco. Lapides excauant aqua, & alluuione paulatim terra consumitur: & hominem ergo similiter perdes.* Hebraicè אבנים שחקו מים *Abanim scachaqu maim.* quod Pagninus vertit *contuderunt*, sed Lxx. vt noster ἐλίφανε. Chaldæus, שאפו *Sciphu, cõminuerunt*, nullo sensus discrimine: significat enim paulatim cõteri saxa. Polychronius in nostrâ catenâ; τὸ ὕδωρ φησὶ συντρίβει τὰς πέτρας, καὶ τοὺς λίθους λειαίνει. Exponit ergo συντρίβειν conterere, & præstat quàm *lenigare*, quod nimis hîc lene, ac leue. Nec sacra Scriptura tãto antiquior, alluserit ad dicta vulgaria, quę illius respectu hesterna sunt; sed primus quod sciam Chærylus ex eâ id sumpsit; cuius illud celebre;

Polychronius.

Cherylus.

πέτραν κοιλαίνει ῥαὶς ὕδατ' ἐκπεσὸν ἀεί. *Petram excauat gutta aqua continuò incidentis.* ab illo certatim Latini poëtæ, primus Lucretius lib. 4. vltimis versibus;

Lucretius.

Nam leuiter quamuis, quod crebro tunditur ictu,
Vincitur id longo spacio tamen atque labascit.
Nonne vides etiam guttas in saxa cadentis
Humoris, longo in spacio perrundere saxa?

perspicuè vertens verba Chæryli. ab hoc Tibullus;

Tibullus.

Longa dies molli saxa peredit aquâ.

Naso. ab hoc Naso.

Quid magis est durum saxo, quid mollius vndâ? Iob. XIV.
Dura tamen molli saxa cauantur aquâ.

illud ab Albio, quod sequitur à suo ingenio; Albius.

Gutta cauat lapidem, consumitur annulus vsu,
Et teritur pressa vomer aduncus humo.

Vtemur idoneè ad significandum bonos malósue animi habitus crebro actu acquiri, etiamsi remissè quis agat. Deinde neminem adeò ferum esse, quin tandem leniatur crebra admonitione: neminem tam inimicum, quin humanitate & beneficiis tandem reconcilietur. Denique diuinè S. Gregorius lib. 12. cap. 11. *Est tentatio quæ se cordi hominis leuiter infundit: omnémque duritiam fortitudinis corrumpit atque consumit: dicatur, lapides excauant aquæ: quia videlicet duriciem mētis absorbent assidua & mollia blandimenta libidinis, & lentum atque subtile vitium corrumpit durum & forte propositum mentis.*] plura addit cap. 12.

Vsus adagij.

Gregorius.

ADAG. VIII.

EX CAP. XVIII. V. XV.

Adspergi sulphure. Seminari sale.

Adspergi, &c.

VIsum mihi hæc duo coniungere propter similitudinem. Agamus prius de sulphure, in quo maior difficultas Iob. 18. 15. זרה על נוהו גפרית *Izzoreh ghal-nauehu gaphrith.* vertit Pagninus, *Spargetur super habitaculum eius sulphur.* noster, *aspergatur in tabernaculo eius sulphur.* Chaldæus; *dispergatur sup. tab. eius sulphur.* Lxx. κατασκηνώσουσι τὰ ἐντρεπῆ αὐτῶν θείῳ quod Complutenses vertunt; *dispergentur decentia eius in sulphure.*

Pagninus.

XVIII. Theodotiõ; *triturabitur in speciosuate sua sulphur.* λιμηδήσει ἐπ' ἀμαθησὶ αὐτῆς θεῖον. Huius locis tot ferè sunt interpretationes quot sententiæ. Cyprianus tres refert: prima est, *trahi posse ad scelerum sordes, quibus impij domus solet esse plena. Nam sulphuri ineſſe vim expurgatiuam obseruatum est à viris sapientibus. Scribit enim Proclus ad purgationes apud veteres sulphur adhiberi solitum & maris aquam.* hanc sententiam Cypriani copiosiùs probauit & explicauit eo non nominato Pineda noster, (ego quoque morem olim confirmaram comment. in Hippolyt. ad vers. 714.) vt sensus sit, domus eius alienis habitatoribus cedet, sed vt malè ominosam & infœlicem non priùs ingredientur, quàm sulphure noxam eius expient. Tunc dici posset quotiescunque volumus indicare aliquid piaculare, & κατάγαιον.

Cyprian. Interpretatio. Sulphuris vis ex purgatiua. Pineda. Vsus adagij.

II. Secunda: significari domum eius desertam mansuram, eò quòd sulphuris graueolẽtiâ formicæ abigantur, & alia insecta necentur, de quo Cœlius Rhodiginus lib. 24. cap. 23. hæc non cohæret ei quod præcessit: quomodo enim inhabitabitur ab alienis, si cuncti illam fugiant?

Cœlius Rhodiginus.

III. Tertia: significari grauissima supplicia, & crudelem interitum. Hæc placuit veteribus, Polychronio ista sunt in Catenâ; *Sulphur dixit diuinam vltionem, à Deo illatam. Sicut enim igne in terras demisso, cuncta abolentur; sic impiorum quæ videbatur felicitas, vniuersa consulcabitur.* Græcè Polychronius, τῆς ἐργῆς τὸ ἐξαίτερον ἐπιτεταμένον. ὥσπερ γάρ, φησὶ, πυρὸς ἐπιχυθέντος ἐπὶ τῆς γῆς, ἅπαντα ἀπόλλυται, οὕτω φησὶ καὶ τῶν ἀσεβῶν ἡ δοκοῦσα εὐημερία ὑποσβήσει γένεται. Philippus & Beda ad supplicium retulisse videntur, Gregorius, ad peccatum, sed ita vt vindictam peccati addat exemplo Sodomorum super quos Deus ignem & sulphur pluit, Genes. 19. Hãc explicationem sequuntur interlinearis glossa, Stunica, Vatablus, & Eugubinus: vt sulphur hic metaphoricè significet quicquid è cœlo mali demittitur. Sanè sic pro grauibus supplicijs à Deo immissis solet vsurpari sulphur & ignis, orta phrasi, quia solet Deus fulminibus & fulguribus in impios animaduertere: quæ odorem quendam sulphureum exhalant, vt patet in rebus recèns fulmine afflatis. Vel quia sic Deus Pentapolim d.c. 19. 24. & Ægyptios Sap. 16. à v. 16. perdidit, ad similia, vulgari sermone, res fuit extensa. Ps. 10. 7. *Pluet* (Deus) *super peccatores laqueos: ignis & sulphur, & spiritus procellarum pars calicis eorum*; vbi dicit S. Chrysost. hac verborum translatione ostendi pœnam ineuitabilem, supplicij profusionem, feriendi facilitatem, & vim consumptricem. Ezech. 38. 22. *Ignem & sulphur pluam super eum, & super exercitum eius.* Contra hanc Iobi explicationem vir eruditus obiicit. Quomodo vult vt à sociis domus inhabitetur, si conflagrare illam exoptat? Posset responderi, inhabitandam quidem ad tempus, & incolas peccata prioris Domini imitantes cum domo abolendos.

Interlin. Stunica. Vatablus. Eugubinus. Sulphuris metaphorica interpretatio.

Polychronius. Philippus. Beda. Gregorius.

IV. Quarta explicatio est, sulphur hîc non tam excidij seu totalis interitus symbolum esse, quàm sterilitatis, quasi dicat, omnino sterilescat. hæc explicatio mihi magis placet. tum quia cohæret optimè cum præcedenti & sequentibus, hoc sensu: alieni occupabunt demortui fundos, sed tamen illi planè sterilescent pro serpente pœnâ in possessores quosuis bonorum malè partorum. Fuit hæc sententia Olympiodori, cuius in catenâ nostra hæc

Sententia auctoris.

VIII.

VIII. hæc verba habentur; ὡς ἀναρπίαν καταλίξῃ φησὶ τὸ δοκεῖν τὰ λαμπρὰ τῶν ἀσεβῶν, ὡς ὑπὸ θείου καλοπαρίντα: *Ea quæ impiorum maximè splendida videntur, sterilitate damnanda, velut si sulphure conspersa forent.* sic ista in Græco codice: nam in Latino confusa & permixta, vt ferè vbique diuersorum auctorum dicta. Confirmatur, quia Deut. 29. 23. narratur terræ plaga ista; *Dominus sulphuris & salis ardore comburens, ita vt vltra non seratur, nec virens* D. Thom *quicquam germinet*, &c. Alias expositiones prætermitto; vt D. Thomæ, Lyranus. quam refert, & bene refellit Lyranus; vt ipsius Lyrani quæ deterior. vides in d. v. 24. salem sulphuri iũgi, nam vis eadem salis inferendi sterilitatem.

Sale seminare vel aspergere. Vides sale animatæ. Igitur *sale aspergere* vel *seminare locum*, aut *dare in salsuginem*, significat illum culturæ aut frugi omnino reddere inidoneum. ideo quas vrbes nolebant reædificari vel coli, veteres sale seminabant, vt notat Abulensis ad Iudic. 9. 45. vbi legimus; *quam* (Sichinam) *cepit, interfectis habitatoribus eius ipsáque destructâ, ita vt sal in eâ dispergeret.*] & sic in Hispaniâ & Galliâ proditorũ aut perduellium domus diruũtur, & solum sale seminatur. Sophon. 2. v. 9. *Moab vt Sodoma erit, & filij Ammon, quasi Gomorrha, siccitas spinarũ & acerui salis, & desertum vsque in æternum.*] Salis acerus. expono: Erunt similes Sodomæ & Gomorrhæ, quia subuertentur & exscindentur & permanebunt sicut spinæ siccæ, quæ non germinant, & sicut acerui salis, qui penitus steriles, sunt, atque ita perpetua vastitas & solitudo erunt. sic Ps. 106. v. 33. 34. *Posuit flumina in desertum, & exitus aquarum in sitim: Terram fructiferam in salsuginem, à malitiâ inhabitantium in eâ.* Ierem. 17. 6. *hab itabit in siccitate in deserto, in* Salsugo. *terrâ salsuginis, & inhabitabili.* Iob. 39. 6. *cui dedi domum in solitudine, & tabernacula eius in domo salsuginis*, in deserto arido & sterili. sic etiam Aleman poeta, quem postea Aleman; Plato & alij imitati, vt paræmiam vsurpauit, *vicinia salsuginosa*, ἁλμυρὸν γειτόνημα, hoc est, sterilem, & Plato. Vicinia salsuginosa. nulli frugi, sicut solent esse agri salsuginosi, qui vicinos agros inficiunt: & ita dicebant olim, *aliquid mali esse propter vicinum malum.* Vide Chiliad 1. cent. 1. adag. 32. Iob. XX.

EX CAP. XX. V. XXIV. ADAG. IX.

Fugiet arma ferrea, & irruet in arcum æreum. Fugiet arma, &c.

LOquitur de peccatoribus, qui dum conantur effugere manus hominum, incidunt in Dei manum: qui vt redimant se à molestiis leuioribus, incurrunt in longè grauiores. Quod ex Hebræo paulò clariùs patet. Nam *Necusah* נחושה etiam significat *Chalybem*, si Rabbinis creditur: Chalybs autem ferri acutissimi, & durissimi genus. Deinde aptissima est similitudo ducta à milite, qui vt cominùs infligendum vulnus euitet, (pro *armis ferreis* Lxx. ἐκ χειρὸς σιδήρου, *de manu ferri*, hoc est, gladio, vt bene Pineda) latus apertum præbet sagittario eminùs certam mortem illaturo. τόξον malim *arcum* vertere, quàm *sagittam*, propter Hebræum קשת *Keseth*. Certum exitium, & grauem in impios Dei animaduersionem ostendi docet in Catena Comitoli Polychronius; idem in nostrâ Origenes & Olympiodorus. Commentarius Bedæ qui D. Hieronymo tribuitur: *Tanquam si diceret, quando putabit se leuiores calamitates posse fu-* Senſus adagij. Chalybs. Pineda. Vſus adagij. Comitolus. Polychronius. Origenes. Olympiodorus. Beda. Hieron.

D. Greg. *gere, in atrociores incurret.* Cõtra auaros elegãter intorquet D. Gregorius lib. 15. c. 12. *Quid sunt arma ferrea, nisi necessitates vitæ præsentis, quæ durè premunt, & vitam inopis insequuntur? Ferrum quippe arugo consumit, æs autem consumere difficilius solet. Ferro ergo necessitas præsens quæ transitoria est, ære autem sententia æterna figuratur. Et quia iudicium æternum ab iniqui mente non attenditur, iustè arcui comparatur: quoniam veluti ex insidiis percutit, dum is qui percutitur, non intendit.* Fugiet *ergo* arma ferrea & irruet in arcum æreum: *quia dum, præsentes necessitates metuens, multa per auaritiam rapit, extremi iudicij districtis se percussionibus anteponit: & cùm* fugit arma ferrea, *ab* arcus ærei *sagittis inuenitur, quia mala temporalia stultè præcauens, sententiâ æternâ percutitur. Qui enim hic inopiæ duritiam cum culpa fugit, illic perpetuitatem iustæ vltionis inuenit.*] Simile est adagio sup. §. 233.

ADAG. X. Sicut aurum, &c.

EX CAP. XXIII. V. X.

Sicut aurum igne probatum. Item *sicut scoria.*

Adagij sensus.

COnstat vel ex Adagiis Batauicis, Adagium esse Pindaro, Theognidi, Tullio notum, de iis quorum fides & fortitudo aduersis rebus fit illustrior: ductum ab auri natura: quod quo sæpius arserit, purius & rubentius existit, teste Plinio lib. 33. cap. 3. Quod poeta quidam de amicis dixit, eorum fidem probari tempore aduerso,

Vt fulvum spectatur in ignibus aurum:

Auri natura. Plinius.

Veriùs de fide diuinâ & amore in Deum. Sic Iobus d. cap. 23. 10. *Ipse verò* (Deus) *scit viam meam, & probauit me quasi aurum, quod per ignem transit.* vbi noster paraphrastis officio functus, ex aliis sacræ Scripturæ locis illud de igne adiiciens, Prouerb. 17. 3. *Sicut igne probatur argentum, & aurum camino: ita corda probat Dominus.* & c. 27. 21. *Quomodo probatur in conflatorio argentum, & in fornace aurum: sic probatur homo ore laudantis.* Sap. 3. 6. *Tanquam aurũ in fornace probauit illos.*] Huc spectat Eccli. 27. 6. *vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis.* de iisdem iustis Zacharias c. 13. 9. *Partes duæ* (malorum) *in eâ dispergentur, & tertia pars relinquetur in eâ. Et ducam tertiam partem per ignem, & vram eos, sicut vritur argentum: & probabo eos, sicut probatur aurum*] 1. Pet. 1. 6. 7. *In quo* (Deo) *exultabitis, modicum nunc si oportet contristari in variis tentationibus: vt probatio vestræ fidei multo pretiosior auro (quod per ignem probatur) inueniatur.*] vbi fides cum auro, afflictio cum igne, exploratio tentationi confertur. Psal. 65. *Quoniam probasti nos Deus, igne nos examinasti, sicut examinatur argentum.* Isai. 53. *Cùm ambulaueris in igne, non combureris.* Vt ponderat Ribera ad Zachariam d. v. 9. addens Tertulliani verba cõtra Gnosticos; *Audio & alibi dicentem Deum:* Vram illos sicut vritur aurum: & probabo illos sicut probatur argentum: *vtique per tormenta ignium & supplicio-rum, per martyria fidei examinatoria.*] Malachias de Christo; *Ipse enim quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum. Et sedebit conflans & emundans argentum, & purgabit filios Leui, & colabit eos quasi aurum, & quasi argentum.* cap. 3. 5. Sicut hoc conflatorio iusti exeunt auro & argento similes, sic improbi vt plumbum & stannum & ferrum, vel planè liquantur, vel abeunt in scoriam: vnde contrarium Adagium desumitur de infidis amicis, & qui Deum

non

X. Fieri scoria.

non amant sincerè vt oportet, *fieri scoria.* pulchrè declarat Ezechiel cap. 22. à v. 18. *Vesa est mihi domus Israel in scoriam. omnes isti as, & stannum, & ferrum, & plumbum in medio fornacis: scoria argenti facti sunt. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Eo quòd versi estis omnes in scoriam.* &c. Esai. 1. 22. *argentum tuum versum est in scoriam.* Ierem. 6. 27. *Probatorem dedi te in populo meo robustum: & scies & probabis viam eorum. Omnes isti principes declinantes, ambulantes fraudulenter, as, & ferrum: universi corrupti sunt. Defecit sufflatorium, in igne consumptum est plumbum, frustra conflauit conflator: malitia enim eorum non sunt consumpta* (sicut solent auri fæces.) *Argentum reprobum vocate eos: quia Dominus proiecit illos.*] scilicet vt excrementa & scoriam. sicut psal. 118. v. 119. ad verbū Hebraicè est. *Scorias cessare feciſti omnes impios terræ*, seu, vt alij, *tollis vt scoriam omnes impios in terra.* Vbi Symmachum secutus Hieronymus (si ipse auctor, quod vix credo) vertit *Scoriam*, & eodem sensu Theodotion, *pro nihilo habuisti*, teste S. Basilio in scholiis. Aquila quoque in secunda editione פ Sig, vertit vt L x x. *commissionem* apud Ezech. d. v. 18. nam in prima verterat *acinum vinacy*, teste Hieronymo. De auro breuiter hic Gregor. lib. 16. c. 16. *Aurum in fornace ad naturæ suæ claritatem proficit, dum sordes amittit.* Quasi aurum ergo quod per ignem transit, *probantur anima iustorum, quibus exustione tribulationis & subtrahuntur vitia, & merita augentur.*]

Symmachus Hieron. Theodotion. S. Basilius Aquila.

Gregor.

ADAG. XI. Leuis super, &c.

EX C. XXIV. V. XVIII.

Leuis super faciem aquæ.

Pineda.

ACutè Pineda obseruauit esse locutionem proucrbialem. Hebraicè habemus, *Leuis ipse super faciem aquarum. Qal hu al phenei maim*, vbi (meo iudicio) Pagninus sapienter aduertit subaudiendam notam comparationis, vt solet subaudiri; *Leuis est instar eius quod natat in superficie aquarū.* Chaldæus, *Leuis est vt diffundatur seu ad diffundendum super faciem aquæ*: videtur respicere ad liquida. q. d. tam leuis est in bono, & tam facilis ac profusus in vitia, sicut aquæ superficies. Iuxta illud Genes. 49. v. 4. *Diffusus est sicut aqua.* Quod valdè probatur Stunicæ hic. Sed hoc mihi minùs arridet quàm data expositio, quam Symmachus firmat, qui vertit; *innatans aquæ*; ἐπιπολάιον ὕδατι: quod in Comitoli catenâ sic explicatur: *quemadmodū ea quæ leuia sunt, si aquæ insederint extimæ, facilè aquarum impetu huc illuc iactantur: sic quinis improbus tentationibus rapitur, nullóque negotio deletur.*] breuiùs in nostrâ, & Olympiodoro tribuitur. Sed quid istud tam leue cui comparatur improbi instabilitas? D. Gregor. suprà putat dici de ipsa aquæ superficie, vt sensus sit, esse mutabiliores aquæ superficie, quæ quouis vento impellitur, mutatur, inuertitur. id loquuntur Strabus, Lyranus, Bedà de stipulis vel paleis, quorū etiam cōparatione vsus S. Greg. ex psalmis; *pone illos vt rotā, & sicut stipulam ante faciem venti:* de quo ibi dicendum. Cū Hebræis Eugubinus vult comparari improbos, præsertim mœchos aut fures, aquis celerrimè diffugientibus; sic enim hos se luce oriente proripere ne deprehendantur. Sic etiam Vatablus, Caietanus, Isidorus Clarius. Nec valdè longè hinc abit Emanuel Saa: *Ita* (inquit) *recedit leuiter, de si super aquā incederet:* nisi respexerit ad aliā D. Thomæ explicationem, quam meritò timori & anxietati impiorum, de qua

Pagnin.

Chaldæus.

Stunica.

Symmachus.

Comitol.

Olympiodorus.

D. Greg.

Eugubin.

Vatablus, Caietan. Isidorus Clarius. Emmanuel Saa. D. Thomas.

Pineda. qua Iobus differebat, non valdè consonare Pineda pronunciat: ipse sequitur illam Hebræorum, vt leuitas ponatur pro fugæ celeritate, (sicut sæpissime significat velocitatem) & sit prouerbium, *leuis super faciem aquæ*, hoc est, velocissimus cursor, qui instar nauis veliferæ, quæ sulcum viæ in aquis nō relinquit, nullum ipse vestigium arenis pendentibus imprimat, vt de Ladâ Solinus in Polyhist. scripsit. Addit & alteram, significari eum qui fugæ remotissimæ subsidium quærat; sed, vt verum fatear, secunda ista mihi hoc sensu videtur, *leuis supra faciem aquæ*, eo quòd à contextu & omnium opinione longissimè se proripit, melior longè altera, quam non aspernor.

Alia explicationes.

Lada velocitas in cursu. Solinus.

Sententia auctoris. Sed vt sequar Olympiedorum, magis inclinor: & refero prouerbium tum ad pœnæ & excidij velocitatem, vt dicatur instar spumæ supernantis disiici & disperdi impius, iuxta illud Sap. 1. v. 15. *sicut spuma gracilis, quæ à vento dispergitur.* & illud Osee 10. v. 7. *Transibunt impij quasi spuma super faciem aquæ*; quod etiam aduertit Stunica. Tum etiam ad animi eorum inconstantiā, qui omni vento cupiditatis facili momento huc illuc impellitur, instar glumæ, vel tippulæ innatantis mari; vt sit simile sequentibus; *.... cuncta Qui grauat, efficiam leuiorē vellere*: Claudianus item: *venti campus, ventorum statio; mutabilior metra, chamæleōte, Proteo, cothurno versatilior, Euripus homo, mores maritimi, fortuna æstuaria*, & quæ similia; maximè quod opportunissimum, *Tippulâ leuior*. Plautus.

Prouerbiales locutiones.

Plautus.

Neque tippula leuius ponderat est, quàm fides lenonia. Nonius etiam eidem tribuit; *Leuior res quàm tippula*; item illud Varr. vt *leuis tippula linificij frigidos transit lacus.* Nam (vt ait Festus) *tippula bestiolæ genus sex pedes habentis, sed tanta leuitatis vt super aquas currens non decidat.* Siue (ait Nonius) *quòd aquas non nando, sed gradiendo transit*: illud tamē Varronis, nisi mēdosum, videtur ad flosculos linificij referre. Si quis tamē tueri velit alteram expositionem de aquæ ipsius superficie, habet simile adagium, *vndà leuius.* iuxta illud antiqui:

Nonius.

Varro.

Tippula quod bestiolæ genus.

Crede ratem ventis, animum ne crede puellis:
Namque est fœminea certior vnda fide.

Et aliud;

Quid leuius plumâ? puluis. quid puluere? ventus.
Quid vento? mulier. quid muliere? nihil.

EX C. XXIV. V. XVIII.

ADAG. XII. Via vinearum, &c.

Via vinearum.

Sapit adagium quod inter ceteras diras & infœlicitates quas congessit in vnum aceruum Iobus, cap. xxi v. ver. 18. ait; *nec ambules per viam vinearum. Derech Ieronim*, vbi noster & Chaldæus retinent adagium, sed Lxx. explicant; ἀναφανήσ ἀι τὰ φυτὰ αὐτῶν ἐπὶ γῆς ξηρά. *appareant autem plantæ eorum super terram aridæ.* quod in Catenâ Græcâ Comitoli sic explicatur Latinè: *Quandoquidem alienos agros demessuerunt, atque illorum vineas alij nullâ acceptâ mercede excoluerunt; ne suis ipsi illis potiantur bonis: verùm illorum segetes ac plantæ priuatæ fructu penitùs exarescāt: & qua Cainum inuasit, eadem istos cōplectatur execratio; Maledicta terra in operibus tuis; qua agricultura sudores atque labores nequaquam remunerabitur.* Significatur itaque per *viam vinearum*, iucunda deambulatio inter

Sensus adagij.

Comitol.

vine-

Iob. XXIV.

XII. Adagij expositio.

vineta, pomaria, & agros fertiles atque amœnos: & opponitur viæ quæ est per deserta squalida, & infrugifera loca. hanc expositionem allegorica expositio D. Gregorij d. lib. 16. c. 30. & Bedæ hîc confirmat. Benè Lyranus, *sint vineæ illius ita steriles & aridæ, vt eas videre non dignetur.* & sic quidam Hebræi: alij volunt sic omne malum significari, auctore Eugubino, & Stunica; speciem, ait, poni pro genere: q.d. diuitiis non fruatur, iuxta illud Deut. 28. *Vineam plantabis & fodies, & vinum non bibes; neque colliges ex ea quicquam*: quod confirmat versio LXX. Addit & aliam Hebræorum explicationem; *Fugiens non ambulabit per vias latas atque patentes; timēs, ne videatur & cognoscatur.* Sed hoc nimis longè petitum iudico, quamuis Vatablo placuerit. adhuc magis alienæ sunt aliæ: vna Isidori Clarij, & altera Caietani, sed tertia quædam, quas tres meritò reiicit Pineda noster: & ipse denique concludit significari hac locutione; Nullā habeat impius partem in agris locisque frugiferis, nec vinum, quod Deum & homines lætificat, gustet. nam Hebræum פנה *Panah, videre, respicere*, ex idiotismo vult poni pro gustare, & frui. q.d. non fruatur viæ iucunditate & facilitate, sed semper ambulet per vias difficiles & salebrosas (*Sap.* 5.7.) per loca arida, inaquosa, quærens requiem & non inueniens. (*Luc.* 11.21.) Benè profectò, benè, & ad vsum locutionis accommodatè.

D. Greg. Bed. Lyranus. Eugubinus. Stunica. Vatablus. Isidorus. Caietan.

ADAG. XIII. Ad nimiū calorem, &c.

EX EODEM CAP. VER. XIX.

Ad nimium calorem transeat ab aquis niuium.

PRofiteor, me, quæ de suppliciis inferorum in sacra Scriptura leguntur, malle propriè, quàm Metaphoricè sumere: vt de incendiis flammarum contra Caluinum aliàs docebo: de verme immortali docuit Serarius Commentar. in Iudith; de niuibus, qui idem teneant plurimos hîc Pineda citauit. Arbitror etiam agi de suppliciis damnatorum peccatori imminentibus non apud inferos tantùm, sed in hac etiam vitâ. Nam per ea quæ illic certò passuri, significat ea quæ hîc etiam perpeti soliti. Nempe agitari illos contrariis passionibus & vexari supplicijs successiuè pugnantibus. Vnde vis adagij elicitur, quando dicimus ab vna calamitate impios in aliam incidere, ab vno extremo in aliud labi, & huius rotationis vltimum esse, malorum extremissimum, tartari carcerem, in quem tandem compingantur. Fauent interpretationi Philippus Presbyter, qui luculenter illustrat comparatione febricitantium, in quibus ex flauæ bilis abundantia intolerabilis rigor præcedit calorem ardentissimū sequuturum. D. Augustinus lib. de triplici habitaculo cap. 2. fauet etiam D. Gregor. suprà, licèt tropologicè explicet. fauēt quoque Stunica, & noster Saa. Simile ergo est huic, *ab extremo ad extremum.*

Serarius. Pineda. D. Aug. D. Greg. Stunica. Saa.

ADAG. XIV. Sicut nix, &c.

EODEM VERSICVLO.

Sicut nix vel ros soluitur.

DVxi necessarium hoc addere, quod aptissimum ad declarandum, quàm fluxa & fugitiua sit felicitas improborum. cùm enim Hebraicè sit; צידו גם חם יגזלו מימי שאול *Tsiah gam chom igzelu meimei seleg*, id noster vertit, vt explicui §. præcedenti. Lxx. verò postquam nonnulla inseruerunt, quæ desunt in Hebræo, pro his verbis reddunt; ὥσπερ

Adagij vsus.

ὥσπερ δὲ ὁμίχλη δρόσος ἀφανὴς ἐγένετο. *Sicut autem nebula roris, non apparēs, factus est.* Chaldæus: *Siccitas & etiam calor rapuerunt etiam aquas niuis;* quod certatim secuti Hebræi, Bengersō. Abenezra. Bengerson, Abenezra & alij, etsi quidam eorum explicant, eos in sepulchro, alij in inferno tam facile consumendos, quàm nix à calore vehementi soluitur. Hoc sequuntur Eugubin. Eugubinus, Vatablus, Clarius, Pagninus, Arias. Omnes isti censuerunt, in Hebræo esse comparationis notam subaudiendam, quod in prouerbiis frequentissimum, vt verè dixit Stunica: qni conatur in eandem sententiam pertrahere vulgatam versionem, sed inuitâ planè Minerua. Nam noster non subintellexit vllam comparationis notam. Cùm igitur vtraque versio satis conueniat cum Hebræo, vtraque tuenda est. Lxx. supplevuerunt quod putabant subaudiri, & *nebulam roris* interpretati sunt: quia מ֥ים *Maim* interdum significat nubes densiores & nigriores: δρόσον verò de rore semiconcreto, instar pruinæ, posuerunt, qui Aristoteli δροσοπάχνη, quę niui simillima. Deinde si δρόσος *lacrymam, sperma, fontium scatebras* significat, cur non & pro niue, quæ similior, potuit vsurpari? denique quid aliud ἀφανὴς quàm *euanescens*, planè dissolutum, & formam pristinam non retinens? Noster verò sapientissimè, cùm videret sequi ad inferos descensum, retulit ad inferorum pœnas; & iis præsentem statum improborum comparauit; & optimâ metaphrasi ellipsim Hebraicam expleuit; nam docuit quomodo siccitas & calor rapiant, hoc est, absumant aquam niuis; nempe fugando illarum frigiditatem, & humorem absorbendo, & æstum suum inducendo. Quos algor torrebat, æstu vrendo. Versionem Lxx. explicat in Comitoli Catena quidam; *Vt enim caligo, è rore nata, solis radiis erumpentibus, atque aëra calefacientibus, euanescit, calore humorē exhauriente, vaporēmq; absumente; sic diuina vltione pœnaque adoriente, consumitur impius ac profligatur, amaris improborum facinorum præmiis acceptis. Tale quidpiam de impio Dauid canit:* Quæretur, *inquiens*, peccatum eius, & nō inuenietur; *quia videlicet exterminabitur.* Græcus liber Olympiodoro hæc tribuit; ὥσπερ οὖν φησὶν ἡ ἐκ τῆς δρόσου συμβαίνουσα ὁμίχλη τῆς ἁλιακῆς θέρμης ἀναλισχόσης, τὸ ἰσμάδα ῥᾳδίως ἐξαφανίζεται, οὕτω καὶ τῆς θείας δίκης ἐπελθούσης οἱ ἀσεβεῖς παραναλίσκονται. Comitolus. Olympiodorus.

Sic Seneca; Seneca.

Qualiter Tauri iugis
Tepido madescunt imbre perfusa niues.

Item;

Niues vt Eurus soluit aut tepidus Notus.

& sensu contrario;

Sic Arctoas laxare niues
Quamuis tepido sidere Titan
Non tamen audet, vincitque faces
Solis adusti glaciale iubar.

EX C. XXVIII. V. VII.

ADAG. XV. Auis ignorat.

Auis ignorat.

Vsus adagij.

DIcitur de re prorsus occultâ; Nam aues, cùm altissimè volent, multa vident, quæ hominibus inuisa sunt. Vnde Valerius in Ciri: Valerius.

Sacra nec Idais anibus nec cognita Grais.

h. planè arcana & occulta mysteria, cunctis incognita. Huc pertinet illud: *Ibyci grues*, celebratum ab Antipatro in Anthologiâ, & Plutarcho in lib. de garrulitate. Nam cùm in deserto latrones Ibycum necarent, Ibyci grues.

præter

XVI. præteruolantes ille teſtes ſolas cædis ſuæ implorauit. Pòſt accidit, vt cùm Corinthi in foro homicidæ iſti conſiderent, gruibus præteruolantibus, vnus diceret, *Adſunt vltores Ibyci*: adſtantes verbum rapuêre. Iſti interrogati cauſam dicti, reſponderunt inconſtanter: mox quæſtione coacti, verum faſſi, pœnam dederunt. Auſonius hoc in Monoſyllabis;

Auſonius.

Ibycus vt periit, vltor fuit altiuolans grus.

Sed magis ad rem illud Ariſtophanis.

Ariſtophanes.

οὐδὲς ἴδεν τὸν θησαυρὸν τὸν ἐμὸν πλὴν ἴσως ἀν ὄρνις. *Nemo vidit theſaurum meum, niſi ſi qua fortaſſis auis.*

Suidas.

ſiue, vt citat Suidas.

Οὐδές με θεωρεῖ πλὴν ὁ περιπλάμενος ὄρνις. Nemo me contuetur, niſi præteruolans auis. [Eraſmus notat eſſe prouerbialem hyperbolem de re valdè occultâ. Sanè Belgæ cùm volunt ſignificare crimen occultiſſimum, in lucem aliquando proferendum, aiunt: Coruos prodituros: *die rauen ſullem euth bringen.* Fons horum ſacræ litteræ. Iob. 28. v. 7. *Semitam ignorauit auis, nec intuitus eſt eam oculus vulturis.* Tam ignota eſt ſcatur igo & vena metallorum, vt bene in noſtra Catenâ Olympiodorus noſter ad verbum reddidit. Hebræa, Græca, & Chaldæa conſentiunt. Gregorius & Beda ad allegoriam abeunt. Hebræi, quos ſequuntur Lyranus, Eugubinus, Vatablus, cæcutiunt niſi fallor. Græcos meritò ſecutus Stunica. declarat enim Iob ſapientiæ laudes, quarum vna, quòd homo ea per illam inueniat, quæ fugiunt oculos & notitiam auium acutiſſimi viſus, & volatus celerrimi. Nónne mirum eſt, hanc teſtudinem terrigenam, domiportam, eò peruenire, quò nequit vultur vel tinnunculus? Opponitur hoc dictum v. 12. vbi mox dicit ſapientiæ diuinæ fontes & cubilia, non ab auibus modò, ſed & ipſis hominibus ignorari, vt illic Methodius, Dionyſius, & Clemens Alexãdrinus in Catenâ expendunt, & patet ex v. XXI. *Abſcondita eſt ab oculis omniũ viuentium, & volucres quoque cæli latet.*

Olympiodorus.

Lyranus. Eugubinus. Vatablus. Stunica.

Methodius Dionyſi. Clemens Alex.

EXC. XXIX. V. XVIII.

ADAG. XVI. Sicut palma, &c.

Sicut Palma multiplicabo dies.

LEgitur Hebraicè וכחול ארבה ימים *Vekachol arbeh iamim.* quæ ſententia tria nobis ſuggerit Adagia omnia vera, omnia apta, quia *Chol* tria æquè ſignificat, ſicut & Chaldæum *Cheala, Arenam, Palmam*, & *Phœnicem auem.* Adagia ergo ſunt, *multiplicare annos inſtar* { *Arenæ, Palmæ, Phœnicis.*

Singula probemus. *Arenam* hîc vertunt Pagninus, Arias, & Eugubinus, ſecuti Bengerſonem & Dauidem Kimchi: & ſic ſæpe noſter reddidit. Gen. 22. 17. *multiplicabo ſemen tuum velut arenam.* Deutero. 33. 19. *theſauros arenarũ.* pſ. 77. 27. *ſicut arenã maris volatilia pẽnata.* pſ. 138. 18. Ierem. 5. 22. & 33. 22. Oſee 1. 10. Ioſue 11. & alibi. de hoc adagio vide ſup. §. 16.

Pagninus, & alij.

Sicut arena.

Palmam hîc vertit noſter, *& ſicut Palma multiplicabo dies:* & quia Græcum φοινιξ etiam eſt ambiguum, ideo ne aliter accipias, addunt *trunci* vocem LXX. ὥσπερ φοίνικος πολὺν χρόνον βιώσω, *ſicut truncus palmæ multum tempus viuã:* ſic etiã vertit Vatablus; & hæc ſignificatio hoc loco videtur optimè quadrare ſi ſpectemus ſequentem verſiculum.

Sicut palma.

Vatablus.

XXVIII. Sed cur vtitur Palmæ similitudine? an quia cortex Palmæ totus est refertus gradibus quibusdam, atque ita graduum multitudine numerum annorum repræsentat? visum non nemini. Malo ad indolem referre: nam palma valde longæua est arbor, perenni fronde & fructu virens, quare à Phornuto vocatur ἀείζωον, *semper virens*. Vnde & Delia Palma vetustissima multorum sæculorum, Plinio lib. 17. cap. 44. & sunt quæ ex seipsis emoriantur ac renascantur, vnde ex similitudine nomen aui Phœnici inditum refert idem Plinius lib. 13. c. 4. ideo Symmachus ambiguum relinquit de arbore an de aue loquatur: vertit enim; *gloria autem mea renouabitur præsens mihi*, ἡ δόξα μου ἀνάπαλιν παρόν μοι. Palmam ad multum tempus vitam producere testatur etiam hic Olympiodorus, ἀπὸ παλὺς καὶ πολυχρόνιον τοῦτον ὁ φοίνιξ. idem asserit D. Gregorius lib. 19. c. 24. & 25.

Phornutus.

Symmachus.

Olympiodorus. D. Gregorius.

Phœnicem auem vertit R. Salomon secutus Massoretas, qui voluerunt ita sumi, vt ex notulâ quadam nonnullis manuscriptis bibliis additâ, colligit Bertrandus Cornelius. & hæc interpretatio placuit Cáietano, & conuenit cum eo quod præcesserit, *in nido suo morituum*. nam nidus auium proprius, & huius totus ex cinnamomi surculis. Sed ego potiùs crediderim notulas illas indicare hîc, sumi pro *palmâ*, alibi pro *arenâ*: quod longè certius: & illud de nido etiam ad arborem referri. nam *nidum* vocat domum suam: domus autẽ ex palmis ædificari in Africæ & Asiæ multis locis notissimum. Nec abhorruit ab hac interpretatione Philippus Presbyter. adducitur etiam Tertullianus, quasi lib. de resurrect. carnis cap. 23. legerit hunc locum; *Sicut Phœnix multiplicabo dies*. Non est ita. Nam Septimius non respexit ad hunc locum, in quo sciebat additam vocem, φοίνιξ: quæ id non patiebatur, sed respexit ad Dauidis verba in ps. 91. Sic enim ille scribit; *illum dico alitem Orientis peculiarem, de singularitate famosum, de posteritate monstruosum: qui semetipsum lubenter funerans renouat, natali fine decedens, atque succedens iterum Phœnix. Vbi iam nemo iterũ ipse: qui non iam, alius idem. quid expressius atque signatius in hanc causam, aut cui alij rei tale documentũ? Deus etiã scripturis suis: Et florebit enim, inquit, velut Phœnix, id est, de morte, de funere: vti credas de ignibus quoque substantiam corporis exigi posse. Multis passeribus nos antistare Dominus pronunciauit: si non & Phœnicibus, nihil magnum: sed homines semel interibunt auibus Arabiæ de resurrectione securis.* tantùm Florens ibi, & in lib. de iudicio Domini,

Bertrandus Cornelius. Caietan.

Domorũ ex palmis ædificatio.

Tertullianus.

Florens.

Et renouata suo viuit fuligine Phœnix,
Et sua mox volucris mirùm post busta resurgit.

Sat de hoc loco Iobi, ex quo nego quenquam Patrum id collegisse, quod de Phœnice antiquior, quàm verior narratio continet. Nihil ad fidem attinet, credas, an neges. Vereor ne velut Cæcias nubes attraham, si negem placitus: sed cur non negem me credere, quod vt credam nihil persuadet? Tradiderunt Patres Orthodoxi, tradiderunt historici, tradiderunt philosophi, tradiderunt poetæ: scio, sed quam solidè, nescio; quàm dubiè & hæsitanter, non nescio. Remoueamus obstacula, & fucum detergamus. An sacris litteris id cogor credere? insinuat suprà citatis verbis Tertullianus: sed apertiùs (vt putant) D. Ambrosius lib. de fide resurrectionis paulo ante medium hisce verbis: *Auis in regione Arabia, cui nomen est Phœnix,*

XVI. Tertullianus. D. Ambrosius. Phœnix auis.

nix, rediuiuo suæ carnis humore reparabilis, cùm mortua fuerit, reuiuiscit. Solos non credimus homines resuscitari? Atque hoc relatione crebrâ, & scripturarum authoritate cognouimus, memoratam autem quingentorum annorũ spacia vitali vsui habere præscripta, eámque cùm sibi finem vitæ adesse præsagá quadam naturæ suæ æstimatione cognouerit, thecam sibi de thure, & myrrha, & cæteris odoribus adornare, completóque opere pariter ac tempore intrare illam atque emori; ex cuius humore oriri vermem, paulatimque eum in auis eiusdem figuram concrescere, visúmque formari, subnixam quoque remigio pennarum renouatæ vitæ officia munere pietatis ordiri. Nam thecam illam vel tumulum corporis, vel incunabulum resurgentis, in qua deficiens occidit, & occidens resurrexit, ex Æthiopiâ in Lycaoniam vehit, atque in resurrectione auis huius locorum incolæ completum quingentorum annorum tempus intelligunt. Subsistendum paulisper: patriam huic aui tribuit Arabiam, non quòd ibi nascatur. nã nasci docet in Æthiopiâ, vbi & moriatur: hoc alij de Ægypto disertè: funus suum pòst deferre in Lycaoniam, hoc vnde sumptum ignoro: & quid Lycaoniæ cum Æthiopiâ, Ægypto, vel Arabia? puto locum in vitio cubare. Sed Arabicã facit, quòd ibi solita degere. Annos tribuit quingentos, vt & lib. 5. Hexaëm. c. 23. vbi eadem habet, alij longè plures. Scripturarũ auctoritate sciri dicit: hic nodus est, sed cui bonus cuneus suffecerit. de prophanis enim loqui vel inde patet, quia quod subdit, scripturarum auctoritate se cognouisse, quingentis annis eam viuere; id nullo sacrarum scripturarum testimonio nititur: duo tantùm loca proferuntur, vnus ex quo viuacitatem auis colligunt Rabbini quidam, iste noster Iobi: sed malè illos colligere probatur, quia Lxx. interpretes Hebræorum doctissimi & noster vulgatus de palma arbore acceperunt: vulgatam verò versionem nos sequi hodie debere cõstat. si benè Rabbini, noster & Lxx. malè: sed quia noster & Lxx. bene, illi malè. Alter locus est psalm. 91. quo vsus Tertullianus; sed eo loco non agi de volucre, sed de arbore conuincitur, tum quia noster palmam reddidit, tum quia Hebraice est כתמר *Kathamar*, & constat תמר non significare volucrem vllam. Errauit itaque Tertullianus, nec putandum potiùs D. Ambrosium secutum eundem errorem, quàm illum ad locum illum non respexisse. De sacrâ igitur Scriptura secuti sumus. Tertullianus error.

Parrum primum reperio hoc tradidisse B. Clementem Romanum lib. 5. constitution. Apostolicar. cap. 6. à quo ceteri mutuati: sic ille ex versione nostri Turriani *Narrant enim* (Stoici) *auem quandam esse vnigenam, quæ resurrectionem affatim demõstret, hanc dicunt non mariuari, & vnicè ac soluariè gigni, Phœnicem vocant: qui etiã narrant quingẽtesimo quoque anno in Ægyptum ad aram Solis, quam vocant, cum multo cinnamomo, & casia, ac xylobalsamo volare, & stantem ad orientem Solem, vt aiunt, precari, & sponte incendi, atque in cinerem redigi: ex cinere autem vermem renasci, atque ex eo tepefacto formari nouã Phœnicem, & cùm facta est volucris, ferri in Arabiam, quæ est vltra tractum Ægypti.*] Nota quàm nihil affirmet: *narrant*, ait, &, *vt aiunt*, fidem rei non recipit in se. Si vis scire vbi hæc ara Solis, docebunt alij: Clemens, quod dicebam, in Ægypto mori & nasci, in Arabia vitam degere. Hunc Clementis locum sequitur, & laudat D. Cyrillus Hierosolymi. Cateches. 18. sequuntur idem B. Clemẽs Romanus. D. Cyrillus.

Gregorius Nazianz. Ruffinus. Achilles Statius. Nicephorus. Alchimus.

Gregorius Nazianzenus in carminibus, sed obiter, vt & in Symbolũ Ruffinus, & Achilles Statius in hist. Clitophontis & Leucippes, & Nicephorus lib. 9. Histor. Eccles. cap. 19. & D. Alchimus, & lib. 1.

Hic, quæ donari mentitur fama Sabæis
Cinnama nascuntur, viuax quæ colligit ales;
Natali quæ fine perit, nidóque perusto
Succedens sibimet, natali fine resurgit:
Nec contenta suo tantùm semel ordine nasci
Longa veternosi renouatur corporis ætas,
Incensámque leuant incendia crebra senectam.

Bene *viuax ales*: sed repugnat cetetis, qui eam aiunt nidum non exurere, sed conseruatum aliò deferre, vt D. Ambrosius. Dissentit ab his omnibus auctor epist. ad Præsidium, de cereo Paschali, qui pro Arabiâ Indiam nobis solus nominat, inter opera D. Hieronymi exstat, in hunc modum scribens; *Phœnix auis est in Indiâ, & per quingentos annos de Libano implet se aromatibus, & sic nidificat sacerdoti Heliopolitano, mense Famenoth aut Farmuth. Implet aram Sacerdos sarmentis, & ibi confert Phœnix aromata, & electrum ara imponit. Et primo solis ortu Phœnix quidem mouet pennas: solis verò calore accẽditur electrum, & sic exuruntur aromata, & ipsa Phœnix incenditur. Crastino die de cinere gignitur vermis, secundo pennas effert, tertio ad antiquam redit naturam, & sic ad sua loca reuertitur.*] Nunquam ista D. Hieronymus scriberet. electrum Phœnix? quod? an illud artificiale de quo ocreas Homerus & Virgilius fabricantur? ridiculum. Vnde id aui? an alterum ad Padi ripas, quod populi sudant? sed hoc fabulosum, nouit tota Hesperia. an verum, quod succinum dicimus? Sed id nusquam in Oriente, peculiare mari glaciali. deinde non inflammetur sole Ægytio, nec Zonâ quidem torridâ? Deinde si auis Indica, quomodo se saburrat aromatibus Libani? nugas ago. Illud auctori huic debemus, quòd etiam mensem prodit, quo incineratur, & iterum corporatur Phœnix. Videte potiùs quid B. Epiphanius *in Anchorato*, grauis auctor, & grauiter; primùm, ait, *de Phœnice Arabica auiculâ dicere superfluum est.* cur quæso? *Iam enim ad aures multorum peruenit, credentium, & non credentium.* Præmunit narrationi viam, quam multi tũc vt fabulosam reiiciebant, nec eos arguit; sed quid vulgo ferretur, proponit in medium. *Historia* (inquit) *de ipso talis apparet; Quingentesimum annum agens, & vbi cognouerit tempus mortis sua instare, rogum ex aromatibus sibi construit, eáque in vrbem, Heliopolim appellatam, defert, & propriis pedibus ac alis pectora sua valdè pulsans, ignémque à corpore suo proferens, subiectam materiam in loco incendit, vt sic seipsum exurat & omnes carnes suas vnà cum ossibus. Verùm ex Dei dispẽsatione nebula demittitur, quæ pluuiã effundit, & flammam corpus aliis consumentem exstinguit, cùm mortuus iam sit Phœnix, & extremè coctus. Exstincti autem flammâ reliquia carnis ipsius adhuc crudæ restant, quæ ad vnũ diem dissipatæ vermem gignunt. Vermis autem pennas producit pullus euadens. Tertiâ verò die crescit, & accepto incremento, his qui in eo loco versantur, seipsum ostendit, & rursus ad propriam patriam recurrit ac quiescit.* Sed Græcè non vocat Historiã, sed ὑπόθεσιν; dicit enim, ἡ ὑπ' αὐτὸν ὑπόθεσις τοιάδε φαίνεται. Et ne dubites de qua Heliopoli sermo, additur τῶν Αἰγυπτίων, & de significatione

B. Epiphanius.

XVI. ne nominis quædam impertinentia. Cæterùm si verum illud de pluuia, nouum semper miraculum fuit in morte vniuscuiusque Phœnicis. Denique si extremè tostum corpus Phœnicis, quæ superetunt carnis partes crudæ? Nihil imputo sanctis Patribus, sed certus sum illos narrata tradere: & sicut solent qui disputant, quæ aduersarij dixerunt, ea arripere & pro telo vti, ac hostem proprio gladio iugulare; ita cùm de resurrectione

D. Clemens. Cyrillus. Ambrosius. Ruffinus. Epiphanius. differerent DD. Clemens, Cyrillus, Ambrosius, Ruffinus, Epiphanius, & alij (excepto Tertulliano) quæ ab ipsis gentilibus prodita fuerunt, quasi ex eorum pharetrâ sagittas intorserunt, vt & me fecisse fateor in Speculo Mariano, Lectione 38. vbi de hac ipsa re non pauca proposui. Quàm multa ingerimus auribus, quando, vt scholæ dicunt, ad hominem argumentamur; & id sumimus quasi verum, quod si nobis obiiceretur, pernegaremus? Tale igitur hoc dictum Patrum Orthodoxorum.

Orus Aegyptius. Quod ad Gentiles attinet, scio quàm multi hoc asseruerint, Orus Ægyptius ex Hieroglyphicis suæ gentis: sed symbola etiam ex fabulis desumi semper moris fuit. Primus Græcorum Hesiodus de Phœnice fabulatus etiam Plinio fatente; & de ætate dissentiunt inter se.

Hesiodus. Ausonius. quis credat, quod ex Hesiodo Ausonius?)

Ter binos deciesque nouem super exit in annos
Iusta senescentum quos implet vita virorum,
Hos nouies superat viuendo garrula cornix.
Et quater egreditur cornicis secula cerus:
Alipedem cerum ter vincit coruus, at illum

Multiplicat nouies Phœnix reparabilis ales. XXIX.

Si hæc vera, ergo falsa quæ de Phœnicis combustione dicta, & qui primò natus, adhuc viuit, & multis annorum millibus superstes victurus. De Phœnicis combustione. Sed poëtis hæc licent, ideo nec Euripidi, nec Oppiano, nec Cheremoni, nec Pisidæ, nec Ouidio, nec Claudiano, nec Martiali crediderim, immò nec Venantio siue Lactantio, quia poëticè describunt. Herodotus, Philostratus, Artemidorus, Ælianus & Tzetzes poëtis sunt mendaciores: ideo illos reiicio ab hoc puteali. Pindari Scholiastes poëtis accedit, quos explicat. Aristides orator causæ seruit, & vt Sophista ornatè potiùs ad plausum quàm ad veri fidem loquitur. Solinus & cæteri non conueniunt de annorum numero: mille vult Martialis; mille quadringentos sexaginta Tacitus Annal. lib. 6. Manilius apud Plinium conuersione magni anni, quem nonnulli fere tredecim annorum millibus circumscribunt; ipse Plinius annis sexcentis sexaginta. Herodotus lib. 1. & mela lib. 3. vt Patres prædicti, annis quingentis. Solinus cap. 46. Polyhist. quadraginta & quingentis. Si Plinij verba lib. 16. cap. 2. & Taciti sup. perpendas, videbis pro fabulosis narrationibus ista habere: vt mirer Pamelium contendere id non fabulam, sed historiam esse. Dubitat etiam de narrationis veritate Pierius lib. 20. Hieroglyphicor. Dubitat & Iul. Scaliger exercitat. 223. vbi licèt de Semenda Indicâ aue quid simile prodat, mox tamè ipsemet eleuat rei fidem, propter additum (vt ait) mendacium. Dubitat Pererius noster in Genes. lib. 11. disp. 11. Apertè rem fabulæ quàm veritati propiorem cõtendunt Hieronym. Cardan. lib. 10. de subtilitate,

Tacitus. Manilius Plinius.

Herodot. Mela.

Solinus.

Pamelius.

Pierius.

I. Scaliger.

Pererius.

Hier. Cardanus.

tate,& Vlysses Aldrouandus,rerum rarissimarum diligentissimus in Ornithographiâ : quibus subscribo: ne tam multa contra Philosophorum axiomata admittam,vt (si nunc non supereſt) speciem integram interiisse:vnius speciei perfectę vnum tantum esse indiuiduum : idem naturaliter , cùm planè mortuum, resurgere, & sic à priuatione ad habitum dari regressum : & semper toties quoties nouo miraculo pluuiâ demissâ , à Deo rogum exstingui. Adagium tamen, (multiplicare annos)vel (renouari instar Phœnicis) probo & amplector; sicut Lucianus pro adagio vsus,apud Erasmum ad. *viuacior Phœnice.* Nam ad adagiorum vsum , sufficit vel apud poëtas aliquid reperiri , & inde vulgi loquela teri,vt constat de plurimis:& sic etiam sacra Scriptura, Cocyti, Titanum,Orionis mentionem vsurpauit.

Vlysses Aldrouandus.

Lucianus. Viuacior Phœnice.

EX EODEM V. XXIX.

§. 17. cap. 30. 17. In Canticum. Pone quæ habes suprà ad hoc. ADAG. XVIII. Frater fui draconũ, &c.

Frater fui draconum,& socius struthionum.

QVI multa doctè & curiosè congesta de hoc loco volet, legat Commentaria P. Pinedæ : dicam quid mihi videatur. In eam sententiam venio, vt non ambigam esse tritum prouerbium Sacris scriptoribus,sicut prophanis sunt , *mœstius lacrymis Simonideis* , ni fallor apud Catullum:& apud Aristophanem *Harmodij cantilena, & Admeti nania*,citatur ab Aristarcho;

ὁ μὲν ἦδεν Ἁρμόδιός λόγον πρὸς μυρίνην,

ὁ Δ' αὖτὸν ἠνάγκαζεν Ἀρμοδίῳ μέλος.

Hic verò canebat Admeti oratio-

Lacrymæ Simonideæ.

Harmodij cantilena Admeti nania.

Catullus. Aristophanes. Aristarchus.

nem ad myrtum:

Alter verò adegit ipsum ad Harmodij melos.

& quod in Iliad. refert Eustatius β', *canere canticulum Telamonis, τὸ ἄδειν Τελαμῶνος*. Et quæ ab animalibus ducta noster suppeditat in Octauiâ,

... *quæ lacrymis nostris quęstus*
Reddet ædon? ..

& in Octæo;

..... *qualis natum*
Daulias ales solet Ismariâ
Flere sub vmbra ....

Albinouanus,

Talis in vmbrosis mitis nunc denique syluis
Defiet Threicium Daulias ales Itym.

Eustatius. Canticulum Telamonis.

Sic Iobus , vt fletum & planctum maximum indicet,significat se adeò luctuosa & grauia perpeti , vt iam domo pulsus & quasi actus in exilium & solitudinem , meritò plangat mala sua, simili gemitu quo gemunt Sirenes ac Struthiones , quæ alternis quasi amœbæum luctum reddunt : vtens comparatione , vna desumptâ ex mari, altera , ex terrâ, vt indicet nihil vspiam luctuosius reperiri. q. d. quicquid in solo vel salo lugubre resonat,illi mea verba & gemitus æquandos asserо. Hebraicè est,*Frater fui* לחנים *Lethanim & socius* לבנות יענה *Libnoth iaghanah:* vtroque loco vertunt recentiores in singulari, *frater fui draconi, & socius filiabus vlulæ.* Sed parum refert. nam priore loco etiam Chaldæus plurale posuit, & secundo loco facilis est transitus ex ח in ה. illud etiam *filiabus* ex idiotismo abundat. Verùm constat etiam תנים *serpentem & draconem* significare, & יענה à radice *ghanah*, quæ significat *in magno luctu alternis vocem eleuare*, seu *alternare lessum*,deduci,quæ inter cetera significat *gemere* , aut *vlulare*, quod Struthiocamelo conuenit meliùs

Sirenũ & struthionum gemitus.

lius quàm vlulæ. Lxx. meo iudicio primum illud optimè explicant, ἀδελφὸς γέγονα Σειρήνων, ἑταῖρος δὲ στρουθῶν. *frater fui Sirenum, amicus autem Struthionum.* Nam ne diu hæreremus, de quo genere draconum hæc capienda, terrestrium an aquatilium, exponunt de marinis: quod placet: tum quia (vt dixi) terrâ marique comparationem deducit: tum quia re verâ Siren animal est gemebundum. ideo Seneca;

Seneca.

. . me vel Siculis
Addite saxis, vbi fata gemit
Thessala Siren . . .

Sirenes. Ne dubita, vir erudite, suauem illarum cantum agnosco, quando florebant, & nautis insidiabantur: sed hæc eorum cithara mutata in luctū, postquam victæ. docere te potuit Orpheus in Argonaut. & Ouidius in Metamorphos. bis victas, semel à Musis, & expennes factas: semel ab Orpheo, & præ doloris magnitudine se in mare præcipites dedisse, & in saxa mutatas. hûc Seneca allusit: hæc illis causa lugubris cantus. Fabulosa, inquies. an illa de læto concentu veriora? fabulas mitto.

Orpheus. Ouidius.

Gesnerus. docet Gesnerus de piscibus, & alij historici, in illo Neptuni regno Tritones & Sirenes reperiri, muliebri specie ad vmbilicum, inde desinere in atrum piscem. ideo *Dracones* synecdochicè vocantur. Vnum ex his monstris captum; non satis commemini, in Hollandia an in vicinia; pro sermone altum gemebat. Lege Gesnerum tomo de piscibus, Petrum de Boysteau in historiis prodigiosis, & Simonem Maiolum in opere dierum Canicularium. Cur potiùs ad physica hæc referā quàm mythologica, me mouet, quòd Iobi tempore nondum notæ fabulæ Sirenum.

Simo Maiolus.

Struthiocamelus. Quod ad passerem marinum, seu Struthiocamelum, de luctu eius alibi paræmia legitur, vt apud Ier. Thren. 4. 3. *crudelis quasi struthio in deserto.* Thargū: *lamentantur super eos matres eorum, sicut struthiones in deserto.* & Micheæ 1. & *faciam planctum velut draconum, & luctum quasi struthionum*: quod sumptum à Iobo eisdem Hebraicè verbis, & ibidem eadem quæ hic versionum diuersitas. Sed *struthiones* etiam vertit Symmachus apud Ieremiam & Iob στρουθοκάμηλον. nec locus vllus est vbi *Iaghanah* non possit vertit *Struthio*, vt valere iubendus sit Kimchi cum suis vlulis, quem vide in voce יען Catena Græca hoc Iobi loco, tribuit Olympiodoro inconditum & effrenem planctum, quem nec circunstantium pudor coërceat, sed coram multis erumpat: & postea. σειρῆνας λέγει ὠδικάς τινας ὄρνιθας. στρουθοὺς δὲ στρουθοκαμήλους, φιλέρημα τὰ ζῶα. φησὶν οὖν ταῦτα, ὡς ἔξω πόλεως καὶ αὐτοῦ θρηνοῦντος. *Sirenes aues quasdā canere solitas dicit. Struthiones verò Struthiocamelos, animalia solitudinis amica. Horum verò meminit, quoniam extra urbem sub dio iacebat.* Postea seorsim sequitur, Ἀλκυόνων καὶ γλαυκῶν, ἄμφω δὲ θρηνητικά. *Alcyonum & vlularum: ambo verò sunt lugubria.* patet alicuius alterius hanc versionem fuisse, cuius nomen non additur. de Vlulis notum cunctis quàm lugubris sit earum sonus, vnde & obscœnæ aues habētur. de Alcyonū plāctu, noster; nō suffecturas planctui dicit, etsi probas præficas;

Struthiocamelus. Symmachus. Kimchi. Olympiodorus. Vlulæ. Alcyonū planctus. Seneca.

. . . Nec enim quamuis
Dura virago, patiensque mali,
Poteris tantas flere ruinas.
Non quæ verno nobile carmen
Ramo cantat querula Edonis,
Ityn in varios modulata sonos:
Non quæ tectis Bistonis ales
Residens summis, impia diris
Furia mariti garrula deflet;
Lugere tuam poterit dignè

XXX. *Conqueſta domum: licèt ipſe velit*
Clarus niueos inter olores
Iſtrum cygnus Tanaimque colens
Extrema loqui: licèt Alcyones
Ceyca ſuum, fluctu leniter
Plangente ſonent ... & in Octauiâ,
... *repete aſſuetos*
Iam tibi queſtus, atque æquoreas
Vince Alcyonas. Moſchus;

Moſch. Ἀλκύονος δ' οὐ τόσσον ἐπ' ἄλγεσιν ἴσχετο κήυξ.
Neque Alcyon planxit tanto dolore
Ceycis interitum.

Pacuuius. Pacuuius in Teucro;
Alcyonis ritu littus peruolans
feror.

Apta ergo hæc quoque comparatio: ſed Alcyones & Alcidonia ſunt ſacræ Scripturæ ignota. Quomodocumque vertas, rectè hîc B. Chryſoſtomus, διὰ τὰ ὑπερβολὴν illa capiẽda dicit. Illud reſtat, an planctus iſte ſtruthionum, ad matrẽ an ad pullos pertineat? puto potiùs ad pullos, quos mater deſerit, & ideo adhuc implumes eſcam à Deo expoſcunt derelicti, ſicut pulli coruorum: vt noſter teſtatur inf. c. 38. v. vlt. *Quis præparat coruo eſcam ſuam, quãdo pulli eius clamant ad Deum, vagantes, eo quòd non habeant cibum?* qua de re optimè Fran. Valeſius *de ſacra Philoſ. cap. 55.* Meo iudicio id optimè explicat Gaſpar Graiarius comment. in d. Micheæ locum, vbi inter cætera: *Struthiones nequaquam ſua oua incubare ſolere, ſed in arenâ relinquere, vt arena calore fota maturẽſcant; non viſu illa fouere, ſicut quidam affirmarunt. Id autem facit, nam ferè implumis cùm ſit* (circa pectus & crura) *calorem ouis cõcedere nequit. Præterea adeò magna & grauis, quòd ferè pullis impedimento atque detrimento eſſet: & ſic oua potiùs relinquit ſua, nec illorũ cura aliqua tãgitur. Quod de ſtruthione Iob. 39. reperimus: de illâ enim loquens, inquit.* Derelinquit oua ſua in terra: tu forſitan in puluere calefacies ea? obliuiſcitur quòd pes conculcet ea, aut beſtia agri cõterat. Duratur ad filios ſuos, quaſi non ſint ſui.] *Nã cùm pulli exierint, nequaquam ſicut cetera aues, eos fouet, aut alimenta ſubminiſtrat, ſed ſtatim ſibi cibũ quærere cogũtur; qui cùm fame premantur, grauiſſimos edũt vlulatus, quorũ neque parentes miſerentur.*

Gaſpar Graiarius. Struthionum oua.

Vnde infertur tũc optimè adagiũ vſurpari, quãdo quis affligitur, & nemo quiritãtis miſeretur, ſicut Chriſto accidit: *Quæſiui qui me conſolaretur, & nõ inueni.* Philippus & Beda ad matres referunt: neque id repudio, ſi vera Gillij narratio, matres ſe pro pullis mortis diſcrimini obiicere, & in nidum iacta tela in pectus recipere; ſic vndique cõfixas, validè vocẽ flebilẽ attollere: quod Riberæ in Micheã valde placuit. Sed viderint alij an hæc in prolẽ pietas, Ieremiæ quẽ attuli, & Iobi loco quoque quẽ Graiarius citauit, ſatis congruat: patres quoq; (vt alibi docebo) μισοσοφίαν huius auis deteſtantur. Iob. 39. 16. *Penna Struthionis ſimilis eſt penna Herodij & accipitris. Quando derelinquit oua ſua in terra, tu forſitã in puluere calefacies ea? Obliniſcitur quòd pes cõculcet ea, aut beſtia agri cõterat. Duratur ad filios ſuos quaſi non ſint ſui.* Quod verò Dauidi obiicit *Beth Iahanah* de matribus quoque dici; fateor; ſed ego de pullis capio, non quia *Beth* additũ, ſed quia planctus iſte in pullos quadret, & quia fœmininum nomen Hebræum, non matribus magis quàm patribus in hac ſpecie tribuitur, nec matri magis quàm pullis. Eſt enim ex illis nominibus, quæ ſexum vtrumque ſignificant. D. Gregorius longè aliter accipit; quaſi dicat ſe bonum inter malos fuiſſe, vt dici ſolet, *lilium inter ſpinas*, *Loth in Sodoma*; quod etiam ſaperet adagium, ſi cohæreret aptius cum dictis & dicendis.

Adagij vſus.

Philipp. Beda. Gillius.

Ribera.

Matrum amor in pullos.

EX

XIX. ADAG. XIX Vnus serit. Adagij scitus.

EX C. XXXI. V. VIII.

Vnus serit, alius comedit.

SIbi ipsi hoc imprecatur, si conscius criminis Iobus, d.v.8. *Serã & alius comedat.* Adagiũ luculentum est quando laborat quis alteri: quod comparationibus acutè illustrauit Maro. Virgilius.

Hos ego versiculos feci, tulit, alter honores:
Sic vos non vobis mellificatis apes:
Sic vos nõ vobis fertis aratra boues.
Sic vos non vobis vellera fertis oues.
Sic vos non vobis nidificatis anes.

Hispani dicerent, *comer trabaios agenos.* Græcorum vetus est; ἄλλοι μὲν σπείρουσ', ἄλλοι δ' αὖ ἀμήσονται: *alij quidem seminant, alij verò demetunt.* & clariùs sine tropo; ἄλλοι πάμον, ἄλλοι ὤναντο: *alij laborant, alij fructum percipiunt.* Huc referendum illud Christi Ioann. 4. 37. *In hoc verum est illud verbum, quia alius est qui seminat, & alius est qui metit.*]Vbi *verbum* est dictum, vt loquitur Cicero, hoc est, paræmia, vt explicant Chrysost. & Theophylactus. Multa similia congerit auctor Adagiorum Chiliad. 1. cent. 5. adag. 32. ex Liuio, Hesiodo, Theognide, & aliis, inter quæ illud Diocletiani dignum memoriâ, *Ego apros occido, sed alter fruitur palpamento.* Hispanice, *yo lenanto la caça, y otro la toma.* Amos 5. 11. Deus tyrannis & iniustè aliena occupantibus idem minatur: *domos quadro lapide ædificabitis, & non habitabitis in eis: vineas plãtabitis amantissimas, & non bibetis vinum earum.*

Cicero. Chrysost. Theophyl. Iactus. Erasmus. Diocletiani dictum.

ADAG. XX. Senes, &c.

EX CAP. XXXII. V. IX.

Senes non semper sapiunt.

COlligitur ex verbis Eliu d. v. 9. in quibus necessariò subaudiendum *semper*: nec enim vult asserere nullos senes sapere, sed illos qui contra Iobum dixerant, nõ sapere, dicit; *Non sunt longani sapientes, nec senes intelligunt iudicium.* q.d. non sequitur, iuuenis est, ergo insipiens; neque, senex est, ergo sapit. puto adagium fuisse, quia passim reperio. Menander; Iob. XXXII. Menãder

πολιὰ χρόνου μάνυσις, ἄφρονήστως. *Canicies temporis indicium, non sapientiæ.* Philemon, χρόνος οὐ διδάσκει φρονεῖν: *tempus non docet sapientiam.* S. Nazianzenus, οὐ παντὶ τὸ γῆρας ἐς σύνεσιν ἀξιόπιστον, *non omnis senectus est fide dignũ sapiẽtiæ testimonium.* Ezech. 7. *consilium peribit à senioribus.* Vnde & illud, βιωτοσίληνος, *Puer centum annorum: Bis pueri senes*; de quibus erit dicendum. Alioqui tritius est, *senum prudentiam & consilium, iuuenum robur & manum spectandam.* Philemõ. Nazianzenus.

ADAG. XXI. Venter quasi, &c.

EX EODEM. V. XIX.

Venter quasi mustum absque spiraculo.

SI visum adagium Erasmo, quod nudè dictum, *Os infrene*, de homine, qui conceptum animo sermonem, vel propter iram, vel propter arrogantiam, vel aliam improbam causam nequit continere: meliore iure iis annumerauerim elegantissimum & ornatissimum Eliu dictum metaphoricũ: quo turgentis & quasi turbicinati pectoris sui distentionem indicans, pulchrâ cõparatione indicat se diutiùs tacere non posse, crepandúmque sibi nisi maturum pondus verborum profundat: Hebraicè הנה בטני כיין לו יפתח כאובות חדשים יבקע *Himneh vitni keiain lo ipathecha Keaouoth chadasim ibbaqeah.* quod Arias ad verbum, *Ecce venter meus tanquam vinum non aperietur, sicut vtres noui disrumpetur.* Vides, hãc versionem vnicam indi- Erasmus.

care comparationē: ſicut & noſter, *Eu venter meus quaſi muſtum abſque ſpiraculo, quod lagunculas nouas diſrumpit.* q. d. ſi ventri meo non laxem repagula oris, ſicut vinum in vtribus nouis repoſitum, cui non eſt operculū ablatum, diſrumpet æſtu ſuo vtres. Vt duas comparationes, clarè Chaldæus proponit; *Ecce venter meus ſicut vinum nouum, quod non habet ſpiraculum, & ſicut lagenæ nouæ ſcinditur.* Vbi etiam ipſe de *muſto* cepit. Lxx. quoque duas ſimilitudines exprimunt, ſed poſteriorem longè aliam; ἡ γὰρ μου ὥσπερ ἀσκὸς γλεύκους ζέων δεδεμένος, καὶ ὥσπερ φυσητὴρ χαλκέως ἐρρηγώς: *at venter meus ſicut vter muſti feruens ligatus, & ſicut follis ferrarij ruptus.* Prima comparatio eſt à muſti vaſe intempeſtiuè & nimis citò, antequam bene frigidum, & probè ventilatum, operculato, contra præceptum Columellæ lib. 12. cap. 30. Illud ergo operculum, ſi remoueatur, ſpiraculū eſt muſti; ſicut os apertum *prægnati* verborū: contrà, ſi operculum impoſitum, nulla datur æſtuanti facultas reſpirandi, ideo vi ſibi parat exitum vtre diſrupto: & quia vtres non aliud habēt operculū, quàm vinculum, quo in ſummo ſiue ad collū vel pedem in imo colligantur, ideo valdè perſpicuè Lxx. δεδεμένος dixerūt, pro non aperto, & ſpiraculo carēte. *Lagunculas* noſter pro lagenulis ſeu vtribus paruis: nec enim neceſſe ad teſtaceas reſtringere cū Calepino, cùm ſit commune, & deductū vel è Græco λάγυνον, quod liquidorum mēſuræ genus, vel à λαγὼς, vnde & leporaria vua dicta *Lagois* Virgilio. ſanè hìc reſtringi non patitur Hebræum אוב, quod ad teſtacea nunquam relatum inuenias, & magis repugnat Græcum ἀσκὸς & φυσητήρ. Sed vtres inepti coquendo & condendo vino? condendo non ſunt inepti, vt quotidie experimur, niſi non conditur, quod non in aliquot luſtra conditur: cur nō poſſit etiam in vtre ad tam pauculos dies, quot opus, quoquiſ ſanè Chaldęus & Lxx. ad coquendum vſurpant. Deinde Chriſtus ipſe litem diremit, docēs, muſtum etiam æſtuās in vtres nouos mitti; nam quod hic *lagunculas*, illic noſter vertit *vtres*. Matt. 9. 17. *Neque mittūt virū nouū in vtres veteres, alioquin rumpuntur vtres, & vinum effunditur, & vtres pereunt: ſed virū nouum in vtres nouos mittunt, & ambo conſeruātur.* vbi Græcè εἰς ἀσκοὺς καινούς. an aliud nouū vinum *vinum* illic, aliud *muſtū* hic? ſcio dici poſſe nouū, quod deferbuit: ſed malo nō dicere, ne dicam, noſtrū interpretē ab Hebræo, Græco, Chaldæo diſſentire. Altera illa follis ferrarij cōparatio & ipſa præclara eſt; ſed quædam ex Græcâ catenâ adnotemus. Symm. vertit; ὥστε εἶνος νέος ἀδιάπνευστος: *Sicut vinū nouū quod reſpirare nequit.* ecce vinum nouū pro muſto. Et Origenęs quoque hic docet eodē ſenſu hìc à Iobo & à Chriſto ſumi, verba ſunt; δεκτὸν μοι ἀντιῦθεν ἀρῆσθαι τὸ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, οὐδεὶς οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς παλαιοὺς βάλλει. Sed & Olympiodorus; *Penè* (inquit) *diſrumpor, multitudine cogitationum quæ me ad contradicendum vrgēt, oppreſſus, nō ſecus ac vter aliquis* (ὥσπερ τὶς ἀσκὸς οἴνου νέου καὶ διεμὸς πεσλησμένος, ὑπὸ τῦ ἀναβρασμῦ καὶ τῆς ζέσεως ἐκραγῆναι μέλλων.) quid apertiùs de muſto æſtuante? *recenti feruidóque vino repletus, à feruore atque æſtu diſrumpēdus.* Et in catenę verſione ſubditur. *Huc illud Euāgelij pertinet: Nemo mittit vinū nouum in vtres veteres:* quod in Græcâ mox ſubditur Origeni adſcriptum. De comparatione quoque follis dicit addi ἐρρηγώς, quia loqui prohibebatur, nec concepti ſpiritus effundendi dabatur

po

1. Compa. ratio. — Columel. la. — Laguncu. la. — Lagois. — 2. Compa. ratio. — Symmachus. — Olympiodorus.

XXII. poteſtas. follis enim fabri ærarij diſruptus ſpiritum efflat.

Vſus adagij. Poterit vſurpari adagiũ de illis, qui quicquid didicerunt, vaniſſimè ſtatim apud alios iactitant: de quibus egregiè in eadem catenâ Origenes accepit his verbis ex verſione Comitoli: *Sicut mulier pregnans formato puero, qui in ea natus eſt, cruciatibus tamdiu tentatur, dum conceptum partúmque ediderit: ſic animo diſcendi cupido euenire ſolet. Concipit enim comprehenditque ſermonem, quem dum diſſimulat, format, atque ordine fingit; vbi verò illum formarit ac finxerit, & perfectum exprompſerit, tum demum parit, atque in labore ac cruciatu hactenus eſt, quoad pepererit.* Eadem ſunt in Græco noſtro. Tropologiam de concionatoribus zeloſis vide apud D. Gregorium lib. 23. cap. 11. addo & de iis dici poſſe, qui nequeunt memoria concionem vllo pacto continere, atque ita gemunt donec effundant, quaſi Elephantum vtero gererent, vel venter vermibus ſcateret.

Tropologia. Vſus adagij.

ADAG. XXII. Sicut lapis, &c.

EX CAP. XLI. V. XV.

Sicut lapis & incus.

DE re vehementer dura & inſuperabili vſurpatur *lapis, & incus.* vt d. v. xv. *Cor eius indurabitur tanquam lapis, & ſtringetur quaſi malleatoris incus.* Tale illud Senecæ;

Seneca.

——durior ſaxo horrido
Et chalybe vultus, & vagâ Symplegade.

Herc. Oetæo verſ. 1270. vbi ſimilia ex Moſcho, Ennio, & Ouidio, addidi. de incude vulgò dicimꝰ, *Mas duro que vna yunque.* & Trimetri Græci.

ἄκμων μέγιστος δ' ἐμβαθὴς τύπος ξίφους:
καὶ νῦν ἐχέφρων πᾶσαν ἐλλυσαι βίαν.

Eraſmus. vertit Eraſmus: *Strepitum ac tumultũ maxima incus haud timet:*

Conſtãs nec animus quamlibet violẽtiã. huius enim conſtantiæ & patientiæ ſymbolum incudem eſſe D. Thomas hîc cenſuit. Sed Iobum de pertinaci nequitiâ & in malum obſtinatione dæmonis loqui volũt Cyrillus, Seuerus, & Olympiodorus. Noſter ſecutus eſt Lxx. qui, *ἄκμων ἀνήλατος, incus pulſata*, ſcilicet malleis fabrorũ. Rabbini cũ Chaldæo, *ſicut mola inferior:* quod adeò placet Eugubino, vt noſtrũ etiã interpretem erroris damnet. cur? quia Hebraicè ſit פלה תחתית *Pheleh tachtit.* & prior vox ſignificet *fragmen*, ſequens, *inferius.* ſit ergo, *fragmen inferius.* cur hoc ad molæ lapidem potiùs, quàm ad aliud reſtringũt? quia meta à catillo, hoc eſt, inferior mola à ſuperiore diuiſa, & ei ſubiacet. nónne etiam incus malleis inferior eſt dum tunditur, & à ferro quod ei impoſitũ diuiſa? ſanè catillus rotam atterit, & ideo ſic Plautus piſtrinum deſcripſit, *vbi lapis lapidẽ terit.* Incus autem non atteritur, ſed ictus ſpernit. ideo noſter & Lxx. longè peritiùs ad ſenſum: & *fragmen* accepit non pro fruſto confracto, ſed pro molæ elaboratâ & artificioſâ parte, *por vn pedaco de hierro bien labrado y açerado*; vt eſt incus.

Iob. XLII. Incus patientiæ ſymbolũ. D. Thom. Cyrillus. Seuerus. Olympiodorus.

EX CAP. XLII. V. XIV.

ADAG. XXIII. Amalthea cornu. Filiarum Iobi nomina. Olympiodorus.

Almathea cornu.

DE filiarum Iobi nominibus multi multa: puto cũ Olympiodoro tria illũ his nominibus indicare voluiſſe: primo *Lemimach*, lucem pulchritudinis ſimilẽ exoriẽti diei. Aquila vocem retinuit *ἰέμημα* Symm. *ὕμνια.* ſecundo, *Chezinah*, morum ſuauitatem; tertio, *Cheren haphuch*, bonorum omnium, animi, corporis, & rerũ abundantiã. Aquila *καινοτομούσθ.* Sic enim gradatim aſcendit: vt ipſa nominũ impoſitione

Aquila. Symmachus.

perpetuum gratitudinis & acceptorum beneficiorum Deo monumentum dedicaret; conteſtãs in filiabus ſe ex calamitatũ tenebris ad lætitiæ lucẽ (iuxta illud, *poſt tenebras ſpero lucẽ*) & ex fœtore ſterquilinij ac putredinis ad ſuaue fragrantiam, (contrà quàm filiæ Sion, quibus Eſaias vaticinatur, *& erit pro ſuaui odore fœtor*, cap. 3. 24.) & ex infirmitate ad robur (hoc indicat verſio Latina *Cornustiby*, quod ex Hebræo ad verbum redditum: & ſtibium ſeu antimonium, *alcohol*, prius inter medicamenta fuit, quàm ad καλλιβλέφαρα trãsferretur, vt patet ex Plinio, Dioſcoride & Galeno, quos Pineda citat) denique ex rerum omnium penuriâ & egeſtate ad ſummam opulentiam venturũ, quã ſuâ verſione Lxx. nobis ſignificarũt, metaphraſticè interpretãtes Αμαλθαίας κέρας, *Amalthea cornu*. De quo ſic Olympiodorus; *Nam veteres illi Amalthea cornu ad bonorum copiam ſignificandam tranſtulerunt.* Deinde in Latino codice ſequitur nota illa fabula de capellâ Iouis nutriculâ, & detracto illi cornu; quam Ouidius in faſtis proſecutus: & tota illa noſtro exemplari Græco deeſt, omiſſa puto à tranſcriptore, quia illam repudians Olympiodorus, ſubdidit: Alij verò ad perſuadendum magis idoneè dicunt: Amaltheam caprã fuiſſe hoc vocatam nomine: quæ cornu terram effodiens theſaurum retexerit, & antiquitus depoſitum: caprarium eo potitum ex inope repente diuitem exſtitiſſe, atque ita Amaltheæ cornu ad opimum & beatum ſtatum ſignificandum vſurpari cœpiſſe. Sic ille, etiam in noſtro exemplari Græco, in quo poſtea Tropologia de Iobi virtutibus, & allegoria de CHRISTO Domino ſubditur, quæ etiam in Latina verſione continentur. Equidem arbitror, propter hanc pecuniæ inuentionem a Philemone Comico pecuniam ipſam vocari acutè cornu Amaltheæ;

Pineda.

Amalthea capra.

Philemon Comicus.

τὸ τῆς λ' Αμαλθάας δοκῆς ἄτε κέρας,
οἷον γράφουσιν οἱ γραφῆς κέρας βοός;
ἀργύριόν ἐστι τοῦτ', ἐὰν ἔχῃς, λέγε
πρὸς τοῦθ' ὁ βάλλῃ πάντα σοι γενήσεται,
φίλοι, βοηθοί, μάρτυρες, ζωοκτίαι.

Putáſne Amaltheæ cornu eſſe huiuſmodi
Quale depingunt pictores cornu bouis?
Argentum eſt, quod ſi habueris, pete
Ab ipſo quicquid voles, omnia tibi obtingent
Amici, auxiliares, teſtes, domuum multitudo.

Apud Stobæum Socrates interpretatur eum habere Amaltheę cornu, qui non ſegnis nec diſſolutus ſtrenuè vacat agriculturæ. Thurius autem Hippodamus rempublicã bonis legibus conſtitutam vocat *Amaltheæ cornu*. Latini Scriptores videntur frequentiùs vſurpare *Copiæ cornu*, vt licet cernere apud Eraſmũ Chiliad. 1. Centur. 5. in Adag. Αμαλθάας κέρας, ſeu *cornu copiæ*. Seneca, *cornu diues*, in illis; *Medeæ*,

Stobæus. Amaltheę cornu quã habere dicantur. Thurius Hippodamus.

Quæ dat belligeris fœdera gemibus,
Et cornu retinet diuite copiam:

quo loco in Commentariis docui Pacem cornu iſtud ſecum adferre. Sanè bello cum Satanâ fœliciter compoſito victor Iobus, hoc cornu pro adoreâ nactus: vtinam & nos victis hoſtibus humani generis teterrimis, illud in cœlis mereamur potiri.

XXII.

ADAGIA

ADAGIALIA EX LIBRO PSALMORVM.

ADAG. XIV. Tanquam puluis, &c.

EX PSALMO I. V. IV.

Tanquam puluis quem proiicit ventus à facie terræ.

Vsus adagij.

VSVRPATVR de iis quæ vi maiore facilè huc & illuc impelluntur aut disperguntur. Sicut illud Iobi, ni fallor, *Foliũ quod à vento rapitur*: & in Comœdiâ, *Cuius tu legiones difflauisti spiritu. Quasi ventus folia aut peniculũ tectoriũ.* & alibi, *sicut folia farfari.* hoc Dauidis loco Hebraicè est *moz*, de cui° Moz. significatione controuertitur à recentioribus. Flaminius, vt noster, *glumam.* Sic Caietani Iudæus, *festucam*: & Campensis Nebiensis, *paleam minutissimam.* Fœlix *quisquillias*, Chaldæus: omnes idem intendentes, vt arbitror, *moz* significat pulueren minutissimum, qualis est, qui in areis triturariis ex comminutione palearum eleuatur. docent loca similia, in quibus Sacræ litteræ hac similitudine vtuntur, vbi etiam indicant fuisse verbũ loquelare, *sicut puluis à vẽto proiicitur.* vel, vt psal. 34. 5. *fiant tanquam puluis ante faciem vẽti.* Lxx. & D. Hieronymus soliti sunt diuersimodè reddere. Interdum χνῦς vt hîc & Psal. 34 v. 5. Isai. 17. 13. & 41. 15. Osee 13. v. 3. Sic enim iuxta Romanum exemplar legendum locis Osee & Isaiæ. Nam Regius codex mendosè apud Osee ἄχνη, & apud Isaiam χῦς, *humus egesta.* Interdum transferunt, ἀνθρακίδιον, vt Sophon. 2. 2. de pappis seu lanugine florum, vbi noster, *quasi pulueren.* Matthias Bredẽbachius, מוץ *significat illum tenuissimum puluiſculum siue lanuginem, quæ vnà cum paleis è frumentis ventilatur.* Interdum reddunt κονιορτὸς, vt Iob. 21. 18. vbi noster *fauillam*, sicut & hîc D. Paulinus, *fauillam pulueris*, scilicet glumarum comminutarum, cùm præcesserit, *sicut palea ante faciem venti*, & sequatur, *& sicut fauilla* (nempe palearum) *quam turbo dispergit.* κονιορτὸς etiam vertunt Isai. 29. 5. Igitur nostro interpreti *moz*, *puluis*, aut *fauilla*, Lxx. verò interpretibus, ἄνθραξ, κονιορτὸς, χνῦς, sed triturarum & palearum, quod patet ex adiunctis Isaiæ 17. v. 13. *Rapietur sicut puluis mõtium à facie venti, & sicut turbo coram tempestate.* Qui triturarum dabant operam, ij areas sibi in locis editis constituebant, vt citiùs quisquiliæ & glumæ à granis separarentur. id ibi luculenter Lxx. *longè eum persequetur tanquam pulueren palea ventilantium coram vento, & quasi pulueren rota tempestas impellens.* capio *rotam triturantium* de rota plaustrorum. Sic enim quod noster d. cap. 29. v. 5. tantùm dixit, *erit sicut puluis tenuis multitudo ventilantium te: & sicut fauilla pertransierit*: id Lxx. explicarunt, ὡς κονιορτὸς ἀπὸ πρόχυ, *erunt sicut puluis de rotâ diuitia impiorum*, καὶ ὡς χνῦς σπέρμων, *& sicut lanugo quæ rapitur.* Sed planissimè & splẽdidissimè noster d. cap. 41. v. 15. *Ego posui te quasi plaustrum triturans nouum, habens rotas serratas. Triturabis mon-*

tes,

tes,& comminues,& colles quasi pulue-rem pones. Ventilabis eos, & ventus tollet,& turbo dispergit eos. vbi Lxx. *rotas plaustri triturantes nouas*, videlicet in areis. Oseæ d. v. 3. *Sicut pulvis turbine raptus ex area*: nempe glumarum puluis. Ideo alibi *stipulam* vocauit. Psal. 82. 14. *Pones eos sicut stipulam ante faciem venti.* In hac ventilatione mali paleis, boni triticeis granis assimilantur. Matth. 3. 12. *Ventilabrum in manu suâ, & permundabit aream, & congregabit triticum suum in horreum: paleas autem comburet igne inextinguibili.* Verumtamen de puluere seu sicciore terræ parte plerique patres acceperũt, ad rẽ magis quàm Hebræam vocẽ nõ attendentes, vt Ambrosius l. 1. de Abrahã, c. 34. & Prosper p. 1. de promissione. c. 3. Hieron. & alij hìc: quod si cui placebit, poterit cõfirmare quibusdam locis sacræ Scripturæ à Prospero citatis: & sanè cùm areæ soleant æstu sicciores esse, ventus cum glumis illis multùm terreni puluerìs auertit, & vehit, dispergítque. Nec ratione mystica caret quòd hic *puluerem* vertere maluit, quia de peccatoribus agit, qui terrenis opibus confidentes, se firmos putãt, & subuerti non posse; cùm tamẽ à Deo leui momento auellantur & dispergantur. *pienſan auer echado rayzes hondas, y*, &c. Lucretius Tyroboscus cõciliare nititur, quasi aliud voluerit indicare noster interpres, & respexerit ad hæc tempora, & aliud voluerit Psalmista respiciens ad tempora Moysis: sed ex hac conciliatione sequitur, nostrum interpretem noluisse reddere sensum à Dauide intentum, sed conceptum mentis propriæ: quod quale sit quia quiuis facilè intelligit, non opus addere. vix puto fore cui ratio illa conciliandæ versionis nostræ cum fonte non improbetur.

Sicut stipula.

Lucretius Tyrobo gus.

EX PSALMO II.

VER. IX.

Pascere in virga ferrea. Pone quæ habes in Comm. adag. *Pastores:* & Adag. *Tanquam vas figuli.*

ADAG. XXV. Pascere, in, &c.

IBIDEM.

Tanquam vas figuli confringes eos.

ADAG. XXVI. Tanquam vas, &c.

NImis coactè accipiunt, qui contendunt hæc intelligi de vase figuli: quod nondum camino impositum, argillæ retinet mollitiem, & in bonam partem accipientes, explicant, vincet, flectet, emolliet: quod tamen non prompserunt ex arcâ suâ, sed ex fauissis veterum, Origenis, Eusebij, & aliorum: &, si cum præcedentibus & sequentibus amicè cohæreret, reciperem, dicerémque adagium vsurpandum de iis quibus iuuenilis gregis moderandi cura commissa est; quorum animi cerei, facilè, vt vult, qui regit, in hanc vel illam faciem effigiantur; & sicut virgula tenella inflectuntur. Sed istud *confringendi* vocabulum repugnat, quod docendum illi fuit alicubi pro emollire aut inflecti vsurpatum. de voce *frangendi* probauit, sed vim addit præpositio. Verùm nec ista inflexio satis congrua est ei quæ præcedit virgæ ferreæ comparationi: cuius proprium est vasa figuli non aliter frangere, quàm comminuendo & conterendo. Denique B. Ioannis expositio rapit in cõtrarium, Apoc. 2. 27. *Qui vicerit, & custodierit vsque in finem opera mea, dabo illi potestatem super*

XXVI. super gentes, & reges eas in virgâ ferreâ, & tanquam vas figuli confringentur. vbi manifestè ad hũc locũ adspicit. Si quis tamen contenderet hîc etiam de leui imperio, sed iusto agi, fruatur opinione suâ, & legat quæ in hanc sententiã Martin. Roa lib. 2. Singular. cap. 5. & 6. & explicet iuxta figlinam illam Ierem. cap. 18. v. 4.

Martinus hoa.

Explicatio II.

Secunda explicatio, quam ego germanam puto, & communior est, docet agi de confractione fictilium iam excoctorum in testam, quando figulus testaceum vas abiicit & comminuit; itaque locus erit adagioni, quando significamus aliquid facilè, sed irreparabili confractione contritum: quod ad extremum iudicium, & damnatorum præcipitationem in infernum; item quorumdam peccatorum, quos iustus vindex Deus in peccato suo de hac vitâ tollit, quos sacra Scriptura solet dicere viuos ad inferos descendisse. declarat optimè Isaias; *Comminuetur, sicut conteritur lagena figuli, contritione perualidâ, & nõ inuenietur de fragmẽtis eius testa, in qua portetur igniculus de incendio, aut hauriatur parum aquæ de foueâ.* cap. 30. 14. & Ieremias, *dicit Dominus: sic conteram populum istum, & ciuitatem istam, sicut conteritur vas, quod non potest vltra instaurari.*] c. 19. 11. Vnde patet inane esse argumentum Guill. Varlenij Siluij, qui alteri illi expositioni adhæret: quia non dicitur lagena, aut testa, sed *vas* tantum, quod adhuc molle, & ideo potest restaurari. Meliùs Euthymius: *hoc loquendi modo expressit propheta quàm facilè & quàm funditus a Deo perdendi essent.*] Arnobius; *fictilibus vasculis comminatur interitum.*

Vsus adagij.

Guil. Varlenius Siluius.

Euthymius.

Arnobius.

Theodoretus.

Vtranque interpretationem amplectuntur Patres nonnulli: Theodoretus & Euthymius monent, si de Iudæis accipias, tenendam hanc posteriorem; si de Gentibus, priorem. Non repudio; sed quia non refero ad excidium per Romanos vt illi; sed ad tempus vltimi iudicij, quando reliquiæ Iudæorum conuertendæ, malo simul de Iudæis & gentibus exponere, & intelligere CHRISTVM tunc eo cõparari figulo, diuersimodè operanti: quoad saluandos, confringere vasa adhuc mollia, & nondum indurata, & eos reformare in corpus glorioſum: quoad reprobos, confringere vasa iam testacea, & vitiorum igne excocta, & confringere nunquam restauranda. Cassiodorus: *Potestatem Domini* dixit *virgam ferream; superbos populos vas figuli; quod mox vt percussum fuerit, in partes minutissimas dissipatur. Benè ergo peccator vasi luteo comparatur, vt & confractio eius facilis, & vita lutea monstraretur.*] Talia, κεράμιον πλαστὸν, *fictiles diuitiæ*; & κεράμιος ἄνθρωπος, *fictilis homo.*

Auctoris sententia.

Cassiodorus.

Fictiles diuitiæ. Fictilis homo.

EX PSAL. III. V. VI.

ADAG. XXVII. Cubaui, &c.

Cubaui, dormiui, & exsurrexi.

VIdi, qui putarent esse prouerbium de vitâ securâ, sollicitudinis & curarum experte; & id colligerent ex eo quod Dauid inquit d. v. 6. *Ego dormiui, & soporatus sum, & exsurrexi, quia Dominus suscepit me.*] posse vt Adagium vsurpari facile patior, sicut Psal. 4. 9. *In pace in idipsum dormiam & requiescam.* & Marci 4. 26. *Quemadmodum si homo iaciat sementem in terrâ, & dormiat, & exsurgat nocte & die, & semen germinet.*] quemadmodum dicimus. *Dormire in vtramque aurem.* & Hispanicè, *echate a dormir, dexame el cuydado; ociosus esto alia cura.* Terentius, *Ademptum tibi iam faxo omnem metum, in aurem vtramuis ociosè vt*

Vsus adagij.

Prouerbiales locutiones. Terentius.

III. *dormias.* Tale Aristophanicum in Aristophanes. Pluto, *ἀναβάδην ἀνατανυσαι, Sublatis pedib. supinus dormio.* Plinius Iunior: *Nihil quod in dexteram aurem fiduciâ mei dormias.* Plautus. Plautus.

De istac re in oculum vtrumuis conquiescito.

Oculum vtrùm, anne in aurem? At hoc peruulgatum est nimis.

Auctoris sententia. Non tamen assentior Nouatoribus, loca illa Dauidis sensu litterali de Dauide, & non Christo Domino accipientibus: quam sententiam in Commentariis confutaui.

ADAG. XXVIII. Percutere &c.

EX EODEM. V. VIII.

Percutere in maxillam.

EX hoc adagio natum Hispanicum, *dar vna bofetada* de summâ & atroci contumeliâ. colligitur integrum adagium, si subaudias *maxillam*, ex nostrâ versione, *quoniam tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa: dentes peccatorum contriuisti.* summâ illos ignominiâ afficisti, iunctâ cum ingenti dolore. apud LXX. etiam subaudiendum idem vocabulum, tum ex Hebræo, tum ex locis similibus. Hebraicè, *percussisti omnes inimicos meos*, לחי *Lechi*; quod *maxillam* vertere non est commentum recentiorum, vt Genebrardus & alij. incautè Genebrardus asseruit. Sic quidem vertunt Caietan. Eugubin. Pagninus, Nebiensis, Fœlix, Campensis, Vatablus, Flaminius & Arias, sed etiam veteres, vt D. Hieronymus, *percussisti omnium inimicorum meorum maxillam*: Chaldæus, *super genam*: Symmachus, *μετὰ σιαγόνος*: Aquila & Origenes, *σιαγόνα*. similia loca sunt Thren. 3. 30. *Dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobriis.* Iob. 16. 11. *exprobrantes percusserunt maxillam meam.* Micheæ 5. 1. *virga percutiet supra maxillam iudicis Israel*, clarè explicans idiotismum, qui cladem ignominiæ plenam denotat. 2. Cor. 12. 20. *Si quis in faciem vos cadit.* Sed cur LXX. & noster hic verterunt, *sine causa?* negat Bredembachius se causam inuenire. varias alij reddunt. Steuchus & Lipomanus inquiunt eos legisse, לחה Steuchus. Lipomanus. *Lahah* per duo (ה) quod sonat *defatigationē*, vt *ματάιως* significet *fessè*, & *in vanum*. Non probo: scribendum enim foret, non לחה, sed לאה *Laah*, duobus characteribus dissimilibus à לחי. Iansenius etiam mutat duos, sed similiores, & pro לחי vult legisse להו *Lahau, in vanum* seu *in vacuum*, mutans *iod* in *vau*, & *chet* in *heth*. verùm tunc dicendum foret להוו *Lethohu*, vt habemus Isai. 49. 4. nec (ח) potest omitti, cùm sit radicalis. Origenes duo suggerit, Origenes. prius, aliter olim Hebraicè scriptū, sed quæritur, quomodo? posterius, vitasse LXX. locutionis humilitatē. hoc improbabile est, cùm apud Ieremiam & Micheam suprà citatos illà sint vsi, vertentes *σιαγόνα*. Meliùs coniicit Genebrardus, poëticè per apocopen positum לחי pro *Lechinam* לחינם sine causâ, sicut alibi *Dal* דל pro דלת *Daleth*, *ostium*, & *Kes* pro כסה *Kesseh solium*.

ADAG. XXIX. Dentes confringere.

IBIDEM.

Dentes confringere.

SIcut superior illa faciei depalmatio & rapisma contumeliæ index, sic quod subditur debilitationis & roboris contriti significationem habet. sumpta enim Metaphora est à feris, quarum in dentibus robur præcipuum natura statuit, vt luporum, canum, serpentum. Sic optimè Theodoretus. sic inferiùs psal. 57. 7. *conteres dentes eorum in ore ipsorum.*

rum. Thren. 3. 16. *fregit ad numerum dentes meos.* Sic ille pugnum vocat *dentifrangibulum*, quo non os tantum occilletur, ſed exoſſetur.

Pugnus dentifrangibulus.

ADAG. XXX. In malum quod alteri paraueris, incide te.

EX PSAL. VII. V. XVI.

In malum quod alteri paraueris, incidere.

SÆpè recurrit idem adagium diuerſis verbis, de quo ſup. §. 154. & 567. nullibi copioſiùs, neque ornatiùs explicatur, quàm hoc loco, *Lacum aperuit & effodit eum: & incidit in foueam quam fecit. Conuertetur dolor eius in caput eius, & in verticem ipſius iniquitas eius deſcēdet.* Heſiodus ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βελεύσαντι κακίστη. *malum conſiliū conſultori peſſimū.* Benè *peſſimū*: nam (vt ait Caſſianus collat. 8. c. 11.) *praua conſilia authorem puniunt.* Omnium conatuum & operum humanorum conuerſio quædam eſt iuſtiſſima in caput operantis. Sicut exhalationes terræ quæ ſurſum tendunt, mox in guttas concretę decidunt, terram quæ genuit vel foturæ rigando, vel perditurę obruendo. Nimis hoc conteſtatum ſententiis ſimilibus & exemplis. Memorare Adonibezec ſuprà. Amanum Mardochæi hoſtem ſuprà. Pharaonem Exo. 14. 28. Saulem 1. Reg. 31. 4. Abſalonem 2. Reg. 18. 14. Achitophel 2. Reg. 17. 23. Suſannæ calumniatores, Daniel. 14. 41. Iudam, Matth. 27. 5. Iudæos Chriſti perſecutores, Matth. 23. 38. Similia loca pſ. 9. 15. *Infixæ ſunt gentes in interitu quem fecerunt. In laqueo iſto, quem abſconderunt, comprehenſus eſt pes eorum. In operibus manuum ſuarum comprehenſus eſt peccator.*] Pſal. 56. 7. *laqueum parauerunt pedibus meis, & incurnauerunt animam meam: Foderunt ante faciem meam, foueam, & inciderunt in eam.* Prouerb. 26. 27. *Qui fodit foueam, incidet in eam: & qui voluit lapidem, reuertetur ad eum.* Eccleſ. 10. 8. *Qui fodit foueam, incidet in eam: & qui diſſipat ſepem, mordebit eum coluber. Qui transfert lapides, affligetur in eis: & qui ſcindit ligna, vulnerabitur ab eis.* Eccleſi. 27. 28. *Qui in altum mittit lapidem, ſuper caput eius cadet: & plaga doloſa doloſi diuidet vulnera. Et qui foueam fodit, incidet in eam: & qui ſtatuit lapidem proximo, offendet in eo: & qui laqueum alij ponit, peribit in illo. Facienti nequiſſimum conſilium, ſuper ipſum deuoluetur, & non agnoſcet vnde adueniat illi.* Eodem ſenſu Micheæ 5. 6. verterunt Lxx. *Paſcent Aſſur in romphaa, & terram Nemroth in foueâ eius.* ποιμανοῦσι τὸν Ασσὺρ ἐν ῥομφαίᾳ καὶ τὴν γῆν τοῦ Νεμβρὼθ ἐν τῷ τάφῳ αὐτῆς. & poteſt etiā eo ſenſu capi verſio vulgata, vt patet ibi ex commentario Gaſparis Graiarij, docti & diligentis interpretis. Hoc prouerbio *à foueâ* ducto vtuntur etiam D. Ambroſius lib. 1. Hexaëm. & D. Hieronymus tracta. contra Pelagian. paulò poſt princip. paraphraſim ἐπὶ ὀφθαλμὸν nobis exhibuit Prudentius in Pſychomachiâ de ſuperbiâ in foſſam quam Humilitati defoderat, incidente;

D. Amb. D. Hier.

Prudentius.

Sed cadit in foueam præceps, quam callida fortè
Fraus, interciſo ſuffoderat aquore, furtim,
Fraus, deteſtandis vitiorum è poſſibus vna,
Fallendi verſuta opifex, quæ præſcia belli
Planiciem ſcrobibus violauerat inſidioſis,
Hoſtili de parte latēs: vt foſſa ruentes
Exciperet cuneos, atque agmina

mersa voraret.
Ac ne fallacem puteum reprehendere posset
Cauta acies, virgis adopertas texerat oras,
Et superimposito simularat cespite campum.

Sic quam hostibus meditabatur, suo duci cladem dedit. Sit pro mantissa dictum aureum, si pro Diis Deum dixisset, Senecæ Senioris in Declamation. vbi ista: *Sunt Dij immortales lenti quidem, sed certi vindices generis humani: & magna exempla in caput inuenientium regesserunt, vt iustissima patiendi vice, quod quisque alieno excogitarit supplicio, sæpe excipiat suo.*] Sed redeo ad sacra. Abdiæ v. 15. *Sicut feeisti fiet tibi: retributionem tuam vertet in caput tuū.* Osee 12. 14. *Sanguis eius super eum veniet, & opprobriū eius restituet ei Dominus suus.* retribuet, conuertet in illum. Esther 9. 25. *malum quod contra Iudæos cogitauerat, reuertetur in caput ipsius.* Hoc denique dicitur *reddere in sinum*, vt inferius: *ô redde septuplum in sinum eorum.* de quo postea. Videtis decem modis idem expressum, quæ est sacræ eloquentiæ vbertas. Huc spectant illa veterum, *Phalaridis taurus, Busiridis æra.* quorum historiam perstrinxit egregiè Claudianus, pone vt suprà & subde ex D. Ambrosio & Iosepho quod ad Esther notat Serarius.

Phalaridis taurus Busiridis æra.

EX PSALMO IX. V. XV.

ADAG. XXXII. De portis mortis.

De portis mortis.

PRætermissis mysticis expositionibus simpliciter accipio, vt prouerbium de morte iam iam imminente, vt *porta mortis* sit periculum magnum & manifestum rectà & compendiò in lethum inducens. Theodorus Antiochenus optimè sic interpretatur, *cōfidit se saluandam etiam, cùm omnis vitæ spes videbitur præcisa.* quod ps. 22. 4. dicit, *esse in medio vmbræ mortis.* & ps. 17. 5. vocat *laqueos mortis.* sic Oppianus in Cyneget. πυλεῶνα θανάτοιο, *vestibulū mortis.* Homerus, εἰς ἀΐδαο θύρησιν, *ad ianuam inferni.* & noster ps. 140. 7. *dissipata sunt ossa nostra secus infernum.* Hebraicè, *in ore inferni*, hoc est, in portā seu vestibulo. sic Plautus, *ianuam orci*, Zenodotus *ianuam Charontis*, Tertullianus *portā gehennæ*, dixerunt. Habes idem Adagium nostrum inf. ps. 106. 18. Iob. 38. 17. Sap. 16. 13. Similia sunt, *portæ tribulationū*, Eccle. 51. 13. & *porta inferi*, Isai. 38. 10. & Matth. 16. 18. sunt locutiones metaphoricæ inde ductæ quòd in sacra Scriptura mors describitur regina quædam potens; quæ habet palatium suum, vt multis docet Ant. Gueuara in Habac. c. 2. v. 5. vbi portæ ibi ianitores. Iob. 38. 17. Lxx. πυλωροὶ δὲ ᾅδου ἰδόντες σε, ἔφριξαν: *ianitores inferorum te viso horruerunt.*

Porta mortis.

Theodorus Antiochenus.

Oppian.

Homerus.

Plautus.

Tertullianus.

Locutiones metaphoricæ.

PSALM. IX. V. VIII.

ADAG. XXXI. Cum sonitu &c.

Cum sonitu perire.

POne ex Athanasio, & explica vt in commentario, & in fine vide adag. 666.

PSALM. XI. V. III.

ADAG. XXXIII.

Corde & corde.

Corde & corde.

QVædam attigi superiùs §. 216. Nunc explicandus versic. iste tertius,

XXXIII tertius, vt vsus adagij meliùs percipiatur. *Vana locuti sunt vnusquisque ad proximum suum: labia dolosa in corde & corde locuti sunt.* Notat in catenâ Theodorus Antiochenus, *μάταια* seu *vana* propriè dici solere, quæ cassa, inania, & superflua sunt, sed hoc loco capi pro mendacibus & dolosis sermonibus, quod etiam Zigabono placuit, & postulant præcedentia sequentiáque. idem queritur Osee 4.1. *Non est veritas, non est misericordia, non est scientia Dei in terra.* vbi habes cassè voculas אמת *Emuth* & חסד *Hesed*. Tales describit Ieremias cap. 9.3. *Extenderũt linguam suam, quasi arcum mendacij & non veritatis.* & v. 4. *vnusquisque se à proximo suo custodiat, & in omni fratre suo non habeat fiduciam: quia omnis frater supplantans supplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet, & vir fratrem suum deridebit, & veritatem non loquentur. docuerunt enim linguam suam loqui mendacium.* Vah! quam graphicè tempora moréque describit, quos videmus & flemus! mox v. 8. *Sagitta vulnerans lingua eorum, dolum locuta est: in ore suo pacem cum amico suo loquitur: & occultè ponit ei insidias.* Quoties (dolor!) id experti, quotidie experimur? Vt autem intelligamus vnde tot mendacia scaturiuerint, addit *ex abundantia cordis os locutum.* cordis duplicis duplicia fuisse verba, cùm subdit: *Labia dolosa in corde & corde locuti sunt.* Labia pro sermone sumi notum est. *dolosa* rectè noster vertit cum Lxx. Symmacho & D. Hieronymo: quoniam verba palponum sunt similia fistulæ aucupis, quâ dulce canit, dum volucres captat. Hebræum חלקות *Chalakoth*, quidam malunt vertere *blãditiarum*, hoc est, adulantia & blandè circumscribentia; nonnulli, *diuisionum*, hoc est, diuidentia & diuisa: diuidentia amicos ab amicis; & ipsa in semet diuisa, vt sequitur *in corde & corde.* Radix est *Chalak*, quod est blandè ac benignè diuidere seu partiri: est etiam leniter polire & læuigare: vnde agris, silicibus, hominibus & sermoni assentatorio accõmodatur, vt hic; vbi additur blanditias hasce dolosas fuisse: quia qui loquebantur, illi *sunt locuti in corde & corde.* quorum verborum duæ sunt apud D. Hieronymum interpretationes. Vna, geminationem hanc augere significatum, q. d. in corde & verè ex corde sunt locuti subdola, seriò intendentes fallere. Mihi hoc loco id non satis probatur. Minùs quòd Caietanus ad cultum idolorum id retulit. Sequor communem sententiam Chaldæi, Græcorum & Latinorum, his verbis duplicitatem cordis significari. redditur enim ratio, cur *labia sint dolosa*: quia videlicet cor etiam tale, iuxta Belgas nostros, *Het vat geeft vuyt, dat het in heeft.* Simulat ore amorem, intus fouet rancorem. Hoc autem sensu varia verborum constructio sese offert. Cornel. Iansenius triplicem proponit. 1. illud *labia dolosa* posse per se legi, vt subaudiatur *cuncti eorum sunt.* 2. posse cum sequentibus iungi, vt subaudiatur τὸ per, q. d. labiis dolosis in corde duplici locuti sũt. 3. vt *labia dolosa* ponãtur pro ipsis hominibus dolose loquentibus: sicut homines scelesti vocantur *scelus.* Sed tunc duæ figuræ concurrerent, &, iuxta eius exemplum, foret dicendum *doli locuti*, non labia dolosa locuti, quod solœcum; præstat igitur ista diuidere, vt dixi, cùm satis liqueat esse Hebraismum adagialem; *Loqui in corde & corde:* ducta translatione ab animantibus, quibus aiunt corda inesse duo, prout Steuchus de perdicibus Paphlagonicis affirmat: quod apud Plinium lib. 11.

Theodor. antioch.

Zigabon.

Duæ interpretationes adagij.

Caietan.

Auctoris sententia.

Corn Iansenius.

Symmach. Hierony.

Animantium corda duo. Steuchus. Perdices Paphlagonicæ. Plinius.

Prouerbij scenius.

lib. 11. cap. 37. me legere memini Prouerbium indicat aliud quem animo occultare, aliud sermone præ se ferre. Velut si in corde duo loculi forent, è quorum vno calidum quis panem promeret; in altero silicem frigidum reconderet, vt quem pane allexisset, eum saxo feriret clanculum. Solet sacra Scriptura, eius, qui quod sentit loquitur, cuius animus linguæ conspirat, cor vocare, *cor perfectum*, Iosue 24. 14. *simplex*. Genes. 20. 6. *totum*. Deutero. 4. 29. *omne*. 1. Reg. 12. 10. & *vniuersum*. 3. Reg. 8. 48. item in *corde non duplici*. 1. Paralip. 12. 33. quæ omnia opponuntur *cordi duplici*, & *cordi diuiso*; Symm. hoc vertit ἐν καρδίᾳ ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ, *in corde alio & alio*: tale cor duplex habemus Eccl. 1. 36. *ne accesseris ad illum duplici corde*. nempe vt de Iudæis prædicit Isaias, labiis laudans, & corde procul absens à Deo. Qui (ait Rabanus) volunt gaudere cum sæculo & regnare cum Christo. Qui aliud habẽt in corde, aliud in ore: sic Carens. Qui extrinsecus ostendunt virtutem, intus pleni sunt improbitate, sic Lyranus. Qui videntur vellẽ Deo obedire & ei confidere, id tamen nõ ex animo faciunt, sed volunt duobus Dominis seruire, ita Ians. Qui Deo dederunt intellectum (hoc est, fatentur id debere fieri: Deus iubet) sed mundo dant affectum, illum magis amando: quos ait Elias claudicare in duas partes, colentes simul Deũ & Baal. 3. Reg. 18. 21. qui sicut Samaritæ seruantes legẽ Dei, & seruientes idolis suis. 4. Reg. 16. 41. sicut Politici & Machiauellistæ, cum hæreticis hæretici, cum Catholicis Catholici; veri religionis Vertumni. De his Eccles. 2. 14. *ve duplici corde*. nam noster legit, καρδίαις δίπλαις, *cordibus duplicibus*; quod Camerarius testatur quosdam libros Græcos habere, & sic legisse Chrysost. ac Cyrillum, docent notæ Romanæ: hodie exstat δειλαῖς, *timidis*, eodem sensu, vt docet Iansenius. Nam timidi & diffidentes Deo, vnam spei anchoram iaciunt in Deo, alteram in humanis præsidiis. Deo fidunt quamdiu res prosperæ fiunt, diffidunt malis ingruentibus. ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt, Luc. 8. 14. hos D. Iacob. c. 1. v. 8. vocat *duplices animo*, qui non toto corde Deo adhærent, sed cum hæsitatione, & ideo non firmâ fide à Deo postulãt, timentes ne vel non possit, vel non velit illis venire suppetias: quod prophani scriptores diuersimodè explicant, vt cùm dicunt δίπλους ἄνδρας *viros duplices*, vt quidam apud Zenodotum;

Μισῶ τὸν ἄνδρα τὸν δίπλοῦν φρενὶ κέρτα,
Χρηζὸν λόγοισι, πολέμιον δὲ τοῖς τρόποις.

Odi virũ qui duplex existit, Verbis amicum, hostem moribus. quod apud Homerum tribus modis expressum in vnâ Odysseâ notauit Erasmus in Adagio *duplicem hominem*. addo & quartum,

ὃς χ' ἕτερον μὲν κεύθῃ ἐνὶ φρεσίν, ἄλλο δὲ εἴπῃ.

qui aliud quidem celat in præcordiis, aliud verò fatur. Plautus; *Alterâ manu fert lapidem, panem ostentat alterâ.* & illud Satyri apud Anianum; *Tun' eodem ex ore pariter & calidum & frigidum efflas?* Plautus; *Pœno Punior*, Sallustius: *aliud clausum in pectore, aliud in linguâ promptum habent.* Talis în Tragœdiis Vlysses introducitur, contrà cordis integri Achilles & Neoptolemus. tale etiam *duabus viis incedere*, Eccles. 2. 15. de quo ibi. Mirum, quòd Theodoretus duo hæc corda non vni, sed duobus asscribat, vnum loquenti, alterum audien

Symmachus.

Rabanus.

Carensis.

Lyranus.

Iansenius

Homerus, Erasmus.

Plautus.

Sallustius.

Theodoretus.

audienti, quasi psalmista dicat, omnes cum Cretensi cretizare, & Chio se Chios præbere, decipere deceptorem & obtrudenti palpum largiter remetiri. Sed mihi commodius, quod receptius S. Chrysostomo, Hesychio, Apollinario, Nicephoro, Blemmidæ, Euthymio, Beatis Brunoni Carthusiensium patriarchæ, & Richardo Pampolitano Anglosaxoni & aliis; de vno & eodem fieri mentionem. Sufficient Cassiodori verba; *Quoties volumus dolosos exprimere, duplicia eorum corda declaramus, sicut Salomon dicit*; vir duplex animo, inconstans est in omnibus viis suis. *Quando autem simplices cupimus indicare, vnum cor in eis esse testamur. Sicut in Actibus Apostolorum legimus*, Multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna. *Sic & bilingues dicimus, qui in vna sententiâ non perseverant*] prius optimè: illud de loco Actorum, & de bilingui non æquè.

Chrysost. & alij.

Cassiodorus.

iugis violentiâ & rapacitas. sic D. Augustinus. 2. eam inferri cum facilitate & sine resistentia. tale illud veteris comœdiæ, *sicut vulpes pyrum comest.* & illud;

Tam facilè homines occidebãt, quàm canis exta edit.

3. fieri sine vllâ afflictorum miseratione. quis enim bolum panis misereturʔ 4. fieri auidè & cum desiderio, sicut pane salutari cibo vescimur. Apollinarius;

Apollinarius.

λαὸν ἐμὸν κατέδοντες, ὡσεὶ ἄρτου σῖτον.

Plebem meam deuorantes sicut facilè sanantem cibum. 5. cum voluptate, sicut famelici solēt (ita Ruffinus) sicut respondit Lacon coquus Dionysio tyranno, de Spartanorum nigro iure. Nam optimum cõdimentum est fames. Habes idem ps. 52. 5. *qui deuorant plebem meam, sicut cibum panis.* Sic Xenophon rer. Græcar. lib. 5. ait crudos deuorare velle; καὶ ὠμῶν ἐδέσθαι αὐτῶν.

Ruffin.

ADAG. XXXIV. Deuorare, &c.

EX PSALM. XIII. V. IV.

Deuorare sicut escam panis.

TOtum posui adagio 105. Hebraicè est; אכלי אכלו לחם *Okle akelu lechem.* Hieronymus, *comedere, vt cibum panis.* Lxx. quidam libri ὡς βρῶσιν ἄρτου; alij omittunt ὡς, vt sit *cibo* vel *escâ panis.* eôdem res recidit, nam positum pro ὡσεὶ ἄρτου, vt vertit Symmachus, & eum secuti Hieronymus & Augustinus, scientes ab Hebræis notam comparationis sæpe reticeri. idcirco noster Euthymius, Apollinarius, Chaldæus & alij illam supplent. Vt verò *panem* propriè & strictè capiam, suadet adagij sententia: quo plura significantur. 1. quotidiana & quasi

Symmachus. Hieron. August. & alij. Apol.

ADAG. XXXV. Sub vmbra, &c.

EX PSAL. XVI. V. VIII.

Sub vmbra alarum.

ENarraui adag. 170.

ADAG. XXXVI. Custodire &c.

EX EODEM. V. VIII.

Custodire vt pupillam oculi.

SCitum est res cariſſimas oculis comparari,

Ni te plus oculis meis amarem, ait ille: hinc illa, *ocelle mi*, & *ocellule*, & alia æquè trita. Sed facer sermo efficacius, nam idipsum eligit, quod oculi quasi oculus est, dum ait, *custodire vt pupillam oculi.* hoc est, accuratissimè, summâ curâ. *tam sollicitè* (inquit D. Ambrosius lib. 6. Hexaëm.

Hexaëm.c.9.) *& tuta custodia, quam pupillam oculi tutissimo quodam naturæ vallo munire dignatus es.* Vsurpari solet adagium de re iuxtà dilectà & custoditâ. Hebræi dicunt אישון בת עין *Kiisson bath-ghain, vt nigredinem filia oculi.* Belgæ, *het zuert vander oogge.* Chaldæus; *sicut pupillam orbicularem, quæ est in medio oculi.* Sic adhuc Arabes hodie, quas depereũt iis *corat alhani: pupilla* seu *filiola oculi mei,* dicunt. Sicut Hebræis *bath* significat *filiolam* & minimam quoque partem oculi: sic etiam *pupula* Latinis, & *ninita* Hispanis, quibus hoc nostrum adagium valdè crebrum est. exstat Deuter. 32.10. *custodiuit quasi pupillam oculi sui.* Prou. 7. 2. *Fili serua mandata mea & vives, & legem meam, quasi pupillam oculi tui.* Eccli. 17.18. *gratiam hominis quasi pupillam conseruabit.* Zachar. 2. 8. *qui tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei.* Sic enim legẽdum est. Aptissimam & ex rei natura peritè petitam esse parœmiam patebit ex iis, quæ post Theodoretũ his verbis Euthymius: *Admiranda est quàm maximè custodia illa quam oculus pupilla præstat. Siquidem tunica super tunicam, & alia quadam integumenta eam muniunt: quorum quedam tenuia & transparẽtia sunt, ne pupilla quæ suapte natura humida est & mollis, asperitatem inferant: alia verò exteriùs crassiora, vt palpebrarum tunica, quæ duobus est semicirculis distincta, vt pulueris & aëris lesionem, & paruula quaque animantia repellat; & pilis etiam quibusdam vallata, vt sudorem propè fluentem prohibeat: acutus enim sudor est, atque admodum molestus. Superiùs præterea supercilij vallis formata est. ipsum autem supercilium, velut tectum quoddam, firmum ac validum iacet: quod pilis etiam multis ac condensis ornatum ac munitum est, ne sudor desuper fluens in pupillæ habitaculũ irruat: illinc enim depulsus in ipsa deuoluitur tempora.* hæc ille.

Vsus adagij

Theodoretus. Euthym.

EX PSAL. XVII. V. VI.

Posui §. 197.

§. 37. INFERNI DOLORES. ps. 17. 6. Act. 2. 24.

§. 38. INFERNI FVNES. 2. Reg. 22. 6. 2. Pet. 2. 4.

§. 39. INFERNO PROFVNDIOR. Iob. 11. 8. & inferior infernus. ps. 85. 13.

§. 40. SICVTOVES IN INFERNO. ps. 48. 15.

§. 41. INFERNI PERICVLA. ps. 114. 3.

§. 42. INFERNVS ET PERDITIO CORAM DOMINO. Pr. 15. 11.

§. 43. INFERNVS ET PERDITIO NVNQVAM IMPLENTVR. Prou. 27. 20.

§. 44. DVRA SICVT INFERNVS ÆMVLATIO. Cant. 8. 6.

§. 45. IMFERI PORTÆ. Isai. 38. 10. Matth. 16. 18.

§. 46. VSQVE AD INFEROS. Isai. 57. v. 9.

§. 47. CLAVES MORTIS ET INFERNI. Apoc. 1. 18.

§. 48. DEDVCERE AD INFEROS ET REDVCERE. 1. Reg. 2. 6.

§. 49. INFERORVM TENEBRÆ. Sap. 17. 14.

§. 50. TESTAMENTVM INFERNI. Eccli. 14. 12.

Hæc mihi XIV. adagia videntur elici posse ex iis quæ Sacra Scriptura de inferno prodidit, quæ quia nequeunt explicari, saltem satis commodè, nisi statuatur illud omnibus hisce locis infernum de loco subterraneo, in quo sedes inferorum, nempe limbus, purgatorium & gehenna locatur, accipiendum: hoc autem multi hodie, etiam Catholici in dubium vocant: ideo,

ideò quòd à nullo tentatum quod sciam, ad finem horum ex Psalmis adagiorum, tractatum subiungam quem olim Græcè in Pannoniâ Valeriâ composui: quo cuncta sacræ Scripturæ de inferno testimonia discussi, & ostendi nullum esse quod non commodè hoc modo explicetur; & ita simul maximi momenti controuersia componetur, & adagiorum istorum vis & vsus intelligetur.

ADAG. LI. Cum sancto, &c.

EX PSALMO XVII. VER. XXVI.

Cum sancto sanctus eris.

QVod Dauid ait; *cum sancto sanctus eris, & cum viro innocente innocens eris: & cum electo electus eris, & cum peruerso peruerteris*; id vulgò solet pro adagio vsurpari, vt indicentur commoda conuersationis cum probæ vitæ hominibus, & incommoda familiaritatis cum improbis. Solere vnumquemque talem fieri aut esse, quales sunt quibuscum amicitiam & consortium init. Scio sensum verborum Dauidis alium dari magis inhærentem contextui: sed nefas duxi hunc omittere, qui grauissimorum Patrũ auctoritate nititur, quos breuiter numerabo. sic Clemens Alexandrinus lib. 5. Stromat. Tertullianus lib. 5. contra Marcion. cap. 18. & lib. de pudicitia cap. 18. SS. Athanasius lib. dictor. & interpretat. sacræ Scripturæ q. 101. Ambrosius lib. 1. de Abraham circa fin. & lib. de bono mortis cap. 9. Cyrillus lib. 12. de adorat. Augustinus, Apollinarius, Ruffin. & Cassiodor. hic. Hispanicè, *dime conquien tratas, y direte que mañas as.* Morum consimilitudo conciliatrix valida est amicitiæ, ὁμοιότης τῆς φιλότητος μήτηρ, *Similitudo amoris mater.* Belgæ mixolatinè dicunt; *Slim slem sibi quærit.* Columbæ cum columbis, grues cum gruibus volitant, nec vulpes cani, nec ouicula se lupis aggregat: sed mergi mergorum, ficedularum ficedulæ congreges sunt. Innumera sunt huiusmodi, vt *Aues concolores simul volitant, eiusdem farina, eadẽ cera, idem puluis.* Aristotelis illud notum, ὅμοιον ὁμοίου ἐφίεται, *simile appetit simile.* Epicharmus dicebat, canem cani pulcherrimam videri, bouem boui, asinum asinæ, suem sui. Theocritus cicadam cicadæ, formicam formicæ, & accipitrem accipitri gratum cecinit;

Aristot. 8.

Theocrit.

τέττιξ μὲν τέττιγι φίλος, μύρμαξ δὲ μύρμακι,
ἱρηξ δ' ἱρηκι. Homerus, quod nostro loco similius;

Homerus.

Νῦν μὲν δὴ μάλα πάγχυ κακὸς κακὸν ἡγηλάζει.
ὡς αἰεὶ τὸν ὅμοιον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὅμοιον.
Nunc adeò malus ecce malum comitatur, vt vsque
Ad similem Deus adducit similémque parémque.

Apud Plutarchum nescio quis,

Plutarch.

γέρων γέροντι γλῶτταν ἡδίστην ἔχει,
παῖς παιδὶ, καὶ γυναικὶ παρόμοιον γυνὴ,
νοσῶν τ' ἀνὴρ νοσοῦντι, κἠ δυσπραξία
ληφθεῖς, ἐταῖρος ἐξοῖ τῷ παραπλήσιος.
hoc est.

interprete Chiliastâ, è quo hęc mutuum sumpsi,

Seni similis lingua iucundissima est,
Puerque puer, & mulier apta fœmina,

Sensus adagij.

Ægrotus itidem ægroto, & in malis situs
Exercito malis placet, atque congruit.

Iuuenal. Catullus. Iuuenalis, *Magna inter molles concordia*... quod à Catullo sumpsit; qui,

Pulchrè conuenit improbis cynadis,
Vno in ludo eruditi ambo, &c.

& falsè noster Biblitanus conuertit in contrarium,

Vxor pessima, pessimus maritus:
Miror non benè conuenire vobis.

ADAG. LII. Pedes ceruorum.

EX EODEM. VER. XXXIV.

Pedes ceruorum.

PONe ex iis quæ suprà.

ADAG. LIII. Filij alieni.

EX EODEM. VER. XLVI.

Filij alieni.

POsterius vocabulum quidam accipiunt in regimine cum Chald. vt sit casus patrij, sed in sententia nullum discrimen est. Hebraicè בני נכר *Beni Nechar*, quod LXX. ὑιὰ ἀλλότρια in recto, & sic acceperunt Græci & Latini patres, Basilius, Athanasius, Theodoretus, Apollinarius, Euthymius, Niceph. Hieronymus, Augustinus, Ruffin. hîc. Bernard. serm. 80. in canti. Irenæus & Procopius mox citandi. Et licèt hoc propriè de Iudæis à Dauide dictum sit, qui cùm à Deo essent adoptati, maluerunt haberi filij Diaboli, CHRISTO iudice, Ioan. 8. 44. vt accipiunt hîc S. Irenæus lib. 4. cap. 79. Hieronymus lib. 1. in Isai. cap. 3. & lib. 8. in cap. 25. & Procopius in Isai. cap. 23. Tamen est locutio adagialis, qua significantur quilibet spurij, adulterini, & degeneres filij, qui non patrissant: de quib. cùm spes esset fore probos, fideles, & fortes, euaserunt improbi, infideles, imbecilles, & nullipretij. Nam Hebræi meretricem seu mœcham vocant *alteram, alienam, & extraneam.* vt passim in Prouerbiis & Ecclesiastico: Prouerb. 2. 16. & 7. 5. & 22. 14. & 23. 27. Eccles. 9. v. 8. & 12. Hinc natum conuicium, *filius aliena*, hoc est, filius meretricis, seu, vt lib. 1. Regum, mulieris vltrò virum rapientis: & quia vitium sæpè

Basilius, & alij.

Vsus adagij.

Filius alienæ.

Nefasij, nullum per nefas natis putant.

Ideo *alieni* filij vocati quos dicebam. Testimonia dabo, Ierem. 2. 21. *Ego autem planaui te vineam electam, omne semen verum: quomodo ergo conuersa es mihi in pravum vinea aliena?* eosdem Iudæos alloquitur Esai. 62. 8. iuxta quosdam; *si biberint filij alieni vinum tuum, in quo laborasti.* Ezec. 44. 7. *eo quòd inducitis filios alienos, incircumcisos corde.* v. 9. *omnis filius alienus, qui est in medio filiorum Israel.* nàm loquitur de carne tantùm circumcisis, corde præputiatis. Osee 5. 7. *filios alienos genuerunt.* psa. 48. 12. *relinquent alienis diuitias suas.* hoc est, spuriis. ps. 143. 7. *libera me de manu filiorum alienorum.* v. 11. *& erue me de manu filiorum alienorum.* Huc pertinet, quod contrario sensu, laudi tribuebatur, vt vultu sic moribus patrem referre. Ouidius,

Perque tibi similem virtutis imagine natum,
Moribus agnosci qui tuus esse potest.

Alia adagij causa.

Hæc scribenti alia quoque adagij causa reddi posse videbatur, minùs tamen propinqua. Nempe *alienum* pro alienigenâ poni seu peregrino, de quo capi potest locus ille Isaiæ

&

LIV. & loca Dauidis è psal. 143. & psal. 48. quia peregrini, maximè mulieres, apud veteres, non benè audiebant.

Seneca. Seneca in Medea,

. . . tacitis eat illa tenebris,
Si qua peregrino nubit fugitiua marito.

Peregrinarum nomen pro scortis. Donatus. adeò vt pro scortis *peregrinarum* nomen acciperetur teste Donato, in Terentij Andriam, Eunuchum, & Phormionem. Inde Medea se apud Ennium gypsatissimis manibus tam operosè excusabat, vt obseruatum Ciceroni lib. 7. epist ad Trebatium. Cicero.

ADAG. 54. EX PSA. XVIII. VER. VI.

Sponsus. &c. *Sponsus procedens de Thalamo.*

Sensus adagij. SIgnificatur hoc adagio vir lætus ac hilaris, rubicundo colore, & vestitu splendido prodiens. Nam CHRISTVM dixerat in sole tabernaculum fixisse; ex hoc tabernaculo splendidissimo & radiatissimo prodeuntem comparat sponso procedenti ex thalamo, non verò ipsi soli, vt putat Euthymius, & alij sequentes Hebræum contextum; & à nostra versione recedentes. nec ad rem faciunt, quæ noster lib. 2. singular. c. 22. notauit de ritu quo sponsum faces & lampades præcedebant: hæc enim obseruata tantùm, priusquàm ad thalamum iretur, & quidem nouæ nuptæ præferebãtur non marito, vt patet ex Catulli epithalamio & variis locis aliorum apud Brissonium de ritu Nuptiali à pag. 31. postridiè de thalamo surgenti sponso solitos prælucere, nõdum scio. amabo doceri. referam interea quò, dixi, cum Theodoreto, qui scribit; *quo ad pulchritudinem sponsum imitetur, multo cum decore ex thalamo exeuntem.* Esai. 61. 10. *quasi sponsum decoratum coronâ* nuptiali. & contrà Apoc. 21. 2. *Sieut sponsam ornatam viro suo*; & propter hunc cultiorem vestitum, & hilariorem victum, Aristophanes dixit *sponsi vitam viuere.*

Euthymius. Faces & lampades sponsum præcedentes. Catullus. Brissonius Ritus nuptiales. Theodoretus. Sponsi vitam viuere.

EX PSAL. XXI. V. VII.

ADAG. 55. Vermis, &c.

Vermis & non homo.
Vermiculus ligni.

VNa lumbrizo guçarapá, que todos pisan. Dicitur in sacra Scriptura de vili & maximè debili. 2. Reg. 23. 8. illud de Dauide, *ipse est quasi tenerrimus ligni vermiculus*, sic capio; cùm in oculis suis esset vilissimus, Deus eum ad solium exaltauit, & cùm suis ipse viribus diffideret, séque teredine imbecilliorem duceret, fiducia Dei fretus vno impetu octingẽtos interfecit. 1. Mach. 2. 62. *à verbis viri peccatoris ne timueritis: quia gloria eius stercus & vermis est: hodie extollitur, & cras non inuenietur.* Iob. 25. 6. *Filius hominis, vermis*, fragilis, fœdus, & vilis. Isai 41. 14. *Noli timere vermis Iacob*, quem hostes vt vermem se calcando extrituros iactant. Itaque non vilitas tãtùm (vt vult Theodoretus) sed fragilitas simul conditionis humanæ, quam Dominus assumpsit, intelligenda in illo Dauidis; *Ego autem sum vermis, & non homo*; nam de opinione Iudæorum agitur. Sic Græcis *μῦσον κάνθαρις, abominandus scarabæus*, de vilissimo homuncione & contemptibili dicebatur; & de re fragilissimâ, *tanquam conchylium dilacerare.*

Vsus adagij. Abominãdus scarabæus. Tãquam cõchylium dilacerare.

ADAG. 56. Tanquam cera, &c.

EX PSAL. EODEM. VER. XV.

Tanquam cera liquescens.

SIcut animi fortitudine cor quasi solidatur (ait Agellius) atque constringitur: ita metu perculsum liquescit quodammodo atque tabescit. Ideo hoc adagium dicitur de oppressis magnitudine doloris, metus vel passionis alterius, & de rebus quæ celeriter & facilè contabescunt: Iudith. 16. 18. *Petra, sicut cera, liquescent ante faciem tuam.* psl. 57. 9. *sicut cera qua fluit, auferentur.* psl. 96. 7. *mõtes, sicut cera, fluxerũt à facie Domini.* psl. 21. v. 15. *Factum est cor meum tanquam cera liquescens in medio ventris mei.* psal. 67. 3. *Sicut deficit fumus, deficiant, sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei.* Miche. 1. 4. *Valles scindentur, sicut cera à facie ignis.* Nam cera primùm soluitur, & tandem euanescit, vt hic obseruatum Theodoreto.

Vsus adagij.

Theodoretus.

Virgilius.

Sic Pastor Maronianus,

Limus vt hic durescit, & hæc vt cera liquescit
Vno eodemque igni: sic nostro Daphnis amore.

quod ex Theocrito ille.

ADAG. 57. Cornua vnicornium.

EX PSAL. XXI. V. XXII.

Cornua vnicornium.

VIde Gesner. de monocerote, & pone ex iis quod supra de vocis כאם significatione dictum adagio 144. pone & ex Tzetza.

PSAL. XXII. V. IV.

ADAG. 58. In medio, &c.

In medio vmbræ mortis.

PEr *vmbras mortis* intelligi inferna loca seu inferos ipsos, allentior Agellio. Nam צלמות quod hic *vmbram mortis* vertunt, iidem LXX. ἅδλων *inferos*, Iob. 38. v. 17. sed hyperbolicè. *vmbra mortis* est prouerbium significans magnum & imminens exitium. Sumpta metaphora à tempore quo res ante se vmbram iaciunt, nam qui tunc ad medium vmbræ peruenit, is corpori quod vmbram iacit, proximus est. Tale quid veteribus sonabat *orti vmbra.* Iob. 24. 17. *arbitrantur vmbram mortis.* psl. 43. 20. *cooperuit nos vmbra mortis.* psal. 87. 7. *In tenebrosis & in vmbra mortis.* vbi Leo Gastrius lib. 3. Apolog. putat olim lectum aliter, quàm nunc legitur. Isai. 9. 2. *habitantibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis.* Ierem. 2. 6. dixit, *imaginem mortis.* Luc. 1. 79. *Illuminare his, qui in tenebris & in vmbrâ mortis sedent.* Nã infidelitas & quoduis lethiferum peccatum dicitur *vmbra mortis.* Iob. 3. 5. *obscurent eum tenebræ & vmbra mortis.* De originali peccato.

Sensus adagij.

Leo Castrius.

Secũdò significat res abditissimas & profundissimas, Iob. 12. 22. *Qui educit in lucem vmbras mortis.* & c. 10. v. vlt. *terrã miseriæ & tenebrarum, vbi vmbra mortis.* & c. 28. 3. *lapidem caliginis & vmbrã mortis.* cap. 34. 22. *Non sunt tenebræ & non est vmbra mortis.* Iob. 38. 17. Hebraicè ad verbum, *Nunquid detectæ sunt tibi portæ mortis, & portas vmbræ mortis videbis?* Amos 5. 8. *conuertens in mane vmbram mortis.* hoc est, densissimas tenebras in lucem claram; iuxta Hebræum fontem.

EX

ADAG. 59. Non est sanitas, &c.

EX PS. XXXVII. V. IV.

Non est sanitas in carne mea.

NOtant nonnulli adagium esse, ad indicandum omnia morbosa & vitiosa esse. Quod Aristophanes & Eurip. dicunt, οὐδὲν ὑγιὲς, *nihil sani*, & Cicero in epist. ad Atticum vsurpauit. Vide Paræmiographum Chiliad. 1. centur. 8. adag. 38. Explicat Isaias c. 1. 6. *à planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas.* Vtrumque ad maximam morum depravationem solet tranferri. *No ay vna hebra entera.*

Seafor adagij. Aristoph. Eurip. Ciceron.

Vsus adagij.

ADAG. 60. Dies palmi.

EX PS. XXXVIII. V. VI.

Dies palmi.

VBi nos habemus, *Mensurabiles posuisti dies meos*, Hebraicè est, טפחות נתתה ימי *Tephachoth nathatah iamai* : *palmos dedisti dies meos*, subauditur nota comparationis, instar palmorum, hoc est, breues & pusillos. Symmachus vertit ὡσθαμας *palmos*. ad verbum Lxx. ἰδοὺ παλαιὰς ἔθου τὰς ἡμέρας μου. quidam vertunt *veteres*, παλαιὰς, & sic habent libri Regij, sed vera lectio *mensurabiles*, hoc est, paucos & qui facile numerari possunt, sicut vsurpant *viros numeri* pro paucis, & *non numerus* pro infinitis, à quantitate discreta, sic *palma* seu *palmarum* seu *palmares dies*, pro vitæ modo quatuor digitorum : hoc est, perpusillo. Sicut apud Diogenianum ὡσθαμα τοῦ βίου: *Spithama vitæ*, sed melius Hebræi. Nam cùm palmus sit duplex, maior & minor, maior duodecim digitorum qui Spithama & dodrans dicitur, vulgò *cen Span-*

Viri numeri. Non numerus.

Spithama vitæ. Palmus maior.

ne Belgis. dictus Spithama, quia cõplectitur interuallũ quod est à capite pollicis extensi ad caput minimi digituli. dodrans, quia par spacium est crassitudinis nouem pollicum. Plinius lib. 7. c. 8. *Spithamai Pygmai narrantur, ternas Spithamas longitudinis, hoc est, ternos dodrantes non excedentes.* Pollux lib. 2. Onomastici, ἃ δὲ τὰς δακτύλους ἀποτείνας ἀπὸ τοῦ μεγάλου πρὸς τὸν σμικρότατον μετρῇς, σπιθαμὴν τὸ μέτρον. *Si autem extendens digitos à magno ad minimum metiaris, mensura haec Spithama.* Alter est minor, qui absolutè palmus vocatur, qui est trium vnciarum seu quatuor digitorum : tertia maioris palmi pars : qui Græcis dicitur παλαιστὴ (de quo hic sermo secundùm Lxx.) Gellius lib. 3. vocat *quadrantem*, Græci δῶρον. Vitruuius lib. 2. *sunt autem laterum genera tria, vnum quod Graeci διδωρον appellant, quo nostri vtuntur, longum pede, latum semipede. cateris duobus Graecorum aedificia struuntur: ex his vnum πενταδωρον, alterum, τετραδωρον dicitur. δῶρον autem Graci appellant palmum: quod munerum datio Graecè δῶρον appellatur. id autem semper geritur per manus palmum.* Idem lib. 3. *è cubito enim cùm dempti sunt palmi duo, relinquitur pes quatuor palmorum. palmus autem habet quatuor digitos.*] vt confirmatur ex nostra versione nam lib. 3. Reg. 7. . . . *crassitudo autem litteris trium vnciarum erit.* 2. Paralip. 4. *porro vastitas eius habebat mensuram palmi.* ergo palmus tres vnciæ, hoc est, quatuor digiti. nam vncia digitus vnus & quarta pars alterius, vt obseruauit diligenter Ferdinandus Arceus quondam primarius humaniorum litterarum Salmanticæ professor, libello de ponderum, numerorum & mensurarum explicatione. Latini *pugillum* etiam vocant ; vt Prudentius;

Plinius. Spithamæi Pygmæi. Pollux.

Palmus. minor.

Ferdinandus.

138. Pugillus.

... *minimi mensura pugilli.* hoc est, tam parum vt pugillo queat comprehendi. Vnde apparet errasse Georgium Agricolam, cùm negauit palmum mensuræ genus esse. Chaldæus *dies palmi* reddit *dies leues*: meliùs vertisset *paucos* vel *breues*. Simili modo Græci poëtæ breuitatem vitæ explicant à mensuris petitis adagiis apud Athenæum lib. 11. Alcæus, δακτυλοῦ ἀμέρα, *dies est similis digito*, seu, est digitalis. apud Stobæum sermone 98. Mimnermus;

Georgij Agricolæ error.

Athenæus

πάχυον ἐπὶ χρόνον
ἄνθεσιν ἥβης τερπόμενοι.

Cubitali tantùm tempore flore iuuentutis perfruimur. Sic Siracides c. 18. 8. de diebus vitæ; *quasi gutta maris deputati sunt; & sicut calculus arenæ, sic exigui anni in die æui.* Porro ex omnibus, quas ob vocis παλαιγὰς diuersas acceptiones quis posset ponere, interpretationibus, sola illa mihi videtur (quia nostro interpreti, & Hebræo textui, & verborum cõnexioni amicissima est) præferenda, qui breues & paucos exponunt. Basilius, Theodoretus, Chrysostomus, Euthymius, B. Bruno, & Richardus Pampolitan. qui secuti veram lectionem, *mensurabiles*: non *veteres*. quod amplexi Cassiodorus, & alij cum D. Augustino, & Hieronymo in commentariis. in Psalmis tamen tribuitur Hieronymo, *breues posuisti dies meos.* Eandem phrasim adagialem agnoscunt Neoterici linguarum periti, Eugubinus, Vatablus, Nebiensis, Campensis, Fœlix, Pagninus, Flaminius, Valernius, Iansenius, Genebrardus, & Bredembachius, Agellius. Verùm explicatio Caietani violenta est & contorta.

Sententia auctoris.

Basilius, & alij.

Eugubi. & alij.

Caietani explicatio violenta.

* * *

EX PSAL. XXXIX. V. III.

ADAG. LXI. Ex luto facis.

Ex luto facis.

Sic indicant aliquem eripi ex summis difficultatibus, vt psal. 39. v. 3. *Eduxit me de lacu miseriæ & de luto facis.* Sic Græci; ἐκ τὲς ἢ πηλοῦ πόδας ἔχει. *pedes luto extraxit*, iam habet pedes extra lutum. Hispan. *sacome del lodo.* In sacra Scriptura demergi in profundum, aut in aquis multis, aut infigi luto, significat obrui molestiis, tribulationibúsque, & iis se nõ posse eripere. ps. 68. v. 1. 2. *Saluum me fac Deus, quoniã intrauerunt aquæ vsque ad animam meam, infixus sum in limo profundi.* & v. 15. *eripe me de luto vt non infigar: libera me ab his qui me oderunt, & de profundis aquarum.* Porro *de luto facis* est Hebraismus pro luto densõ, de luto cænoso, fœculento & tenaci. Hieronymus vertit, *de luto cœni*, vbi Euthymius, *solebant antiqui huiusmodi dictionibus maxima pericula exprimere.*

Sensus adagij.

Hebraismus. Hieronymus. Euthymius.

EX PSAL. XLI. V. VIII.

ADAG. LXII. Abyssus, &c.

Abyssus abyssum inuocat.

Sensus adagij.

Pvto adagium esse de perpetuo quodam nexu, & continua immensaque congerie vel malorum, vel obscuritatum. talia enim quædam reperias apud antiquos scriptores. Æschylus in Supplicibus.

Æschylus.

κακῶν τὸ πλῆθος πεταμὸς ὡς ἐπέρχεται.
ἄτης δ' ἄβυσσον πέλαγος οὐ μάλ' εὔπορον.
Malorum agmen huc fluminis instar irruit.

Deus

LXII. *Damni profundum pelagus non nauigabile.*

Euripides. Euripides in Hippolyto coronato; καινῶν δ' ἁλὸς πέλαγος ἀσφαλῶς, τοσοῦτον ὥστε μὴ ποτ' ἐκνεῦσαι πάλιν.

Malorum verò miser pelagus intueor Tantum vt nequeam illud ierũ enatare. D. Hieronymus proœmio lib. 2. in Zachariam accommodat ad perplexa sermonum inuolucra, & quãdo ab obscuris itur ab obscuriora. Priore modo accepit Dauid, vt volunt Hebræi, & nonnulli Patrum. optimè Euthymius: *per* abyssum, *vastum intelligit calamitatum pelagus. profunda (inquit) & vasta calamitas vastiorem aliam semper vocat calamitatẽ.*] Valdè energeticè Symmachus vertit, *abyssus abysso occurrit à strepitu canalium tuorum:* ἄβυσσος ἀβύσσῳ ἀπάντα ἀπὸ ἤχου κρουνῶν σου. q.d. ita inter se occurrunt, vt ipso sonitu ac fragore exterritum & me conantem effugere vnam, occurrat altera, & simul me comprehensum, in medio sui comprimant & elidant. Possumus vsurpare de effrenatis peccatoribus, qui ex vno scelere ruunt in aliud: item de inferni suppliciis, quæ illos manent.

Vsus adagij. Euthym. Symmachus. Vsus adagij.

vitæ periculo sunt coniuncti, quorũ quis tamen, iis ereptus, facilè memoriam deponat, arbitror indicari. hæc enim omnia ratio metaphoræ inuoluit; & ad omnia noster hic respexit. Sed alibi ad quædam istorum, ad angustiam & pressuram Ecclesi. 48. 21. *doluerunt quasi parturientes mulieres.* & Isai. 13. 8. *Torsiones & dolores tenebunt, quasi parturiens dolebunt.* & 21. 3. & 42. 14. Ieremiam prætermitto, qui solus octo loca suppeditat. imò pono ex c. 24. 22. 23. & 30. 6. & 48. 41. & 50. 43. Osee 13. 13. *dolores parturientis venient ei.* Miche. 4. v. 9. *comprehendit te dolor sicut parturientem.* & multa in hanc rem ex libro *Siph.* Galatinus lib. 8. de arcanis cap. 10. Ad obliuionem verò, illa CHRISTI in Euangelio, *Mulier cùm parit, tristitiam habet, quia venit hora eius: cùm autem pepererit puerum, iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum.* Ioan. 16. 21. Quo loco summus Doctor docet vsum parœmiæ opportunum, quando in hoc mundo premimur, nos parturienti similes esse; quando terrenis his vinculis exuti, gaudiis cœlestibus potiemur (Deus faxit) tum nos ei quæ pepererit similes, immemores tristitiæ, solida gauisuros gaudia, quia puer natus est mundo meliori.

Vsus adagij.

ADAG. LXIII. In vnum.

PSALM. XLVII. V. V.

In vnum.

QVid conuenire, consilium facere, habitare in vnum, habes suprà adag. 153.

ADAG. LXIV. Dolores, &c.

EX EODEM. V. VIII.

Dolores vt parturientis.

Sensus adagij.

GRauissimos & acerbissimos dolores; qui cùm summo

EX PSAL. XLIX. V. XXI.

ADAG. LXV. Statuere, &c.

Statuere contra faciem.

NOn mali palati iudicem, cui hoc adagium sapiat, quod habetur psal. 49. v. 21. *Arguam te & statuam contra faciem tuam:* sicut sunt, *in os dicere, in oculos ingerere, in faciem resistere,* & similia. pro palam & coram

ram aliis reprehẽdere. Sensus enim est; Non sicut tu delector conuitiis, & scommatis, & aliorum dehonestatione; dissimulaui ad tempus, vt emendares te ipsum; conniuebam, non probabam. Quod vt intelligas, os tibi obstruam, ingeram in faciem, atque in publicum proferam cuncta tua flagitia, indicabo qualis sis, & omnes vitæ maculas velut in tabula tibi ante oculos proponam: vt pudore perfusus, desinas aliis obtrectare. Benè noster Martinus de Roa lib. 1. Singular. cap. 2. explicuit vernaculo sermone, *yo os leere la cartilla, y en medio de la cara os dirè quien soys y os pornè a los ojos vna vida y milagros para que de corrido y auergonçado les de las agenas, y os deis çien puntadas en la boca.* Sic accipiunt nonnulli dictum Habacuc. 1. 3. *Quare ostendisti mihi iniquitatem, & laborem, videre prædam & iniustitiam contra me?*] sed est expositio violẽta, nec satis cohærens. optima verò est in loco Dauidis, vt ibi Hebræi omnes capiunt: vt & Euthymius & alij Patres, qui ad diem extremi iudicij referunt. Cassiodorus: *Superiùs dixit verba sua (Deus) post tergum peccatoris fuisse proiecta: nunc sorte contrariâ, peccata dicit sua vnicuique ante faciem collocanda. per hanc autem sententiam futuri iudicij cognoscimus qualitatem: quòd omnis peccator ante se videbit stare, quod se putabat obliuionis beneficio præterisse. Horror immenenſus, formido inæstimabilis: illa homines vident, per quæ se norunt ad æterna supplicia peruenire.*] Eleganter & acutè disertus & iudicij boni & selecti interpres psalmorum Ant. Agellius ita scripsit. [*Illud admonendum est, statuete in Sacr. libris penè forense verbum esse cùm aduersarius res obiicit & opponit, quibus rei causa obruatur, vt apud Iob. 6. 34.* Si potes, responde mihi & aduersus faciem meam cõsiste. *Ex qua interpretandi formâ in hoc psalmo quoque verri potuit*: Arguam te, & consistam ante faciem tuam. *Qui loquendi mos ex eo originem trahit, quòd aduersarius cùm in iudicio contenderet, & reum premeret, ex aduerso stare aut sedere solitus erat. Vnde 3. Reg. 21. iubet Iezabel, vt sedere faciant accusatores aduersus Naboth, qui eum falsi criminis accusarent.*]

Scitus adagij.

Martinus de Roa.

Ant. Agellius. Statuere.

EX PSALM. L. V. IX.

ADAG. LXVI. Niue candidior.

Niue candidior.

ALexander Aphrodisæus scribit, niuem maximè pellucere, & cæteris esse candidiorem, quia plurimum habet aëris, & ex aquâ constat, quæ duo elementa sunt maximè perspicua. Hinc factum vt quæ valdè candida volumus significare, vocemus niuea, aut niui comparemus, aut etiam dicamus niuem candore vincere. S. Orientius;

Niuis natura.

Sensus adagij.

S. Orientius.

Lenia nec desunt niuei velamina lini.

Psalmo 50. 9. *mundabis me, & super niuem dealbabor.* Isaiæ 1. 18. *Si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabuntur.* Thren. 4. 7. *Candidiores Nazarei eius niue.* Dan. 7. 9. *vestimẽtum eius candidum quasi nix: & capilli capitis eius quasi lana mũda.* Matt. 28. 3. *erat aspectus eius sicut fulgur, & vestimentũ eius sicut nix.* hoc est, facies rutilabat sicut fulgur, & vestimentum candicabat instar niuis. Marci 9. 3. id explicatur luculentissimè his verbis; *vestimenta eius facta sunt splẽdentia & candida nimis velut nix, quali a fullo nõ potest super terram candida facere.* quod addit, quia fullo vestes calcando pedibus subigit in solo. Apocal. 1. v. 14. *capilli erant candidi*

didi tanquam lana alba & tanquam nix. quod amplificationis causa additum, vt valdè candidi intelligantur, ait Ribera.

ADAG. EXVII. Diuidere linguas.

EX PSAL. LIV. V. X.

Diuidere linguas.

CVpiēs Dauid inimicos CHRISTI dissipari, inter cetera petit à Deo, vt spiritum dissensionis in illos immittat, vt soluatur conspiratio iniquorum: *Præcipita, Domine, diuide linguas eorum.* fac vt à se inuicem dissentiant, vt consiliis dissideant, vt quot sunt capita, tot sint sententiæ. Hispanicè, *que no se acuerdan, y no se entiendan, que cada vno parezca en su parecer.* Vbi sententiarum diuisio, nequit esse animorum concordia rata, qua res paruæ crescunt, maximæ verò discordiâ dilabuntur.

Adagium vide sumptum. Sumptum Adagium Hebræum à confusione linguarum in ædificatione Turris Babylonicæ, quâ factū vt conatus omnis irritus redderetur, & confusi huc illuc dispergerentur, sublato vinculo Societatis; quod est linguæ vnius & communis vsus. *Genes.* 11. rem breuiter perstrinxit Seuerus Sulpitius his verbis: *Ita turrim facere aggressi, qua cœlo accederet, nutu Dei, vt officia operantium præpedirentur, inassueto sermonis genere, multa diuersò, neque vlli inuicem intellecto, linguarum ritu, loquebātur, quo promptius dispersi sunt, cùm alter alterū velut alienigenam facilè relinquebat.* lib. 1. Histor. Sacræ. Eodē hic retulit D. Hilarius. Disertissimè verò Cl. Marius Victor lib. 3. Genes. adscribam quæ ad rem pertinent:

Seuerus Sulpitius.

Sed quia gens vna est, eadem quoque forma loquendi,
In componendâ persistent turre,

& postea.

Iam descendamus, tumefactáque corda superbo
Consensu, varij turbemus vocibus oris:
Vt, quod peccarunt concordis crimine mentis,
Confusa damnet melior discordia linguæ.
Dixit, & intentos operi molémque leuantes
Mentibus attonitis subiecta oblinio primùm
Intrat, & ignota subiit perfectio linguæ.
Increpitant operis studio cessante magistri
Cunctantes socios, sed vocem nemo remittit
Non intellectis; quod si quis tentat, inane
Sibilat, aut rupti fremitu sermonis anhelat.
Sic vanum prauâ susceptum mente laborem
Destituit frustrata manus. iam nemo propinquum,
Nemo patrem sequitur: quem quisque intelligit, addit
Agglomerátque sibi, sociúmque adiungere curat.
Dúmque perit diuisa huius cognatio gentis,
Gentem lingua facit, sparguntur, &c.

Mox id auium eleganti comparatione illustrat. Non opus arbitror meliore commentario ad intelligendum sensum adagij. Porro completum, quod Dauid petiit, quando obsessa Hierosolyma, dissidio & seditione intestinâ Zelotarum, & Idumæorum, &c. periit, vt narrat post vtrumque Iosephum & Hegesippum lib. de excidio Hierosolym. argumento eiusdem operis. lib. 4. Apollonius Collatius eleganti carmine. Quare non placuit interpre-

Iosephus Hegesippus.

Apollonius Collatius.

LIV. tatio B.Brunonis,disperge in exiliũ, vbi necesse habebunt diuersas linguas addiscere.

B Bruno.

ADAG. LXVIII. EX PSAL. EODEM. V.XV.

Cibum cum aliquo capere.

Cibũ, &c. Modium salis cum aliquo comedere.

PRouerbium est non ignotum, modium salis cum aliquo comedisse, hoc est, familiariter diu cum aliquo versatum. Sic suspicor aliquid simile hîc latere. Nam prouerbium esse aduertit Genebrardus,Hebraicè est; אשר יחדו נמחיק סוד *Oser iachdou namiq sod.* quod Arias vertit, *qui simul edulcorabamus secretum.* alij recentiores *consilium.* alij *eliciebamus,* Chald.*simul inibimus latum secretum.* Aquila, οἱ ὁμοῦ ἡγλυκάναμεν ἀπόῤῥητον, *qui simul dulcorabamus secretum.* Symmachus, οἵτινες ἐκοινολογούμεθα γλυκεῖαν ὁμιλίαν, *qui communicabamus dulce colloquiũ.*Hieronymus,*qui simul habuimus dulce secretum.* Lxx. explicarunt, referentes non ad consilium, sed ad conuictum familiarem, quo remotis arbitris amici familiariter conuiuantur, Galli dicunt; *manger à la godinette.* Vulgò, *sub rosâ conuiuari*, vbi non timetur, ne quis dicta foras eliminet. Vertũt itaque, ὃς ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἡγλύκαράς μοι ἐδέσματα.

אשר יחדו נמחיק סוד

& Apollinarius.

. . . ἄμφω θαλίης παρὰ σοὶ πασάμεθα μελιχρῆς.

Sod quamlibet congregationem vel cœtum significat, hic de symposio vel conuiuantium cœtu positum, ideo recte Lxx. transtulerunt. dixerunt autem potiùs metonymicè edulia, quàm conuiuium vel quid simile, vt clarior esset de Christo Prophetia. *Dulces* accipio, sapidos & bene conditos vtroque sale. vno lætitiæ & gratiarum, de quo illud. LXVII.

Non est in toto corpore mica salis: & à quo dicimus salsum dictum, & sine quo insipidum & infacetum est quicquid dicitur agitúrue :alterum illum materiatum, qui est condituræ culinariæ princeps, & sine quo vix sine nausea quicquam comeditur; qui si desit mensæ, insulsa sunt omnia & insalubria, vt multis docet Gomez à Medis lib.1. de sale. Gomez à Medis. Sẽsus ergo adagij idem qui Hispanici, *A comido comigo mucho sal con pan*: & quod sceleratus hæresiarcha iactabat Cochlæo teste:*se cũ Satanâ non vnum salis modium edisse.* nam promiscuè vtimur hac in re *panis* & *salis* voce. Hinc symbolum Pythagoræ, *Panem ne frangito*, hoc est, amicitiam ne dissoluito; à quo deductum aliud Hispanicum, *pan comido compagñia deshecha*, de amicis ollaribus. Vide Laërtium in Pythagoræ vitâ. Ideo Hecuba Euripidis exaggerãs inhospitale Thracis Regis facinus, queritur quòd communis mensæ sit oblitus. Theocritus etiã de Hercule & Telamone canit; Sensus adagij. Symbolũ Pythagoræ,Panem ne frangito. Laërtius. Euripides. Theocrit.

οἱ μίαν ἄμφω ἑταῖροι ἀεὶ δάπεδον τράπεζαν.

Qui ad vnam ambo semper amici cœnabant mensam. & Origen. contra Celsum lib. 2. citat quendam Iambographum alteri exprobrantem, quòd salem ac mensam esset prætergressus. Lege Erasmum Chil. 1. cent. 6. in adagio, *salem & mensam ne pratereas*,hoc est,ne violes amicitiæ iura. nã his rebus vt olim etiam hodie gignitur & nutritur amicitia. Vnde & *pactum salis* Hebræi vsurparunt;de quo vide sup. De pane quoque Q. Curtius lib.8. vitæ Alexandri testis est Macedones patrio ritu fœdus, quod sanctissimum ducerent, sic iniuisse, vt panem gladio diuisum vterque libaret. Hodie Origenes. Erasmus. Pactũ salis. Q. Curtius. Macedonũ ritus.

LXVIII. die in Galliis cùm amicus amicum inuisit, solet ei panis cultro nonnihil sectus, cum sale & vino proponi, signum beneuolentiæ. Quid? quòd Patres communiter hunc Dauidis locum de proditore Iudâ accipiunt. Vide Ios. Costam lib. 8. de Christo reuelato cap. 6. n. 1. multos citantem. De quo Saluator in vltimâ cœnâ queritur, quòd eiusdem mensæ & edulij particeps, omnia iura humanitatis violare non vereatur. *Vespere autem facto discumbebat cum duodecim discipulis suis. Et edentibus illis dixit, &c. Qui intingit mecum manum in paropside, hic me tradet.* Matth. 26. 23 *qui manducat mecum: qui intingit mecum manum in catino.* Mar. 14. 21. *Ecce manus tradentis me, mecum est in mensa.* Luc. 22. 21. & ideo illi panem intinctum porrexit, Ioan. 13. 27. vt vel hoc amicitiæ signo saxeum cor emolliret: & hoc scelus alibi quoque prædicens Dauid, vsus fuerat eodem adagio paulo aliter, citante Ioanne d. 13. v. 18. *Vt impleatur scriptura: Qui manducat mecum panem, leuabit contra me calcaneum suũ.* quod habes ps. 40. v. 8. eodem sensu; *Qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem.* Quare capio ad litteram dictum nostrum, de vero cibo, & communi mensâ, non de consiliis & secretorum læta communicatione, sicut cum Hebræis Vatablus & alij. Nec nouum est (1) & (') commutari, vt ex סוד *Sed, esca*, facile potuerit fieri סוד *Sod, secretum.*

De proditore Iuda locus acceptus. Iosephus Costa.

Author is sententia.

ADAG. LXIX. Descendant, &c.

EX EOD. PS. LIV. V. XVI.

Descendunt in infernum viuentes.

Infernus pro gehẽna proprie.

Infernum propriè sumi pro *gehennâ* docuimus suprà: nunc adagij vis explicanda. Hebræi explicant, nullo morbo præcedente subitò moriantur: & sic Vatablus. Sensus: tam repentina sit mors, vt inter vitæ amissionem, & descensum ad gehennam nullum videatur moræ interuallum posse considerari, & à termino ad terminum quasi sine medio perueniant. Hispani dicerent, *se van al infierno calçados y vestidos: no tuuieron lugar para desnudarse y echarse en la cama.* quod Iob. 21. 13. dicitur, *in puncto ad inferna descendunt*: cum quo congruit alia versio, *Non est reclinatio morti eorum*: hoc est, mortem nullus morbus præcedit, qui cogat eos in lecto decumbere. Vt sit adagium ferè simile illi, *viuens vidénsque periit*, propter subitam animæ à corpore dissolutionem. Sic Num. 16. v. 30. (quò noster respicit) legitur: *aperiens terra os suum, deglutiuit eos, & omnia quæ ad illos pertinent: descenderúntque viuentes in infernum.* & v. 33. *descenderúntque viui in infernum operti humo.* Nam Dathan, Abiron & alij subito hiatu terræ absorpti fuerunt, & sic mortui, eorúmque cadauere manente in terræ visceribus obruto, ad inferos anima descendit. Vt enim ibi prudenter Abulens. scribit, minimè putandum, eos cum corpore in infernum ruisse; non magis quàm cum tabernaculis, vestibus, & cunctâ substantiâ similiter cum ipsis absorptâ, Deuteron. 11. 6. quod de vero inferno, & non de sepulchro exponunt S. Epiphanius in anchorato: & S. Hieron. epist. ad Ephes. c. 4. nec aliter ausi vertere Pagnin. Vatabl. aut Oleaster. Nullo mihi modo persuaderi potest, quod S. Hilar. Gagneius & alij indicant, hos in illo lapsu seu viâ non fuisse mortuos, sed viuos cum animâ & corpore in gehennam peruenisse, &

Adagij sensus.

Viuens vidensque periit.

Abulẽsis.

S. Epiphanius. S. Hieronymus.

S. Hilarius. Gagneius.

Iuxta Cost. ita numquam morituros, de quo legendus Ioseph. à Costa lib. vlt. de temporib. nouiss. cap. 19. Moueor, quia sicut verisimilius est eos qui tempore secundi aduentus Domini nostri Iesu superstites inuenientur, in ipso raptu morituros: (vide Costam ibid. cap. 21) sic etiam ratio naturalis flagitat in tam violento & præcipiti raptu, per latitudinem immensam, & telluris viscera infecta aere pestifero, & occurrentibus, ac spiritu intercludentibus fumo, flammisque sulphureis, planè suffocatos qui rapiebantur. Si quis cum B. Epiphanio suprà dicat corpus etiam descendisse; facilè crediderim, sed animâ separatâ, simul; non animâ illud informante; quod non dicit Epiphanius. Idem ergo censendum de hoc loco nostro; *veniat mors super eos, descendant in infernum viuentes*; cuius multorum interpretationes vel longè petitæ sunt, vel mysticæ, vt D. Ambrosij lib. de bono mortis in fine: de consideratione mortis necessariâ viuentibus, vt B. Brun. & aliorum de iis qui scientes causam dant morti & damnationi suę, quod faciunt non pauci hæreticorum: vt Arbonij, hoc dici quia anima est immortalis: posset enim tunc dici de omnibus morientibus; vt Euthymij, de morte per cruciatus & miserias. optimè Apollinarius phrasi retentâ:

Mystice interpretationes. D. Ambrosius. B. Bruno. Arnobius. Euthymius. Apollinarius.

ἀς δ' ἀίδαο βίηφιν ἔτι ζώοντες ἵκοντο.

EXPS. EODEM. V. XXII.

ADAG. LXX. Molliti, &c.

Molliti sunt sermones eius super oleum: & ipsi sunt iacula.

DVo in hoc versu occurrunt, sed prius hodie in Hebræo cõtextu, non apud Lxx. vel nostrum.

Lenius (vel nitidius) os butyro. Hebr. hodie habes: *chalcu machamaoth piu vkrab libbo*, nempe חלקו מחמאות פיו וקרב לבו *Lenierunt præ butyris*, hoc est, plusquam, seu suprà butyrum) *os eius, & cerastius* (seu prælium) *cor eius* Nam חלק *Chalac* significat interdum *lenire & emollire*: secundum vocabulum censuerunt sibi ipsi radicem esse, & חמא seu חמה *Chemah* significare *butyrum*, & plurale eius esse *chamaoth* חמאות. denique legerunt קרב *Cerab*, hoc est, *prælium* seu *conflictum* qui non fit sine appropinquatione ad conserendam manum & pedem pede premẽdum: a radice *Carab* quæ *appropinquare & præliari* significat. Hanc lectionem sequuti non modò recentiores Pagnin. Vatab. Fœlix, Nebiensis, Pratensis, Flaminius, Clarius & Caieta. sed & Chaldæus: *Leniora quàm pinguedo caseorum sunt verba oris eius, & sicut arma bellica cor eius.* & Symmachus λειότερα βυτύρου τὰ ῥήματα αὐλῶν, πολεμᾷ δὲ ἡ καρδία ἑκάστου αὐτῶν. *molliora butyro sunt ora eorum, pugnat autem cor cuiusque eorum.* & D. Hierony. Symmachum sequitur, nisi quod in singulari vertat, *Nitidius butyro os eius*, &c. Iuxta hanc lectionem; quod sequitur in eodem versiculo foret repetitio & interpretatio huius commatis, & idem erit sensus vtriusque adagij, de quo §. sequ.

חלקו מחמאת פיו וקרב לבו חלק חמא חמה קרב

Pagninus & alij. Symmachus. D. Hieron.

Conciliemus nunc versionem Lxx. cum hac aliâ lectione. Defendendi enim & simul vulgata cum illis, quos sequitur. Lxx. habent; διεμερίσθησαν ἀπὸ ὀργῆς τοῦ προσώπου αὐτοῦ, καὶ ἤγγισαν ἡ καρδία αὐτῶν. *diuisi sunt ab ira vultus eius, & appropinquauit cor illius.* Quo pacto tam diuersi abeunt à cæteris? quia paulo aliter legerunt. Primò *os eius* & *cor illius*:

Versionũ conciliatio.

illius: in singulari etiam Chaldæus & S. Hieronymus verterunt: rati enallagen numeri esse, quod est frequens. Deinde *Chalcu* ab eadem radice *Chalac* חלק deduxerunt, sed aliam frequentiorem eius significationem secuti, quæ *est dimidere. 3.* legerunt *Mechemoth* מחמת (iuxta Bredembachium à *chemah* חמה) vel legerunt vt habemus *Machamaoth*, à *Chamath* חמת *Aleph* per protractionem inferentes (iuxta Genebrardum) vtraque radix *ira feruorem & furorem* significat. Postremò non *Cerab* sed *Carab* legerunt, quod significat *appropinquare*. cuius vocis acceptio restringenda hic ad eos qui hostili animo appropinquant, vt inuadant & de medio tollant, sicut sumitur sup. v. 19. & de Pharaone Exod. 14. 10. Sensus potest esse idem cum recentiorum versione. *Diuisi sunt ab irâ vultus eius*, hoc est, iratus Deus permisit ad malum eorum, vt malitiam suam blando vultu & verbis tegere conarentur, simulantes beneuolentiam: interea tamen aliud mente agitarent, nempe aggredi & impetum facere in illum. Iuxta hanc interpretationem *eius* referendū foret ad ipsum Deū, vt censet Genebrardus, quem vide. Verùm mallem *eius* & *illius* hîc, vt fit in sequenti cōmate, ad ipsos inimicos occultos referri, q.d. eò malitiæ progressi sunt (si capies de pluribus per enallagen numeri) vel progressus est (si de vno illo præcipuo proditore, vt capit Ruffin. in Osee & alij, quod magis placet) vt præ magnitudine iracundiæ, quam palam prodere non audebat, statuerit per insidias morti tradere. & ideo *vultus eius diuisi sunt ab ira eius* (nā per zeugma repetendū ex subsequenti) *diuisus est vultus*, expono, *duplex factus est*: hoc est, aliud vultu præ se ferre & simulare (nempe amorem quē alto corde premebat, nempe odium.) Hebræi namque *duplex cor* vocant quod dolosum est; & *vnum* quod sincerum est (docui suprà) & ideo illis *in corde & corde loqui*, idem est quod aliud loqui, aliud sentire: & sic Latini vsurpant *homines bilingues*, Græci ἄνδρα δίπλοον, *virum duplicem*: quod ipse Homerus explicat, verbis amicum, hostem moribus. Vide suprà vbi de hac re fusè. Si sic accipias hoc loco *diuisi sunt*, sensu coincidit cum *blandi facti* sunt: quod vtrumque radici consentaneum est, & vnum altero explicatur. Vt vir *duplicis vultus* sit idem quod duplex animo.

חלק

מחמת חמה

חמת

Duplex cor quid Hebræis.

Homines bilingues. Homerus.

Vir duplicis vultus.

EX EODEM VERSV.

ADAG. LXXI.

Molliti sermones super oleum.

Mollici sermones super oleum.

HEbr. *præ oleo*, magis quàm *oleū* *Missemen* משמן: rectè noster *oleum*, vt etiam Vatablus, Caietan. Fœlix, Pagnin. & alij. Sed Campēsis *vnguentum*, & sic Arias in carmine. Ab oleo deducuntur multæ prouerbiales locutiones, propter varios vsus quos hominibus præbet; *vngere* vel *impinguare caput oleo*, de quo postea.

Nihil oleo tactu lenius & mollius est, aluū mollit, tubera & alios tumores malacisat, aspera leuigat, dolores lenit; fluit sine vllo strepitu: Plato in Theæteto, ne ictum quidem edit sonum, denique nihil illi asperum inesse Plutarchus scribit in libello de causis naturalibus cap. 12. adeò vt ipsum mare tranquillet, si fœuienti infundatur. Vnde factum, vt homines placidos, leni ingenio, ac minime iracundos, veteres *oleo tranquilliores* vocarint. Et quia oleum nitorem seruat iugem, & alia nitidat,

Olei proprietates.

Plato.

Plutarch.

Oleo tranquilliores.

& facit splendescere: idcirco dixerunt *oleo nitidius*: vt Prou. 5. 4. de fallaci meretricis blandiloquentia; *oleo nitidius guttur eius*: Sic enim malo capere quàm de cutis splendore aut lenitate, aut de ornatu, vt Plautus vsurpat in Truculento: *Feruide vt rota florat, vt oleum pitidè nitet.* Metaphoricè transferri solet ad blanda verba adulatorum, vel fingentium se amicos. Huc libens retulerim illud iocosum epigrammatarij;

Narratur quidam bellè dixisse, Marulle,
Qui te ferre oleum dixit in auriculâ.

cuius loci varias interpretationes in eruditis commentariis Raderi nostri potes legere; & Martini hoc lib. 1. Singular. capite 5. Potest dici, *oleum in auriculâ ferre*; qui asper rectè consulentibus aut monentibus, nihil admittit, auribus pruriens, quod teneras auriculas mordaci vero queat radere. Vult sibi placentia dici. ideo parasitis gaudet, & assentatorum delinimentis credit dumtaxat, oleo mollioribus; sed vt oleū stomacho nocet, sic huiusmodi dicta animæ sunt pernicioſa. In sacra Scriptura clarissimus vsus est adagij, vt hoc loco; *Mollitī sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula.* d. v. 22. Vtitur (ait) verbis leniſſimis, sed ea grauiùs sauciant quàm sagittæ, vel alia tela. Nam Hebręum vocabulū פחחות *Phethichoth*, etiam lanceas & strictos gladios significat. quidam volunt verti *iaculorum*: tunc subaudiendum similes. Sensus idem. nam etiam nostra versio sic capienda. quia Hebræi solent notam similitudinis subaudire. Hispani dicerēt; *palabritas melosas en la boca, y lancas amoladas en el coraçon.* De Adagij vsu omnes conueniunt, pertinere ad eos qui more scorpionum blandiuntur verbis, vt postea factis noceant faciliùs & securiùs. Sic Hilarius & alij interpretes hoc loco, & Procop. in Isai. fol. 27. & Ruffinus in Symbolum. Gnari sunt isti, professa odia vindictæ locum obsepire. Exemplum præbet sacra Scriptura Chusai Arachitæ, qui tali stratagemate Achitophelem ad suspendium adegit, & Absaloni victoriam de manibus eripuit. 2. Reg. cap. 17. & 18. vide de huiusmodi amicis fictis, Eccles. cap. 12. à v. 25.

Oleum in auricula ferre.

Hilarius. Procopius Ruffinus.

פחחות

Adagij vsus.

EX EODEM PSAL. VERS. VLT.

ADAG. LXXII.

Deducere in puteum interitus.

Deducere in, &c.

AIt: *Tu verò deduces illos in puteum interitus.* LXX. *καταξεις αὐτοὺς εἰς φρέαρ διαφθορᾶς.* Quod D. Augustinus vertit *puteum corruptionis*, quidam recentiores obscurè vertunt, *descendere facies in eos puteum fouea*, vt sit hypallage. Meliùs LXX. & clariùs, vt & D. Hieronymus. Chaldæus etiam & Rabbini alij, *deturbabis in gehennā profundam*, hoc est, in imum seu inferiorem infernum. Et puto non significari dumtaxat periculum seu infortunium; tunc enim simpliciter legitur *fouea*. vt Eccles. 12. 15. *In labis suis indulcat inimicus, & in corde suo insidiatur, vt subuertat in foueam:* & Iosue 23. 13. Ps. 7. 16. & 93. 13. Pro. 23. 29. & 26. 27. Eccles. 27. 29. Isai. 24. 17. Ierem. 18. 20. vel solummodo *Puteus*. Sine addito quando in malum sumitur, vt ps. 68. 16. *Non vrgeat super me puteus os suum:* ne occludatur planè os putei, hoc est, ne mihi spes omnis ab hac afflictione eripiendi me eripiatur. Euthym. & Vatabl. Prou.

Puteus interitus.

Fouea

Puteus.

LXXIII. Prou. 23.27. *puteus angustus, aliena.* Hoc autem loco additur vox *interitus.* Hebraicè, שחת *Schachath, corruptio, interfectio, interitus*: quod nostri & LXX. deducunt à radice שחת *Schachath, corrũpere, dissperdere, delere*; recentiores verò illi à radice שוח *Schuach*, incuruare, inclinari. Sed tunc fouea capi debet pro interitu vel internecione: vel puteus interitus idem videtur quod ima pars putei, in quam demersa cadauera, non extrahantur, sed ibi computrescant. quod tamẽ duriusculum est. *Puteum interitus* infernum seu gehennam exponunt ex nostris Hieronym. Cassiodor. Bruno, Richard. Haymon, Ludolph. & alij. Generaliùs S. Basilius & Euthym. supplicium: vnde nullum erit effugium; & sic etiam Theodoret. Sed videtur indicare, se de æterno supplicio accipere, quo qui à Deo affectus, aliunde salutem nequit inuenire. quia nulla ibi redemptio. Fortassis tamen vt B. Hilarius de excidio Ierosolymitano acceperunt. D. Augustinus tropologicè; *Puteus corruptionis tenebræ sunt submersionis:* Sic vocat velamen & cæcitatem mentis Iudæorum & hæreticorum. Vsus adagij potest esse primùm de Deo, quando aliquos *dat in reprobum sensum, vt faciant ea quæ non conueniunt.* Roma. 1. v. 28. ruant de peccato in peccatum; de errore in errorem, donec suo etiam iudicio condemnentur. Deinde de parentibus, tutoribus, magistris, dominis, qui nimiâ indulgentiâ liberos, pupillos, discipulos, seruos perdunt & corrumpunt. postremò de quibusvis, qui exemplo vel consilio mores aliorum deprauant, & ad grauia peccata instigant.

Alia interpretatio.

Hieron. & alij.

D. Hil. ar. Alia interpretatio. Tropol.

Vsus adagij.

EX PSAL. LVII. V. IV.

ADAG. LXXIII. A vulua vel ab vtero. Proueriales locutiones.

A vulua & ab vtero.

NOta sunt, & perspicua veterum adagia, *à cunabulis, & à teneris vnguiculis, & cũ lacte nutricis, & ἐκ νέου παιδὸς*, à pueris seu à prima infantiâ; quibus omnibus significatur, ab initio, & primis vitæ rudimentis aliquis huiusmodi fuisse. (*vide Chiliad. 1. centur. 7.*) idem indicant maiore hyperbole, *à vulua, ab vtero, à ventre, ab vberibus.* statim ac natus, semper. Sic psal. 21. 10. *Spes mea ab vberibus matris meæ.* quasi dicat, ex quo cœpi lactari. עַל-שְׁדֵי *ghal scede. In te proiectus sum ex vtero* (מֵרֶחֶם *merachem*) *De ventre matris meæ.* (מִבְטָן *mibetem*) *Deus meus es tu.* Psal. 57. 4. *Alienati sunt peccatores à vulua; errauerunt ab vtero.* quod volunt nonnulli accipi de peccato originali, in instanti conceptionis. vide Roam nostrum lib. 1. Singular. c. 12. & de nõ dãnatis accipit S. Hil. hîc. Verùm tunc nihil peculiare diceret de hostibus suis. Alij exponũt, quãuis naturæ eadẽ habuerint exordia, tamen in habitus diuersissimos & alienissimos statim distracti fuerunt. Alij *à vulua alienatos*, exponunt à misericordia & pietate alienos factos. Mihi hæc dura videntur: sicut quod Iudæi, ex genitura ab ipso ortu improbos: improbandũ planè vt commentum astrologicum. Simplicissima est expositio, per hyperbolem dici, vt exposui. Tale obseruo apud Senecam in Thyeste,

עַל-שְׁדֵי

מֵרֶחֶם מִבְטָן

Scripturæ interpretationes. Roa.

S. Hilar.

Seneca.

. . . *ne mali fiant times?*
Nascuntur. hoc est, ab vtero mali sunt.

ADAG. LXXIV. Aſpis ſurda, &c.

EX EODEM PSALM. VERS. V.

Aſpis ſurda obturans aures ſuas.

Vſus adagij.

VSurpatur de iis qui recta monentes, & benè conſulentes, nolunt audire. Deſumptum adagium ex aſpidis naturâ quam ſacræ Scripturæ teſtimonio hîc proditam habemus. de ſerpentum incantatione, quod occurrebat, dixi in magicis diſquiſitionibus, lib. 2. hoc autem ab aſpide fieri tradit etiã Hierony. Mercurialis lib. 2. de venenis. Adagio vtitur Iſidorus Peluſiota lib. 1. epiſt. 30. ad Euſebium. Hebraicè habemus hoc loco pro *aſpide* פתן *Phethen*, quod etſi ſemel *baſiliſcum* noſter verterit cũ Lxx. Pſal. 91. 13. quinquies vertit *aſpidem*. ab inſidiando dictam putem. פתה enim *inſidias* & *deceptionem* innuit. Inſidiatur autem aſpis latens in arenâ, cui ſpecies illorum vna concolor eſt. Sciendum aſpidum plures ſpecies poni, ſed ſub diuerſis nominibus. Nam Solinus Polyhiſt. cap. 30. duas nominat his verbis; *plures diuerſæque ſpecies aſpidum ſunt, verùm diſparis effectus ad nocendum. Dipſas ſiti interficit; Hypnale, quòd ſomno necat, teſte etiam Cleopatrâ, emittur ad mortem: aliarum virus, quoniam medelam admittit, minus fama meretur.*] Sic ille, qui quòd Dipſadem faciat ſpeciem aſpidis, mihi non perſuadet. effectus docet differre. Nam Dipſas ſiti necat, vt elegantèr Lucanus lib. 9. depingit, aſpis ſomno, vt ſtatim docebo. Putauit Solinus ſolam Hypnalem hoc præſtare; ſed Hypnale toti aſpidum generi commune nomen. Omnes enim aſpides morſu ſomnum inducunt lethalem: docent Nicander in Theriacis, Plinius lib. 39. cap. 4. & alij, inter quos Lucanus lib. 4.

Heic quæ prima caput monit de puluere tabes
Aſpida ſomniferam tumidâ cervice leuaui, &c.

& poſtea;

At tibi læue miſer fixus præcordia preſſit
Niliacâ ſerpente cruor: nullóque dolore
Teſtatus morſus, ſubitâ caligine mortem
Accipis, & Stygias ſomno deſcendis ad vmbras.
Non tam veloci corrumpunt pocula letho,
Stipite quæ dura, Virgæ mentita Sabææ,
Toxica ſacrilegi carpunt matura Sabæi.

Phethen cur dicta aſpis.

Aſpidis ſpecies.

Solini locus.

Dipſas nõ eſt aſpidũ ſpecies.

Hypnale commune nomen.

Aſpides omnes ſõnificæ. Nicander. Plinius. Lucanus. Lucani locus.

Orditur ab aſpide Lucanus, vt & Nicander: quia ſerpens iſta ceteris ad exitium promptior eſt. *Niliacam* vocat, quòd in Ægypto plurima, & quidem ſacra etiam Propertio teſte: cætera patebunt ex dicendis. Cœlius Rhodiginus lib. 27. lect. ant. c. 14. notat à Siſenna vocari *ſomniculoſam*, quod *νάρκην* (teſte Plutarcho) & *ναταφορὰν* inducat. Siſennam pro Cinnâ, hiſtoricum pro poëta poſuit per errorem: patet ex Gellio lib. 9. cap. 3. qui mihi fidem non facit de ſignificatione *ſomniculoſæ*: nam ego non actiuum, ſed paſſiuum putem. Suadet Latinitas, & quia Nicander prodidit aſpides oculis & capite videri dormitare, & ſtrepitu ſubito excitari ad noxã. Toti hæc generi cõmunia. Græci tres ſpecies memorant: *Cherſeas* vocari, quæ terreſtres terræ concolores ſunt; *Chelidonias*, quòd varietate colorum imitantur hirundines; denique *Pryades*, quòd venetato ſputo, velut telo, appropinquan-

Propert. Cœlij lapſus. Plutarch.

Gellij locus.

Nicander quid de aſpidibus.

Tres ſpecies aſpidum. Cherſeæ. Chelidoniæ.

Pryades.

LXXIV. Aëtius, & alij. pinquantes occidant. Sic Aëtius lib. 3. tetrabibli sect. 1. cap. 20. Ægineta lib. 5. cap. 19. Dioscorides, Galenus, & alij citati à Bustamant. Camerensi lib. 3. de reptilib. cap. 9. Ptyadi proprium, quod B. Isidorus in Etymol. aspidi generatim tribuit, volens aspidem ab aspergendo vocatam: potiùs Græcum nomen est à scuti formâ, cui caput non dissimile. Cherseam quidam volunt esse Hypnalem, sed dubito.

Locus S. Isidori. Aspis vnde dicta.

Explicatur locus Psal. 5.

Multiplex etiam difficultas hîc suboritur ex verbis Dauidicis, *Furor illis secundùm similitudinem serpentis: sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas; Quæ non exaudiat vocem incantantium, & venefici incantantis sapienter.* d. psal. 57. v. 5. & 6.

Adag. furor serpentis.

Primò quæritur an de omni serpente dictum istud, *furor illis secundùm similitudinem serpentis.* Vnde potest adagium deduci de hominibus iræ implacabilis, quibus certum est, quouis cum periculo vindictam sumere. Posset videri ex Euthymio de quauis serpente sumendum, vt duæ sint comparationes, vna serpentis in genere, aspidis altera in specie. Verba Euthymij sunt; *Aiunt, serpentem, vbi in aliquem cœperit furere, nunquam iram aut furorem deponere, donec venenum intulerit, aut rabiem mors ademerit.* Quare meritò Sulmonensis pœta cecinit;

Euthym.

Sed neque fuluus aper medijs tam sæuus in iris est,
Fulmineo rapidos dum rotat ore canes:
Nec lea, cùm catulis lactentibus vbera præbet:
Nec breuis ignaro vipera læsa pede.

non malè ad viperam restrinxit, secundam ab aspide pestem. Nos ne *serpentis* nomine quemlibet capiamus: satis clarè sacra Scriptura quod versus initio vniuersim dixerat, sequenti commate exposuit, de aspide intelligendum. q. d. Serpentis, serpentis inquam aspidis; cui hoc nomen, vt & colubri per antonomasiam tribuitur. Sic enim versib. citatis Lucanus *Niliacam serpentem* vocat, quamuis ad Nilum, & totâ Ægypto multæ aliæ species reperiantur. Sic Isai. c. 14. 29. *de radice enim colubri egredietur regulus*, id est, ex ouis aspidis, vt explicat Bustamantius d. lib. 3. cap. 14. Ego id notaui apud Propertium.

Serpens pro aspide.

Colubер pro aspide.

Locus Isai. 14. 29.

Bustam. Locus Propertij.

Brachia spectaui sacris admorsa colubris,
Et trahere occultum membra soporis iter.

de Cleopatrâ sermo, quæ admotis aspidibus exanimata. nam aspides ab Ægyptiis coluntur, ideo, *sacris.* Tam iracunda est aspis, vt vmbrâ visâ hominis in furorem agatur. Seneca lib. 3. de ira; *Quod accidere vides animalibus mutis, idem & in homine deprehendes: frivolis turbantur, & inanibus. Taurum color rubicundus excitat: ad vmbrã aspis exsurgit: vrsos leonésque mappa proritat.* Aspidis ira rabidissima, quando comparem reperit occisum. Plinius lib. 8. c. 23. testatur: *Coniuga fermè vagantur, nec nisi cum compare vita est: itaque alterutra interempta, incredibilis alteri vltionis cura. Persequitur interfectorem, vnumque eum, in quantolibet populi agmine, notitia quadam infestat: perrumpit omnes difficultates, permeat spacia, nec nisi amnibus arcetur, aut præceleri fuga.*] Sic ille de aspide. Iracundiorem semper esse fœminam, morsu vehementiorem, & mortis celerioris, docet Nicander in Theriacis. Sed nota illud *amnibus arceri:* vt caueas à traditione Abulensis ad c. 32. Deu. q. 5. vbi ex auctore de proprietatibus rerum lib. 18. notat, aspides esse celerrimas, & flumina ac

Aspides ab Ægyptijs cultæ.

Aspis vmbra irritatur.

Aspidis ira maxima compare interfecto.

Iracundior aspis fœmina.

Abulensis notatus.

maria transuolare. Carent enim alis, vt constat.

An aspides sint surdæ naturâ Auicennæ locus.

Secunda quæstio, quo pacto obturet aurem ne audiat, si naturâ surda sit, vt tradunt Auicenna lib. 4. Fen. 6. tract. 3. cap. 21. loquens de aspide siccâ; quam nouit etiam Lucanus, canens lib. 9.

Aspis ficca. Lucani locus.

.....stabant in margine ficcæ
Aspides: in mediis sitiebant dipsades vndis.

nisi *siccam*, pro sitiente malis: quam *siccam* puto esse Chersæam, quæ multo tempore solet subterranea degere, iuxta Ælianum lib. 10. de natur. animal. cap. 32. Sed tunc falleretur Auicenna, quia Chersæam hebetis visûs, sed auditûs acerrimi, esse docent Plinius lib. 8. cap. 23. Galenus, Ælianus, Aëtius, & Ægineta. & de hac capiendum, quod Nicander ait, leui strepitu excitari, & somnum discutere, & caput horridum erigere. Surdam quoque esse Chelidoniam censet idem Auicenna, cui cæteri scriptores Ælian. Aëtius, Ægineta consentiunt: interpres Auicennæ *hirundinem* vertit, melius *hirundinariam* dixisset, vel *hirundineam*. Iam Ptyada quoque surdã esse contendunt iidem scriptores. Si ergo tres species, hoc est, omnes, secũdùm Auicẽnam; vel duæ, iuxta ceteros, surdæ sũt: quo pacto dicitur vocem incantatoris exaudire posse, & ne exaudiat, aurem obturare? Accedit quòd auriculas non habet, sed pro auribus tenues quosdam meatus vtiles ad audiendum Chersæa; inutiles Ptyas & Chelidonia, quia membranis interioribus obturatas, vt talpa oculos habet exterioribus obseptos.

Plinius, & alij.

Nicandri locus.

Chelidonia.

Ptyas.

Aspis caret auribus.

Satis obscura est satisfaciendi certa ratio, si surditatem apud Dauidem capias de naturæ vitio, vt facit Bustamantius d. lib. 3. cap. 11. dictorum eius summa est, *surdas* vocari; quia duæ species verè sunt surdæ; à maiori parte: & dici aures obturare, non minùs quàm Chersæas, hoc tamen discrimine. Cùm enim aspides à mago cantu eliciuntur, & necantur, id totum fieri à dæmone ex pacto: nam cantum signi loco dumtaxat esse. Itaque canere incipiente mago, Chersæas cantum audire, & torqueri incipere; & ideo ne audiant, aures obturare. Ptyades verò & Chelidonias, etsi cantum non audiant, sentire tamen tormina & distensionem partium continuarum, qua ruptionem dæmon parat: itaque præ cruciatu se distorquere, & vnum quidem oculum (vt magum lateant quem vellent, & nequeunt inuadere) cũ aurium meatu terræ adprimere; alterum verò oculum insidiosè primùm in magum intendere, mox non cessante dolore, cùm non valeant terram subire, caudâ reflexâ caput, & simul meatum alterum aurium contegere, vt cerebrum cui naturâ docente metuunt, quódque meatui aurium & oculis vicinum est, à noxâ conseruent. Hæc Bustamantius videtur mihi voluisse, aut si noluit, fateor me quid voluerit non intelligere: quæ, quàm vera sint, considerent medici, & rerum naturalium peritiores.

Bustamãtij sententia.

Ego Patribus assentior, & surditatem hic accipio de artificiosa & affectatâ, per meatus aurium obturationẽ. Sic Euthym. Haymon, Bruno, Richelius, & alij. Nec crediderim vllas aspides esse prorsùs surdas, sed comparatiuè surdas, aliis alias hebetioris auditûs. Hic sanè, vt explicuit cùm ad *serpentem* dixit se de *aspide* loqui; sic etiam explicat quod inciso præcedenti dixerat *surdam*, id se de auris obturatione intelligere. q.d. *surdæ*, id est, obturantis aurem suam; vt (ꝛc.) sit exegeticũ: quod

Authoris sententia. Agi de surditate affectata.

addi

addiderunt LXX. ad ſenſum. Nam Hebraicè nō eſt (&) vt nec in Chaldæa Paraphraſi, aut Hieronymi, aut Fœlicis, & aliorum recentiorum verſionibus. Sed nec apud Apollinarium in verſibus elegantiſſimis;

Apollin.

ἰοβόλοις ὀφέεσι παγάκιλοι μηνίοντες,
ἀπὶς ὅπως κραδὴ τῆτερ κότῳ οὔατ' ἔβυσεν.
ἢ ῥ' οὐκ ἰητῆρ ἐπαάλυντο ἀκέσσα,
φαρμακέην δὲ ὅ οἱ μέλλε σοφὸς ἀνὴρ ἄλκαρ.

noſtram confirmans interpretationem.

Adiicio alterum adagiū ab aſpide ſumptum, ſuo prætermiſſum loco, nempe, *Aſpidis venenum*, ſeu *Aſpidis morſus*, apud Apoſtolium Byzantium: de malo quod medelam & remedium omne reſpuit. Nam ſacra Scriptura vocat *venenum aſpidum inſanabile*. Deutero. 32. v. 33. ictos ab aſpide ſanari non poſſe, niſi parte celeriter trucatā: communis ſententia veterum videtur. tradunt enim Ariſtoteles lib. 8. de hiſt. animal. cap. vlt. Plinius lib. 8. c. 23. Ælian. lib. 1. de naturā animaliū, c. 57. Aëtius d. cap. 20. Ægineta & alij, inter quos Nicander.

Aſpidis venenum, ſeu, Aſpidis morſus.

Aſpidiis ictus an inſanabilis?

Ariſtoteles & alij.

Ἀσπίδα φοινήεσσαν ἀμυδρότατον δάκε ἄλλων.

Aſpida crudelem cuius morſus pre ceteris immedicabilis eſt. Vnde & veteres mulierem improbam, *Telum aſpidis* vocaſſe, ὃς πίσυνος ἀσπίδ' κακὴ γυνή, citat Adagiographus Chil. 3. cent. 1. adag. 85. Quo igitur pacto tradita ab ipſo Plinio, Aëtio, Galeno, Ægineta remedia, quibus ſanitatem certò ſpondent? Buſtamantius d. lib. 3. c. 10. conciliat; qui dicunt inſanabile venenum, intelligendos de Chelidoniæ morſu: qui curationi certam medicinam promittunt, de morſu Cherſææ, & conſputatione Ptyados locutos. Dubito vehemēter, quia video Galenū lib. de Theriacâ ad Piſones, & Plinium, & Nicandrum & alios diſtinctionis huius nullam mentionē facere, ſed in genere, aſpidis meminiſſe. Dicerem ergo libentiùs *inſanabile* vocari, quia ægerrimè & rariſſimè icti ſanentur, propter veneni præcipitantiam, quod vt plurimum intra quatuor horas necat.

Telum aſpidis inde mulierem improba.

Buſtamantius.

Venenum aſpidis in ipſis faucibus eſt capiti proximum: ideò poteſt adagij quoque vice vſurpari, quod dicitur Iob. 20. 16. *caput aſpidum ſuget.* hoc eſt, præſentaneum & exitiale venenum ſponte hauriet: quod de peccatoribus veriſſimum eſſe patet. Propter hanc viciniam veneni, putarunt Rabbini, quos citat Pineda noſter ibid. nu. 1. venenum aſpidis eſſe in capite, & ideo Hebræum רוש ראש ſiue ראש idem eſſe, & ſignificare tam caput quàm venenum. Quod dixi probatur ex Lucano, qui idcirco tumidam ceruicem illi tribuit;

Adag. Caput aſpidis fugere.

רוש
ראש

Aſpida ſomniferam tumida cervice leuauit.
Plenior huic ſanguis & craſſi gutta veneni
Decidit: in nulla plus eſt ſerpente coactum.

De tumore id ex Nicandro accepit, qui addidit aſpidi in maxillis quatuor virulentos & longos dentes eſſe, quos interior tunica ſub linguā pelliculis quibuſdam contegit; inde immite corporibus venenum eiaculari, quod de Ptyade accipiendum, quæ hoſtem conſpuit, vt illi non gutture tantùm, ſed etiam ſub linguā ſit venenum. Ichneumonis cum aſpide Plinius pugnam deſcribens fauet ſententiæ meæ, dicens, *caudam attollens* (Ichneumon) *ictus irritos auerſus excipit, donec obliquo capite ſpeculatus inuadit in fauces* aſ-

Nicandri locus.

Ichneumonis cū aſpide pugna. Plinius.

pidis,& sic eam strangulat veneno tumidam. Plinij verba habes lib. 8. c.24.Sed cap. 23. dixerat, *colla aspidum intumescere* (veneno) *nullo ictus remedio.*

Nondum recedo ab hac peste. *Mali corui malum ouum.* Virulentius ouum est ipsâ aspide, & emori Ichneumonem veneno, quando illa frangit & conculcat, tradit Bustamantius d.lib.tertio cap.14. &, si iam confota sint, erumpere aspidis catulum,qui necet victorem, & patrem vlciscatur. De catulo erumpente sacra Scriptura indicat. de ouis ceteris, cum vitello, repugnat Nicander, significans, impune ab Ichneumone calcari, frangi, deuorari.Non ergo tam noxia illi, vt ceteris calcantibus sunt, quos aspergine virulentâ dant exitio. Isaiæ 59.5. *Oua aspidum ruperunt.* competit in eos,qui seipsos perdunt, volentes inimicum perdere:vt Lycurgo Thraci accidit, qui volens vineta exscindere, securim sibi in crus impegit. d. *v.* 5. Hebræorum est צפעני *Tsiphghoni*, Lxx. vertunt ἀσπίδων, quos secutus D. Hieron. & confirmant Chaldæus Paraphrastes,Vatablus in scholiis,sic explicans, *qui oua aspidum frangunt, noxium sibi opus faciunt : nam ouo fracto erumpit aspis, qua lingua vulnere venenum infligit effractori oui.*] fallitur de *lingua vulnere.* Nam aspis vel spuendo, vel dente lethum adfert. Isidorus Clarius:*similes estis ouis aspidum : his enim fractis nõ aliud prodit quàm aspis : Sic cùm vos serpentes sitis, cogitationes vestræ, & opera vestra serpentina sunt & plena toxico.*Tigurinus tamen & Montanus volunt verti, *oua reguli.* Res eodem recidit, quoad sensum adagij:de reguli veneno, constat quam sit noxium,& de animalis proprietatibus dicemus alio loco. Dubium est planè quid significet. Nam אפעה *Ephgheh* variè vertit noster, idem iudicium de *Tsiphghoni*, vtrùm *aspidem*, *basiliscum*, an *viperam* notent. Symmachus & Theodotion, *aspidem*, Aquila *viperam* vertit. noster Isai.11.8.& Prou. 23.32. *regulũ.* Nõ est igitur, cur nostra versio deseratur.Maximè cùm aspidis, & viperæ & basiliscí quod attinet ad iram, astutiam,veneni malitiam, magna sit similitudo, quæ causa vt Nicander aspidi viperam subiunxerit, Vnde data occasio veteri adagioni,

ἀσπὶς πὰρ ἐχίδνης φάρμακον δανάζεται.

Sumit venenum à vipera aspis mutuò.

Tertullianus lib. 3.adu. Marcion. cap.8.*Desinat nunc hæreticus à Iudæo, aspis,quod aiunt,à vipera, mutuari venenum.* Vsurpari potest. Primò, quando pessimus à pessimo sumit mali quippiam. II. quoties qui per se malus est, contagio mali fit deterior, sic Erasmus. III. quando duo peruersi capita conferunt, & clam aliquid moliuntur. eâ sententiâ vsurpauit Diogenes Cynicus. IV. vt significemus, pestilentiorem à minùs malo edoceri: sic Hoius in Adagiis Tertulliani. hoc sensu dicere possumus, quando Caluinianus à Lutherano aliquid nefariæ sumit doctriuæ, *aspis à vipera.*

Oua aspidum. Adag. Oua aspidum frangere. Lycurgus Thrax. Defensus noster. צפעני Reguli oua. Symmac. Theodotion. Vipera. Nicander. Adag. Aspis à vipera mutuum sumit. Tertull.

EX EODEM PSA. V. IX.

ADAG. LXXV. Sicut limax auferentur.

Sicut limax auferentur.

VBi nos ex Lxx. habemus,*sicut cera, qua fluit, auferentur*; pro cera Hebraicè est, שבלול *Scabbelul* quod *limacem* vertunt Pagni. Arias, Vatablus,Campens.Flami. Clarius, Caietan. Nebiensis, quibus præit Chaldæus paraphr. vt sit sententia, שבלול

sicut

LXXV. *ſicut limax liquefactionis* (hoc eſt, colliqueſcentis) *diffluent.* Quod Vatablus ait intelligi de limace recèns nata, quæ parua causâ vertitur in humorem. R. Dauid & Abenezra, Clarius & Campēſis capiunt de limace ſine teſtâ, qui proſerpendo ſoluitur in liquorem. malim, qui minimo ardore ſolis liquatur. Felix vertit *cochleam*, minùs aptè, quia teſtula reſiſtit nonnihil ardori. benè Caietan. *metaphora ſumitur à limace nudo, ſeu potius ab animali impatiente ſolis, quod liqueſcit ad ſolem.* D. Hier. vertit *quaſi vermis tabefactus pertranſeant.* Sicut & Aqu. ὁμοίως γῆς ἐντέρῳ, *ſimilis terra vermi.* nimirum dubitabant quod genus inſecti vox Hebræa ſignificaret. quare Symm. ſecundinam vertit, χόριον. Immo cùm ſemel dumtaxat in ſacra Scriptura inueniatur ex radice שבל ſignificaret id quod defluit, ſeu rei fluxum: vel ſi ſit propria radix, & etymon eius ignotum, cur non æquè credamus ipſis Lxx. & Theodotioni *ceram* vertentibus? vel dic cum Genebrar. vſos multitudine notiore; ſenſus certè idem eſt, de quo vide Adag. (Sicut cera diffluit.)

שבל

Vſu didici, quàm pauci nanciſcātur commentarios Agellij in Pſalmos, qui de hac voce *Sabbelul*, vnus omnium diligentiſſimè diſſeruit. Quare non parcam labori meo, dū conſulam vtilitati aliorum, vt intelligant quo pacto cōciliari queant tam variæ hoc loco verſiones: en verba.

Agellius in pſalmos.

Primùm quod ceram Lxx. dixerūt, in Hebræo eſt שבלול *Sabbelul*; quod nomen aliqui *limacem* interpretantur, alij *rapidum amnis gurgitem*, quorum vtrumque labendo conſumitur. Aquila, non limacem ad verbū, ſed aliquid limaci ſimile poſuit, ἐμοίως γῆς ἐντέρῳ ταχὺν πορεύεται ἔκτρωμα γυναικὸς. *ſimiliter ac terra inteſtinum ſeu lumbricus conſumptum ambulat abortiuum mulieris.* Symmach. aliter: ὡσαύτως χόριον διαλυθὲν διαφωνᾶ, (ſic. διαβαίνει) ἔκτρωμα γυναικὸς, *vt ſecunda diſſoluta conſumuntur, vel abortiuum mulieris. Secundas* tranſtulit Symmachus, quia ſic etiam ſimilem vocē בשׂלשׁ *Beſiliah* trāſtulerunt Lxx. Deu. xxviii. quamuis ibi ב non ſit eius nominis littera, ſed præpoſitionis loco adhibita. Sed Hebræa vox hoc loco declaranda eſt diligentiùs, vt quid voluerit vel Aquila cùm tranſtulit γῆς ἔντερον, *lumbricum*, vel Hebræi qui *limacem* ſignificari volunt, intelligatur. שבל *Sebel* igitur Hebræi quidam dicunt interpretari *ſpicam nardi*: ſed quid ſpica nardi ad præſentem locum, in quo de conſumptione & tabefactione ſermo eſt, & cui nihil congruere poteſt, niſi quod facilè tabeſcat & conſummetur? Reperio eādem vocē שבל *Sebel* vſum eſſe Chaldæum interpretem; dum interpretaretur illud Exodi 30. *Sume tibi aromata, ſtacten, & onycha; & galbanū boni odoris.* Nam pro eo quod Lxx. dixerunt *onycha*, ipſe שבל *Sebel* poſuit: neque tamen perſpicum eſt, quid onyx ad nardi ſpicam, ſeu ad limacem, ſeu ad ἔντερον γῆς pertineat. Nam ſi eādem Hebræa voce hæc omnia ſignificantur: ſeu potiùs ſi eandem vocem hic ἔντερον γῆς, alij ὄνυχα, alij *limacem* interpretantur, alij *nardum*; eſſe inter hæc aliquam cognationem neceſſe eſt, eſſe autem nonnullam inter lumbricum, ſeu ἔντερον γῆς & limacem, perſpicuum eſt: adrepunt enim per terram, & dum repunt, conſumuntur atque tabeſcunt: quæ verò ſit inter nardi ſpicam & hæc iam dicta, & onycha, communio, adhuc obſcurum eſt. Dioſcorides igitur lib. 2. cap. 8. de onyche ſic di-

Sabbelul.

Limax. Fusus a. quæ. Aquila.

Lumbricus, Symmachus.

Secunda.

Deu. 28.

Spica nardi.

Onchelos.

Onyx.

Dioſcorides.

xit : *Onyx*, inquit, *est testa conchylij similis testis purpurarum, quod in India in nardiferis paludibus reperitur, quãobrem aromatis speciem refert, cùm ea conchylia nardum pascantur: colliguntur verò præsiccitate anni arescentibus paludibus.* Præstantissima est, quæ a rubro mari adfertur albescens & pinguis : nigra & minor est Babylonia. Vtraque odorata, cùm incensæ vaporantur, castorij aliquem odorem referunt. Ex his habemus quomodo hæc omnia cohæreant. propriè namque *onyches* reptilia sunt quædam testis operta quæ nardum pascuntur, itaque lumbrici dicti sunt, quia in paludibus & limo degunt: nardo quoque affines, vtpote quæ eo pascuntur. Limacis etiam simile quidpiam habent. Nam conchyliis, inquit Dioscorides, similes sũt, conchylia autem limacibus non absimilia.] Hactenus ille, quæ vt verum fatear, non omnem mihi hæsitationem tollunt. Nec enim arbitror à tam raro conchylij genere psalmistam hic similitudinem mutuatum. Nam Exod. 30. 34. pro eo quod noster ex L x x. *Onichen* vertit, Hebraicè est aliâ vox: nempe *Secheleth* שחלת, nec in Chaldæo editionis Complut. vel Regiæ illic inuenio שבל. Deuteron. verò 18. etiam alia vox est. ideo simpliciùs dixerim, generalem esse vocis Hebrææ significationem, & eam interpretes vnumquemque suo instituto accómodasse. Conciliationem verò interpretationum à rabida hac & citò diffluente conditione petendam, quæ & secundinis, & lumbricis, & limacibus, & ceris & vnguentis nonnullis ad ardorem solis positis communis est. *Spicam nardi* qui verterũt, vel de suo nardum addiderunt; cùm vox etiam *culmum* seu *spicam* qualemcumque significet; vel de vnguento spicato sunt locuti. ipsi gemmæ onychis vel conchylio nondum hìc locum inuenio.

EX EOD. PSALMO. VER. X.

ADAG. LXXVI. Antequã, &c.

Antequam spinæ rhamnus fiant.

SIc puto cõmodè explanari adagiũ quod d.v. 10. sic Heb. exprimitur; *Beterem iabinu sirothecem atad.* בטרם יבינו סרתיכם אטד, quod L x x. & noster vertunt, *priùs quàm intelligant spinæ vestræ rhamnum.* Sed clarè Symmach. exposuit, πρὶν αὐξηθῆναι αἱ ἄκανθαι ὑμῶν, ὡς ἔτι ζώντα ὡς ἐλέξησεν λάλαξ ἀρᾶ. *priusquam augeantur spinæ vestræ vt fiant rhamnus, adhuc viuentem vt siccum turbo tollet.* quod imitatus D. Hieronymus vertit, *antequam crescant spinæ vestræ in rhamnum.* Chaldæus obscurè exposuit; ideo prætermitto. In eo conueniunt omnes *intelligere* positum pro excrescere, & grandescere, seu vt vertũt Hilar. August. Arnobius, producere, vt alij, adolescere. Veteres interpr. omnes שרח *Sciroth* hoc loco *spinas* exponunt; vt & Amos 4. 2. vbi noster *in ollis feruentibus.* R. Dauid *hamis*, sed R. Abraham. *spinis piscis.* Sanè cùm vtrumque significetur, *ollæ* & *spinæ*, parum refert quòd sæpiùs inuenias plurale masculinum שירים *Scirim* poni pro spinis, & fœmininum *Sciroth* pro ollis. L x x. crediderunt, quos Abenezra secutus, etiam fœminino genere vtrumque significari : quod etiam Symmacho placuit, & retinẽt nouæ versionis auctor in bibliis Oliuæ, Nebiens. Caietan. Fœlix, Pratensis,

בטרם יבינו סרתיכם אטד

שרח

שירים

Cla

Clarius ; & expressit etiam in carmine Arias Montanus. Vtraque significatio probatur, Eccles. 7. 7. sicut vox הסירים *Hassirim* sub הסיר *Hassir.* concinnâ alluſione & more ſacræ Scripturæ: quo in vna ſententiâ vno nomine ad varia ſignificata vtitur, vt Iudi. 10. 4. *equitantes ſuper triginta* עירים *Hhaiarim pullos, & triginta* עירים *Hhaiarim, vrbes eis.* Sententia adagij eſt, ſubitâ morte tollendos antequam ſcelera eorum corroborentur, antequam vires habeant malos conatus, & conſilia in actum deducendi. Item Deum illos tam facilè confracturũ, quàm ſolet virgula ſpinea tenella euelli. Poſſumus etiam vſurpare, quando pueri ad mala proni moriuntur. Leuinus Lemnius lib. de herbis biblicis cap. 6. explicat, vt diximus, ſed & Patres S. Baſilius & Theodoret. notãt, quodlibet peccatum in ſacra Scriptura etiam exiguum *ſpinam* vocari : *rhamnum* verò ſpinæ eſſe ſpeciem, ſed duriorem & maiorem cæteris, vtpote quæ arborem imitetur. Comminari igitur velox ſupplicium, antequam nequitia eorum in rhamnum adoleſcat. de rhamno conſulẽdi Dioſcorides, Theophraſtus & alij botanographi. Caſſiodorus, *Rhamnus* (ait) *ſpinarum genus eſt permoleſtum, quod priùs in herbam molliſſimã pubeſcit, ſed vbi maturâ ætate coaluerit, ramuſculos producit acutiſſimos, poſteáque eius ſudes dureſcunt in arboream firmitatem*] Sic ille : cui ſimilia Euthym. & S. Hilarius; *Rhamnus* (ait) *ſentium genus eſt, quod plures ex ſe condenſáſque ſpinas more rubi adfert.*] Quò pertinet Græcum adagium, μικρόθεν ἡ ἄκανθα ἀγαθὴ φάνεται, *paruum ſpinam bonam videri*, eo quòd adhuc innoxia, ætate deterior fit, & intractabilis. Sicut arbuſcula tenella flecti poteſt, adulta quercus non niſi frangi. Periculo huic Deum obuiare docet Prouerbium, & ſolere malum in ſuis crepundiis præfocare. Notum illud poëtæ;

Qua præbet latas arbor ſpaciantibus vmbras,
Quo primùm poſita eſt tẽpore; virga fuit:
Tunc poterat manibus ſumma tellure reuelli:
Nũc ſtat in immenſum viribus aucta ſuis.

Nullum Deo tempus ſerum eſt ad medendum, vt nec ad vlciſcendum: ſed vt attingit omnia fortiter, ſic ſuauiter diſponit. Ideo principiis obſtat, ſciens ſerò parari medicinam cùm mala per moras longas inualuerunt.

Senſus adagij, & vius.

Leuinus Lemnius.

Rhamnus.

EX EODEM. VER. X.

Iuxta verſionem aliorum.

ADAG. LXXVII. Priuſquã ollæ ignẽ rhamni ſentiant,

SVpplicij ſiue exitij præcocis celeritas indicatur etiam verſione alterà, quà סרוח ollas ſeu lebetes exponunt : tunc Hebræa ſonabunt : *priuſquam intelligant ollæ veſtræ rhamnum, ſic viuentem ſic ira turbine abſorbebit eum.* quod variè exponunt. R. Dauid vult dici de celeritate perditionis eorum. In quo conueniunt recentiores omnes hoc loco ſcribentes, & Lemnius ſuprà, Similitudo poſita in eo, quòd ignis ex carduis, rhamno, & ſimilibus ſpinis vel ſentibus excitatus, non eſt ſtabilis, ſed citò conſumitur, priuſquam ollæ impoſitæ ſatis incaleſcant, & vix ignis ardorem percipiant. itaque carnes hoc igne non benè elixantur. ſed crudæ manent. Si quis igitur illas ex olla rapiat, crudas & incoctas, nondum eſui aptas extrahet. Sic (ait) Deus hoſce improbos aliorum oppreſſores in ipſa proſperitate ſuâ, ætate immaturâ,

Senſus adagij.

I. Explicatio.

turâ, præter ſpem, quando adhuc longam ſibi vitam pollicebantur, velut turbo vehemens abripiet & abſorbebit, quaſi viuos & crudos. ſic optimè Genebrard. Sic etiam Pagninus, Fœlix, & Iſidorus
11. Clarius. ſed Vatablus aliter explicat celeritatem: *quàm celer eſt velox ignis è ſpinis excitatus, ita vt citiùs exſtinguatur quàm carnes incaleſcant & coquantur: tam celeriter Deus perdat*
111. *impios iſtos.* Aliter adhuc Flaminius: putat elici poſſe ſententiam; *quemadmodum vis venti poma ex arboribus cruda euellere ſolet: ita vis ira diuina ducem veſtrum immaturâ morte*, &c. Sed hi ambo longiùs recedunt à verbis, quàm Kimchi & alij. Illud etiam notandum, vſum Prouerbij
Vſus adagij. IV. fore tam de ipſis improbis, quàm de ſtudiis & conatibus eorum: etſi prior pars, *priuſquàm ſpina veſtra intelligerent rhamnum*, propriè ad conſilia ſpectet: Arias Montanus etiam poſterius membrum ita reſtringit: *Conſilium temerarium antè ebulliet, quàm calere & concoqui incipiat: atque ita crudum ac deuoratum malè cedet iis, à quibus ſuſcipietur.*] quæ eſt adhuc alia interpretatio, ſed non nimis amica contextui.

ADAG. LXXVIII. Ignis rhamni ſeu ſpinarum.

EX EODEM VERSV.

Ignis rhamni ſeu ſpinarum.

אטד

EX eodem prouerbio colligo & iſtud, *ignem rhamni ſeu cardui* (nam Hebr. אטד *Atad*, volunt nonnulli etiam *carduum* ſignificare, quibus non facilè aſſentior, cùm etiam Arabes *rhamnum* vocēt *Atadim*) pro igne noxio: nam (vt notat Lemnius d. loco) ignis ex ſentibus ſpiniſve antequam accēdatur, ſtructorum manus vulnerat, excitatus autem crepitantibus flammis ac ſtridore quodam horrendo, aſſidentes territat, & fauillas ſcintillātes atque ardentes ſtricturas velut tela in eoſdem eiaculatur. II. pro igne vano, obſtrepēte ſed parū efficaci, aut duraturo. Sicut eſt etiā ignis ex ſtipulis; cuius comparatione vſus Maro ad irritum conatum oſtēdendum vetuli admiſſarij Georg. 3.

Vt quondam in ſtipulis magnus ſine viribus ignis
Incaſſum furit.

Sic vſurpari poteſt de iratis, qui Vſus adagij. cùm parum nocere queant, magnā minantur, vt canes qui allatrant iis quos nec audent, nec poſſunt mordere. Habemus ſimile Prou. *Sicut ignis in ſpinis*, Pſ. 117. 12. de quo poſtea, & *ſicut ſonitus ſpinarum*, Eccleſ. 7. 7. Rhamno peculiare eſt quod peculiari quadam vi naturæ eius inſitā, ignem ex ſe proferat, vt inſinuat Ioſephus lib. 5. antiq. cap. 9. etſi verbis (vt videtur) in Græco codice non ſanis, πυρὶ δὲ ἀγαθὸν παραχῶν τῶν ξύλων ἐστὶν. inter ligna illi vis ineſt vtilis ad igniaria: quod confirmant verba ſacræ Scripturæ Iudi. 9. 15. *egrediatur ignis de rhamno.* Vbi notatum à Lyrano & Abulenſi, rhamnum vento aut alio motu agitatum, ignem emittere: citat Abulenſis Auguſtinum, ſed Auguſtinus hoc de igne non dicit, nec quæſtionibus in lib. iudicum, nec ſermone in pſalmum hunc, quibus tantùm locis egit de rhamno. Lyranus etiam citat Iſidorum, ſed nec in illo reperio. Aliud etiam videtur ſuppeditare nobis ſacra Scriptura: vt, cùm velimus ſignificare, aliquem laude & gloriā, qua propter doctrinam, vel virtutes, paſſim magnificatur, vel in mediis tribulationibus conſtantem & inuictum (vt docet Philo lib. 1. de vitâ Moſis) non moueri neq; lædi, dicamus, ignem Ignis in rubo non conſumēs. in.

LXXIX. LXXX. in rubo seu rhamno ardere, & non adurere, aspectu ad Historiam rubi ardentis, qui visus Moysi Exod. 3. 2. cuius visionis Allegoricas expositiones hoc adagium stabilientes plurimas, habes apud Pererium in d.c. 3. Disp. 5. nonnulla etiam Francis. de Monceaux lib. 1. de apparitionibus vet. testam.

ADAG. LXXIX. Lauare stolã, &c.

EX PSAL. LVII. V. XIII.

Lauare stolam in sanguine, &c.

POne ex præcedentibus.

ADAG. LXXX. Famem pati vt canes.

EX PSAL. LVIII. V. VII. ET XVI.

Famen pati vt canes.

PArum refert dicas, *vt canis*, ὡς κύων, vel, *vt canes*, ὡς κύνες. priore modo legitur hodie in Græcis excusis & Euthymio; posteriore modo in libris Latinis, & ita legerunt Symmachus & Apollinarius, Hilarius & Basil. & Theodoret. & Iosephus mox citandus. Adagium puto, sicut veteribus prophanis, de grauissima fame, *Perusina fames* (Lucanus) *Saguntina fames*: (Ausonius) *Melica* vel *Melia* (Aristophanes) & quod merito maiore vsurpes, *Hierosolymitana fames*. Istud de quo nũc agimus ex ipsis Naturæ arcanis desumptum. Cùm enim fames omnis inde nascatur, primò vel quòd calor innatus totum, quod erat in stomacho, humorem, siue humidum illud chilosum, (*sic vocat Gentilis*,) vel substantificum, (*sic Garbius*,) vel crassum, (*sic Auerroës*,) consumpsit; aut alia membra ad se trahendo stomachum exsuxerunt, iuxta Galenum lib. 1. de causis Symptomat. & par hanc exinanitionem calor, non habens in quod agat, in ipsum stomachum acriùs agit, vnde dolor seu sensatio molestior oritur. Secundò ab affluxu humoris melancholici ex liene per venam in stomachum; qui humor frigore & acore suo famem excitat, vt docet Fran. Vallesius lib. 1. & 5. Controuersiarum. Tertiò si frigus externum adeò sit vehemens, vt eo nimiùm ventriculi os refrigeretur, vnde ingens initio fames nascitur; quam Græci *βουλιμίαν*, *βούλιμον*, *βουλιμία*, *βούπεινα*, *βούλιμον*, & *βούπειναν* nominarunt, vt ex Erasistrato refert Gellius lib. 16. Noct. Att. cap. 3. meminit eius etiam Aristoteles in Problemat. mihi dubium, cur *bouinam famem*, siue *bubulam esuritionem* vocant. nam quòd aiunt sic dici; quia bos est ingens animal, & ex domesticis maximum, nimis leue videtur. Theodorus Gaza *βουλιμίαν* apud Aristotelem vertit *caninam famem*; quæ Græcis dicta κυνώδης ὄρεξις, *canina appetentia*. Sed hoc probari nequit, cùm hæc duo differant teste Galeno, comment. aphoris. 1. libro 2. & Gorræo in definition. medicis, vbi tres habes differentias.

Symmachus, & alij.

Adagia de fame magna fames Perusina, Saguntina, Melica. Fames Hierosolymitana.

Famis causa. I.

I. *βούλιμος*, initio est quædam vis famis intolerabilis, sed postea languente planè stomacho, desinit æger cibum appetere: contra in fame caninâ semper hæc appetentia durat & augescit. II. quia *βούλιμος* tantùm nascitur ex frigoris illius externi violentiâ: fames autem canina ex illo frigore, & etiam ex humoris melancholici affluxu oritur. & ideo Galenus hanc illâ vniuersaliorem esse dixit. III. *βουλιμία* non adducit ægro vomitum: canina verò fames propter insatiabilem

Quomodo differant. I.

II.

III.

Fr. Vallesius. II. III.

Bouina fames.

Canina fames.

Galenus. Gorræus.

LVIII. ingluuiem continuò vexantem permanentémque, vomitionibus crebrimis & quaſi continuis infeſtat. Galeni locum largè decerpſit Cœlius Rhodigin. lib. 24. antiquar. cap. 9. & tradit quoſdam cenſuiſſe *caninum prandium* ad famem caninam referendum. cùm Gellius cap. vlt. lib. 13. cenſuerit, *caninum prandium* eſſe cui deſit vini fortis potus, ſed ſit tenue, quod neque calefaceret, nec refrigeraret. ita videtur Varro vſurpaſſe, quia tale vinum, villum potius quàm vinum. ego tamen putem etiam vſurpatum, quando plus oſſium quàm carnium apponeretur: item quando Thracum & Lapitharum conuiuium, vt ait Horatius, erat, nempe rixoſum & contentioſum. Si quæras cauſam cur dicta *fames canina*, & *famem pati vt canis*, de fame immenſa, dira, & intolerabili, prima ratio occurit, ab eodem Cœlio ibidem his verbis prodita; *An quia inſigniter fameſcant canes? à phyſiologis certè traditum ſcimus, quæ animalia continentiora eſſe ad cibi deſiderium cõuenit, hæc ſua in aluo laxiores non habere ſinus, ſed anfractus & orbes plures. Laxitas enim inteſtini auiditatem auget cibi, rectitudo auiditatem accelerat. Quibuſdam autem inteſtinum, qua parte ventri iungitur, laxius eſt; qua deſinit, arctius. Quamobrem canes vehementi niſu, nec ſine cruciatu excernunt.*] An hæc ſit forma inteſtini canum neſcio, idcirco alias clariores rationes adferam.

Caninum prandiũ. Varro. Canina fames cur dicta.

I. II. Secunda ergo ratio eſt, quia canes natura ſunt calidi & ſicci, & ideo valde irritabiles, & famis patientes, adeò vt æſtate ac hyeme frequenter ſoleant in rabiem agi præ fame, vt docet ex Dioſcoride Ludou. Perez lib. de Naturâ canum. 3. quia ſunt auidiſſimi & voraciſſimi, & ideo apto epitheto vocauit *canes auidas* Ouidius: cuius etiam iudicium eſt, quòd ad vomitum regerendum ſtomacho reuertuntur, vt notum ex ſacris litteris. vide ſupra §. 107. Vnde & nata non pauca adagia. 1. *Canis ad vomitum reuerſus*, de apoſtatis. 2. *Canis panes ſomnians*, apud Theocritum de iis qui interdiu famelici. 3. *canis circum inteſtina*. 4. *periculoſum canẽ inteſtina guſtaſſe*. 5. *Vt canis à corio nunquam abſterrebitur vncto*.

Ludouic. Perez. III.

LXXX Canis ad vomitum. Canis panes ſomnians, & ſimilia.

6. *Canis ad cibum*, & aliud quo vtitur poëta vetus, quem citat Porphyr. lib. 2. de abſtinentia ab animalibus: & S. Cyrillus lib. 9. contra Iulianum,

ὀξῶν ἀσάρκων, καὶ χολῆς πυρουμένης
ἃ καὶ μυῖαν πανῶσιν οὐχὶ βρώσιμα.

Fumante bili, & carne nudis oſſibus,
Quæ vel laborans fame non eſſet canis.

IV. Quartam rationem puto poſſe aſſignari; quia canis eſt animal admodũ impudens & profligatæ obſcœnitatis in fame: fames etiam cauſa eſt, vt homines inuerecundi fiant. ideo Virgilius, vt *canes obſcœnos*, ſic etiam *famem obſcœnam* vocauit. egregiè Fl. Ioſephus lib. 6. de bello Iudai. ſcripſit; *omnium licèt acerbitates rerum ſuperet fames, nihil tamen ita ſubruit & ſubuertit, ſicut verecundiam. Quicquid enim ſaluis opibus pudore dignum eſt, in hac neceſſitate contemnitur.*] Hæ ergo cauſæ ſunt quarum duas vltimas Euthym. reddidit, poſt S. Hilarium, cur ſacra Scriptura prouerbij vice vſurpet, *famem pati, ſicut canes.* d. v. 7. & d. v. 16. Hebraicè pro *famem patiẽtur*, eſt יְהֻמּוּ *Iehemu*, quod recentiores verrunt *ſonabunt, frement, tumultuabuntur*, vt & Symmach. ſecundo loco θορυβήσονται: nam priore vertit, *ſimul ſonum emittent*, συνηχήσουσι. D. Hieronymus, *latrent*. quæ omnia

Explicatur locus S. Scripturæ. יְהֻמּוּ

LXXXL הממה omnia radix חמה *hamah* patitur. Theodotion vertit vt L x x. si quid mutandum foret, mallem *vlulabunt*, nã id solent canes præ fame. Omnino quomodocumque vertas, semper subaudiendum *præ fame*, quod sua versione L x x. declararunt, ideo, vt solent prudenter ad sententiæ plenitudinem, causam pro effectu ponentes sic verterunt. Nam si, *tumultuabuntur, sonabunt, frement*, aut quid simile tantùm posuissent, non satis mens Dauidis intelligeretur: nunc reddentes λιμώξονται ὡς κύνες, καὶ κυκλώσουσι πόλιν, rem quasi spectandam luculenter proposuerunt. Cõfirmatur, de fame agi, tum quia dicitur *ad vesperam*, quando totius diei inedià fatigati, vt ponderant Basilius, Theodoret. & alij, tum quia v. 17. dicitur, *ipsi dispergentur ad mãducandum*. Chaldæus; *ipsi vagabuntur vt diripiãt predam ad comedendũ*. Describit hoc optimè Eusebius lib. 3. cap. 6. verbis Græcis Iosephi è lib. 6. de bello Iudaico cap. 20. quibus puto commentarium huius loci proponi, & ostendi impletum quod Dauid dixerat, ait Iosephus: οἱ δὲ ὑπ' ἐνδείας κεχηνότες, ὥσπερ λυσσῶντες κύνες ἐσφάλλοντο, καὶ παρέφερον. τὰς τε θύραις ἐπιπλέοντας μεθυόντων τρόπον, καὶ ὑπὸ ἀμηχανίας ἐς τὰς αὐτὰς οἴκους εἰσπήδων δὶς ἢ τρὶς ὥρᾳ μιᾷ. *Hi per inediam hiantes, quasi rabidi canes, huc atque illuc ferebantur, & ebriorum more in easdem domos, bis terque momento temporis irruebant*. D. Hilarius etiam ad gentis dispersionem propter Christi necem refert.

Defectus LXX.

Euseb cit. δυίντων insanientium.

ADAG. LXXXI. Vino cõpunctionis potari. Dare poculum aut vinum soporis.

EX PSAL. LIX. V. V.

Vino compunctionis potari. item, *Dare poculum* vel *vinum soporis.*

SCriptores profani multas de *vino* & *poculis* locutiones prouerbiales formarunt, ad bonam malámue sortem bibentium significandam. Ecce inuenias *craterem malorum* apud Aristophanem in Acharnensibus, loquentem de lycophantâ & quadruplatore. Contrà in conuiuiis duo pocula propinabantur, vnum vt opinor initio, quod vocabatur κρατὴρ φιλοτήσιος à Plutarcho & aliis; quo bonâ fide se odia deponere, & amicitiam inire, & velle deinceps sibi cum amico prosperæ & aduersæ fortunæ vicissitudinem communem esse, profitebantur. patet hoc vltimum ex verbis Plutarchi lib. de fortunâ Alexandri. Quò fortassis Dominus etiam respexit, cùm petentibus discipulis prærogatiuam honoris, ipse ad pericula & mortem secum adeundam inuitauit. *Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum?* Matth. 20. 22. ita videtur Plautus in Casinâ dixisse, *eodem poculo bibere*, pro, incommodis iisdem subiacere. Scio quosdam arbitrari, hunc calicem in fine mensæ propinatum. Sed (quæso) quorsum in fine magis? an vt interea rixa super vino & epulis oriretur inter nondum reconciliatos, & fieret Lapitharum ac Centaurorum conuiuium? In fine mensæ circumferebatur aliud poculum, quo sibi inuicem fœlicia cuncta precabantur, & ideo vocabant boni genij poculum, ἀγαθοῦ δαίμονος καὶ κρατῆρα: cuius Nicostratus & Theophrastus meminerunt apud Athenæum *lib. 15. conuiuij Sophistarum prope finem.*

κρατὴρ κακῶν.

κρατὴρ φιλοτήσιος φιλοτήσιος.

Locus Matth. 20. 22.

Crater boni genij.

Sic etiam in sacra Scriptura duplex vinum reperias, teste S. Hilario hîc, *calicem vitæ* & *calicem mortis*; in illo, *bibi vinum lætificans cor hominis*, in isto, *vinum cor compungens*; quod inanem ex vitiis lætitiam

S. Hilarij locus. Calix vitæ, & calix mortis.

tiam, vitiis cognitis, magno mœrore & compunctione diluit. *calicem* ergo *mortis* vocat, in quo vitia propinantur, sed cognita gignunt pœnitentiam, sæpè integram & contritione comitatam; sæpe mutilam, cùm tantùm timore pœnæ & calamitatum angustiâ premit. De hac videtur loqui Hilarius, vt
Prima explicatio moralis. & Euthymius, Hieron. & Haymon. Hæc mihi moralis tantùm, non litteralis loci nostri, vel Isaiæ & Pauli mox citandorum, videtur.

II. Tropologica expositio. Secunda expositio tropologica est, de iis qui iniustè persecutionem patiuntur. hos non potari vino peremptionis, sed stimulationis: quia persecutio non est perditio perdens, sed medicina vrens. Sic S. Augustin. & Remig. hîc:
Augustinus. Remigius, & alij. quod explicant clariùs & fusiùs Cassiodor. & B. Bruno, distinguens inter vinum voluptatis, & vinum tribulationis. Richardus Anglosaxo breuiter, *Antè potabamur vino voluptatis, quod inebriat mentes amore terrenorum; nunc inebriamur vino compunctionis, quod inebriat amore æternorum.* & hoc sensu Beda. *fecisti ipsam tribulationem compunctionum nobis esse delectabilem.* In D. Paulum alias inuenias expositiones.

III. III. Ex quibus sit tertia, qui in veterno peccati sunt immersi, & quasi sepulti; hanc colligunt ex Hesychio.

IV. IV. Qui zelo quodam Iudaico perfidiam tuentur. sic Ambrosius ille in Paulum.

V. V. Qui velut asilo & stimulo agitati, rabidi feruntur in omne malum. sic ibid. S. Anselmus Herueus.

VI. VI. De illis qui obstinati perdurant in peccatis, adeò vt illis quasi clauis affixi videantur, & ita sint in illis velut immobiles. his compunctio idem est quod confixio. ita S. Chrysost. Theodoret. Ambros. Oecume. Theophylact. Theodulus in Paul. Suidas in κλαυγῶ, & Leo Castrius in c. 29. Isai.
S. Chrysost. & alij. Suidas.

VII. *Compunctionem* volunt nonnulli vocari inuidétiam, qua doctrinæ Christi & Gentium saluti Iudæi inuidebant. sic Strabus, & Petrus Lombard. in Paulum. quod secutus S. Thom. lect. 2. in cap. XI. ad Rom. Vbi censet à Dauide hîc agi de cõpunctione bona: qua quis de propriis peccatis dolet: Paulum verò loqui de malâ, qua bonis operibus aliorum quis cruciatur.
VII. Strabus.

VIII. Dominicus de Soto vult *cõpunctionem* hîc idem esse quod vertiginem, id est, errorem seu seductionem, vt sit allusio ad eum qui mente consternatus, circumambulans oberrat: & censet desumptum Pauli locum ex Isai. 19. v. 14. *Dominus miscuit in medio eius spiritum vertiginis.* Sed Isaias illîc loquitur de plagâ Ægyptiis immissâ, Apostolus verò de inflictâ Iudæis. Nec *compunctio*, seu κατάνυξις, non κατανύζις, vt vocat Soto, significat *vertiginem.* Sed quod ignarus Græci sermonis, temerè negauit, *ab alienationem à sensu* præ dolore sopori simillimam, vt statim ostendetur: & potuit hoc Sotus à Caietano discere, quem fortè illic suggillauit: hoc enim malo dicere, quàm reprehendisse eum grauissimos Patres, de quibus agetur in opinione vltima.
VIII.

IX. Est Fabri Stapulẽsis qui exponit, contra stimulum calcitrationis: quod meritò reprehendit Franc. Titelmannus.
IX. Faber Stapulensis. Fr. Titelmannus.

X. Esto Isidori Clarij, significari deceptionem, qua qui putabant se vinum lętitiæ bibituros, amarum potum experiuntur & luctuosum.
X.

XI. Siue vltima est, *compunctionis vinum* siue *spiritum* dici, quando præ morbi vel doloris, mœroris ve acrimo-
XI.

acrimonia quis ita turbatur, vt nec sensus corporei, putâ visus & auditus, officium suum faciant; nec mente adeò sibi constat, vt rectè queat consulere rebus suis, sed dementi sit ac veternoso similis. ita S. Cyprianus epist. 54. ad Cornelium contra hæreticos, vbi legit: *transpunctionis*. ita etiam S. Basil. & Theodoret. in psal. 59. & sequuntur Isidorus Clarius, atque Gagneius, Agellius: hæc mihi præ cæteris placet.

S. Cyprianus & alij.

Authoris sententia.

Nunc ostendamus eam consentaneam voci Hebrææ & Græcæ, & iuuari ab omnibus versionibus veterum

In hoc v. 5. psalmi 59. pro, *vino cõpunctionis* Hebraicè est, יין תרעלה *Iain targhelah*, quod Arias in interlineari exponit *perturbationis*, & sic Symmac. οἴνου σάλου. Sed idem Arias in Paraphrasi, *tremoris*, sicut Campensis, *pauoris*, quod à Vatablo reprehensum; Fœlix, *anxietatis*, nimis dilutè. Chald. *calicem maledictionis*, non vt vertit Nebiens. *lucius*. Pagnin. *soporatiuum*, quod probum est, nam D. Hierony. vertit *vinum consopitis*: & si Aquila, οἶνον καρώσεως, *vini soporationis cum grauedine, imaginatricis*, sensum omnem, motúmque, exceptâ respiratione, adimens; quæ medicis vocatur κάρος, veterni species, siue Lethargi: de quo morbo Hippocrates agit lib. 1. & 2. de morbis, & lib. de Coacis prænotionib. Lxx. vertunt καταν ύξεως, de quo statim. Incertum & Rabbinis, quid proprie significet vocabulum רעל *Raghal*, quia semel tantùm in sacra Scriptura reperitur, nempe apud Zachariam. R. Ionah vult significare *confusionem, ficuimue*. Ioseph, Abenezra, & Kimchi *tremorem*, qualis est ebriorum, quod Marino & multis recentiorum placuit. & confirmatur versione Symmachi, οἶνον σάλου, *vinum fluctuationis, seu agitationis*. idem Dauid Kimchi censet etiam significare *toxicum*, vel quod aliud venenum lethiferum, & hoc tenent R. Immanuel, Caietan. & Flaminius. Hinc Germani venenum, quo mures tolluntur, vocant *Regal*, & Hispani voce Arabicâ *Reçialgar*. Meliùs R. Salomon exponit *stuporem*, qui viribus priuat & cor operit. Hæc omnia sibi inuicem deseruiunt.

יין תרעלה

Vinum soporis.

κάρος Lethargus. Hippocrates.

Rhagal significat lusti, cõfusionem. Tremorem.

Venenũ.

Stuporẽ.

Agitur enim in Dauidis psalmo de soporem adferente potione, non qualemcumque, sed lethargicum, (nostris, *modorra*) qui cum stupore sensuum & rationis impedimento coniunctus, vt dixi. De hoc poculo seu vino חרעלה ter in sacra Scriptura mentio fit: primò, secundùm Hebræos, Zach. 12. v. 2. Vbi nos habemus *superliminare crapula*, Hebraicè habetur, *Saph-raghal*, quod R. Abraham & R. Dauid exponunt *calicem soporis*, Chaldæus, *vas plenum amaritudine*. Sed illic est simplex, hic compositum, vt & bis apud Isaiam cap. 51. v. 17. vbi noster, *bibisti de manu Domini calicem iræ eius, vsque ad fundum calicis soporis* (החתרעלה) *bibisti, & potasti vsque ad faces*, vbi Lxx. *calicem enim ruinæ, condy furoris ebibisti*. *Condy* significat phialam vel craterem. & v. 22. *tuli de manu tua calicem soporis*. Lethargici in solum concidere solent & ruere, ideo Lxx. *ruinæ* dixerunt: sicut ibi B. Cyrillus significauit: idem ergo *calix ruinæ*, qui *spiritus soporis* eiusdem Isai. cap. 29. 10. *Miscuit vobis Dominus spiritum soporis, claudet oculos vestros*, vt solent lethargicorum claudi. Vbi Aquila κατανύξεως, hoc est, *profundissimi somni*, nam κατανύσσειν Galenus lib. 13. methodi, facit genus omnium morborum, quibus grauis sopor opprimit, & species eius esse apoplexiam, caron, & catochen. &

Locus Zachariæ.

Locus ps. 59. v. 5.

Calix ruinæ.

Spiritus soporis. Isai. locus c. 29. 10.

κατανύξεως.

Apoplexia.

LIX. lib. de cõmatè, duas cataphoræ ſpecies recenſet, vnam qua æger profundo & diuturno ſomno opprimitur; alteram in qua ægro vigili diuerſæ & variæ rerum imagines aſſiduè offeruntur, quæ ſomnum impediunt, & mentem alienant. & ideo dormire, quod optant, nequeunt: nec tamen poſſunt de lecto aſſurgere, nec vigilantium opera exercere, aut oculos attollere ſummâ grauedine detentos. rectè itaque illic noſter vertit, *ſoporis*. Lxx. vt hîc vertunt κατανύξεως; quam vocem retinuit Apoſtolus Rom. 11. 8. ἔδωκεν αὐτοῖς ὁ θεὸς πνεῦμα κατανύξεως. vbi noſter, *dedit illis Deus ſpiritum compunctionis*. D. Auguſtinus vertit *ſtimulationis*. S. Cyprianus *tranſfixionis*. Non enim caret controuerſiâ, quæ ſit Græcæ vocis notio. Erotianus in Onomaſt. vocum Hippocratis, κατανύσσει, *contendis*. tunc foret *Spiritus contentionis*. Iſidorus apud Suidam κατανυγῶ exponit καταπλαγῶ. ſic eſſet *Spiritus conſternationis*. Sunt autem Lethargici ſimiles conſternatis. Sed S. Chryſoſt. Theodore. Theopylact. Suidas & alij cenſent deduci à κατανύσσω: quod exponunt *infigi, & velut clauo impacto affigi*. Vt arbitror κατάνυξις ſignificat ſecundùm varias etymologias vtrumque, nempe *lethargi ſoporem*, & *compunctionem* ſiue *fodicationem*. illud quidem ſi deducas à νυστάζω dormito, vel à καταννυστάζω nicto, ſeu obdormiſco: iſtud autem ſi deriuetur à νύσσω vel νύττω *pungo*: vnde καταννύττω *compungo*. Heſychius id firmat, κατάνυξις, ψυχία ἢ λύπη. *Catanyxis eſt punctura aut dolor*. idem tradit Phauorinus. Itaque idem morbus hîc metaphoricè vocatur *ſtupor*, aut *ſopor*, vt patet; & etiam *compunctio* ab effectu. Quia conſopit, & ſtupentes reddit; & quia (vt Chryſoſt. prodidit) cor quaſi clauo doloris compungit & transfigit: aut (vt arbitror) quia lethargico cuſtodes adiunguntur, qui aſſiduè dormitabundum vellicando & ſtimulando excitent. Noſter interpres noluit nos vllâ ſignificatione priuare. *Soporem* reddidit d. loco Iſaiæ v. 10. *compunctionem* hîc apud Dauidem d. v. 5. & apud D. Paulum d. v. 8. apud Dauidem *compunctionis* voce vſus, quia vertebat ex Græco, & quia Hebr. eſt *Thargelah*: apud Iſa. *ſoporis*, quia vertebat ex Hebræo, vbi eſt תרדמה *Thardemah*. Sed rurſus apud Paulum *compunctionis*, quia ex Græco transferebat, non ex Hebræo, gnarus etiam hac mutatione nihil ſenſui ſe detrahere. Sed vnde nata hæc locutio, *potare vino compunctionis, aut ſoporis?* Arbitror, quia Iudæi ſoliti damnatis, ad crucem maximè, præbere vinum ante mortem, quo nonnihil ſenſu abalienati, leniùs cruciatum ferrent: quod ſecundùm nonnullos vocatur Amos 2. v. 8. *vinum damnatorum*: licèt poſſit locus aliter accipi, vt breuiter Ribera: pleniùs autem docet Martinus de Roa lib. 2. ſingular. cap. 8. & 9. Sed quicquid ſit de illo loco, conſuetudinem probant ex Thalmuth Baronius Annali. 1. & Galatinus lib. 8. de arcanis cap. 19. vbi inducit R. Haſdam dicentem, eos qui educebantur occidẽdi, ſolitos potari pluere incenſi in ſcypho vini, vt cenſu abalienarentur: & Hieroſolymis honeſtas mulieres hunc potũ ſponte parare & mittere ſolitas. Hoc ſenſu Chaldæus videtur vocare *poculum maledictionis*, hoc eſt, à lege maledictorum, quia ligno appendendi. Prou. vlt. v. 6. noſter vertit, *date ſiceram mœrentibus*, quod in Hebræo ad verbum eſt, *date quod inebrier, pereunti*: quod R. Moyſes Ægyptius, & R. Salomon interpretã-

κατάνυξις.

Locus Ro. 11. 8.

Damnatis ſolitum dari vinũ conditũ.

Locus Amos 2. v. 8.

Baronius. Galatinus

Chaldæus explicatus.

Locus Prouerb. vlt. v. 6.

Spiritus, ſeu vinũ compunctionis.

tur

tur de reis ad mortem damnatis: quod placet, hoc sensu; moneri vt primò subueniant hisce patibulandis, vt maximè indigis: & postea quoque ceteris omnibus qui amaro sunt animo. Caietanus & alij. ita visum Caietano & Arboreo: nec eos iustè Baynus & Iansenius reprehendunt.

Adagij significatio & vsus. Si ab hoc more deductæ phrases huiusmodi, de vino seu spiritu erroris, vertiginis, stuporis, soporis, compunctionis: meo iudicio *potari hoc vino* significat extremo & certo exitio inuolui. Metaphorâ à cruciariis illis petita, & à corporis lethargo ad animi veternum porrecta.

Vti autem licebit adagio tot modis, quot probabiles sententias idcirco superiùs recensui.

Deus quo modo propinet hoc vinum. Denique ne fallaris ab hæreticis (lector) dicitur Deus huiusmodi vinum vel spiritum immittere, dare, propinare, non quòd ipse actu consopiat, excæcet, obduret: sed quia propter eorum peccata iustè subtrahit singulare illud auxiliū, quod si habuissent, conuerterentur, & sic permittit illos in has tenebras, soporem, compunctionem incidere, vt docet S. Chrysost. ad d. v. 8. & est communis sententia Catholicorum.

EX EODEM PSAL. LIX. V. X.

ADAG. LXXXII. Olla spei. Sensus adagij.

Olla spei vel *lotionis*.

SEnsus est, spero illum mihi subdendum, & adeò deiciendum, vt etiam in vilissimis ministeriis mihi seruiat: Hebr. est, סִיר רַחְצִי quod etiam verti potest *olla lauacri* vel *lotionis mea*, vt verterunt Chaldæus & D. Hieronymus, & Aquila, & Theodotion, τὸ λέβητον. Pagni. Nebiensis, Vatablus, Clarius, Caiet. Campens. Flaminius: vt sit sensus; tam vilium seruitiorum loco futuri quam sūt vasa quibus pedes abluo. Igitur tunc *olla* poneretur, pro pelluuio (vt vocat Festus; vel labro eluacro, vt Plautus; vel etiam pro matulâ. Sane profanis *Matula* vocatur homo vilis, vanus, stupidus, vt Plauto in Persâ: & *Matulam præbere*, vilissimum indicabat. Martialis lib. 10.

Festus. Plautus. Matula. Matellam præbere.

Dispeream si tu Pyladi præstare matellam
Dignus es, aut porcos pascere Piritho.

Tales serui Latinis *aquarioli* vocabantur. Ideo Lacon ille apud Plutarchum in Apophtegm. Laconicis ingenuè hoc officium detrectauit. D. Hieronymus epist. ad Nepotianum, describens captorum sordes, inter cætera refert eos matulam apponere: notatur à Chiliaste Chilia. 1. centur. 5. confirmat hoc vetus quidam interpres, qui νάρθηκας λόσεως, *fistula lotionis*; & alter qui λεκάνη *peluis*. cōfirmat interpretationem Syrus, qui teste Theod. λεκάνη καταπατήσεως μου, *peluis conculcationis meæ*. Cur ergo noster & LXX. hîc & ps. 107. constanter *ollam spei* dixerunt? Respondeo, quoniam in poësi Hebræi non auersantur voces Chaldaicas; Chaldæis autem & Syris רחץ *Rachatz* etiam significat *cōfidit, sperauit*. Genebr. hîc & Marinus in Arcâ Noë, & Guido, Fabricius in Dictionario Syrochaldaico. Quod sciens vtrobique Symmach. vertit, λέβης ἀμεριμνίας μου, *lebes tranquillitatis & securitatis meæ*. Discrimen versionum est quòd illa versio altera agit de pelui ablutoriâ: nostra verò de ollâ coquinariâ. Agell. suppeditat duas alias solutiones. Prima supponit dici Moab *lebetē spei* seu *securitatis*, quoniam Dauid ibi non adhuc tanquam in hostili

Aquarioli. D. Hiero.

סִיר רַחְצִי

רחץ Genebr. & alij.

terra,

terrâ, sed tanquã in arce tutissima se futurum speret. hoc est, amicam futuram vel in imperio subiectam, adeò vt ibi maxima cum securitate versetur. *Spei* verò vocari *lebetẽ*, quoniã spei & lebeti in Hebræo quædã est soni similitudo. *Sir*, *lebes*, סיר dicitur: צור *Tsur* verò significat *arcẽ* seu rupẽ tutam ad refugium, itaque *Sir* pro spe sumi; quia צור metaph. significat *arcem*; & arx spẽ. I I. prætermissa vocum similitudine metaphora est, voce lebetis posse significari vrbem: quoniã sic vrbs muris cingitur, vt olla videri possit: sic enim ab Ezech. c. 11. 21. & Ierusalẽ *ollã* vocari: & posterius mox luculẽtiùs explanabo. Sanè sensus eodem recidit ex vtraque versione: vsus ergo prouerbij futurus, quando quis volet significare se victorẽ hostium fore, & illis victis pro libito imperaturum, fore sibi ad omnem nutũ parentes. Illam D. Hieronymi & Aquilæ versionem cum nostrâ sic nititur conciliare Genebrardus, *tam copiosè sanguinem Moabitarum fundam ad eos mihi subiiciendos, vt queam pedes in eorum sanguine lauare.* Sed aliis victis iam Moabitis psalmus videtur compositus. Ideo Iansenius in præsenti accipit. *Sunt mihi quasi olla aliqua, in quam sperem. ita enim mihi seruiliter, & humiliter subiecti sunt ad ministrandum, quomodo lebes ad lauandum deputata. Ex eis quoque tanquam ex ollâ plenâ haurire mihi quantum desidero, licet, vt qua sit mihi perfectè iam subiecta.* De *ablutionis olla* accipiunt etiam S. Basil. Theodoret. Chaldæus, & magis mihi placet, quicquid dicat Genebrardus.

Hilarius, & alij.

Latini Patres explicant de ollâ succensa quâ carnes elixantur, vt Hilar. Hieron. August. Arnob. Cassiodor. Beda, Bruno, Haymon, Ludolphus, & Richardus Anglosaxo: sed mysticè exponunt. volunt Moab esse Gentiles, vel peccatores, qui igne tribulationis bonos excoquũt: hos sperare se conuertẽdos & igne caritatis excoquendos, vnde Deo copiosa futura refectio. Ex quâ vltimum istud potest adagio deseruire, nempe vt dicatur *olla spei*, à qua quis sperat se nutriendum.

LXXXIII

Alia accep tiones adagij.

Sed & alia occurrebat vsurpatio, de iis qui flammâ, ferro, & sanguine perdendi. Verisimile enim est hunc psalmum propheticum esse de futurâ Moabitarum vastatione. Minatur ergo, se Moabitas, qui fidebant firmitati suarum vrbium, in eas compulsurum & compacturum velut in ollam: deinde obsessos omni miseriarum bellicarum genere sic excocturum; vt sicut igne & aquâ solent carnes elixatæ, duritiem & cruditatem amittere; sic isti malis domiti, ferociam & contumaciam deponant. quod & factum, vt dicit Historia sacra 2. Reg. 8. 2. *& percussit Moab, & mensus est eos funiculo, coaquans terram: mensus est autem duos funiculos, vnum ad occidendum, & vnum ad viuificãdum; factusq; est Moab Dauid seruiens sub tributo.* Hoc sensu *ollam succendam*, ipse Deus exponit Ierem. 1. 13. & Ezech. 24. ver. 3. & 6. vbi apertè ciuitatem obsidendam & expugnandam vocat *ollam*. Vide etiam Amos 4. 2. Micheæ 3. 3.

Tertia.

EX PSAL. LXI. V. IV.

ADAG. LXXXIII. Paries inclinatus & macerica depulsa.

Tamquam parieti inclinato, & maceriæ depulsæ.

Sic noster secutus LXX. Hebræi dissentiunt, quomodo legendum quam hodie habemus lectionem, ea est Ben Asser, *tanquam paries inclinans, & maceria impulsa*, quam secuti

cuti Pagnin. & Arias,& Nebiensis, qui vertit, *Sicut paries inclinatus,& sepes impulsa*,minùs cõmodè: lectio eadem placuit Caietano, Isidoro Clario,Vatab. Fœlici, Campensi & Flaminio. Quod Genebrardus insipidum esse pronunciat, illi passiuè legerunt תרצחו *interficiemini*,cum cames in Pual:sed L x x.actiuè cum pathach, vt sit ex Pihel. quod amplexi Ben Nephtalim,& Chaldæus, & B. Hieronym.& melior lectio est. Patet ex ipso contextu. Si passiuè legas,sensus est,hostibus minari repentinam ruinam, qualis imminet parieti luxato & ruinam minanti. Si actiuè legas, sensus duplex nascitur.Primus D. Hieronymi & Chaldæi Paraphrastæ, vos omnibus estis exitium inopinatum & repẽtinum, non secus ac solet esse paries inclinatus, & maceria luxata atque diuulsa. Posterior lectio est communior hodie, vt Dauid dicat se ab hostibus contemni, & haberi pro homine sene,debili, & exitio proximo, quasi dicat; nónne pudet vos per insidias mortẽ moliri ei; quum turpe foret etiam aperto Marte, tot ac tales in vnum irruere qui vestra opinione inermis & infirmus est, & pronus ad ruinam? Metaphora ducta à pariete dissoluto,hiãte, & ruinoso,& à macerià,vento, vetustate, aut arietatione quassatâ & iam iam ruitura.In Sacrâ Script.qui adeò validi sunt, vt etiam alios possint defendere & tueri, vocantur *maceria*, aut *murus* siue *paries*? & ideo tollere vel diruere illa, significat tutelã ac protectores adimere. Psal. 79. 13. *vt quid destruxisti maceriam eius,& vindemiant eam omnes qui pretergrediuntur viam?* Esai. 5. 5. *auferam sepem eius,& erit in direptionem:diruam maceriam eius,& erit in conculcationem.* 1. Reg.25.16.*pro muro erãt nobis.* Prou. 18.11. *Substantia diuitis vrbs eius:* & *quasi murus validus circundans eum.* Ezech.13.5.*Non ascendistis ex aduerso,neque opposuistis murum pro domo Israel,vt staretis in prælio in die Domini.* Talis Hector Troianus, ait incertus poëta;

Defensor patriæ iuuenum fortissimus Hector,
Qui murus miseris ciuibus alter erat:

Et de eodẽ noster tragicus in Troad. Senec.
Tu præsidium Phrygibus fessis,
Tu murus eras,humerisque tuis
Stetit illa decem fulta per annos,
Tecum cecidit. . .Vbi dixi quædam in commentar.Huc denique spectat parabola parietis malè liti, Ezech. 13. à v. 10.

Sensus adagij.

Altera lectio. Sensus lectionis.

Murus, paries,maceria.

EX PSAL. LXII. V. VI.

ADAG. LXXXIV. Sicut adipe & pinguedine repleri.

Sicut adipe & pinguedine repleri.

SIgnificat tã læto & iucundo animo esse,quàm solent in opiparis & splendidis epulis conuiuæ. Tritũ vulgari sermone Hebræis quando vitam plenam affluentium opum, & deliciis refertam precabantur, locutione ex adytis philosophiæ depromptâ. Nam fructuum vbertas, magnitudo, & suauitas pendet ex copioso cæli rore, eóque pingui. Galenus auctor est lib. 4. de simpli. med. faculta.c. 8. & norunt quibus agricolationis ratio nota est, fructus humiditate aqueâ dulcescente, & aëreâ pinguescẽte maturari, grãdiri,& meliores effici. Vnde Psal.64. 12. *Benedices corona anni* (floribus fructibúsque quibus totus annus quasi coronabitur:) *& campi tui replebuntur vbertate. Pinguescent speciosa deserti.* & præcessit immediatè ibidem v. 11. *Instillicidiis eius lætabitur germinans.* vbi Arias vertit, & ex-

Sensus adagij.

Galenus.

Pinguedo cæli & terræ.

bitæ tuæ ſtillabunt pinguedinem. alij, *cœli tui ſtillauerunt pinguedinem*, ſcilicet quam dixi: ideo, *pinguedo terræ*, fertilitatis indicium, Gen. 27. 28. *Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti & vini.* & v. 39. *In pinguedine terræ & in rore cœli, deſuper erit benedictio tua.* Deinde alimentorum pinguia, quia dulcia nutriunt optimè, vt docent Ariſtoteles in Problemat ſect. 21. problem. 13. & Galenus lib. 6. de morb. vulgatib. comm. 5. & 1. de Symptomat. cauſ. c. 6. ideo Hippocrates lib. de diætâ, cibos pingues cõmendat. ideo *pinguedo* in ſacris libris pro deliciis vſurpatur. 3. Reg. 1. 9. *Immolatis arietibus, & vitulis, & vniuerſis pinguibus.* Iſai. 5. 17. vbi nos habemus, *deſerta in vbertatem verſa aduenæ comedent*: Hebræa ad verbum ſonãt, *deſerta terræ pinguium* (vel medullatorum) *peregrini comedent*. Eodem modo adeps pro vbertate, & pro eo quod delicatiſſimum & optimum eſt, ſumitur Pſ. 80. 17. *Cibauit illos ex adipe frumenti*, & pſ. 147. 14. *Qui poſuit fines tuos pacem, & adipe frumenti ſatiat te.* Eccleſ. 47. 2. *quaſi adeps ſeparatus à carne, ſic Dauid à filiis Iſrael.* Ezech. 39. 19. *comedetis adipem in ſaturitatem.* vide ſuprà §. 52.

Pinguedo pro deliciis.

ADAG. LXXXV. In velamento alarum.

IBIDEM. V. VIII.

In velamento alarum.

LEge adag. 170.

ADAG LXXXVI. Partes, &c.

EX EODEM PSAL. VERS. XI.

Partes vulpium erunt.

HEbraicè, מנת שועלים יהיו *Menath ſonghalim ihiou.* Adagij Metaphora petita à diſtributione ferculorum quæ in conuiuiis fiebant, ſicut & illa, *Dominus pars mea & calix meus.* Senſus itaque eſt, trucidabuntur, & in minutas partes diſſecti, adeò vt eas vulpeculæ ſingulæ ſingulas queant auferre: inſepulti abiicientur, vt ſint eorum cadauera eſca non leonum, vrſorum, luporum; aut aquilarum, & vulturum, ſed viliſſimarum vulpium, & timidiſſimarum, quæ dolis tantùm & non viribus cenſentur: nempe dedignãtibus ea fortioribus & nobilioribus feris attingere, vnde patet ſignificantius hoc eſſe prophanorũ loquelaribus. Seneca in Thyeſte, Senſus adagij. Seneca.

. . . . . *obiecit feris*
Lanianda forſan corpora, atque igne arcuit? & mox:
. . . . *auibus epulandos licèt,*
Feriſque triſte pabulum ſæuis trahat.

hoc minari ſolebant hoſtibus, vt notum vel ex Homero & Virgilio. Noſtrum locum optimè declarat S. Baſilius, *ab hoſtili manu hoc patientur, non à potentibus quibuſdam hoſtibus, ſed à vicinis illis Philiſtæis accidet, qui more vulpium, aliquando irruunt, ſedulò tamen pulſi fugiunt. Significatur autem hic obuius ſenſus: quòd plures eorum, qui in bello caſuri erant, digni non fuerint, qui ſepelirentur, ſed velut eſca beſtiis fuerint proiiciendi.*] I. Expoſitio.

Sequuntur Theodoret. & Euthymius, qui addit præterea, *vel ideo partes vulpium futuros dicit, quia non à fortibus & generoſis occidendi eſſent inimicis, ſed à puſillis quibuſdam, imbecillibúſq; atque doloſis, quales vulpes eſſe nouimus.* II.

Arnobius aliò retulit; *Notandum quòd partes facta de iis, non animum, aut eanum, ſed vulpium: quia & canes, & aues ſolent perdere partes ſuas: vulpes tam aſtutè agunt, vt non ſolùm ſuas non perdant, ſed ex alienâ,* III.

&

& fortioris, præsumant. Denique Physiologus refert semper vulpem in insidiis esse lupo, vt vbi eius senseris prædam occultam, rapiat ei.] addit ergo vsum prouerbij Arnobius, de seruitute vel exitio indigno & ineuitabili. Algidè prorsus, qui vertunt, *Similitudo vulpium erunt*, vt Caietan. nec scio quid illi in mentem venerit. Nam מנת *menath* à radice מנה *manah*, *partem* exponunt cum L x x. Chaldæus, vt D. Hieronym. nec non Nebiens. Pagnin. Clarius, Pratensis, Vatabl. Flamin. Campens. omnes hebraizantes: quibus conuenit *menath* singulare, significare sortẽ seu partem. L. x x. fortassis legerunt *menim* מנים, vel maioris contemptus causâ verterunt in plurali, vt ipsam discerptionem in frusta minuta indicarent.

Vsus adagij.

Caietani versio reprehensa.

Sic isti *omnem* (ait Theodoretus) *adhibuerunt mentem, omnes aduersum me excogitarunt insidias: nullam doli speciem intactam reliquerunt; palam inuadentes, clanculum insidiantes, speculatoribus vtẽtes, solitudines obeuntes, saxosa loca inquirentes.* Sic scrutati, quo fructu? Austrum perculerunt: inciderunt in foueam quam mihi foderant. Euthymius: *defatigati sunt quærentes dolosas artes.* Cassiodorus dicit, *quemadmodum se consilia praua confundunt, & in opere cogitationis sua maligne deficiunt: semper in cogitationibus suis deficiunt, qui ad res pessimas peruenire contendunt.* Exemplum fuit ipse Saul, & Achitophel contra Dauidem; Iudas & Iudæi contra Christum; Satrapa Babylonis contra Danielem. res nota.

ADAG. LXXXVII Defecerunt, &c.

EX PSALMO LXIII. VER. VII.

Defecerunt scrutantes scrutinio.

Vsus adagij.

LOcum obtinet quando versutissimæ technæ sunt irritæ, & malum consilium sit cõsultori pessimum. Hebraicè quidem est תמנו חפש מחפש *Tamnu chephes mechupas: perfecimus scrutinium scrutatum*, sed vera lectio videtur fuisse תמנו *tammu* in tertiâ personâ, vt vertunt L x x. testatur enim Dauid Kimchi Nun positum loco Mem, licèt hoc displiceat Mercero, tamen est probabile. Radix est תמם *Thamam*, quæ significat contraria, nempe *perficere* & *consumere*. Significatur ergo inanis labor, qualis eorum qui milium terebrant, aut torno sculpunt, aut linum lino nectunt,

EX EODEM PS. V. VIII.

ADAG. LXXXVIII. Sagittæ parvulorum, &c.

Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum.

IVdi. 8. 21. traditur *iuxta ætatem robur esse hominis*: & ideo Sebee & Salmana Gedeonem deprecabantur, ne à puero interficerentur, & sic morte lentiore cruciarentur. Gnara crudelitas Gentilium, idcirco B. Cassianum Martyrem sæuitiæ puerorum permisit necandum: describit Prudentius in libro de Coronis, & inter cetera,

Sæuitia puerorũ.

B. Cassiani martyrũ.

Plagas mille gerens totos lacerata per artus
Ruptam minutis præferens puellis cutem.

& paulo pòst;

Maior tortor erat, qui summa pupugerat infans,
Quàm qui profunda perforarat viscera.
Ille leuis quoniam percussor morte negatâ

LXII. *Sauire solis scit dolorum spiculis.*
Hic quanto interiùs vitalia condita pulsat,
Plus dat medela dum necem propè applicat.
Este precor fortes, & vincite viribus annos,
Quod desit ævo, suppleat crudelitas.
Sed malè conatus tener infirmisque laborat,
Tormenta crescunt dum fuisset carnifex.

Vsus adagij. Prima expositio. II. Possent ergo *Sagitta paruulorum* vsurpari de iis qui lenta morte necantur, & crebrâ, sed imbecilli confossione. Vel, si cui placeat, de irrito conatu eorum qui inefficaciter supra vires aliquid moliuntur. Euthym. hoc sensu vsus est adagio. S. Hieron. lib. 4. comment. in cap. 23 Matthæi. *Tentatur à Phariseis, & confringuntur insidiæ eorũ; & secundum psalmistam, sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum.*] vt traditum de Pygmæorum agmine, ausos Herculem dormientẽ balistis & machinis admotis aggredi. Lege Philostratum lib. de imaginibus. breuiter Alciatus in emblematibus,

Pygmæorũ agmen cõtra Herculem. Philostratus. Alciatus.

Dum dormit, dulci recreat dum corpora somno
Sub piceâ, & clauam ceteráque arma tenet;
Alcidem Pygmea manus prosternere letho
Posse putat, vires non benè docta suas.
Excitus ipse, velut pulices, sic proterit hostem,
Et sæui implicitum pelle leonis agit.

III. Aut sanè, de illis, qui, cùm existiment se hostem iugulasse, vix cutem perstrinxerunt: habes specimen in Principe poëtarum Æncid. 10.

Virgil.

At Pallas magnis emittit viribus hastam, LXXX VIII.
Illa volans, humeri surgunt qua tegmina summa,
Incidit, atque viam clypei molita per oras,
Tandem etiam magno strinxit de corpore Tumi.
Ecce sagittam paruuli. cape nunc viri,
Hic Turnus ferro præfixum robur acuto
In Pallanta diu librans iacit, atque ita fatur,
Aspice num magè sit nostrum penetrabile telum.
Dixerat, at clypeum, sat ferri terga, tot æris,
Cùm pellis toties obeat circumdata tauri,
Vibrati cuspis medium transuerberat ictu.

qui igitur nihil damni dãt iis quos petunt, significati, iuxta Basilium, Theodoretum.

IV. Vnde quarta, & instituto valdè commoda expositio se prodit. nẽpe dici plagas sagittis paruulorum impositas, quia non satis libratæ, aut constanter emissæ: sed viribus non collectis, & scopo non considerato iactæ. Nã hoc loco Hebraicè pro, *paruulorum*, habes, חץ פתאם *Chetz pitõ*, *sagitta subitanea*, vel *subitò*. Aquila vertit, *βέλη παραχρῆμα*, *sagitta subitò*. Symmach. *βέλ & ἐξαίφνιον*, *sagitta repentina*. Chaldæus, & D. Hieronym. aliò recedunt, quia sagittam Deo tribuunt, & aliter distinguentes vertunt, *sagittabit eos Deus iaculo repentino*. quasi vox Hebræa sit passiuè accipienda. LXX. optimè *νηπίων*, quod & *infantulos* ætate, & imprudentes, inconsideratos, simplices significat: nam radix est פחה *sedere*, vnde פתי *stultus*, stolidus, facilis decipi, vnde Gallis *vn fat*, & Latinis *fatuus*. pro simplici

פחה פתי

plici sæpissimè ponitur in Sacra Scriptura *paruulus*, vt hic, nam tales sunt infantuli, psl. 118.8. Prou. 9.4. & 34.15. Deinde Lxx. פתאם non acceperũt aduerbialiter, sed vt plurale nominis פתי legentes פתאים vel פתים. Vel sanè si hoc moderni Hebręi Grammatici non patiuntur, aduerbium per nomen explicarunt sine sententiæ detrimento. S. Augustinus confirmat pleraſque expositiones suprà positas, & pro *paruulis* vertit *infantes*. *Nostis quemadmodum sibi faciunt de cannicciis sagittas infantes? quid ferium, aut vnde ferunt? qua manus, aut quod telum? qua arma, aut qua membra?* Cannicia quid sint, docet Cassiodorus sequens secundum commentarium, his verbis; *Quid enim lenius, quidve inanius, quam verum iudicem falsè adiudicare? quàm occidere velle, qui mortuos suscitabat? quàm ligatum tradere, qui mundi vincula dissoluebat? Paruulorum quippe sagitta inania tela sunt: qui ludendi studio fragiles cannas, in sagittarum consuetudinem iacere cõsueuerunt. Sic Iudæorum vota inefficaci malignitate sæuissima non intulerunt flendam mortem, sed potiùs glorioſissimam passionem, talésque plagas dederunt, quibus mors ipsa moreretur, & promissa mundi sospitas velociter impleretur.*] Sic etiã B. Remigius, Bruno, Haymon, Richardus Anglosaxo. Hispani *dicerent, son picaduras de mosquetos.* Scio contrario sensu fere hæc accipi à D. Hier. Arnobio, Ludolfo, & Bredembachio: sed germanior est Græcorum explicatio.

פתי פתאים פתים

S. August.

Cannicia.

Remigius, & alij.

ADAG. LXXXIX. Transire per ignem & aquam.

EX PSALMO LXV. VERS. XII.

Transire per ignem & aquam.

HEbr. באנרבאש ובמים *Banu-baesc vvammaim, ingressi sumus in ignem & in aquas.* Hyerony. vertit vt noster Chaldæus, *iudicasti nos sicut fornace & aqua.* omnia significant, perpessos omne genus persecutionum, tribulationis & periculorum, quia maximè metuenda sunt incendia & inundationes: illa vrunt, hæc demergunt. Sic Græci dicunt, ἐν πυρὶ βαίνειν, *per ignem incedere*, & Horatius;

Impiger extremos curris mercator ad Indos,
Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes.

Alio adagione Græci dicunt, tria grauissima mala esse, ignem, mare, & mulierem.

Tria grauissima mala.

πῦρ, καὶ θαλάσσα, καὶ γυνὴ κακὰ τρία.

Aliquando sacra Scriptura seorsim *ignem*, seorsim *aquam* pro tribulatione ponit, aliquando coniunctim, vt hic. Psl. 16. 3. *igne me examinasti.* Isai. 43. v. 2. *cùm transieris per aquam, tecum ero, & flumina non operient te: cùm ambulaueris in igne, non combureris, & flamma non ardebit in te.*] Ierem. 6 9. *Defecit sufflatorium, in igne cõsumptum est plumbũ, frustrà conflauit conflator.* & c. 9. 7. *Ecce ego conflabo, & probabo eos.* s. igne. De aqua habes psal. 17. 17. *assumpsit me de aquis multis.* psl. 68. 2. *Intrauerunt aquæ vsque ad animam meam.* psl. 123. 5. *torrentem pertransiuit anima nostra, forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem.* Cant. 8. 7. *Aquæ multæ non potuerunt extinguere caritatem, nec flumina obruent illam.* Vbi multa dixi in catenâ, plura loca adduxit P. Ioãnes Ferdinandes in thesauro sacræ Scripturæ verbo, *aqua*, nu. 20. & 21. Idem docent Hieron. Cytillus, Procop. in d. v. 2. Isaiæ. Methodius apud Epiphan. in hær. Origenistarum, Quando *aqua & ignis* iunguntur, I. Expos.

Ignis, aqua pro tribulatione.

Remigius, & alij.

Ioannes Ferdinãdes, & alij.

sunt qui exponant calamitates cõtrarias; vt sub duobus extremis ceteræ comprehendantur, vt S. Hilarius, Cassiod. & Caietan. Euthym. etiam rectè; *per ignem & aquam, varias calamitates intellige, & quia animam incendunt, & quia mergunt & suffocant.*] S. Augu. acute, sed alieniùs per *ignem* intelligit omnes acerbas huius vitæ passiones, quòd vrant: per *aquam*, vitæ prosperitates, quòd soleant robur dissoluere. Hebræi per *ignem* & *aquam* accipiunt summa pericula, quòd elementa illa duo citò soleant extinguere. Sic Vatablus. D. Gregorius epistola ad Cyriacum libro 6. epistola 5. per *aquas* intelligit secularia negotia.

II.

III.

IV.

EX PS. LXVII. V. XVI.

ADAG. XC. Dormire inter medios cleros terminos, ollas, vncinos. Sensus adagij.

Dormire inter medios cleros.

IN extremis periculis & in mediis persecutionum summarum ignibus, animo securo & tranquillo versari, & quod dici solet, in vtramque aurem dormire, videtur exprimi posse desumptâ ex sacræ scripturæ thesauro pereleganti locutione, cui inter *cleros, terminos, tripodes, ollas ve accũbere*, est versari in summo discrimine, aut etiam persecutione calidissimâ excoqui. Verba psalmi 67. v. 14. noster vertit; *Si dormiatis inter medios cleros.* LXX. ἐὰν κοιμηθῆτε ἀνὰ μέσον τῶν κλήρων. Hieronymus, *si dormieritis inter medios terminos.* sicut etiam noster in Genes. 49. 14. Chaldæus, *si dormitis inter aulas*: vt Montanus: vel malitiam seu prauitatem obduratam, vt Nebiensis & Eugubinus transtulerunt. Hebræus fons, אם - תשכבון בין שפתים *im tisokeuun bein sephathim*, difficultas est posita in significatione vocis vltimæ: quam vertunt alij *tripodes*, alij *ollas*, alij *terminos*, alij *sortes*, seu *cleros*, alij *sarcinas*, alij *labia*, alij *chytropodes*, seu loca vbi ollæ reponuntur, alij *vncinos* quibus ollæ suspenduntur, & quid non? Hebræorum D. Kimchi, & Abeneztæ sententiam clarissimè Vatablus proposuit his verbis; *Etiamsi iacueritis inter vasa plena fuligine, hoc est, etiamsi oppressi fueritis magna calamitate, ita vt propter eam nigris induti vestibus fueritis.* vel etiamsi squalentes, & miseriarum caligine denigrati (sic Eugubinus, qui aliam versionem D. Hieronymi *inter terminos*, sic explicat. *Si interpreteris iuxta D. Hieronymum, & alios Hebraos, terminos, limites, idem designabitur, videlicet angustia, afflictio, pressura. termini enim & limites sunt extrema cuiusque rei: & esse inter terminos aut limites, notat inter angustias, & pressuras arctari, stringi, vexari, tribulari, id est, τρίβεσθαι, atteri, affligi. Hos terminos Chaldæus regum impiorum prauitatem interpretatur, resoluens scilicet nodum, & sub Hebraico latitantem obscuritatem*] Sic ille. & sanè Nebiensis Chaldæa sic exponit, *si vos reges impij commorãtes in malitiâ, Ecclesia Israelis, simili columbæ, cooperta nubibus gloriæ, diuisit prædam Ægyptiorum*, &c. Ex qua diuisione prædę sese velut per rimulam ostẽdit sensus versionis LXX. & nostræ vulgatæ hoc loco, quam certè accuratè & eruditè tradidit Genebrardus. Notans primò, in quodam vetusto codice Latino haberi *in medio sortium.* sed communis lectio est *inter medios cleros*, retentâ voce Græcanicâ. Deinde reuocat in memoriam morem veterum de præda & captiuis sortiendi, cuius moris etiam mentio est in veteri & nouo testamento. Esther 3. v. 7. *missa est sors in vrnam.* psal. 21. 19. *Super vestem*

D. Hieronymi.

LXX. & vulgatæ.

Mos veterum de præda sortiendi.

meam miserunt sortem. quod impletum sortitione vestium CHRISTI, docet Ioan. 19. 13. Ioël 3. 3. *super populum meum miserunt sortem.* Nahum 3. 10. *super inclytos eius miserũt sortem.* Addo perspicuum locum Senecæ Troadib.

Dominum ecce Priami nuribus & natis legens
Sortitur vrna.

Sensus adagij. Vide Tiraquellum de iure primogenior. q. 17. Sensus ergo teste Genebrardo futurus, *si versemini in præsentissimis & certissimis periculis, vt quando de captiuorum vitâ, libertate, fortunis, victores sortem mittunt, &c. & sit proverbium Græcum, inter medias sortes,* & Gallicum, *entre les hazards,* his consonans; pro eo quod est versari in summa desperatione, & rerum discrimine. talia sunt *deprehendi inter Symplegades.* describit hoc Seneca. Seneca in Medeâ, de Argo naui,

. . . dedit illa graues
Improba pœnas, per tam longos
Ducta timores; cùm duo montes,
Claustra profundi, hinc atque illinc
Subito impulsu, velut æthereo
Gemerent sonitu, sparger et astra
Nubésque ipsas mare deprensum.

Inter Scyllam & Charybdim nauigare. Item *inter Syllam & Charybdim nauigare:* quia par vtrimque periculum.

Claudianus. Claudianus;

Scyllæos inter fremitus, auidámque Charybdim.

Proverbiales locutiones. Plautus, & alij. *Stare inter sacrum & saxum,* Plauto in Captiuis & Apuleio Milesiæ lib. 11. *positum esse inter malleum & incudem* : Origeni in Ieremi. *sitam esse rem in cuspide seu acie nouacula.* Homer. Iliados 1. à quo id ceteri mutuati, *Extremam aleam iacere,* quo vsi Plutarchus vita Coriolani, & Aristides in Pericle; & similia apud Adagiographum Centur. 1. Similis ergo vsus fuerit nostri adagij, *inter meaios cleros;* de quo dicta nobis multa nõ inaccuratè ad Ge. 49. v. 14. cò cupientem legere remitto. Addo duntaxat, me non comprobare somnium Agellij qui hoc loco notat, *cleros* significare ipsos limites seu terminos agrorũ, in quorum confiniis solet vt plurimum periculosa esse mansio. Sic enim LXX. agri portionem solent vocare clerum seu sortem: & Num. 19. οὐ μὴ σφ ὑῶν Ισραὴλ δὲ κληρονομήσουσι κλῆρον *in medio filiorum Israël non hæreditabunt clerum.* & paulò post, τὸ ἐπιδέκατον δέδωκα ὑμῖν εἰς κλῆρον, *quicquid decimũ fuerit dedi vobis loco cleri.* & Ierem. 12. σπείρατε πυρὸς καὶ ἀκάνθας θερίσετε: οἱ κλῆροι αὐτῶν οὐκ ὠφελήσουσιν αὐτούς: *Seminate triticum & spinas metite: cleri eorum nõ proderunt eis.* Reuera tamẽ agrorum termini sic vocati, qui sortitò diuisi olim tribubus. Ideo hæc sententia verbis tantùm dissentiens, re ipsa nostram confirmat. SS. Hilarij, Basilij, Augustini & reliquorum Patrum interpretationes mysticæ sunt.

Agellij sententia.

S. Hilarius & alij.

EX PSAL. LXXI. V. IX.

ADAG. XCI. Terrã lingere.

Terram lingere.

SIc enim noster, *inimici eius terram lingent.* consentiunt Græca, & Hebræa, nisi quòd pro *terram* sit *Ghaphar* עפר, *puluerem,* vt reddit Hieron. Sensus est idem, & quidem multiplex; vnus, se humiliabunt vsque ad abiectissimam seruitutem; *besarán la tierra que hollare.* Mos enim Asiaticis regem adeuntibus terram osculari: consule Martinum de Roa hanc consuetudinem diligenter astruentem lib. 4. singular. cap. 1. & 2. Hodie Moschi hoc facitare se paratos profitentur, cùm ad singula fere Dominum suum alloquentes adiiciunt, *frontis humum*

Martinus de Roa.

Moschorum consuetudo.

fa-

LXXI. *ferio*, vt docet noſtri Poſſeuini Hiſtoria Moſcouitica. De Iudæis ſacra Scriptura teſtis eſt hîc, & Iſai. 49. 23. *Vultu in terram demiſſo adorabunt te, & puluerem pedum tuorum lingent.* Thren. 3. 29. *ponet in puluere os ſuum.* Miche. 7. 17. *lingent puluerem ſicut ſerpentes.* ſignificant eam animi demiſſionem, quæ parata ſit etiam conculcari, vt in d. c. 29. inſinuat Hieronymus. eóque pertinet illud Pſal. 43. 25. *humiliata eſt in puluere anima noſtra, conglutinatus eſt in terra venter noſter.* Sic intelligunt Hieron. Arnobius, Genebrar. Vatab. hic, & in Micheam Graiar. Palacius, Ribera.

Adagij ſenſus

Hieronymus, & alij.

II. Expoſ. Alter ſenſus eſt, vt ſignificentur hoſtes ab eo debellãdi, & ſolo affigendi. Sic enim veteres mortem robuſtorum & contumacium deſcribebant. Claudianus de bello Getico.

Claudianus.

... Italámque momordit arenam.

Seneca. Seneca Herc. Oetæo,

Vltrice dextrâ fuſus aduerſo Lycus
Terram petiuit ore.

Virgil. 10. Æneid.

Et terram hoſtilem moriens petit ore cruento.

Hic ſenſus etiã placuit Euthymio.

Priorem ſenſum præfero: ſi quis hoc etiam ſecundo velit vti, non reprehendo. Alia adhuc explicatio eſt, tanta ſe ei veneratione ſubiicient, ac ſi terram lingerent, ſic Euthy. & Lyran. quæ incidit in primam. Cetertim SS. Baſilij, Theod. Auguſtini, Brunonis, Caſſiodori expoſitio, gaudebunt vana gloria, & terrenis aliis bonis, iuxta maledictionem Geneſ. 2. in ſerpentem latam, eſt myſtica.

Auctoris ſententia.

III. Expoſ.

IV. Myſtica. Euthymius & alij.

TAntam ſignificat copiam, & multitudinem, & lætitiam fore ciuium; quanta ſolet eſſe graminis ſeu herbæ tenellæ in prato irriguo. Nam *fœnum* hîc non ponitur pro aridâ aut ſuccisâ herbâ, ſed pro vireſcente & pullulante: vt etiã pſal. 103. 14. & 146. 8. Matth. 6. 30. Mar. 6. 33. Luc. 12. 28. Apocal. 8. 7. & 9. 4. & hoc עשב *Gheſeu* & χόρτος ſignificant. ἐξαιρέτως, vt plurimum in bonam partem ſumi pro *pullulare, germinare, florere*, conſtat. idcirco non audiendus Theodoretus qui accipere videtur de fœno ſtatim exorto & ſubitò corrupto. Rectè monet Epiſcop. Halberſtardienſis, fœnum, licet ſoleat in malam partem accipi, hîc tamen ſumi in bonã: quod ſumpſit à D. Hieronymo, quem hic vide de duplici fœno, exareſcente, & floreſcente; & exponit de fœno non quod areſcens decidit, ſed quod floridum eſt, & viridi coma perdurans. ſic etiam Caſſiodor. Haymon. Alij volunt præterea ſignificari ſubitam multiplicationem: ſic Lyranus item Euthym. ait, ſignificari comparationẽ florentiſſimæ ac denſiſſimæ herbæ. Bruno & Arnobius reſpiciunt ad fructus vtilitatem. Brunonis verba ſunt: *Florebunt in bonis operibus ad generandam meſſem (id eſt, æternam beatitudinem ſuſcipiendam:) ſicut fœnum terræ floret ad hoc, vt ſemen ex eo procreetur. Fœnum terræ dicit, ad differentiam fœni tectorum, cuius flos inutilis eſt ad ſeminis procreationem, quod fœnum priuſquàm euellatur, exareſcit.* Sumpſit ex pſ. 128. 6. de quo ibi plura. de fœno etiam in malum ſumpto dicendum aliàs.

Senſus adagij.

Fœnũ proherba, ſumitur in bonam.

Theodoreti interpretatio in probata.

Altera explicatio.

Bruno. Arnobius.

ADAG. XCII. Florere vt fœnum.

EX PSALMO EODEM. VER. XVI.

Florere ſicut fœnum terræ.

EX PSL. XXII. V. IX.

Os in cælum ponere, &c.

Eleganti.

XCII. Senſus adagij.

ELeganti locutione Dauid expreſſit genus illud hominum, qui ſuperis & inferis obtrectant; in homines aſſiduè, in Deum interdum ſunt contumelioſi. *Poſuerunt in cœlum os ſuum, & linguas eorum tranſiuit in terrâ.* Sic etiam Symmachus, ἔταξαν εἰς οὐρανὸν ῥῆμα αὐτῶν, καὶ γλῶσσα αὐτῶν διαπορεύεται ἐν τῇ γῇ. *collocauerunt in cœlum os ſuũ, & lingua eorum ambulauit in terra.* voce *ſtatuendi* indicat aſſiduitatem blaſphemiæ in Deum: voce *ambulandi*, modò hos, modò illos homines lædendi viciſſitudinem. Chaldæus; *Poſuerunt in ſanctos cœlorum os ſuum, & lingua eorum ardet in iuſtos terra. Ardet* hoc loco ſignificat aſſiduitatem & velocitatem in conuiciando & improperando. Sicut Seruius & Nonius *ardere* exponunt multùm & cum ardore quodam feſtinare: Chaldaice eſt מצלבא *Metſaloua.* D. Hieronymus vertit, *deambulauit*, ſcilicet licentioſè, lubentérque: Galli dicunt, *ſa langue trotte par tout.* Chaldæa vox etiam poteſt verti, *inflammat*, ſeu *urit*: hoc eſt, Deum execrantur, & homines affligunt, vt Baſilius & Theodoret. Sed Euthymius cum Hieronymo ſentit, ita ſcribens; *Per* cœlum *quidem Deum intelligit, qui in cœlis habitat: per* terram *verò homines in ea commorantes, quaſi dicat: os ſuum blaſphemantes aduerſus cœleſtem Deum mouerunt, & lingua eorum ſimiliter aduerſùs terrenos homines deſæuiit. Hi etenim, quibus omnia ſecunda erant, & qui incumbebant deliciis, multâ ducti temeritate, & Deum contumeliis, & homines calumniis infectabantur.*] talis ille Tyrrhenus tyrannus, qui iactabat,

—nec diuîm parcimus vlli.

Vatablus. Arias Mõtanus. Breuiter Vatablus, *Deo & hominibus detrahunt.* diſertè Arias Montanus;

Ore & ſceleſto ſidera tangere, & Sermone cœlum tundere perfido Audent, & infreni per omnem Lingua adeunt, temeránique terram.

Alia expoſitio. Quidam exponunt, exiſtimarunt os ſuum & verba ſua tanquam cœleſtia quædam oracula eſſe, & effata diuina, quæ irrita cadere nequeunt, cùm lingua eorum de terra ſit, quæ corruptioni & mutabilitati obnoxia. Videtur mihi nonnihil eſſe dura expoſitio.

EX EODEM PSALMO. VER. XIII.

ADAG. XCIII. Lauare manus inter innocentes.

Lauare manus inter innocentes.

Senſus adagij. DIcebantur, qui ſe puros, & innoxios, culpæque expertes profitebantur, vt pſal. 25. v. 6. & pſal. 72. 13. Nam morum innocentia vocari ſolita puritas manuum. 1. Timoth. 2. 8. orta phraſis vel à Sacerdotibus, qui ſacra facturi, manus lauabant, etiam Gentiles, teſtis Anticlides in libris redituum. vide Aduerſaria & Commentarium noſtrum ad Herc. Furent. v. 918. Vel à iudicibus, qui hoc pacto ſuam innocentiam profitebantur, Deutero. 21. 6. *Et venient maiores natu illius ad interfectum, lauabúntque manus ſuas ſuper vitulam, quæ in valle percuſſa eſt, & dicent: manus noſtræ non effuderunt ſanguinem hunc, nec oculi viderunt.*] hunc Gentis cui præerat morem Pilatus imitatus, Matth. 27. 24. *acceptâ aquâ, lauit manus coram populo, dicens, innocens ego ſum à ſanguine iuſti huius.* S. Baſilius: *Laui inter innocentes*, &c. *idem eſt, atque non communicani malis eorum.* Sic etiam Theo-

Vnde natum adagium.

S. Baſilius & alij.

doret. clarè Euthym. ad psal. 25. *Antiqui quando significare volebant, se alicuius criminis esse innoxios, coram multitudine manus lauabant, vt scilicet ex illâ manuum mundiciâ, animæ puritatem significarẽt, quemadmodum fecisse legimus Pilatum*, &c. Adagium esse monet Suidas in ἀνῶ, & explicat profiteri se innocentem & alienum à malo. & hoc apertè patet ex Hebræo *Benicaion* בנקין *in innocentia*, vt vertit Hieron. & ideo Chaldæus pro *lauabo*, dixit *sanctificabo*.

ADAG. XCIV. Somnium surgentiũ.

EX PSALMO EODEM. VER. XX.

Somnium surgentium. Vel, *somnium visionis nocturnæ.*

AD significandam breuem, fucatam, fallacem fœlicitatem, rectissimè veteres vsi parœmiis à somnio deductis, vt Pindarus cùm hominem vocauit *vmbræ somnium*, ὄναρ σκιᾶς, efficaciùs quàm Sophocles, quòd homo est flatus & vmbra, πνεῦμα καὶ σκιά. nam si est flatus, iam aliquid est; efficaciùs etiam quàm Æschylus, qui vitam humanam similem fecit *vmbræ fumi*. sed fumus certior est somniis, quibus nihil inanius. Ideo qui sibi persuadebant mentis errore se diuites esse, *somnio beati* dicebantur. habes apud incertum illum scriptorem inuectiuâ in Sallustium, quæ Ciceroni adscribitur. Quæcumque enim vehementer desideramus vigilãtes, ea nobis in somno videmur possidere, vt Pastor Theocriti vim magnam ouium & capellarum; & piscator aureum piscem; & Luciani Micyllus, opes maximas. Vnde Græcanicum Prouerbium ex Homero decerpsit Scholiastes Theocriti, ὅσα ἐν ὀνείρῳ φέρειν, *ferrẽ quicquid in somnio videatur*. Vide Chiliad. 1. cent. 7. adag. 87. Ex his elucet sensus Hebraicæ parœmiæ, *Somnium surgentium.* Hebraicè כחלום מהקיץ *Kathalom mehakitz. Sicut somnium, postquam quis expergefactus*, siue *euigilantis*, vt Hieronymus: Chaldæus, *Sicut somnium ab homine ebrio, qui expergefit à somno suo*, sub. euanescit. Optimus interpres est Petronius Arbiter:

Pindarus.

Sophocles. Vmbra somnium.

Æschylus. Vmbræ fumi.

Somnio beatus.

Nocte soporiferâ veluti cùm somnia ludunt
Errantes oculos: effossáque protulit aurum
In lucem tellus, versat manus improba furtim,
Thesaurósque rapit, sudor quoque proluit ora,
Candidiórque dies secreto fauit amori,
Et mentem timor altus habet, ne fortè grauatum
Excutiat gremium, secreti conscius auri.
Mox vbi fugerunt elusam gaudia mentem,
Verdque forma redit; animus quod perdidit, optat:
Atque in præterita se totus imagine versat.

Est & exemplum in quodam recentiori (ni fallor) Ducatij epigrammate, de somniante sibi Plutum noctu assistere, & aureum globum in manum dare, & monere, diligenter asseruaret: quod cùm ille facturus, manum stringeret, euigilat, & nullum quidem aurum, sed sordes alias in manu inuenit. Talem sortem fœlicium sæculi hîc Dauid ostendit futuram, & omnibus manifestandam in die iudicij, de quo Chaldæ versiculũ accepit, eo quòd *Baghir* בעיר etiã significet in suscitando seu in resurrectione. Bonum scholiũ est Isai. c. 29. v. 7. vbi describit

XCIV. Adag. Somnium visionis nocturnæ.

bit eum qui repentè spe sua excidet, his verbis, *Et erit sicut somnium visionis nocturnæ, multitudo omnium gentium*, &c. *Et sicut somniat esuriens & comedit, cùm autem fuerit expergefactus, vacua est anima eius: sicut somniat sitiens, & bibit, & postquam fuerit expergefactus, lassus adhuc sitit, & anima eius vacua est.*] Vbi pro *somnio visionis nocturnæ*, Hebraicè est, כחלום חזון לילה *Cachalom chazon lalah*, explicant Lxx. *Et erit sicut somnians per somnos noctis, diuitiæ omnium.* καὶ ἔσται ὡς ὁ ἀναπαζόμενος ἐν ὕπνῳ ὁ πλοῦτος, &c. cape metaphrasim S. Cyrilli lib. 3. in Isai. Cyrillus

Qui enim, inquit, *sic diuites euaserint, perinde erunt, ac si qui per visum nocturnum se ditatos esse crederem, cùm tamen nihil omnino lucri habeat. Nam euigilantes somniorum agnoscent fallaciam, & quod verum esse autumabant, id omnino vmbram esse & opinionem inuenient.* Theodoretus in psal. 72. Theodoretus.

Meritò eorum felicitatem somnio comparauit, quandoquidem scena præsentis vita ab insomnio nihil differt. Euthymius: Euthymius.

Quemadmodum is, qui per somnum, gratum quid videt ac delectabile; statim contristatur, cùm à somno exsurgit, quasi inani delectatione detentus sit: ita etiam Babylonij, decursâ eorum fœlicitate, inanem plorabunt se habuisse fortunam. Huiusce modi enim humana omnes delectationes somniis similes, ob earum nimirum instabilitatem, & frequentissimas mutationes.] Cassiodorus etiam more suo; Cassiodorus.

Talem dicit esse fœlicitatem malorum, quale somnium euigilantium. Præstigiis enim quibusdam illusi, frequenter ad illa nos peruenire somniamus, qua nimiâ cupiditate perquirimus. pauper enim subitò dines efficitur; criminosus, honorabilis inuenitur. fruitur alter optato coniugio, nonnullus desiderato potitur imperio. Et his omnibus subitò derelicti (sic lego pro derelictis) *patentibus oculis non respicimus quæ clauso lumine cernebamus. Ecce illa admiranda felicitas impiorum peruenit ad somnium.*] quod confirmari potest ex illo ps. 75. v. 6. *Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis.*

EX PSAL. LXXVII. V. IX.

ADAG. XCV. Filij Ephrem, &c.

Filij Ephrem intendentes, & mittentes arcum, conuersi sunt in die belli.

Vsus adagij.

IActetur in eos, qui ante conflictum se iactant, & leoninam iubam quatiunt; vbi est ad prælia vētum, degeneres se ostendunt, & spē in ceruina velocitate reponunt. sic plerumque solet accidere. Vetus dictum est Aristophanis in Pluto, Aristophanes.

ὄντες οἶκοι λέοντες, ὀν μάχῃ δ' ἀλώπεκες: *eos qui domi leones, in pugna vulpeculas existere.* quod Plutarchus in vitis refert in Lysandrum iactatum, verbis aliis, eodem sensu. Eustathius in 7. Iliad. laudat verbis aliis non dissimilia duo dicta, vnum, Plutarchus. Eustathius.

θρασὺς πρὸ ἔργου ἐν πολλῷ κακός. *Audax ante opus vt plurimum ignauus.*

Alterum Epicharmi, Epicharmus.

κακὸς ταράττει μάλ' ἀυτόθεν, ἔπειτα δὲ φεύγει. *Ignarus initio multum sibi fidit, post autem fugit.*

Quotidie experimur: sed veterā tutiùs memorantur. T. Liuius lib. 7. *in castris feroces, in acie pauidi.* Aristoteles lib. 3. Ethic. ad Nicomachum scribit, *temerarios quidē, promptos & volentes esse ante pericula, sed in ipsis deficere: at fortes in rebus & factis acres, antè quietissimos.* Quod Cornelio tacito placuisse, vir optimus & eruditissimus Lipsius olim notauit, cùm scriberet Hist. lib. 1. & *fortissimus in ipso discrimine exercitus est, qui* T. Liuius. Aristot. Corn. Tacit. Lipsius.

ante discrimen quietissimus. Contraria suppeditant poëtæ.

Virgilius. Virgilius lib. 5. de Darete, qui ante conflictum

... caput alium in prælia tollit,
Ostenditque humeros latos, alternáque iactat
Brachia protendens, & verberat ictibus auras:

mox tamen vt Entellus Erycis cæstus protulit,

Ante omnes stupet ipse Dares, longéque recusat:

Et tandem victum neci eripuit Æneas, &,

illum æquales genua ægra trahentem,
Iactantémque utroque caput, crassumque cruorem
Ore reiectantem, mistósque in sanguine dentes,
Ducunt ad naues.

Multa sunt similia, sed vnum mihi videtur ex Claudiano luculentissimum, quod non præteribo. Lib. 2. in Eutropium describitur bellum à Gothunnis duce Targibilo Romanis illatum. Ceteris tacentibus, se vindicem profitetur quidam ceteris *trepidantibus audax*

Claudianus.

Crassa mole Leo.
Acer in absentes linguæ iactator, abundans
Corporis, exiguusque animi.

& audi minas;

Me petit hic sudor, numquam mea dextera segnis
Ad ferrum, faueat tantùm Tritonia captis,
Inceptum perageturque opus: iam cuncta furore
Qui grauat, efficiam leuiorem pondere lanæ
Targibilum tumidum, desertoréque Gothunnos,
Vt miseras populabor oues.

Iactabundi multis imbellis animus.

Quid cãto hiatu dignũ ferat iste promissor? ventum ad manus, & tibi,

Ipse Leo damà cerviqué fugacior ibat,

& dum fugit,

Ecce leuis frondes à tergo concutit umbra:
Credit tela Leo. Valuit pro vulnere terror,
Implenitq; vicem iaculi, vitámq; nocentem
Integer, & sola formidine sanciu efflat.

Prouenit hoc ex prudentiæ quoque defectu præter superbiam, & insitam quibusdam pusillanimitatem, quæ dum æstimat pericula veris maiora, desperat ea superari posse; & sic se ipsum homo reddit imbecilliorem; nam *victoria magnanimorum est.* iuxta illud Prou. 24. 10. *si desperaueris in die angustiæ, imminuetur fortitudo tua.* Euripides; ἐσφέν τι κἀν κακοῖς, ἀ δ' ἔσθ', φρονεῖν. *Sapientiæ est etiam in malis, quæ decet sapere.* Ad similem iactantiæ finem hunc psalmistæ locum (quem parabolam & propositionem, hoc est, prouerbium, vocat Cassiodorus) multi Patres referunt, vt S. Basilius, Theodoretus, Beda, Haymo, Bruno & Cassiodorus; hic pro exemplo profert B. Petrum, qui ter negauit eum, pro quo se promiserat moriturum. S. Augustinus, *Quid est aliud* (ait) *tendere arcus, & mittere, & conuerti in die belli, nisi attendere & promittere in die auditionis, armis quasi proludere, & ad horam certaminis nolle pugnare?*

Euripides

S. Basilius & alij.

EX PSAL. LXXVIII. VER. XII.

AD AG. XCVI. In sinum reddere. Sensus adagii.

Reddere in sinum.

HOc addendum iis quæ de sinu dicta §. 141. Nam vt significét malum vnde fuit ortum, eò redire, &

XCVIII. & ibidem manere; dicunt, *Reddi in sinum*, vt hoc loco, *Redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum improperium ipsorum, quod exprobrauerunt tibi Domine.* Vbi posterius comma rem explicat. Sic intellexerunt Beda, Cajetan. Titelman. Flaminius, Iansen. & alij. simile quid innuunt Lxx. Prou. 16. v. vlt. κόλπος ἐπίχεται πάντα τοῖς δικαίοις. *in sinus veniunt omnia iustis.* Isai. 65. 7. *reddam & retribuam in sinum eorum iniquitates vestras, & iniquitates patrum vestrorum simul.* Ierem. 32. 18. *Qui facis misericordiam in millibus, & reddis iniquitatem patrum in sinum filiorum.* Eccles. 7. 11. *Ne sis velox ad irascendum, quia ira in sinu stulti requiescit.* hoc est, plus nocet ira irascenti. Lu. 6. 38. *Date & dabitur vobis, mensuram bonam, & confertam, & coagitatam, & superfluentem dabunt in sinum vestrum. Eadem quippe mensura, qua mensi fueritis, remetietur vobis.*] quæ est explicatio huius parœmiæ: vt & 4. Esdræ 15. 21. *sicut faciunt vsque hodie electis meis, sic faciam & reddam in sinu eorum.*

Altera explicatio. Alij aliò retulerunt, volentes significari infallibilitatem & durationem supplicij, quia quod in sinu est, non excidit, & penes nos manet. sic S. Basilius, Theod. Euthym. Beda, Dionys. & Genebrardus.

ADAG. XCVII. Cedros Dei.

EX PSAL. LXXIX. V. XI.

Cedros Dei.

VIde suprà.

ADAG. XCVIII. In cophino seruire.

EX PSAL. LXXX. V. VII.

Manus eius in cophino seruierunt.

HEbr. *manus eius ab middud transierunt.* quod D. Hier. vertit, *manus eius à cophino recesserunt*, Chald. *manus eius à proiiciendo luto ad ollas discesserunt* Nam Hebræum דוד *Dud* recentiores exponunt *ollam*, vel *ahenum*, vel *caldarium*, secuti Dauidem Kimchi. Sensus idē foret de vilis seruitij genere omni, vt docet Titelmannus in annotationibus. Titelmānus. Sed meliùs Lxx. & Hieronymus *cophinum.* reddiderunt. Nā certū est *dud* significare *canistrū.* Ierem. 24. 2. & 4. Reg. 10. 7. Euthymius: Euthymius. *cophinus canistri genus est, in quo lutum & lateres ferebant.* Hebræi volunt illos etiam figlinam exercere coactos, & lutum congregare faciendis ollis, & suis humeris illud ferre. Sacra Scriptura Exo. 1. v. 14. docet illos operibus duris *luti, & lateris, omnique famulatu*, hoc est, indigna seruitute & operibus seruilibus, oppressos, vt ait Philo. De ollis faciendis vel ahenis, nec apud Philonem, nec apud Iosephum, nec in sacra Scriptura mentio est: sed de Philo. vrbibus ædificatis ex lateribus. Beda in c. 6. Ioan. *seruilia solent cophinis opera fieri. vnde de populo, qui in luto & lateribus seruiebat in Ægypto, dicit psalmista. Manus eius in cophino seruierunt.*) Idem *hic cophinum* dicit esse *vas stercorarium.* S. Augustinus: *Per cophinum significantur opera seruilia: mundare stercora, terram portare, cophino fit. Seruilia sunt opera.* Cassiodorus, *cophinos dicimus, per quos sordium purgamenta proiicimus, vt loci puritas eluceseat.* Hæc ergo significatio & vsus parœmiæ. Vsus adagij.

Alium quoque suppeditat Dominus Baronius Annal. to. 1. anno CHRISTI XCIV. nempe gestatione cophini summam mendicitatem significari, vel vilissimarum rerum mercimonia: solitos enim Iudæos cophino sulphurata circumferre Baronius. Alius vsus adagij.

LXXX. venalia, vel cum fractis vitris commutanda, probat ex Iuuenale, Papinio, & Martiale. de mendicandâ verò stipe, ex Iosepho, qui describens Iudæos Hierosolymis flori anaritiæ illudentes, ait: *canistrum circumferentes, stipem eius nomine postulabant, quasi inops & miserrimus talibus indigeret auxiliis.* Sed illic Græcè non fit mentio cophini; verba enim sunt, καὶ κανοῦν ἐπιφέροντες, ἐπὶ τὸν αὐτῶν κέρμα, καθάπερ ἀκλήρῳ καὶ ταλαιπώρῳ. Vbi falsus interpres κανοῦν pro *canistro* accepit, cùm debuerit *lancē* vertere, vt sæpe sumit Homerus, quæ aptior stipi mendicandæ quàm canistrum: hoc sensu inueniasapud Athenæum κάντα ξύλινα καὶ χαλκᾶ, *lances vel orbes è ligno & ære.* Sic hodie mendicant plerique scutellis prætensis, canistris verò, corbibus, aut cistis vimineis nulli. Non nego Iudæos mendicasse, sed censeo canistrum, siue cistam (vnde *cistoferi* dicti) circumtulisse, vt operam suam in vilissimis seruitiis obeundis offerrent. Fors etiam *fœnum* idcirco in corbe ferebant sordibus detergendis & contegendis, cùm efferrent. Licèt in canistro stipem nō acceperint, satis clarum mendicimoniæ indicium erat hæc ipsa fœni & cophini supellex. Nec nego κανοῦν sæpè sumi pro *canistro*, sed censeo non sic sumendum apud Iosephum verbis illis ex lib. 2. Ἰουδαϊκῆς ἁλώσεως, cap. κέ.

Iosephi locus. κανοῦν.

Homerus.

Athenæus

Cistoferi.

EX PS. LXXXII. V. XI.

ADAG. XCIX. Vt stercus egisse.

Vt stercus terræ.

AIt Dauid, *Dispersi sunt in Endor: facti sunt stercus:* Hebraicè *Haiu domē laadamah* היו דמן לאדמה Hierony. *fuerunt quasi sterquilinium terræ.* Chaldæus: *facti sunt quasi stercus cōculcatum in puluere.* Patet vsurpari de re prorsus nihili & aspernabili; & de personarum maximâ abiectione. nihil enim contemptibilius cadauere, super terram computrescente, & terram fimi instar stercorante, vt interpretatur Theodoretus, Euthymius, Cassiodorus, Titelmannus. Quàm vilis sit mortuus, docent scripta veterum, apud quos inter conuitia grauissima, vnū fuit vocare aliquem *morticinum*: habes in Plauti Persâ. idem in Rudente confirmat dicens, *Mortuus pluris pretij est quàm ego sum.* & illud νέκυες κοπρίων ἐκβλητότεροι apud Heraclitum, id est, *mortui digniores qui reiiciantur, quàm foria.* & illud notum, *Melior est canis viuus leone mortuo.*

XCIX. Vsus adagij.

Morticinus.

EX PSAL. LXXXVII. VER. XIII.

ADAG. C. Terra obliuionis.

Terra obliuionis.

Locus Aristophanis contra Erasmum.

SVspicor, *campum obliuionis*, apud Aristophanem, non benè intellectum ab Adagiographo Roterodamensi, cuius verba sunt: *Obliuionis campus*, λήθης πεδίον, id est, *Lethes campus. Dicetur vel de vehementer obliuiosis, vel de rebus commentitiis ac friuolis, qua nusquam sint. Aristophanes:* τίς ὡς τὸ λήθης πεδίον; *id est, quis in Lethes campum? vulgus enim nugas esse credit, quæ de inferis tradunt poeta.* Sic ille chiliad. 2. centuria nona, adag. 55. fortassis Aristophanes voluit, neminem mortuum ab inferis rediisse ad nos, vt narraret quæ illic gererentur: & locutionem Græci ab Hebræis sumpserunt, inferorū loca vocantes *campos obliuionis*, sicut Hebræi vocant *terram obliuionis*, ארץ נשיה *Eretz neſciiath.* quod de

Inferorū loca, campi obliuionis.

inferis expresè capit Paraph. Chal. dæus, *numquid cognoscentur in tenebris gehenne miracula tua, & iustitia tua in terrâ siccitatis & desolationis?* Quidam libri Latini habent, *oblivioni traditâ*; vitantes ambiguitatem vocabuli, *oblivionis*; quod capi potest, primò pro eâ quæ ipsamet obliuiscitur viuentiũ, vt veteres de Lethes fluuij aquâ fabulabantur. Virgil. 6. Æneid.

Lethe fluuius. Virgilij locus.

. . . Lethei ad fluminis vndam
Securos latices, & longa oblivia potant.

Seneca. Vnde Seneca vocauit vndam Lethes miseris gratam. In Hispaniâ Bæticâ flumen est *Guadalete* voce mixarabica. Nam Hispani veteres voce Græcâ *Lethen* vocabant: Sallustius non ab effectu, sed allusione ad flumen inferorum, amnem obliuionis nũcupauit, vt monui Commentar. in Hippoly. 197. Secundò capi potest pro eâ cuius viui reduntur immemores, & sic hoc loco accipiendum docet 1. Hebræa vox; quæ significat, *oblitam terram*, hoc est, traditam obliuioni; quod confirmat versio LXX. ἡ γῆ ἐπιλελησμένη, & S. August. legit *oblita*. Sic exponunt S. Basil. Theodor. Euth. & cæteri. 2. quia mortuorũ facilè perit recordatio, sup. v. 7. *Æstimatus sum cum descendentibus in lacum*, hoc est, vnus mortuorum. psl. 30. 13. *Oblivioni datus sum, tanquam mortuus à corde.* Sic ex eorum animo effluxi, quasi mortuus forem. Hispanicè, *à muertos ya aydos nos ay amigos.* Versus vulgatus rationem reddit, quia

Sallustius.

Qui procul est oculis, procul est à limine cordis,

Terram oblivionis, de sepulcro capiũt Euthym. Isid. Clarius, Vatab. Lindanus, Agellius: non damno, sed meliùs ceteri de inferno, de quo optimè Titelmannus hîc; Terra obliuionis *dicitur locus dãnatorum duplici ratione: videlicet quia nõ sunt vltrà memores Dei in bonum, qui illic sunt, neque etiam memoriam vllam habent priorum, qua ipsis in aliquam esset consolationem. Omnium enim pomparum, delitiarum, voluptatum, quibus in hoc mundo vacabant, iam non est illis ad consolationem quamcumque vlla memoria: sed præterierunt omnia ac si nunquam fuissent. Secundò* terra obliuionis *est, quia à Deo oblivioni data, sic vt nunquam qui in ea degunt, inde sint liberandi. Siquidem in inferno nulla est redemptio. Neque verò solus Deus dat oblivioni terram illam, verùm etiam sancti Angeli, & super terram viuentes. Nec enim sancti Angeli vllam de illis adiuuandis curam gerunt, scientes definitam Dei sententiam. Neque qui super terram sunt, eorum vltrà recordantur, vt quicquam eis impendant vel solatij vel auxilij.*] Sanè *infernus* optimè vocatur etiam à Chaldæo, & Pratensi, *terra desolationis & vastationis.* Sed haud dubiè melior est versio LXX. de obliuione, à voce נשה; quod sequitur Kimchi, Caiet. Campens. Clarius, Arias, & alij.

C. Infernus cur terra obliuionis.

Infernus terra desolationis & vastationis.

PSAL. LXXXVIII. V. XXX.

ADAG. CI. Dies cœli.

Dies cœli.

VT habes suprà totum pone hic.

EX PSAL. LXXXIX. VER. V.

ADAG. CII. Est sõnus, vel sicut somnium.

Somnus est, vel *vt somnium.*

HEbraicè versus iste sic legitur hodie in principio. *Zeranthã scenah ihiu* זרמתם שנה יהיו. Hieronym. vertit, *Percutiente te eos, vt somnium erunt.* Pagninus & Caietan. *Eos inundasti, somnus erunt.* Isidorus

Cla

Clarius; *diffluent velut somnus.* Felix; *rapuisti eos vt impetus aquarum, somnus sunt.* Vatablus clarissimè, *seu nimbum impetu quodam illos dilabi facis, sunt somnium*: & in commentario explicat; *Quasi immissa inundatione subitò rapis eos de mundo, & velut somnium traduntur oblivioni.* Campensis vertit; *Te illos dissipante somnus fiunt.* & in paraphrasi sic; *Velocissimè properare annos hominum iubes, & priusquàm ad se rediit suus homo cogitet quid sibi in vita acciderit, elapsos sentiat illos veluti somnium quoddam.* Sic etiam Flaminius & alij recentiores R. Dauidem secuti. Chaldæus etiam eandem comparationem insinuat, sed interpretatur *dormientes*: concretum pro abstracto vsurpans, iuxta versionem Nebiensis: nam Arias vertit, *sicut somni*: Eugubinus, *fluctuare eos fecisti sicut vndam, fluctum, vel bullam.* Conueniunt itaque omnes in parœmiâ, & in explicatione, significari breuitatem, inanitatem, & fragilitatem vitæ humanæ, potissimùm si comparetur futuræ vitæ, vt Chaldæus insinuat, quæ æterna est. Nam Lirani & Eugubini ex Rabbinis quibusdam expositio de vita hominum ante diluuium, & post diluuium alienior mihi videtur. Dicat aliquis, Quomodo igitur L x x. verterunt. *Quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt. τὰ ἐξουδενώματα αὐτῶν, ἔτη ἔσονται. Nihileitates* (vt vox fingatur) *ipsorũ anni erunt.* seu vanitates & nihilum? Diodorus explicat *ἄντ' οὐδενὸς, pro nihilo.* Agell. putat L x x. legisse וזהמהם *zihamiham, res abominabiles.* Respõdeo, Hebraismum eleganter explicasse, sententiam reddere cõtentos. *potuerunt etiam* (ait Genebrar.) *legere Zirmathan, nominaliter, Bulla eorum anni erunt. nam Scana & annum & somnum significat. Bulla autem sunt de eorum genere quæ pro nihilo habentur, secundùm parœmiam, homo Bulla. Nec nouum est vt pronomen seu affixum iunctum sit cum nomine Zirma, non cum Scana. Nam poëta Hypallagen vsurpam.*] Sic vir eruditus, id ab Eugubino mutuatus: vnde patet etiam verti posse *sicut bulla*, & hoc licebit etiam vulgò vsurpare. quemadmodum Varro præfat. in libros de agricultura dixit, *homo bulla*: & *Lucianus in Charonte vitas hominum bullis similes facit: quarum alia simul atque natæ sunt, protinus euanescunt, alia paulò diutius durant, omnes breuissimis intervallis alia succedunt aliis*, ait Erasmus Chilia. 2. cent. 3. adag. 48. Vbi habes plura זרם cum sex punctis. *Zerem* Hebræum etiam significat *fluctum, vndam defluentem cum impetu, aut turbinem, ac nimbũ rapidum*: vnde licet etiam his vitam humanã comparare. Heraclitus vitam hominum *fluminẽ* esse dixit, quia, *Tempora prætereunt more fluẽtis aquæ.* Pindarus vocat humanam vitam *σκιᾶς ὄναρ, vmbræ somnium*: Æschylus *vmbræ fumum, κάπνου σκιᾶς*. vide sup.

Adag. tertia bulla. Eugubin. Varro. Lucianus. Flaminius & alij. Vita hominis, flumen. Pindarus. Vmbræ somnium. Vmbræ fumus. Sensus adagij. Lirani expositio alienior. Defensi LXX. nostri. Diodor. Agellius.

EX EOD. PS. LXXXIX. VERS. VI.

ADAG. CIII. Sicut herba.

Sicut herba transit.

Sensus adagij.

Significationis eiusdem parœmia est, cuius superior de vitæ humanæ inconstantiâ, & caduco flore, vt omnes Hebræi, Græci Latinique tractatores exponunt: & conuincit contextus, nam illud *eorum anni erunt*, coniungit duas comparationes, præcedentem de somno siue bullâ, & sequentem de herbâ citò arescente. *Manè sicut herba transeat, mane floreat & transeat: vespere decidat, induret, & arescat.* quibus

ver

verbis optatiua vim habent futurorum, vt notat Euthym. & verbum *induret* adiectum fuit a LXX. claritatis causa; solet enim quod arescit, indurari. denique docetur totum humanæ vitæ spacium, non tantùm ante oculos Dei (vt v. 4.) sed etiam re verâ, pro vno die computandum. Pro *transeat*, Hebraicè est vtroque loco יחלף *Iachaloph*, *mutabitur*, seu *desinet florere* vel *virere*. nam חלף *chalaph* valde latè patet. & ideo noster vertit diuersimodè, Isai. 40. 31. & 41. 1. voce *mutandi*, sed in melius: & Iob. 14. 7. voce *virescendi*, & ita Kimchi hîc exponit *innouabitur*, Chald. *augescet*: vt *transire* sit idem quod grandiri & adolescere. LXX. παρέλθοι: sine sententiæ detrimento. Si accipias pro mutatione vioris in marcorem, tunc primo loco traditur herbæ florentis subita pestis & exitium: & sequenti vers. idem copiosiùs explicatur, proposito ipso mutationis modo. Si verò transire vtrobique sumas de incremento; tunc in posteriore parte declaratur quàta & quàm celeriter fiat in peius immutatio herbæ; quæ eodem die Lucifero nascente florebat, & Hespero lucente exaruit: planè significans hominum vitam similem esse herbæ solstitiali seu ephemeræ, hoc est, vnius diei, vt bene Hieronym. Lyran. & Vatab. Quot vidimus manè vegetos, robustos, viuidos & succi plenos; mox ante solis occasum animâ fugiente luridos, exsuccos, aridos, & iam terram, terræ tradi? ideo floribus etiam vita nostra comparatur, vt multis docui Aduersar. in Hippoly. vers. 758. Hoc loco Genebrardus cum Kimchi & Abenezra recurrit ad vicissitudinem ætatum, iuuentæ & senij. Sed breuiorem moram vitæ noster significauit. Illa locum habet etiam in Argantonio & Mathusalæ ætas longa.

Argãton & Mathusalæ ætas longa.

salâ, quorum vita fuit prolixissima: Dauid de vno die loquitur. Vt & Tibullus vtens eodem verbo quo noster interpres, lib. 1.

. . . . . *transiet ætas*
Quam citò, non segnis stat remeátque dies.

Inter adagia profana Desiderius Chilia. 4. cent. 10. adag. 98. ponit; *vt herba Solstitialis*, ex Plauto in Pseudolo, vbi amans subitâ spe deiectus, ita queritur:

Erasmus. Vt herba solstitialis, & quæ illa.

Quasi solstitialis herba paulisper fui,
Repentè exortus sum, repentinò occidi.

manifestè significans huic herbæ vitæ spacium diale esse. vt & Ausonius;

Solstitialis velut herba solet, ostentatus, raptúsque simul.

Huiusmodi est Colchicum Ephemeron, de quo Dioscorides lib. 6. cap. 3. quod etiam bulbus erraticus siue agrestis vocetur; de quo Plinius lib. 28. cap. 9. & Nicander in Alexipharmacis Venen. 7. vbi Scholiastes dicit varia habere nomina, nempe vocari κολχικὸν, ἴριν, φάρμακον, ἐφήμερον, *colchicum, irin, pharicũ & diurnum*. & hoc vltimum nomen habere; vel quia qui biberunt, eodem die moriantur; vel quia manè circa Tanaim, & in Colchide nascitur, ἀνατέλλει. meridie perficiatur, τελοῦσι; vesperi arescat, ἀφανίζει. Vbi vides commentarium nostræ versionis: de hac Dioscorides lib. 6. cap. 5. Altera species vocatur *iris syluestris*, quam Plinius describit lib. 25. cap. vlt. Eugubinus exponit de fœno, quia חציר *chazir* etiam significat *fœnum*, quod solet vesperi demeti, iuxta illud:

Duæ species. Colchicũ. Iris syluestris Plinius.

. . . *nocte arida prata*
Tondentur, noctis lentus non deficit humor,

Videtur Desid. Erasmus ad hanc

Erasmus.

speciem adag. *Solstitialis herba*, restringere: sed præstat cum Cœlio Rhodigino lib. 29. antiq. lect. cap. 4. dicere, Plautum *vniuersim herbas & flores intellexisse, vno perseueranies die, aut spacio prorsùm minimo: quoniam & solstitium vnius tantùm diei est, sole videlicet Cancri partem obtinente primam.* Ab hac vitæ breuitate etiam Plinius lib. 14. c. 16. vocauit labruscæ *acinos solstitiales.* Sensu alio Columella *spinam solstitialem*; alio quoque Plautus in Trinummo *morbum solstitialem* vocauit, nempe siderationē, iuxta Cœlium d. cap. 4. quanquam nec ab hoc morbo penitùs exulet vis adagij nostri. nam ille sic vocatus non tantùm, quia solstitiali tempore potissimùm inuadat; sed etiam quia breui spacio necet quem inuaserit. lege Hierony. Mercurialem variar. lect. lib. 5. cap. 3. Ceterùm S. Gregorius Nazianzen. in poëmatis, vocat homines ἐφημερίδας, quod Hesychius exponit, *mortales*, & vult esse epithetum hominum, ob vitæ videlicet breuitatem. Non placet hoc Henrico Stephano, sed vult dictos ἐφήμερους & ἐφημερίδας, quia nequeunt sibi crastinum polliceri: sed omnia illi repugnant, quæ de hac voce ipsemet collegit. Nam ob vitam diurnam Aristoteli & Eustathio dicta sunt animalia quædam ἐφήμερα: quæ Plinius vocat ἡμερόβια: & eadem ex causa *Diaria febris* dicta medicis ἐφήμερος πυρετὸς; & Herodiano lib. 1. ἐφήμερος τιμὴ, *honor diarij*, qualis fuit Vatinij consulatus; & Thucydidi lib. 2. ἐφήμερα σώματα; & hoc sensu in Græcis epigrammat. homines dicuntur ἀμέριοι Doricè, pro ἡμέριοι. Vide adagium *Ephemeri vita.* Chiliad. 4. cent. 2. adag. 87. & aliud, *Salillum animæ.* Chilia. 5. cent. 1. adagio octauo. *Si solstitialis herba* adagium præbet, cur minùs nobis iste Dauidis locus de herbâ transeunte, hoc est, mane florescente & vesperi occidēte? Simile est ps. 36. 2. Sicut *olera herbarum citò decident.*

Contra Erasmum. Cœlius Rhodiginus.

Plinius. Acini solstitiales.

Columella. Spina solstitialis.

Plautus. Morbus solstitialis

Hieron. Mercurialis.

Gregor. Nazianz. Homines Ephimeri quæ dicti.

Contra Henricū Stephanū pro Hesychio.

Aristot. Eustath.

Herodia.

Thucydides.

Ephemeri vita. Salillum animæ. Solstitialis herba.

EX PSAL. EODEM. VERS. IX.

ADAG. CIV. Meditari sicut aranea.

Anni nostri sicut aranea meditabuntur.

QVæ spectant ad adagialem locutionem ab araneæ telis petitam, satis fusè inuenies à me tradita suprà esse. Sed iste locus, quia difficilis est, & varias recipit interpretationes, plures etiam adagiales locutiones suppeditat, tot quot capita sunt enarrationum.

1 Explicatio.

Verba Dauidis Hebraica sunt; כלינו שנינו כמו-הגה *Chilinu scanenu chemo hegeh, consumpsimus annos nostros, tanquam sermonem.* Pagninus, Caietanus, Nebiensis, Clarius, sed Fœlix Pratensis, *sicut locutionem*, & in margine, *canticum* siue *meditationem.* Campensis & alij, *dicto citiùs*, quorum omnium sententia est, vitam nostram velociorem esse cogitatione, vel verbo; quibus nihil velociùs transit ac finitur. De cogitatione Thales dixit, nihil eâ celerius esse quòd per omnia discurrat. τάχιστον νόος: διὰ πάντων γὰρ τρέχει: Laërtius lib. 1. vnde apud Orpheum in Hymnis, de summa celeritate dicitur, ὠκὺς νόημα; & Xenophō alicubi, θᾶττον νόηματος, *velocius mente.* De verbo est aliud adagium, λόγου τάχιον, *dicto citiùs.* D. Hieronymus ex Hebræo, *consumpsimus annos nostros, quasi sermonem loquens.* quod placuit Abenezræ, Salomoni & Kimchio. Non malè. quia verba momento ætatis verberant murmure suo, & citissimè proferuntur: vnde illud:

Adag. Anni nostri velocius finiuntur cogitatione vel verbo.

Cogitatio Thales.

Laërtius. Orpheus.

Xenophō.

Verbum. D. Hiero.

.... *volat*

CIV. . . . . *volat irreuocabile verbum.*

Pennata verba. & poëtis *pennata verba* dicuntur ἔπεα πτερόεντα: quò referendus iocus in Amphitruone Plauti:

Plautus. MER. *Vox mihi ad aures aduolauit.*
SO. *ne ego homo infœlix fui,*
Qui non alas euelli. volucrem vocem gestito.

II. Explic. Alia est explicatio Chaldæi Paraphrastę, *Consumpsimus dies vita nostra, tãquam vaporẽ oris in hyeme.* Notũ est halitũ oris hyeme prodeuntẽ statim spissari, ita vt videri queat, sed dum vix apparet, euanescere. Ergo הבה Chaldæo idẽ quod *hebel* הבל *vanitas* seu *vapor oris*, & illud (in hyeme) additũ voci explicandæ. Sane radix *Hagag* proprie significat emissionem vocis inarticulatæ, & ideo etiã accommodatur auium garritui seu gemitui, & rugitui ferarum. Quo igitur pacto L x x. ad *araneam* transtulerunt, quæ vocem edit nullam: & quæ Hebraicè dicitur *ghachabis* עכביש vel *seemanith* שממית, telæ verò illius vocantur *kurim* קורים? Nam Lxx. hic vertunt; τὰ ἔτη ἡμῶν ὡσεὶ ἀράχνη ἐμελέτων, quod noster; *Anni nostri sicut aranea meditabuntur.* vel, vt vox sonat, *meditati sunt*, vt exponit D. Hieronym. epist. ad Cyprian. to. 3. vbi satis indicat Lxx. dumtaxat sensum explicare voluisse, *quia quomodo loquẽtis sermo preteriit ita & opus aranea incassum texitur.*] quod Iansenio placuit, & certius est quàm quod opinatur Agellius duas interpretationes in vnã hic coaluisse, nempe quosdam *hegeh* vertisse *araneam*, alios verò *meditabuntur*, & posterius hoc solum retinendum, vnde sequeretur materiam vulgatam esse corrigendam: quod non placet, vt nec quod Genebrardus coniicit, *hegeh*, vsu veteri *araneam* significare, quasi meditabundum animal & malitiosum. Sed dubium adhuc an aranea hîc ipsum animal significet; an verò telam animalis? Nam Iansenius censet, Græcam & Latinam vocem meliùs telam ipsum significare: quod placuit Basili. Theodore. Euthym. & hoc consentaneum Suidæ, qui ἀράχνιον putat non nisi telam significare. Falluntur Grammatici. Nam ἀράχνη Dioscoridi lib. 2. cap. 68. & Plutarcho in lib. *vtra animalia prudentiora sint*, ipsum araneum significat. Latinis etiam discrimen illud ignotum vel contemptum. Nam Virgilius ait;

Velocius finitur vita halitu oris hyberno.

הגה

III. Explicatio.

D. Hiero.

Iansenius.

Gene. brardus.

Suidas.

Dioscorides. Plutarchus.

Virgilius.

Laxos in foribus suspendit aranea casses.

Ouidius:

Stamen & antiquas exercet aranea telas.

Cl. Claudianus:

Diuinus perit ille labor, spatiumque relictum
Audax sacrilego supplebat aranea textu.

Catullus;

Catullus.

Ne tenuem texens sublimis aranea telam,
Desertos in Mulli nomine opus facias.

Quid multis? stamen illud? teste Frontone, *Aranea est quæ texit, Araneum quod textũ est*, Græcis ἀράχνιον. Vnde adag. τὰ ἀράχνια ὑφαίνειν: *aranearum casses* vel *opera texere.* Hæc de voce ista sufficerint. versionis Lxx. varia est expositio. Genebrardus Græcum contextum corrigit pro ἐμελέτων, reponens μελετῶντας: sed ei repugnant codices optimi Complutens. Aldin. Regius & Romanus: & Hieronym. in d. ep. ad Cyprian. hic tamen in comm. Hier. legit *meditabuntur*, vt & August. Bruno, Richard. & alij. Sed magis consentanea est Græca lectio Cassiodori *meditabantur.* Arnob. in commentar. habet, *meditamur.* Sed quis sensus? quidam accipiunt passiuè, pro

Fronto.

De verâ lectione. Contra Genebr. non esse textum corrigendum.

Hieron. & alij.

IV. Explicatio.

æstimabuntur, reputabuntur, similes censebuntur. sic Basili. Theodor. & Euthym. cuius verba Latinè hæc sunt, *verbum meditabantur (in passiuâ significatione positum est. & statim, sensus est: anni vestri à nobis existimabantur, pro, existimantur, quasi aranea tela, quę summo sit cũ labore, & modico durat tẽpore: ob maximã enim earũ tenuitatem nõ mediocri pertexuntur cum labore, & ob infirmitatẽ celeriter pereunt.*] Vides Euthymium passiuè legere, sed actiuè interpretari, & sic conciliantur illi, qui actiuè accipiunt. Nam qui in annis suis meditatur, ille agit dũ iudicat esse annos suos tales, anni verò iudicantur. Itaque respectu nostri & aliorum, placet actiuè sumi: respectu annorum, passiuè. Actiuè exponunt respectu *meditantium*, Patres Latini. Sed quidam capiunt de humanæ vitæ breuitate & fragilitate tantùm, vt Arnob. cũ Theodoreto & Basil. alij verò de hac & irrito hominum labore, vt Augustinus & Beda. Alij denique præterea de prauis conatibus, & studiis, quæ in proximorum fraudem & perniciem instituuntur à plerisque, sicut aranea muscis tendit retia (sic Cassiod. Remig. Bruno, Richard.) & quæ tandem ipsis auctoribus sunt noxæ: sicut aranea texendo muscis laqueos, seipsam euiscerat, & causa est vt visis telis statim, sint qui textricem cum textu scopis deiiciant, & pedibus exterant. Sic etiam Titelmann. Iansen. Genebrar. qui tamen hoc vltimum notat non conuenire cũm Hebræo, conuenit tamen. Nam verba calumniæ, mendacia, & alia huiusmodi frequentissimè sunt loquentibus exitij causa, vt notissimum est. Conuenit etiam sermo cum aranea, quia vtrumque velocissimè deficit, & sicut ore verba fundimus, sic aranea, ore tamen educit, vt benè Eugubinus, qui tamen in eo nimis audax fuit, quod verbum ἐμελέτων omni sensu carere dixit, & LXX. tantùm scripsisse, τὰ ἔτη ὑμῶν ὡσὶ ἀράχνη: ab alio autem quopiam additum fuisse ἐμελέτων: quæ ambo sunt contra exemplarium Græcorum omnium, & Patrum quoque authoritatem.

Conciliatio patrũ.

V. Explicatio.

VI. Explicatio.

VII. Explicatio.

VIII. Explicatio,

Eugubin. reprehensus.

EX PSAL. XC. V. IV.

ADAG. CV. Sub pennis sperare.

Sub pennis sperare.

EXplicui suprà adag. 170.

EX EODEM. V. XIII.

ADAG. CVI. Ambulare supe: aspidem.

Super aspidem & basiliscum ambulare & conculcare leonem & draconem.

SIgnificatur hac paræmiâ securitas magna eius, cuius auxiliator & protector est Deus: huic enim nihil nociturum, nec subiti infortunij, nec manifesti periculi. Nihil inquam huic metuendum, etiamsi in desertis locis, inter sæuissimas feras, & crudelissimas belluas versetur. Non illi cominùs (vt ab aspide & leone) non eminùs (vt à regulo & dracone) vulnus formidandum, non ab insidiis, non aperto Marte discrimen imminere. q. d. tutus eris à dæmonibus, & hominibus: astutia aut robur nullius contra te valebit. sic enim ista Patres interpretantur. S. Basilius; *Sanissimarum acerbissimarumq; bestiarum meminit, in vnoquoque bestiarum genere excellentiam exprimere volẽs. Per* leonem *enim & draconem robur significauit. Per alias verò bestias extremam malitiam notauit. nam* aspidi *mortiferum virus inest:* basiliscus *verò etiam visu lasionem infert.*] Sic etiam Theodoretus explicans exemplis Danielis

Sensus adagij.

S. Basilius.

Theodoretus.

lis in lacu leonum, Noë in arcâ; Pauli viperam excutientis, & anachoretarum inter feras & venenatas belluas illæsorum. Sic Beda, qui ait hoc idē ac si diceret simpliciter, *omnia nociua contemnent & conculcabunt.* Vatablus, *super ferocissima quæque animalia incedes, id est, tibi parebunt, tantùm abest, vt tibi nocere audeant.* Hæc litteralis expositio est. Patres plerique ad mysticos sensus deflectūt. Anagogica est explicatio de Christo calcante hæc animalia, in Diabolo qui eis significetur (sic B. Bernard. ser. 14. in hunc psalmum & hic: Chrysost. Cassiod. Haymon. Ludolf. & glossa interlin.) vel superāte in membris suis membra Diaboli, scandalosos (sic Bruno) tyrannos & hæreticos, (Augustin. Arnobius, Beda) & sic practicè interpretatus fuit Alexand. III. Pontifex, cùm Friderici Barbarossæ collum Venetiis calcans diceret hūc versiculum, indicans tyranni parem ferocię vafriciem, se, CHRISTO dāte, pedibus premere. vide Platinam, & alios historicos Anno CHRISTI 1178. Tropologica verò videtur quę accipit varia animi vitia, vt iram, crudelitatem, inuidiā, calumniam, (Euthym. & Eugubin.) aut gradus peccati; suggestionem, delectationem, opus, & consuetudinem, (Richard. Pampolitan.) De versione nostra, scito D. Hieronymum vertisse cum nostro, *Scachal* שחל *aspidem, & phutem,* פתן *basiliscum, & kephir* כפיר *leonem,* quorum primum etiam Arabica versio confirmat, & vltimum placuit Chaldæo paraphrasti, licet primo loco pro *aspide* reddat *catulum leonis.* Recentiores nihil certi adferunt, ideo Eugubinus non recessit à LXX. Sunt qui reddant, *Pardum calcabis, calcabis & aspidem, conculcabis leunculum atque draconem.* Sic textus Vatablij alij *Leopardum* malunt: alij simpliciter *Leonem* vertunt cum R. Leui, & R. Kimchi. Hi non aduertunt aptiùs *Leunculum* quem ponunt secundo loco, jungēdum cum basilisco, & Leonem grandem cum vasta belluâ dracone. fortassis LXX. censuerunt etiam aspidem sic vocari; vel per Metathesim positum pro *Scalach* שלח, hoc est, pro eo qui se proiicit, vel demergit vt insidietur, quod solet aspis in arenis, vt incautum inuadat: de quo aliàs. Bustamātius lib. 3. de reptilib. cap. pen. & vlt. P. Pineda in Iob. c. 5. v. 23. in fine suspicantur non agi de Leone gressili & quadrupede, sed de serpente simili Leoni, vastitate, feritate, maculis fuluis, insignique capitis notâ, & citat Nicandrum scribentem;

Occurret punctis immanis Cenchryna membra
Commaculata gerens, variique idcirco Leonis
Nomine donarunt, vastum reuolubile monstrum.

Sed hoc acutius, quàm verius puto. Nicander quidem ita scribit in Theriacis;

δήεις κεγχρήναο δολιχὸν τέρας, ὄντε λέοντα
ἄμολον ἀνδάξαντο περιφραδέες φολίδεσσι,
τῷ πάχετ' ὀφθαλμοί τε πολύτροποι.

Et ibi Scholiastes Græcus causas nominis varias reddit: *Leonem* vocari, vel quia squamas varie tinctas & maculosas; propter generositatem: vel quòd erectam caudam gestet, qua se ad pugnam excitet; vel quòd morsu appetat & sanguinem humanum sorbeat: quæ solitus Leo facere. Ex quibus si vera causa prima est, Leopardus describitur, non Leo: sed tunc causa secunda non conueniat, quia Leoni comparatus Leopardus de-

Vatablus. Beda. Vatablus. Anagogica explicatio. Friderici Barbarossæ apud Pont. fic & submissio. Tropologica expositio. Defensa versio. Eugubinus. Vatablus. Bustamātius. Pineda. De Leone serpente. Nicander. Locus Scholiastis Nicandri.

C I.

gener est, & ignauus. Tertia causa ad alcæam Leonis alludit, de qua legendi Sanctius & Minos ad Alciati emblema 63. de Irâ. De notarũ varietate etiam Lucanus lib. 9.

Sanctius. Minos.

Lucanus.

Et semper recto lapsurus limite cenchrys:
Pluribus illa notis variatam tingitur aluum,
Quàm paruis tinctus maculis Thebanus ophites.

Quod alienum à vero Leone. Denique Hebræum *Kephir* non conuenit serpenti. Quare sequor Patres Græcos & Latinos, de quadrupede. Apollinarius regem ferarum simpliciter θῆρα vocauit. Simile huic loco nostro est quod Christus Dominus ait Luc. 10.19. *dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes & supra scorpiones*; & explicans addit, *& super omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit.* Similia Horatius tribuit suo viro *innocentis vitæ scelerisque puro*, lib. 1. od. 22. Vbi & Numidicorum Leonum mentio.

Apollinarius.

Horatius.

Aus si quid magis aridum est, habere
Sole, & frigore, & æstu.

Item, *pro sanguine in venis scobem habere.* quæ omnia sunt Catulli vnius, alij vocabant *laterna cornu.* & Plautus;

Catullus.

Plautus.

Totus pellucet quasi laterna Punica.

Græci dixerunt,

Ἀτρεφίδης λεπτότερα καὶ θαυμάδης &c.

Macilentiores Leotrephide & Thaumantide. Athenæus lib. 2. ex Hermippo. Vocabant etiam *coriaceos*, quasi præter pellem nihil habentes, vide Erasm. Adag. *coriaceum auxilium.* vocauit Sanyrion ex eadem causa alium νεκρὸν, *cadauer.* Et in eandem sententiam Menander.

Athenæus.

Sanyrion.

Menãder.

ὁ λιμὸς ὑμῶν τὸν καλὸν τοῦτον δακὼν,
Φιλιππίδου λεπτότερον ἀποδείξει νεκρόν.

Aristophon quoque inducit dicentem,

Aristophon.

αὐτὸν τρισὶν ἰχνύτερον ἀποφανῶ Φιλιππίδου.

& alium respondentem,

οὕτως οὐ λίαν ἐλίγους νεκροὺς ποιεῖς;

quæ sic reddit Dalechampius: Menander,

Dalechãpius.

Fames ex vobis hunc bellulum si mordeat,
Cadauer faciet Phillippide gracilius.

Aristophon.

A. Triduo Philippide graciliorem eum reddidero.
B. Siccine tam paucis diebus mortuos facis?

Sed hi ad externam corporis speciem cadauerosam respexêre. Longè efficaciùs hominem variis afflictionibus & calamitatibus oppressum, & mœrore emaciatum Sacræ litteræ indicantes dicunt,

Sensus adagij.

ossa

ADAG. CVI. Cornu exaltare.

EX PSAL. XCI. V. XI.

Cornu exaltare.

VIde suprà.

ADAG. CVII. Ossa arida vt cremiũ.

EX PSAL. CI. VER. IV.

Vt cremium arescere.

Maciei varia adagia.

D. v. 4. *ossa mea sicut cremium aruerunt.* Gentiles vt hominem exsuccum & sanguinis boni expertem indicarent, dicebant *aureâ statuâ pallidiorem*; item; ... *corpora sicciora cornu.*

CVII. *ossa eius sicut cremium arruisse.* non tantùm faciem, & carnes extenuatas, sed etiam ipsas ossium medullas absumptas. Sanè illud notum. *Animus gaudens ætatem floridam facit: spiritus tristis siccat ossa.* Prou. 17. 22. Mœror enim vitalem calorem absumit, &, nutritionem partium minuens, paulatim tabem inducit. Iob. 30. 30. *ossa mea aruerunt præ caumate.* Idcirco Plato in Cratylo censet, ex Chrysippi & Socratis sententiâ, λύπην (molestiam animi) quasi λύσιν dictam, hoc est, totius corporis dissolutionem. Sed quid cremium? Scito nec de Hebræâ, nec de Græcâ, nec de Romanâ voce satis concordes esse interpretes. Hebraicè habes *Moked* מוקד quod Abenezra & Paraphrastes Chaldæus *Chytropodes*, iuxta Montanum, sed *focum* iuxta Nebiensem verterunt. Hieron. *ossa mea quasi frixa contabuerunt.* LXX. ὡσὰ τρύγιον συνεφρύγησαν, eleganti allusione, q. d. sicut *cremium concremata sunt.* & vetus Psalterium Roman. *sicut in frixorio confrixa sunt.* Aquila: ὡς κάνοις ἐφαυρώθη, *sicut cinis* (vel combustio) *obriguerunt.* Symmach, ὡς ἀπόκαυμα ἄνα γέγονεν, *sicut incendium torrefacta sunt.* Theodotion vt LXX. Vnde patet Theodotion. Symm. Aquil. LXX. Vetus Psalterium & vulgatum nostrum, sed & Chaldæum, censuisse concorditer Hebræâ voce significari id, quod ex concremation torridum remansit; sic etiam Theodoretus, qui exponit ξηρὸν ξύλον, *torrem aridum*; & sic Flamin. & Campanus Fœlix, *titionem*; Caietanus *incendium*: sicut vertit Hieron. Isaiæ 30.14. Dauid Kimchi, Pagnin. Nebiens. Isidorus Clarius, Vatablus, & alij *focum*, qui scilicet assiduitate ignis siccatur & arescit. radix est *iakad* יקד *vssit.* vnde יקוד *iekod, combustio* & מוקד *aduſtio. sed* hìc est Metonymia pro re aduſtâ & desiccata: Græcis φρύγω idem quod *desicco & torreo*: vnde φρύγιον, *quod facilè arescit*, & *incenditur*, vt sunt paleæ, festucæ & similia. Suidæ φρύγιον exponitur *torris aridus*, ξηρὸς ξύλος; Hesychio, *lignum aridum*, ξύλον ξηρόν. *frixorium* vertunt D. Augustin. Cassiodorus, & Arnobius, *frixorium* capientes non pro sartagine, sed pro eo quod frigitur. Arnobius *frixorium* exponit, fasciculum sarmenti aridum, paratum ad incendia gehennæ. B. Prosper vertit, *frictoriolum.* Sed hoc rectiùs vertit noster, *cremium.* Hieronym. in Osee cap. 10. initio lib. 3. φρύγανον vertit *cremium*, explicans *aridas herbas siccáque virgulta, quæ camino & incendio præparantur.*] Columella in libris de re rust. præiuit D. Hieronymo ad hanc significationem, scribens surculos minutos & aridos à rusticis *cremium* vocari, certè quasi cremabiles: seu (vt arbores incendio aptas vocat Vlpianus) *cremiabiles.* Alij minùs rectè *cremium* exponunt carnem illam quæ frigitur, & planè arefacta remanet durior in frixorio: sic S. Bruno, Ludolfus, Liran. Varlenius, Titelman. Lindanus. hi destituuntur auctoritate. Alteri sententiæ quam sequor fauet Columella, apud quem dubium non est *cremium* legi debere lib. 12. cap. 19. fauet Plinius lib. 12. cap. 19. agens de cinnamomi abscissis surculis: *cremia forte discerni, quódque Soli cesserit relinqui ac sponte conflagrare.* Apud Iureconsultos *ligni* appellatione *cremia* contineri notat Cœlius Rhodiginus lib. 4. cap. 7. Nota etiam vox D. Ambrosio in epist. & Varroni. Nec idonea est causa Ianseuij cur *torrem* malit verti, quàm *cremium.*

Plato: Augustin. & alij. Frixorium. Cremium. Columella. Bruno, & alij. Auctoris sententia. Plinius. Cœlius Rhodiginus. D. Ambrosius. Ianscnius.

Ex

ADAG. CVIII. Cinerem manducare, vel cibari cinere.

EX PSAL. EODEM. VERS. X.

Cinerem manducare. Vel, *cinere cibari.*

ADagium hoc indicatur d. v. 10. *Quia cinerem tanquam panem manducabam, & potum meum cum fletu miscebam.* Thre. 3. 16. *cibauit me cinere.* Dauid Kimchi vult eo significari tantum mœrorem, vt cibus non magis sapiat quàm cinis. Sequuntur Vatabl. Celaya, Campensis, & subindicat Beda, volens esse hypallagen. q. d. manducabam panem tanquam cinerem. Hoc durum & longe petitum. Alij exponunt, iacere in luctu & squalore: quia lugentes cinere faciem conspergebãt, & in cinere iacebant. Varlenius, Flaminius & alij. ne hoc quidem satis arridet: etiam si adderes, & sic in cinere iacens multum cineris hauriebam ore, sic Euthym. tertio loco, qui quoniam varias interpretationes suppeditat, eas colligam. Primam ponit, si aliquãdo cibi memineram, aut potus, hunc fletu; illum cinere miscebam; vt facere solent in summis constituti calamitatibus, & non sustinent vel ipsum cibũ absque tristitia sibi adferri. Capit planè ad litteram, sed quod ait de more illo, nescio quo pacto queat confirmare: idem tamẽ vult D. Hierony. & Fœlix Pratens.

Alia interpretatio Euthymij est, cùm alij omnes conuiuarentur & hilares essent, cinerem manducabã pro pane, & lacrymas mihi miscebam pro potu, hanc nisi sumas vt figuratam locutionem, vix puto probabilem: si metaphoricã dicas, textum non explicat. Tertiam iam proposui. Quartam statim referam.

1. Explicatio.

Vatablus & alij.

11 Explicatio.

111.

1V.

Mos lugentium panem cinere aspergere. D. Hieron. Fœlix. Prat.

V.

Sexta expositio, præ abundantiâ & continuo quodam fluxu lacrymarum non potuisse discernere inter panem & cineres, quibus panem adsperserat. Sic Genebrardus. VI.

Septima, indicari modicum pastæ in cineribus eum decoxisse, & sic cineres pani mixtos comedisse. Sic Liranus, fortè ex fabellis Salomonis Iarrhij. VII.

Octaua est Caietani, significari statũ pœnitẽtialem per cineres: hæc vera, sed non explicat phrasim; nec rem ipsam clarè proponit. sic S. Augustin. Prosper, Cassiodor. Haymon & Bruno, quos de hac re lege. VIII. S. August & alij.

Nona est S. Basilij, Theodoreti, Bedæ, Euthy. 4. loco Isidori Clarij; significari his verbis, doloris & tristitiæ excellentiam, & assiduitatem, quia si cibi sumendi tempus, quod aliis lætitiæ præcipuæ est, in mœrore absumebatur, quid ageret aliis temporibus? Indicat itaque hoc sibi pœnitenti quasi diurnum demensum fuisse. Quidam Græci interpretantur calamitates quas in captiuitate patiebantur. IX.

Illud alterum *cibari lacrymis* eundem sensum habet, docui commentar. in Threnos d. v. 16.

ADAG. CIX. Miscere potum lacrymis. Panis lacrymarũ.

EX EODEM. VERS. X.

Potum cum fletu miscere.
Item,
Lacrymæ sunt mihi panis.
Seu,
Cibari pane lacrymarum.

Sensus adagij.

BReuiter expedio. Sensus idem qui præcedentis adagij, notans doloris magnitudinem. Panis lacrymarum est materia seu esca dolorum,

rum, psal. 41. v. 4. *fuerunt mihi lacryma mea panes die ac nocte.* abstinebam cibo & continuò lacrymabar. Euthymius: *Lacryma mea fuerunt mihi panis: non quòd eis pascerer, sed quia instar panis eas desiderabam: & quia non secus erant mihi opportunæ, quàm esurientibus esse soleant. vnde earum desiderio non interdiu tantùm, sed assiduis etiam noctibus detinebar.* Psal. 79. v. 6. *cibabis nos pane lacrymarum, & potum dabis nobis in lacrymis in mensura.* vt quotidianum demensum annonæ & potus, lugendi & lacrymandi causam plurimam nobis suggeres. Dico *plurimam*: quia licèt *in mensura* & Græcè ὦ μέτρῳ ambigua sint, & aliquando (parcè & frugaliter) aliquando (largè & abundanter) queãt significare: vnde nonnulli hoc loco notant, Deum non solere quenquam, suprà quàm ferre valeat, affligere aut castigare; sic D. Augustin. Beda, Cassiodorus, & Remigius ibidem: & R. Salomon capiat de captiuitate Babylonica, quæ fuerit tertia pars Ægyptiacæ; quod nugatorium: & alij ad sententiæ iustitiam (sic Theodoret.) quia pœna peccatis proportionata (sic Euthy. Dionys. Liran.) referant: tamen vox Hebræa שלישׁ *scalis* nodum soluit, quæ magnam mensuram significat (iuxta Dauid Kimchi) quasi dicas *vas potorium* (sic R. Menachen) tricongium, q. d. τριμέτρησον, vel τέμετρον. Scholiast. Græcus exponit *plenum* πλῆρες, cum quo & Apollinarius. Ego potiùs noua voce ternarium, nempe magnum quantitate, plenitudine, & amaritudine. nam שלוש *scalos*, vnde שלישׁ *scalis*, tres significat. Vnde ad nomen hîc alludentes Paraphrastes Chaldæus & D. Hieronymus, verterunt, *triplicitèr*: scilicet in bonis animæ, corporis, & fortunæ, afflixisti. Paraphrastem sic vertit Arias: nam Nebiensis maluit *vinum lacrymis affluens. Mensuram modicam* Hebræi משורה *Mesurah* dicunt, vnde Hispanicum *mesura*.

Euthym. In mẽsura August. & alij.

EX EODEM PSALMO. VERS. XII.

ADAG. CIX. Sicut vmbra.

Dies mei sicut vmbra declinauerunt.

HEsychius apud Agellium; παρ' αὐτὰς φησι ἐμὶ τὰς τῆ λίθ λυσμὰς, καὶ ἔοικα σκιᾷ κλινόσῃ καὶ λεγόσῃ λοιπὸν. *ad ipsum vitæ occasum perueni, & sum vmbræ iam inclinatæ atque ad finem properanti similis.* Sensus adagij.

Notum satis est, quàm vana, fluxa, & breuis sit vmbra: talis humana vita significatur. 1. Paralip. 29. 15. *Dies nostri, quasi vmbra super terram, & nulla est mora.* Iob. 8. 9. *sicut vmbra dies nostri sunt super terram.* & 14. 2. cùm dixisset, *homo breui viuens tempore*, addit, eum fugere sicut vmbram, & nunquam in eodem statu permanere, vbi lege Pinedam. & Psal. 108. v. 23. *sicut vmbra, cùm declinat, ablatus sum.* quia cùm nocturnæ seu vespertinæ vmbræ plus spacij occupẽt, citiùs tamen dilabuntur, & sunt propiores nihilo. sic R. Salom. & ps. 143. 4. *Homo vanitati similis factus est, dies eius sicut vmbra pratereũt*, æquè velociter. Eccles. 7. 1. *tempore quod velut vmbra pratiit.* & c. 8. 13. *Non sit bonum impio, nec prolongentur dies eius: sed quasi vmbra transeant, qui non timent faciem Domini.* Sap. 2. & 5. *Vmbræ enim transitus est tempus nostrum.* & c. 5. 9. *Transierunt omnia illa tanquam vmbra.* quæ est res refuga & fugitiua, nec potest detineri. Sophocles & Pindarus hac parœmiâ vsi, vt aliàs docui: vide suprà. Eam Sophocl. Pindarus.

vim habet quod sequitur, *sicut fœnum arui*, de quo postea. Hesychius; καὶ χόρτος ἡ μιμεῖται ξηρότητα, τῶν θερισόντων προσκαλούμενον τὰς χεῖρας. *Fœni quoque siccitatem imitatur, messorum manus aduocans.*

ADAG. CX. Oratio cicadæ vel myricæ.

EX EODEM PSALMO. VERS. XVIII.

Oratio cicadæ vel *myricæ.*

VBi iuxta versionem Lxx. dicitur Deus respexisse, id est, exaudiuisse, & passus se exorari, ἐπὶ τὴν προσευχὴν τῶν ταπεινῶν, *super orationem humilium*; & Chaldæus, *desolatorum*; & Hieronymus, *orationem vacui*: hoc est, inopis & esurientis, Apollinarius χθαμαλῶν, despressorum, & humi repentium; hoc in Hebræo est, respexit ad orationem הערער *Hagharghar*: quod quidam exponunt *solitarij*; sic Arias, & Fœlix; *destituti* Cāpensis. hi vt & Chaldæus, videntur ערער deducere ab ערר *gharr*, *destruxit*, *denastauit*. Alij exponunt *suspirantis*, vt Caietan. vel *clamantis*, seu *vociferantis*, vt idem Fœlix. Alij *excitantis*, seipsum scilicet iugiter ad orationem, sic R. Ionah: & ita vertit Nebiēsis. hi omnes deducunt à radice עור *ghur*, quæ excitare & vociferari significat. Alij vertunt, *debilis*, vt Vatablus. Alij denique *myricā*, vt Kimchi, & sic vertit D. Hier. Ier. 17. v. 6. & 42. 6. priore loco Lxx. *myricam siluestrem*, posteriore, *asinum siluestrem*. Alij *iuniperū*, vt idem Kimchi: vel ignotum genus arboris vel fruticis qui exteriùs spinosus, intus quod esui sit, præbet, iuxta Paraphrast. Chaldæum & R. Hai ad. locum Ierem. 42. 6. Alij denique *cicadam*, vt R. Anonymus. & rei propositæ præclarè conuenit.

ערער Aliæ expositiones.

Sciendum si propriam vocis Hebrææ significationem spectes, videri esse de fruteto exili & debili, myricà aut simili; sanè Virgilius *myricas humiles* vocauit: vel etiam de animalculo exiguo, nempe cicada. Si verò consideremus metaphoræ vim, tum per *cicadam* vel *myricam*, intelligi homines afflictos & abiectos, & proinde clamantes ad Deū, & in oratione sedulos atque feruentes. Lxx. itaque, & Chaldæus, Fœlix, Campensis, Caietan. Vatablus, Nebiensis, & Arias, ad significationem Metaphoræ respexerunt; & ideo Pagnin. & Tiroboscus verterunt, *qui sunt veluti myrica*. Sed quia de oratione agitur, melius sumitur adagium à *cicada*. 1. quia abiectum animalculum & puerorum ludibrium est. 2. quia vocale animal & assiduum canendo, séque ipsum alis suis exstimulans. 3. quia rore vescitur. 4. quia quo maior æstus, hoc vocem intendit vehementiùs, iuxta illud.

Sole sub ardenti resonant arbusta cicadis.

& adag. *Cicada vocalior*. Nec humilium preces irritæ solent esse, vt Isai. vlt. *Ad quem respiciam, nisi ad pauperculum & contritum spiritu, & trementem sermones meos?* Iudith 9. *Nec superbi ab initio placuerunt tibi, sed humilium & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio.* Euthymius exponit, *eorum qui humilia sentiunt, & verum animi humilitatem sectantur.* optimè Cassiodor. & Innocent. III. legunt *pauperum*, qui mundo egeni, CHRISTO solo sunt diuites. Nota exempla duorum orantium, superbi Pharisæi, & humilis publicani, Ioan. 18. aliud etiam inuenias memorabile in Chronicis S. Dominici, apud Ford. del Castillo lib. 1. cap. 60. sub finem. Vis impetrare à Deo, imitare cicadam: sis humilis; vt es debilis, assidue

assiduè ora, & teipsum ad orandum & inter orandum excita; vescere rore, hoc est, CHRISTO, & sãcti Spiritus gratia; Æstus tribulationum sit tibi ad ardentiorem & vehementiorem orationem stimulus: quis queat ad hos Solis radios frigidus manere? Sæuit aduersarius generis humani; perstrepe & vociferare altiùs, vt intelligat se cicadam alâ corripuisse. Caue sis Acanthia cicada vel Rhegina (hoc est muta) sis potiùs Locria: hoc est, vehementer stridula & canora: lege Pausaniam lib. 2. Eliacorum, & Strabonem lib. 6. Geograph. qui tradit illud memorabile de cicadâ, quæ cùm Eunomi cithara fracta vna fide inutilis esset, aduolans, sua vocula defectum harmoniæ suppleuit. de quo etiam ex Anthologiæ sect. 4. Alciatus emblem. 184. Erit haut dubie etiam hæc musica Deo curæ. Erit in auribus diuinis cantus tuus,

Pausan.

Eunomi cithara.

Alciatus.

ἀδυεπὴς τέτληξιν ἰσογράφου ὀπὸς Ἐκαδήμου
δένδρεα ἐφιζήμενοι ὄπα λειριόεσσαν ἰεῖσι
Sicut ab ore melos manabat, quale Ecademi
Arbustis repida modulantur voce cicada.

Laërtius.

ex Timone apud Laërtium lib. 3. Suauis erit cãtus spiritualis cicadæ, vel ex humo canentis, superbiæ arboribus excisis. Vide Adag. *Cicada ex humo canant.* Chiliad. 5. cent. 1. adag. 75. Denique *cicada* nobilitatis signum Athenis fuit. vide Alciat. emblemate 136. & Adag. *cicadis pleni.* vera nobilitas Christianorũ humilitate censetur. cicadæ Apollini sacræ habebantur, teste Scholiaste Aristophanis in Nebulis: humiles verò Deo sacri sunt & dicati. Breuiter, si Homerus Iliad. 3. meritò Troianos Oratores cicadis comparauit; non immeritò Dauid humiles supplices Deo exaudibiles *cicadas* nuncupauit: & si à cicadis tot Græci adagia deduxerunt; cur non licuit Hebræis hoc vno aptissimo sic vti sensu, quem nos primi fortasse suggessimus?

Erasmus. Cicada, nobilitatis signũ

Cicadæ Apollini sacræ.

Homerus.

EX PSAL. CII. V. V.

ADAG. CXI.

Renouabitur, vt aquilæ, iuuentus tua.

Aquilæ iuuentus renouata.

ERasmus refert adagium ἀετὸν κορώνη ἐρεθιεῖ, *Aquilam cornix prouocat.* & explicat de homuncionibus vilissimis, qui cùm nec lædere queant, nec prodesse, viris tamen maximis oblatrant. Sic enim cornici quidem familiare aquilam irritare; sed ab hac gnara nihil sibi audaculam nocere posse, contemni. Si locum scriptoris alicuius protulisset, vnde sumptum adagium, foret res facilior indagatu: illud quoque probasset, cornici hoc & aquilæ solitum. Simpliciùs puto hoc vsurpandum, quãdo debilior prouocat validiorẽ: vt si vlula cycnum, vel Marsyas Apollinem, Arachne Mineruam. Sed quod istud certamen aquilæ & cornicis? non virium: nec enim audeat, vel si ausit, non ferret impunè æquari campo reginæ suæ. Sic improba: quid improbius simiâ? quàm tamen sibi cautè cauet à Rege quadrupedum irritando? ad diuinam prouidentiam istud spectat; vt norint imbecilliora animalcula vitare iram robustiorum. Certamen ergo de viuacitate potiùs intelligendum: quæ Aquilæ diuturna, teste Aristotele, cornici tribuitur ferè nongentorum annorum, iuxta illud.

Adag. aquila cornicem prouocat.

Sententia auctoris.

Elusiones.

Cornicis ætas.

BIBLIOTHÈQUE DE LA VILLE LYON 1894

Ter binos diciésque nouem superexit in annos,
Longa senescentum quos implet vita virorum:
Hos nouies superat viuendo garrula cornix.

Ausonius. Vt ex Hesiodo Ausonius. In hoc tamen potior Aquila, quòd nec senio, nec ægritudine oppetat, sed dumtaxat fame; quæ oritur propter excrescentis rostri superioris nimiam obuncitatem, quæ impedit ne aperiri satis queat ad escam sumendam: & ideo, vt potest, senescens aquila se potu sustentat aquæ, vel hausti de prædâ sanguinis; docent Aristoteles libro 9. cap. 32. & Plinius lib. 10. c. 3 & Auicenna laudatus Cœlio Rhodigino lib. 13. cap. 20. nimirum tandem nec valet rostrum ad saxum confringere: diu sic reparat damnum senectutis, quæ illi valde diu durat vegeta & victa; Vnde inualuit vt de senectâ, quæ præstantior multorum iuuentâ est, dicatur; *Aquila senectus*, & *Corydi iuuentus.* Nam teste Euripide in Andromachâ, sæpe senex vnus benè animatus multis præstat adolescentibus.

Aquilæ rostrum.

Pœnus & cibus.

Arist. Plinius. Auicenna.

Aquilæ senectus, Corydi iuuentus.

πολλῶν νέων γὰρ, κἂν γέρων εὖ φυχῇ πεφυκώς. Videmus quotidie.

Aliud etiam adagium ab eâdem vitæ diuturnitate ductum; non à solâ, sed & à bibacitate huius ætatis: suppeditat seruus apud Terentium Heautontimor. act. 3. *Syr. te demiror Chreme,*

Tam mane, qui heri tantùm biberis.
Chr. nihil nimis.
Syr. nihil narras? visa verò est, quod dici solet,

Aquilæ senectus. *Aquilæ senectus* . . . . Vide Erasmum Chil. 1. cent. 9. adag. 56. Conseruat Aquila, cùm esse nequit, potu vitam, vt dixi: nec deficit industria restaurandi quod perierat, & iuuenescendi, sine Peliæ recoctione. Quare sacer vates dixit, *renouabitur vt aquilæ iuuentus tua*, d. psl. 102. v. 5. S. Basil. Theodoret. hìc, S. Cyrill. in Esai. lib. 3. & Procopius, etiam huc detorquent illud Esai. 40. 31. *mutabunt fortitudinem, assument pennas sicut aquilæ*: hoc est, fortiores fient, & pennas recipient & producèt. Lxx. ἀλλοιφυήσονται. quasi nouum alarum remigium nacti, more aquilarum, quibus nouæ pennæ natæ, altiùs euolabunt. Procopius in locum Esaiæ de aquilâ scribit; ὑψιπετής ἐστι, καὶ ἀντωπεῖ τοῖς τοῦ ἡλίου μαρμαρυγαῖς, γῆρας τε τὸ φυσικὸν ἀποδύεται. *altiuolans est, & aduersus solis radios oculis intendit, naturaq; senium exuit.* Ambrosius serm. 54. de aquilâ sic scribit; *Quæ auis assiduâ commutatione habitus sui, longam ducere fertur ætatem, & ,vetustis iam fatiscentibus plumis, noua pennarum mutatione iuuenescere; ita vt, depositis antiquitatis exuuiis, rediuiua indumentorum natiuitate se vestiat.*] Sed quo pacto? R. Sahadias Gaon in aquilæ historiâ scribit, *aquilam volare ceteris auibus altiùs, ferrique sublimem in supremam aëris regionem, vsque ad sphæram ignis; indèque se præcipitare in mare præ nimio æstu, & renouari pennis recrescentibus: & quoquo decennio ad dies iuuentutis suæ redire, donec peruenerit ad centesimum annum, tum ex alto de more se præcipitare in mare, ibique mersam interire.*] hoc de singulis decenniis fabulosum docet experientia in aquilis, quæ plures in Europâ passim nutriuntur, quæ pennas renouant sine huiusmodi subuolatione, & in mare demersione. Tamen ex Sahadiâ hoc refert Dauid Kimchi: quod commentum Hebraicum vocat Eugubinus. In tomo 4. operum D. Hieronymi extat epistol. cuiusdam

Aquila qui se renouat.

Prima expositio Rabbinica.

De quoquo decennio aquilarum.

CXI. dam ad Præsidium, in qua hæc habentur: *Aquila quando senuerit, grauantur ipsius penna, & oculi, quaritque fontem, & erigit pennas, & colligit in se calorem, & sic oculi eius sanantur, & in fontem se ter mergit, & ad iuuentutem redit.*] Sed non videtur hoc assumentum esse D. Hieronymi, qui hìc in psalmis nihil de hoc aquilæ remedio. Probabilius est, & congruentius ad Aristotelis & Plinij narrationem, quod his verbis admodùm disertè commentus est D. Augustinus concione in hunc psalmum; *Dicitur aquila cùm senectute corporis pressa fuerit, immoderatione rostri crescentis cibum capere non posse. Pars enim rostri eius superior, quæ supra inferiorem partem aduncatur, cùm præ senectâ immoderatiùs creuerit, longitudo eius incrementi non eam sinit os aperire, vt sit aliquod receptaculi interuallum inter inferiorem partem, & vncum superiorem. Nisi enim aliquod interuallum pateat, non habet morsus, qua forcipem, vnde velut tondeat quod transmittat in fauces. Crescente itaque superiore parte, & nimis aduncata, non poterit os aperire, & aliquid capere. hoc ei facit vetustas. Prægrauatur languore senectutis, & inopia comedendi langueſcit nimis, vtraque re, ætate & egestate accedente.* Hæc omnia docent Aristoteles & Plinius. sequentia D. Augustinus. *Itaque modo quodam naturali in mensurâ reparandæ quasi iuuentutis, aquila dicitur collidere & percutere ad petram ipsum quasi labium suum superius, quo nimis crescente edendi aditus clauditur, atque ita conterendo illud ad petram excutit, & caret prioris rostri onere, quo cibus impediebatur: accedit ad cibum & omnia reparantur, erit post senectutem tanquam iuuenis aquila. Redit vigor omnium membrorum, nitor plumarum, gubernacula pinnarum, volat excelsa sicut antea, fit in eâ quadam resurrectio.*] sequuntur Augustinum Cassiodorus, Beda, Richardus, Bruno; sed Haymo & Prosper vtrumque coniungunt, scilicet illud tertiæ, & istud quartæ sententiæ. Sed quicquid sit de modo, constat ex Sacra Scriptura illam, non quoad annos (sic benè Bruno) sed quoad vires & speciem externam restaurari, & quodammodo reiuuenescere; vt benè Isidorus Clarius. ideo possumus adagium vsurpare, quando crudam viridémque senectam alicuius volemus significare.

III. S. Augustini & cæ munis

Cassiodorus, & alij. Quarta sententia Haymonis.

Vsus adagij.

EX EODEM PSAL. V. XI.

ADAG. CXII. Quantum cœlum à terra distat.

Secundùm altitudinem cœli à terrâ.

HOc, & quod sequitur adagium, vsurpabantur, quando quis volebat significare discrimen aut distantiam immensam inter duo quasi ἐκ διαμέτρου. Sic planè Homerus;

ὅσσον ὄρανὸς ἐς' ἀπὸ γάης,

& imitatus vates Latinus, Æneï. 6.

Quantus ad ætherium cœli suspectus Olympum.

Vsus adagij.

EX VER. XII. ibid.

ADAG. CXIII. Quantum distat ortus ab occidente.

Quantum distat ortus ab occidente.

SIc ps. 112. v. 3. *A solis ortu vsque ad occasum.* Idem quod Gentiles dicebant; *Ingens interuallum*, de quo Erasmus in Adagiis, & in Sacra Scriptura, *magnum chaos interest*, Luc. 16. v. 26. de quo ibi. Solet etiã dici *à po-*

lo ad polum. tale illud elegiographi;

Quantum Hypanis Veneto dissidet Eridano.

& Græcus trimeter idem indicat,

Χωρὶς τὰ Μύρρᾳ καὶ Σιλωὰν ῥεύματα.
Seiuncta sunt Merrha ac Siloan flumina.

Seneca. nec prorsùs alienum hoc Tragici;

Patrem probauit inde quâ lucem premit
Aperitque Tethys . . . in Herc. Fur.

S. Basil. De vtroque adagio S. Basilius, *si remotiora inter se spacia & interualla, quàm hæc sunt, inuenissent, omnino illa in medium adduxissent; ad hoc contendens, vt diuinæ bonitatis infinitam amplitudinem ac latitudinẽ ostenderet.*] *verùm* (addit Theodoret.) *humana mens nec cœlo sublimiorem mensuram; nec ortu & occasu longinquius interuallum inuenit.* Eugubinus notat plus etiam dici hoc posteriore adagio, quàm priore: longiùs enim distare ortum ab occasu, quàm cœlum à terrâ. *Nam à cælo ad terram est hemisphærium ac dimidium diametri; ab ortu ad occasum, tota diametros. Quantum est à circumferentiâ ad punctum, tãtum à cælo in terram: quantum à circumferentia ad alteram partem rectà per diametrum, tantundem ab ortu in occasum; si ad solem orientem, ipsumque cælum, non ad terram, hæc referantur.*] Vsus ergo vtriusque dicti est in summâ distantiâ declarandâ.

Eugubin.

Longior distantia ortus ab occasu, quàm cœli à terra.

ADAG. CXIV. Ferrum, &c.

PSALM. CIV. V. XIX.

Ferrum pertransiit animam eius.

Vsus adagij. POsset accipi simpliciter: pro corpore catenis ferreis vincto, grauiter anima torquebatur. Adagialiter exponit D. Augustin. in locut. v. 5. fol. 219. in fine, & 220. in princ. hîc pone, & discute. sic etiã adagialiter explicant Chrysost. afflictus est in discrimen vitæ adductus. Theodoretus, vsque ad cædis periculum venit. q. d. iam putabat se interficiendum, mortem præsumpserat. fortassis sic accipi potest prophetia Simeonis, *gladius pertransibit animam tuam*, hoc est, perpetieris dolores æquè acres ac si gladio transuerberaretis.

EX PSAL. CXII. VER. VII.

ADAG. CXV. A terra susciture.

A terra suscitare.

Sensus adagij. ADagium est de vilibus ad summa euectis: cui similia multa dixi §. 184. Vide illud simile, *terræ filius*, γηγενὴς, apud Adagiographum Chiliad. 1. cent. 8. num. 86. Hispani: *leuantar del polvo de la tierra.* Sed hæc latiùs patent quàm illud, *Terræ filius*, strictè sumi solitum, pro ignobili, & cuius ignoti maiores: nostrum verò *Seianos*, *Tigellinos*, *Rufinos*, *Eutropios*; ne æui nostri dedecora memorem; significat.

Terræ filius.

B. Prosper. B. Prosper vertit; *qui erigit de terra inopem, & de stercore exaltat pauperem.*

EX PSAL. CXVII. V. XII.

ADAG. CXVI. Circumdederunt sicut apes.

Circundederunt sicut apes.

NOtum est quàm diligenter apes alueare suum stipent, & ideo Apollinarius hîc eò retulit.

πάντοθεν οἷά μιν σίμβλον ἐκυκλώσαντο μέλισσαι:

circumdant autem non innoxiæ, nec sine fremitu.

Cùm agmine facto

Igna

Ignauum fucos pecus à præsepibus arcent.

Item, cùm regem

admirantur, & omnes
Circumeunt fremitu denso, stipántque frequentes.

Adagij vsus. Puto adagio locum esse, quotiescumque hostes aliquem pertinaciter obsident, vel circumdant, omni iniuriarum simul genere lacessentes. Nam idcirco huic insecto Rex Assyriorum comparatur ab Esaiâ c. 7. 18. *Sibilabit Dominus muscæ, quæ est in extremis fluminibus Ægypti, & api, quæ est in terra Assur.* & Amorrhæum Moyses api persequenti, Deut. 1. v. 44. vbi plura. vide adag. I. 122. Longè recedunt à mente Dauidis, qui exponunt de adulatoribus qui linguâ palpum obtrudunt, & mellitis verbis lactant, factis autem aculeatis vehementiùs lædunt. II. Richardus. Richardus heremita refert *ad dæmones & mulieres, quia in facie ostendunt delectationem & blandimenta peccati, & post dorsum relinquunt aculeum perpetui tormenti.* Patrum sententia III. magis placet, quam expressi. S. Basilius: *per apes innuit, quàm propensi fuerint inimici & cupidi ad infestandum.* Chrysost. S. Chrysost. *per apes promptitudinem & magnam animi alacritatem; per spinas verò iram intolerabilem, & qui exstingui non poterat, bilis ardorem significans.* & paulò post alacritatem ad nocendum exponit. Euthym. Euthymius: *Per apum quidem similitudinem vehementiam & promptitudinem inimicorum significat. Apes quidem fauo mellis inuento, summâ vehementia ac promptitudine illum circumdant, ac mellis succum exugunt.*] Haymon: *Tam amarè, tam acriter, sicut apes pungunt aliquem: & bene comparat eos apibus, quia sicut apes pungunt aliquem, & pungendo frangunt aculeum, & inde moriuntur, vel inutiles remanent: ita persecutores iustorum, vel interficiunt se interiùs vel exeacant ad tempus.* Consentit B. Bruno. Ex hac additione Haymonis posſumus alium quoque sensum optimum adagij elicere, nempe dici de iis qui summo conatu, & minis, vel sibi ipsis nocent (vt dictum est, & etiam aduertit Beda & Brunus) vel facilè victi hosti plus molestiæ quàm damni adferunt. Beda: *circumdederunt me gentes sicut apes, id est, facilè reuincibiles sicut apes, quæ si quando facto exercitu egrediuntur, facilè, id est, iactu pulueris reprimuntur, & in castra reuocantur.*] sumptum hoc à Marone 4. Georg. Scito quosdam Patres hæc longè aliter accipere, nempe de apibus mel conficientibus, vel fauum inuentum exugentibus, vt Theodoretus, Chrysostom. Apollinar. Hieronym. in comment. Augustin. Cassiod. & Prosper. Sed id inde prouenit, quia secuti sunt lectionem aliam, nempe quæ habet, ἐκύκλωσάν με ὡσεὶ μέλισσαι κηρίον, *circumdederũt me, sicut apes fauum:* quo pacto legunt etiam Euthy. & hodie codices Græci, Complutensis, Aldinus, Regius, Vaticanus. Sed omnibus Latinis libris hodie in vulgatâ deest vox *fauum*; vt deest in Hebræo, nec agnouerunt eam in sua versione D. Hieronym. aut Paraphrastes Chaldæus, aut S. Basilius; Arnobius, Richard. quare verisimile est, in multis olim codicibus Græcis eam non fuisse. Neutra lectio damnanda. Quare vtramque explicant Beda, Haymon & Bruno.

Bruno. Beda. Brunus. Theodoretus & alij.

EX PSAL. EODEM. VER. EODEM.

ADAG. CXVII. Exarserũt sicut ignis in spinis.

Ignis in spinis.

VSurpatur de irâ effrenata; pro veloci & irrito furore, qui Vsus adagij. citò

citò extinguitur, & inefficax est, vt docent DD. Basilius, Chrysost. Euthym. & alij hîc: huiusmodi flammam Græci dicunt ὠκύμορον φλόγα. qualis ignis ex rhamno, vide sup. vel ignis ex stipulis, huic comparat amorem iuuenilem Seneca in Octauiâ. Seneca.

Iuuenilis ardor impetu primo furit;
Langueſcit idem facile, nec durat diu
In Venere turpi, ceu leuis flamma vapor.

Sedulius. Sedulius lib. 4. paschalis operis mẽdacia testimonia Iudæorum contra IESVM comparat huiusmodi flammæ:

. . . iam iámque volant mendacia mille
In Dominum, vanis hominum conflata fauillis;
Quæ pereunt leuitate sui, velut ignis oberrans
Arentes stipulas, vires cui summa cremandi
Materies infirma rapit, victóque furore
Labitur inualidæ deformis gloria flamme.

Sic Salomon ostendens, risum & lætitiam & adulationes stultorum non tantùm insuaues esse vt strepitus ardentium spinarum (hoc voluit Caie.) sed celerrimè finiri, & diffluere, cõparauit sonitui spinarum ardẽtium sub ollâ, Eccl. 7. v. 7. de quo D. Ambros. exhortat. ad virgi. post med. *Sicut vox spinarum sub olla, ita risus stultorum.* Nempe spinæ cùm ardẽt, sonant, & citò exuruntur. vt nullus caloris sit effectus. Porrò verbis Sedulij confirmatur conciliatio quędã Agellij versionum Græcarum his ab eo verbis proposita, quod ἐξεκάυθησαν *exarserunt*, Lxx. alij interpretes dixerunt ἐσβέσθησαν, *exstincti sunt.* hæc autem contraria inter se videntur, nec tamen sunt contraria, sed cõueniũt. Significatur enim Hebraico verbo illa flammæ proxima quæque corripiẽtis mobilitas, & de spinis ad spinas celer transitus, cùm primis ardere cessãtibus, sequentibúsque ac vicinis ignem ad se rapientibus, currens per omnia flamma celeriter cuncta consumit. CXVI.

EX EODEM PSALMO. VER. XXII.

ADAG. CXVI. Lapis angularis,

Lapis angularis.

NOster interpres; *Lapidem, quẽ reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli.* Symm. enim ἀκρογωνιαῖον, *angularis*, Hebr. *Leroſc phinnah* לְרֹאשׁ פִּנָּה. Vbi Chaldæus, *puerum aes pexerunt ædificatores, qui inter filios Isai meruit constitui Rex & dominator.* Vtcumque vim phrasis explicuit. pone hic quæ habes supra ex Apollinar. Hebræis principes vocantur *capita populi* Exod. 18. 27. & alibi. vide §. 87. Iidem dicuntur *caput anguli*, vel principes anguli. Quia tota populi vniuersitas siue ciuitas, quæ illis paret, quodammodo repræsentat vnum ædificium viuis coagmentatum lapidibus, ædificia verò angulis suis connectuntur, & huius structuræ totam quasi compagem sustinet lapis, qui in angulo summus est. Vnde cùm spiritualis structuræ, nempe Ecclesiæ, præcipuũ fũdamẽtũ sit CHRISTVS: de se hoc dictum ipsemet Pharisæis & sacerdotibus inculcat Matthæi cap. 21. v. 40. vbi noster Maldonatus post Euthymium tres causas notat, quæ singulæ possunt adagialẽ vsum nobis suppeditare. Prima est *caput anguli* vocari, quia talis lapis est primus & optimus, & honoratissimo posito loco, vt exponit. & ipse Capita populi. Maldonatus Euthym.

CHRI

CXXI. CHRISTVS d. cap. 21. v. 42. & Petr. 1. ep. 2. 6. & Act. 4. 11. & Paulus Eph. 2. v. 20. vnde de eodem Seruatore Isaias cap. 28. 16. *Idcirco hac dicit Dominus Deus: Ecce ego mittam in fundamẽtis Sion lapidem, lapidem probatum, angularem, pretiosum, in fundamento probatum.*] Hebraicè dicitur *lapis arcis anguli*, בחן פנת *Bochan phinnath*. Lx x. *lapidem pretiosum, electum, summum, angularem, honorabilem in fundamenta eius*, λίθον ἐκλελεκτὸν, ἀκρογωνιαῖον, ἔντιμον, &c. Chaldæus exponit, *Melech, Melech takkiph gibbar*, &c. *Regem, Regem fortem, potentem*, &c. quàm fortis, & potens, & terribilis iste lapis CHRISTVS, docetur Daniel. 2. 34. firmissimum Ecclesiæ fundamentum, vt docet Paulus 1. Cor. 3. 11. & Ephes. 2. 20. Tales etiam populi Principes, qui verè tales, & hoc nomine digni; ideo vocantur *anguli* 3. Reg. 14. 38. & Isai. 19. 13. vide Adag. infrà.

Secundò sic dicitur, quia lapis angularis non suum tantùm locum implet, sed duos etiam angulos cõnectit, sicut CHRISTVS Gentiles & Iudæos faciens vtrosque vnam Ecclesiam Christianam, vt exponit Paulus d. c. 2. v. 14. & omnes ferè Patres, vt in Matthæum Origen. Hilar. Hierony. Theophyl. Beda; in Isaiam Cyrillus, & Procopius; in D. Paulum Chrysostom. Theodoret. Ambros. & alij; in psalmos Augustin. Prosper, Cassiod. Remig. ceteri; in D. Petri epist. Oecumenius. item S. Cyprian. lib. 2. adu. Iudæos. c. 15. & Euseb. lib. 1. demonstrat. 5. Tales sunt primores reipub. quorum prudenti consilio pax intestina reip. conseruatur, vt Menenius Agrippa ille apud Liuium lib. 2. & Dionys. Halicarnass. lib. 6. & alius, nescio quis, Græcus orator, ventris non mentis obesse, qui suos ciues ad concordiam reuocauit, exemplo suo & vxoris, quos ambos crassissimos lectulus vnus capiebat concordes; discordes, nec oppidum totum.

Origenes & alij.

Menenius Agrippa. Liuius. Dion. Halic.

Discordiæ & concordiæ vis.

Tertiò, quia lapis angularis extra ædificium prominet; & ideo incauti facilè in illum impingunt; vt in CHRISTVM increduli Iudæi, & improbi Gentiles; quare factus dicitur *lapis offensionis & petra scandali*, vt exponere videntur D. Petrus d. cap. 2. v. 7. 8. & B. Paulus ad Roma. 9. 32. & sequ. Potest igitur etiam vsurpari primò de bonis principibus, & primoribus, quos, quòd emineant, facilè afflat inuidia, & malorum odia circumstant. 2. in eos qui cùm principiò probi fuerint, & quasi bases reip. postea degenerantes, fiunt omnium scandalum, & lapides offensionis. Vnus Nero Imp. idoneum fuerit exemplum; cuius prioribus imperij annis nihil laudatius, ceteris nihil flagitiosius fuit.

Vsus adagij.

Neronis imperij initia.

EX PSALMO CXVIII. VERS. LXX.

ADAG. CXXII. Cor pingue vel in. crassatũ.

Cor pingue, siue *incrassatum*.

MIror, eos qui varias de corde locutiones Hebræorum collegerunt, etiam virum eruditione & sanctitate præstantem Ioan. Ferdinandum in locuplete Thesauro sacræ Scripturæ lib. 5. cap. 172. hanc præteriisse, quæ non minùs elegantiæ aut paræmiæ continet, quàm illæ Gentilium, *cor Cratetis*, aut *peponem pro corde habere*: vel illud sacræ Scripturæ *cor lapideũ* (pro obstinati

Ioannes Ferdinan.

Cor lapideum vel carneum.

O animi

animi homine) & *cor carneum* pro facili, docili, & flexibili in bonum. Ezech. 36. 26. Sic enim, quem volebant ostendere re hebetem, rudem, & indocilem, & caligine fani intellectus obtenebratum, aiebant habere cor pingue, incrassatum, coaguli more condensatum: vt ecce hoc loco Dauid, apud nostrum interpretem; *Coagulatum est sicut lac cor eorum: ego verò legem tuam meditatus sum.* Lxx. ἐτυρώθη ὡς γάλα ἡ καρδία αὐτῶν. Hebraic. est, טפש כחלב לבם *Taphaſe kacheleb libbam, impinguauit se sicut adeps cor eorum*: vel (vt Hieronymus) *incrassatum est velut adeps cor eorum.* Chaldæus non explicat phrasim, nam reddit, *obturatus est quasi adipe fomes cordis eorum*: vel vt Nebiensis vertit, *crassus factus est*, &c. Hoc enim significat, peccatores quia deliciis dediti, & planè animales sunt, nec affici spiritualibus, nec ea quæ spiritus sunt percipere; & ideo obdurari contrà legem: se verò eam deliciis carnalibus præferre, & assiduè meditari. Ned ad sensum refert an *adipem* vertas cum Hier. Nebiensi, Pagnino, Caietano & ceteris qui Massoretas secuti legunt חלב cum quinque punctis; siue *lac* cum Lxx. qui טלב *thalab*, semper enim crassitie cor obtusum indicabitur. Sic *obesa naris* hominem dixit Horatius eum qui odoratu esset minùs sagaci. Benè hîc Isidorus Clarius & Campensis exponunt, *stupore sicut aruina ob luctum.* Vatablus; *Mens & animus eorum redditus est ineptus ad intelligenda sacra.* Fœlix, *hebetauit* exponit. Huc pertinet quòd quæ planiùs & rudiùs exprimebantur, ea dicebant *crassiore Musa.* Item *crassi* aut *pingui Minerua* probata. Sic ergò sumebât istud παχύτερον de corde: sicut & Græci *pinguem & crassam aurem* vocabant *Bœoticam aurem*; eo quòd Bœotij in crasso (vt ait Horatius) nati aëre, ingenio essent obtusiore, vnde Homerus Iliad. 5. Bœotios *pingues* appellauit, & tritum sermone illud, Βοιωτικὸς νοῦς. Quidam, voluêre à Celtibero vate Batauos eodem rapismate cæsos; sed ille laudem tribuit seueritatis, non stupiditatis vel stoliditatis notam impressit, cùm dixit *aurem Batauam.* Redeo ad Sacra. Similia sunt loca quæ proferam, Exo. 7. 14. dicitur *cor ingrauatum*, scilicet obstinatione, vt aruinâ: quod huc reducit Theodoretus. & psal. 4. 3. βαρυκάρδιοι, *granicordes*: legerunt enim *Kebude leu* aliis punctis, כבודי לב, quod Eusebius ibi exponit, obtusiore ingenio & ad Dei verbum percipiendum tardi segnésque. Origenes, terrenis voluptatibus depressi vt plumbeo talento; Hesychius, Asterius, Hypatius & Maximus Taurinensis, *incredulis*: Anastasius *sauos & inhumanos* exponit. Deuter. 32. 15. postquam delicias & abundantiam cibi & potus descripsit, subiungit aspernationem mandatorum Dei. *Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit: incrassatus, impinguatus, dilatatus*, &c. hoc est, adeò pinguis & obesus est factus, vt præ aruinâ ingenium & animus penè suffocaretur; & ideo nequiret audire & intelligere Dei præcepta. & Iob agens de simili contumace opulento cap. 15. 25. *Tetendit enim aduersùs Deum manum suam, & contrà omnipotentem roboratus est. Cucurrit aduersus eum erecto collo, & pinguis ceruice armatus est. Operuit faciem eius crassitudo, & de lateribus eius aruina dependet.* vbi pro *operuit faciem*, Olympiodorus ait in Hebræo haberi *abscondit cor.* Psal. 16. 10. *adipem suum concluserunt*, hoc est, turgent & quasi crepant rerum secundarum saginâ, & ideo non tanguntur vllâ miseratione. Isaiæ 6. v. 10. vbi noster;

CXVI. Horatius; Homerus. Bœoti pingues. Βοιωτικὸς νοῦς.

Aeris Batauia.

Graues corde.

כבודי לב

Massoretę. חלב

Obesæ naris homo. Isidorus & alij.

Bœotica auris.

CXVI. ster, *exæca cor populi huius & aures eius aggrauа, & oculos eius claudet*, habent, *Incrassatũ est cor populi huius, & auribus suis graviter audierunt, & oculos compresserunt.* Hebraicè pro *excæca* est השמן *hasmen*, *impingua*: & Chaldæus secũdùm nonnullos habet טפיש *tepisc*, id est, *impinguatum est*, secundùm alios טפש *tapesc infatua.* Sed nullo sensus detrimento, nam excæcatio ista nihil est aliud quàm obductæ mentis hebetudo ad credendum, qua certè nihil magis hominem infatuat, & stolidum reddit. Citatur idem Isaiæ locus secundùm versionẽ L x x. Matt. 13. 15. & Act. vlt. 26. Atque ita notãt Basil. & Theodoret. hunc d. v. 70. geminum esse illi loco d. v. 10. cap. 6. Isaiæ, eodem referunt ad obdurationem in malum; D. August. hic conc. 17. Prosper. Cassiod. Beda & alij. D. autem Hilarius accipit de fallis amicis, qui quandiu prosperitate quis fruitur, sunt dulces vt lac: Si verò excidit à fœlicitate, animum, verba factaque exhibent dura & acida. D. Ambros. etiam ad corrupti lactis acorem respicit, sed retulit ad illos qui per inuidiam sic immutantur. Euthymius duas interpretationes ponit, prior consentit cum D. Basilio & Theodoreto: posterior est; [ἐτυρώθη, *non tam significare coagulatum, quàm caseatum: & caseatum hoc est pingue effectum & abundans iniquitatibus.*] quod æquè nobis fauet. Sanè sic quod alibi dicitur, *mons pinguis, mons coagulatus* psal. 67. 17. Hebraicè est *mons caseorum*, & D. Augustin. ibi vertit, *mons caseatus.* Sanè *lac*, dum liquidum est, limpidum est, & imaginem reddit; concretum in caseum, nihil exhibet aut præstat huiusmodi; atque ita simile est cordi obeso, & aruinâ obsepto.

Basilius & alij.

D. Hilarij expositio.

D. Ambr.

Euthymij.

EXEODEMPSALMO. V. LXXXIII.

ADAG. CXVIII. Vter in pruina. Prima expositio. Euthymius.

Vter in pruina.

D. Ambros. sermone XI. vertit, *vter in gelicicidio.* Euthymius duas expositiones ponit, vnam, vt significetur quis mollior factus & dilatatus, hoc enim vtri contingere in pruina: non displicet ista Genebrardo. Verùm nec altera eiusdem; nempe exarui, & contractus fui præ macie, vt solet vter adustione siue ignis siue glaciei contrahi seu corrugari; quod placuit Orig. Didymo, Anastasio, & aliis mox citandis. Significaretur itaque magna macies & corpus simul arefactum, corrugatum, ac squalidum, atrúmque. Confirmat Hebræus contextus, & Paraphrasis Chaldæa, in quibus habetur, *vter in fumo*, seu *in fumario*; בקטור, subaudi *suffitus.* quod placuit Abenezræ, Salomoni, & Dauidi Cammio, quos sequuntur omnes fere recentiores. Hieronymus tamen cum Lxx. vertit *pruinam.* Hebræum vocabulum significat omnem vaporem siue exhalationem, vt suffitum, nebulam, pruinam, denique quidquid à terra instar fumi ascendit. Ideò rectè L x x. & D. Hieronymus verterunt. nam; vt ait Paulus apud Festum, *pruina dicta quòd fruges ac virgulta perurat arborum*, & pruina hac in re nocentior est grandine, aut niue & ipsa *carbunculatione*: nam differt à damno quod dat pruina, vt patet ex Plinio lib. 17. c. 24. & lib. 18. cap. 28. Etiam frigidis vim vrendi inesse, qui nescit, rudis est physicæ: sed nec illud Virgilij meminit, ... *penetrabile frigus adurit.*

II communior & melior.

בקטור

Hieron.

Pruinæ etymon.

In frigidis vrẽdi vis.

Posterior illa interpretatio de congelatione, indurationc, contra-

ctione & macie; est communior, ab Origene & Didymo accepta. S. Basilius; *Vter* (inquit) *tepefactus laxatur, & inflatus tumet, in pruinâ verò congelatur & obduratur: ita habet & corporis natura. Deliciis laxatur & intumescit, & aduersùs animam insurgit: religiosâ verò afflictione & castigatione humiliatur & reprimitur:* (sic etiam Theodoretus) quia continentiæ frigore internarum cupiditatum æstus compescitur, vt ait Hilarius & D. Ambrosius; *frigescat æstus libidinis & quodam continentiæ gelu ieiuniorum restinctus*, &c. Vult enim esse vocem iusti, qui corpus suum mortificauerit, etiam ipso externarum afflictionum tempore: illum lege. habet enim multa moribus accommodata. Sic etiam capiunt S. Hieronymus, S. Augustin. conc. 20. Cassianus de institut. monach. lib. 1. cap. vltimo, Cassiodor. Haym. Bruno, Richard. & Beda. Sed hi tres vltimi, quod ceteri tribuunt mortificationi, ipsi capiunt de fauoris diuini gratiâ; vt & B. Prosper. Idem Beda præbet aliam, nempe, sicut vter mollis, si ponitur in pruinâ, inutilis fit ad suscipiendos liquores, nisi priùs soluatur à calore: sic quia perabundante iniquitate, refrixit in eo charitas, dicit Propheta se inutilem factum ad perficiẽdum præcepta & doctrinam Dei, nisi priùs soluatur per Spiritus diuini feruorem (*sic legendum, non, furorem*) id est, charitatem.

Basilius. Theodoret. & alij. S. Hieron. & alij. III. Interpretatio. Beda correctus.

Quarta est Arnobij paulo remotior, *Quia per prauaricationem Adæ factus sum sicut vter in pruinâ intus vacuus, à foris verò contractus.*

Cæterùm per *vtres* significari homines nouum non est, vel ex Euangelicis Christi Domini verbis, quæ tres Euangelistæ retulerunt, Matth. c. 9. Marc. cap. 2. & Lucas c. 5. Gentiles etiam illi qui hominem incorrigibilem corrigere frustrà conabantur, dicebant, *Vtrem mergis vento plenum*, ἀσκὸν βαπτίζεις πνεύματος πλήρη. Homo etiam cibo potuique indulgens vocabatur *Vter vinarius, & thylacus*, vas farinarium. Alexis in Hesione,

Vter vinarius. Thylac.

πίνουσι κύλικα, καὶ λαβὼν ἐξῆς γυνὴ
ἔλκει, κατατιλᾷ, κατά τε τὴν παροιμίαν
ἀεὶ νοεῖ εὖ μὲν ἀσκὸς, οὐδὲ θύλακος ἄνθρωπος.

Dalechampius Athenæi lib. 11.

Calicem postulat; quem vbi dederint, crebrò
Hausit, vt quod iactatur prouerbio,
Semper quidem prorsùs vter, & semper saccus

Homo sit... Vides prouerbium vocari, *homo vter*... lege Adagiographum Chiliad. 4. cent. 6. adag. 53. *Vtres, Thylaci.* Corpus ergo vter: sed & follis, siue saccus, θύλακος. Anaxarchus cùm tyranni Nicocreontis iussu malleis cæderetur, contemptor lethi dicebat; *tunde, tunde Anaxarchi θύλακον, nam Anaxarchum nihil teris*; vbi *vtrem* vertit interpres Diogenis Laërtij lib. 9. & sanè Philo Iudæus sic refert, θλίοντε τὸν Ἀναξάρχου ἀσκὸν. lege illum lib. *quòd omnis probus sit liber.*

Homo vter.

EX PSAL. EODEM V. CXXII.

ADAG. CXXIV. Super aurum, &c.

Super aurum & topasion.

TZetzes notat esse parœmiam de donis pretiosissimis; Tzetzes.

Ἐπὶ μεγάλων δωρεῶν φασὶν τὴν παροιμίαν,
Τὴν λέγουσαν ὑπὲρ χρυσὸν καὶ τοπάζιον δέ.

& red

CXXI. Laudes auri & topazij.

& reddit rationem à laudibus auri & topazij: de auro ait;

χρυσὸς δ', ποθεινότατον ὑπάρχει τοῖς ἀνθρώποις.

χρυσὸς πάντα κατορθοῖ, χρυσὸς πῦρ πολέμου.

χρυσὸς ἀνδρία, φρόνησις, κῦδος, κάλλος τῶν ἀνθρώποις,

τὰ χρυσοῦ μὲν πρόδηλα τοῖς σύμπασιν ἀνθρώποις. Aurum enim desideratissimũ est hominibus. Aurum omnia recte dirigit, aurum nervus belli. Aurum fortitudo, prudentia, intellectus, pulchritudo omnibus hominibus, & quæ de auro manifesta omnibus hominibus. Subdit de topazio, *lapidem esse coloris viridis, non splendidum nec pellucidum sicut ceteri sunt lapides; sed quales sunt viridescentes ostreæ, quale pauperum vestimentum valdè lotum, porracei coloris. Quod solet autem tale cocco tinctum, aeris eluuatione fulgere.* τὸ δὲ πάξιον ἐστι λίθος τῶν πρασοχρόων, οὐχὶ λαμπρὸς, οὐ διαυγὴς, ὡς οἱ λοιποὶ τῶν λίθων, οἷα δὲ πρασίζοντα τυγχάνει τῶν ὀστράκων, οἷον πεπλυμένον δ' ἔσημα πλέον πλυθὲν πρασοχρόων. πρασοχρῶν δ' ὂν, κοκκοβαφὲς, αἴρει ἄρση λάμπει.

Sed vereor ne Tzetza nos fallat. nõ tantùm quia topazius reuera fulgidissimus est, διαυγέσατος, vt vocãt Scholia Græca, sed quia reuera coloris aurei est. Eusebius in cathena citat Xenocratẽ in libro Lithognomon. & ex eo, topazium nasci in Thebaide Ægypti prope vrbẽ Topazum (vnde nomen) colore viridãtis aurei esse, sicut chrysoprasum, sed colore intensiore, & chrysoprasos magnitudine vincere, aspectu nitido ac si à sole fulgeret, & pulcherrimum vbi compositus fuerit: olim pretiosissimum fuisse; sed postea ob copiam minùs æstimatum. idem tradit Theodoretus. Sic Iob. 28. & seq. excerpe.

Eusebius.

Topazij vbi nascitur & vnde dicti.

Sic psal. 18. 11.

Sap. 7. 9.

EX PSAL. CXIX. V. IV.

ADAG. CXXV. Sagittæ acutæ, & carbones desolatorij.

Sagittæ acutæ & carbones desolatorij.

Prima expositio de lingua.

LInguam Sacra Scriptura solet propter ingentem noxam vocare *iaculum, gladium, sagittam, carbones*; psl. 54. v. 22. *Molliti sunt super oleum sermones eius, & ipsi sunt iacula.* & psl. 56. v. 5. *Filij hominum, dentes eorum, arma & sagitta, & lingua eorum gladius acutus.* & hoc sensu fratres Iosephi vocantur *habentes iacula*, & Hebraicè, *Domini sagittarum*, vt docui §. 63. Sed graphicè pestis eadem virulentæ linguæ describitur psalm. 119. 4. *Sagitta potentis acuta cum carbonibus desolatoriis*: quod Abenezra & alij Hebræi referunt ad linguam dolosam appositiuè, q. d. linguam dolosam esse similem sagittis acutis à robusto viro emissis, & carbonibus accensis & acriter exurentibus, vrere vt carbones, & sauciare vt sagittas: iuxta hunc sensum, qui placuit etiam Isidoro Clario, & Campensi, & Iansenio, posset vsurpari de maledicis & calumniatoribus: iuxta illud Prouer. 25. 18. *Iaculum, & gladius, & sagitta acuta, homo qui loquitur contra proximum suum falsum testimonium.* & Ierem. 9. 8. *Sagitta vulnerans lingua eorum, dolum locuta est: in ore suo pacem cum amico suo loquitur, & occultè ponit ei insidias.*

Isidorus, & alij.

Vsus adagij.

II. De pœna & supplicio graui.

Alij malunt referre ad ipsam supplicij magnitudinem, quod reddet Deus (qui verè potens) linguæ dolosæ: vt sit responsio ad vers. præcedentis interrogationem, dabit & apponet Deus tibi pro hac linguâ dolosâ pœnas acerbissimas, quas & velociter & acriter infliget, & diuturno cruciatu producet:

eruditè docet Theodoretus his verbis, potentem *quidem*, *universorum Deum vocat*; sagittas *verò* potentis *suppliciorum celeritatem, ex metaphorâ sagittarum, quæ emittuntur, & facilè aerem secant.* Carbones *autem* desolatorios *vocat, supplicij vehementiam, & consumptionem, & eversionem. Huiusmodi est natura ignis.*] idem docent SS. Hilar. Basilius, Chrysosto. Euthym. & Ioan. Ferdinandes Thesauri S. Scripturæ lib. 3. cap. 37. Monet tamen D. Hilarius quosdam in bonum ista transferre, vt proponatur remedium contra tentationem linguæ dolosæ petendum à ieiuniis & orationibus succensis igne caritatis (sic Arnobius) vel à verbo & præceptis Dei, ac sanctorum exemplis. sic Hierony. August. Prosper, Cassiodor. Beda, Haymon, Bruno, Richardus, Titelmannus: verùm hæc expositio mihi videtur anagogica. Et secundùm omnes expositiones manent duo dubia. Vnum de lectione Latinæ nostræ versionis; nam Beda testatur quosdã legere, *vastatoriis* pro *desolatoriis*; & D. Aug. *vastatoribus*, eodem tamen sensu; *quia vastando ad desolationem perducunt*, capiunt ergo actiuè, vt & Græci. Secundum est quâ noster ratione verterit *desolatoriis*: cùm Hebraicè sit, רתמים, quod recentiores volunt significare *iuniperos*, sic post Salomonem Iar. Pagninus & Isidor. Clarius, qui sic scribit; *Quantam putas nocet tibi lingua fraudulenta? profectò quantum illa sagitta quis iaculatur fortissimus quisque vir arcu, easque acutas; quarum acies inter volandum tantum concipiet ardoris, quantum habere solent carbones iuniperorum. Potest & duplex esse comparatio. Aiunt autem carbones iuniperorum vrere vehementius, & ignem retinere diutius fauillâ tectum.* Idem tradunt Vatablus, Tiroboscus, Pratensis, Campensis, Genebrardus & Flaminius: addunt Genebrar. & Mercerius, cùm ligna iuniperi putantur extrinsecâ superficie exstincta, intùs ignem tegere; cuius rei fides firmatur à B. Isidoro in Originib. attestãte, *Iuniperum dictum Græcè, quòd conceptum diu retineat ignem, adeò vt si prunæ eius, eius cinere fuerint contectæ, vsque ad annũ perueniant.*] Sed quod de etymo dicit, mihi non persuadet (vide Pinedam nostrum ad Iob. c. 30. v. 4.) quod de ardore carbonum iuniperinorum à D. Hieronymo sumpsit. Nam in Theophrasto & Plinio quos citant alij, id negat Agellius se reperisse. Cùm hæc vox רתם *Rothem* quater in sacra Scriptura reperiatur, noster interpres ter. 1. Reg. 19. 4. & 5. & Iob. 30. 4. *iuniperum* reddidit, vt D. Hieronymus ex Hebræo hoc loco. Lxx. apud Iobum reddunt genericè, *lignorum*. Sed in historia Regum v. 4. retinent vocem Hebræam, reddentes ῥαθὰμ. v. 5. vertunt ῥιζὰν *plantam*: nec sanè ex radice, quæ videtur esse *ratham* רתם & semel tantùm occurrit Miche. 1. v. 13. res manet certa. 6 nam varia illic est versio. Lxx. enim vertunt *sonitum*; Hieron. *tumultum*. Chald. *aptate*; recentiores vel *liga*, vel *sterne*. Nec quicquam nos iuuat nomen illud loci seu mansionis Israëlitarum in deserto, Nu. 33. 18. nempe רתמה *rithma*; incertum enim vnde hoc nomen illi inditum. R. Dauid, Montanus, Mercetus, Nebiensis & Caietanus malunt exponere *genistam*: mouentur primò, quia vox ab Hispanis retinetur *Retama*; leue argumentum, quia res dissidet, genistę radix nec edulis est, nec apta carbonibus, nec vmbræ captandæ satis idonea. Secundò, quia Plinius ex eâ dicit lina confici, vt ex sparto: sed supponunt nomen duci à ligando, quæ

III. Expositio.

Hieron. & alij.

Quæ vera lectio?

Quid significet Hebr. Retham. רתמים

Isid. Cl.

IV. Expositio, vt sit vnica comparatio.

Carbones iuniperorum. Vatablus, & alij.

Pineda.

Theophr. Plinius. Agellius.

CXIX.

quæ significatio radicis non est cõperta. Melior meo iudicio & verosimilior opinio altera de iunipero, quam confirmat versio Aquilæ hoc loco, *σὺν ἀνθρακίαις ἀρκευθίναις*, *cum carbonibus iuniperinis*, sic enim vocat vinum *ἀρκεύθινον*. Dioscorides: etsi videatur Scholiastes Nicandri in Theriacis, ipsam *cedrum* sic nominare. sed alterum verius, vt patet ex D. Hieronymo, in epist. ad Fabiosam de mansionibus, & hîc in commentar. vbi dicit in Hebræo contineri *ἀρκευθίνοις*, Aquilam secutus, qui sic reddidit. Sanè ligna *arceuthina* distingui à cedrinis patet ex 2. Paral. 2. 8. vbi Græcam vocem noster retinuit: de qua lege Anton. Nebrissens. Quinquagenæ c. 1. vbi vult istud, nostrum *desolatoriis* ex Luciani Martyris versione esse, puto potiùs ex L x x. *τοῖς ἐρημικοῖς* vulgatum desumpsisse, vt significet carbones penitus consumentes. D. Augustinus dicit quosdam libros continere, *vastatoribus*; Beda quosdam *vastatoriis*: puto vtrumque ex interpretatione irrepsisse. Nam cõmunis Latinorum Patrum lectio est *desolatoriis*. Aliarum quoque versionum veterum meminit S. Chrys. vt illius quam ex Scholiis Græcis Aquilæ tribui: & alterius, *μετ' ἀνθράκων ἐξιβασμένων*: *cum carbonibus constipatis*, in Chrysostomo Latino, *cum carbonibus in lecti formã constratis*. Vbi subiungit, vtriusque versionis eundem esse sensum. Nam ista vltima significari multitudinem, priore verò qualitatem & vehementiam supplicij. quod etiam Lxx. suâ versione indicasse edentes, *cum carbonibus ἐρημικοῖς*, *hoc est (inquit) qui deserta faciunt & consumunt*.] optimè.

Auctoris sententia.

Quid ἀρκευθίνοις.

Vnde nostra versio.

D. Augu.

Beda. Vera lectio nostra. Ve sunt aliæ Græcorum cõiecturæ. S. Chrys.

Ex his quædam deduco. Primò pleniorem fore sententiam, & duplex adagium vnâ de re, si cum plerisque interpp. separemus similitudines, *sagittarum & carbonum*; quàm si cum Clario, Campensi & Lindano, capiamus vt vnicam, qua sagittæ significetur veloces, penetrantes, & ignitæ. Sicut psal. 7. 14. de Deo vindice legimus, *sagittas suas ardentibus effecit*: hoc est, vt quidam, etiam noster Prado in Ezechiel. exponũt, sagittas armatas seu præfixas prunis ardentibus pro aculeis, quam tamen interpretationem alienam esse à contextu satis ostendi in prælectionib. ad illum locum.

Duo hîc esse adagia non vnum.

Secundò sapienter L x x. & nostrum hoc loco, propter significationis specificæ incertitudinem in genere trãstulisse, id quod sententia maximè postulabat, cùm de diuino supplicio agatur, quod etiam Aquila, & alius ille Græcus, fortè Symmachus amplexus, & Apollinarius *ἄνθρακιν ἐρήμου*, *carbonibus eremi*, referens in genere ad locum vbi orti, quod nonnullis placuit, sed minùs conuenit cum nostra versione.

Locus psal. 7. 14. Prado.

Defensa versio nostra.

Tertiò posse etiam capi locum de pœnis huius vitæ quoad sagittas, & de pœnis inferni æternis post hanc vitam, vt accepit Paraphrastes Chaldæus, exponens, *sagitta robusti acutæ, sicut fulgura superna cum carbonibus (rithemin) ardentibus in gehennâ inferius*;] quod noster solet vocare *infernum inferiorem*. Sic etiam accepit Dionysius & Genebrardus.

Dionysius Genebrardus.

Quartò, illam expositionẽ cuius Euthym. etiam meminit, quæ potentem vult dici Diabolum, & sagittas atque carbones esse cogitationes malas quas immittit, esse Tropologicam.

De dæmone est tropologia.

Quintò interpretationem Rabbinicam Salomonis, agi de Babyloniorum interitu excidióque, licèt placuerit Lirano, non esse consentaneam Patribus: quam damnat Hilar. prætereà refellit eam Paul. Burgensis, cuius tamen enarratio de

Non placent aliæ de Babyloniis, de Saracenis de Saüle. Lyranus. Hilarius. P. Burgẽsis.

Christi

Christianâ Ecclesia à Sarracenis oppressâ, nec ipsa satis cõuenit cõtextui, vt nec alia Caietani, qui exponit de Saüle confixo sagittis Philistinorum, & eius corpore combusto genestis iuniperi, non sepulto more Regio, sed in nemore, vt traditur 1. Reg. vltim. in fine. & 1. Paralip. 10. 12.

Caietan.

Vltimò licet Caietan. dicat non defuisse qui interpretati sint *carbones quercuum*; neminem tamen legi sic vertentem: nec potest sic reddi. Suspicor Caietanum hoc putasse, quia d. v. 12. dicitur corpus Saülis sepultum *subter quercum*; quod illi visum ad rem, confirmandæ suæ nouellæ expositioni. Hæc sufficient de loco difficili & sinuoso, non indiligenter nunc discusso. Da (lector) meliora, vel his contentus accumbe.

Rothem non significat quercus.

gentis. Hispani vocant trito sermone *Gitanos*. κηδὰρ Thomas Magister deducit à κάδω. malè Hebræum est non Græcum. *Cedarenos* sumus interpretati improbos & peruersos, significat tenebrosos, & mali lucem oderunt. sic Latinis, vt Horatio;

. . . hic niger est, hunc tu Romane caueto.

placet hæc interpretatio Euthymio, & aliis Patribus: verùm prius illud quod dixi magis sapit literam. Sanè ad barbaros, qui more ferarum in tuguriis & tentoriis degant, referunt SS. Basilius & Chrysostomus. Vatablus: *Per Cedar Nomadas Arabes intelligit, qui certas sedes non habẽt.* Certius hoc quàm quod Scholia Græca dicunt, Cedar esse in extremo Oriente Babyloniis subditam regionem, vbi tribus duæ exularint, cuius etiam populi Nomades ait.

ADAG. CXXVI. Habitare cum habitantibus Cedar.

EX PSA. CXIX. VER. V.

Habitare cum habitantibus Cedar.

Sic noster vertit, Hebraicè est, *cum tentoriis*, vel *tabernaculis Cedar*, *ghim ahole kedar* עם אהלי קדר & sic Græcè μετὰ σκηνωμάτων Κηδάρ. Cedareni, Arabes sunt, quorum multi ideò dicti Schenitæ, quòd in papilionibus degant, quæ huc illuc transferunt. Itaque degere cum talibus, est incertis vagari sedibus, à patria profugum. Prouerbium ergo est, quale de Scythis, ἁμαξόβιος, *in plaustro vitam degens.* Vtitur Tertullianus, *Hamaxobio instabilior*, & depingit Seneca;

Cedareni Schenitæ dicti.

Intrauit Scythia multinagas domos,

& alibi vocat *passim vagos.* lege Herodotum in Melpomene: tale etiam vocabulum, *Ambronum*, Gallicæ

ADAG. CXXVII. Seminare in lacrymis, & in exultatione metere.

EX PSALMO CXXV. VERS. V.

Seminare in lacrymis & in exultatione metere.

Nemo non videt adagij vim habere, quod dicitur a psalmistâ; *Qui seminant in lacrymis, in exultatione metent. Euntes ibant & flebant mittentes semina sua. Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos.* Locum enim habet in studio virtutis & omni honesto labore, qui principiò tædium adfert ac mœrorem, sed fine læto ac glorioso absterget quod fellis asperserat. Notum illud; Virtutis ac sapientiæ radices amaras, sed fructus dulcissimos esse. Celebratur à Cicerone & Xenophonte carmen Ascræi vatis;

Vsus adagij.

Ascræus.

τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν Ἀθάνατοι.

Ante virtutem, sudorem Dij immortales posuerunt. docet idem littera Pythagoræ, docet Tabula Cebetis. Sed cùm in aliis studiis, tum in agriculturâ patet planissimè; cuius immensi labores, summâ lætitiâ solent compensari. de laboribus Latinus vates cecinit,

. . . . . *pater ipse colendi*
Haut facilem esse viam voluit, primúsque per artem
Movit agros, curis acuens mortalia corda,
Nec torpere gravi passus sua regna veterno. Georg. 1.

dicas illũ legisse, vel inaudisse, supplicium Dei irrogantis à Moyse traditum: *maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex eâ cunctis diebus vitæ tuæ, Spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbam terræ. In sudore vultus tui vesceris pane.* Genes. 3. 17. hanc omnem in arando, serendo, expurgando, metendo, triturando defatigationem, annonæ copia in horreum cõgesta facit obliuisci. Ideo gaudij magnitudo comparatur messorum exultationi, ab Esaiâ cap. 9. 3. *Lætabuntur coram te, sicut qui lætantur in messe; sicut exultant victores captâ prædâ, quando diuidunt spolia.* Ipse Booz, homo temperans, messis tempore legitur *comedisse, & bibisse, & factus hilarior obdormisse,* Oppian. Ruth. 3. 7. Oppianus etiam lib. 1. Cyneget. lætitiam venatoris captâ prædâ, similem dicit lætitiæ agricolarum, & aurigę, plaustrum frugibus onustum reducentis. Sunt singularis elegantiæ versus:

ἀίσσ' ἐκ λαύσιο φέρει δίφῳ ἀμητοῖο,
βεβαμένη πυρῷ τε μετ' ἄυλιον ἶσον ἀπήνη.
τὸν δ' ἐσιδόντες ἀρουραν ἀλλάδες ἀγροιῶται,
προπάροι δ' ἀντήσαντες, ὁ μὲν κύκλοισιν ἐρείδων.
ἄλλῳ δ' ὑπερτερίην, ἵν' ἄρ' ἄξονα βυσσὸν ἀρήγων,
εἰς αὖλιν ἤ μολόντες ἐλύσατο ἰσοβοῆα.
ταῦροι δ' ἱδρώοντες ἀνέπνευσαν καμάτοιο.
ὑμὸς δ' ἐπεβάρβ μάλα χήραλο βατελάτας.

Laurentius Lippius sic vertit: Laurent. Lippius.

Cuiusmodi autem ex segete vehit fruges messis,
Onustúmque tritico in villam vadit plaustrum:
Id autem conspicati prodierunt frequentes rustici,
Licet obuiam occurrentes; alius rotæ vrgens,
Alius vehiculum, alius axem bobus adiuuans:
In villam autem vbi peruenerunt, soluunt temonem:
Tauri verò sudantes respirarunt labore:
Animus autem fatigati valdè lætatur aurigæ.

Verùm Lector pius magis gaudebit Patrum selectis sententiis. S. Hilarius spiritualem nobis sationem describit his verbis; *Duas autem esse sationes sanctus Apostolus docuit, carnis & spiritus, demonstratis & enumeratis seminibus sationis utriusque, cùm caro adulteria, veneficia, comessationes, ebrietatem, auaritiam, idololatriam, & cetera his similia sereret; spiritus verò pacem, gaudium, continentiam, caritatem, sobrietatem, mansuetudinẽ, & quæ sunt his consequentia seminaret, & fata sua vnoquoque messuro. Cùm igitur optimum Deo sacrificium sit, cor contribulatum, & beati sint lugentes, quoniam ipsi consolabuntur, & vnusquisque quæ seuerit metet, operum suorum fructus in iudicium tanquam manipulos laturus: seminandum nobis est cum confessione peccatorum, cum luctu corporalis infirmita-* S. Hilar. Satio & messis duplex carnis & spiritus.

mitatis, cum lamẽtatione ac dolore conscientiæ nostræ, quòd nequaquam possimus dignè Dei præcepta secundùm propositum voluntatis explere. Tunc quæ in lacrymis seuerimus, metemus in gaudio: euntéſque flentes, cum exultatione vensemus repleti fructibus nostris; & manipulis elaborata à nobis messis onerati, consolati per CHRISTVM, &c.

S. Basilius. S. Basilius: *Tale quid virtus est, illustres habet laborum retributiones. Qui tribulatur, animo non debet esse abiecto, etiamsi tristia inferantur: sed messem exspectare, gaudium videlicet, quod ex tribulatione nascitur.* Theodoretus refert ad preces, quæ cum lacrymis funduntur, quarum messis sit iucundissima. Chrysostomus more suo hîc quoque

Theodor.

Chrysost.

Aurea torrenti deducit flumina ripa.

Sed quòd prolixior sit eius oratio, non adscribo, versatur in omnium manibus. Denique Cassiodorus de duplici ratione illud Hilarij eleganter dilatat, & de operibus misericordiæ lectu dignissima prosequitur.

Cassiod.

ADAG. CXXVIII. Vanum ante lucẽ surgere.

EX PSALMO CXXVI. VERS. II.

Vanum ante lucem surgere.

AFfine est Hispanico nostro adagio, *Por mucho madrugar, no amaneçe mas ayna.* iacitur in festinantes præproperè, & immaturè negotia sua peragentes. Sacra Scriptura vsurpat de iis qui viribus & industriæ propriæ confidentes, ante acceptam diuinam gratiam conantur magna: quorum irriti sunt conatus. q. d. nisi vos Deus adiuuet, frustra manicatis. hoc etiam de bono contra Pelagianos: verùm non rectè Chaldæus ad raptores restrinxit. Theodoretus: *dicit omnia vana esse, Deo omnium authore minimè concurrente.* Basilius; *Etiamsi vigiletis, etiamsi mane surgatis, & tardiùs vos quieti tradatis, & tempus omne laboribus insumatis, nisi cœlesti auxilio potiamini, omnia humana in vanũ abibunt, nec vllus erit studiorum ac sedulitatis finis.* versetur hoc in animo studiosorum omnium. *Non vt ipsi socordes simus* (ait S. Chrysost.) *sed vt nostra adferentes, Dei arbitrio omnia permittamus, à spe illius in omnibus perpetuò pendentes. Quemadmodum enim fieri non potest, vt nisi Deus opem ferat, res ad finem perducantur: ita si Deus opem ferat, simus autem negligentes & ocioſi, finem haut poterimus assequi.*]

Vsus adagij.

CXXVIII. Theodor.

Basilius.

S. Chrys.

ADAG. CXXIX. Panẽ doloris mãducare.

EX EODEM PSALMO. VERS. V.

Panem doloris manducare.

D. Hieronymus epist. 141. ad Marcellam to. 3. de hoc loco scribit, se cùm quid de illo Origenes senserit, nihil reperisset: Hebræum fontem consuluisse, & inuenisse scriptum לחם העצבים *Lehem haazabim:* & hoc diuersimodè vertisse veteres, Aquilam, *ἄρτον διατεσυμάτων*, id est, *panem elaborationum:* Symmachum, *ἄρτον κακοπαθούμενον*, *panem arumnosum*; Quintam editionem, & Theodotionem, *panem idolorum*, *ἄρτον εἰδώλων*: Sextam editionem, *ἄρτον πλάνης*, *panem erroris.* Lx x. *ἄρτον ὀδύνης*, *panem doloris.* Postea D. Hieronymus illas versiones Aquilæ, & Quintæ editionis, & Theodot. conciliat, & omnino resoluit *panem doloris* hic idem esse quod panẽ idolis sacrum; Aquilam *διατεσυμάτα* pro *idolis* ponere, quia idola sunt opera manuum

Variæ versiones.

Versionũ conciliatio.

D. Hieron.

nuum hominis, artificio nempe humano elaborata: & dici hæc propter rei gestæ veritatē, quia populus (vt hic prophetice prædicitur) cùm mane à quiete surgeret, ad sanctuarium festinabat, illic pro vero Deo veneraturus idola: secundùm quod Ezechiel scripsit, in ipso templo Sacerdotes idolis sacrificare. Deinde probat vocis *Hatzabim* עצבים veram notionem esse *idola*, quia in 113. psalmo, v. 4. sic verterunt LXX. vt & ipse Hieronym. & Chaldæus, & noster *simulachra*, at Aquila *elaborationes eorum*: idem habes ps. 135. 15. Nempe Aquila attendit ad curam & artificium in illis fundendis, sculpendis, dolandis & deasciandis, quod confirmatur Ierem. 44. 19. Sane *idola* ab Hebræis sic vocari etiam R. Dauid in lib. radicum fatetur: quia nihil nisi *laborem*, molestiam, tristitiam, & ærumnas adferunt suis cultoribus. Ergo licèt עצב radix significet proprie, conturbare, tristitiā & dolore afficere; tamen hoc sensu de *idolis* omnes versiones conuenient. Nam idola sunt causa erroris in fide & moribus, sunt artificiosè elaborata, sunt doloris & ærumnarum plena suis veneratoribus. Inuenio tamen notatum discrimen à Mercero, scilicet עצבים *Hatzabim* plurale cum Bethleni significare dolores seu anxietates: sed עצבים cum Bethgraui, idola. Quod si verum est; iam constat LXX. aliter legisse, cùm vertunt *idola* cum Chaldæo & D. Hieronymo Ose. 4. 17. & 8. 4. & 13. 2. & 14. 9. Miche. 1. 7. Zach. 13. 2. aliter quando *dolores*, vt hoc loco, vbi singulare vsurpant absolutè, pro cunctis doloribus, vel pro maximis ærumnis. Dauid Kimchi hic confirmat, qui exponit *laborum*. recentiores verò *doloris* vocem retinent, vt Isidor. Clarius; vel *dolorum*, vt Nebiens. Caie. Fœlix, Vatab. Campens. Psal. 15. 4. vbi noster vertit *infirmitates*, vt & LXX. Hieronymus cum Symmacho vertit *idola*, cui fauent Chaldæus, Iarrius & Kimchi & Aquila, vt hìc διαστρόφατα; & de idolis acceperunt ibi in cathenâ S. Athanasius, Apollinarius, Eusebius, & Theodorus.

Idola cur dicantur elaborationes ab Aquila.

עצב

Conciliatæ veterū versiones.

Discrimē quoddam.

עצבים

LXX aliter & aliter legisse hanc vocē, & ideo diuersimo dè veniſſe.

Locus ps. 15. v. 4.

S. Athanasius, & alij.

D. autem Hieronymus hinc persuasus duas refellit interpretationes, vnam quæ per *panem dolorum* intelligit sacramenta hæreticorum; alteram, quæ exponit *vitæ huius miserabilis & ærumnosæ laborem: apud quam in sudore faciei comedimus panem nostrum, & inter spinas & tribulos breuis vitæ alimenta nascuntur.*]

D Hier. panē doloris variè explicant.

Profectò illa de sacramentis hæreticorum mystica est, sed vsui potest esse in adaptando hoc adagio, etiam Iudæorum & infidelium falsis doctrinis, cum Iansenio, quæ sit primus vsus.

Vsus I. adagij.

Secundus ille sensus D. Hieronymi, quem multis additis confirmaui, quem tenuit etiam in Comment. de pane idolothytico & immundo. II.

Tertius est de victu hominum laborioso & ærumnosa fatigatione quæsito, de quo vide sup. & hic est ad mentem Lirani, Caietani, Dionysij, Isidori Clarij, Vatabli, Campensis, Iansen. & Genebrardi. III.

Quartus pro pane tristitiæ, qui cum multarum lacrymarum profusione comeditur, quem alibi vocat *panem lacrymarum*. vide suprà. IV.

Quintus pro pane, iniustè, & per peccata, vtpote rapinas & extorsiones, acquisito. Sic actiuè exponit Paraphrastes Chaldæus hoc loco; sic de peccatis quæ sunt ægritudines & dolores animæ, accipiunt in psal. 15. v. 4. Cassiod. & Haym. Isidor. Pelusiota epist. 117. ad Theophilum, V.

Cassiodorus, & alij.

lum, & Euthym. cap. 41. in Matthæ. & Theodotion qui vertit, κακοπαθείας, *praua affectiones.*

VI. Sextus, de dolore concepto à desiderantibus regnum cœlorum, & ægrè ferentibus legem membrorum legi mentis repugnare; & humani arbitrij, sine gratiâ Dei, fragilitatem & imbecillitatem contuentibus; & ideo sanctè miseriam suam lugentibus. Sic S. Hilar. addit Aug. de gementibus propter aliorum peccata & propria, vt Ludolfus, nempe de agentibus pœnitentiam, vt Varlenius, & Titelmann.

VII. Septimus de iis, qui, ab hostibus obsessi vel vexati, non possunt quietè & pacatè pane suo vesci, Theodoret. & S. Chrysost. & Euthym. qui volunt prædici quæ narrantur Nehem. cap. 4. de quo dicetur in sequ.

VIII. Octauus, quibus huius mundi miseriæ sunt refectio, vt panis aliis, quod est perfectorum. Sic August. Cassiodo. & Haymon. & Richard. & Ludolfus, & B. Bruno. & breuissimè ac vtilissimè B. Prosper; *qui propter iustitiam patimini, & in lacrymis tribulationum tempus vitæ præsentis exigitis*, &c. Ex his sententiis tertia illa, quam B. Hieronymus reiicit, omniũ optima est; si psalmus non agit de solis Iudæis ac tempore Nehemiæ, iuxta septimam expositionem Græcorum: quæ litteralis admodum est; sed dubito an psalmistæ mens ad id solùm restricta fuerit: altera illa D. Hieronymi prima, quæ & ipsa coarctat sententiam ad idolomaniam, mihi probabilior videtur; & nititur Hebraismo: pro cuius enucleatione vberiore sciendum Hebræos solitos nomina contraria nominibus veri Dei, Gẽtium idolis imponere, eáque valdè contumeliosa, vt eorum imbecillitatem, vanitatem & turpitudinem indicent, sic enim d. v. 4. psal. 15. vocarunt Hebraicè *Ghatz abotham*, hoc est, *infirmitates eorum*, iuxta LXX. & nostrum, & Midras, & Abenezram; quia nec se, nec alios possunt tueri: cùm verus Deus vocetur *Zebaoth*, & *Elohim*, à robore & potentiâ, & Israëlis fortitudo. Secundò cùm verus Deus vocetur יהוה, quo illum verum & perpetuum esse attribuitur; idola verò dicuntur *nihil & vanitates*, *Alilim* אלילים Esai. 2. 8. Ezech. 30. 13. Aba. 2. 18. vel *Auen* און *vana*, Ose. 6. 8. vbi LXX. *vana*, Hieronymus *idolum*. Amos. 1. 5. in Complutens. libris est ἀδίκιον, vt vertit Hieronymus. Symmachus autem ἀδικίαν, id est, *iniustitiam*. Aquila, *inutilẽ*, ἀνωφελῆ. Hinc *Bethel*, id est, domus Dei, post collocatum ibi vitulum vocata fuit *Bethaue*, *domus vanitatis*, vide Amos 5. Tertiò Deus est iustitiæ fons & exẽplar: contra psal. 138. 24. *Ghotzeb*, quod LXX. vertunt *viam iniquitatis*, D. Hieroymus vertit *viam idoli*, quod placet Dauidi Cammio. Quartò Deus & sibi & nobis per omnia sufficit: contrà Ierem. 22. 28. idolum (vt exponunt Rabbini) à LXX. & D. Hieronymo vocatur *vas inutile*, seu *contemptum*. Quintò Deus increatus omnia creauit; at idola vocantur *opera*, non Dei, sed *manuum hominum simulacra, & sculptura*, Sap. 13. 20. Isai. 28. psal. 205. 38. psal. 115. 4. & 135. 15. Sextò Deus vocatur *consolatio*, & *refectio hominum*: idola verò à verbo *Ghamal* עמל *peruersè agere, laborare, fatigari*; dicitur idolum עמל *Ghamal*, quod significat *laborem*; defatigationem, peruersitatem. nam Num. 13. 21. vbi noster, *non est idolum in Israël, nec videtur simulacrum in Iacob*. ibi LXX. *laborem*, & *dolorem* verterunt; Chaldæus secundo loco *meducium*, Iarthius, *defatigationem*;

אלילים Nihil. ac vanitates. Seu vana.

און Iniustitiã. Inutilem.

Bethel. Bethaue. בחל

בחן Via iniquitatis.

עוצב

Vas inutile & contemptum. Oper. hominum. Simulacra, icul. pturæ.

עמל Laborem. Defatigationem. Iniquitatem.

Confirmata explicatio D. Hieronymi ex more loquẽdi sacræ Scripturæ quæ idola contumeliosè solet significare per infirmitates.

Médacia.

nem; R. Emmanuel *perversitatem*. Sic etiam צירים *Tzirim* quod significat *dolorem* seu *angustiam*, vocant ipsa simulacra Isai. 43. v. 16. vbi Chaldæus *idola*, D. Hieronymus *errores* transtulit. Omnia nimirum hæc ab effectu, quia sunt cultoribus causa talium, vt dixi. Septimò, Deus vocatur *Timor Isaac*, & *Israëlis*, quia dignus est timeri: contrà per ironiam idola vocantur *tremores* & *timores*, quia vanissimè metuuntur à cultoribus suis: nempe præposito *Mem* ironico dicuntur מפלצת *Miphletseth*. 3. Reg. 15. 13. & 2. Paralip. 15. 16. vbi fit mentio obscœnissimæ statuæ Priapi: præposito verò *Thau* irrisorio secundùm Rabbinos Ierem. 49. 16. תפלצתך *Tiphlezstecha*, Pagnino *simulachrum tuum*, Montano *terror tuus*: Hieronymo *arrogantia tua*, Chaldæo *stultitia*, Lxx. verò *illusio*. qua etiam sententiâ Ierem. 50. v. 38. dicuntur אימים *Eimim, terrores*, vbi Hieronymus vertit *portenta*, Chaldæus *idola*: Lxx. ὑσσοις *insulis*. sed cur *insulas*? puto sic dici propter paruas ædiculas vel altaria in idolio seorsim extantia, vt solent insulæ in mari. Inducor vt putem, quia Isai. 45. ver. 16. vbi Chaldæus transfert *cultores idolorum*, & Hieronymus *fabricatores errorum*, Lxx. reddunt *insulas*, metonymicè, pro insulinis, hoc est, talium insularum veneratoribus. Sicut antiqui historici & iurisconsulti vocant *insulas Romæ*, domus nulli alteri contiguas, sed ab omnibus separatas. Octauò, Deus omnia multiplicat, implet benedictione cùm manum aperit: ornat cœlum, & terram, & omnia quæ illorum ambitu continentur: contra vocat sacra Scriptura idolum & eius cultum, *thachu* תחו, 1. Reg. 12. 21. quod significat *desolationem*, *vastitatem*, & *annihilationem*: nam Kimchi exponit *idolum*, Hieronymus *vana*; Lxx. *eos qui nihil sunt*, quod Chaldæus confirmat. Isaiæ 24. 10. *deserta est ciuitas Thachu*, id est, idolis dedita, seu, vt vertit Hieronymus, *vanitatis*: vt alij, *desolationis*: & Daniel. 9. 27. ac Matth. 24. 15. abominatio simulacri seu idoli, vocatur *abominatio desolationis*. Nonò, quia verus Deus erat species, decor, & gloria Israëlis: idcirco antitheum seu pseudotheum Bahal, Ieremi. 11. 3. vt patet ex verbis sequentibus: quæ sunt exegetica, vocat *boseeth* בשת, hoc est, nostro & Chaldæo transferentibus, *confusionem*: sic etiam vocat Osee 10. 6. vbi R. Ionah exponit *idolum*: noster & Lxx. *fornicationem*: quoniam hoc nomine Hebræi nuncupant verenda seu testiculos: obscuriùs 1. Reg. 20. 30. apertiùs Deutero. 25. 11. Decimò Deus est fons munditiæ & puritatis, splendidior sole, pulchrior Lunâ, radiâtior astris, formosior aurorâ, est ipsa munditia & puritas: ex aduerso à radice *galal* formatur nomen *gellulim*. גלל propriè significat *excrementum*, *sordem*, *volutabrum quo quis se conspurcat*: vnde גלולים vocantur frequentissimè in sacra Scriptura idola seu simulacra (quia exterius fumo & pinguedine illita, sordibus & spurcitiis plena interiùs) 2. Reg. 17. 12. & c. 21. 11. vtrobique noster *immunditias*, Lxx. & Chaldæus *idola* transtulerunt: à nullo crebriùs hoc nomen vsurpatur quàm ab Ezechiele, nempe c. 6. 4. & 8. 10. & 14. 4. & 18. 12. & 20. v. 7. 18. ac 39. & c. 22. 3. & c. 23. v. 37. 39. & 49. & c. 30. v. 13. noster his locis aliquando *idola*, aliquando *immunditias*, aliquando *abominationes* vertit, Lxx. aliquando *idola*, aliquando *abominationes*, aliquando *cogitationes*. q. d. phantasmata, aliquando *adinventiones*. q. d. hominum inania

צירים *Angustias, errores.*

Timores & tremores ironicè.

מפלצת *Sculptilia.*

תפלצתך *Arrogantiam, illusionem.*

אימים *Portenta.*

Insulas. LXX. explicatis in Ier. 50. 38 & Isai. 45. 16.

VIII. *Item dicitur desolatio, vastitas, & quasi annihilatio.*

תחו

Locus Isai. 24 tot.

Locus Daniel. 9. 27. abominatio desolationis.

IX.

בשת *Confusio.*

Fornicatio.

X. *Excrementū, & volutabrum sordium.*

גלולים *Cur sic dicta idola, & vbi.*

nugamenta, transtulerunt. Nihil ergo mirandum, si hoc v. 2. nostri psalmi nomine *doloris* significentur idola; & facillimè poterunt conciliari versiones variæ, & ex earum collatione plurima in sacris libris loca obscura lucem accipient. Ideo diuerticulum istud hominibus studiosis non poterit ociosum, vel odiosum videri.

ADAG. CXXX. Filij excussorum.

EX EODEM. VER. IV.

Filij excussorum.

AIt psalmista; *sicut sagittæ in manus potentis: ita filij excussorum.* Quia statui præcipua colligere, quorum adagialis vsus esse potest, duxi hoc mihi propter multiplicem vsum, quem multiplex interpretatio parit, non esse insuper habendum. Pro *filij excussorum*, Hebraicè est *beni hanneghurim*, בני הנעורים *Filij iuuentutum.* Chaldæus fauet, dum reddit *à pueritia.* Lxx. vertunt *ὑοι τῶν ἐκτετιναγμένων*; quod noster expressit Aquila, *filij pubertatum:* Symmachus, Theodotion & D. Hieronymus, *filij iuuentutis.* Sexta editio, *filij exacuti sensus.* nonnulli, teste Chrysostomo, *filij alligatorum.* Recentiores sicut Chaldæus, sic enim Nebiensis, Liran. Burgensis, Isidorus Clarius, & alij. Fœlix, *adolescentiarũ*, sed tunc ambiguum manet qui dicantur *iuuentutis filij.* constat indicari fortes, viuaces, validos, qui parentibus sunt præsidio, & quasi pro armis bellicis: sed quidam capiunt pro genitis è parentibus, cùm adhuc sunt in flore iuuentutis, qui plerumque robustiores genitis in senio. sic Vatablus, Agellius & Iansenius: confirmant Hispani, qui debiles & valetudinarios dicunt genitos à senibus, rarò vitales diu esse, vt hic notat Burgensis. Alij non referunt ad parentum ætatem, sed ad ætatem filiorum adolescentium: sic Campensis & Flaminius. Imprimis censeo nostrũ optimè vertisse, quia vertit ex Græco Lxx. ad verbum. Secũdò ipsos quoque Lxx. doctè admodum transtulisse, gnaros vocem Hebræam participialiter significare eos qui excussi; à radice נער *excussit:* inde נער *excussus:* gnaros etiã suo idiomate *excussum* vsurpari pro eo, qui iam molliore parentum curâ abdicatus & excussus, incipit adhiberi ministeriis & rebus gerendis. vide additiones ad Pagninum in נער. Hoc autem sensisse Lxx. optimè probat D. Hieronym. in epist. ad Marcellam 141. cuius initium est, B. Pamphilus, & habetur tom. 3. quia in Nehem. c. 4. v. 16. Lxx. verterunt *excussorum*: vbi Hebraicè est, vt & noster vertit, *iuuenum.* Vitiosi illic sunt libri Regij & Complutenses, qui habent *ἐκτεταγμένων, ordinatorũ* pro *ἐκτετιναγμένων*, vt hic. Nec debuit Genebrard. D. Hieronymi hanc sententiam latenter carpere. Non obstat vox Hebræa: significat enim tempus illud totum, quod à teneriore ætate, ad virilem excurrit: nam vniuersim opponitur viro maturo & seni: indicat enim agilem, habilem, vegetum, alacrem, cùm ætate prouectiores, tardi & graues esse solent. Hieron. hìc in commentar. dicit *excussos* vocari expeditos & accinctos ad prælium, sicut erant illi d. v. 16. *excussum* huiusmodi siue נער expressit Horatius,

Imberbis iuuenis tandem custode remoto,
(hoc est, iam excussus, vt dixi)
Gaudet equis canibusque, & aprici gramine campi.

Videlicet ardens, velox, præceps. Sunt qui *filios excussorum* vocant ipsos *excussos*, hoc est, liberatos à capti

Variæ interpretationes.

Symmachus, alij.

Lyran. & alij.

Iuuentutis filij.

Vatablus, & alij.

I. Expositio literalis.

נער Excussus quis dicatur.

D. Hiero.

captiuitate Babylonica, sicut *filius hominis* dicitur homo; *filij medicorum*, medici. Libenter vtrumque coniũgerem, & explicarem (excussos) excussis genitos, terribiles fore hostibus instar sagittarum quas vibrat validus sagittarius. Excussos inquã excussis genitos, id est, iuuenes in ætate iuuenili parentum procreatos, vt sit simile illi Horatiano,

Fortes creantur fortibus & bonis.
Est in iuuencis, est in equis patrum
Virtus: nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.
Doctrina sed vim promouet insitam,
Rectique cultus pectora roborant.

Hic ergo poterit vsus esse adagij totam sententiam enuntiando, *sicut sagittæ in manu potentis, ita filij excussorum.* Non difficor si de reuersuris ex captiuitate Babylonicâ cum Euthymio capias, *excussos* vocari, qui ex patriâ pulsi, postea etiã in eandem celeriter iussu Dei redierunt: & hos Nehemiæ tempore, & postea fuisse terribiles hostibus: quæ videtur mens sacra S. Basilij, Chrysost. & Theodoreti, & eò tendit quod Genebr. hîc scribit per *excussos* intelligi piorũ filios vexatorũ, exagitatorũ, & quasi ventilatorũ atque concussorũ, quassatorũ, expurgatorũ, iactatorum variis molestiis & crucibus. Probat, quia hoc proprium piorum, quos Deus sic solet probare: & quia Nehem. 5. 13. ἐξεστιναγμένος & sic sumitur, vbi noster vertit *& erit sic excussus*, נעור *naghur*, hoc est, pulsus domo & patriâ. quo loco optimè firmatur nostra versio. Vult itaque sensum esse, *Filij piorum etiam afflictorum, & in hoc mundo afflictorum, sunt fortes & valentes, Deus eos iuuat, roborat, nec deserit: eis propter patres quantumuis concussos & quassatos calamitatibus, fauet, adest, curat.* hanc accepit à S. Chrysostomo. Addit secundam, in senio & incommodis parentum filios eis esse solatio & præsidio contra hostes & persecutores: hæc mihi videtur satis frigida & parum consentanea textui: nam nouum planè, senectutis incommoda per *excussos* significari. Illam verò sententiam Vatabli, temerè vocat frigidam & Rabbinicam, cùm fuerit etiam D. Hieronymi, vt ostendi, & ipsorum Lxx. & Aqui. & Symm. & Theodotionis, & sic rationi naturali consentanea. Fœlicitatis etiã non exigua portio sit, fortes filios, & probos, ac minimè degeneres sortiri. Obiicit duo. Vnum *neghurim* non bene exponi *iuuẽtutum* vel *puerilium*; sed illi veteres, & recentiores linguæ Græcæ peritissimi repugnant. Alterum, liberos in iuuentute susceptos maximas sæpiùs parentibus molestias creare, vt Ismaël em Abrahamo, Cain Adamo, Rubenum Iacobo, Esau Isaaco: iuxta illud vetus, *Heroum filii noxæ*: & verbũ Euripidis de liberorum orbitate εὐτυχὴς ἀτυχία, *infelicitas felix.* Sed hæc leuicula sunt. Euripidis dictũ sacræ Scripturæ repugnat, quæ orbitatem pœnæ, Gen. 20. 18. Ose. 9. 14. fœcũditatem & liberorum multitudinem, præmio & fœlicitati adscribit, Gen. 49. 25. & mox psal. 127. 3. Adagium illud de *filiis Heroum*, nõ minùs spectat ad procreatos à senibus quàm à iuuenibus: quin etiam magis, quia senes in tenellos liberos sunt indulgentiores & laxiores, sic deteriores liberi euadunt. Ad exempla illa respondeo, ex paucis malè regulam statui. Vna hirundo ver non facit. Si qui primogeniti improbi, vt sunt; non meliores iis alij filij multi, qui postea lucem aspexerunt. Sed quid tempus tero talibus refellendis: coëgit ille vnà secum

Authoris explicatio primæ sententiæ quam sequitur.

Vsus adagij.

Secunda expositio. Euthym.

Basilius & alij.

Tertia explicatio & vsus.

Quarta. S. Chrys.

Vatabli sententia temere reiecta. Hieron. & alij.

Defensa explicatio D. Hier. contra Genebr.

Heroum filij noxæ. Euripides.

cum ludere.

Allegorica 1. Patres Latini(meo iudicio) allegoriam proponunt,quando capiunt de fidelibus qui filij Apostolorum, quos D. Hilarius censet vocari *excussos*, quia iussi puluerem pedum excutere : sed tum (vt obiicit Marcella) *excutientes* rectiùs vocarentur, & sic Hieronymus hanc significationem refutauit : sed re-

B.Augusti. spondit acutè B. Augustinus Hilarium defendens ; sicut quando quis puluerem excutit è veste, est excutiens quatenus ipse excutit, & vestis quoque, quia ex ea & per eam excutitur puluis ; tamen & vestis etiam est excussa, & ipse qui excussit puluerem, est à seipso excussus, quia puluere illo mundatus. Addit B. Bruno, dici *excussores*

B. Bruno; (nam actiuè accepit vocem, contra Græca & Hebræa exemplaria) Apostolos,quia Diabolo prædam excusserunt, & more triturantium granum purgarunt ab aristis & paleis. Prius illud de Diabolo etiam Euthymio visum fuit.

Euthym.

II. Verùm D.Augustin. aliter, nem-

D.Augusti. pe Prophetas vocari *excussos*, quoniam Apostoli eorum filij doctrinam ipsorum inuolutam tegmine figurarum in lucem protulerunt, & Doctores fideles scrutando eam excusserunt. Vide illum quem secuti

B. Prosper & alij B. Prosper, Cassiodorus, Haymon, Richardus, & alij. Vide Titelmann. hîc.

Tropol. I. *Tropologicè* capiunt, Caietanus qui vertit *filios excussionum*, hoc est, eorum qui dederunt operam excussioni, sicut *filij nuptiarum*, qui dant operam nuptiis. Excussioni inquam immunditiæ omnis, & peccati : à quibus qui se abstinent, erunt suis præsidio, & contra hostes temporales, Deo illis auxiliũ propter munditiam præbente. Simile quid censuit Chaldæus dum exponit ; *merces erit operum bonorum eis, qui legi vacauerunt à pueritia.* Lindanus denique interpretatur filios eorum qui expediti sunt ad spirituale præmium. In vsu ergo loquendi poterunt omnes hæ acceptiones vsurpari.

EX PSALMO CXXVII. VERS. II.

ADAG. CXXXI. Manducare labores manuum suarum.

Labores manuum suarum manducare.

Sensus adagij. FAcilè videt Lector hoc eò pertinere, quò vulgata prophanis, *Quod ipse intrinueris tibi exedendum:* item, *vt sementem feceris, ita & metes.* & Apostolus confirmat ; *Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet : quoniam qui seminat in carne suâ, de carne & metet corruptionem : qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam.* Galat. 6. 8. quibus significatur vnumquemque, vt ait Euripides, recipere ἔμοια τοῖς βουλεύμασιν, *studiis, consiliis, institutis suis similia.* Vide Erasm. Chiliad. 1. centur. 8. adag. LXXVII. Hoc enim loco *Labores* metonymicè significant pecunias seu fructus labore proprio partos & comparatos, Genebrar. nec dubium est : & notatum id à Theodoreto, qui exponit ; *quæ à te seminata sunt, fructus vindemiabis. Hoc etiam inquit beatus Apostolus : qui parcè seminat, parcè metet, & qui seminat in benedictionibus, in benedictionibus metet.*] 2. Cor. 9. 6. Negotium facessit, quòd Latina vetus versio hîc tradiderit : *Labores fructuum tuorum*, vt legerunt S. Hilarius, S. Hieron. in commentar. Arnobius in commentar. & Cassiodorus, vt pateat hanc vulgatam fuisse : & ideo Patres isti mysticè sunt interpretati de futurâ beati-

Laborum metonymica interpretatio.

Theodoret.

Latina vetus versio,

S. Hilar. & alij.

Mystica interpretatio.

tudi

tudine. Interpres putauit se probè expressisse Græcum τῶν καρπῶν σου: nam καρπὸς & *fructum* significat, & *partem quæ manum brachio iungit*, & interdum *volam ipsam*. Si sumas pro *fructu*, dicendum tibi hypallagen esse *labores fructuum*, pro fructibus laborum; contrariâ significatione, quam Græci ἀντισημασίαν vocant, vt tradit Euthymius. Quòd si sumas καρπὸν pro *parte manus*, hoc est, *vola* seu *palma*, sicut 1. Reg. 5. v. 4. cum Theodoreto, & Scholiis Græcis; & D. Hieronymo in epist. ad Marcellam tunc habes fauentem tibi fontem Hebræum & Paraphrasim Chaldæam, & versionem Symmachi, κόπον χερῶν, *laborem manuum*, & Aquilæ, κόπον καρπῶν, *laborē volarum*. oportet etiam per Synecdochen partem pro totâ manu accipere, iuxta Euthymium; ideo noster optimè cum Symmacho vertit *labores manuum*. Sicut etiam de muliere forti legimus Prou. 31. 31. *Date ei de fructu manuum suarum*. q. d. digna est quæ fruatur fructu laborum suorum, vt comedat de *vineâ quam plantauit*. ibid. v. 16. *Quis plãtat vineam* (ait Paulus) *& de fructu eius non edit?* 1. Cor. 9. 7. Beatitudinis ista pars est in hac vitâ; vt comminationis propheticæ contrarium Miche. 6. 15. *Tu seminabis & non metes: tu calcabis oliuam, & non vngeris oleo; & mustum, & non bibes vinum.* Similia habes Deutero. 2. v. 39. Vide infrà.

ADAG. CXXXII. Nouellæ oliuarum.

EX PSALMO CXXVII. VERS. III.

Nouellæ oliuarum.

Sic vocantur certi & genuini liberi, corpore & animo ac pietate sani florentésque (sic Euthym.) I. quia olea perpetuò viret, nec decidit eius folium, nec maturum fructum fert, vt de iusto dictum psal. 1. v. 3. Sic Theodoret. Secundò, quia olea non patitur vllius alterius arboris insitionem: ideo notat certos & minimè suspectos de adulterino semine liberos, ita Dauid Kimchi. & confirmatur, quia præmisit, *vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ*; significans eam fœcũdam quidem, sed castam & fidam marito fore, vt pote studiosam custodiæ domus, τῆς οἰκουρίας; non vagam, qualis à Salomone alibi meretrix depingitur, & solita vocari à Syris יצאת ברא *Iatzeath bara*, *foras egrediens*. talis itaque pudicæ coniugis liberi, sunt nouellæ oliuarum. Tertiò, quia olea est symbolum obedientiæ & deditionis, indicat, fore obedientes, & subditos parentibus; *no auiessos, nos rezõgones*, Hispan. legite Martinum Roam lib. 4. singular. cap. 6. Addo pacificos fore, quia *oleum* pacem significat. sic S. Aug. Quartò, quia nouellæ oliuarum aspectu sunt iucundæ Domino propter virorem & spem oliuitatis: sic turba filiorum festiuorum oblectat oculos & animum genitoris, quòd sint spes familiæ: eleganter huc alluſit Tibullus;

Olea symbolum obedientiæ.

Martinus de Roa. Oleũ pacem significat. S. Augustin.

Tibullus.

Vt tibi succrescat proles, quæ facta parentum
Augeat, & circa stet veneranda senem.
Huc veniat Natalis auis, prolémque ministret,
Ludat & ante tuos turba nouella pedes.

Denique quoniam, vt Cassiodorus notat, *oliuæ nouellæ sunt viridiores ac fortiores & ex omni parte firmissimæ, fructum quoque copiosius inferentes, de quo fructu & cibus conditur, & lumen accenditur, & fesso corpori subuenitur.*

Cassiodor.

Litteralis expoſitio.

quæ cuncta facilè quis bonis ac valentibus liberis adaptabit.

Metaphorica.

Hanc puto litteralem expoſitionem loci. Metaphoram tamen nonnulli exiſtimant, & non filios, ſed bona varia, opes, honeſtatem, honores, ſecuritatem, & pacem ſignificari, vt S. Baſili. Myſticum eſt quod

Myſtica. S. Baſilius.

D. Hilar. & D. Hieronymus accipiunt de mensâ cæleſtis doctrinæ, & fructibus ſapientiæ, qui ſunt actus virtutum & bona opera.

ADAG. CXXXIII Fœnum tectorum. Item Herba tectorum.

EX PSALMO CXXVIII. VERS. VI.

Fœnum tectorum. Herba tectorum.

FOenum quod in pratis naſcitur, copioſo humore ſaturum, floret aliquandiu, donec aptum ſit demeſſioni; ſed fœnum quod in tectis naſcitur, quia deſtituitur viuificante humore, & caret radice, confeſtim exareſcit, ſicut ſemen parabolicum, quòd *cecidit ſuper petroſa, vbi non habuit terram multam: & ſtatim exortum eſt, quia non habebat altitudinem terræ: & quando exortus eſt Sol, exæſtuauit: & eo quòd non habebat radicem, exaruit.* Mar. 4. 5. Matth. 13. Sed B. Lucas cap. 8. 6. alteram cauſam addidit, *quia non habebat humorem.* vtramque debemus intelligere apud Dauidem cùm ait; *Fiant ſicut fœnum tectorum, quod priuſquàm euellatur, exaruit.* Vbi & adagium, & vis eius proponitur, nempe *fœnum tectorum* dici poſſe homines ſuperbos, qui ſublati in altum carent radice humilitatis, & caritatis irriguo, & ideò celerrimè marceſcunt, ac immaturâ, & ſæpè violentâ morte intereunt; aut ſaltem, non ferentes ſplendorem dignitatum; & humani fauoris lucem, aut ſuperuenientium tribulationum æſtum, euaneſcunt & concidunt, & ſunt planè infructuoſi. habes idem apud Iſaiam cap. 37. 27. *Habitatores earum breuiata manu contremuerunt & confuſi ſunt, facti ſunt ſicut fœnum agri, & gramen paſcua, & herba tectorum, quæ exaruit antequam maturesceret.*] Vbi eleganter creſcit oratio: nam fœnum tectorum nec metentis quidem falcem expectat; gramina paſcui agri matureſcunt, ſed demetuntur, nec vltra meſſem durant; fœnum agri fragile eſt & breuis vitæ, ſolet tamen ad hyemem vſque vel autumnum affectum perdurare, & ſemen ſuum ſpargere in ſolum. Sic hominum quidam matura morte, liberis relictis: alij non prorsùs immaturâ, ſed ſine liberis decedunt: quidam verò & improles, & durâ ac immaturâ planè nece in iuuentute abripiuntur. Idem quod apud Eſai. exſtat 4. Reg. 19. 26. Vbi notat Angelomus, hoſce ſuperbos & iactabundos *non comparari oliuæ & vineæ, fructuoſæ, arbori: ſed fœno, & gramini, herbiſq; domatum: quæ frugibus impedimenta ſunt, & autè marceſcunt, quàm ad maturitatem perueniant.*] Eadem verba habes apud Eucherium. De adagio, *omnis caro fœnum*, dicetur ſuo loco infrà. *Fœnum tectorum* in Iudæâ multum fuit, quia tecta domorum plana erant: ſed ſtatim exareſcebat, propter æſtus vehementiam, quæ ibi maxima ſole irreflexo. S. Baſilius vult hac comparatione vilitatè aduerſariorū indicari: Theodoretus, notari immaturitatē mortis: addit Chryſoſtomus caducos indicari, & faciles ad ruinam. Euthymius verò, inſuper nullius eſſe frugis. S. Hilarius negat vllum eſſe *fœnum tectorum*, ideo hæc myſticè capienda: ſed meliùs ceteri Patres: licèt cum Hilario ſentire videatur

Angelomus.

I. Vſus adagij.

II.

III.

IV.

D. Hie

CXXXIII v. D. Hieron. in commentar. Meliùs S. Augustinus ; *fœnum tectorum est, quæ nascitur herba in tectis, in solario integulato in alto videtur, & radicem non habet. Quanto meliùs humiliùs nasceretur, & latiùs viresceret? modò nascitur altiùs ad celeriorem ariditatem: nondum euulsum est, & aruit.*] Cassiod. disertè Cassiodorus : *Solent ædificia deserta in cacuminibus suis caduca fœna producere.*] & vult per ea significari peccatores obstinatos ; Arnobius autem (quod sit in gratiâ Caluinistarum dictum) *hoc loco tectum* vel *ædificium nominat* (indicat duplicem lectionem, *tectorum* vel *ædificiorum*) *quia maximè partes hæreticorum ad personas altas vadunt, vbi quasi falces fœna secantium Sacerdotum* (puta fidei inquisitorum) *enadunt: sed sic ibi antequam euellantur, arescent. Non enim implet manum suam ex eis qui metet verba eorum ; nec sinus suos implent hi, qui manipulos eorum colligunt. Ex omnibus enim qui præterierunt ab Apostolis vsque hodie, Sancti, siue qui sunt, seu qui præterierunt, nullus eos benedixit in nomine Domini. Et qui à Beato Apostolo Petro, aut ab Apostolis, aut posteris eorum, benedictionem non accepit, & sic plebeculas docuit quas decepit; quia benedictionem vsurpauit, maledictionem incurrit, per quam priusquã euellatur* (id est, priusquàm moriatur) *arescit: id est, dum viuere videtur in corpore, iam in spiritu aruit. à quibus nos separati, fidem Catholicam integerrimè continentes, vitam inueninus æternam per Dominum nostrum Iesum Christum*, &c.

VI. Arnobius. VII.

EX PSALMO CXXXVI.

ADAG. CXXXIV. Paruulos ad petram allidere.

VER. IX.

Paruulos ad petram allidere.

LIcèt palam sit de Babyloniorũ liberis agi, & populi ira excæcati odiũ his verbis indicari (iuxta Basil. Chrys. Theodoret. Euthym. Genebrard. & aliquos recentiores) sensu historico : tamen vulgò recepta est multorum Orthodoxorum Patrum interpretatio, & in Prouerbium abiit, quod psalmista dixerat ; *Beatus qui tenebit, & allidet paruulos tuos ad petram.* psal. 136. 9. fœlicem esse, qui compos animi sui, fortiter resistit malefirado serpenti, & cupiditatum concupiscentiæque suæ suggestiones statim in initio repellit, eas allidens ad veram petram Christum, super quam illæ cadentes, vt vitrum supra silicem, confringantur & cõterantur. Diuina D. Hilarij verba apponam : *Vitia corporis non sunt sinenda coalescere, sed in exordiis statim enecanda sunt. Periculosa sunt iam robusta cupiditates, & difficulter adulta quæque perimũtur. Leuius autẽ est, prorumpentes euellere, teneras excidere, flexibiles retorquere. Beatus itaque est quisquis in exordio inhonestas quasque omnium cupiditatum appetitiones, quæ ex voluntate carnis oriuntur, primùm intra ius patientiæ suæ virtutisque cohibebit : deinde eas ad fidem & ad metum Dei elisas enecabit*, &c. Similia tradunt hic Sacra Scriptura, Hieronym. Augustin. Prosper, Arnob. Cassiod. Haymon, Bruno, & alij. Quod ad omnes etiam ociosas, pueriles, & fatuas cogitationes pertinet, vt benè Euthymius.

Adagij vsus. Hilarius. Hieronymus, & alij.

Cæterùm prætermisso illo *Beatus* ; posset absolutè sumpta locutio *allidere paruulos ad petram*, accipi quoque de illis qui sunt scandalo, & conantur bona desideria eorum, qui Christo seruire intendunt, suffocare exemplis, aut consiliis malis, reuocantes iuuentutem ne dulci

Alius vsus.

Christi iugo se subdat, & Euangelica consilia amplectatur: quales proh dolor! quotidie nimis multos intuemur, inimicos eius qui dicebat, *Sinite paruulos venire ad me*, Mar. 10. 14. Nouos Herodes, infantium occisores: quos manet ira Domini, quem non fallunt prætensæ humanæ sapientiæ rationes: nouit ille corda; subdolas machinationes non ignorat, dissimulat interea, grauiora postmodum supplicia exacturus.

ADAG. CXXXV. Sessio & resurrectio.

EX PSALMO CXXXVIII. VER. I.

Sessio & resurrectio.

EAdem vis est huius paræmiæ, quæ alterius, §. 131. *Introitus & exitus.* nam hac quoque omnes hominis actiones significantur, ps. 138. v. 1. *Tu cognouisti sessionem meam & resurrectionem meam.* Hebraicè שבתי וקומי *Scibuti vecumi*, *sedere meum & surgere meum.* infinitiua pro verbalibus. Chaldæus malè restringit; *coram te nota est sessio mea ad stu. dendum legi, & resurrectio ad eundum in prælium.* Sequens vers. satis docet ad omnes externas actiones pertinere; si seiunctim sumas, & sequentem de internis quoad prius membrum: nam posterius (meo iudicio) internas & externas simul complectitur, hoc modo; Tu cognouisti omnes actiones meas (has significat per sessionem & resurrectionem) quia *intellexisti cogitationes meas de longè*,) hoc est, quia priùs etiam quàm ego cogitem, & ab æterno, omnes interiores actiones animi mei tu, iam habes perspectissimas: tu, inquam, *semitam & funiculum meum inuestigasti* (quod statim explicabo.) Dixi si seorsim sumas. Nam sunt qui coniungant in vnum cum versus sequentis parte posteriore; *Omnia tibi nota sunt, quæ sedens, stans, ambulans, cubans cogito atque gero:* Genebrardus, Isidorus Clarius, Eugubinus, Flamin. Ianssenius. hi volunt omnes hominis actiones sub allegoria quatuor harum quibus tota vita q. continetur, significari: & rationem allegoriæ esse quod subdit de cogitationibus. Sed secutus sum expositionem aliorum, Vatabli, Campensis: quia secundùm illam non cogor interiectam versiculi partem quasi hyperbaton exponere; & singula illa duo *sessio & resurrectio*; item *semita & funiculus*, seorsim satis id exprimunt, sùntque tunc duo breuia adagia, quæ alioqui forent vnicum prolixius. & hoc video placuisse Patribus, vt S. Basilio; cuius hæc sunt: *Sessionem ac resurrectionem omnem vitam, cum actibus suis dici, eò quòd illa nunquam in eodem consistit.* & Chrysostomo qui sic scribit; *Per sessionem & resurrectionem omnem vitam significat, in his enim tota vita nostra consistit, actiones, operationes, ingressus & exitus.* & mox; *nos quoque sæpe dicimus, hic nouit quomodo sedet, & quomodo surgit, testantes eius perfectam notitiam.*] Idem volunt Theodoret. & Euthym. Latini Patres allegoricè de Christi morte & resurrectione interpretãtur, SS. Hilarius, Augustin. Cassiodorus, Prosper, Remig. & alij. de qua interpretatione differẽdum in Commentar.

Isidorus & alij.

Sententia auctoris.

Semita & funiculus.

S. Basilius.

Chrysost.

Allegorica interpretatio. Hilarius, & alij.

EX

EX EODEM PSALM. VERS. III.

ADAG. CXXXVI Semita & funiculus, seu via & cubile.

Semita & funiculus:
Vel,
Via & stratum, seu *cubile*:
Vel,
Semita & terminus, seu *limes.*

HVius dicti eandem esse sententiam, quæ fuit præcedentis, monent SS. Basilius, Chrysostomus & Theodoretus, & recentiores cum Hebræis. sensus enim est; in negotio & ocio, siue aliquid agam, siue quiescam, die noctéque; in viâ, & in termino seu portu. Quæ omnes interpretationes adagij colliguntur ex varietate versionum. Hebraicè est primo loco ארחי *Archi*, quod Symmachus vertit τὴν ὁδόν μου, *viam meam.* Theodotion & Lxx. meliùs, τρίβόν μου, *semitam meam*, vel, vt Hilarius, *tritam*, hoc est, frequenti gressu & discursu contritam. Pro secundo vocabulo est Hebraicè ריבעי *Ribghi.* quod Theodot. vertit, τὴν ὁδόν μου, *viam meam*, non benè. Recentiores secuti Hebræos, *accubitum*, seu, *lectum.* D. Hieronymus, *accubationem*; Chaldæus, *recumbentem in schola.* Lxx.: κοῖτον, quod Psalterium Romanum, & S. Hilarius reddunt *directionem*; putabant, vt expressè tradit idem sanctus, significare certum & constitutum itineris modum, vt apud nos *milliare*, & apud Græcos στάδιον. & apud Persas *parasanga*: & sanè aliquando hoc significare patet ex Herodoto lib. 2. Athenæo lib. 3. & Plinio lib. 12. quæ significatio mihi videtur aliena ab hoc loco; vt & veteris interpretis D. Augustini & Prosperi, qui *limitem* vertunt. Theodoretus censet κοῖτον vocari *rectitudinem*, ex translatione fabricatorum, & parietes *perpendiculo dirigentium.* Euthymius cõsentit cum S. Hilario. Rectè noster *funiculum* vertit. nam Græca vox *funem* significat ex iuncis vel sparto, vel simili materiâ. Hîc oritur quæstio, quid commune *funi* cum lecto vel accubatione, si quidem Hebræo רבע *Rebagh*, constat quartam partem rei alicuius, Exod. 29. 40. seu quadrum aut quadratum significari. Ezech. 1. bis, & 43. etiam bis: & inde, quia bruta in quatuor pedes procumbunt quietura, traducitur ad hominum accubationem; vt hîc, & ad concubitum Leuit. 18, 23. & 19. 19. Genebrardus tres solutiones assignat, vnam, Septuaginta fortassis κοῖτον scripsisse, hoc est, *cubile*: aliam, *funiculum* sumi posse poëticè pro vitâ, vt apud nostros, *filum*, quod Parcæ dicuntur nere, deindéque præscindere: tertiam, *funiculum* sumendum metaphoricè pro loco in quo quis recumbit; vt Galli dicunt, *ma trace & mon gîste*, iter in quo ambulo, & locum in quo recumbo. Prima responsio est satis audax, nam omnia exemplaria Græca habent κοῖτον, & sic legerunt SS. Hilarius, Basilius, Chrysostomus, Theodoretus, Augustinus & reliqui veteres. Secundum illud de Parcarum stamine, describunt poëtæ. Claudianus 1. de raptu Proserp. de Parcis ait;

. . . . quarum sub iure tenentur
Omnia, quæ seriem fatorum pollice ducum,
Longáque ferratis euoluunt secula pensis.

Sensus adagij. Varietas versionũ. Herodotus. Athenæus. Plinius. D Augustin. Prosper. & alij. Quæstio Cõtra Genebrardũ, Solutiones. Hilarius, & alij. Claudianus.

Catullus. Seneca.

Sed terſiſſimè Catullus de Nuptiis Pelei & Thet. circa finem. Seneca in Herc. Furente.

Certo veniunt ordine Parcæ,
Nulli inſſo ceſſare licet,
Nulli ſcriptum proferre diem.

Verùm hæc fictio Græcorum, & Latinorum fuit, non Hebræorum, quibus ignota illa Parcarum vellera, non ſunt aſcribenda Dauidi. Tertia vera eſt, Metaphoram ineſſe voci, ſed explicandum erat, quæ ſit illa metaphora: quod admodum difficile eſt. Adeò vt Eugubinus notarit Lxx. quidem rectè vertiſſe, quia teſte Suida χοῖνιξ duo ſignificet, μέτρόν τι γεωργικὸν, *menſurium quandam in agriculturâ*, & ϛίβαδον, id eſt, ſtoream, ſiue cubile è ſtoreis factum, & quod à Græcis dicitur χαμεύνη, id eſt, *humicubatio*: & hoc ſecundum appoſitiſſimè vertiſſe Lxx. Latinum verò interpretem ſecutum primam interpretationem, & ideo mentem Lxx. interpretum non intellexiſſe, & malè vertiſſe.] de Græcis vera dicit, ſed noſtrum carpit iniuria. Si χοῖνιξ lectulum è ſtoreis poteſt ſignificare metonymicè, vt poteſt; cur non eadem figurâ funiculus poterit poni pro lectulo funibus contexto? fauet conſuetudo Iudæorum, vel ex illo loco Prou. 7. v. 16. *Intexui funibus lectulum meum.* Nam etſi verſiones illic varient, patet tamen conſuetudo, & ſententia noſtri interpretis. Nec poteſt negari σχοῖνον, *funem* ſignificare; quod qui neget, erit, vt cum Propertio ludam,

χοῖνιξ.

Propertius.

Dignior obliquo funem qui torqueat Ocno,
Æternumque tuam paſcat aſella famem.

Nam hoc narrantes Græci σχοῖνον dicunt, vt Pauſanias in Phocicis, Plutarchus in lib. περὶ τύχης: vide Politianum Miſcellaneor. c. 81. & Fran. Sanctium ad Alciati emblema 91. Igitur *funiculus* ſtratū ipſum ſignificat, & ſtrato quies ſignificatur; vt ſenſu Hebræa, Græca, & Latina probè conueniant. Sic ſanè pars pro toto ſumitur, ſponda aut culcitra pro lecto; vel continens pro contento, vt thalamus pro lecto; & ſic *funiculus* hîc capi poteſt pro funibus quibus lectum circumdabāt, & iis tapetia ſuſpendentes, cubiculum ſibi circa lectum parabant in morem tentorij: ideo d. v. 16. verterunt *peripetromatis circumſtrauit*; moris meminerunt Herodotus: cuius verba poſui in magic. diſquiſ. & Athenæus lib. 4. agens de cœnâ quæ Copis dicta: nec me dimouent ab hac ſententia, quæ cōtra illā Agellius protulit. Nam etiam ipſe cum Apollinario accipit pro directione, locutione tropicâ non minus quàm nos de lecto: & funes ferici tam funes ſunt, quàm canabini.

Herodot. Athenæus. Agellius. Apollinarius.

Interdum *dormire* & *exſurgere* inuenias in ſacra Scriptura: ſed adagium eſt de ſomno ſecuro ac profundo, quo quis non niſi plene refectus, & quaſi cùm vult, ſoluitur, vt pſ. 4. 9. *In pace in idipſum dormiam & requieſcam* pſ. 3. 6. *Dormiui & ſoporatus ſum, & exſurrexi.* Mar. 4. 27. *quemadmodum ſi homo iaciat ſemētem in terram, & dormiat, & exſurgat nocte & die.* vt capiunt cum Rabbinis, Iſidorus Clarius, Vatablus, & plerique alij recentiores ad d. v. 6. & 9.

Dormire & exſurgere.

EX PSALM. EODEM. VERS. V.

ADAG. CXXXVII.

Noua & antiqua, ſeu, Noua & vetera.

Noua & vetera, ſeu, noua & antiqua.

Vſus adagij.

ADagialiter vſurpatur in ſacra Scriptura pro omnibus omni-

no

no, imprimis hoc loco, prætermissa distinctione & interpretatione Rabbinorum. Hebraicè possumus vertere *ante & retro*, referendo ad *cognouisti*. q. d. tu quæcumque vel olim, vel recens feci, dixi, cogitaui, vel nunc dico, facio, cogito, cuncta nouisti; imò & quæcumque ab aliis vnquam gesta gerendáque. Sic Lxx. distinxerunt: & omnes Patres hoc

Eugubin. receperunt. ideo non magni facio, quæ contra Lxx. & nostrum hîc Eugubinus scribit, & alij Nouatores accumulant, ad corporis à Deo plasmati situm referentes, nempe ad antica & postica membra. Sed

Genebr. vt docet Genebrar. ex R. Mose Nahman in Exod. veteres Hebræorum Doctores fauent nostræ dis-

Duplex expositio. punctioni. Et est duplex expositio, vel vt subaudiatur *mea*; quæ mihi olim, antequam nascerer, contigerunt, & quæ mihi postea, vbi denatus fuero, contingent: sic vel melius nihil subaudiendo de cunctis præ-

Euthym. & alij. teritis & futuris cum Euthymio, Theodor. Basilio, Chrysostomo, vt dicat non mirum est te mea nosse, cùm noris omnia quæ vnquam fuerunt vel erunt.

Orpheus. Orpheus in hymnis;

παντ' ἐφορᾷς, καὶ παντ' ἀκούεις, καὶ πάντα βραβεύεις.

Cuncta vides, & cuncta audis, & cuncta gubernas.

Secundus locus est cant. 7. v. 13. *omnia poma, noua & vetera, dilecte mi, seruaui tibi.* Vbi quod priùs dixerat *omnium*, explicat per *noua & vetera*.

Tertiò Matth. 13. 52. *profert de thesauro suo noua & vetera*, hoc est, omnia ciborum genera. Vbi Maldonatus sic scribit; *Noua & vetera proferre, etsi mihi simile exemplum in Scripturis non occurrit, Hebraico prouerbio dictum videtur, cui simile illud Gallicum est, viride & siccum.*]

Viride & siccum.

Suggessi duo similia, vnum ex Dauide, alterum ex Salomone.

EX PSAL. CXXXIX. VER. XII.

ADAG. CXXXVIII. Vir linguosus nō dirigetur in terra.

Vir linguosus non dirigetur in terra.

HIspani vsurpant pro adagio, *al deslenguado nunca le falta pleyto mal parado.* De quo plura postmodum. Sic Æschylus in Prometheo;

Æschylus.

γλώσσης ματαίᾳ ζημίᾳ προσπίπτει τις.

Lingua improba vanaq; damnum inuritur.

Euripides in Bacchis,

Euripides.

... ἀχαλίνωτόν τε μάτᾳ & ἀνόμωτ' ἀφροσύνης τὸ τέλος δυσυχία.

Effrenati oris, & exlegis amentiæ finis infortunium.

Contra ad quietem & pacem optimum remedium est silentium. Palladas dixit σιωπᾶν, *tacere*, esse,

Palladas.

φάρμακον ἀσυχίης ἐγκρατές.

Contra de garrulo Hesiodus in ἔργ. scribit, linguam quidem thesaurum hominibus optimum esse si sit pauciloqua: si verò quis laceret alios conuiciis, confestim peiora recepturam. Ideo qui Harpocrati (huic fingebant silentij Deum) apud Ægyptios oblationem offerebant, dicere soliti;

Hesiodus.

Harpocrates silentij Deus.

γλῶσσα τύχη, γλῶσσα δαίμων. q. d. *lingua fortunam, & infortunium homini parit*; lege Plutarchum libro de Isíde & Osiride, & lib. de garrulitate. Adagium ergo nostrum de omni loquacitate verum, Hebraicè, est, *vir lingua*; sed noster benè explicuit voce æquè generali, comprehendente mendacem, maledicum,

Plutarch.

ca

calumniatorem, ſuſurronem, & omnem linguacem, ſeu (vt veteres vocabant) lingulacam, abutentem lingua ad malum. talis, ait, non proſperabitur. Hebraice eſt, *non ſtabilietur, non firmabitur. Iſe laſcon bal-iichon baaretz*, איש לשון בל-יכון בארץ. ſic ergo ſumendum iſtud *dirigetur* κατευθυνθήσεται. & non pro *aberrauit à recto*, vt S. Auguſtinus, Caſſiodorus & alij Latini acceperunt, putantes eſſe ſimile illi, *in multiloquio non deerit peccatum*, Prou. 10. v. 19. Sed S. Chryſoſtomus præclarè hic diſſeruit in hæc verba; *Non eſt autem hoc quoque paruum genus improbitatis eſſe nimis inſolentem, & linguam non poſſe cohibere. Linguoſum enim* (γλωσσώδη) *hic dicit petulantem, nugatorem, maledicum, qui latrat aſſiduè, qui cane nihil eſt melius affectius: die qualis eſt eius fructus? non dirigetur, inquit, in terra. Alius, non ſtabilietur: deiicietur, peribit. Hic eſt fructus maledici: eſt omnibus hoſtis, omnibus moleſtus, grauis & acerbus. Quemadmodum ergo qui eſt mitis, patiens, & lenis, & ſcit tacere, tutus eſt, gratus, & iucundus omnibus: ita qui talis eſt, vitam agit lubricam, & valde periculoſam, vndique innumerabiles inimicos ad ſe accerſens & attrahens, & ante alios ſuam animam conturbans, non ſinens eam quieſcere: ſed etiam, nullo ei moleſtiam exhibente, innumerabiles tumultus & bella intùs excitans.*] Sed & foris diſſidia ſeminat, & hoſtes in ſe comparat, & inter alios author eſt & fons iurgiorum.

Iuxta verò alteram Latinorum interpretationem verè & ſuccinctè B. Proſper ſcribit: *linguoſus non capit ſcientiam veritatis: amãs enim ſemper loqui non poteſt erudiri. Praua ergo ſtudia ipſius non dirigẽtur: quia loquacitas imperita mauult docere, quàm diſcere.*] Sciuit hoc incommodum Pythagoras: &, quia ſciuit, tam prolixum diſcipulis ſuis ſilentium imperauit, quinquennium ſcilicet totum ſolùm quæ dicerentur audituros, iuxta Laërtium lib. 8. in Pythagorâ. Sed prudentiora refert Gellius lib. 1. Noct. c. 9. non omnes idem tempus iuſſos tacere, ſed aliud alios pro æſtimato captu ſolertiæ, ſed non minùs quenquam biennio tacuiſſe. Si quid ſimile hodie in vſum deduceretur, minùs clamoſos & alacres, ſed meliores fortè, doctiores & ſedatiores diſcipulos haberemus.

S. Auguſt. & alij.

Chryſoſt.

B. Proſper.

Pythagoræ ſilentium.

Laërtius. Gellius.

EX PSALMO CXL. VER. V.

ADAGIA CXXXIX. Oleũ peccatoris nõ impinguet caput.

Oleum peccatoris non impinguet caput.

In conuiuiis vngẽdi capitis mos.

SOlitos in conuiuiis caput vnguẽtis perfundere ſuo loco docebitur, à qua conſuetudine natum iſtud adagium, quo monemur, impiorum laudes auerſari. Sicut enim, teſte Ennio, *Præclarum eſt laudari à laudato viro*; ſic ſuſpectum de morum ſimilitudine, placere improbis, & in ore eorum ſordent laudes etiam iuſtæ: quantò magis auerſandæ falſæ adulatorum, cùm nos palpo verberant? Vt equi generoſi, ſi imperitus agaſo poppyſmate illis intempeſtiuè blandiatur, recalcitrant: ſic nos huiuſmodi, vt de fratre Gallione Seneca teſtatur, oportet à noſtrâ familiaritate repellere. Sæpè ſal vtilius oleo: vtrumque tempore ſuo eſt adhibendum. Sal reprehenſionis iuſtæ acrimoniam, oleum verò verborum lenitatem & blandimenta ſignificat. hoc ſenſu veteres dicebant, debere nos τὸ ἔλαιον πρίασθαι καὶ τὸν ἅλας, *oleum & ſalem emere*, refert Ariſtoteles lib. 2. Rhetor.

Vſus adagij.

Oleum & ſalem emere.

He

CXXXIX Hebr. habemus שמן ראש אז-ינ'ראשי quod Paraphrast. Chaldęus expositit *oleũ vnctionis sanctuarij* primo loco, & secundo *coronam regni*: satis indicans se ראש capere pro *capite*. Pagninus & Flaminius etiam vertunt, *oleum præcipuum ne frangat caput meum*: Arias, *oleum capitis*, &c. Nebiensis, *oleum principatus non deuitabit caput meum*. Caietanus & Fœlix: *oleũ capitis nõ prohibebit caput meum*: sensu valdè alieno, vt licet videre in eorum commentariis. Isidorus Clarius, *oleum peccatoris non infringat caput meum*. Vatablus: *neque vnguentum optimum offendet meum caput*: his sensus est, si corripiat me iustus, id mihi erit instar vnguenti optimi & fragrantissimi; & habiturus sum pro saluberrimo medicamine, sic Campensis. Sciendũ pro versione L x x. & nostra יני formari à נוא *No*, & propriè verti, *frangat*, vel, *infringat*, vt volunt Rabbini recentiores cum R. Ioseph, R. Abraham, & R. Dauid. Sed hoc *infringere* accipiendum iuxta materiam propositam, videlicet de modo quo vnguenta caput frangunt; non extrinsecus fauciando, sed lædendo intrinsecus, corporaliter illatâ vertigine vel sopore; spiritualiter & metaphoricè, inducendo vitiosum aliquem affectum, puta lasciuiæ, superbiæve: ideo melius Vatablus dixit *offendet*, quàm ceteri recentiores verterunt: sed optimè L x x. *μὴ λιπανάτω*, hoc est, vt vertunt Hieronymus & noster, *impinguet*; qua voce simul indicarunt, externum effectum & internum; nempe mentis hebetationem (quæ solet pinguedine significari, vt docui suprà) qua mens dissoluitur, & vana quadam superbia fauciatur transfixa dictis adulatorum. Præterea ראש (posito (א) pro (ו) nempe ורש pro ראש) non tantùm significat *caput*, sed etiam *fel*, *toxicum* aut *venenum*, & quidem præcipuum quod aspidi in capite est; & inde Metaphoricè significat *amaritudinẽ*, vt vertit Hieron. vel *peccatorẽ*, præsertim qui aliis more toxici, verbis venenatis nocet. Viderunt hoc R. Ioseph, & Abenezra, hũc sensum proponẽtes, Malo corripi atq; adeò vapulare ab hominibus piis, quàm ab impiis vnguento seu oleo, quamuis pretioso imbui & liniri: nam castigationes & flagra piorum animi morbos sanãt; sed impiorum blanditiæ, præconia, delinimenta, caput impinguant, seu frangunt, hoc est, mentem & rationem debilitant. Sequuntur hoc ex recẽtioribus Flaminius, Genebrard. & alij, inter quos Titelmann', *Adulatorum* (inquit) *blanditiæ quibus demulcent peccantium corda, absque in malis fouent atque enutriunt, non oblectent animum meum, neque foueant me in peccatis meis. Melius enim est lixiuio corripientis caput ablui & mundari, quàm oleo adulantium, vt fiat immundius, obliniri atque impinguari.*] Est verò communis planè Patrum expositio ista; nisi quòd ad diuersa vitia respiciant, S. Hieronymus ad hæreticorum: S. Hilarius ad quorumuis prauam doctrinam: ad cultum & honorem, quem exhibent impij, Theodoretus: ad indulgentiam & misericordiam eorumdem SS. Basilius & Chrysostomus: ad vtrosque Euthymius: ad adulatores D. Augustinus, Cassiodorus, & Arnobius omnium accommodatissimè: dabo verba. Arnobius ait: *Væ autem mihi & mei similibus, quia inuicem nobis oleo capita impinguamus; & adulantes nobis inuicem in præsenti positi sanctos nos vocamus, & nonnos. Absentes verò nos ita mordemus atque percutimus, vt rectè canibus comparemur.*] Cassiodori verò verba sunt: *Oleum & in bono & in malo plerumque*

Vatabli lectio.

R. Ioseph. Abenezra.

Flamin. Genebr. Titelm.

S. Hieron S. Hilar. Theodor. Basilius. Chrysost. & alij.

que ponitur. In bono, vt est illud Euangelij: Tu autem, cùm ieiunas, vnge caput tuum oleo, & faciem tuam lauа. *& in 44. psalmo.* Propterea vnxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ præ cõsortibus tuis. *Est enim oleum, in bonam partem, causa splendoris, pabulum luminis, præstans nitorem pariter & salutem: in malam verò partem, sicut hîc ponitur,* oleum peccatoris, *est dilectio simulata verborum; quæ adulationibus & blandimentis nostras mentes, velut olei pinguedo leniter ingrediens, rigorem veritatis emollit, & ad noxias cogitationes, amoris ficti potius ostentatione perducit,* &c. S. Augustinus, adagij vsum declarat hisce verbis; *Quid est* oleum peccatoris non impinguabit caput meum? *Non crescet caput meum de adulatione* (scilicet tumore vanæ gloriæ, vt postea explicat,) *Falsa laus adulatio est, falsa laus adulatoris, hoc est,* oleum peccatoris. *Propterea & homines, qui cum falsa laude aliquem irriserint, hoc etiam de illo dicunt,* vnxi illi caput.] & postea: *Oleum gloria est, fulget, & nitet in superficie.*] quæ sit prima causa cur adulatio significetur oleo: nam adulatio foris nitet & splendet, intus liuet inuidia, squallet mendacio, sæpe etiam odio tabescit. Secundò, quia oleum cutem lenit, interiora mordet, teste Galeno lib. 2. de Simplic. medicament. facultat. cap. 7. Ideo dicitur psal. 54. 22. *Molliti sunt sermones eius super oleum, ipsi autem sunt iacula.* & psal. 108. 10. dicitur maledictio intrasse in ossa sicut oleum. & prou. 5. 4. traditur meretricis *guttur nitidius oleo, nouissima autem illius amara quasi absynthium, & acuta, quasi gladius biceps.* Tertiò, quoniam hæc est proprietas olei; vt si commisceas calidis, sit calidum: si frigidis, frigidum, teste Galeno d. operis cap. 22. ita gnathones, negas? negant; ais? aiunt, & imperarunt sibi omnia adsentiri. Sunt similes Chamæleonti, cui se applicant, eius mores & ipsi, vt speculum, repræsentant: consule Plutar. lib. de discrimine amici & adulatoris. Nostrum adagium exprimunt Hispani, *No me vnte el cerro.* Item paullo aliter, *Despues de auerme descalabrado, me vntays el casco.* Lege Martinum Roam lib. 1. singular. cap. 5. & sup. vbi explicui, quid sit *ferre oleum in auricula*; nempe amare prurituм quem adulatoria verba in animis superborum excitant. Quidam apud Martialem corrigunt *ferre oleum in auriculam*, scilicet aliorum: tunc ipsemet Marullus diceretur aliis palpum obtrudere.

CXL. Gnathonum ingenia.

Martinus Roa.

Ferre oleum in auricula.

Adag. Vngere alicui caput. Adulatio cum oleo significata? I. ratio.

II.

III.

EX PSALMO CXLIII. VERS. V.

ADAG. CXL. Tãge mõtes & fumigabũt.

Tange montes & fumigabunt.

EX litterali sensu non tam aptè hic adagium elicitur quàm ex mystico. Agit enim de manubiis fulminis, quibus afflare, vocat *tangere*: etiam psal. 103. 32. *qui tangit mõtes & fumigant*: sicut Maro *de cœlo tactas quercus* dixit: & Tullius 3. Catilinar. *tactus est etiam qui hanc vrbem condidit Romulus*: quem locum in Nizolii & Thesauris Ciceronis adhuc omissum miror. Metaphoricè loquitur, Grammatico sensu dicens eam esse vim diuini fulminis, vt etiam duros & magnos montes faciat fumigare (S. Basilius) alludens ad ea quæ in monte Sinai, de quo legimus, *totus mons Sinai fumabat*, Exo. 19. 18. (Theodor. Caiet.) Sed per Metaphoram sensu verbis illis intento capi potest de superbis, & potentissimis quibusque, etiam Dæmonibus (de quibus capit

Tangere.

Sensus adagij.

Altera explicatio.

CXL. S. Hilar.) quos Deus (vt sic dicam) solo halitu, vel leuissimo tactu, potest, vt incendio, corripere & consumere (Euthym. Chrysost. Hieronym. Dionys.) illi verò vt titiones fumigant, & statim exstinguuntur (Liranus.)

III. Verùm concionatores nonnulli vsurpant vt adagium, indicantes, magnatum & Principum sæculi, & aliorum quorumcumque superborum qui putant se ceteris, doctrina, vel virtutibus eminere potiùs quã eminent, impatientiam, qui sunt (vt vulgus ait) *herba vel vlcus noli me tãgere*: quibus si vel minimum verbulum displicens aut minùs mellitum dixeris, vt irati nasus vrsi fumant, & flammas iracundiæ in pectore accensas statim produnt. Videor mihi hoc sensu id in D. Bernardo,

IV. nescio vbi, legisse. Alij in bonum vertunt, vt Arnobius, qui capit de Apostolis descendente Spiritu sancto accensis, & fumũ spargentibus, vnde nubes coalescentes copiosos doctrinæ imbres defuderunt: item

B August. & alij. S. Augustinus, Cassiodor. Haymon, Richar. & Bruno, qui ad pœnitentes transtulerunt. dicam verbis Cassiodori: *Montes hîc superbos homines debemus accipere, & Diabolicâ iniquitate pratumidos; quos Dominus tetigit, quando eis compunctionem pia conuersionis attribuit. Fumigauerunt autẽ, quãdo crebris suspiriis, continuisque gemitibus sua peccata plorauerũt. Crassus enim fumus ore vomitur, cùm se in planctum vitalem mortalis corporis compago commouerit.*] Solus tamen, V. VI. quod sciã, Eusebius de idololatriæ cultu, descensu Christi contritis simulacris, accepit lib. 6. Demonstr. Euangelicæ cap. 9. *Illud autem* (inquit) Tange montes, & fumigabunt *arbitror significare, quòd omnium simulacrorum cultus sit incendendus ac delendus; qui apud antiquos in montibus maximè frequentabatur. denique etiam ipsi Iudæi reprehẽdebantur, quòd in omni monte excelso, ad imitationem externarum gentium, simulacra colerent.*] In Græco fonte est cap. 5. vbi illud notandum de more veterum, etiam Iudæorum; & intelligendum maximè de cultu Iouis, vt docui quondam Aduersar. in Senecam ad Herculem Oetæum v. 780. Eusebij locus.

EX PROVERBIIS SALOMONIS.

ADAG. CXLI. Deglutiæ viuentem sicut infernus.

EX CAP. I. V. XII.

Deglutire sicut infernus viuentem.

VIDE quæ diximus suprà ad psalm. 54. v. 16. *viuum descendere in infernum.* Porrò palam est שאול melius hîc capi de inferno, quàm de sepulcro, vt vertit Pagninus, vel de foueâ, vt Caietan. nam *foueam* pro scrobe vel sepulchro vsurpant: sepulchrum verò mortuos, non viuentes, solet deglutire. LXX. ὡσεὶ ᾅδης, & sic vertunt in Thargum Arias, & in Salomone versiones Vatabli, & Clarij, & placet Arboreo & Richelio, & D. Augustin. lib. 17. de ciuita. Arias & alij.

I. Dei, cap. 20. alludit ad mortem Dathan & Abiron, à qua puto deductum adagium de facilitate, & auiditate qua quis aliquem penitus interimit sine vllo negotio, neque adhuc saturatur vltione. quasi dicas, vno hiatu, *a vn abrir de boca* Hisp. & quidem solidum, vt nihil supersit reliquum quod videatur ab hominibus, sicut cùm aliquis hiatu telluris absorbetur, & hiatu coëunte totus obruitur. Quæ de homine in carcerem coniiciendo & bonis eius confiscandis dicit Caietan. nihil ad Dionysium: cùm de latronibus, & non de iudicibus agatur: posset tamen extendi adagium ad auaros & crudeles Iudices, quod fortè tantùm voluit. Paulo etiam alieniùs glossa Ordin. *Extinguamus memoriam doctrinæ & virtutum illius, vt etiam inter nos vixisse non memoretur.*] alieniùs, quia à latronibus interfectorum, vt Ibycî, supereſt memoria; & multi torquentur in gehennâ, qui hîc celebres. Desumpsit Strabus à Beda, & hic à D. Augustino suprà, qui omnes de Christo explicabant. Lyranus etiam alium vsum insinuat, exponens, *factum nostrum adeò erit occultum & opertum, sicut illud quod descendit in infernum.* Sed tunc ociosè adderet sacra Scriptura *viuentem.* Meliùs Richelius; *eum totaliter extinguamus, & bona eius deuoremus: sicut infernus deglutiuit Dathan & Abiron viuentes.*] & hoc confirmat sequens comma, *& integrum quasi descendentem in lacum.* cum Richelio sentit Arboreus. Baynus coniungit duas interpretationes, idque præclarè. vult vnum esse sensum vtriusque clausulæ, nam per *viuos & integros* eosdem intelligi; per *infernum* quoque & *locum* idē. & sensum esse, non minori negotio deglutiemus eos, etiamsi multi fuerint innocentes, quàm si in infernum vel fossam quis inopinantem detrudat. Nolle eos vulnerare quēquam aut mutilare, ne prodantur; sed totum hominē è medio subitò tollere: vt nullum facinoris supersit vestigium.] hæc ille, qui tamen videtur in sequēti versiculo *infernum* pro sepulcro, pro foueâ, accipere: præstabat foueam accipere pro inferno. Eodem errore videtur labi Iansenius, qui bene explicat subitò & penitus, vt nihil eorum appareat: sed malè explicat *infernum* de fossa & sepulchro. Debebant attendere, Dathan & Abiron, ad quos fatentur alludi, corpore & anima in infernum descendisse: & hominem morte penitùs non extingui vel sepeliri, sed quoad corpus tantùm. ideo non satis secum consentiunt. Eadem obiiciuntur explicationi nostri Peltani, qui quia scelerum inexpertes à cæde & sanguine maximè solent abhorrere, vult hos latrones spondere, se nullam lanienam exercitaturos; sed captos, bonis omnibus exutos, in barathrum aliquod etiamnum spirantes abiecturos; vel corpore integro in secretum aliquem carcerem detrusuros, aut vno certè ictu & puncto è medio sublaturos. Verùm tunc valdè diluta erit sententia, & non correspondens nec voci *infernus*, nec voci *deglutiamus.* Nec Scholium conuenit cum Paraphrasi, qua tantùm significari vult, viuentem integrum capiendum, & magnam ab eo liberationis nomine summam extorquendam. Rupertus lib. 1. de sapientiâ cap. 9. capit de insidiis Iudæorū quas Christo Domino tetenderunt.

Senſus adagij.

Caietan.

II. Ianſenij error.

III. Lyranus.

IV. Richelius. Arboreus. Baynus.

V. Senſus adagij.

VI. Ianſenij error.

VII. Peltanus.

VIII.

Rupertus. IX.

EX

EX EODEM CAP. V. CXVII.

Frustra iacitur rete ante oculos pennatorum.

SIc noster vertit, quod Hebraicè est; *Chiennam mezorah haraſcheth beghene kol-baghal kanaph* חנם מזורה הארשת בעיני כל בעל כנף *frustra expansum rete in oculis omnis compotis penna*, vbi cõstat *Baghal kanaph* significare *Dominum* vel *magistrum alarum*, quod dicimus *pennipotentem*. vide quæ dixi Adag. 63. illud etiam *kol* posse exponi *omnes* & *singulos*, vt solēt significare etiam indicare affixo *Mo* מו psalm. 5. 11. Tertiò constat esse adagium, vt notauit Arboreus: sed quid *Chinnam?* licèt sit nomen, vim tamen habet aduerbij, & significat *frustrà*, *sine causa*, *sine mercede*; huius vocis ambiguitas peperit valde diuersas interpretationes: præsertim quia quod sequitur in v. 18. potest verti *sanguinem suum.* & *animas suas*, vt noster; vel *sanguinem illorum*, & *animas illorum.*

בעל כנף Dominus pennæ. כל מן Arboreus. חנם

Prima sẽtentia. Quidam Hebræi exponunt vltrò, & referunt non ad aues, sed ad aucupes, & multa subaudiunt: volunt enim sensum esse, spontè & libenter aucupes, vt aues capiant, escam illicem propè rete spargunt, auibus id cernentibus, simulantes beneuolentiam, cùm tamen illarum vitæ insidientur: sic nimirum hos corruptores iuuenum, eos inuitare ad aceruos diuitiarum, quos ostenstant, cùm tamen reuera captent animam eorum. Hanc quibusdam Hebræis tribuit Baynus. Sed hæc non potest adaptari versioni nostræ, & sententiam valde dilutam reddit.

Senſus adagij. Baynus.

Alij verò Hebræi, vt Leui Gersonis filius, referunt ad auium innocentiam. q.d. nihil tale commeritis auiculis retia tendunt: sic isti sicarij, non modò eos à quibus læsi fuerunt, sed etiam planè innocentes conantur per insidias trucidare: hæc placuit Isidoro Clario. sed frigida est. II. Hebræi.

Tertiò Abenezra & Midras exponunt, videlicet adeò stolidæ sunt auiculæ, vt licèt coram illis rete expandatur, præ cibi tamen auiditate, qui prope rete dispersus est, in rete incidant, ruant in insidias & se capi patiantur. Quare, quod ad illas attinet, *frustra*, & incassum casses coram illis expanduntur, quia non attendunt ad rete, sed ad milium, vel grana alia sic iacta: sic flagitiosi cupiditate excæcati, diuitias tantùm & prædam aspiciunt, & non cogitãt sibi id capitale futurum. habes hoc explicatũ accuratè Prou. 7. v. 22. cũ sequ. (pone verba) hæc optima visa Vatablo, Baynóque; mihi videtur omnium durissima: non satis solida. Nam non frustrà adhuc rete tenderetur, quod attinet ad aues: quantumuis enim auidæ forent, tamen absumpto cibo, si non essent retia, saluæ auolarent. Has tamen tres probabiles iudicat P. Peltanus, qui & quartam quoque ponit. III. Vatablus. Peltanus.

Quæ communior est, & meâ sententiâ ceteris melior, nempe; *frustra* referri ad intentionem aucupum; & v. 18. pertinere ad sicarios istos, & pronomina ibi esse reciprocatiua, non relatiua: & sic tuetur adagij vim, & indicat irritum aucupis laborem, quia (vt ait Ouidius) IV. Ouidius.

Quæ nimis apparent retia vitat auis.

Sensus erit optimè cohærens; vides fili, ex iis quæ dixi, hæc illorum illecta menta & magnifica promissa tibi perniciem moliri. Si credis illis, tibi noxia erunt; si fugis, ni-

h il tibi, sed ipsismet nocebunt. Noli stolidior esse volucribus, quibus si palam pedicæ ponantur, pennarum remigio se eripiunt, & aucupis spei illudunt. Ita fac, ne gnarus & prudens te illaquees, & eas perditum. Venenum tibi aureo calice propinant. hęc interpretatio est Bedæ, Salonij, vtriusque glossæ, Lirani, Richelij, Caietani, Arborei, Iansenij, & nostri Saa. Vsus futurus est quando quis intelligit sibi dolos necti, & ideo præcauendo facit irritos. & hoc sensu videtur vsurpare Plato in Phædro apud Theodoret. in lib. de Diis & Angelis, qui 3. est curationis Græc. & possumus nos vsurpare tum in propria causâ deprehensi, cum Plautino seruo, qui ait:

Occisa hæc res est. hæret hoc negotium.

Præsensit: nihil est prædæ prædatoribus.

Vel in aliena, cùm monemus vt latenter rem aggrediatur.

Nam doli (ait idem) *non doli sunt, nisi astu colas;*

Sed malũ maximum, si id palã prouenit. Deniq; vti possumus quotiescũque Satan per se, vel suos, nos conatur in peccata pertrahere. B. Salonius scribit; *Pennati isti, sunt sancti & electi viri, qui habẽt pennas fidei, spei, & charitatis, ceterarúmque virtutum, quibus ad cælestia contemplanda volant; habent & spirituales oculos, quibus & insidias hostis antiqui prauidem, & peccata præcauent.* Frustrà ergo, *id est, in vanum*, iacitur rete ante oculos pẽnatorum, *id est, laqueus insidiarum Diaboli obiicitur sãctis & electis viris, quia facile superare possũt insidias diaboli, qui suam conuersationem habent in cælis.*] nimirum laqueos intelligit, quibus magnus Antonius vidit mũdum expansis plenum, quos euadere possit solus humilis, qui quo se magis deprimit, eo celsiùs à Deo exaltatur. Eadem Beda & Strabus, prodiderunt; sed addũt oculos istorum esse, *quibus & cælestia dum viuũt desiderant, vt ad hæc post mortem mereantur pertingere, & mala quæ ab impiis sustinent, citiùs transitura, & bona quæ sustinendo meruerunt* (sic corrigedum exemplar Bedæ) *æterna mansura prauident*: nec non *reproborum superbiam finiendam, tormenta sempiterna fore*, vt ex D. Hieronymo (si illius est commentarius) notat Strabus. Nam, vt hoc obiter dicam, sæpè sunt in illo qui D. Hieronymo ascribitur commentario, quæ desunt in Bedã: vt potiùs putem illa Bedæ ex hoc commentario desumpta, quàm vnum & eundem esse vtriusque libri authorem. Nec de peccatis tantùm aliis, sed præcipuè capere possumus de falsa quoque doctrina, siue quæ præcessit, siue omnium hæreticorum, cum Hieronymo, Strabo, & Anselmo, Dionysio, & Arboreo. Igitur impiorum huiusmodi persecutio superanda per patientiam; calliditas & deceptio vitanda per sapientiam, quæ duæ sunt humilitatis alæ. Caucdum planè ne similes simus Oto seu asioni, qui dum laudatur & saltum imitatur, & in vnum aucupem intendit, ab alio circumeunte capitur. lege Aristotelem lib. 8. de histor. animal. cap. 12. Plinium lib. 10. c. 23. vnde factum vt vanæ gloriæ cupidos & qui se facilè decipi sinunt, stolidos vocemus *Otos*, teste Cælio lib. 3. cap. 29. quod ab Eustathio Homeri interprete desumpsit. Sed de Oto, siue Otyde, in hanc sententiam nemo copiosiùs Athenæo lib. 9. paulo post medium. Simus potiùs similes aquilis, quę acutissimè vident, & altissime subuolant. Talem se prębuit CHRISTVS, quando ante cuncta videntis oculos

Beda & alij.

Plato. Theodor.

Beda. Strabus.

Bedæ exemplar correctũ.

De commentario D. Hieronymi in Prouerbia

B Salonius.

Otus

Aquilæ

Antonij visio.

los Satanas tria retia, gulæ, vanæ gloriæ, & auaritiæ expandit, sed frustrà, Matth. 4. Vnum hîc non prætermittendum, Lxx. hoc loco vertisse, ὃ γὰρ δίκτυον ἐκτάσει δίκτυα πτερωτοῖς. quod solent vertere: *non enim frustra extenduntur retia pennatis.* Sed melius Nobilius cum Lucifero: *non enim iniquè*, seu *iniuriâ.* quod S. Cyrillus lib. 2. in Ioan. cap. 54. obscurè explicat, vel non explicat potiùs. Arbitror Lxx. sic accipere, q. d. Ego quidem te præmonui, vt possis periculum vitare, si nō velis, tuâ culpâ incides, sicut aues in retia, quæ coram illis auceps expandit. Liberum fuit vitare, noluerunt: captis, quia censentur voluisse, nulla facta fuit iniuria. Vides ab Hebræo & versione nostrâ sensu non discrepare. Sunt & aliæ quædam explicationes.

Versio Lxx. explicata, & cum nostra conciliata.

V. Nec enim desunt qui volunt adhuc esse verba latronum, vt dicant adolescentulis quos conantur in scelerum consortia perducere; non est quod vobis à iudicibus, & punitione criminum formidetis, adeò cautè cuncta geremus, vt nullæ nos latrunculatorum subsellæ queant latere.

VI. Alij fatentur esse verba sapientis ad eosdem adolescentulos, sed aliter & aliter comparationis membrum explicant, quidam primam sequentes explicationem: sic aiunt latrones, nec sibi nec aliis vnquam periculum vel dammum proponūt, vel de illis verba faciunt, quia sic nemo se illis adiungeret; multi etiam desererent metu supplicio-rum.

VII. Alij secundam inde petunt, quòd à malis pericula non nisi bonis & simplicibus creentur. Terentius in Phormione Act. 2. sce. 2.

Terent.

Non rete accipitri tenditur atque miluio
Quimalè faciunt nobis: illis qui nihil faciunt, tenditur.
Quia enim in his fructus est, in illis opera luditur.

Sed hæc aliena sunt à mente Salomonis hîc.

VIII. Tertiæ sententiæ sequaces nonnulli sic inquiunt, fures nullo suspendij proposiți periculo à scelere deterrentur. Sæpè fit, vt in ipso supplicij loco, & dum alteri gula frangitur, socij eius interea spectatoribus crumenam diripiant: & inuenti Pragæ sub ipso patibulo noctu pergræcari.

EX EODEM. VER. XXXI.

§. CXLIII. Comedere fructus viæ suæ, & saturari consiliis.

Comedere fructus viæ suæ, & consiliis suis saturari.

VTitur hoc adagio Leo Papa in epist. ad Michaël. Imp. cap. 31. contra contumaces: & simile est illi quo dixit v. 18. *Ipsi quoque contra sanguinem suum insidiantur: & moliuntur fraudes contra animas suas.* Nam prætermissâ Hebræorum ἀκολουθίᾳ, sensus est; improbi isti latrones conantur diuitibus vitam corporis eripere, & tibi (ô iuuenis) gratiam Dei, quæ vita est animæ: sed ipsorum consilium ipsis pessimum est. Nam in hoc sæculo morte necem luent aliorum, quin in gladio percutient, gladio peribunt: & in futuro æternæ morti addicentur, reddente Domino mercedem talionis, Thren. 3. 64. & impellēte in foueam quam aliis foderant, conuertente dolorem in caput ipsorum, psal. 7. 16. remetiente illis mensurâ qua admensi, Matth. 7. 2. & Arboreus ad d. v. 18. notat Prouerbium esse, & competere in

Sensus adagij.

eos,

eos, qui sibi ipsis auctores sunt malorum: simile illi vulgato de pueris, *Flagellum praparauit ipse quo vapularet.* Hoc aptiùs diceretur de hoc nostro loco. v. 31. meliorem enim & sapidiorem adagij gustum præbet, etsi sententiâ conueniant ambo loca cum illo psal. 127. de iusto: *labores manuum tuarum, quia manducabis, beatus es, & benè tibi erit.* Sumpta enim vtrobique est metaphora ab agricolis, qui de fructu laboris sui victitant, & operariis quibus diurni merces laboris penditur: & qui illic *labores*, hic *viæ* vocãtur, nempe humana studia & actiones. Tale illud, *qui seruat ficum, comedet fructus eius.* Prou. 27. 18. indicãs par esse vt qui operã in aliqua re cõseruanda ponit, fructum eius percipiat. Lege quæ dixi copiosè suprà. nunc addo similia. Esaiæ 3. 10. *Dicite iusto, quoniam benè: quoniam fructum adinuentionum suarum comedet. væ impio in malum; retributio enim manuum eius fiet ei.* Sic Osee 11. 7. vbi nos habemus longè aliter. Lxx. vertunt, καὶ φάγονται ἐκ τῶν διαβουλιῶν αὐτῶν, *comedent de cogitationib. suis*, seu *de consiliis suis.*

Terentius. Terentius,

Tute hoc intriuisti, omne hoc exedundum est tibi.

Plautus. Plautus: *ipsa sibi auis mortem creat.* De turdo loquitur, & honestiùs quàm Græci, qui χέσαι dicunt. Nam ex eius stercore viscum conficiunt:

Turdus. & alij Græci dicunt, de caprâ arcu corneo ictâ, contra semet ipsam cornua produxisse, κατ' ἑαυτῆς τὰ κέρατα. vide adag. Erasmi Chiliad.

Ausonius. 1. cent. 1. Ausonius:

Compedes quas ipse fecit ipsius vt gestet faber.

Ouidius. Ouidius alicubi pronunciat æquiorem nullam esse pœnam,

Quàm necis artifices arte perire sua.

Hoc cuidam Habundantio accidisse canit Claudianus, & diuinam laudat iustitiam lib. 1. in Eutropium aliquot exemplis accumulans celebria. Claudian.

Quàm bene dispositum terris, vt dignus iniquis
Fructus consilij primis authoribus esset.
Sic multos fluuio vates arente per annos,
Hospite qui cæso monuit placare Tonantem,
Inuentas primùm Busiridis imbuit aras,
Et cecidit, sæui, quo dixerat, hostia sacri.
Sic opifex tauri tormentoriumque repertor,
Qui funesta nouo fabricauerat æra dolori,
Primus inexpertum, Siculo cogente tyranno,
Sensit opus, docuitque suum mugire iuuencum.
Nullius Eutropius, quàm qui se protulit, antè
Direptas possedit opes, nullique priorè
Perculit exsilio, solumque hoc risit peregit
Authorem damnare suum . . . .
. . .

Porrò quod ait *consiliis suis saturandos*, significat abundantiam & multitudinem, non ipsorum consiliorum, hoc est, rerum quas appetebãt (vt Hebræi quidam explicant) sed potiùs suppliciorum illis consiliis debitorum. sic Hierony. Beda, Dionysius & Iansen. Nam *consilium* pro pœna consilij ponitur, sicut solet iudicium pro condemnatione, & peccatum pro peccati pœna in sacra Scriptura accipi; in qua *saturitatis* vocabulum, quam dixi repletionem significat. q. d. vsque ad nauseam, & vomitum. hoc paulo clariùs indicant hic Lxx. *sua ipsorum impietate saturabuntur*, hoc est, pœnâ

Sensus adagij.

Consilium pro pœna consilij.

pœnâ impietatis suæ replebuntur, πλησθήσονται. pro *consiliis*, vt Aquila vertit, Symm. & Theodor. transtulerunt διαβολίων, *calumniarum*. Chaldæus, vt noster accepit.

Alij explicant aliter, nempe multos in barathrum peccatorum incidere, quia vident impios omnibus in hac vitâ bonis abûdare: sic Abenezra & Liran. sed, vt fatetur Baynus, melior est prior expositio, quæ communior. Nempe prosperitatem vitæ præsentis causam esse cur sæpè in hac vitâ in grauissimas incidant difficultates; & diuitiis, honoribus, deliciis abutentes, semper (nisi resipiscant) vitæ æternæ faciant iacturam. Iob. 21. 7. *Impij subleuati sunt confortatique diuitiis*, &c. sed sequitur; *ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.* v. 13. psalmista verò eleganter hunc finem stultorum describit; *deiecisti eos dum alleuarentur. Quomodo facti sunt in desolationem, subito defecerunt: perierunt propter iniquitatem suam. Velut somnium surgentium, Domine, in ciuitate tua imaginem illorum ad nihilum rediges.* ps. 72. v. 18. cum seqq. Quod verò Chaldæus vertit *errorem* pro *prosperitate*; effectum pro causa posuit. Aquil & Symmachus τὸ ἄλυσις, vt noster. Lxx. ἐξεταστὴς, *examinatio*, quia vt aduersa, sic etiam prospera fortuna, examen est & probatio, vtrùm quis sit amicitia Dei dignus necne; vtrùm admittendus in regnum cœlorum, necne.

Altera explicatio.

Baynus.

Versionũ cõciliatio.

ADAG. CXLIV. Prosperitas stultos perdit.

EX EODEM CAPIT. VERS. XXXII.

Prosperitas stultos perdit.

MAgnæ sapientiæ est bonam bene fortunam ferre, & non efferri. Nihil magis inebriat, quàm prosperitas. Vt mel, sic inflat fortuna, & quia rotat assiduè, vertigine faciliùs affligit eos, qui in edito, haut scio, non audeo dicere, consistunt. nam plerique

. . . *tolluntur in altum,*
Vt casu graviore ruant. . . .

Quanto felicior, qui in imo sedet, sed sedet, & deprimi nequit, sed extolli. Nolo prophana accumulare, videri possunt, quæ Seneca noster in Herculis Oetæi choro 2. & Thyestæ act. 3. à v. 448. & olim ego vtroque loco in Aduersariis & Cõmentar. addidi. Sufficit quod sacra Scriptura dicit Prou. 3. 35. *Gloriam sapientes possidebunt: stultorum exaltatio, ignominia.*] Sic est, in hanc vertitur, vitio ipsorum; qui cùm timere debeant ceteros premunt, & putant potentiæ fructum aliis nocere. Sic odia comparant, & tandẽ ruunt. Prou. 16. 18. *Contritionem præcedit superbia: & ante ruinam exaltatur spiritus.* de quo illic plura. Eccles. 8. 9. *Interdum dominatur homo homini in malum suum,* cùm abutitur dominatione. Vis exemplum? Iafon sit bono tibi Hebræus, cui fuit exitio prosperitas, quia vanus homo *non cogitabat, prosperitatem aduersum cognatos, esse malum maximum.* 2. Machab. 5. 6.

Seneca.

ADAG. CXLV. Quærere ficut pecuniam, effodere ficut thesauros.

EX CAP. II. VERS. IV.

Quærere sicut pecuniam, & effodere sicut thesauros.

EX Laberio, & Publio, & Senecâ conflatus exstat liber sententiarum, quem *Prouerbia Senecæ* inscribunt. in iis legitur; *Vt aliquid auri extrahamus, terram peruertimus: vt summum bonum occupemus, scrutari pectus piget.*] Si

hoc, certè & istud Salomonis prouerbiis annumerandum de inuestiganda sapientia; *Si quæsieris eam, quasi pecuniam, & sicut thesauros effoderis illam.* quo vti licebit, ad summam curam & diligentiam in quærendo indicandam; qualis haut dubiè est auarorum, quibus nihil vnquam sufficit: eleganter hoc indicat noster ille in Herc. Oetæo;

Cupit hic gazis implere famem:
Nec tamen omnis plaga gemmiferi
Sufficit Istri, nec tota sitim
Lydia vincit; nec qua Zephyro
Subdita tellus, stupet aurato
Flumine clarum radiare Tagum;
Nec si totus seruiat Hebrus,
Ruráque dines cingat Hydaspes,
Intráque fuos currere fines
Spectet toto flumine Gangem.
Auidis, auidis natura parum est.

Sensus adagij. Prioribus ergo verbis cupiditas & sedulitas in quærendo; posterioribus significatur perseuerantia & inuictus in obstaculis remouendis labor. quantum enim necesse est vt subeant, qui metalla, cum summo vitæ periculo partim à ruinâ, partim ab aquarum irruptione, partim à subterraneis dæmonibus, auri custodibus (docui in Magicarum Disquisition. lib. 2. q...) audent effodere? ideo ferreæ ætati tribuunt Poëtæ auri effossionem, quia ferrei roboris, qui hoc primum ausi; canit auctor Octauiæ Annæus;

Metalli. fodinarũ pericula.

Senec.

Sed in parentis viscera intrauit sua
Deterior ætas, eruit ferrum graue,
Aurúmque . . . Optimè Hieronymus hic; *Qui thesauros effodit, eiicit rudera terræ, & facit in altum foueam, sedulo insistit labori, donec ad thesauros quos quærit attingat: & qui thesauros sapientiæ inuenire desiderat, quicquid sibi terrenum inesse deprehenderit, expurget, carnales illecebras abscindat, fossam in se humilitatis faciat, nec quiescat ab agẽdo priùs quàm se venã veritatis inuenisse cognouerit.*] Roberti Bayni verba digna sunt adiici, quoniam continent aliam quoque explicationem, & hanc eruditè pertractant; *LXX. & Hebræi habent pro* effoderis, scrutatus fueris: *vt idem sit sensus in vtraque clausulâ, nempe; si quæsieris eã tanto studio, tanto desiderio, quanto solent homines diuitias quærere. q.d. rem esse indignam, homines ad sapientiæ natos cognitionem, studio sapientiæ neglecto, opibus congerendis tanta auiditate vocare. Ad hunc locum alludere videtur parabola Euangelij: Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro. Inexhaustam videlicet indicans esse diuinarum rerum & scripturarum intelligentiam, vt quam nulla ætas aut hominum industria possit exhaurire, aut penetrare. Similitudines istæ de argento & thesauro huc spectant, vt ostendat, labores magnos, & animum inuictum exigi à iuuenibus in sapientiâ inquirẽdâ.*] sic etiam exponunt Origen. & Hieronymus & alij. Vide Salmeron. tomo 7. tracta. 10. Quod notauit de voce dissentientibus LXX. verum est: nam illi vertunt ἐξερευνήσῃς, *inuestigaueris, scrutatus fueris.* & Hebrææ vocis radix est חפש *chaphas*, quam noster, cùm in genere de quauis inuestigatione agitur, solet vertere *scrutari*: sed hîc, vt parabolæ vis seruetur, & modus laborioſus indicetur inuestigandi, sapienter vertit *effodere*, quod thesauris proprium, qui solent sub terra occultari: ideo pro thesauro Theodotion & Symm. τὰ ἀπόκρυφα, *abscondita*, nullo quoque sensus detrimento verterunt, vocis etiam radicem, quæ est טמן *taman*, *abscondit*, attendentes: LXX. tamen, vt noster, *thesauros* posuerunt, quia thesauri apud Hebræos in agris abscondi solebãt, vt indicatur Ierem. 41. 8. & Matth. 13. 44. inde vocantur *thesauri absconsionum*, Isai. 45. 3. hoc est, *absconditi*, sicut

Bayn. CLXV. Bayn.

I. explicatio.

Nostra versio defensa.

CXLVI sicut vertit noster. Quod verò vult Robertus vtraque similitudine idē significari; quod etiam visum Isidoro Clario, & Caietano: mihi non probatur: nam posterior addit anxietati laborem & sudorem, vt benè aduertit Iansenius, cum Hieron. Beda, & aliis. Simile prouerbium habemus Iob. 3.21. vbi Hebr. de verbo exstat, *& effodiunt eā pra thesauris absconditis*. noster vertit: *quasi effodientes thesaurū*. illos enim, qui mortem cupidè exspectant, & non venit, cōparat iis qui auidè scrutātur thesauros in terræ visceribus; quos mora mirè cruciat, & desiderium impellit porrò fodere: & vt fossores illi lætantur inuento thesauro; sic miseri, mortem nacti, vt portum naufragi, lætantur. Hæc simplicissima interpretatio, quam indicant Lxx. vertentes, *qui desiderant mortem, & non contingit illis, effodientes quasi thesauros, lati autem facti sunt si fuerint consequuti: mors verò requies.*] Aliàs illud quoque notum, *thesauri* nomine comprehendi, quod est cuique carissimum. vide Adag. 99.

Bayni sententia improbata.

Locus Iob. 3.20.

I I. Secunda interpretatio Bayni est, *similitudinem referri ad voluptatem quam homines capiunt inuento thesauro.*

III. Tertia, *referri ad inuictum studium & sedulitatem eorum, qui lucro dediti sunt; qui totis viribus, & omnibus studiis illò respiciunt, qui omnem opportunitatem captant opes augendi.*

Sed commiscet in vnum duo. nam vltimam similitudinem per se solam habere vim parabolæ iam ex Iobo & Matthæo ostensum.

ADAG. CXLVI. Sanitas vmbilici & irrigatio ossium.

EX CAP. III. VERS. VIII.

Sanitas vmbilici, & irrigatio ossium.

DIsplicet quòd cum Hebræis quibusdam Vatablus per *vmbilicum* intelligit totum corpus, eò quòd in vtero matris pueri per vmbilicum alimenta percipiunt. confundit enim diuersa duo, nec ossibus locum relinquit. Melius ceteri per ambo simul dicunt significari totius animæ sanitatē, quoad omnes eius partes, nobiles & ignobiles, debiles & robustas. Vt sit Metaphoricum adagium, significatum translatione de partium corporis sanitate petitâ. Sic Caietan. Hiero. Iansen. Peltanus, Arboreus, ceteri. Potest iuxta litteræ corticem, de totius corporis sanitate accipi. quia sanitas corporis pendet ex sanitate partium suarum, quæ vel teneriores sunt, vel robustiores. Teneriores sunt cor, hepar, splen, positæ iuxta vmbilicum, & ipse vmbilicus qui superiora membra superioribus connectit. Robustiora membra seu partes sunt ossa, loco basis & fundamentorum data corpori. *Vmbilico sanitatem* tribuit, quia vt debilis est, solet facilè & sæpe lædi, & noxæ quoque internæ index esse; *Ossibus irrigationem*, quia sanitas ossium medullæ pinguedine conseruatur, & quodammodo irrigatur: eáque deficiente ossa arefiunt, & sequitur tabes corporis, atque corruptio. Iungit etiam *vmbilico ossa*; vt significet & initium sanitatis, & conseruationem eiusdem. Initium, quia fœtus alitur per vmbilicum; conseruationem, quia ossa fœtum natum & adultum stabiliunt, & ab ipsorum conseruatione, reliqua corporis conseruatio dependet. q. d. sanum fiet corpus, & conseruabitur. Hebraicè noster optimè vertit, & meliùs *irrigationem*, quàm Pagnin. *medullam*, vel Lxx. ἐπιμέλειαν, *curationem*. meliùs etiam *vmbilicum*, quàm

Caietan. & alij.

Vatablus, Vmbilicus.

Defensa nostra versio.

שרר שר

Lxx. *corpus*. nam שרר *Schorer*, seu שר *Schor vmbilicum* significat, dictus quasi vinculum vel catena; quòd nodo vmbilici in medio sui non secus ac catenâ venter colligetur, vt reliquum corpus neruis atque ossibus: vnde vmbilici ruptura lethalis; ita Mercerus: & hoc sensu possemus hic sanitatem pro integritate accipere. q. d. non modò vitalis eris, & valetudine integrâ, sed etiâ robusto, & succi pleno corpore,

Nous expositio.

שקה שקוי

Hebræum שקה propriè significat potum dare, seu propinare, & de inanimis irrigare. Ideo שקוי hîc ab Aqu. vertitur ποτισμὸς, *potio*; à Symmacho πίετος, *pinguedo*. vt & Chaldæus: à Theodotione καταβρoχὴ, *irrigatio*; omnia eodem recidunt. nam hæc irrigatio sæpè in Sacra Scripturâ vocatur impinguatio seu pinguedo, vt mox docebo; & possumus sic interpretari versionem Lxx. nam agitur de curatione corporis, quam Galenus vocat ἐυμέλειαν σώματος; cuius non minima portio consistit in eo impinguando. Vnde & Latini dicebant *bene curatâ cute* hominem, cui contrarium illud, *reddunt curaturâ iunceas*. De medullarum pinguedine significatâ hîc per ossium irrigationem, habemus Iob. 21. v. 24. *viscera eius plena sunt adipe, & medullis ossa illius irrigantur*. Vbi lege Pinedam nostrum, cui tamen non assentior, per *vmbilicum* intelligenti viscera, ventrem, & abdomen: nihil opus vllâ Synecdoche, cùm omnes interpretes propriè accipiant, & accipi possit. sicut in illo Iob. 40. 11. *Fortitudo eius in lumbis eius, & virtus illius in vmbilico ventris eius*. Vbi *lumbi* propriè accipiendi non pro ossibus, vt non nemo hîc videtur insinuare; & agitur non de robore humani corporis, vt putat Iansenius, sed Metaphoricè indicatur Behemoth vis & robur ad res venereas, iuxta communem Patrum traditionem. Porrò per *pinguedinem* significari vbertatem, doctum suprà. per *ossium pinguedinem*, seu medullam eorum pinguem, denotatur bona habitudo ex animi lætitiâ nata, & cœlestibus charismatibus rigata. psal. 62. v. 6. *sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea*. Prou. 15. 30. *fama bona impinguat ossa*. nempe læto rumore. Symmachus lib. 3. epist. 55. *Dissentio à Mantuano, qui famam putat in malis debere numerari. Nam quid hac preclarius cùm latis nunciis rigat aure & mentem bonorum?* Eccles. 26. 16. *Gratia mulieris sedulæ delectabit virum suum, & ossa illius impinguabit.*] Lætitia enim bonum succum parat benè concoctis humoribus, & medullam suppeditat, quam ossium alimentum esse docent Aristoteles & Galenus: *Animus gaudens ætatem floridam facit: spiritus tristis exsiccat ossa*, Prou. 17. 22. quia vitalem calorem, qui lætitiâ moderatâ alitur, absumit, & ita nutritionem partium minuens, ossium maximè tabem inducit, vt alibi dictum. Iob. 30. 30. *Ossa mea aruerũt pre caumate*. ps. 101. v. 4. *Ossa mea sicut cremium aruerunt*. Vide suprà.

Concilia-tio versio-num.

Locus Iob. 21. 24. Pineda.

Locus Iob 40. 11.

Iansenius.

Pinguedo.

Ossiũ pinguedo.

Locus Prou. 15. 30.

Lætitiæ ope-ratio.

Locus Prou 17. 22.

Vsus adagii. Arboreus.

Medulla verò Adagionis nobis proponitur optimè ab Arboreo, significari primò, eum qui Deum timuerit, & à peccatis abhorruerit, paulatim de virtute ad virtutem adolescere, & euadere in virum sapientiâ consummatissimum. *Sic Arbor.*

I I.

II. Opera imperfecta à minimis culpis purgabuntur (hoc significat vmbilicus) perfecta verò fient pura, illibata, & illæsa (hoc ossa indicant.) *hæc est Dionysij Carthus.*

I I I.

III. *Vmbilicum* significare partes animæ sensitiuæ, motus & affectiones,

nes, quæ timore Dei & moralibus virtutibus refrænantur; ossa verò, virtutes partis intellectiuæ, quibus ipsa perficitur. *Sic Dionys. & Iansen.*

Dionys. Iansenius.

IV. Sanitate *vmbilici* intelligendam bonam animæ dispositionem in prosperis; & irrigatione ossium, eiusdem in aduersis constantiam. *Sic Lyran.*

IV.

Lyranus.

V. Est Bayni, interiores hominis virtutes, & externa opera significari, iuxta Dauidis illud ps. 6. *Sana me, quoniam conturbata sunt ossa mea, & anima mea turbata est valde.* hic per *vmbilicũ* intelligit animam, hoc est, concupiscẽtiam & libidinẽ, quæ in iuuenibus maximè aduersatur animæ sanitati; per ossa, omnia corporis membra agilia reddita ad omnia virtutis opera: & hæc omnia præstari à Dei timore. Meliùs sane quàm Isidorus Clarius & Vatablus, qui solam corporis sani bonam habitudinem putant significari. Et illa Bayni etiam placuit Iansenio.

V.

Baynus.

Isidor. Cl. Vatablus.

Sed meliùs adhuc spiritalis intelligentia separatur ab ipso litteræ cortice, vt communiter censent Doctores; & in Metaphoris, semper sonus verborum à sensu dispescendus. ideo placet interpretatio Peltani nostri, quæ sit.

Peltanus.

VI. Si quis ita vt præcedentibus versibus præcepit, se comparauerit, vitámque ad eum modum instituerit; tunc omnes animæ vires sanabuntur. & per virtutum habitus ad optimum statum reducentur: toti homini interiori, & omnibus eius partibus benè erit.

VI.

VII. Est restringentium omnia ad opera, vt faciebat secunda sententia, & D. Hieron. qui paulò aliter, nempe infirmitas operis ad statum perfectionis conualescet. (hæc per vmbilicum) & fortia quæque acta, vnde amplius roborentur, accipiẽt. (hæc per ossa.) sic etiam Beda totidem verbis, & vtraque glossa.

VII.

Beda.

EX EODEM CAP. VER. XII.

ADAG. CXLVII.

Quem diligit Dominus, corripit.

Deus quẽ diligit, castigat. Sensus adagij.

PRo adagio recipit Theodoret. in c. 12. ad Hebr. & sanè consolatorium adagium est, sed fidelibus peculiare, nam ab Apostolo id Seneca didicerat, cui fuit familiaris. scribit lib. de diuinà prouidentia c. 2. *Non vides quanto aliter patres, aliter matres indulgeant? Illi exercitari iubent liberos ad studia obeunda maturè, feriatis quoque diebus non patiuntur esse ociosos, & sudorem illis, & interdum lacrymas excutiunt. At matres fouere in sinu, continere in vmbrâ volunt; nunquam flere; nunquam contristari, nunquam laborare. Paternum Deus habet aduersus bonos viros animum, & illos fortiùs amat; & operibus, doloribus ac damnis exagitat, vt verum colligant robur.* & cap. 4. verbis planè aureis: *Ipsis Deus consulit, quos esse quàm honestissimos cupit, quoties illis materiam prabet, aliquid animosè fortitérque faciendi. Ad quam rem opus est aliquæ rerum difficultate. Gubernatorem in tempestate, in acie militem intelligas. Vnde possum scire, quantum aduersus paupertatẽ tibi animi sit, si diuitiis diffluis? Vnde possum scire, quantum aduersus ignominiam, & infamiam, odiũque populare, constantia habeas, si inter plausus senescis, si te inexpugnabilis, & inclinatione quadam mentium pronus fauor sequitur? vnde scio, quàm æquo animo laturus sis orbitatem filiorum, si quoscumque sustuliſti, vides? Audiui tẽ, cùm alios consolareris: tunc conspexiſ-*

Seneca.

sem, si te ipse consolatus esses, si te ipse dolere vetuisses. Nolite obsecro vos expauescere ista, quæ Dij immortales vel vt stimulos admouent animis. Calamitas virtutis occasio est. Illos meritò quis dixerit miseros, qui nimiâ felicitate torpescunt; quos, velut in mari lento, tranquillitas itineris detinet. Quicquid illis inciderit, nouum veniet. Magis vrgent sæua inexpertos. Graue est non assuetis ferre cernicibus iugum. Ad suspicionẽ vulneris tyro palleſcit: audaciter veteranus cruorem suum spectat, qui scit se sæpe vicisse post sanguinem. Hos itaque Deus, quos probat, quos amat; indurat, recognoscit, exercet: eos autẽ quibus indulgere videtur, quibus parcere, molles venturis malis seruat.] quàm benè, si de futuræ vitæ præmiis, & pœnis rectè sensisset: si hîc exerceri, vt delicta luant, vt illic coronentur: si non Deos Diis miscuisset, & Vticensem laudasset, quòd seipsum interemisset? verè itaque dixi, Christianorum peculiarem hanc doctrinam esse; & ab iis Senecâ sumpsisse, quæ de illo, & ex illo retulit Lactantius lib. 5. diuinar. institut. cap. 23. *Si quis autem scire volet plenius, cur malos & iniustos Deus, potentes, beatos & diuites fieri sinat; pios contra, humiles, miseros, inopes esse patiatur? sumat eum Senecæ librũ, cui titulus est,* Quare bonis viris multa mala accidant, cùm sit prouidentia? *in quo ille multa, non planè imperitia seculari, sed sapienter ac penè diuinitus elocutus est.* Deus (inquit) homines pro liberis habet: sed corruptos & vitiosos luxuriosè ac delicatè patitur viuere, quia non putat emendatione suâ dignos. Bonos autem, quos diligit, castigat sæpiùs, & assiduis laboribus ad vsum virtutis exercet, nec eos cæducis ac mortalibus bonis corrumpi, ac deprauari sinit. *Vnde nemini mirum videri debet, si pro nostris sæpe delictis castigamur à Deo: imò verò cùm iactamur ac premimur, tum maximè gratias agimus indulgentissimo Patri, quòd corruptelam nostram non patitur lõgiùs procedere, sed plagis ac verberibus emendat. Ex quo intelligimus esse nos Deo cura, quibus, quoniam peccamus, irascitur.*] Passim hoc indicãt sacræ paginæ. Iob. 5. 17. *Beatus homo, qui corripitur à Deo: increpationem ergo Domini ne reprobes. Quia ipse vulnerat, & medetur; percutit, & manus eius sanabunt.* Sanè percussione ipsa sanat, & vulnerando curat animi vulnera, more periti chirurgi qui scalpello brachium sauciat, vt virus educat; & cauterio inurit, ne cauma proserpat. Obseruatum id ab auctore lib. 2. Machab. c. 6. 12. *Obsecro autem eos, qui hunc librum lecturi sunt, ne abhorreſcant propter aduersos casus, sed reputent ea, quæ acciderunt, non ad interitum, sed ad correptionem esse generis nostri. Etenim multo tempore non sinere peccatoribus ex sententiâ agere, sed statim vltiones adhibere, magni beneficij est indicium. Non enim, sicut in aliis nationibus Dominus patienter expectat, vt eas, cùm iudicij dies aduenerit, in plenitudine peccatorum puniat: ita & in nobis statuit; vt peccatis nostris in finem deuolutis, ita demum in nos vindicet. Propter quod nunquã quidem à nobis misericordiam suam amouet: corripiens verò in aduersis populum suum non derelinquit.*] Apocalyp. 3. v. 19. ait Deus: *ego, quos amo, arguo & castigo.*] *Quos*, positum pro quoscumque. Nam Græce est ὅσους. videndus etiam Rupertus in Malach. cap. 1. in princi. Et ex hoc loco Prouerb. petito argumento B. Paulus ad Hebr. 12. à v. 5. *& obliti estis consolationis, quæ vobis tanquam filiis loquitur, dicens: fili mi, noli negligere disciplinã Domini: neque fatigeris dum ab eo argueris. Quem enim diligit Dominus, castigat: flagellat autem omnem filium quem recipit.*] sequitur B. Paulus

Lactant.

lus versionem Lxx. quam cum nostra facilè conciliabis, si dicas, Lxx. sensum magis spectasse quàm singula verba, & eum præclarè reddidisse etiam retentâ lectione Hebræa quæ hodie exstat, & quam Hieron. & Chaldæus secuti. וכאב, & non erit necesse dicere duplicem fuisse lectionem, & Lxx. legisse היכאב *hichib*, vt voluit hîc Iansenius, & vult Leo Castrius Apolog. lib. 5. de quo plura ibi dixi in prælectionib. in epist. ad Hebr. interea legite Riberam ad d. c. 12.

Ribera.

Contrà quos Deus odit, grauissimæ pœnæ loco imputat illis non irasci, Ezech. 16. 42. sed dimittere illos secundùm desideria cordis eorum, ps. 80. 13. nec visitare super peccantes, Osee 4. 14.

Correptionis diuinæ vtilitates. Dion. Richelius.

Vtilitates huiusmodi correptionis diuinæ in vnum velut fascem vir sanctissimus & scriptorum multitudine nobilissimus, Carthusiæ decus Dionysius Richelius breuiter colligauit. Castigationes has, & disciplinas, per morbos, egestatem, persecutiones, & alias aduersitates atque tribulationes, debere nos æquo animo perferre, vt virgam fidelissimi & indulgentissimi patris. I. quia per ista purgamur à vitiis. II. quia per hæc crescimus in virtutibus. III. quoniam per hæc à futuris grauissimis eripimur pœnis. IV. quia per ista capiti nostro propter nos passo aliqualiter cõformamur. V. quia per hæc corona æternæ felicitatis nobis augetur. VI. quia per hæc efficimur in spirituali conuersatione exercitati. VII. quia ex horum euentu cognoscimus charitatem patris cœlestis in nos, qui ob tam multiplicem fructum & vtilitatem, nos sic erudit.] vides quanto pleniùs à Spiritu sãcto docti, quàm sæculi sapientes, & Latinitate turgidi, huiusmodi pertractent. Qui plura volet, legat S. Hieronym. in illud cap. 6. Osee, *In tribulatione suâ mane consurgent ad me.* D. Augustin. variis locis psalmorum, quę congerit Beda ad d. c. 12. ad Hebr. S. Paulinum epist. 10. & S. Gaudentium in Præfat. ad Beneuolum.

S. Hieron. & D. Aug. S. Paulin. S. Gaudẽtius.

Vlu receptum Prouerbium de Parentibus, Magistris, Curatoribus, Dominis, qui sibi commissorum salutem non negligunt: & indicare volunt meliora esse verbera amantium, quàm odientium oscula dolosa. Eccl. 30. v. 1. sed de hoc plura dicam infrà.

Vsus adagii.

EX EODEM CAP. VER. XVIII.

ADAG. CXLVIII. Lignum vitæ.

Lignum vitæ.

AB arbore illâ vitali, de quâ Genes. 3. 22. cuius sumptione fructuum, vita homini in plurimos annos poterat extendi (de qua illic in comment. egimus) deduxerunt Hebræi parœmialem locutionem, vt quæcumque forent valdè salutaria corpori aut animæ, hoc est, quæ vitam præberent sempiternam: aut saltem præsentem hanc faciunt iucundiorem & diuturniorem; ea vocarent *lignum vitæ*: quasi dicerent, hoc significatum fuit mysticè per illam vitæ arborem in paradiso Dei plãtatam. Exemplum habemus hîc, vbi vocatur sapientia *lignum vitæ*, quia possessoribus suis est causâ salutis æternæ: quod de sapientia incarnatâ, nempe CHRISTO, capiunt Origen. in ep. ad Roman. cap. 6. lib. 5. D. Ambrosius lib. de Paradiso cap. 1. D. Augustin. lib. 13. de ciuita. Dei cap. 21. & lib. 1. contra aduersarium legis & prophetarum cap. 15. & disertissimè S. Leo. epist. ad Michaël. Imp. cap. 25. S. Gregor. lib. 12. Moral.

Vsus adagii.

Origenes & alij.

ral.cap.48. Eucherius lib. 1. in Gen. cap.13.D.Hieronymus in c.65.Isaię, probant;quia CHRISTVS se *lignum viride,vitamque* vocat,& ab Apostolo vocatur *sapientia Dei*:& quia per CHRISTVM viuificatur Ecclesia: *cuius & nunc sacramentis, carnis & sanguinis,pignus vitæ accipit,& in futuro præsenti beatificatur aspectu.* Sic idem Hierony. hic,seu Beda, vtraq; glossa,& Dionysius,& Arboreus,& Baynus: ex Græcis idem voluit Andreas Cæsar.in Apoc.Alij exponunt virtutē sapientiæ & prudētiæ quæ à vitâ gratiæ,ducatu suo, perducat ad vitā gloriæ,sic Liran. & idē Dionys. sic etiam Caietan. hîc vult describi virtutem conseruatiuam vitæ spiritualis,quam habet sapiētia:eo quòd sicut lignum vitæ conseruabat vigorem vitæ corporeę à defectibus senectutis; ita sapientia conseruat vitam internam animæ à pronitatibus peccandi. De eâdem etiam sapientiâ diuinitùs infusâ capiunt Iāsenius & Peltanus: à quo non abhorret S.Augustinus lib. 2. de peccatorum meritis cap. 21.

Hieron.& alij.

Alia expositio.

Ego de vtraque posse capi puto: sed meliùs saltem præcipuè de æterna sapientia incarnatâ, propter id quod sequitur v. proximo, *Dominus sapientia fundauit terram*, &c.

Auctoris sententia.

Apocal.2.7.habemus eodem modo dictum, *vincenti dabo edere de ligno vitæ.* Vbi licèt Primasius interpretetur de cruce Domini; & Paschasius de sacramento Eucharistiæ lib. de corp. & sanguine Christi, cap.7. vera tamen & litteralis expositio est de beatificâ Dei visione,in qua consistit vita æterna, vt benè noster Ribera ibi num. 11. & Saa in Scholis. & tenuit Arethas Cæsarienſis in eum locum.

Locus Apocal. 2.7.

Primas. Paschasius.

Ribera. Saa.

Et, vt scias sapientiam creatam vocari posse *lignum vitæ*, habes infer. cap. 11. 30. *fructus iusti lignum vitæ*; quia iustus dictis & factis suis alios ad virtutem excitat, & sic illis & sibi immortalitatem comparat. Prætera obseruauit Ribera, *lignum vitæ*, etiam de mortali vitâ vsurpari, quæ videlicet læta & iucunda sit.Prou. 13. 12. *Spes,quæ differtur, affligit animam: lignum vitæ desiderium veniēs.*q.d. instar morientis est, quem desideria dilata cruciant: sed reuiuiscere videtur præ lætitiâ, cùm obtigit quod optabat. Sanè cui omnia ad votum succedunt, solet diuturnioris esse vitæ, iuxta illud Hispanicum, *Voluntad es vida.* Prouerb. 15. 4. *Lingua placabilis lignum vitæ:* hoc est, lingua placida, quæ iram lenit & placat dolorem, est similis ligno vitæ; primò, quia reducit alios ad concordiam, & impedit rixas & pugnas, vnde sæpè cædes: secundò, quia ipsi loquenti causa est lætitiæ, & quietæ conscientiæ, & sic facit vt hic diutiùs & iucundiùs vitam transigat.

Locus Prou.13. 12.

Locus Prou.15.4.

EX CAP. IV. VERS. XVI.

ADAG. CXLIX. Non dormiunt nisi male fecerint rapitur somnus ab eis nisi supplantauerint.

Non dormiunt nisi malefecerint: & rapitur somnus ab eis nisi supplantauerint.

SIc vertit noster:pro *supplantauerint*,Hebr.est.נכשילו *Iachsilu,ruere fecerint*,nempe scandalo, vel fraude aliâ,quod sensu non differt. Noster ad luctatorem dolosum respexit: Chaldæus & alij ad lapidem, qui incautis, vel quia occultus, vel quia lubricus, est labendi causa. LXX. pro, *nisi supplantauerint*, vertunt,*& non dormiunt.* Sanè fuisse hîc lectionis varietatem etiam notant

Conciliatæ versiones.

Masso

Massoretæ: sed non video quomodo tanta fuerit, nam illi solùm loquuntur de *vau* in *iod* mutato: vt verò conueniat cum, καὶ ὃ κοιμῶνται, necesse foret pro אם-לא יכשולו *prostrauerint*, seu, ad lapsum impulerint, repetiisse id quod præcessit לא ישנו, inter quæ quid distet scribendo legendóque nemo non videt. Putabam L x x. eodem quo nostrum modo legisse, sed more linguæ suæ primò, καὶ δέ, pro ἐὰν μή, *& non*, pro *si non*, vel *nisi*, posuisse, & Græcam vocē actiuè seu effectiuè vsurpasse, κοιμῶνται pro κοιμῶσι: *cubare fecerint, sopori dederint*: alios, à verbo κοιμάω, quod significat κοιμίζω *sopio*, somno dedo me vel alium, somno inquam vel propriè dicto, vel metaphorico. Sensus ergo L x x. tunc erit, fugere ab illis somnum, nisi alios vel occiderint, vel malè multatos vulneribus aut vexatione alia in terram, quasi stratum, proiecerint. habes quid simile in Amphitruone Plauti, vbi fictus Sosia verum territans ait:

אם לא יכשולו לא ישנו

Sensus adagij.

Plautus.

Agite pugni, iam diu est, quod ventri victum non datis,
Iampridē videtur factum, heri quod homines quatuor
In soporem collocastis nudos.

& paulo pòst, cùm dixisset idem;

Quid si ego illum tractim tangam vt dormiat?

respondet verus Sosia . . . . *seruaueris.*

Nam continuas has tris noctes pernigilaui.

Si cui hæc ratio conciliandi L x x. cum Hebræo fonte & nostro, longè petita videatur, aliam accersat de vicinià. sed moneo à se petat. Commentaria veterum & recentiorum sunt hic muta, nec quidquam adferunt. Prudentiora illà, sed ego liberalior.

Hoc rectè aduerterunt, hac locutione indicari malam consuetudinem ex habitu in naturam conuersam, quibus videlicet peccare iam ludus, cibus, & potus & quies sit: qui in viscera & sanguinem impietatem conuerterint, qui nec volunt, nec possunt viribus suis deserere cœpta; non magis quàm Æthiops pellem, vel pardus maculas mutare. sic Dionys. Caietan. Arbor. Baynus, Vatab. Isidorus Clarius, Iansen. Peltanus. Vis adagij inde pendet, quòd qui aliquid anxiè optāt vel curant, nequeunt somno se dare, nisi statim voto satisfaciant. Sic enim inferiùs inuenias dici Prou. 6. 4. *Ne dederis somnum oculis tuis, nec dormitent palpebræ tuæ.* ne quiescas donec te expedieris, hoc omnibus præuertat. Virgilius propè accessit, canens;

Dionys. Caiet. & alij.

Vis adagij.

Virgilius.

Et si non aliquâ nocuisses, mortuus esses.

& Aristophanes in Vespis:

Aristophanes.

ἢν μ' ἀπὸ τοῦ πρώτου καθίζηται ξύλου,
ὕπνου δ' ἐμοὶ τῆς νυκτὸς, οὐδὲ παπάλιν.
Ligno nisi fors primus ille assederit,
Somni videt nil nocte, non vel paspalam.

Paspala est minutissimus arenę puluisculus. Ligno lignea mensa significatur. describit eum qui amat primum accubitum. Huc etiam pertinere volunt illud Iuuenalis, *Quibusdam somnum rixa facit:* dormire nequeūt nisi priùs rixati. Vix quidquam est elegantioris locutionis aut tropi in profanis, cuius non cernas clariùs impressa vestigia in Sacris libris.

Paspala.

ADAG. CL. Non declinare ad dexteram, neque ad sinistram.

EX EODEM CAP. IV. VERS. XXVII.

Ne declines ad dexteram, neque ad sinistram.

Vtra multiplex adagij, Hieron.

ATtigi Adagio XXIX. Sed vsum multiplicem non indicaui: id nunc faciam ex Hieronymo, qui copiosè hoc loco hisce verbis; *Dextera via, bona; sinistra verò, reproba. Non ergo dexteram viam ambulare, sed ad dexteram declinare prohibemur. Declinat enim ad sinistram, qui iniustus est: declinat ad dexteram, qui sibi vult arrogare quod iustus est.* (en primum) *Declinat ad dexteram, qui de suis viribus præsumit: declinat ad sinistrã, qui præ sua fragilitate se saluari posse desperat.* (en secundum) *Declinat ad sinistram, qui stultitiæ famulatur: declinat ad dexteram, qui vult plus sapere quàm oportet sapere; quod & de ceteris virtutibus ac vitiis eodem modo intelligitur.*] en tertium. Eadem omnia Strabus & Beda, & sequitur etiam Arboreus. Primum duntaxat placuit glossæ interlineari. Secundum & tertium Salonio, apud quem mendosè legitur *iniustitia* pro *iustitia*.

Strabus. Beda. Arboreus.

Salonius.

D. August. IV.

Quarta expositio est D. Augustini, *declinare ad dexteram*, qui vt libertatem arbitrij stabiliant, gratiam Dei tollũt, ad sinistram, qui sic gratiam Dei extollunt vt liberi arbitrij vires despicientes, quasi de gratia Dei securi liberè se peccatis dent: hi de Dei misericordia, illi de suis viribus & iustitia præsumunt. hæc multis D. Augustinus lib. 2. de peccator. meritis & remissione cap. 35. & epist. 47. quæ est 2. ad Valentinum, vbi hunc locum Salomonis accuratè discutit, & breuiter q. 48. in Deuteronom. hanc sequuntur etiam Arboreus & Peltanus, & Saa. Hodie possumus vti in excitatis quæstionibus de auxilio, significantes sic incedendum, vt nec ad Pelagianos, nec ad Lutheranos vel Caluinianos deflectatur.

CL.

Quintò, vt nec prosperis efferamur, nec aduersis frangamur. Sic Liran. Arboreus, Clarius, Baynus. V. Liranus & alij.

Sextò, vt nec amicorum studio, nec inimicorum odio nimiùm tribuamus. Sic Rob. Baynus. VI.

Septimò, ne prosperitate impiorum, aut aduersitate piorum, à Deo auertamur. Sic Benedictus in Schol. VII.

Verùm hæ omnes sunt inadæquatæ interpretationes, & quasi exempla quædam mentis huius loci Salomonis: integram & adæquatam expositionem prodidit S. Hieronymus in Isaiæ cap. 30. cauendum ne modum excedamus excessu, vel defectu, sed regiâ incedentes viâ, medium in quo virtus posita est, tenentes, quasi per rectam lineam incedamus, vt qui per catadromum decurrunt. hæc placuit Dionysio, Caietano, Iansenio, & P. Saa. Facit huc quod Delphis inscriptum templo inter Apollinis præcepta, μηδὲν ἄγαν, *ne quid nimis*. quia, vt ait Plautus, Modus omnibus in rebus optimus, & omnia nimia nimium exhibent negotium hominibus. Varro scribit illo Dephico nos moneri, facere ad mortalium modum medioxumè. Pulchrè Alpheus Mitylenæus,

VIII. S. Hieron. Dionys. Caiet. & alij. Μηδὲν ἄγαν Varro Alpheus Mitylenæus.

ὃ γέργω βαθυλήϊος ἀρόσας,
οὐκ ὄλβον πολύχρυσον, εἶα Γύγης.
ἀστάρκεσς ἔραμαι βίε μακρῆνε.
τὸ μηδὲν ἄγαν, ἄγαν με τέρπει.
Non agros cupio mihi feraces,
Non aurum veluti Gygis: sed illum

CL.

lum
Qui mi sufficiat, Macrine, victum:
Illud, Nil nimium, nimis suaue est.

facit etiam ad ea probandum, consilium Dædali, quod Icaro filio dedit, alas adaptans, apud Nasonem;

Me pennis sectare datis: ego præuius ibo:
Sit tibi cura sequi, me duce tutus eris:
Nam sine atherias vicino sole per auras
Ibimus, impatiens cera caloris erit:
Siue humiles propiore freto lactabimus alas,
Mobilis aquereis penna madescet aquis.
Inter vtrumque vola: medio tutissimus ibis.

Horatius. Sic etiam Horatius lib. 2. od. 20.

Rectius viues, Licini, neque altum
Semper vrgendo, neque dum procellas
Cautus horrescis, nimium premendo
Littus iniquum.
Aurea quisquis mediocritatem
Diligit; tutus caret obsoleti
Sordibus tecti, caret inuidendâ
Sobrius aulâ.

Seneca. Sit ergo tibi lector in animo Votum Senecæ;

Temperem Zephyro leui
Vela, ne pressa graui
Spiritu antennæ tremant:
Lene, sed modicum fluens
Aura, nec vergens latus,
Ducat intrepidam ratem:
Tuta me mediâ vehat
Vita decurrens viâ.
Quicquid excessit modum
Pendet instabili loco.

Prudentiæ & pietatis modum non tenuisse mihi hoc loco videntur Baynus, qui in vulgato contextu, sequentes duos versiculos prætermisit, Lyranus, qui illos de textu esse negauit; Caietanus, qui superfluos esse pronunciauit. ratio illorum vnica, quoniam non sunt in Hebræo contextu, nec in Chaldæâ Paraphrasi. Ideo etiam in Bibliis Regiis Arias Montanus, & in suis Complutenses omiserunt. Vnde iuxta illas editiones sequeretur ista; *Vias enim, quæ à dextris sunt, nouit Dominus: peruersa verò sunt quæ à sinistris sunt. Ipse autem rectos facit cursus tuos: itinera autem tua in pace producet.*] Sequeretur, inquam, nihil horum esse partem Sacræ Scripturæ, aut vulgatæ D. Hieronymi versionis: quod post Tridentinum concilium foret error in fide. nam Ecclesia vt partem vulgatæ recepit, vt pote quæ habentur in omnibus (quod sciam) manuscriptis, & in editionibus optimis Louaniensi, Parisiensi, & (quod caput est) Romanâ; & legerunt Salonius, Beda, Strabus, Anselmus, Carrensis, Richelius, & alij expositores: & olim in Ecclesia lecta patet ex D. Hieronymo in cap. 10. Ecclesiast. S. Augustino dd. locis, & D. Chrysost. hom. 8. ex variis in Matthæ. olim tamen Patres isti amplexi sunt ex auctoritate LXX. quam versionem tunc Ecclesia sequebatur: hodie verò nos amplectimur vt partem ipsius vulgatæ versionis, & ideo indubitatam Sacræ Scripturæ partem. ideo cauendum ne obelum iis præfigamus, vt factum quibusdam Parisiensibus & Belgicis editionibus.

Vulgata deficiens. Baynus notatus, & alij.

ADAG. CLI. Labia mel distillãtia.

EX CAP. V. VERS. III.

Labia distillantia mel.

Vsus adagij. VSurpatur de iis qui blando alloquio decipiũt. Vt de scortis, d.v. 3. *Nopheth thittophnah Schipethe zarah.* נפת תטפנה שפתי זרה. Ideo Diogeni dicitur *mellitus laqueus*, sermo qui ad gratiam compositus, Laërtius lib.6. de amore: sic Plautus;

Mellitus laqueus.

Plautus. *Namque ecastor amor melle & felle est fœcundissimus:*
Gustu dat dulce, amarum ad satietatem vsque oggerit.

Lucretius. Lucretius:

... Sepè etã medio de fonte leporum
Surgit amari aliquid, quod in ipsis fontibus angat.

Martinus de Roa, & alij. Vide Martinum de Roa lib. 1. singular. cap. quinto. Adagium de sapientia hũius mundi, Hieron. Beda, & vtraque glossa explicant post Hesychium lib.1.cap.2. qui de Gentilium & Iudæorum litteris capit: & de hæresi Origenes Hom. 8. in Ezech. alij de carnis deliciis: sed (vt ait Baynus) potest etiam de insano mulierc ularum amore simpliciter intelligi; quæ dulcibus suis verbis animum virilem effæminant, & veluti spiculis veneno tinctis cor ipsum ad perditionem fauciant. (Sic Isidorus Clarius) hoc sufficiat. Contra meretricularum amorem multa hic sanctè & vtiliter disserit Arboreus, quæ ab illo peti possunt.

Alia adagiũ explicationes.

Isid. Cl. Arboreus.

CLII. Sensus adagij.

CONstat dici solere de re, quæ valde molesta & tristis sit, ac simul peremptoria; vt hîc de meretricio amore: nam gignit vermem conscientiæ, quo nihil amaricantius, aut molestius, vt capit hunc locum Origen.hom. 12. in Ezechiel. & cum opum dilapidatione, corpus morbis grauissimis & sæpè lethalibus afficit, & animæ æternam necem infert. De absinthij amaritudine legi possunt Plinius lib. 27. Nat. hist. cap. 7. Ruellius lib.1.de Nat. stirpium, qui cap. 20. dictum vult ab ἅπτω, *tangere*, quòd nullum animal ob amarorem attingat absinthium. Veteres Comici ἀψίνθιον, ἀνάψινθιον, *importabile*, vocabant. Vide etiam Leuinum Lemnium lib. de herbis biblicis cap. 17. vbi peritè notat, absinthij nomine tristia quæque & noxia, tetra, calamitosa, in sacris litteris designari solere; & hunc locum, & alios adducit: vt Apoc.7.10. Vbi quia vis exhalationum decidens, in modum stellæ conformata, tertiam aquarum partem amarore infecit amarissimo, instar absinthij, ideo vocata fuit stella *absinthium*, & ab eâdem herbâ deducitur aliud adagium, *Potare* seu *inebriare absinthio*, de quo dicitur infrà.

Absinthij amaror. Plinius. Ruellius.

Leuinus Lemnius.

Potare absinthio.

Illud obseruandum, si hæc duo velis capere vt diuisa, tunc vtroque significari culpæ & pœnæ debitæ malum; si verò simul ambo vt vnum Adagium, tunc *absinthio*, malum culpæ; *gladio ancipiti* verò mortem corporis & animæ, hoc est, malum supplicij significari.

Autoris sententia.

ADAG. CLII. Amara quasi absinthium, & acuta quasi gladius biceps.

EX EODEM CAP. V. IV.

Amara quasi absinthium, & acuta quasi gladius biceps.

ADAG. CLIII. Bibere aquam de cisternâ suâ.

EX EODEM CAP. VERS. XV.

Bibe aquam de cisterna tua.

Eun

EVndem sensum exprimit quod sequitur, *& fluenta putei tui.* Nec sensu discrepant L x x. ὑπὲ πίνε ὕδατα ἀπὸ σῶν ἀγγείων, καὶ ἀπὸ σῶν φρεάτων πηγῆς, *fili bibe aquas de tuis vasis, & de tuorum puteorum fonte.* Sed vt noster, ita quoque Aqu. Symma. & Theodot. λάκκου. Hieronymus in Ezech. cap. 32. *bibe aquam de tuis aquis.* vt citatur in Notis Romanis hîc, fortassis mendosè. nam in meo libro habetur, *vasis.* maximè accommodata textus seriei interpretatio est, moneri eos qui se continere nolunt, aut cælibem vitam agere, vt matrimonio legitimo iungantur, & voluptatem puram, fœcundam & honestam hauriant ex honorabili connubio & immaculato thoro, iuxta Hebr. 13. nec diffluant illicitâ & cœnosâ libidine. Sic explicant Hieronym. Beda, & Glosſ. interlin. & ex Hebræis Vatablus & Clarius; item Baynus, Iansenius, & Peltanus & Saa. Rectè limpidis, & scaturientibus, & domesticis aquis nuptias cõfert; quia, vt aquis sitis corporis, sic nuptiis æstus concupiscentiæ extinguitur. Vt aquæ limpidæ cœno carent & non inebriant; sic debet thorus legitimus carere luto zelotypiæ, & cœno immunditiæ; & insano ac belluino appetitu, qui per equi & muli libidinem solet exprimi; & intemperanti amore, qui inebriat animum de vino (vt dici solet) proprio. Sicut non nisi per aquarum irrigationem proborum fructuum fertilitas prouenit: Sic non nisi per coniugium, filiorum copia; nam scortatio, & reliquæ sordes fœcunditati potiùs obsistũt. Sicut denique qui salutaris fontis scaturiginem habent domi: obsoletas & fractas vicinorum cisternas non adeunt: sic cui pudica domi est vxor, si sapit, abstinet polluto & maculoso thalamo alieno. Nec præceptum hîc vllum ponitur omnibus coniugij, sed coniugij bona narrantur, & coniugatis præcepta coniugio vtendi præscribuntur.

Sensus 3. adgij.

Hieron. & alij.

Secundam interpretationem inuenio, & vsum adagij, quo monentur homines de suo, non alieno viuere, & epulari; Viue, ait, de tuo labore, hoc tibi iucundius & vtilius futurum, quàm si catillorum more quadram alienam secteris. Ne prodigas tua in voragines illas diabolares. Sic ferè Caietan. & Arboreus.

II. Interpretatio. Vsus adagij.

Caiet. Arboreus, & alij.

Tertiò, nõ deest qui de gratiâ habituali, & infusâ vel acquisitâ sapientiâ interpretetur. Sic Dionysius Carthusianus, quod valdè mysticum est, nec satis cohæret. tamen aliquid tale insinuat S. Ambrob. lib. de Paradiso c. 3.

III.

Quartum paulò melius est, nẽpe mystico sensu, per *cisternam* intelligi noui & veteris testamenti doctrinam; & *putco* profunditatem eiusdem doctrinæ, *aquis* sapientiæ huius abundantiâm, quæ non aliunde petenda, quàm ex domo nostrâ, hoc est, Ecclesiâ Catholicâ; non ex cisternis fractis & cœnosis hæreticorum: sic B. Salonius, & Strabus hîc, & præiuit S. Augustin. lib. 2. contra Cresconium Grãmaticum, cap. 14. & hæc videtur fuisse Origenis hom. 12. in Numer. cap. 21.

IV. Mysticus sensus.

B. Salonius, & alij.

EX EODEM CAPIT. VERS. XIX.

ADAGIA CLIV.

Cerua charissima & gratissimus hinnulus.

Cerua charissima & gratissimus hinnulus.

VErborum hîc quoque, nõ sententiæ aliqua diuersitas est,

V. Verborū diuersitas in textu.

nam Hebraicè de verbo habes, *cerua amorum, & hinnulus* (seu ibix) *gratiæ* אילת אהבים ויעלת חן *Aieleth ahauim veiaghalath chen.* Lxx. *Ceruus amicitiæ, & pullus tuarum gratiarum,* ἔλαφος φιλίας καὶ πῶλος σῶν χαρίτων. Vbi Nobilius in Latinâ versione illud σῶν omisit, quod tamẽ extat in Vaticanâ Græcâ, & in Aldino; pro quo in Complutẽsi est: πῶλός σου, *pullus tuus*, quod Latina versio illic ad equinum pullum restringit, *pullus equi tui*, maluissem *equuleus tuus*; scio πῶλος vocari *pueros puellasque*, & quidem etiam *fœminas*, sed vel *innuptas*, vel *prostitutas*: & meo arbitrio Lxx. vocem latiùs acceperunt: quam etiam feris accõmodari, vt onagris, elephantisque, notius est quàm vt debeat probari. Dico latiùs accepisse, vt Hebrææ voci *Iaghalah* respõderet, quã patet dici de feris, & nunquam de equis, ideo solet sumi vel de ibicibus seu rupicapris; & ipsi Lxx. & Hieron. *cervos* vertunt psl. 103. 18. vt & hic Theodot. & Symmachus, & 1. Reg. 24. 3. Hieronymus vertit *ibices*. Sed Iob. 39. 1. Lxx. *tragelaphos*. Hierony. *ibices*. R. Dauid & alij Hebræi conueniunt, significare *hircum siluestrem*. cur ergo nullo freti exemplo ad pullum equinum restringunt vocem Græcam, quæ latiùs patet: & non Lx x. ex aliis locis interpretantur? Certum etiã est capreæ & hinnulli ceruini vocem accommodari genialibus & amatoriis compellationibus, cui idcirco sponsus à sponsâ comparatur cantici extremo, vbi nõnulla dicta mihi in commentar. & c. 2. v. 7. c. 3. 5. c. 4. 5. cap. 7. 3. Putarem suaderi hoc adagio fidem & amorem atque concordiam coniugalem, quasi dicat, vxor tua sit tibi charissima, & tu illi amabilissimus; quod non malè cohæret cum sequentibus; sed quia Hebræa vox est fœminini generis, sequor communem interpretationem hæc ambo ad ipsam vxorem reducentium; vt sit sensus, vxor tua sit tibi in deliciis, sit tibi dilectissima, gratissima & gratiosissima. Puto hic *iaghalah* non significare *ibicem*, neque *tragelaphum*, nam in illis nihil est amari dignum, mera feritas sunt, & deformitas; quæ vehementer abhorrent à re vxoriâ. Apud Dauidem & Iobum valet illa significatio; & habes descriptiones rupicaprarum (*steinbocken* vocant Germani) apud Ælianum lib. 6. cap. 34. & apud Plinium lib. 8. cap. 53. Nam Strabo lib. 4. longè aliud genus feræ describit. *Musion* Sardiniensis etiam differt ab ibice, & à rupicaprâ, etsi hoc conueniat loco huic, quòd eleganti formâ oblectet aspectum: an hanc feram certè extra Sardiniam vix notam *iaghalah* vocarint sacri libri, viderit Montanus, qui id asserit, & citatur à Pineda nostro ad d. vers. 1. nu. 2. ego de hinnulis ceruinis malim capere, vel dorcadum pullis, aut damulis tenellis, quæ in hoc siluestrium caprearum genere sunt in deliciis, & quarum venatio iucunda, vtilis, & expers periculi. Nec sine causa subdit hinnulum matri: solet enim senio forma vxorum fieri deterior, & amor maritorum minui, vt Deianira conqueritur:

Vt alta syluas forma vernantes alit,
Quas nemore nudo primus inuestit tepor:
At cùm solutos expulit boreas Notos,
Et sæua totas bruma decussit comas,
Deforme solis aspicis truncis nemus:
Sic nostra longum forma pereurrens iter

Alter.

Steinbocken Germanorũ. Ælianus Plin. Strabo.

Musion Sardiniẽsis.

Montan. Pineda.

Lxx. versio.

Hieron. & alij.

Sensus adagij ex sententia authoris.

Depen-

Deperdit aliquid semper, & fulget minùs
Malisi, minus est. quidquid in nobis fuit
Olim petitum, cecidit, & parùi labat,
Materq; multùm rapuit ex illo mihi,
Ætas citato senior, & rapuit gradu.

Senect. Seneca in Oetæo. Huic ergo incommodo occurrit sapiens, & monet vt vxorem sic diligat anum, quemadmodum iuuenem dilexerat. Sit illi semper iuuenis, & gratiosa. Crescat verus & castus amor cum ætate. Memini me (nisi me fallit memoria) nescio quid simile apud Ausonium in epigrammate quodam legisse, vbi hoc votum, vt nunquam ipse vxori, nec vxor ipsi senes videantur. Hinc enim senium, & iurgia. Facile illud in iis qui vxoris virtutes, magis quàm formam amant, & credunt Tragico suadenti;

Ausonius.

Probitas, fidésque coniugis, mores, pudor,
Placeant marito. Sola perpetuò manent
Subiecta nulli mentis atque animi bona.
Florem decoris singuli carpunt dies,

In Octauiâ. qui sic animo comparati, his certè

Amor perennis coniugis casta manet:

Sed qui formâ impulsi dumtaxat duxêre;

Hac vbi imminuta est, illi suum amorem alìo conferunt.

Meritò itaque consuluit, vt vxor sit semper animo mariti sicut hinnulus, gratiosa. Meritò etiam ceruæ charissimæ meminit, multis de causis; quia cerua est animal amabile suâ mansuetudine & quadam philãthropiâ. I I. quia cerui & ceruæ amor est vehemens & singularis. III. Cerua felle caret. I V. Promptè sibi opitulantur. V. Cùm flumina traiiciunt, mutuò caput & collum sustinent V I. Fœmine mari fidę sunt, eúmque sequuntur. V II. Si coniugio timuere suo, bella gerunt, vt Atridæ, V II I. Pudoris curam gerunt, & non nisi secretò congrediuntur. I X. Ceruus post coitum se abdit in aliquâ scrobem, & non nisi ablutus redit ad pascua. X. Post conceptum cerua congressu abstinet, prolis satagens. Quæ omnia facile foret ex Aristotele, Ælian o, Oppiano, Plinio, Seneca, & aliis comprobare; sed huiusmodi repono in Hierophysicam commentationem. Docentur ergo hoc adagio coniuges mutuam beneuolentiam, amorem, mansuetudinem, amabilitatem, innocentiam, mutuũ auxilium, & inuicem onera perferre, fidem præstare thoro, promptum obsequium, verecundiam, & non libidinis, sed propagandi generis causâ vti matrimonio. Quo sensu dici potest illud Probi Imp. vxorem necessitatis, non voluptatis nomen esse.

Ceruorũ.

Vsus adagij.

Vxor, necessitatis non voluptatis nomen.

EX CAP. VI. V. I.

ADAGIVM CLV. Sponsor defigit manũ, & se illaqueat.

Sponsor manum defigit, & se illaqueat.

SIc enim formari potest ex his Salomonis, *Fili mi, si sponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum manum tuam, & illaqueatus es verbis oris tui, & captus propriis sermonibus.* Sic etiam sonant Hebræa, & vertit Symmachus. Pro *defixisti apud extraneum manum tuam*, Chaldęus; *promisisti soluere extraneo manu tua*; & quidam Græci; ἐπήξας ἐν ἀλλοτρίαν χεῖρά σου, *infixisti in alienam manum*

Ceruæ natura.

manum tuam; hoc est, te nexum tradidisti, alluſione ad debitores, qui vt ex lege XII. tabul. apud Romanos, sic etiam apud Indæos creditoribus in seruitutem addicebantur. Pro, *illaqueatus es verbis oris tui*, clarè Lxx. *Laqueus enim fortis viro propia labia.* Vnde illud Accursij Florentini,

Accursius Florentinus.

Verba ligant homines, taurorum cornua funes.

& Belgica phrasis, *ick heb my verbonden.* Notandum etiam verbum *defigendi*, quo noster vsus, quod solemne in malis carminibus, vt docui in Magicarum superstitionum disquisit. vt sensus esse possit, sic te alieno iuri permisisti tuis verbis, sicut solent, qui diris defixionibus vinciuntur. Simile quid dicitur Prou. 1. 15. *affligetur malo, qui fidem facit pro extraneo: qui autem cauet laqueos* (sponsionis) *securus erit.* Eccles. 8. 16. *Non spondeas supra virtutem tuam, quod si spopõderis, quasi restituens cogita.* & 29. 23. & seq. in hanc sententiam non pauca habemus, vt & Prou. 17. 18. *Stultus homo plaudet manibus, cùm spoponderit pro amico suo*: hoc est, lætabitur quasi re benè gestâ sibi rectè consuluerit, cùm tamen hoc facto nectendas manus prębuerit. Sed apertiùs cap. 22. v. 26. *Noli esse cum his qui defigunt manus suas, & qui vades se offerũt pro debitis: si enim non habes vnde restituas, quid causa est vt tollat* (creditor) *operimentum de cubili tuo?* vbi, *defigere manum*, est subire vicem debitoris, & si ille non soluerit, creditori vi fideiussionis facere potestatem, vt liceat ei sponsorem manu asserere, & velut seruum nectere. Quanquam Hebræa quoque possunt pro *defigere manum*, verti, *manum stipulando conferere*; dum accipias de stipulatione fideiussoria, vt expressè d. v. 26. Chaldæus, *Ne pepigeris manum tuam in fideiussione.* & Lxx. *Ne dederis te ipsum in sponsorem erubescens vultum* (scilicet petentis vt pro ipso spondeas) *si enim non habueris vnde soluas, accipient lectum, qui sub lateribus tuis.* Ideo Delphici Apollinis templo aureis litteris inscripserant; ἔγγυα, παρὰ δ' ἄτα, *sponde: noxa præsto est.* quod Plinius lib. 7. cap. 32. exponit, vt est in quibusdam libris, *comitémque aris alieni atque litis* (hoc est, sponsorem atque vadem) *esse miserum.* vtpote cui vt plurimum sit luendum, quod pollicitus. Laërtius lib. 1. tribuit Chiloni, vt & Ausonius qui sic exprimit, *Sponde: noxa est præsto tibi*: de quo etiam Plato in Charmide. Epicharmus apud Clementem lib. 6. Strom. dixit. *Sponsio est noxæ filia, sponsio verò damni.* ἐγγύα ἄτας θυγάτηρ, ἐγγύα δὲ ζαμίας. Adagiographus hac de re plura. Porrò non damnatur fideiussio, quæ est ex operibus misericordiæ, si debitæ adsint circumstantiæ, sed damnantur intempestiuæ, temerariæ, & inuoluntariæ fideiussiones. Sic Caietan. Ianſen. Peltanus. Sed Beda, & alij veteres mysticè exponunt de præceptoribus & prælatis, qui curam aliorum in se receperunt.

Inscriptio templi Delphici. Plinius.

Laërtius. Ausonius.

Plato. Epicharmus.

Sponsionis dira.

Mystica expositio.

Sensus adagij.

Defigere manum.

EX CAP. VI. VER. VI.

ADAG. CLVI. Vade ad formicam piger.

Vade ad formicam piger.

ARbitror in crebro vsu fuisse, vt est hodie. Sanè Patres libẽter hoc prouerbiali sermone vtuntur, cùm ad sedulitatem, & prouidam necessariarum in senio rerum curam iuuenes adhortantur, etiam spiritualis annonæ bonorum operum quæ nos morientes comitentur. Sic D. Augustin. siue quis alius serm. 17. ad fratres in Eremo.

Sensus adagij.

CLVT. S. Cyrillus Hierosolymitan. Catechesi 6. de Monarchiâ Dei. S. Antiochus in Pãdecto. hom. 36. Theodoretus sermo. 5. de prouid. in prin. D. Augustin. siue quis alius sermon. 17. ad fratres in Eremo. S. Basilius homil. 9. in Hexam. & ex eo D. Ambros. lib. 6. Hexam. cap. 4. cuius adscribam verba; vt hæc philoponia meliùs intelligatur: *Exigua est formica, quæ maiora suis audet viribus: neque seruitio ad operandum cogitur, sed spontanea propositio prospicientia futura alimentorum subsidia sibi præstruit. Cuius vt imiteris industriam, scriptura commonet te, dicens*, Confer te ad formicam, ô piger, & æmulare vias eius, & esto illâ sapientior. *Illa enim nullam culturam possidet, neque eam quæ se cogat habens, neque sub domino agens: quemadmodum præparat escam, quæ de tuis laboribus sibi messem recondit: & cùm tu plerumque egeas, illa non indiget. Nulla sunt ei clausa horrea, nulla impenetrabiles custodiæ, nulli inuiolabiles acerui. Spectat custos, furtáque prohibere non audet: aspicit sua damna possessor, nec vindicat. Nigro conuectatur agmine præda per campos, feruent semitæ comitatu viantium, & quæ comprehendi angusto ore non possunt, humeris grandia frumenta truduntur. Spectat hæc Dominus messis, & erubescit tam parca pia industriæ negare compendia.*] in his verbis facilè lector videas alludi ad Maronis locum, quem cape ex IV. Æneid.

Virgilius

Ac veluti ingentem formicæ farris aceruum
Cùm populant hyemis memores, tectóque reponunt,
It nigrum campis agmen, prædámque per herbas
Conuectant calle angusto, pars grandia trudunt
Obnixa frumenta humeris, pars agmina cogunt,
Castigántque moras, opere omnis se-
mita feruet.

ibi in commentar. notat Seruius versum Iuuenalis:

Formicâ quidam tandem expauêre magistri.

Horatij verò quæ adfert verba, sunt ex Sat. 1. Iuuenalis, Horatius.

Ille grauem duro terram qui vertit aratro,
Perfidus hic caupo, miles, nautæq; per omnes
Audaces mare qui currunt, hac mente laborem
Sese ferre, senes vt in otia tuta recedant,
Aiunt, cùm sibi sint congesta cibaria: sicut
Paruula, nam exemplo est, magni formica laboris,
Ore trahit quodcunque potest, atque addit aceruo,
Quem struit, haut ignara & non incauta futuri;
Quæ simul inuersum contristat Aquarius annum,
Non vsquam prorepit, & illis vtitur antè
Quæsitis patiens.

quod de prænotione futuri significat, D. Ambrosius d. c. 4. sic confirmat; *Nouit etiam formica explorare serenitatis tempora. Nam cùm aduerterit madidos imbre fructus suos humescere, explorato diligentiùs aere, quãdo iugem possit seruare temperiem, acernos referat suos, & de cauernis foras suis humeris exportet, vt iugi Sole propria frumenta siccentur. Denique haut quaquam illis diebus omnibus rumpi de nubibus imbres videris, nisi cùm fruges suas horreis propriis formica renocauerit.*] Omnia hæc veteres confirmant, Aristoteles lib. 9. de hist. animal. Ælianus de Nat. animal. lib. 2. & 6. ex quibus multa Bustamantius lib. 5. de reptilibus cap. 1. cum seqq. pleraque vnus Plinius breuiter cõplexus lib. 11. cap. 30. *Si quis cõparet*

D. Ambr. Serenitatis explo. ratio per formicam.

Aristot. & alij.

onera (frumenti grana) *corporibus, fateatur nullis portione vires esse maiores. Gerunt ea morsu; maiora, auersæ postremis pedibus moliuntur, humeris obnixa. Et iis reip. ratio, memoria, cura. Semina arrosa condunt, ne rursus in fruges exeant è terrâ: maiora ad introitum diuidunt, madefactâ imbre proferunt atque siccant. Operantur & nocte plenâ Lunâ: eadem interlunio cessant. Iam in opere qui labor? qua sedulitas? & quoniam ex diuerso conuehunt, altera alterius ignara, certi dies, ad recognitionem mutuam, nundinis dantur. Qua tunc earum concursatio? quàm diligens cum obuiis quadã collocutio atque percontatio? Silices itinere earum attritos videmus, & in opere semitam factam, ne quis dubitet qualibet in re quid possit quantulacunque assiduitas. Sepeliuntur inter se viuentium sola prater hominem.*] Vides quàm multa doceant formicæ. 1. opus misericordiæ iusta mortuis curare. 2. assiduitate durissima vinci. 3. vitam socialem, & amicitiæ curam. 4. laborem ac sedulitatem. 5. tempestiuè quæuis & suo agere tempore. 6. prudẽter conseruare parta. 7. quod nequeas robore, id industriâ perficere. Ideo ad illius scholam nos mittit Sapiens hìc & cap. 30. 25. *Formica, populus infirmus, qui præparat in messe cibum sibi.* Bardesanes Syrus apud Eusebium lib. 6. præparat. Euangeli. fol. 161. *μύρμηξ καὶ φύσιν εἶδε χειμῶνος παρόσης, καὶ δι' ἐλπὶς θερείας κάμων, ἀποτίθεται ἑαυτῷ τροφὰς, καὶ ὁμοίως πάντες μύρμηκες ἐργάζονται.* formica naturæ instinctu propter hyemis aduenientis suspectionem, totâ æstate laborat reponens sibi cibaria, & similiter omnes formicæ operantur. Theocritus:

μυρμάκων ὅτι πλῆθος ἀὴ κίχυται μεγέντων.

Idem etiam docet aliud adagio receptum, quo monemur hominem homini carum esse debere, sicuti CLVI.

τίτθῳ μὲν τίτθη γε φίλος, μύρμηκι δὲ μύρμηξ.

Cicada quidem cicada amica, formica verò formica.

Phocyllidis quoque versus 153. citatur, sed careo exemplari. Porrò Manichæi abutebantur hoc loco ad φιλαργυρίαν stabiliendam frustrà: & Adimantus ex Euangelio carpebat: sed hic moderata futuri cura suadetur, à CHRISTO verò immodica reprehenditur, scilicet quæ vel impedit curam regni Dei, vel ei præponitur, vt benè Maldonatus ad Matth. c. 6. in fine. D. Augustini responsio lib. contra Adimantum c. 24. mystica est.

EX EODEM CAPITE. VERS. XI.

ADAG. CLVII. Veniet quasi viator egestas, & pauperies quasi vir armatus.

Veniet tibi quasi viator egestas, & pauperies quasi vir armatus.

ADagium est quo pigris minamur improuisam, & quã euadere, vel cui resistere nequeant, paupertatem: metaphora duplex, vna à viatore, à forti armato altera: de vtraque sic siue Hieron. siue Beda: Beda. 1. *Egestas & pauperies pœna est vltima in qua damnati nihil diuitiarum merẽtur, quæ* quasi viator *veniet, quia improuisa & subitanea: quasi* vir armatus: *quia deuinci perpetuò non potest. Patet iuxta litteram, quia pigritia est nutrix egestatis & penuria.*] sequuntur vtraque gloss. & Dionysius etiam quoad mysticum sensum; quoad litteram idem tenent Liran. Caietan. & Saa & alij. Duæ hic sunt Hebræorum expositiones, quas suggerunt Vatablus, & Baynus; & ambas videtur iungere Liran. & alij. Duæ expositiones Hebræor.

CLVII. iungere voluisse Peltanus; Vna est; dici, si quis parco & modico somno vtatur, non superuenturam ei paupertatem vel inopiam, &, si superuenerit, citò transituram, more viatoris aut militis qui est in procinctu. hæc placuit Isidoro Clario, sed haut dubiè deterior est. Altera verò est; homini pigro repentinam egestatem superuenturam, & paupertatem ineuitabilem, quam domo eiicere nequeat, non magis quàm armatum se fortiorem. hanc Baynus meritò præfert; & ego sequor. Scio virum eruditum in Singular. lib. 3. cap. 2. aliter interpretari: vult enim *viatorem* poni non pro eo qui iter agit, sed pro actore, qui olim magistratibus aderat, ciues arcessebat & prehendebat, quos in Præfat. Columella describit: quos Regum & Iudicum apparitores Sacra Scriptura notat *cursores* vocari, vt infrà c. 24. v. vlt. & *emissarios*. 1. Reg. 22. 25. & probat, quia Latina vox hoc significet, & Lxx. confirmét. & Theodot. *hastiferum*, Sym. *virum clypei* vertit; & Chald. *virum rectum*, q.d. speculatorem aut satellitem. Itaque exponit Hispanicè hoc sensu; Nihil minùs opinantẽ inuadet te paupertas, similis apparitori, cui data est potestas à iudice, debitum à te exigendi, tẽque pignoribus captis coërcendi, & (si necesse) omnia sub hastà bona tua distrahẽdi, tẽque spoliandi, non aliter quàm miles in captam ciuitatem vi irrũpens, & obuia quæque diripiens, nec quicquam domus antiquis dominis derelinquens; sic ille cuncta tua populabitur, nihilque tibi reliquum faciet. Ingeniosè fateor: sed non minùs accommodatè, aut verè. Nam licèt Chaldæus duas comparationes in vnam confundat, quem nescio an hac in re sequitur; tamen id repugnat nostræ versioni, & Lxx. & Hebræo, deinde illud

II. III. IV. Viator. Columella. Alia expositio.

vir rectus, quod Chaldæus ponit pro *viatore*, & simul pro *armato viro*, quasi foret *vir armatus*, non fauet huic nouæ explicationi. Symmachus verò cùm vertit, ὡς ἀνὴρ ἀσπιδοῦχος, *vt vir clypeatus*, & Theodotion qui ὡς ἀνὴρ δορυφόρος, *vt vir hastatus*; non reddunt Hebræum כמהלך *chimhellech*, pro quo noster vertit *quasi viator*: sed vertunt alterum כאיש מגן *ceisch magen*, quæ non erant inuicem supponenda, vt nec Lxx. confuderunt, qui pro priore, habent καλὸς δρομεύς, id est, *viator grauis & molestus*, quia nihil de aduẽtu præsignificauit, vel venit incõmodo tempore, & pro posteriore, ἀγαθὸς δρομεύς, *bonus cursor*. Latina verò vox frequentiùs apud Ciceronem & alios, significat eum qui facit iter, & in Sacra Scriptura nusquam ponitur pro huiusmodi apparitore. Denique Hebræum huic significationi, quam Lxx. secuti, & omnes Hebræi, etiã recentiores, fauet. Nec illi *emissarij* vocati nomine deducto ab *Halach* הלך quod simpliciter significat ire, vel ambulare, sed 1. Reg. 22. 25. habetur רצים *Ratzim*, à *Rotz* רוץ. At verò Prou. 24. v. vlt. vbi eadem hæc sententia repetitur, nomen est ab eãdem radice deductum, vbi cùm noster verterit *cursorem*, patet de celeri viatore accipiendum. Lxx. illic vertunt de simpliciter antecedente, & quasi præeunte. & hoc sensu Caietan. & Clarius cum nostro, *cursorem*, Vatablus & Baynus *viatorem* vertetunt, eodem modo quo nos explicãtes, vt & Iansenius, rectè admonens, hoc conforme esse sententiæ Hesiodi, cui *fames est individua comes ocij & desidiæ*. sed & nuditas, vel pannosum pallium. Sic Prou. 19. 15. *Pigredo immittet soporem, & anima dissoluta esuriet*. & 23. 21. *vestietur pannis dormitatio*, scrutis & laceris pannis, vt est Hebr. ὃς

Symmachus Theodot. Caiet. & alij.

Græ. vestientur dormitantes ac pigri. sic etiam sumuntur *dormientes* Isai. 56. 11.

ADAG. CLVIII. Vade ad apem.

EX EODEM CAP. SECVNDVM LXX. interpretes.

Vade ad apem.

Sensus adagij.

ADdam Adagium simile illi de formica, non vt Sacræ Scripturæ indubitatam partem, sed vt magnæ authoritatis sententiam, & quam olim Patres maximi fecerunt: qua monemur, magnâ curâ operi nobis mandato incumbere, & non modò nō segniter, sed etiam industriè œconomiæ curam gerere, & partis bonis non ad luxum, & intemperantiam, sed parcè atque sobriè ad necessitatē dumtaxat vti. Desunt quidem Hebræis Chaldæisque codicibus & nostræ vulgatæ versioni: sed in translatione LXX. continentur sequentia, certè aurea: *Vade ad apem, & disce quomodo operaria est: operationem quoque quàm venerabilem facit; cuius labores Reges & idiotæ ad sanitatem afferunt. Appetibilis autem est omnibus, & clara, etiam cùm sit robore infirma, sapientiam honorans erecta est.*] pro idiotis D. Hieronymus *imperitos*, D. Ambrosius vertit *mediocres*. citant enim hunc locum S. Basilius Hexame. hom. 8. D. Hieronym. in Ezech. cap. 3. & D. Ambros. lib. 5. Hexam. cap. 21. Non legitur in Regiis & Complutensib. editionibus Lxx. sed legitur in Aldinis, & Vaticanis codicibus: & eum in mente habuit D. Hieronymus epist. ad Rusticum quarta, non alium, quem illic suggerit Erasmus ex Eccles. cap. 11. qui Siracidæ est, non Salomonis. Et arbitror in hymno Paschalis cerei, fortassis ab Ecclesiâ ex hoc loco apiculam laudari, & in officio B. Cæciliæ cani, *quasi apis argumentosa Domino deseruisti.* describit elegantissimè Virgilius in Georgicis, libro vltimo; describit vir sanctissimus Ambrosius d. cap. 21. & ex Virgilio describit. Vbi sunt, qui, vt me carperent, Theologum negabant poëtarum riuis scripta sua rigare debuisse. fors ipsis nec Hieronymus, nec Nazianzenus, nec Basilius, nec Ambrosius sunt Theologi; & mallēt illos Barbariem, quàm Athenas Atticas, aut purum Latium olere. fruantur iudicio suo. Similes habēt labra lactucas. Quod de D. Ambrosio dixi, docebit collatio, & oculis subiiciet fidelibus. Ambrosius; *Magna hæc, sed quanto in apibus maiora, quæ sola in omni genere animantium, communem omnibus sobolem habent, vnam omnes incolunt mansionem, communis patria clauduntur limine, in commune omnibus labor, communis cibus, communis operatio, communis vsus & fructus est, communis volatio.* At Virgilius;

Sola communes natos, consortia tecta
Vrbis habent, magnisque agitant sub legibus æuum,
Et patriam sola, & certos nouēre penates:
Omnibus vna quies operum, labor omnibus vnus:
Manè ruunt portis: nusquam mora: rursus eadem
Vesper vbi è pastu tandem decedere campis
Admonuit, tum tecta petunt, tum corpora curant.

S. Ambrosius: *Opus ipsum suaue de floribus, de herbis dulcibus fundamina prima ponuntur. Quid enim aliud est fauus, nisi quædam castrorum species? denique ab his præsepibus apum fucus arcetur. Quæ castra quadrata tantum possunt*

Theologorum scripta poëtarum riuis rigata.

Ambrosius.

Virgilius.

D. Ambrosius, & alij.

CLVIII *possunt habere artis & gratiæ, quantum habent crates fauorum, in quibus minuta ac rotundæ cellulæ connexione sui inuicem fulciuntur? Quis enim architectus eas docuit hexagonia illa cellarum indiscreta laterum æqualitate componere, ac tennes inter domorum septa ceras suspendere, stipare mella & intexta floribus horrea nectare quodam distendere?* Explicat artificium fauorum, propter quod Maro dixerat,

---grandæuis oppida curæ,
Et munire fauos, & Dædala fingere tecta.

Dædalum. Apis Dædala. Nam *Dædalum* Latinis quicquid artificiosum. ideo Claudianus apem *Dædalam* vocauit. artificium verò hoc architectonicum describunt Aristot. & alij. accuratè Aristoteles lib. 9. Histor. animal. cap. 40. Varro lib. 3. de re rusti. cap. 16. & Plinius lib. 11. c. 10. Verba multa inserit Maronis, ex hisce; *...deinde tenaces*

Suspendunt ceras
...alia purissima mella
Stipant, & liquido distendunt nectare cellas.
-- agmine facto
Ignauum fucos pecus à præsepibus arcent.

Apis virginalis integritas. Ambrosius: *Communis omnibus generatio, integritas corporis virginalis omnibus communis, & partus; quoniam neque vllo concubitu misceturnec libidine resoluuntur, nec partus quatiuntur doloribus, & subitò maximum filiorum examen emittunt è foliis & herbis ore suo prolem legentes.* Virgilius autem;

Illum adèo placuisse apibus mirabere morem,
Quòd nec concubitu indulgent, nec corpora segnes
In Venerem soluunt, aut fœtus nixibus edunt:
Verùm ipsæ foliis natos, & suauibus herbis
Sufficiunt, aulásque & cerea regna refigunt.

Addit Ambrosius; *cernas omnes certare de munere, alias inuigilare quærendo victui, alias solicitam castris adhibere custodiam, alias futuros specularí imbres, & specularí cursus nubium, alias de floribus ceras fingere, alias infusum floribus rorem ore colligere.* At Virgilius;

Apum labor, & studium.

Venturæq; hyemis memores; æstate laborem
Experiuntur, & in medium quæsita reponunt:
Namque alia victu inuigilant, & fœdere pacto
Exercentur agris....
Sunt quibus ad portas cecidit custodia sorti,
Inq; vicem speculantur aquas, & nubila cæli,
Aut onera accipiunt venientum.

Apum fides. Denique de fide in Regem D. Ambrosius: *Regem suum summâ protectione defendunt, & perire pro eo pulchrum putant. Incolumi Rege nescium mutare iudicium, mentem inflectere: amisso, fidem seruandi muneris derelinquunt, atque ipsæ sua mella diripiunt, quòd is qui principatum habuit muneris, interemptus est.*] & de hac obseruantia præcesserat: *Non Indi, non populi Sarmatarum tantam quantam apes reuerentiam deuotionis obseruant, vt nulla è domibus exire audeant, in nullos prodire pastus, nisi rex fuerit egressus, & volatus sibi vindicauerit principatum.*] Virgilius disertè:

Rege amisso muneris sui derelicto. In regem reuerentia.

Præterea Regem non sic Ægyptus, & ingens
Lydia, nec populi Parthorum, aut Medus Hydaspes
Obseruant: rege incolumi mens omnibus vna est:
Amisso, rupère fidem, constructáque mella
Diripère ipsæ, & crates soluère fauorum.
Ille operum custos: illum admirantur, & omnes

F. diripuere.

Circumstant fremitu denso, stipántque frequentes:
Et sapè attollunt humeris, & corpora bello
Obiectant, pulchrámque petunt per vulnera mortem.

Apis doctrina.

Vides, quæ ab apibus discenda. I. concordia, & in communi vita socialis. II. diligentia & industria in suâ functione. III. noxiorum constans depulsio, & vitatio. IV. amor castitatis. V. fides & obseruantia in magistratus. VI. fortitudo, & vitæ contemptus pro republicâ aut Principe suo. Qui volet ista fusiùs tradita, legat Aristotelem, Varronem, Plinium, locis præfatis. Plura possunt colligi ex versiculis elocutione rudibus, sed sensu plenis veteris versificatoris,

Sedula, parca, breuis, vox maior corpore, mel dat,
In grege sub rege est, perit vnctа, renuit aceto;
Crure secat, stimulat, vitam cum vulnere ponit:
Casta facit prolem, pede cassa est, florida pascit;
Nascitur ex tauro; sexangula mœnia condit,
Fumos, fœtores, strepitum fugit, & lapides fert
In venos. &c.

Hugo Carensis. Apis & prædicatoris cõparatio.

Quæ cuncta Hugo Carensis Cardinalis in cap. XI. Eccles. ver. 3. (vbi de api quædam) accommodat prædicatori, quem api simillimum esse debere docet. eum lege. item infer. adag. *breuis in volatilibus.*

ADAG. CLIX. Ignis in sinu non potest abscõdi, quin combures vestimẽta.

EX EODEM CAP. VER. XXVII.

Non potest homo abscondere ignem in sinu, quin ardeant vestimenta.

CLIX.

CONuenit adagium in eos qui domi malum aliquod intestinum alunt, & putant se illæsos fore. Hebr. est, *Numquid accipiet vir ignem*, vt vertunt recentiores; sed melius noster expressit; nam חחה propriè est capere ignem ex foco in vas vel alium locum, in quo illum concludat & foueat. Ideo Lxx. vertunt, ἀναδήσει, *alligabit*, Aqui. Symm. & Theodot. *subagitabit*, nempe vt conseruetur calor eius, vt foueatur. Prouerb. 25. 22. vbi eadem est vox Hebræa; noster vertit; *prunas enim congregabis super caput eius*, Lxx. σωρεύσεις, *coaceruabis*, *accumulabis*, quod sequitur B. Paulus Rom. 12. 20. vbi noster vertit, *congeres*, ideo etiam melius noster d. v. 22. vertit, quàm recentiores, *accipis*, vel *capiens*: coguntur enim subaudire, & *ponens*, quod nobis non est necesse. Solet restringi adagium vt plurimum ad amorem prauum, quem per ignem sacra Scriptura solet significare, Iob. 31. 12. *Ignis est, vsque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina.* sicut enim flamma deuastat domum aut syluam penitùs: sic adulterium cõsumit omnia, substantiam, nomen, amicos, vitam præsentem futuramque; sæpè etiam posteros & legitimam stirpem. Aliam rationem reddit D. Gregorius, quam refert P. Pineda, ibi in doctiss. commentariis. S. Maximus serm. 39. de mulieribus refert Pythagoræ dictum, *in ignem & in mulierem incidere æquale periculum esse.* Quò spectat illud Comici, *accede ad ignem hunc, & calesces plus satis.* Nam de amicâ loquitur. & sic exponit ipse sapiens v. sequ. & B. Nyssenus lib. de vitâ Moysis in fine: ideo qui de hæresi accipiunt, Hierony. Beda, Strabus, mysticè interpretantur, eo quòd hæresis sit adultera veræ fidei. Sensum litteralem plerique censent esse

Vsus adagij.

חחה

Adagij adaptatio.

Adulterij mala.

D. Greg. Pineda. S. Maximus.

Ignis & mulier æquale periculũ.

Mystica interpretatio.

Sensus litteralis.

esse de meretrice, aut adultera, & veri peccati maculâ, vt glossâ interlin. Dionys. Liran. Arbore. alij de punitione, nam vt plurimum hîc maritum vltionem sumpturum, semper verò Deum, quem latere nõ possit. Chaldæus, Iansen. Saa, & Peltanus. Fatentur tamẽ etiam vlteriùs extẽdi (vt egregiè Baynus obseruarat) nempe ad eos qui cum proximi vxore nimis frequenter & familiariter versantur, quasi forent à periculo securi, hos enim admoneri, vt caueant. Nam id minimè securum esse. etsi enim crimen non committant, famæ tamen & nominis iacturam facere, & malæ suspicionis causam præbere, & intestini sæpe dissidij inter coniuges flammas fouere, denique semper versari in grauissimo discrimine, quod qui amat, tandem in eo periturus sit. Eccles. 3.27. *Speciem mulieris alienæ* (ait Siracides) *multi admirati, reprobi facti sunt: colloquium enim illius quasi ignis exardescit. Cum alienâ muliere ne sedeas omnino, nec accumbas cum ea super cubitum: & non alterceris (hoc est, verba misceas) ne fortè declinet cor tuum in illam, & sanguine tuo labaris in perditionem.* Eccles. 9. 11. verendum ne adustis vestimentis (fama, & nomine) incendium ad corpus se penetret, & commisso crimine membra omnia coneremẽtur. S. Basilius præclarè, ad hunc locum non obscurè alludens. verba ponit Pineda sup. D. etiam Hieronym. lib. 1. contra Iouinian. hinc colligit, quàm sit periculosum vel tangere mulierem. eum vide.

Liranus, & alij.

Adagij extensio.

Aliena mulieris consortium.

Basilius, & alij.

Alius adagij vsus.

Potest etiam extendi adagium ad eos qui putant se latere posse, licèt sceleris conscij sint, contra quos simile est dictum Socratis; *ὅτι πῦρ ἱματίῳ περιβάλλει διαφθεῖρον, οὕτω ἀμαρτήματα χρόνῳ. Nec ignem veste occultari posse, nec turpe flagitium longa tempore.* Stobæus serm. 6. Nam *vitium alitur viuíque tegendo*, & instar inclusæ flammæ tandem erumpit. Ouidius:

Stobæus.

Ouidius.

Heu quàm difficile est crimen non prodere vultu?

idem de amore in epist. Paridis;

... quis enim celauerit ignem
Lumine qui semper proditur ipse suo?

Seneca in Hippoly.

Seneca.

Torretur æstu tacito, & inclusus quoq;
Quãuis tegatur, proditur vultu furor,
Erumpit oculis ignis.

& suppositiuus Cornelij Galli Maximianus;

Cornelius Gallus

Certè difficile est abscondere pectoris ignes,
Panditur & clauso sæpius ore furor.

Sed & Antiphanes,

Antiphes

... Celare Pheidia
Exceptis duob⁹ omnia possit quispiã,
Nimirum vinum si quis adhibit, & amore si correptus sit.
Oculi quidem ambo illa prorsus indicant,
Atque etiam oratio, vt qui negant,
Illis potiss. signis innotescant plurimùm.

Græcè habes apud Athenęũ lib. 2.

... κρύψαι φείδια
Ἅπαντα τἄλλα τίς δύναιτ' ἂν, πλὴν ἀνοῖν
Οἴνου τε πίνων, ἀς ἔρωτα τ' ἐμπεσών.
Ἀμφότερα μηνύει γ' ἀπὸ τῶν βλεμμάτων.
Καὶ τῶν λόγων τ' αὖ. ὥστε τοὺς ἁρπυμένους,
Μάλιστα τοῦτα καταφανῆς ποιεῖ.

EX EODEM CAP. VER. XXVIII.

ADAG. CLX. Nemo potest ambulare super prunas vt nõ comburãtur plantæ eius.

Nemo potest ambulare super prunas, vt non comburantur plantæ eius.

Eadem

EAdē est sententia quæ superioris, nisi quòd hîc videtur etiam cogitatio, voluntas, affectus denotari per pedes seu plantas. & ita fit, de quo multum quis cogitat, erga id afficitur, & tandem placet, quod initio repudiandum fuerat. Summum verè periculum hac locutione indicari patet ex similibus, vt Horatio;

Sensus adagij.

Periculosæ plenum opus aleæ
Tractas, & incedis per ignes
Suppositos cineri doloso.

Horatius. & Aristophane,

Aristophanes.

Velim si sit opus & per ignem incedere.

Κἂν μὲ χρὴ, διὰ τῶ πυρὸς
Θελῶ βαδίζειν.

Tale illud, *per spinas ingredi*. & διὰ καὶ μαχαιρῶν, καὶ πυρὸς ῥιπῶν δίκ. *pérque enses, perq; ignem oportet irrũpere*: quæ etsi aliò spectent, tamen indicant vim locutionis huius. Vide Adagiographum chiliad. 2. cent. 3. adag. 55. & infra in seq.

Sensus adagij. *compes castigationis stulti*, & volunt sensum esse, tam citò quàm stultus properat ad compedem quo vinciatur, seu citiùs quàm in neruum rapitur stultus; nescius paratum vitæ eius. Negari nequit Hebræa valdè obscura esse, nec videri quo pactò satis cohæreant, & ideo tres sunt Rabbinorum sententiæ, quas Baynus proponit, prima Abenezræ, qui, non vult esse nouam similitudinem, sed epiphonema claudens orationem, & subaudiri quædam, hoc pacto; sicut ad vincula siue compedē peruenitur, hoc est, molestè & cum difficultate, sic ad compedem stultus venit. Verùm hoc nec cum præcedentibus, nec cum sequentibus connectitur. Secunda est, capiēda hæc per hysteron proteron, sicut stultus venit ad castigationem compedum, qui nihil aliud quàm iocatur, cùm compedes induitur. Tertia, stultus qui rectam virtutum viam negligit, & suo more pro libidine viuit, veniet tandem ad vincula, & carceres pœnásque patietur suæ stultitiæ, quantumuis ab initio nihil minùs cogitarit. Idem vsu veniet huic iuueni. Ex his commodæ satis sunt hæ duæ. Caietanus, pro *ad victimam*, vult verti *ad macellum*, & putat in eo comparationem sitã, quòd bos non tam sponte, quàm vi eò trahatur: sic etiam iste iuuenis, nõ tã ducatur quã *trahatur*: decepit illũ vox *trahendi*, quæ de sponte sequēte sumitur, ait D. August. in c. 6. Ioann. tract. 26. Trahitur animus & amore, sed & voluptate, ait poëta,

Hebræa hic obscura. Tres Rabbinorum sententiæ. I. II. III. Trahi, de sua spõte sequente.

Trahit sua quemque voluptas.

Non necessitas, sed voluptas; non obligatio, sed delectatio. Posteriore mẽbro pro *cõpede*, vertit *uiminnabulum*; & explicat esse comparationem *hominis insanientis, cui alligatur timinnabulũ in pede, & sic ducitur ad locum vbi castigantur fatui*; & *per hanc mani-*

ADAG. CLXI. Sicut bos ductus ad victimam, & quasi agnus lasciuiens.

EX CAP. VII. VERS. XXII.

Sicut bos ductus ad victimam, & quasi agnus lasciuiens.

HEsychio prior pars adagium est. Hebraicè est; sicut bos ad טבח, & pro secundo membro, *vchgbeches el musar euil* וכעכס אל בוסר אויל illud טבח Tertul. *victimã* vertit, vt noster: quidam malunt vertere *ad lanienam*, sed obscurius est. Nam alludit ad boues coronatos, & sæpe inauratis cornibus, qui solemniter & cum pompâ ad immolandum ducebantur, de quo dixi alibi, in aduersar. ad Oedipum v. 135. posterius membrum recentiores vertunt, & *sicut compes ad stulti castigationem*, vel *sicut*

Hesych. טבח

Tertullianus.

nifestatur, quod tanquam cum festiuitate iuuenis ducitur ad ignominiam futuorum.] Sed nimiùm indulget ingenio suo. Nam licèt vox Hebræa significet ornamentum quod pedibus vel tibiis addebatur, quo quasi vinculo & compede quodã constringebantur, vt sunt περισφύρια, de quibus Isaiæ 3.18. & 16. tamen Hebræis non constat, quale fuerit hoc ornamentum. nam R.Salomon *virus serpentis* exponit, R. Dauid, *squamatum*, alij, *crepitaculis* seu *tintinnabilis exornatum* & *tinniens*; vt Hispani dicunt *sonajas o cazcaueles*; sed omnes conueniunt esse ornamentum nõ fatuorum, sed ipsarum mulierum: nisi velis dicere persuasum à muliere iuuenem, etiam hæc suis pedibus adaptasse, vt dicunt Hispani *parayrse baylando al infierno.* R.Salomon, & alij. Sanè noster interpres hoc multo clariùs, sensum attendens, comparatione petulci & lasciuientis agni expressit: qua in re posset quis suspicari vel aliquid nunc in Hebræis deesse quod olim fuerit lectum; vel nostrum paraphrasticè hoc addidisse: quia videmus hîc factũ idem à Chaldæo, & à Lxx. apud quos plures sunt comparationes. Nam Chaldæus sic vertit totum locum; *sicut bos ad macellum, & sicut canis ad vinculum, & sicut ceruus in cuius iecur volat sagitta: & festinat sicut passeres ad laqueum, & nescit quòd tendit ad mortem anima sua.* Lxx. ὥσπερ βοῦς ἐπὶ σφαγὴν ἄγεται, καὶ ὥσπερ κύων ἐπὶ δεσμὸς, καὶ ὡς ἕλαφος τοξεύματι πεπληγὼς εἰς τὸ ἧπαρ. σπεύδει ὡς ὄρνεον εἰς παγίδα, ἓν οἶδεν ὅτι περὶ ψυχῆς τρέχει. *Sicut bos ad mactationẽ agitur, & sicut canis ad vincula, aut sicut ceruus sagittatione ictus in iecur, festinat autẽ sicut auis in laqueum, nõ sciens quòd pro anima currit.* Nã hodie in Hebræo, non sunt tot cõparationes: deest de cane, deest de ceruo, & pro vtraque comparatione tantùm de verbo est, *veniet, & sicut cõpes ad stulti castigationem: donec transfigat sagitta iecur eius.* pro primis illis vertit Symmachus, σειρτῶν ἐπὶ δεσμῶν ἄφρων: exultãs *super vinculis stultus.* insinuans in Hebræo hypallagen esse quæ resoluenda, *sicut stultus* (scilicet lætus vadit) *ad castigationem compedis*; pro posteriore illo *sicut ceruus sagittatione ictus in iecur*; Theodotionem, qui, ἕως διαπαρῇ ἧπαρ ἀυτῦ, trãstulit, secutus noster, *donec transfigat sagitta iecur eius.* Symmac. Theodot. Multò meliùs noster. Nam haut dubiè instituto est aptior comparatio agni lasciuientis, qui ducitur ad sacrificium; quàm canis, qui ad vincula: & meliùs respondet Hebræis ac sensui, illud, *Donec transfigat*, &c. quàm illa noua cercui comparatio, cui hîc non est locus, nisi si amatorem iam vulneratum ceruo transfixo velis conferre (vt sensit D.Ambros. lib. 1. de Cain c. 5.) sed hîc nondum erat vulneratus amans, sed vulnerandus. D. Ambr. Omnes enim hæ parœmiæ eò tendunt vt ostendant, quantum periculum immineat incauto huic adolescentulo mœchæ sermonibus aurem præbenti, & Dei timorem, ac parentum reuerentiam calcanti, nec videnti corporis & animæ discrimen, in quod se præcipitat: videlicet hunc esse similem boui opimo, & agno petulco, quos victimarij ducunt ad altare non renitentes, sed ad ipsum altare stantes (vide Barnabam Brisson. lib. 1. Formular. pag. 19.) quia putant se ad pascua læta, vel ad præsepia duci. Sic enim hunc non reluctantem abduci quasi ad epulum, & cubile, cùm tamen stultus ad compedes & vincula trahatur, non ampliùs futurus sui iuris: festinat ad necem animæ (quæ certa) & ad necem (sæpe corporis, si marito id innotuerit, aut rixa cum ritualibus exoriatur,

aut à magistratibus iuxta legum rigorem puniatur, qui Hebræis erat lapidatio. In Hebræo potest duplex distinctio statui, & vtraque inter Rabbinos habet suos defensores. Quidam volunt, istud, *Donec transfigas sagitta iecur eius*, pertinere ad præcedentia hoc modo; stultus iste toties veniet ad compedes (ad coniugatam) donec tandé sagittà transfigatur, hoc est, ab aliquo conficiatur. Alij referunt ad sequentia, vt sensus sit; sicut auis incauta festinat ad laqueum, donec tandem ab aucupe perimatur: de quo statim. hanc vltimam distinctionē sequitur editio Regia: Romana magis fauere videtur priori, etsi, vt prudenter solet, ambiguam rem relinquat. Vtraqua enim proba est, & quoad vsum adagij nostri, nihil refert quam sequaris. Ego ex nostra versione libenter educerem quatuor locutiones, & omnibus accommodarem illud vltimum, quod est in vers. 23. *Et nescit quod de periculo animæ illius agitur*, quod omnibus cōmune est, & ad singulare peti debet explicando.

Duplex distinctio in Hebr.

Sequitur eam
1. *Quasi bos ductus ad victimam.*
2. *Quasi agnus lasciuiens*, subaudi etiam ductus ad victimam.
3. *Quasi stultus* ignorans quòd trahitur ad vincula,
4. *Quasi auis festinans ad laqueum* donec transfigatur.

& ignorat quòd de animæ illius periculo agitur.

Duo priora iam explicui, de quibus nihil addo.

ADAG. CLXII. Velut stultus ad vincula trahitur.

EX EODEM CAP. VERS. EODEM.

Stultus ad vincula trahitur.

EX parte iam explicui secūdùm aliorum mētem. Nam ego malim exponere de peccatoribus, qui peccata accumulantes peccatis, iis quasi funibus fortissimis vinciuntur, vt in Samsone & Philistæis fuit typo egregio indicatum. Iudic. cap. 16. 11. de his funibus seu vinculis peccatorum crebra sunt testimonia, Ps. 118. 61. *Funes peccatorum circumplexi sunt me*: illi conabantur me iisdem illaqueare peccatis, quibus erant irretiti. Prou. 5. 22. *Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringitur.* Nam reatus, vt lictor, animam vincit & obligat Deo tamquam iudici; peccato, tanquam victori & Domino; morti & inferno, tanquam pœnæ; dæmoni, tanquam tortori: hoc quoad pœnam æternam, nam quoad temporalem, legibus, reip. & magistratibus, & interdum marito aut proximis. vocantur interdum *funes inferni*. 2. Reg. 22. 6. *Funes inferni circumdederunt me: præuenerunt me laquei mortis.* Et aptissimè dicitur hic peccator ad vincula trahi, & *stultus* vocatur; qui ad lectulum tendit *funibus intextum*, suprà v. 16. Potes etiam cum Bedà exponere *vincula*, habitus peccandi. subaudio, *Quasi*, positum in præcedentibus: & sic etiam Peltanus.

Sensus adagij.

EX EODEM CAP. VERS. XXIII.

ADAG. CLXIII. Auis festinat ad laqueum.

Festinat auis ad laqueum.

SEnsus idem qui superiorum. metaphora deducta ab aucupe: qui

CLXIII qui prope retia spargit escam illicem, vt capiat auiculas, mactet, & voret. Non potest hoc aptiùs explicari, quàm verbis Plautinæ lenæ in Asinariâ:

Plautus.

Non tu scis? hic noster quæstus aucupij simillimus est.
Auceps quando concinnauit aream, offundit cibum:
Aues assuescunt (necesse est facere sumptum, qui quærunt lucrum)
Sapè edũt; semel si capta, rem soluunt aucupi.
Itidem hîc apud nos adis nobis area est, auceps sum ego,
Esca est meretrix, lectus illex, amatores aues.
Bene salutando consuescunt, compellando blanditer,
Osculando, oratione vinulâ, venustulâ:
Si papillam pertractauit, haut id est abire aucupis.
Suauium si sumpsit, sumere eum licet sine rețibus.

Eant, & negent, sacrarum litterarum intelligentiæ, humaniores ancillarier. Illud quoque, stultos gaudere cùm intestinum malum penes se foueant, non subticuit Antiphanes in Rustico; τῷ τρέφοντι συμφορά. ἐυφράνει γὰρ κακὸν ἔχων οἶκοι μέγα. vertit Dalechampius;

Antiphanes.

Ei qui alit, meretrix est calamitas.
Gaudet enim, malũ cùm maximum domi habeat.

Eubulus de illo, qui alienum thorum violat, in Nannio, censet omnium mortalium miserrimum. ὡὼς οὐχὶ πάντων ἐστὶν ἀθλιώτατος.

Xenarch.

Nimirum vt de adulteris Xenarchus Quinquertione, semper in manibus animam (vitam) habent, semper pauent & contremiscunt,

ἀεὶ δ' οὔτ' ἰδᾶν ἐς οὐδ' ἰδῶντ' ἰδᾶν σαφῶς,
ἀεὶ δ' τετρεμάνοντα, καὶ φοβούμενον, διὰ τὸ καὶ τὴν καρδίαν τὸν ψυχὸν ἔχοντα.

Quas autem nec videre licet, nec si videas aperte conspicere,
Semper trepidanti, contremiscenti,
Formidãti, in manu vitã habẽti, &c.

Publica quoque scorta quàm dira sint aduentoribus, audi Anaxilam;

Anaxilas.

ἐστὶς ἀνθρώπων ἐτᾶιρα ἠγάπησέ πώποτε
οὐ γένοιτ' τὶς ἂν δύναιτο παρανομώτερον φράσαι.
τί γὰρ ἡ δράκαιν' ἄμικτος ἢ χίμαιρα πυρπνόος,
ἢ χάρυβδις, ἢ τέρας σκύλλα τετρακύων,
σφὶγξ, ὕδρα, λέαιν', ἐχιδνα; πλὴν ἁρπυιῶν γένη
ἐς ὑπερβολὴν ἀφῖκται τῆ κακοπλοκίᾳ γύναι;
οὐκ ἔστ'. αὗται δ' ἁπάντων ὑπερέχουσι τῶν κακῶν.

& post aria exempla, tandem concludit ve meretrice,

...ὁσάπερ ἐφ' ἑνὶ θηρίον ἐξωλέστερον. quę omnia sic reddidit idem interpres Athenæi lib. 13.

Si quis hominum scortum vnquam amauerit:
Eo nullum genus sceleſtius possit eloqui.
Nam quis serpens omnis societatis exors, quæ ignem spirans Chimæra,
Quæ Charybdis, quæ triceps Scylla, marinâ cohors,
Quæ Sphinx, hydra, leæna, vipera, vaincris harpya,
Despiciendum & abominandum genus hoc anteit sæuitia?
Horum quidem nihil: improbitate antecellit omnia meretrix.
Vno verbo, ex belluis omnibus meretrice nulla est perniciosior.

Meretricis ingenium.

ADAG. CLXIV. Os bilingue.

EX CAP. VIII. VERS. XIII.

Os bilingue, seu *peruersum.*

AIt Salomon, *os bilingue detestor.* Hebr. *Phi thahpuchoth* פי תהפכת quod Lxx. vertunt, *peruersas vias malorum.* Sed Symm. & Theodot. καὶ στόμα στρεβλὸν ἐμίσησα: *os peruersum odi.* sic etiam Chaldæus: recentiores quidam, *os peruersa loquens* (Pagnin.) alij, *os peruersitatum*, (Baynus) aut, *os versutiarum* (sic Caietan.) Sed Isidorus Clarius retinuit, *os bilingue.* Explicare enim noster voluit in quo consisteret hoc vitium sermonis siue peruersitas oris, quam detestatur Dei timor, & Sacra Scriptura crebrò arguit, vt Prouer. 18. 8. *Verba bilinguis quasi simplicia, & ipsa perueniunt vsque ad interiora ventris.* ibi Hebr. est, *Nirgham* נרגן, quod Chaldæus *susurronem* exponit. Eccli. 5. 17. *super furem enim est confusio & pœnitentia: & denotatio pessima super bilinguem.* docet *bilinguem* maiore ignominiâ dignum esse, quàm furem: quia fur tantùm opes; bilinguis famam insuper & amicitiam eripit. cap. 6. 1. *improperium & contumeliam malus hereditabit, & omnis peccator, inuidus, & bilinguis.* & cap. 28. *Susurro, & bilinguis maledictus: multos enim turbabit pacem habentes.* Quibus locis apud Siracidem habes δίγλωσσον, & Apostolus 1. Tim. 3. 8. vetat Diaconos esse διλόγους; noster, *bilingues.*

Bilinguis.

Quis *bilinguis*? Certè non illi quos tradit Diod. Siculus lib. 3. sub. fin. in Australi quadam insulâ, diuisam natura linguâ habere ab ipsis faucibus; & adeò variâ vti, vt non humanam modò vocem, sed & diuersarum auium garritus exprimant: & simul duobus hominibus vno tempore respondeant, vnâ vni, alterâ alteri linguâ. fabulosum hoc procul dubiò. Non igitur tales hoc adagio significantur, sed in genere quidem, quisquis linguam habet venenatam & noxiam, instar serpentum, quorum lingua bisulca & bifida est.

Diodorus. Homines diuisâ naturâ linguâ à faucibus habentes.

I. Qui (vt ait Vatablus) docent peruersa & dissona à verbo Dei. I. Vatablus.

II. Qui veritati resistunt, & pravam doctrinam seminant, vt hæretici nostri temporis. sic Baynus. hæc eadem explicatio cum superiore, si complectaris pravam doctrinam, quoad fidem & quoad mores; non tamen videntur quadrare locis citatis. II.

III. Vani, qui promissa fallunt, sic Arboreus. nec ista valde placet. III. Arboreus.

IV. Quorum os nigra vertit in candida. sic Caietan. Meliores sunt sequentes sententiæ, & accommodatiores nostræ versioni. nam primæ, secundæ & quartæ authores ad suas trãslationes attẽderunt: Arboreus nostram secutus, dilutè accepit. IV.

V. Ergo sunt bilingues, qui, ad libitum audientium, verba commutant. Sic Beda & Strabus. V. Beda. Strabus.

VI. Qui fauentia loquuntur in faciem, sed in absentiã proscindunt. Sic Lyran. & Dionys. VII. Lyranus.

VII. Qui aliud loquuntur, quàm sentiunt; quorum à lingua cor dissentit. Sic Dionys. Ians. & Peltanus. de his sapientes sunt Solonis versus apud Laërt. lib. 1. VII. Dionys. Ianscn. Peltanus. Laertius.

πεφυλάγμενος δ' ἔνδρα ἕκαστον
ὄρα, μὴ κρυπτὸν ἔγχος ἔχων
καρδίῃ, φαιδρῷ προσιὼν στόματι,
γλῶσσα δὲ οἱ δίχ' ἐμυθήσατο κερδαλέα.

Tu si sapis hæc singulos probè obserues:
Ne fortè quisquam tegat quod habet intus,

Odium,

Odium, & interim vultu loquatur blando:
Ac lingua duplex ex atrâ sonet mente.

De his hoc loco & aliis similibus agi puto, in quibus video *bilinguem* à *susurrone* separari. nam *Susurro* diuidit alios, inter quos Discordiæ pomum iacit; ipse tamen idem semper intendit, nempe odium, quod verbis procurat: *Bilinguis* sui respectu dicitur. Quomodo? Ecce. In homine quot species verborum, tot linguæ: duplex verbum reperio, vnum ἐνδιάθετον internum, alterum προφορικὸν foras eliminatum. illud duplex est, vnum, quod scholæ vocant *verbum mentis*; de quo nunc non agitur, nec enim potest dissentire à verbo oris, cuius imago est: alterum est *verbum* (vt sic dicam) seu locutio *cogitationis*, de quo in ps. 4.5. *quid dicitis in cordibus vestris?* Deut. 7.17. *Si dixeris in corde tuo.* de hoc ago, & capio de sermone cordis, seu cogitatione, & oppono verbo oris, quod auribus exceptum, quia linguæ carneo plectro pulsatum, iuxta illud cuiusdam Arabis apud Galatinum lib. 3. c. 5. *Verbum quidem in corde est, lingua autem facta est vt sit cordis interpres.* Duo hæc indicauit & distinxit Christus Dominus Matth. 15.17. *Omne quod in os intrat, in ventrem vadit, & in secessum emittitur; quæ autem procedunt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinant hominem.* Possunt Philoniana quædam huc referri, etsi alij retulerunt minùs aptè ad verbũ mentis Scholasticorum. lib. 3. de vita Moysis ait Philo; διττὸς γὰρ ὁ λόγος, ὁ τε τῷ παντὶ, καὶ ὁ ἀνθρώπου φύσει. κατὰ μὲν τὸ πᾶν, ὃ, τε περὶ τῶν ἀσωμάτων καὶ παραδειγματικῶν ἰδεῶν, ἐξ ὧν ὁ νοητὸς ἐπάγη κόσμος, καὶ ὁ περὶ τῶν ὁρατῶν, ἃ δὴ μιμήματα, καὶ ἀπεικονίσματα τῶν ἰδεῶν ἐκείνων ἐστὶν, ὧν ὁ ἄνθρωπος οὐτος ἀπετελέσθη· ὁ δὲ ἐν ἀνθρώπῳ δὴ ὁ μὲν ἐστιν ἐνδιάθετος· ὁ δὲ προφορικός. καὶ ὁ μὲν εἴ τις ποτὲ, ὁ δὲ γεγονὼς, ἀπ' ἐκείνου ῥέων. καὶ τῷ μὲν ἐστὶ χώρα τὸ ἡγεμονικὸν, τοῦ δὲ κατὰ προφορὰν, γλῶττα καὶ στόμα, καὶ ἡ ἄλλη πᾶσα φωνῆς ὀργανοποιΐα. Gelenius sic transtulit: *Duplex est ratio, altera in mundo, altera in naturâ hominis. In mũdo illa incorporearum exemplariúmque idearum ratio, itémque rerum visibilium, quæ sunt idearum imagines, & mundum hunc sensibilem conficiunt. In homine autem ratio est intrinseca & prolatiua, qua aliter dicitur oratio. illa ceu fons, hæc ceu riuus inde promanans. illius sedes est mens, huius lingua, & os, instrumentáque vocis cetera.* Auctor est Plutarchus in lib. *maximè debere philosophum cum Principibus disputare*, vetus quoddam dictum, *duplicem esse sermonem, vnum in ipso animo situm Hegemonicum; Mercurij munus: alterum organicum in efferendo & enunciando positum.* δύο λόγοι εἰσὶν, ὁ μὲν ἐνδιάθετος ἡγεμὼν Ερμοῦ δῶρον, ὁ δὲ ἐν προφορᾷ διάκονος καὶ ὀργανικὸς. D. Damascenus lib. 1. de fid. orthod. cap. 18. cum vellet triplex animæ verbum comparare aliquatenus cum mysterio Sacræ Triadis, posset videri illud scholarum verbum mentis ἐνδιάθετον vocasse, non respectu cogitationis, sed respectu verbi ore prolati. dicit enim tria esse verba seu sermones (τρεῖς λόγοι) in potentiâ animæ, non tamen subsistentia. quorum primum sit *naturale mentis germen, semper ex ipsâ naturaliter scaturiens,* τὸ φυσικὸν γέννημα, ἐξ αὐτοῦ ἀεὶ φυσικῶς προβαλλόμενον. hæc est cogitatio cordis, vt fontis quem Christus indicabat d.v. 17. quod Damascen. dixerat esse *naturalem mentis motionem secundùm quam mouetur, intelligit & cogitat.* φυσικὴ τοῦ νοῦ κίνησις, καθ' ἣν κινεῖται, καὶ νοεῖ, καὶ λογίζεται:

Duplex verbũ in homine ἐνδιάθετον, προφορικόν.

Galatinus.

Duplex ratio. Plutarchus.

D. Damascenus. Triplex animæ verbum.

rursus verbum (ait) *est quod interpum, & in corde tantùm loquēs*, ὁ ἀδιάθετος, ἐν καρδίᾳ λαλούμενος, hoc videtur pertinere ad verbum mentis schoarum: tertium verò est ipsi, προφορικὸν, *prolatum*, quod vocatur *nuncius intelligentiæ*, ἄγγελος νόηματος. Verumtamen probabilius est, quod tradidit Clictoueus in Commentar. primo illo verbo in genere significari intellectionem, quæ semper scaturit ex intellectu, sicut visio ab oculo. Secundo verò verbo significari internam cogitationem, de qua ex Pilone & Plutarcho dictum est. Nam de tertio nullus est locus dubitandi. Hoc igitur assero, *bilinguem hominē* propriè dici, cuius διάγλωσσος λόγος, ab externâ locutione dissentit; & qui menti contraria fingit, offert seruitium, & meditatur exitium: atque vt dicunt Hispani, *beza la mano, que querria ver cortada*. Exemplum habemus in Iudæis, qui labiis adorabant Deum, cor autem eorum longè erat ab eo; in Ioab, salutante Amasiā & Abner: in Iudā, osculo filium hominis prodente.

Clictoueus

Bilinguis homouis proprie

EX CAP. IX. VERS. XVII.

ADAG. CLXV. Aquæ furtiuæ dulciores sūt, & panis abconditus suauior. Sensus adagij.

Aquæ furtiuæ dulciores sunt, & panis absconditus suauior.

SImile ex parte est aliud cap. XX. vers. XVII. *Suauis est homini panis mendacij*: nam vtroque significatur bona male parta malis gratiosa esse. Quò spectabat veterum superstitio, qui ocymum cum maledictis satum, cuminum cum diris, & rutam furtiuam arbitrabantur copiosiùs prouenire, teste Plinio lib. 19. cap. 7. & Palladio lib. de re rusti. cap. 9. Martij. Vide vbi se dæmon immiscuerit, in perniciem generis humani. Permisit Deus in olere, quod terrenum: non permisit in volucri, quæ cælipeta, & casta. nā apes furtiuas pessimè prouenire idē Plinius ibidē prodidit. Suauiùs sapiunt cibi alieni, iuxta paraliticum illud,

Ocymi & cuminī latio. Ruta vt copiosius prouenīat.

Apes furto acquisitæ.

Qui bona summa putant aliena vivere quadra.

Probi malunt *tuburcinari de suo*, vt ait Plautus, & libertas maior, maior etiam iucunditas atque securitas τῶν εἰκοσίτων. vulgò dicitur, *Nihil aquè sapere vt cibum domi sua sumptū*. Vera hæc; sed sapiens loquitur de improbis, quibus de alieno ligurire libido est. Alexis in commorientibus, de Chærephonte testatur, solitum etiam nauigio alienas cœnas petere, & concludit, *ideò alieno vesci cibo iucundum est*: habes apud Athenæum, qui similia collegit ex Theopompo, Phrynicho & aliis. lege Adagium, *Tibicinis vitam viuis*, Chiliad. 2. cent. 3. adag. 34. Fit hoc naturæ corruptæ vitio, quod ait Seneca in Oetæo,

Tuburcinari de suo. Plautus.

Alexis. Charephon.

Athenæus.

Tibicinis vitam viuere. Seneca.

Illicita amantur, excidit quidquid licet,

quo locò in aduersariis huc spectātia multa notaui, quæ non repetam, ex Phylarcho, Planude, Nonno, Turpilio, Petronio, & Ausonio. Locus Ouidij insignis est:

Nitimur in vetitum semper, cupimúsque negata:
Sic interdictis imminet ager aquis.
Quicquid seruatur, cupimus magis, ipsáque furem
Cura vocat: paucis, quod sinit alter, amant.
Indignēre licet; iuuat inconcessa voluptas.

De aquis furtiuis, deducta metaphora est à rusticis vicini riuum in

suum agrum clanculùm deducentibus: vsurpatur vt plurimùm de furtiua Venere, de qua Plutarchus in Erotico citat senarium, Plutarch.

γλυκὺ ὁπώρας φύλακος ἐκλελοιπότος.

Suauia poma custode absente.

Clemens Alex. lib. 3. Pædagogi citat ex quodam Gentili, Clemens Alex.

γλυκύτατόν ἐστιν μέλημα κόπτειν.

Dulce quid furtiua cura Veneris.

Optimè Patres ad hæreticorum clãdestinam doctrinam retulerunt, vt D. Augustinus tracta. 97. in Ioan. D. Leo in epist. ad Michael. Imp. cap. 25. D. Greg. lib. 33. Moral. cap. 26. & Beda hic. Ad sæcularem sapientiam S. Ambrosius *lib. 1. de Cain cap.* 4. causa mali est amor rararum, singularium, & curiosarum rerum. Sed ab hoc nos dehortatur idem Sapiens verbis quæ sunt apud Lxx. hic in fin. cap. *Sed resili, ne moreris in loco, neque iniicias oculum tuum ad eam: ita enim transibis aquam alienam.* Quod quidam libri addunt: *& transcendes fluuium alienum*; id irrepsit ex aliâ quapiam versione.] *Ab aquâ autem alienâ abstine te: & de fonte alieno ne biberis: vt longum viuas tẽpus: adiiciantur etiam tibi anni vitæ.*] quæ à Complutensibus & Regiis editionibus absunt, sed meritò retenta in Aldinis & Vaticanis. Legerunt enim ea D. Cyprianus in epist 12. lib. 1. ad Ianuar. & Patres concilij Carthaginensis apud eundem, & D. Augustin. tracta. 6. in epist. Ioannis.

Sensus adagij. August. & alij. Locus ex Lxx. Cyprian. August.

ADAG. CLXVI. Aues volantes sequi, &c.

EX EODEM CAP. iuxta LXX.

Aues volantes sequi.

APud Lxx. in edit. Vaticanâ & Aldinâ exstant ista, quæ non sũt in Hebræo, Vulgatâ, nec in Græcâ Complutensi aut Regiâ: *Qui fidens in falsis, hic pascit ventos; idem autem ipse sequitur aues volantes: deseruit enim vias vineæ suæ: semitis verò agelli sui errauit: ingreditur autem per auia loca atque arida, & terram destinatam in sitim: contrixit autem manibus infructuosa.* Egregium fragmentum & adagiis duobus saltem fructuosum; si non pluribus; quibus indicatur irritus labor & industria consectantium mendacia & prauitatem. citant ea Patres dicti concilij, & S. Augustin. lib. 5. contra Iulian. cap. 10. & alibi. Prius de vẽtos pascente, mox explicabitur: posterius de auibus volantibus ferè simile quid habet apud Persium, Sensus adagij. S. Augustin. Persius

. . sequitur coruos estque inuoque.

& habemus idem cap. 10. v. 4. vbi Dionys. & Arborcus exponunt, propriâ inconstantiâ circumferuntur, & velut aues vndique agitantur, nec certum est vbi resideant, quia in virtute non stant. Dionys. Arbor.

Potes etiam capere de iis qui volantes aues conantur apprehendere. Alter vsus adagij.

ADAG. CLXVII. Pascere ventos.

EX CAP. X. VER. IV.

Pascere ventum.

VT dixi, de irrito labore vsurpatur: occurrit etiam alibi. Hoc loco legitur v. 4. in editione vulgatâ Vaticanâ Latinâ: *Qui innititur mendaciis, hic pascit ventos: idem autem ipse sequitur aues volãtes.* Quod non est in Latino Codicum Complutens. aut Regiorum, nec in eorundẽ textu Græco, vt nec in Græco Lxx. Vsus adagij. Textuum discrepãtia.

Lxx. Vaticano, sed fuit positum in cap. præcedēti: in Hebræo & Chaldæo, vtroque loco deest. sed agnouit etiam D. Augustin. lib. 3. contra Crescon. cap. 9. Non legerunt etiam Beda, Strabus, aut Anselmus, & suspectum est Hugoni Carensi. Vide Francis. Lucam Notatione biblicâ 176. legit hîc Liranus, & interpretatur, *perdit laborem suum, quia quod sic acquiritur, non est vtile, sed damnosum.* Sed Dionysius, *vanus atque instabilis est, & verba ventosa atque inania roborare conatur.* Arboreus coniungit vtramque, vt sit ludere operam & vento instabiliorē effici. Quia ventus omnia dissipat & cogit euanescere: & addit similes esse locutiones, *reti ventos venari, & vento loqui*: quem sequitur Iansenius: qui bene reddit causam adagij, hoc dici, quia non assequitur id quod mendacio assequi laborat, sine illū, vt ventis & auibus, effugiente. Addit Peltanus, quia sic parta ad tertium hæredem non transeunt, iuxta vulgarem paroemiam. Caietanus, Baynus & Clarius prætermittunt: Vatablus obelo transfodit: nimirum nihil illis placet, nisi quod est in Hebræo. D. August. d. cap. 9. *pascit* videtur accipere passiuè pro pascitur: nam, exponens de iis qui cōfidunt in homine, dicit eos fieri escam spiritualibus malis. Verùm Græco ποιμαίνει, & sequentibus hoc non satis amicum est. Conuenire in hæreticos notant Iansen. & Peltanus; quia suis mendaciis nihil aliud assequuntur, quàm odium Dei & infernum, & omni vento doctrinæ circumferri. Eadem phrasis est Osee 12. *Ephraim pascit ventum*: vbi sic noster Ribera: *Pascere autem ventum prouerbiali figurâ dixit, pro eo quod est, rem inanem, & nihil profuturam agere, vt nos dicimus, laterem lauare, aut arena semina mādare. Quasi dicat, perinde facit Ephraim, ac si ventum regere, & in modum ouis ducere, quò velit, nitatur. Alij pascere ventum ita accipiunt, ac si diceretur, pasci vento aut vento vesci. Quod rectè etiam dicitur.*] præferenda proculdubio est prior interpretatio. nam & D. Hieronym. exponit *spe vanâ se decipere.* Rupertus: *ventum pascere, est superbia spiritu inflari*; quod est mysticum. Eccles. 1. v. 14. vbi nos habemus *afflictio spiritus*, Hebr. est *rehhuth ruah*, quod Aq. vertit νομὴν ἀνέμου, *pastionem venti*, & sic accipit ibi Abenezra, vt significetur vana & inutilia esse: sed melius noster vertit, vt patet ex traditis ibi à Lorino. Vitur etiam hoc adagio Clemens Alex. lib. 1. Strom. ὃς δ' ἐφέσθαι ἐοικὲ πνεύμασιν, ὅτῳ ποιμαίνει ἀνέμους, καὶ διώκει ὄρνια πτερωτά, *qui innititur mendacijs, pascit ventos, & persequitur aues volantes*, ex hoc loco.

Liranus. I.

Dionysius II. Arboreus. III.

Iansenius.

Peltanus, & alij.

IV.

Hæreticis aptata lectio.

Ribera.

D. Hiero. V.

Rupertus, VI.

Lorinus.

EX EODEM CAP. VER. V.

ADAG. CLXVIII. Qui congregat in messe, filius sapiens est. Qui autem stertit æstate, filius confusionis.

Qui congregat in messe, filius sapiens est.
Qui autem stertit æstate, filius confusionis.

QVam exemplo formicæ suprà nobis suaserat prospicientiam & diligentiam, eandem nobis commendat hoc adagio, ex re rustica petito. Nam desidem dat agricolam, qui æstatem, tempus fructibus colligendis, sinit præterlabi otiosam, is hyeme ceteris inopia pressus deridiculo est. *Filius* Hebraicè pro homine: & *filius confusionis* idem est, quod contemptibilis, & confusione dignus: sic Liranus: item *confundens* (sic est in Hebræo) *se ac suos.* Lxx. *iniquus*

Sensus adagij.

Filius cōfusionis.

CLXVIII. *iniquus* siue *exlex*: Aquila, vt noster. Beda & alij Patres exponunt de tempore huius vitæ, quo nostræ & proximorum saluti debemus incumbere, vt in die iudicij non confundamur & damnemur: quæ optima anagogia est. Verùm (vt monet Iansen.) in hac & aliis sententiis prouerbialibus, non spectandum dumtaxat, quid verba sonent, sed ad quid sensus ille verborum litteralis sit accommodandus, & quo modo ad varia applicari similiter possint. V. g. docet hoc adagium semper tempus & occasionem in rebus agēdis spectandam, vt occasio non elabatur; dum iuuentus viget, studendum laborandúmque; dum gratiæ tempus durat, pœnitentiæ & bonis operibus vacandum. Litteram Caietanus sic explicat; *Æstatis* (inquit) *nomine intellige tempus commodum ad acquirendum, quemadmodum æstas tempus est ad colligendum fruges pro toto anno. Per messem autem intelige ipsas res acquirendas, seſe offerentes, quemadmodum secanda segetes tempore messis. Filius verò confusionis sonat plenum confusione, quemadmodum filij nuptiarum qui vacāt nuptiis.*] Lyranus suam explicationem probat, quia sic *filius mortis* vocatur qui dignus morte. Facit ad rem laus formicæ infer. cap. 30. 25. *Formica, populus infirmus, qui præparat in messe cibum sibi.* Simile est illud Damasceni; *Nundinis finitis, nullum reliquum est negotiationis commercium.* & Hesiodi;

ἐν δ' αὖτε θέρος ἐστῖται, τοιῶδε κάλιαε.

Non semper æstas durat, construite nidos.

& Terentij vera illa, à nequam licèt seruulo dicta,

Istuc est sapere, non qua ante pedes modò videre, sed etiam illa quæ futura sunt prospicere. Cicadarum & formicarum notus apologus. illæ æstatem cantillando transegerant, hæ laborando. Venit hyems, illæ famelicæ à formicis subsidium petierunt, sed irrisæ & canere inſlæ discesserunt. Adagium vetus est, *Apem cicadæ confert.* quod etsi capiant aliter, qui prodiderunt, putem non deteriùs accipi de comparatione hominis strenui & sobrij cum homine voluptuario & ignauo.

Beda regula pro prouerbiorum explicatione.

Apem cicadæ confert.

Caietan.

Lyran.

Filius mortis.

Damasc.

Hesiodus.

Terentius.

EX EODEM CAP. VERS. VIII.

ADAG. CLXIX. Stultus cæditur labiis.

Stultus cæditur labiis.

Mox vers. X.

Stultus labiis verberabitur.

VTroque loco Hebraicè habes idem vocabulum יִלָּבֵט *Illabet.* quod alij exponunt, *punietur*, vel *præcipitabitur.* clarè Chaldæus, *labiis suis comprehendetur*, & LXX. posteriore loco longè alia habent; sed priore loco, ὁ δ' ἄφυκτος χείλεσι σκολιάζων ὑποσκελισθήσεται, *at non tectus labiis obliquans supplantabitur*; hoc est, volens mendacio alium circumuenire, deprehensus ipsemet labetur in damnum, luet mendacium suum. Nam, vt ait Euripides; ἀχαλίνων στομάτων τὸ τέλος δυσχολα γίνεται, *oris effrenis finis, infelicitas.* Cedetur ergo *labiis, vel suis* (ait Beda) *quibus damnari meruit; quia mors & vita in manibus linguæ: vel eorum, à quibus, quia corrigi non potuit, sententiam damnationis accepit.*] prior interpretatio est aptior. Liran. exponit, quia reputat flagella esse labia correctoris, eo quòd ægrè ferat reprehendi. *Las admoniciones le son como palos.* Hispanicè idem placuit Dionysio,

Euripid. Beda.

Dionys. & alij. nysio, Arboreo: & huc inclinat Caietan. nisi quòd vertit *impinget*, scilicet in offendiculum, sic etiam Vatablus. hi omnes vocem *labiis* iungunt cum verbo *caditur*, seu *verberabitur*, quod positum pro punietur, nam Hebræa vox *puniri*, & *corruere* significat. Alij verò, vt Clarius, Baynus, Iansenius, & Peltanus, malunt *labia* iungere cum nomine *stultus*; vt stultus labiis sit, qui præceps est ad loquendum: temerè loquens, qui vult docere antequam didicerit; cui nullum est oris repagulum: contra quàm iubet Iacobus frater Domini, Canon. 1. 19. *Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum.* Isti veloces ad loquendum subinde proferunt ea, quæ lædunt proximos, & Principes; & proinde legum vindictã experiuntur. B. Salonius ita scribit; *Verberatio in hoc loco damnationem significat. quia stultus propter verba iniqua & mala, quæ locutus est, condemnabitur.*]

Stultus labiis, Temerè loquens, qui dicantur.

B Salon.

ADAG. CLXX. Vena vitæ & fons vitæ.

EX EOD. CAP. VERS. XI.

Vena vitæ os iusti.

NOn eicum interduim (vt cum Plauto loqui liceat) quouis hęc modo vertas. *an venam* vt noster, vt Pagninus, Clarius, Vatablus & alij: an *fontem*, vt LXX. & Chaldæus. Nam vena non corporis tantùm, sed aquarum quoque est: & vberior interpretatio in *venæ* nomine, vt intelligas, quod terris sunt fontes, hoc in reip. corpore, cui & suæ venæ sint, esse hominum ora. Sicut enim alimenta præbent terris aquæ riui in eâ abditi, & per eam fluentes, squalorem tollunt, & fessos erumpendo refrigerant, & cuncta amœnant: sic in republicâ viri iusti sunt aliis refrigerio, ornamento, vtilitati, monitis bonis, quæ vt fontes perpetui & aquæ vitæ fluenta scaturiunt in vitam æternam. Ideo Hebraicè est pluralis numeri *vitarum*, vtriusque sæculi: nam hìc docent sobriè, castè, iustè, piè viuere, quod demum viuere est: & per hanc disciplinam ad vitam æternam perducunt. Non abs re est, quod LXX. pro *ore* verterunt *manum*, dicentes, πηγὴ ζωῆς ἐν χειρὶ δικαίᾳ, *fons vitæ in manu iusti*; q. d. in iusti potestate est fons vitæ, quia penes illum est sermo doctrinæ, vt dixi, salutaris. Quid si etiam dicas *manus* meminisse, vt doceamur iustorum esse, non tantùm bene loqui, sed laudabiliter operari? Minuta est quorumdam obseruatio, חיים dupliciter vsurpari, aliquando vt nomen, & tunc significare vitam; aliquando tantùm vt epithetum, & tunc significare viuentes: quoad nostrum locum parum refert, vtrùm subaudias aquas, vt perennibus aquis comparetur vena hæc: an verò immediatè intelligas vitas quas dixi, quarum altera perennis est. Sic enim & Deus se vocat *fontem aquæ viuæ*, Ierem. 2. 13. *me dereliquerunt fontem aquæ viuæ*: & 17. 13. vocatur *vena aquarum viuentium*, & de sede Dei ac Agni dicitur *procedere fluuium aquæ vitæ*, Apoc. 22. 1. &, quod facit valdè pro nostro adagio, est infrà cap. 13. 14. *Lex sapientis fons vitæ, vt declinet à ruinâ mortis.* & 14. 27. *Timor Domini fons vitæ, vt declinet à ruinâ mortis.* & 26. 22. *Fons vitæ eruditio possidentis.* Huc refert Beda illud Ioan. 7. v. 38. de doctoribus dictum: *Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.*

Minuta obseruatio.

Fõs aquæ viuæ.

Beda. Locus Ioan. cap. 7. v. 38.

EX

ADAG. CLXXI. Virga in dorso eius.

EX EODEM CAP. VER. XIII.

Virga in dorso eius qui indiget corde.

PRo virgâ, *ferulam* alij vertunt, eodem sensu. melius est *virga*, cum Lxx. & Theodot. Possumus vti, vel vt dicamus stultos & amentes indigere pœnâ, vt resipiscant; vel vt moneamus iis nunquam supplicia insipientiæ debita posse deesse. frequenter hoc inculcatur. Priore sensu dicitur infer. cap. 26. 3. *Flagellum equo, & camus asino: & virga in dorso imprudentium*, quia stultitiam & imprudentiam comitatur ignauia & segnities, nec regitur, nisi pœnæ sensu, sicut vulgò dicitur de tribus aliis,

Vius additus.

Nux, asinus, mulier, similis sunt lege ligata:
Hæc tria nil recti facient, si verbera cessent.

Virga fugatrix stultitiæ est. Prou. 22. 15. *Stultitia colligata est in corde pueri, & virga disciplinæ fugabit eam.* ideo dicitur Eccles. 30. ver. 1. *Qui diligit filium suum, assiduat illi flagella, vt lætetur in nouissimo suo, & non palpet proximorũ ostia.* Huc spectat Adagium, *Bbryx verberatus melior, & obsequentior.* φρὺξ δυὴρ πληγὰς δμώων καὶ διακονίης ἐῶν sic Suidas. Hesiodus verò asserit, stultum, si damnum patiatur, sapere. νήϊδὸν δέ τι νήπιος ἔγνω. Vide infrà in sequ. Posteriorem interpretationem confirmat Prouerb. 19. vlt. *Parata sunt derisoribus iudicia* (hoc est, plagæ) *& malleis percutientes stultorum corporibus. Malleis* duriora supplicia significantur, quæ pertinaces has petras conterant & comminuant, non in hac tantùm, sed & in futura vitâ, *quæ* (inquit Beda) *vt mallei ferrum candens, sita eos in fornace, & in incude gehennæ, sine fine verberent.* & hoc loco idem, *Virga in dorso est vindicta in posterioribus, id est, in sequẽti vita; quam bene plaga illa famosa, qua Philistæi in natibus feriebantur, exprimit.* Simile oraculum redditum Pausaniæ Lacedæmoniorum duci;

Bhryx verberatus melior. Suidas. Hesiodus.

Malleis, duriora supplicia.

Beda.

1. Reg. 5.

Pausan.

Pœna luenda tibi est: adfert iniuria cladem. Horatius;

Horatius.

Rarò antecedentem scelestum
Sequitur pede pœna claudo.

EX EODEM CAP. VERS. XIX.

ADAGII. CLXXII. Multiloquio non deerit peccatum.

In multiloquio non deerit peccatum.

ARrogantissimus homo Cresconius Grammaticus hoc contra eloquentiam intorquebat, ignarus loquentiam ab eloquentiâ distingui. Ideo ab Augustino arguitur lib. 1. contra Cresc. cap. 1. qui multiloquium esse dicit, superfluam locutionem, vitium loquendi amore contractum. Idem in Prologo retractation. *Absit multiloquiũ deputetur, quando necessaria dicuntur, quantalibet sermonum multitudine ac prolixitate dicantur.* Græci vertunt hîc πολυλογίαν: Hebraicè & Chaldaicè est *multitudo verborum*, Eccles. 20. v. 8. *Qui multis vtitur verbis, lædet animam suam.* CHRISTVS vetuit etiam in oratione hoc multiloquium, Matth. 6. 7. & Ethnicis hoc vitiũ tribuit, de quo illic plura. Sapientiores inter Gentiles valdè hoc vitium detestabantur, & *locutuleios, linguaces, blaterones* huiusmodi vocabant homines, quorum lingua

Cresconius Grammaticus.

Loquẽtiæ & eloquẽtiæ distinctio. Augustinus.

Multiloquiũ quid sit.

Locutuleij.

adeò prodiga & infrenis, vt semper æstuet colluuione nec vtilium, nec necessariorum verborum: contra quos ex Aristophane, Euripide, Homero, Catone & Cicerone præclarè A. Gell. differuit A. Gellius lib. 1. Noct. Artic. cap. 15. Cur non desit peccatum, causa est, quia vix est, eum qui sine iudicio & modo multa effutit, nugacitatem, otiosa verba, mordacia, iniuriosa, aut mendacia euitare: vt & damnum, & pœnam. nam peccati nomine hæc etiam comprehendi possunt. Lxx. ἁμαρτίαν. Symmachus, παράπλωμα, vitiũ. Apollonius. Stobæus citat istud Apollonij; πολυλογία πολλὰ πράλματα ἔχει: *multiloquium multos errores habet.*

EX EODEM CAP. VERS. XXV.

ADAG. CLXXIII Impius vt turbo trãsiens.

Impius vt turbo transiens.

Sensus adagij. EX hoc versu, *Quasi tempestas transiens, non erit impius: iustus autem quasi fundamentum sempiternum*; duo colliguntur prouerbia opposita. priore isto significatur, quàm fluxa & leuis sit maximè improborum fœlicitas; illam ex inopinato & subitò, nubis & procellæ instar, deficere. psal. 36. 35. *Vidi impium superexaltatum & eleuatum sicut cedros Libani. Et transiui, & ecce non erat: & quæsiui, & non est inuentus locus eius.* Hebr. est, *& transiuit, & non est ipse. Transire* pro perire, Iaco. can. 1. v. 10. *sicut flos fœni transibit.* S. Athanasius accommodauit hoc adagium persecutioni quam Iulianus mouit, apud Socratem libro 2. histor. Eccles. cap. 10. & Theodoret. lib. 3. hist. cap. 9. Accommodat, non tamen restringit. commune enim est omnibus impiis ordinariã lege, vt sic dicam, violento impetu grassari, sed non durare. Iob. 4. 8. *vidi eos, qui operantur* (Hebr. arant) *iniquitatem, & seminant dolores, & metunt eos, flante Deo perisse, & spiritu iræ eius esse consumptos.* psal. 67. 3. *Sicut deficit fumus, deficiant: sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei.* Prophetia est, non imprecatio. *pereãt*, hoc est, peribunt. In ipso flore carpuntur, in ipsa exaltatione deturbãtur. Psal. 72. 18. *Deiecisti eos, dũ alleuarentur. Quomodo facti sunt in desolationem, subitò defecerunt: perierunt propter iniquitatem suam. Velut somnium surgentium Domine, in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges:* vt nec memoria fœlix supersit. Iusta est hæc Dei vindicta, quia tales super arenam ædificant: contrà quàm iustus, qui ædificat super petram Christum. sic Anselm. Liran. cæteri.

EX EODEM VERS.

ADAG. CLXXIV. Iustus fũdamẽtum sempiternum.

Iustus fundamentum sempiternum.

Sensus adagij. HEbr. *Fundamentum saculi*, eâdem sententiâ: Chaldæus *in absconditio.* q. d. licèt talis hic non videatur, propter nebulas persecutionum, talis tamen est, & persistit vt cautes Marpesia. Lxx. *iustus autem qui declinauit* (scilicet à malo; & pertulit tempestatis procellam) *saluatur in sæculum.* Sed Aquila, Symm. Aquila, & alij. Theodotion, vt noster, θεμέλιον αἰώνιον, *fundamentum sempiternum.* Beda & Strabus, Lyran. & Dionys. & alij veteres firmitudinem hanc inde ducunt, quia iustus in omni euentu constans manet in Domino, fundatus in Christo, hic stabilitur in Deo per gratiam, postea per gloriam.

glorią. Hinc ait Saluator Matth. 7. v. 24. 25. *Omnis qui audit verba mea, & facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui ædificauit domum suam supra petram, & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit, fundata enim erat supra petram.*] *Fundamentum sempiternum* puto vocari, quod quale ab initio, tale semper manet immobile: iustus enim cui robur & æs triplex est circa pectus, cæmento bonæ conscientiæ coagmentatum; ille nec prosperis attollitur, nec aduersis deiicitur, nec ventis errorum circumfertur: de illo, gratiâ Dei subnixo, locum habet illud Horatij lib. 3. carm. Horatius.

Iustum & tenacem propositi virum
Non ciuium ardor praua iubentium,
Non vultus instantis tyranni
Meme quatit solidâ: neque Auster,
Dux inquieti turbidus Adriæ,
Nec fulminantis magna Iouis manus.
Si fractus illabatur orbis,
Impauidum ferient ruinæ.

Fundamẽto quæ rũtur lapides quadrati, qui quomodocũque reuoluti, semper firmi consistunt; ideo Aristoteles lib. 3. Rhetoricor. & lib. 1. Ethic. ad Nicomachũ, lapidi quadrato virum virtute præditũ comparauit. In Cebetis tabula virtus insidet saxo quadrato, fortuna globo. Hinc fluxit Adagium de forti viro, homo τετράγωνος. Vide Chiliad. 4. centur. 8. adag. 35. Illud *Fundamentum sæculi*, Rabbini recentiores putant significare fundamẽtum seu basim huius mundi: quoniã (aiunt) propter iustos mundus immobilis consistit. Sed meliùs nostri, iuxta illud infrà v. 30. *iustus in æternum non commouebitur.* Aristot. Cebetis tabula. Virtutis figura. Homo τετράγωνος. Fundamẽtum sæculi.

EX EODEM CAPITE. VERS. XXVI.

ADAG. CLXXV. Acetum dẽtibus & fumus oculis.

Acetum dentibus & fumus oculis.

DIcitur de re vehementer cunctis molesta, & esse adagium patet ex simili planè apud Ezechiel. 18. v. 2. quod ipse Deus vocat prouerbium: & vbi est *vua acerba*, sicut hic, etiam vertunt Lxx. ὄμφαξ, *omphacium, agraz* Hispanis, *verjus* Belgis; cuius eadem vis quæ aceti, de quo illud medici sentiunt, acetum frigidum esse, iuxta Aristotelẽ Problem. sect. 34. q. 2. & 3. immo summè frigidum esse & frigorificum censuere multi, vt Taurus apud Gelliũ lib. 17. c. 8. & Plinius lib. 23. c. 1. sub fin. & Plutarchus lib. 3. Sympos. cap. 5. Sed puto veriorem esse sentẽtiam Galeni, qui moderatè frigidum censuit lib. de simplic. aliment. facultat. Non arbitror itaque tam dentibus nocere propter frigiditatem, quàm propter acorem, vt experimur in aliis acidis, cerasis, omphacio, &c. item propter tenuitatem substantiæ, quæ citò penetrat. Vnde apparet erasse Caietanum, qui censet acetum esse dentibus vtilissimum, & ideo licèt fateatur vocem Hebræam significare *acetum*, tamen vult verti, *acre*, in genere. Quod quid aliud est, quàm plus velle sapere ipso Salomone, qui acetum dixit dentibus noxium? At medici dicunt acetum vtile dentibus, fortè calefactum, ad gargarizationem, quia calidum citò penetrat, & sic extrahit vel expellit frigidum humorem, à quo dolor. Cur ergo cunctis dentium medicinis miscẽdum acetum? primò hoc falsum est. Secundò

Sensus adagij. Aceti frigiditas. Aristot. & alij. Galenus. Moderata frigiditas. Error Caietani. Acetum dentibus noxium. Vtile.

cundò si misceatur, aliis iunctum deperdit id quod dentibus erat nocumento. Sed mitto ista. Adagium possumus hæreticis accommodare. Adscribam verba B. Saloni in hunc locum: *Piger est malè viuens Catholicus, qui non laborat nec operatur, vt ad æternã beatitudinem peruenire mereatur. Per acetum, & fumum, hæreticorum designatur perfidia: per oculos & dẽtes, prædicatores Sanctæ Ecclesiæ; qui benè* oculi *dicuntur, quia rectã itinera præuident, pulchrè etiam* dentes, *quia spiritualia alimenta fidelibus ministrare solent. Ergo sicut* acetũ dentibus, & fumus oculis, *id est, sicut perfidia hæreticorum est contraria bonis doctoribus, quia contristat eos, & molestiam illis gignit & lacrymas: sic* piger, *id est, Catholicus malè viuens,* grauis est *iisdem Doctoribus,* qui miserunt eum, *id est, qui iusserunt, vt fidem suam operibus impleret.*] Idem Beda, sed benè addit acetum *quod à vino degenerat*, & fumus, *qui ab igne ascendens euanescit, eos qui ab Ecclesiastica suauitate & charitate per superbiam vel socordiam recedentes, hanc etiam verbis impugnant, figuratè denunciant.*] Hæreticos *aceto* significari, priùs docuerunt Origenes hom. 35. in Matthæ. & S. Augustinus super psal. 68. de fumo confirmat Eucherius in formul. Spiritual. 3. Propter noxam oculorum fumus vocatur à Virgilio *amarus*, ab Horatio *lacrymosus*, à Seneca *tristis*; ab Apuleio *lethalis*.

Adagium hæreticis aptatum. Salonius. Piger, acetum, fumus, oculi, dentes, qui dicantur.

Beda.

Origenes. Augustin.

Eucherii. Fumi epitheta.

ADAG. CLXXVI. Anni impiorũ breuiabũtur.

EX EODEM CAP. VER. XXVII.

Anni impiorũ breuiabũtur.

GEntiles non paucis adagiis contrarium indicarunt; nempe malis diuturniorem esse vitam. Vulgò dicitur, *mala herba citò crescit, sed difficulter peris.* item, κακὸς ἀνὴρ μακρόβιος *Vir malus diuturna est vita.* & κακὸν ἄγγος οὐ κλᾶται, *malum vas non frangitur*: sed hoc fit interdũ iusto Dei permissu: vt plurimùm cõtrà accidit. Ideo sacra Scriptura attendens ad id quod vt frequentius, ita melius & æquius est, minatur impiis mortẽ immaturam, bonis verò vitam longiorem pollicetur: vt hîc; *Timor Domini apponet dies: & anni impiorum breuiabũtur.* psal. 54. 24. *viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos.* Chaldæus, *non videbunt dimidium dierum suorum*, quos scilicet naturaliter viuere potuissent. Exod. 20. 12. iubet Deus honorari parentes à filiis, vt hi sint longæui super terram: quod repetit Apostolus ad Ephes. 6. 3. cõfirmat ratio naturalis, quia qui improbè & luxuriosè viuũt, mortẽ accelerant, & senes sunt ante tempus senij. vnde trito sermone dici solet, *Maturè fias senex, si diu velis esse senex.* Seneca ad Lucilium epist. 59. *Illud simul cogitemus, si mundum ipsum non minùs mortalem quàm nos sumus, prouidentia periculis exemit; potest tamen aliquatenus nostra quoque prouidentia longiorem prorogare huic corpusculo moram, si voluptates, quibus pars maior periit, potuerimus regere & coercere.* mox probat exemplo Platonis, & concludit, *potest frugalitas producere senectutem*, quod manifestissimè docuit ætas prolixa B. Antonij, & aliorum Anachoretarum.

Seneca.

Plato. B. Antonij prolixum ævum. Frugalitas producit senectutem.

ADAG. CLXXVII. Superbiæ comes cõtumelia & contritio.

EX CAP. XI. VER. II.

Superbiæ comites contumelia & contritio.

EX duobus Prouerbiorum locis vnum adagionem posse confla-

ri iudicaui, ne cogar eadem bis repetere, cui tamen magis adlubebit duo singillatim tractare, quis prohibeat? hoc v. x i. habemus, *vbi fuerit superbia, ibi erit & contumelia: vbi autem est humilitas, ibi & sapientia.* Hoc ambiguè dictum, & ideo plures recipit sensus: quidam exponunt de contumelia actiuè, scilicet superbum aliis contumeliam adferre. Nullus enim est superbus, qui non iniurius in alios. Sic Liran. Arbor. Dionysius, Baynus: sed coniungenda est interpretatio etiam passiua. qualem enim superbus se in alios gerit, tales se vicissim alij in ipsum: facilè enim causam præbet suo fastu cur vicissim rideatur, contemnatur, despiciatur: vt interpretati Beda, Strabus, Caietan. Clarius, Iansenius, Saa, & Peltanus. Prudentissimè Rex Franciæ Lúdouicus x i. dicere solebat; superbiam anteambulonem esse damni & infamiæ; *Quand orgueil marche au deuant, honte & dommage le suyuent.*

Sensus adagij.

Liranus, & alij.

Beda, & alij. Ludouici sententia.

Prou. xvi. ver. xviii. *Contritionem præcedit superbia & ante ruinam exaltatur spiritus.* Apud Æsopũ Planudes sciscitanti tumido Philosopho quidnam Deus ageret, respondet, *τὰ ὑψηλὰ ταπεινοῖ, καὶ τὰ ταπεινὰ ὑψηλοῖ, excelsa humiliat, & humilia exaltat.* Legerat Planudes in nostris litteris sacris, in quibus ait mater Sapiẽtiæ, de Deo, *deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles*, Luc. i. 52. & ipsa sapiẽtia Matt. 23. 12. *Qui autẽ se exaltauerit, humiliabitur, & qui se humiliauerit exaltabitur.* Quicquid in excelso est, ruinæ vicinum est. cogita rotam fortunæ & huius mundi.

Respondet datũ sciscitanti quid agat Deus Planudes.

ADAG. CLXXVIII. Manus in manu non erit innocens malus.

EX EODEM CAP. VERS. XXI.

Manus in manu, manus ad manum.

HEbraicè est, *manũ ad manum non erit impunitus malus.* iad leiad lo-innachech ragh יד לד לא ינקה רע cuius sunt variæ interpretationes, & ideo possumus multis modis vti. Lxx. vertunt, *χειρὶ χεῖρας ἐμβαλὼν κακὸς οὐκ ἀτιμώρητος ἔσται, manui manus iniiciens iniustè non impunitus erit.* pro ἐμβαλὼν fuit alia versio *συμβάλλων, conferens.* Chaldæus, *Qui extendit manum suam cõtra socium suum, nõ erit innoxius à malo.* & clarè S. Hieronymus aduersus Ruffinum, *manus inferens iniustè non erit impunitus.* Ex quibus apparet veteres omnes interpretatos esse iad, *manum*; nec audiendos recentiores, qui vertunt *mox, & mox*, seu *illicò*: vel *statim, confestim*; nec alios, qui *repentè.* Deinde apparet *innocentem* poni pro *innoxio*, cui non nocetur, pro indemni & impunito. Tertiò posse verti *manus ad manum*, quia sententiam eandem repetẽte Salomone infer. cap. 16. v. 5. noster vertit, *etiamsi manus ad manum fuerit, nõ est innocens*, scilicet arrogans, vbi Lxx. eodem modo vt hîc, nisi quòd ponunt *οὐκ ἀθῳωθήσεται, non erit innocens*, & ibi in Græcis scholiis notatur quædam versio pro *iniiciens*, reddens *μιγνὺς, miscens*, paulo aliâ sententiâ. Chaldæus illic malè prætermisit, *etiamsi manus ad manum*, & tantùm posuit, *à malo non mundabitur*; cùm in Hebræo sit יד לד Quartò, propter varia significata manus seu י quod constat primariò *manum*, & secundariò significare *facultatẽ, robur, potentiam, plagam, prophetiam, præceptum*, & alia; nasci valdè multas interpretationes & vsus Prouerbij, quod fiet sequentibus sententiis manifestum: magis probabiles ponam priore loco.

Variæ interpretationes.

Prima est, *manum in manu* seu *ad manum* dici eum *ponere*, qui segnis est & ab operando cessat, vt sensus

Prima interpretatio & vsus adagij.

XI. sensus hic sit, licèt impij manus ab iniquo opere ocietur, tamen improbum non esse immunem à peccato, quod mala meditando & cogitando contrahit, & ideo supplicium S. Gregor. non euadet. Ita S. Gregorius lib. 25. Moral. c. 3. Salonius, Beda, Strabus, Mystica interpretatio. Dionys. Liranus, Arboreus hic. Hanc Iansenius vocat mysticam; ego non video cur non possit haberi pro litterali: nam quod de iusto sequitur, non repugnat. Iustus enim est, qui fidei opera adiungit bona. Itaque idem erit *manus ad manum*, quod complicare manum, aut manum manui suæ conserere, de quo satis copiosè dictum suprà adag. 102. Reliqui interpretes non accipiunt de manibus eiusdem, sed de manibus diuersorum hominum, vel hominis & Dei. Itaque

II. Secunda sententia est, quia manus est hominis instrumentum maximè auxilio ferendo aptum; ideo *manum ad manum* idem esse, quod auxilium ferre. q. d. licèt impij sibi mutuò auxilientur, non tamen præualebunt, nec pœnam sceletum euitabunt, quam vel ipsi, vel eorum posteri luent, sic Vatabl. & Bainus existimat hanc versione L x x. confirmari; sed versio illa non magis hanc quàm alias interpretationes iuuat, quia est ambigua, hæc potiùs iuuatur eorum versione, qui συμβαλλον verterunt. certè satis bene conuenit, contextui, & connexioni.

III. Tertia, significari conspirationem & fœdus initum inter malos. Quia qui paciscuntur, manus iungunt; vt hic *manus ad manum* significet consensum animorum, etiam pacto firmatum; quæ opponatur cœtui & congregationi iustorum. Iansenius. Peltanus. Sic Iansen. & Peltanus. Sanè manus iunctæ hieroglyphicum sunt fœderis amicitiæ, & conspirationis, Manuum iunctarum hieroglyphicum. vt patet ex multis veteribus nummis Græcorum & Romanorum, & ex symbolis Paradini; ex signis quoque militaribus, in quibus dextera argentea iuncta cernebantur. de Gentilium more locupletes testes producunt Tiraquellus annotat. ad Alexandri ab Alex. lib. 2. genial. dier. cap. 19. & Sancius Brocensis ad Alciati emblema. 39. vbi habetur illud: Tiraquellus. Sancius Brocensis. Alciatus.

Fœderis hæc species: id habet concordia signum,
Vt quos iungit amor, iungat & ipsa manus.

Potest etiã ex sacra Scriptura probari concors consuetudo Hebræorum. Habes Threnorum vltim. 6. *Ægypto dedimus manum & Assyrio*, hoc est, iuxta nonnullos, fœdus cum illis percussimus. & 4. Reg. 10. 15. Iehu interrogat Ionadabum, an idem cum ipso sentiat, & partiarius ipsius sit, quod affirmanti inquit, *si est, da manum tuam: qui dedit ea manum suam*, in signum fœderis & amicitiæ.

IV. Est aliorum qui exponunt *illicò, confestim, mox, mox.* vt significetur repentina, facilis, & velox vltio & non tardatura: sic R. Immanuel. Pagninus & alij. quod placuit Pagnino, Vatablo, Isidoro Clario, Caietano, & Saa. probant ex vsu loquendi Italorum *ad mano, ad mano*, id est, *iam, iam.* Si obiicias, multorum malorum vitam diu prorogari, plerosque in hac vita non puniri: respondet Caietanus, agi de damnatione æternâ, & totum hoc vitæ tempus eius respectu momentaneum quid esse.

V. Sunt qui velint exponi *plagam ad plagam.* q. d. etiamsi Deus vindex accedat, & supplicia suppliciis accumulet, tamen impij non corriguntur. refert Peltanus. Sed hæc metaphorica est, inde petita quòd Hebræi plagam à Deo illatam soleant Peltanus.

signã

CLXX VIII. significare nomine manus, vt Exo. 9.13.& 14.31.& 1.Reg.7.13.& 12. 15. Sed tunc vt plurimum post ד sequitur (ב) deseruiens, vt notat Pagninus. Pagninus in lexico.

VI. Sextò: si sic luberet digredi, posset quis dicere, significari *prophetiam*, vt significat, vt Ezech. 2. 9. vt sit sensus; impius omnes Dei comminationes quamuis crebras contemnit, & ideo non feret inultam contumaciam.

VII. Septimò: vel significari *præceptum*. q. d. licèt iteratò sæpius sæpiúsque præcepta & leges feras, non emendabitur impius: sed præstat *manus* propriè accipere, in primariâ significatione vocis *Iad*.

VIII. Octauò tunc occurrit alia, exponentium, si filius cũ patre in malo consentiant, neuter feret impunè: sic quidam Hebræorum apud Baynum & Pagninum.

IX. Nona est. Nunquã malos effugere vindictam Dei, semper enim vel ipsos, vel eorum liberos plecti. Sic Mercerus.

X. Decima. Per *manus* opera significari, hoc sensu: si manus Dei ad manum hominis accedat, id est, si opera hominum conferantur cum operibus Dei, & iis quæ Deus iussit fieri, haut dubiè reus erit homo, nec poterit supplicium euadere. Hanc Baynus. refert Baynus, sed meritò deserit, quia durissima est.

Adhuc alias reperio, quas refert Nauarret. Nauarretus in c. 3. Threnorum Ieremiæ. Sed ego nescio quorum sint; nec præ illis displicent vllo modo tres sententiæ primo loco positæ: referam illas.

XI. Vndecima est, quicquid conetur malus, licèt ambas iungat manus (hoc est, diuitias & fauorem) adhuc non expiabitur.

XII. Duodecima. Licèt peccator conetur peccatum suum, sicut manum manu tegimus, occultare, non liberabitur à supplicio.

XIII. Decimatertia. Etiamsi impius manu suâ tibi munus in manum tradat, non confidas illi, nam te semper lædere conabitur. Hæ tres præter nouitatem nihil habẽt conspicui. Vltima potest eò referri, quòd impij sunt hostes bonorum, & hostium dona solent esse perniciosa, iuxta Adagium, *hostium munera non sunt munera*. Sophocles in Sophoc. Mastigophoro:

ἀλλ' ἐς' ἀληθὴς ἡ βροτῶν παροιμία,
ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα, κοὐκ ὀνήσιμα.

quod vertit Erasmus,

Quin verum id est mortalium prouerbium,
Non esse dona, dona quæ veniant tibi
Ab hoste, verùm inauspicata ac noxia.

& quod amplius ad rem Euripides, Euripid.

κακὸς γὰρ ἀνδρὸς δῶρ' ὄνησιν οὐκ ἔχει.
Ladit, iuuat nil improbi munus viri.

lege Chiliad. 1. cent. 3. adag. 35. & Alciati emblema de Aiace & Hectore, CLXVII. Alciatus.

Decima quarta. Hæc aliis visa, non reticebo tamen fortassis simplicissimam interpretationem esse, *manum ad manum* poni, pro manibus. q. d. Si impius iniustè manus alteri intulerit; vtraque verò manu significari affectum inferentis, & iniuriæ grauitatem. Sic accepit D. Hieron. in Apolog. extremâ contra Ruffinum. & videtur idem voluisse Chaldæus, & LXX. sic possunt intelligi. Autoris sententia.

EX EOD. CAP. V. XXII.

ADAG. CLXXIX. Circulus aureus in naribus suis.

Circulus aureus in narib. suis.

AIt Salomon; *circulus aureus in narib. suis, mulier pulchra & fa-*

tua. pro scholio sunt LXX. qui, ὥσπερ ὀνάτιον χρυσῆ ἐν ῥισὶ ὑὸς, οὕτω γυναικὶ κακόφρονι κάλλος. *Sicut inauris aurea in nare suis, sic mulieri stultæ pulchritudo*. nam & supplent comparationis subaudiendæ notam quæ non exprimitur in Hebræo: & docent etiam in similitudinibus obscurioribus paræmialem vim latere; & qualem circulum intelligere oporteat, ostendunt; & alterum mẽbrũ de muliere pulchra & fatuâ luculenter elucidant: nempe nõ pluris ab eâ decus formæ fieri, quam à porcâ fit annulus aureus seu monile in naribus. χρυσοῦν non legitur in editione Vaticanâ, vt nec apud B. Hieronymum ad Ezechi. cap. 28. in prin. & Clem. Alexandrin. lib. 3. cap. 11. Sed eam vocem retinent Biblia Complutensia, Aldina, & Regia, vt & D. Hieronym. in Ezech. cap. 16. & Cassianus collat. 14. cap. 16. videtur legisse Chrysostomus in Prouerb. citatus à nostro Frontone Ducæo in eruditis Collectan. ad Clementis Alex. pag. 274. & continetur in Hebræo & Chaldæo. Difficultatem etiam habet, cur verterint ὠάτιον ἐν ῥινὶ. Hebraic. est נזם *nezem* de qua voce non placet, quod Caninius & Forerius in Isai. c. 3. v. 21. censent, omne genus ornamenti lasciui ab auribus, naribus, aut frõte dependens; quia volunt אף *aph* etiam significare totam faciem, & נזם dici a נזה quod est animo vel corpore fornicari. Non (inquam) hoc placet, quia videmus voci נזם addi vocem אף quam negare non possunt vt plurimùm restringi ad nasum. nec illa ipsorum interpretatio congruit huic loco nostro; quia sus rostro, non totâ facie fodicat: nec quadrat loco Ezech. 16. 12. vbi Hebr. est dedi *nezem ghal apheck*, *inaurem super os tuum*, vt vertit noster, & LXX. ὠάτιον ἐπὶ τὸν μυκτῆρα. pro *recidens*, hoc enim sonant Hebræa. & sic omnes acceperunt antiqui; nec parum confirmat Symmachus, qui ἐπιῤῥίνιον, q. d. *innarem*. D. Hier. apud Isaiam, *gemmas in fronte pendentes*; sed ad d. c. 16. Ezechiel. rem explicat, de naribus agi; non quòd nares perfoderent Iudææ (quod etsi fortassis visum Clementi Alexand. d. cap. 11. tamen nec verisimile est, nec admodum credibile) nec quòd inaures in naribus ponantur, quarum locus est certus aurium perforatarum, vt etiamnum hodie, sed quia circulus ad similitudinem inaurium factus, inauris metaphoricè vocetur: & suo adhuc tempore inter cetera mulierum ornamenta aureos circulos fuisse, qui à fronte dependentes, naribus immineret.] hæc D. Hieronymus, vnde patet ratio versionis nostræ & LXX. sed & illud, recentiores aberrare, vt Leonem Iudam, qui apud Esaiam vertit, *frontales insulæ*: & Vatablum ac alios, qui vniuersim, *monile*. Postremò sciendum, peritè nostrum vertere *& fatua*, sicut & LXX. ναχόφρονα, quod etiam amplexi Symm. & Theodotion; significat enim, mulierem, cui desit sal sapientiæ, insulsam, & proinde corruptam atque fœtentem. ideo Chaldæus vertit, eam quæ sit *fœtido sensu*, vt vertit Arias in Paraphrasi, sed in textu reddit *declinans discretionem*, quod est, Hebraicè סרח טעם *Sarah thagham*, Hieronymus in Ezech. vertit *malè moratam*. Pagninus, *deficiens consilio*. Vatablus, *insulsa*: Baynus, *deficiens sensu*. Clarius & Caietan vt noster: hic tamen monet vocem Hebræam idem significare, quod *recens à sapore*; sed sensum esse eundem, quia insulsum & insipidum vocemus *fatuum*. Verè quoad hoc vltimum: nam sic Martialis *betas fatuas* dixit. Sed puto mendosè editum *recens*, pro *recidens*, hoc enim sonant Hebræa.

Clemẽtis Alex. sententi de narib. pertollitur à Iudæis. Inaures.

Recentiorum error in versione.

Symmac. Theodot.

Mendosa lectio.

CLXXIX Metaph. bræa. Egregiè sanè metaphora & gemina quidem. prior sumpta à viro, quo ætate cùm accescere incipit vel vappescit, dicitur recedere vel fugere, etiam Latinis Iurisconsultis. posterior, quia טעם hoc est, gustus seu sapor, à cibis corporeis ad mentem transfertur. gustu discernimus probum alimentum à corrupto, aut spurco: mente res noxias ab vtilibus discernimus. Epiphanius in Anchorato post medium, *à mente dicit sermones discerni, gulam verò cibos gustare. mentem enim in homine vim discernendi obtinere.* τὸν μὲν γὰρ ῥήματα διακρίνει, λάρυγξ δὲ σίτα γίνεται). διανοητικὸς δὲ ὁ νοῦς ἐν τῷ ἀνθρώπῳ. Insipida itaque & fatua mulier, à qua sapientiæ sapor recessit: sit illa longa, candida, recta, formosa corpore, simica illa salis & saporis deest, *fatua* est: quod etiam epigrammatarius cuidam conuitium facit. Sic Tertullianus cap. 40. de resurrectione carnis, & lib. 2. aduersus Marcion. cap. 19. *mentem* hominis vocat *substantiæ saporem*; & *passionis saporem*, quia mentis sapientia est qua sapit homo. Sic sæpe in sacra Scriptura *gustare* pro intelligere, vt Prou. 31. 18. *gustauit & vidit, quia bona est terra.* Psal. 33. 9. *gustate, & videte quia suauis est Dominus.* vide Martin. de Roa lib. 1. singular. cap. 7.

Epiphan. Tertull. Martinus de Roa.

Comparatur ergo (vt benè Iansen.) mulier pulchra & fatua sui: & annulus aureus qui est in nare suis, huiusmodi fœminæ pulchritudini. Nam fatui & peccatis immersi homines solent *porci* in Sacra Scriptura vocari: vt cùm prohibet Dominus *margaritas spargi ante porcos*, Matth. 7. 6. & cùm dicitur *sus lota in volutabro luti.* 2. Pet. 2. 21.

Sensus adagij.

Sensus ergo adagij primarius est, de illis quos non ornant, sed dedecorant potiùs bona fortunæ vel corporis: sicut enim circulus aureus dedecet suem, sic etiam pulchritudo mulierem fatuam. Sicut enim circulo aureo sus non nouit vti benè, sic nec decore suo mulier excors. Sus rostro suo terram & cœnum fodit, & aurum illi insertum lædedat: sic suam formam mulier insipiens luto maculat spiritualis cœni: pulchritudo procos allicit, fatuitas illam in insidias præcipitat & in varias lasciuiæ latrinas. Sic explicat Clemens loco citato: καθάπερ οὖν ἡ τὸ χρυσίον μάστακι τῆς συὸς τῇ ἀκαθαρσίᾳ, τῷ ῥύγχει τὸν σωφρονοῦντα ἐκλαμβάνουσα, οὕτως ἀσυλλόγιστον ἡ τρυφητικὴ ὄψις, ὑπὸ τῆς ἀφροσύνης ἰωμένη, τὸ κάλλος τὸ ἀληθινὸν καθυβρίσουσιν ἀφροδισίοις μολυσμοῖς. Heruetus ita transtulit; *Quemadmodum ergo polluitur aurum immunditia suis cœnum rostro suo conturbantis: ita quæ sunt paullo magis luxui dedita mulieres, si à nimiis copiis innitentur ad libidinem, & impuditiciam, probro ac dedecore veram afficiunt pulchritudinem, eam inquinamentis venereis polluentes.*] Eodem modo Chrysostomi fragmentum citatum à Frontone explicat & S. Hieron. in Ezech. cap. 16. B. Salonius literalem sensum esse ostendit, sic etiam Beda, Lyranus, Dionysius, & recentiores communiter. Sic planè Plautus.

Clemens. Chrysost. fragmentum. Salonius, & alij. Plautus.

Pulchrum ornatum turpes mores cœno collinunt. Nec longè abit illud, αἰσχρὸν ὁ σῶμα κἂν χρύσια ἔχῃ σύμβολα. *Simia est simia, etiamsi aurea habeat insignia.* & aliud Sopatri; σάπρον σίλλυρον ἀργυρᾶς σινὰξ ἔχων; *Putrem silurum argentea lanx habet.*

II. Theodoreti explicatio, dehortationem esse à vitiis, quæ frænanda nobis instar taurorũ, quibus ferreus annulus per nares traiicitur, quo circumducantur; parum accommodata contextus Salomonis verbis videtur, non tamen malè conuenit Ezechiel. loco d. v. 12.

II. Theodoretus.

Tettiò Baynus etiam aliū ſenſum addit, à primo non multum recedentem : nempe quemadmodum ſus ſterquilinium fodiens, annulum aureū aut gemmam inuentam negligit, & ſpurcitiæ magis oblectatur : ſic mulier ſtolida, cùm formoſitatem à Deo acceperit, qua gratiam & honorem poſſit adſequi, ſordibus vitiorum & libidinis indulgens, domum pulcherrimam ſpernit, nec tanti beneficij authorem recognoſcit.

IV. Quod in omnibus ferè Adagiis commune eſt, id in iſto idem Robertus obſeruauit; quod particulariter dicitur, id vniuerſim accipi. nam per mulieris pulchritudinem, quaſcumque humani corporis dotes, & omnes animi virtutes poſſe intelligi; quæ ſine ſapientia, nec apta, nec decora ſunt poſſidenti. Quò diuitiæ, ſi quis vti neſciat; illi qui à ſapientiâ eſt alienus, hæc dona potiùs nocent, quàm proſunt. hæc interpretatio videtur eſſe D. Hieronymi ad cap. 28. Ezechiel. interpretantis hanc pulchritudinem, naturæ dona, & imaginem Dei in creatione, & ſimilitudinem eiuſdem in baptiſmo receptam.

V. Ad animam quoque tranſferunt alij aliter; Salonius, *quicumque Sacras Scripturas intentè meditatur, & iugiter perſcrutatur diuina eloquia, accipit ornamenta ſcientiæ: quòd ſi malè viuendo corrumpit & deſtruit quod bene intelligit, circulum aureum habet in naribus, ſed more porci terram fodit, coinquinat & luto immergit: quia ornamentum, quod per naturam ſcripturarum adeptus erat, immunda actione ſordidauit. Talis anima eſt mulier pulchra & fatua, pulchra per ſcientiam; ſed dedita carnalibus delectationibus, fatua eſt per actionem.*] Sic etiam benè ad verbum Beda. Sed elegantiùs Caſſianùs d. collat. 14. c. 16. Pone verba.

VI. Idem Beda, Strabus, Dionyſ. Arboreus & alij cenſent dici poſſe de doctrina hæreticorum, quæ, ſi ſpectes eloquentiam & tornata verba, ſimilis eſt circulo aureo; ſed ipſi doctores hæretici porcis comparandi, quia fatui intellectu, ex terrenæ intentionis pondere more grundilis pecoris ſurſum non aſpiciunt, ſed ſe ac ſuos crapulæ & libidinum ſordibus immergunt. Item quoniam non ſecus abutuntur Sacræ Scripturæ falſis corruptelis quàm ſus aureo in naribus circulo abuteretur ad fodicandum volutabrum.

EX EODEM CAP. VERS. XXIX.

ADAG. CLXXX. Vētos poſſidere.

Poſſidere ventos.

DIcitur de eo qui nihil poſſidet, ſed omnia conſumpſit, vt patet ex ipſo contextu, *Qui conturbat domum ſuam, poſſidebit ventos.* Hebraicè, hæreditabit, *Inechal* יִנְחַל. LXX. ὁ μὴ συμπεριφερόμενος τῷ ἑαυτοῦ οἴκῳ, κληρονομήσει ἀνέμους. *Qui non eſt præſto*, ſeu *qui non conuerſatur domi ſuæ* (hoc eſt, qui negligit curam rei domeſticæ) *hæreditabit ventos.* Subaudiendum ergo in noſtro, *hæreditate.* q.d. dilapidator & decoctor ſui patrimonij, pro ſuo patrimonio accipiet inaniam, & ſacculum aranearum, iure hæreditario poſſidendum. Nam noſter Hebræum עכר optimè vertit *conturbat.* Malè ergo Baynus legit, *perturbat.* omnes enim libri correcti habent *conturbat.* & licèt Hebræum verbum ſignificet generaliter *turbare*, maximè facto, vel re, tamen hic

hîc restringendum ad *perdere* seu consumere, sicut Prou. 15.6. *Domus iusti plurima fortitudo, & in fructibus impij conturbatio*, hoc est, vt Lxx. *fructus autem impiorum peribunt.* Quod additum est, *Bitho, domum suam*, restringit significatum ad iacturam rei familiaris, vt aduerterunt Lxx. melius quàm Aqui. Symma. & Theodotion, qui nimis generaliter transtulerunt, *ταράσσων, turbans, percellens.* Sic pro, rem familiarem absumere, prodigere, decoquere, vtuntur Latini verbo *conturbandi.* Sallustius in Iugurthâ dixit, *rem conturbare*: Cicero ad Cœlium, *fortunas conturbare*: Martialis *macellum conturbari*, & lib. 9.

Sallustius.

Rem conturbare, fortunas. Martialis.

Grandis in æthereo licèt auctio fiat Olympo,
Cogantúrque Dei vendere quicquid habent;

Conturbabit Atlas. id est, non erit solutio. *quebrara scalçara.* Hisp. frequentior vsus est in iure, vt L. quicumque. D. de instit. act. L. quidã fundum. de in rem vers. & alibi. Hoc loco id postulat ratio. quia præcedenti versu corripuit eos, qui nimis attenti sunt ad rem; nunc contrarium vitium insectatur, vt benè Bayn. Iansen. & alij. Vatablus; *Qui dilapidat rem familiarem, tandem nihil est habiturus.* Clarius, *inanis erit*; Saa, *redigetur ad summam inopiam*; ad quod naufragium sequitur cessionis bonorũ miserabile beneficium, Iudæis antiquitus ignotum. Nam qui non erat soluendo, creditori nexus tradebatur in seruitutem. *Conturbare*, vitium erat; cedere bonis apud Romanos remedium, & liberi corporis quædam redemptio.

II. II. Alia explicatio Caietani, Arborei, & Dionysij, de illo qui filios, vxorem, seruos, familiares, & affines morositate suâ turbat, & inquietat; qui nihil sibi nisi molestias, & odia, & interdum expulsionem comparat, non cohæret cum præcedentibus, & vereor ne nata sit ex perperam intellectâ voce *conturbandi.*

III. Alia est spiritualis expositio, per *domum* intelligi habitaculum cordis, nempe mentem, quod qui conturbat (hoc est, dilapidat bona eius, intellectu, memoriâ, voluntate abutitur ad malum, & quasi decoquit) ille ventos hæreditat, hoc est, flatus diabolicarum suggestionum intra se suscipit, & iis ad omne malum distrahitur: iuxta illud Osee 8. v. 7. *ventum seminabunt, & turbinem metent.* Sic ferè Patres, Salonius, Beda, vtraque glossa, item Lyran. Dionys. nisi quòd *conturbant* capiunt pro perturbant prauis cogitationibus, passionũ tumultibus, phantasmatum nugis, & inordinatis affectibus, & inconstantiâ. III.

Salonius, & alij.

Postremò quod *possidere ventos* Lyran. Arbore. & quidam alij exponunt, domo expelli, & sic incertis vagantem sedibus, ventis exponi, longè petitum & durum est: facilè refellitur similibus locutionibus, vt *in ventum verba proferre*, de quo adag. antè & post. & *ventum tenere*, infr. cap. 27. 16. quod illic explicabo, & *ventum persequi*, Eccles. 34. 2. & quod Isai. ait de simulacris iniustorum, ea *ventum & inane* esse, cap. 51. 22.

Durior expositio.

EX CAP. XII. VER. IV.

ADAG. CLXXXI. Putredo in ossibus.

Putredo in ossibus.

SÆpius repetitur in Sacra Scriptura: hoc loco dicitur de fœmina quæ probrosa est, & luxu atque dissolutis moribus rem fami-

Sensus adagij.

liarem, & famam suam, mariti liberorúmque commaculat; & ideo marito crux est, cor eius perpetuò exedens, ait Sapiens; *mulier diligens corona est viro suo: & putredo in ossibus eius, quæ confusione res dignas gerit.* Hebraicè pro *putredo* est *rachab* רקב quod *putredinem* in genere denotat. Lxx. restringunt ad *ligni vermem* ὥσπερ δὲ ὁ ξύλῳ σκώληξ. Chaldæus etiam, *mulier mala, sicut putredo in ligno, sic disperdit ossa viri sui. Ossa* sunt firmior pars corporis, ideo alius vertit ἐν ὀχυρώμασι, *in firmamentis*: nam ossibus corpus consistit & firmatur. Vnde patet illud nostri *eius*, non capiendum de ipsâ muliere, vt putant Beda, Salonius, & Liranus, Arboreus, Caietan. & alij; sed de ossibus viri, vt postulat vox Hebræa. Nam etiam viro hoc malum est intestinum; adeò vt licet foris dissimulet, tamen intrinsecus paullatim exedatur. Notum illud sapientis Senatoris, quod in Pauli Æmilij vitâ refertur, qui repudium vxori missum reprehendentibus, & causantibus illam nobilem, ditem, formosam; ostenso calceo, respondit, *& hic nouus est, & elegans aspectu, sed vestrum nemo nouit, qua me parte ledat, angátque. Putredinē* Lxx. & Chaldæi sumpserunt pro termite, cosso, seu teredine: quæ ligneum lacunar, tignum, & trabes sæpe foris integræ & solidæ oculis apparent, quæ intus sunt corrosæ & corruptæ: sic vxor infida thalamo instar cariei, intimum viri robur erodit & absumit. Qui carie sunt ægri, cutis superficiem, & partes carnosas aliquomodo habent sanas; saltem specie exteriore, in ossibus verò fouetur & glisci malum, quod Gorræus definit resolutionem continuitatis; cuius causa est humor acutus & acris in ossè putrescens, ipsúmque exulcerans. Initio hoc malum *ossis asperitas* vocatur, sed foramine iam maiore terebrato, & quodam veluti sinu apparente dicitur τερηδὼν vel σφάκελος. Hippocrati lege Galenum cap. xi. de causis morborum. Hoc sensu capiendum Thalmudicum adagium ab aliis citatum; *Scortum vt domo, quod tinea sesamis.*

Idem dicitur alibi de inuidia inf. 14.30. *Vita carnium, sanitas cordis,* (hoc est, melius est corpori, quando cor est sanum, *cor* pro mente vt notat S. Epiphanius in Anchorato) *putredo ossium, inuidia,* hoc est, caries, seu teredo ossium. Psal. cxi.10. *Peccator* (inuidus) *videbit, & irascetur, dentibus suis fremet, & tabescet.* S. Basilius orat. de inuidia dicit *eam primum & domesticum possessori suo malum esse,* φθόνος πρῶτον κακὸν καὶ οἰκεῖον ἐστὶ τῷ κεκτημένῳ.

quod fortè sumptum ex Carcini comediâ.

Carcinus.

δρᾷ μόνον ἕλκιον, ὃν ποιεῖ φθόνος,
λυπεῖ γὰρ αὐτὸ τὸ κλίμα τὸς κεκτημένους.

Interpretantur hoc modo:

Vnum quidam peculiare sibi fecit inuidia.

Ipsa enim possessorem possessio suum offendit.

Philemon etiam prodiderat hoc vnum præclarè inuidiam operari, quòd *qui illi familiarior est, eum ledat grauius,* λυμαίνεται μάλιστα διὰ παντὸς οἰκεῖον. Ossium meritò fit mentio, vt significetur fortissima quæque depasci hoc malum, & in intima se immergere penetralia. Lxx. hoc v. 30. vertunt, σὴς δὲ ὀστέων καρδίαν ἀνδρικὴν, *tinea ossium cor sensitivum,* hoc est, inuidum: nam Aquila, Symmach. & Theodot. ζῆλος, hoc est, *zelus, liuor.* Chaldæus etiam, *sicut putredo in ligno foris est, sic & in ossibus inuidia.* Ideo S. Bernardus alicubi vocauit *animi tineam*: vt & poëtæ Græci, vt apud Stobæũ Menander καὶ

Sapientis senatoris dictum.

Beda & alij notati.

Carie ægri.

Gorræus.

Philemõ. Inuidiæ operatio.

Hippocrates. Galenus.

Scortum in domo, quod tinea sesamis.

S. Basilius.

S. Epiphanius.

S. Bernard. Inuidia animi tinea. Stobæus.

καὶ οὐκ ἔστι τὰ λυμαινόμενα ἐξίν ἔνδοθεν,
οἷον ὁ μὲν ἰὸς ἀν σκώληξ τὸν σίδηρον·
τὸ δ' ἱμάτιον, οἱ σῆτες, ἡ δὲ θρὶψ τὸ ξύλον.
ὁδὲ τὸ κάκιστον τῶν κακῶν πάντων φθόνος,
φθισικὸν ποιοῦν, καὶ ποιῶν, καὶ ποιῶν,
ψυχῆς πονηρᾶς δυσσηπὴς παρασάσις.

Interpres:

Et omnes corruptionis causa veniunt intrinsecùs,
Vt ferrugo, si consideres ferrum;
Si vestes, tinea, teredo, si lignum spectes:
Inuidia verò malorum omnium pessima
Tabidum fecit hominem, & facit, & facit,
Propter impias animæ prauæ cogitationes.

Sed aliud est *teredo*, aliud *thrips*: distinguit Theophrastus; quia tria lignorum vitia ponit, teredinẽ, thripem, & vermem. Plinus tamen *teredines* videtur loco generis vsurpasse; & eas in mari natas nomen retinere, terrestres vocari *tineas*, & culicibus similes *thripas*. lib. 16. cap. 41. Omnibus commune cariosa ligna reddere. Hinc deductâ metaphorâ auriculis à Lucilio caries tribuitur, à Celso medico ossibus, qui vocat *ossa cariosa* lib. 8. cap. 2. fit vel coniunctæ carnis putrilagine, vel medullâ intùs corrupta, quæ origo instituto nostro est accommodatior, & indicatam puto à Cœlio Simph.

Theophrastus. Teredo. Thripes. Vermis. Plinius.

Auricularum caries. Lucilius. Celsus. Ossa cariosa.

Cœlius Symph.

Lixat tabificum malis venenum
Intactis vorat ossibus medullas;

ita principio, sed mox etiam ossa.

Tertius locus est Abac. 3. 16. *Ingrediatur putredo in ossibus meis*, Hebraicè eadem vox est, L x x. nescio cur *tremorem* verterint; nam apertè sensus est, computrescant ossa mea: q.d. intùs & exteriùs putrescam: nã quod sequitur, *& subter me scateat*, externam corporis putrefactionem denotat. Nec assentior Antonio Gueuaræ locum de morte ex immodicâ lætitiâ interpretanti.

Antonij Gueuaræ reiecta interpretatio.

Ex quibus omnibus patet, *putredinem in ossibus* vsurpari de quouis malo intestino. Nec pugnant contra nos, qui *τὸ eius* ad mulierem retulerunt, vt B. Salonius, cuius hæc verba; *Adultera verò mulier, quamuis foris videatur speciosa, putredo tamen est in ossibus: quia intùs fœtore luxuriæ suæ membra coinquinat.* Sic etiam Beda verbo tenùs: retulit enim totum ferè Salonij Dialogum in commentarium suum, vt Strabus Bedæ commentar. in suam g'ossam.

Salonius.

Beda.

II. Strabus etiam exponit de hæreticis, quorum etsi aliquæ virtutes forinsecùs splendere videantur, tamen putredo praui dogmatis omne robur eorum internum corrumpit. Sic etiam ferè gloss. Interlinearis. Iansenius ad Synagogam Iudæorum transfert, quæ CHRISTO Domino fuerit quasi putredo in ossibus. Denique omnes quod sciam capiunt phrasim vt dixi; inter quos optimè Baynus; *Nescio an vlla metaphora domesticum malum, quod patitur maritus ab importuna & impudenti muliere, poterit aptiùs exprimere.*

Strabus. Ad hæreticos accommodatio.

Ad Synagogam Iudæorum.

Baynio optima interpretatio.

Qui *ossa* pro carne ossibus vicinâ capiunt, videntur cariei naturam ignorasse.

EX EODEM CAP. VERS. IX

ADAG. CLXXXII Gloriosus indigens pane.

Gloriosus indigens pane.

COlligitur apertè ex verbis Salomonis, quæ elegantissimam

& sapientissimâ sententiâ continent, *melior est pauper & sufficiens sibi, quàm glorioſus & indigens pane.* confirmat Siracides c.10.v.30.Eccl. *Melior est qui operatur, & abundat in omnibus, quã qui gloriatur & eget pane.* Hoc v. 9. Lxx. paulo aliter vertunt, sed sensu eodem, κρεῖσσον ἀνὴρ ὁ ἀτιμίᾳ δουλεύων ἑαυτῷ, ἢ τιμὴν ἑαυτῷ περιτιθεὶς, καὶ προσδεόμενος ἄρτου. *Melior vir in vilitate seruiens sibi, quàm honorem sibi circumponens, & indigens pane.* Ex Hebr. patet ea nõ dissentire, nã est *tob mikleh veghaad lo* טוב נקלה ועבד לו *melior qui sejp sum despicit & seruus est sibi ipsi.* vbi postremum illud non recte Chaldæus explicat, *& habet seruos*, melius Symmachus, ἄτιμος καὶ δουλεύων ἑαυτῷ, *abiectus & seruiens sibi.* Quare nostrum *pauper*, humilem significat & abiectum, vt solet in sacra Scriptura. Exod. 22. 25. Iob. 24.14. psal. 9. v. 10. & 19. *& sufficiens*, non est αὐτάρκης, vel *abundans*, sed est qui sibi ipsi ministrat necessaria: nam *sufficere*, est ministrare. Sic Virgilius dixit, satis humorem sufficere, & pastoribus vmbram. Qui aliter acceperunt, putarunt in hoc versiculi priore commate idem dici quod ab Ecclesiastico, *& abundat in omnibus.* Sed illic Græcè est ὁ ἐργαζόμενος καὶ πλουτῶν ἐν πᾶσιν. & voluit Siracides iactatori aliud genus hominum opponere. cùm enim posteriori commate conueniant de iactatore seu glorioso, priore Salomon loquitur de illo cui neque seruus est neque arca (vt ait ille) Siracides verò de illo, qui labore suo sibi diuitias peperit, adeò vt abundet etiam: quà in re non adæquat comparationem Salomonis, etsi verissimum sit quod dicit. Minùs enim mirandum est si præferatur is qui diuitias sibi labore suo & industriâ comparauit suâ, pauperi glorioso, quàm si pauper laboriosus glorioso egeno præponatur. prius Siracides, posterius hoc voluit Salomon. Vterque verè, & rectè. *Glorioſus*, δεξαζόμενος, vt Symmachus vertit, hoc est, seipsum iactans & honorans, vt Lxx. indicant, significat eum qui se iactat & gloriatur de nobilitate, aut aliis dotibus. *Carere pane*, Hebræis significat summam egestatem, vt Iob. 27. v. 14.

Glorioſus quis.

Carere pane.

Vcrus ergo & primarius adagij nostri sensus est, præferendum pauperem & ignobilem, qui honesto labore se sustentat, & in sudore suo pane vescitur, glorioso iactatori, qui nobilitatem suam, & stemmata, & fumosas maiorum imagines iactat, & ignominiæ ducit manu victum quærere, aut clientelæ vel seruitio honesto se mancipare, cùm interea domi inedià contabescat. Sic explicant Caietan. Ianſ. Peltanus, & alij. Vitium hoc commune nobilitatis: sed ignauæ, quæ cicadis plena, ventre inanis.

Adagij sensus.

Caietan. & alij.

Vitiũ ignauæ nobilitatis.

Pauper.

De illis etiam accipitur, quibus est Phani ianua, hoc est, qui similes Theageni & Æschini in plateis Sybaritæ, celsiores Oromedonte follicatis & holoberis vestibus põpatici sellisare amant, Campanâ videlicet quadam superbiâ turgidi; cùm sint Iro pauperiores, Crœso volunt opulentiores haberi, foris simulant Siculas mensas, intus salinum digito terebrant, quem lingant: quod genus eleganter depinxit Alexis in Comœdiâ apud Athenæum lib. 6. fol. 216. vbi inter alia.

Alter vſus adagij. Pauperes ſuperbi & turgidi.

. . . εἶδα δ' ἐγώ τινὰ πολίτην ἀμίτητον
πλουσιαλαζόνα, ὃς δραχμῆς ἴχαν, &c.
Verùm ciuem quẽdam noſtrum noui,
Pauperem ac glorioſum, cuius omnia
vaſa
Argentea drachma tantùm cùm
valerent, &c.

Potest

Catulli pugeres.

Potest itaque adagium vno verbo Græco ritè exprimi σαραλάζων. Talem se profitetur Catullus cùm ex Bithynia rediisset, nec esset quidquam cur caput vnctius referret; splendido mendacio, *vt vnum se faceret beatiorum:*

Non, inquam, mihi tam fuit maligne,
Vt prouincia quòd mala incidisset,
Non possem octo homines parare rectos:
At mi nullus erat, neque hic, neque illic,
Fractum qui veteris pedem grabati
In collo sibi collocare posset.

Si quæras quo isti lucro hæc faciãt? Respondet Plutarchus libro, *quomodo te sentias in virtute proficere*; lucrari, vt tanto egeant acriùs, & clariùs eorum egestas nudetur.

III. Alij vsas adagii. Lyranus, & alij.

Lyranus, Dionysius, & Arboreus ad eos referunt, qui prodigaliter sua dissipantes, tandem egestate opprimuntur. Sed hoc vitium sine iactantiâ esse potest, quam textus requirit.

IV. Beda, & alij. Mystica interpretatio.

Præterea Patres, Beda, Strabus, Anselmus, mysticè volunt indicari; idiotã in mysteriis Sacræ Scripturæ non eruditũ, qua præcepta Dei seruat, & opera pietatis ac misericordiæ pro statu suo exercet, præstare homine erudito, scripturarũ perito, & doctrinæ titulo apud homines magno, qui caret pane caritatis; dites scientiæ quæ inflat.

V.

Huic similis sensus fuerit, si detorqueas ad multos Scholarum candidatos, & prehensatores: qui id vnum sitiunt, ad hoc omnem mouent lapidem, vt auditorum suffragia coëmant, & pro doctis habeantur potiùs quàm sint: quos Græci *Sophocles*, Latini *Laudicenos* vocabant (vide Chiliad. 2. cent. 3. adag. 30.) interea in illis suis quæ de seipsis declamitant encomiis, homines ventosi, bombylij, Calliphanes & fastuosi Maximi, non aliter se iactitant, quàm si Argiuum clypeum detraxissent.

Sophocles Græci quos diceremt. Laudicenos.

Calliphanes qui Argiuum clypeum detrahere. VI.

Si quis ex priore parte etiam illud œconomici præcepti colligat, in re domesticâ suis potiùs, quàm alienis oculis fidendum, iuxta illud; *Oculus Domini saginat equum*, teste Aristotele lib. 1. Oeconom. & Plutarcho libro de liberis educandis: & iuxta aliud: *vestigia Domini stercorant agrum*, vt docent Aristoteles ibid. & Columella lib. 3. & lib. 4. de re rusticâ: vtilem doctrinam proponet, sed quæ ex contextu Salomonis hoc loco, non nisi remotè admodùm eliciatur.

Arist. Plutarch.

EX CAPITE EODEM. VERS. XI.

ADAG. CXXXXIII. Sectari otium seu vanitatẽ.

Qui sectatur otium.

CErtè æquè potest colligi ex v. 11. *Qui operatur terram suam, satiabitur panibus: qui autem sectatur otium, stultissimus est.* & prou. 28. 19. *Qui operatur terram suam, satiabitur panibus: qui autem sectabitur otium, replebitur egestate.* Eccles. 20. 30. *Qui operatur terrã suam, inalbabit acervum suum.* Venantius Fortunat.

Venantius Fortun.

Qui sua rura colit, solet horrea plena tenere.

Sed nunc statui tantùm illud explicare quod pro adagio est, *sectari otiũ* seu *vanitatem*. Hebraicè pro *otio* est רקים *rekim, vacuos*: LXX. hoc vers. 11. vertunt *vana*, μάταια (in Vaticana Latinâ mendosè legitur, *varia*.) sed v. 16. vertunt σχολὴν vt noster & Clarius. In Chaldæo eadem ambiguitas, quæ in Hebræo. Symmachus vt noster *otium* seu *negotiorum vacuitatem* ἀπραγίαν: Aqui. & Theodot.

Vaticana lectio emẽdata.

dot. κενὰ *vana*. Baynus, *inuia*. Omnes isti conueniunt in Hebraeo poni concretum masculinum pro neutro, vel potius concretum pro abstracto: sed Vatab. vertit *perditos*, Caietan. *vacuos*: melius, & sensu eodem: nam *vacuos* exponit, qui carent omni opificio, arte, industria: hoc est, otiosos, & otiosorum sectatores: hos ait Sapiens stultissimos esse, quia sicut diligentes agricolæ & artifices ea consequuntur quæ ad victum necessaria, idque ad saturitatem: sic otiosi, inertes, desides, *replentur* (siue, vt Hebraicè est repetitione eleganti, *saturantur*) *egestate*; sicut illi pane. hæc prima & præcipua ac proxima est interpretatio. Pro qua est illud S. Ignatij Martyris epist. ad Tarsenses; *Mater egestatis inertia*.

I. Sensus adagij.

II. Sensus mysticus.

Porrigitur mysticè ad culturam corporis per ieiunia, & alia satisfactoria opera, & culturam animarum per opera virtutum & exercitia spiritualia; iuxta Belam, glossi. interlinearem, & Liran. Dionys. & alios. cape verba vtilia Bayni, Τρεφόμενος *per terrum corpus humanum intelligimus*; *vel etiam hominem ipsum, quem scriptura terram frequenter vocat; quam quisquis studio virtutum colit, abstinentia vomere proscindit, rigido continentiæ sarculo fodit, & tolerantiæ cylindro æquabilem reddit: scripturarum pane, & cœlestis sapientiæ pabulo, mirâ dulcedine saturabatur. Contrà qui variis corporis illecebris indulget, studiis desiderijs, studium impendit, neque cœlestis panis gustum nouit, immo neque sui cordis & intellectus proprij vsum habet, non intelligens videlicet se, ratione cordis, & interioris hominis, bruta animalia longè excellere.* Addo in die iudicij inopem bonorum operum, æternis supplicijs saturandum: quia gratia Dei in eo vacua fuit.

III. Tertiò: potest etiam ad ipsa studia vana referri, videlicet eorũ qui curiosas sequuntur artes ac superstitiosas, vel earum magistros, vt breuiori tempore, & minori labore, non solum victum sibi parent, sed etiam opes ac delicias, otij & aliorum vitiorum fomites. sic Baynus: contra quos scripsi magno studio volumen non exiguum, quàm doctis & probis gratũ, tam liuidis quibusdam & insulsis graue ac inuidiosum, Magicarum disquisitionum siue refutationum libros sex.

Alia explicationes.

Baynus.

IV. Quartò: potest hoc prouerbio notari quorumdam impertinens diligentia, plus operæ ponentium in rebus nihil ad rem pertinentibus, quam περιεργίαν appellant: contra quos Agathon Comicus apud Clementem Alexandrinum, Stromatum lib. 5. & Athenæum Dipnos. lib. 5.

Agathon Comicus.

τὸ μὲν παρεργον ἔργον ὡς πεπαίδευται,
τὸ δ' ἔργον ὡς παρεργον ἐκπεπόνηται.
Accessorium quidem tractamus vt opus primarium,
Primarium verò opus quasi foret accessorium.

faciunt hoc qui dum se Theologos aut Iurisconsultos profitentur, toti versantur in Grammaticorum vel Rhetorum crepundiis: semper pueri ad nuces.

V. Quintò: taxatur quorumdam inconstans πολυπραγμοσύνη: qui cuncta aggrediuntur (Hispan. *salpicant todo*) cuncta volunt nosse, & nihil sciunt vt scire oportet: Latini vocant *ardelliones*, vulgus *Petros in cunctis*, qui ex omnibus aliquid, in totum nihil nouerunt. nascitur hoc vitium ex animi leuitate, vel nouitatis studio, vel inani curiositate. Notum est festiuum Martialis in talem quendam epigramma lib. 2. in Attalum, cuius conclusio.

Ardelliones Petri incundis.

Nil benè quum facias, facis attamen omnia bellè.

Vis

ADAG. CLXXIV. *Vis dicam quid sis? magnus es ardelio.*

V. Taxantur & illi, qui (vt ait Comicus) foris sapiunt, *& sibi domi nequeũt auxiliarier*, in suis cæci, in alienis perspicacissimi, instar Lamiæ: sua negligentes, alienorum satagentes, hoc vitium vocant ἀλλοτριεπραγμοσύνην: quod immeritò Menedemus Chremeti impingit in Heautontimorumeno,

ἀλλοτριεπραγμοσύνη.

Chreme, tantúmne est ab re tuâ otij tibi,

Aliena vt cures, eáque nihil quæ ad te attinent?

sed caritate mouebatur, quæ sola remedio est.

VII. Denique damnantur hoc adagio quicunque superuacuam artis imitationem imitantur (Græci facundè ματαιοτεχνίαν nominant) vt sunt funambuli, & mirabiliarij cæteri, si absit pactum magicum; vt qui cicer dextrâ ex distante spacio acui inserebat, qui Homeri Iliadem nuci includebat, qui ex ebore quadrigam cum quadrigatore muscæ alis contegebat, & alij de genere hoc; quibus illud Æschyl. inculcandum,

ματαιοτεχνίαν.

τὰ μηδὲν ὠφελοῦντα μὴ σόφα μάτην.

Quæ nihil iuuant, nolito frustrà persequi.

ADAG. CLXXXIV. Via stulti recta in oculis eius.

EX EOD. CAP. V. XV.

Via stulti recta in oculis eius.

HÆc causa cur consilia recta non admittat, quia propter insitam cuique φιλαυτίαν, cæcum sui amorem (vt est in veteri Prouerbio) *suum cuique pulchrum videtur*, iuxta Aristotelem lib. 1. Rhet. cap. 11. Ciceronem 5. Tusculana, & plurimis aliis locis. Vide adag. 15. Chiliad. 1. cẽtur. 1. verisimè cecinit ille:

φιλαυτίαν.

Quisque sibi placet, & sapiens sibi quisque videtur.

Hinc risum excutimus superis, hinc maximus error.

Ideo procliue est sui amatoribus, spernere consilia. Prouerb. 18. 2. *Non recipit stultus verba prudentiæ, nisi ea dixeris quæ versãtur in corde eius.* nisi placentia dixeris, & consentanea studiis seu viis eiús. Prou. 21. 2. *Omnis via viri recta sibi videtur.* Via pro moribus, actionibus, studiis frequentissimum est. Hinc collige sequi proprium iudicium, stultitiæ verum indicium esse; aliorum verò consiliis auscultare, prudentiæ. Eccles. 9. 21. *cum sapientibus & prudentibus tracta.*

Via pro moribus.

ADAG. CLXXXV. Testis repentinus.

EX EODEM CAP. VER. XIX.

Testis repentinus.

VSurpare possumus de testibus suspectis, conductitiis, & qui rem non benè perspectam habent, sed ex improuiso & temerè testimonium ferunt, horum multa sunt incommoda. in primis quòd non vacent animi leuitate; secundò, quòd eorum falsiloquentia non possit diu latere: tertiò, quia facilè mendacium aliquod immiscent, quod postea pluribus aliis strophis, fucis, sycophantiis coguntur tueri, & concinnare: à quibus omnibus incommodis liber & immunis est, quisquis verum studet dicere, & non nisi de sibi probè compertis loquitur: & ideo semper eadem testatur, nec varius est. Plæ mens sapientis iuxta nostram versionem, Prouerb. cap. 12. 19. *Labium veritatis* (hoc est, verax) *firmum erit in perpetuum: qui autem testis est re-*

Vsus adagii.

penitus, concinnat linguam mendacij. Hebraice est pro posteriori commate, ועד-ארגיעה לשון שקר *Veghad-arghigah leschon schaker.* quod Pagnin. exponit, *ad momentum lingua mendacis*, hoc est, mendax, subdurat. Sic Menander;

Ψευδόμενος οὐδὰς λανθάνει πολὺν χρόνον.

Mentiens nemo latet longum tempus.

Nullum mendacium ad senectam peruenire.

Ideo Socratis dictum celebre, *nullum mendacium ad senectam peruenire.* quia nimirum statim variat, & deprehenditur sibi ipsi consentanea non loqui. Arias secutus Abenezram & Kimchi vertit, *& perpetuò quiescere faciam linguam falsitatis,* quia ארגיעה habet formam futuri temporis. Sed Lxx. & alij veteres interpretes cum nostro consentiũt. nam Lxx. *testis citus linguam habet iniustam.* alij, *testis iracundus.* Chaldæus, *festinus linguâ*, & hoc secuti Vatabl. Clarius, Caietan. Baynus, & placuit R. Immanueli, & R. Leui, in commentar. huius loci. nam רגע *minutum* quid significat, & ad tempus translatum pro momento sumitur. repentinum verò testimonium non nisi momento latet pro vero. Beda; *Fides Ecclesiastica semper manebit: qui autem repentè noua dogmata infert, mendacij est minister haretici.*] contra Nouantes.

רגע

ADAG. CLXXXVI. Manus fortium dominabitur.

EX EODEM CAP. VERS. XXIV.

Manus fortium dominabitur.

CErnitur hoc in pace & bello, agricultura, & in omni negotio. In spirituali bello contra vitia, & in regno cœlorum, quod vim patitur, & violenti rapiunt illud, est perpetuò verum: in opibus temporariis, & sæculi dominatu frequenter. Huc pertinent illa Virgilij, CLXXXVII. Virgilius

... labor omnia vincit Improbus.

...ex illo μελέτη πάντα δύναται: & Antiphanis, τῆς ἐπιμελείας ἅπαντα γίνεται. *Industria cuncta seruiunt.* Lxx. hic *fortes* vocant *electos.* Dici vulgò solet, *Deus fortiorem adiuuat.* Antiphanes.

EX CAPITE XIII. VERS. XI.

ADAG. CLXXXVIII. Substãtia festinata minuetur.

Substãtia festinata minuetur.

Festinata substãtia, quid sit.

FEstinata *substantia* significat diuitias repentè acquisitas, quod non solet fieri sine alienâ iniuriâ: & de talibus accipiendum illud D. Hieronymi, *diues, vel iniustus, vel iniusti hæres.* Lxx. rem explicant, qui addunt *festinata cum iniquitate,* ὕπαρξις ἐπισπουδαζομένη μετὰ ἀνομίας: rectè. quia Hebræum *Mehebel* מהבל pro quo noster vertit *festinata*, alij reddunt ad verbum *ex vanitate*; vanitas pro iniquitate. benè Chaldæus: *Opulentia iniquitate possessoris acquisita minuetur: & qui congregat* (scilicet paulatim) *& dat pauperi, multiplicabit pecuniam suã.* Heb. de verbo, *& qui congregat adusque manum*, quod Lxx. *congregans sibi cum pietate.* Caietanus duos sensus tradit his verbis: *Amphibologicus sermo est. nam*, à vanitate *potest referri ad opes, & potest referri ad verbum* minuentur: *& si refertur ad opes, sensus est, quòd opes ex vanitate* (hoc est, *sine labore habitæ*) *minuentur. Quæ enim homo sine labore habet, minùs appreciantur. Si verò refertur ad verbũ* minuentur, *non eget expositione, quia clarum est, quòd opes vanitatibus vacando*

מהבל

Duo sensus a Caietano traditi.

CLXX XVII. *cando minuentur. E regione verò primi sensus directius collocatur secunda particula sonans, quod* colligẽs *hinc & inde* super manũ (*hoc est, super proprio labore*) *opes,* multiplicabit *eas.*]

I. Festinata iniustitia.

I. Ergo possumus *festinatam substantiam* intelligere quæ repentè mortuo iniusto acquisitore, peruenerat ad hæredem, & sic ille repente dives, quæ nullo labore nactus, facile dilapidat (sic Dionysius.) Videmus quotidie in auarorum hæredibus. huic ergo abliguritori cõtrarius ostenditur is, qui paullatim & laboriosè sibi diuitias comparauit: qui, quòd conscius sit quanti steterint, parcè & sobriè expendit. Confirmatur ab Hesiodo,

Hesiodus. ἀ γὰ κέντι σμικρὸν ἐπὶ σμικρὸν καταθεῖο,
καὶ θαμὰ τῶθ' ἔρδοις, τάχα μὶν μέγα καὶ τὸ γένοιτο.
Nam si pauxillum studeas superaddere paruo,
Et crebrò id facias, magnum cumulabis acerum.

Diphilus. Diphilus etiam scripsit,
Longo labore vix aceruum colligi,
Quem quis vno die prodigat facillimè.
ἔργον σωσαγαθὲν σωρὸν ἐν πολλῷ χρόνῳ,
ἐν ἡμέρᾳ δ' διαφορῆσαι ῥᾴδιον.

Plebeium adagium. Plebeium est, sed acutum: *Bonus Seruatius facit bonum Vincentium, & Bonifacium,* addo *Abundium & Abundantium.* quia bonus condus, fit bonus promus.

II. II. Verùm plerique capiunt de opibus ab ipsomet possessore improbe acquisitis. per vanas & malas artes, per violentiam & oppressionem pauperũ, & per technas, fraudes. & illicitos contractus. Abac. 2.

Locus Abac. 2. 6. *Nunquid non omnes isti super eum parabolam sument, & loquelã ænigmatũ eius, & dicetur: Væ ei, qui multiplicat non sua! Usquequo & aggranat contra se densum lutum?* Indicat fuisse vulgari sermone tritã parœmiam: qua indicabatur, quod illo Natuj & Plautio *male parta male dilabuntur,* Græcorum senarius est: *malum lucrum semper dispendiosum esse;*

Nævius. Plautus.

κέρδ' ἀεὶ πονηρὸν ζημίαν ἀεὶ φέρει.

Multa sunt huiusmodi apud veteres, quæ Stobæus congessit Moralium Eclogarum ser. 8. & 92. & 95. Antiphanes:

Antiphanes.

καλῶς πένεσθαι μᾶλλον, ἢ πλουτεῖν κακῶς
Pulchrius est honestè pauperem esse, quàm diuitem male.

Antiphon:

Antiphõ.

τὰ πονηρὰ κέρδη τὰς μὲν ἡδονὰς ἔχει
μικράς: ἔπειτα δ' ὕστερον λύπας μακράς.
Lucra malè quæsita voluptates quidem pariunt
Breues, longam verò deinde tristitiam.

Euripides;

βία νῦν ἕλκετ' ὦ κακοὶ τιμὰς βροτοὶ,
καὶ κλᾶδε πλεῖστον πάντες ἁρπάσας μόνοι,
σύμμικτα, μὴ δίκαια, καὶ δίκαι' ἅμα.
ἔπειθ' ἁμᾶδε τῶν δὲ δύσπνουν δέρῃ.
Ite nunc ô mali, parate vobis honorem per vim,
Et contrahite diuitias vndecunque venantes
Per fas simul atque nefas,
Deinde messem ipsarum infelicem metite.

Idem alibi;

ἀδίκως δὲ μὴ κλῶ χρήματ' ἂν βεβουλημένη
χρῆναι μαλαθρεῖς ἐμμελῶν. τὰ γὰρ κακῶς
κτώμενα ἐστάλθητ' ὃν ἔχει σαπρέα.
ἐκ δ' ἔλαβ' ἀδίκως καὶ μετὰ σκαιᾶν φρενῶν,

ἐξέπλαγ' εἰκὼν βραχὺν ἐμπλήσας χρόνον.

Iniuste autem pecunias ne comparato, si velis longo

Tempore in ædibus tuis manere. nam quæ male parta

Domi accumulantur, nihil salutis habent.

Diuitiæ iniustæ, & malis hominibus adiunctæ,

Postquam breui tempore vsum sui præbuerunt, statim auolant domo.

Democritus. Democritus:

πλοῦτος ἀπὸ κακῆς ἐργασίης σευγενέμενος ἐπιφαίνεται τὸ πρὶν & κείνητος.

Diuitiæ malis acquisitæ facinoribus opprobrium habent insigne. Demosthenes; ἐλπὶς κακῆ κέρδεος, ἀρχὴ ζημίης. *Spes mali lucri initium est iacturæ.* Hesiodus verè sapiens poëta;

Demosthenes. Hesiodus.

μὴ κακὰ κερδαίνειν, κακὰ κέρδεα ἶσα ἄτῃσιν.

Ne mala lucra sectaris. nam mala lucra sunt æqualia noxis. Ideo Rex sapientissimus sup. monuit cap. 12. 27. *Non inueniet fraudulentus lucrum: & substantia hominis erit auri pretium.* q.d. per fraudem comparata priùs peribunt, quàm qui comparauit partis vti frui queat: si vtatur, erunt illi damno, vt fertur de auro Tolosano, & equo Seiano, quorum possessio dominis exitialis. lege Aulum Gellium lib. 3. Noct. Attic. cap. 9. Diuitiæ verò viri veracis & strenui, ipsi Domino vtiles & pretiosæ erunt. vt ille dignus hominis nomine, sic illæ fortunarum, copiarum, & opulentiæ. Sic vers. illum 27. interpretor, cuius variæ admodum versiones sunt. Nam prius membrum Lxx. *Non consequitur venationes dolosus:* vel, vt alij vertunt, *non fabricabit*, οὐκ ἐπιτεύξεται θηλὺς θήρας. Hebraicè est, *Non aduret fraudulentia venationem suam, lo iacharoch.* Chaldæus exponit; *non occurret venatio viro doloso.* Hoc est, frustrà venabitur, quia præda illum fugiet. Sed plus significat textus Hebræus, nempe capturum prædam; sed illã capienti nec vsui, nec esui futuram. Illud *aduret*, quidam explicant, effugiet illum, quia non nouit seruare. Sicut aucupes cùm aues ceperunt, solent (ait R. Ioseph Kimchi) earum alas adurere, ne auolent ab eis, & vt sic emptoribus pulchriores videantur, non detruncatis pennis, sed modicè adustis. Non placet hæc expositio quoad decus inustũ, non displicet, quoad metaphoram, quà diuitiæ iniustę partæ citò Dominum deserturæ indicantur: ac ne tamdiu quidem permansuræ, quàm manet auis in manu aucupis, quæ auolat, priusquàm alas eius queat adurere. Vel simplicissimè, qui sicut auceps dolo aues, sic ipse fraudibus diuitias comparat; non torrebit, nec assabit ferinam suam; videlicet vel quia non capiet (Mercer.) vel potiùs quia capta non fruetur, *otro assura, loque el caço.* Hisp. non percipiet commodum ex iis quibus inhiauit, sic Isidor. Clarius. posterius membrum variè reddunt recentiores. Quidam, *Substantia hominis veracis, vel serij, strenui, pretiosa est.* Alij; *substantia seu affluentia pretiosa hominis, est sedulitas.* Lxx. *possessio autem pretiosa vir purus.* Isidorus Clarius; *quod homo iustus habet, illud à Deo tanquam thesaurus custoditur.* Baynus; *opes per iustam solicitudinem comparatæ, vt paulatim coaceruantur, ita sunt possessori cara & honorabiles, præsertim opes per manus pauperum in cælestes thesauros recondite.*] ad eleemosynam etiam referunt Arboreus & Peltanus, credo inducti à Lxx. & Chaldæo: ego non de expendendis opibus, sed de acquirendis agi arbitror cum aliis: & malo exponere cum Ianseno, Homo iustus

Locus Prouerb. 12. 27.

Aurũ Tolosanum. Equus Seianus. Aulus Gell.

Cl. Lxxx vii.

Varię expositiones.

Isidorus Clarius.

Baynus.

(qui

CLXXX. VII. (qui solus verè homo) suâ diligentiâ & sedulitate possidebit opes plurimas. Nam *pretium auri*, Hebraismus est pro auro pretioso, vel significat pretiosius auro, iuxta Dionysium. Caietan. Caietanus, diuitias has consistere in auro, quia aurum maximi fit, & est omnium rerum pretium.

Mysticus sensus. Beda. Venerabilis Beda hæc mysticè accepit, & dupliciter. 1. malè parta animæ nocere: eleemosynam de benè acquisitis regnum cælorum acquirere. 11. eum qui simulat se esse bonum, & nequiter viuit, non inuenturum bona vitæ futuræ: *qui verò substantiam spiritualium virtutum veraciter acquirit, mercaturum ex ea claritatem regni perennis.*] posset addi empturum eâ aurum ignitum caritatis, de quo in Apocalypsi. Vide infrà, Ad. *os calculo replebitur.*

EX EODEM CAP. VER. XXIII.

ADAG. CLXXX. Vid. Multi cibi in noualibus patrum.

Multi cibi in noualibus patrum.

MIra hic diuersitas. Hebraicè est, *rab-okel nir raschim* רַב-אֹכֶל נִיר רָאשִׁים, quod Pagnin. vertit, *multa substantia in agro magnatum*, quod non dissidet sensu à nostra versione; vt nec versio Brayni, *principum*; aut Caietani, *capitum*: nam *magnates* illi ac *principes* & *capita* nostra, sunt patriarchæ nostri, patres, & capita familiarum, prisci Doctores Græci Latinique, qui cibum spiritualem, & annonam sacræ sapientiæ nobis subministrãt. *Patrum* retinuerunt Hidorus Clarius, & alij. Arias, Mercerus, Drusius, & multi nouatores maluerunt vertere *pauperum*; quia vox Hebræa hoc etiam patitur. Hi exponunt, pauperes, qui vacant culturæ agrorum, multam annonam sibi coacer- Sensus adagij. uaturos: diuites verò, negligentes curam agrorum suorum, aut imperitè & non debito tempore colentes, inopiam perpessuros. Verùm non video cur vni Kimchi & Chaldæo tantum sit tribuendum, vt propter eum nostram versionem, quæ optimè quadrat fonti, deseramus. Puto aptissimè torqueri adagium contra Nouatores, qui Patrum viam in sacræ Scripturæ sacris adytis ineundis contemnunt; & nouas quotidie interpretationes comminiscuntur; contra studiosos etiam, qui magistros & concionatores sectantur prurientes auribus, qui nouos, vt vocant, conceptus adferunt, vacuos spiritu, vacuos eruditione, & proinde infructuosos. Beda *noualia* hæc exponit dicta & exempla venerabilium Patrum, referta cibo alimoniæ cælestis: nec dubito sub litteræ cortice hunc sensum latere: qui etiam placuit Dionysio & Iansenio; & non pauca in hanc rem protulit noster Salmeron to. 1. Prolegomen. 9. in fine. Nec repugnat quod in sequenti vers. dicitur, *& aliis* (nam hæc vera lectio) *congregantur absque indicio.* carpitur enim, qui non nouit interpretationibus & exemplis Patrum ipse vti, quia sufficit ipsi docere, & non facere.

Alter vsus adagij. Beda.

EX

EX EODEM CAPITE. VERS. XXIV.

ADAG. CLXXXIX. Qui parcit virgæ odit filiũ suum: qui autem diligit illũ, instanter erudit.

Qui parcit virgæ, odit filium suum:
Qui autem diligit illum, instanter erudit.

Sensus adagij.

NIhil habet difficultatis. etiam hodie est in ore parentum & magistrorum. Laudatur moderata & opportuna verborum & verberum castigatio. Nam pro *instanter*, Hebraicè est *schicharo* שחרו *diluculo quæsiuit ei*, hoc est, maturè, qui non nimis diu differt, aut ira velut caligine occęcatus, castigat; & ideo modum excedit. Quidam veterum vertit, ὀρθρίσει αὐτῷ παιδείαν, *summo mane adhibet ei disciplinam*: præuenit eum antelucanâ diligentiâ, iuxta Chaldęum; *le coge en la cama*: Hispan. vel sanè cùm adhuc puer est, & ætate aut consuetudine non occalluit, dum spes est emendationis. Nostet, instanter, hoc est, diligenter, vt Lxx. Hieronymus in c. 8. Zachar. *diligenter corripit*, ἐπιμελῶς παιδεύει. non desinit, quia bis terve non proficit. Eccles. 30. v. 1. *Qui diligit filium suum, assiduat illi flagella, vt lætetur in nouissimo suo*, ἐνδιατρίβει μάστιγας αὐτῷ. Porrò quod Latinè additur, *& non palpet proximorum hostia*, hodie non habetur in Græco. porro v. 12. explicat illud *assiduare flagella*, & nostrum *instanter erudire*; dicendo, *curua cervicem eius in iuuentute: & tunde latera eius, dum infans est: ne forte induret, & non credat tibi, & sit tibi dolor animæ.* & cap. 7. 25. *Filij tibi sunt? erudi illos, & serua illos à pueritia illorum.* Menander.

ὁ σκληρότατος πρὸς υἱὸν ἐν τῷ τρόπῳ τοῦτ' εἶ,
τοῖς μὲν λόγοις πικρός ἐσι, τοῖς δ' ἔργοις πατήρ.
Qui durissimus filio videtur in admonendo,
Verbis quidem asper est, reipsâ verò pater.

Vt pote cuius minas non odium, sed amor fundit. Quia nunquam solet ex animo pater filio malum minari vel optare,

ἐυδείπολ' ἁλησὶς οὐδὲν ὄνθ' ὑφ' πατὴρ
ἄωθεν ἀπειλεῖν.

Ideo Euripides asseruit paternas minas non magnum liberis timorem adferre,

πατὴρ δ' ἀπειλῶν οὐκ ἔχει μέγαν φόβον.

Chæremon autem;

πρὸς υἱὸν ὀργὴν ὃν ἔχει χρηστὸς πατήρ.
Aduersus filium commodus parens iram non seruat.

Hæc si Menedemi filius cogitasset, nec sibi laborem, nec patri cruciatum tam acerbum attulisset, quàm legimus in Heautontimorumeno. Plura de hac re reperies ex Solone, Epicteto & variis apud Antonium lib. 2. Melissæ serm. 9. & Stobæum sermo. 81. num. 100. & serm. 82. n. 201. cuius nunc libris careo. Tu lector, adi.

EX CAP. XIV. VER. IV.

ADAG. CXC. Vbi non sunt boues, præsepe vacuum est: vbi plurimæ segetes, ibi manifesta est fortitudo bouis.

Vbi non sunt boues, præsepe vacuum est:
Vbi autem plurimæ segetes, ibi manifesta est fortitudo bouis.

BReuiter indicat, vbi deest qui laboret, deesse messem & hor-

Sensus adagij.

rea

rea vacua reperiri. nam præsepe per litoten positum pro horreo, vt benè R. Leui: vbi verò sit copia frugum & prouentuum, id indicio, bonum ibi agricolam & strenuum versari. Nam quod Hebraicè est *bar, mundum*, & retinent LXX. noster optimè explicuit *vacuum*: gnarus posse esse mundum à frugibus, & plenum aliis sordibus, vt solent horrea neglecta. Quare acutior quàm accommodatior est Caietani explicatio. *Significat enim, quòd quemadmodum carens bobus, gaudet munditia præsepij: habens verò boues fortes, gaudet multitudine prouentuum: ita, qui eximit se à curis, gaudet tranquillitate animi, sed caret abundantia operum, quas pariùt absumptæ* (corrige, assumptæ) *industria ac curæ corporalium negotiorum. Vita itaque actiua confertur cum contemplatiua in hac parabolâ. Confer tu has sententias, confer munditiam mentis cum multitudine fructuum, & elige quam malueris.*] Sic ille. sed supponit, quod verum non est; nempe à Sapiente munditiam præsepis proponi tanquam bonum aliquod, & sic duo bona opponi inuicem; cùm tamen bonum & malum opponantur, desidia strenuitati, vt ceteri interpretes admonuerunt. Nec etiam contemplatiuæ vitæ sua desunt opera, licèt careat operibus actiuæ vitæ: vis concinniorem cinnum, iunge vtramque & mixtam dilige ac delige. S. Paulinus epist. XII. de basilicis ædificand. videtur vocem *mundi* sic accepisse; neque (ait) in nostris sensibus tarditas boum stabulet: *quia vbi non sunt boues, præsepia munda sunt.*] sed non potest hoc commodè nostræ versioni applicari; nec menti Salomonis, qui pro bono refert boum fortium stabulationem.

II. Caietani expositio.

S. Paulini. III.

IV. Aliorum.

Melius qui iuxta litteræ corticem censent vtroque membro agi de agricolatione: nam in Palæstinâ & locis vicinis, vt & in Græciâ & Italiâ, olim plerique bobus arabant: ideo vbi boues non erant, nec fruges metebant, vt dixi, & horreis deerat quod reponeretur; vbi verò boues probi aratores, ibi Ceres copiosa in horreis. Sic exposuerunt Liran. Dionys. Arbor. Iansen. Peltan. & reliqui. Lirani. & aliorũ.

V. Qui vult frui copiâ frugum, necesse est vt boues probè nutriat: nã qui vult præsepe esse mundum à tritico, hoc est, non vult operam dare duobus nutriendis, ille carebit annonâ. Vtrumque opus est, tritico ad boues nutriendos, & bobus aratoribus ad triticum producendum. Sic Baynus, & placet ista valde Peltano, cui videtur verti potuisse, *ibi horreum frumento vacuum est.* Bayni.

VI. Indicari in genere, cum qui laborat, habiturum vnde viuat; qui sectetur otium, habiturum domi penuriam & egestatem: sic Vatablus, Clarius, Iansenius. Vatabli & aliorum.

VII. Doceri quantâ diligentiâ in sacræ Scripturæ studio quis versari debeat, & ea animum excolere, vt ab agricolis discat nullis parcere sumptibus, nec laboribus, sed præceptores veluti boues nutriat; & ipsi labores, velut agricolæ, subeant. Est Hebræorum: & extendi potest ad omnia honesta studia, & artes, vt notant Isidorus Clarius, & Iansenius. nam in omnibus otium vitandum. Hebræorum.

VIII. Rempublicam, quæ florere velit, de probis & diligentibus magistratibus, aliisque ministris sibi debere prospicere. sic Iansen. & Peltanus. Iansen. Peltani.

IX. Denique mystice ad Ecclesiam doctissimè Beda ostendit pertinere, quem Strabus, Anselmus, & alij sequuntur. Bedæ verba sunt: Boues, *doctores catholicos*; præsepe; *cœtuum auditores*; segetes *dicus fructus* Mystica Bedæ expositio, & aliorum.

operum bonorum. Incassum igitur tumet superbus, & indoctâ eloquentiâ verberat aures ac corda subiectorum; quia vbi non sunt docti prædicatores, frustrà ad audiendum consuevit turba plebium. Vbi autem plurima operationes apparent virtutum, ibi apertissimè clarè (lege claret) *quia non hæreticus in vanum garrivit, sed pro verbi fruge laborauit ille, qui & ipsum verbum casto ore ruminare, & viam veritatis recto discretionis pede noscet* (fortè noscit, vel nosset) *incedere. Nec mirandum cur in præsepi, auditores significari dixerimus: cùm bos alatur de præsepi, doctor autem verbo audientes soleat nutrire. Sed intuendum, quia & de labore bouis præsepe impletur, & ipse bos fructu de præsepi reficitur. Quia nimirum prædicator fidelis, & audientes verbo reficit, & eadem refectione apud Dominum ipse reficitur. quod in opere figuratur Heliæ, qui apud Sareptanam viduam quam pascit, & ipse pascitur.* confirmare potuit auctoritate Apostoli 1. Cor. 9. à v. 9. Sumpta expositio fuit ex B. Gregorio lib. 7. epist. cap. 30. quæ est epist. ad Eulogium Alexandrinum. *Gratias* (inquit) *omnipotenti Deo soluimus, quia videmus impletum in nobis esse quod scriptum est,* vbi plurimæ segetes, ibi manifesta fortitudo boum. *Si enim bos fortis aratrum lingua, in terram cordis audientium non transfixisset, tanta fidelium seges minimè surrexisset.*]

B. Greg.

ADAG. CXCI. Pauper odiosus etiã proximo. Diuitis multi sũt amici.

EX EODEM CAP. VERS. XX.

Pauper etiã proximo odiosus: Diuitis multi amici sunt.

FOdem vtrumque spectat, indicans infidam hominum amicitiam, vtpote à re inconstantissimâ & infidissimâ, scilicet fortunâ, pendentem. Describitur ergo non vera, quæ virtus est, amicitia, nec veri amici, de quibus infer. cap. 18. v. vlt. *Vir amabilis ad societatem, magis amicus erit, quàm frater.* id est, cum illo vt digno amari, fœdus amicitiæ ineundũ, qui amico sit fidelior, quàm solet esse frater: nec sumitur amicus de quouis proximo latè, vt Eccli. 19. 18. *diliges amicum tuum sicut teipsum.* hoc est, quemlibet proximum tuum, omnes homines etiam qui nocuerunt, vt patet ex Lxx. & Chaldæo ibi, & Deut. 19. 5. & 23. v. vlt. sed *proximus* hîc significat eum qui sanguine vel alia necessitate coniunctissimus; & *amici* eos, qui specie tenus tales sunt, aut concupiscentiæ, non amicitiæ amore adhærent. de his infer. cap. 19. vers. 4. *Diuitiæ addunt amicos plurimos: à paupere etiam & hi quos habuit, separantur.* & v. 7. *Multi colunt personam potentis, & amici sunt dona tribuentis. Fratres hominis pauperis oderunt eum: insuper & amici procul recesserunt ab eo.* Hoc sensu dictum antiquis, *Vbi amici, ibidem sunt opes.* hoc est, inde colligas aliquem diuitem, si videas illi multos amicos esse. Item: *Immunem ciues odêre sui*: lepidè detorta voce ad non munificum. Item, quod Socrati tribuitur: *ô amici, nemo amicus.* q.d. multi simulatis amicitiam, sed nullus vestrum verus est amicus. Pindarus, in Nemeis:

Sensus adagij.

Simulati amici.

Pindarus.

ὀίχεται τιμὰ φίλων τ' ατομβρίῳ
φωτὶ, πᾶυροι δ' ἐν πένῃ πιστοὶ βροτῶν
καμάτῳ μεταλαμβάνουσιν.

Erasmus vertit: *Periit honor amicorum afflicto viro, paucique in rebus aduersis fidi mortales ad laboris societatẽ.* Cornificius lib. 4. ad Herennium: *Vt hirundines æstiuo tempore præsto sunt, frigore pulsæ recedunt: ita falsi amici sereno vitæ tempore præsto sunt, simul atque fortunæ hyemem viderint, deuolant*

Cicero. Hirũdinis & simulatorũ amicorũ comparatio.

Lætantur omnes. Confirmant adagia εὐτυχία πολύφιλος, *fœlicitas multos amicos habet.* &, τῶν εὐτυχούντων πάντες ἀσὶν συγγενεῖς. *fœlicium omnes sunt cognati:* contrà, πτωχῷ φίλοι οὐδ' οἱ γεννήτορες. *mendico nec parentes amici.* Seneca Herc. Oetæo.

Mendico nec parẽtes amici. Seneca.

Nam rara fides, vbi iam melior
Fortuna ruit.
Pauci reges, non regna, colunt

Petronius eodem ævo.

Petron.

Nomen amicitiæ, si quatenus expedit hæret,
Calculus in tabulâ mobile ducit opus.
Cum fortuna manet, vultum seruatis amici;
Cum cecidit, turpi vertitis ora fugâ.

Ouidius. & alius,

Si fueris fœlix, multos numerabis amicos;
Tempora si fuerint nubila, solus eris.

Lex vera amicitiæ. Verumtamen alia longè lex est veræ amiciæ. nam afflicto amico magis debita fides, quàm fœlici. nam ipso tacente misericordia illam efflagitat. Succinctè, sed sapienter Seneca in Agamemnone,

Seneca.

Poscunt fidem secunda, at aduersa exigunt.

Euripid. ab Euripide didicerat, cuius ista in Oreste;

. . . . . τὰς φίλας
ἐν τοῖς κακοῖς χρὴ τοῖς φίλοισιν ὠφελεῖν:
ὅταν δ' ὁ δαίμων εὖ διδῷ, τί χρὴ φίλων;
ἀρκεῖ γὰρ αὐτὸς ὁ θεὸς, ὠφελεῖν θέλων;
. . . . . amicos in malis
Prodesse amicis conuenit. nam quamdiu
Fortuna ridet, quidnam amicis est opus?
Solus fouentis sufficit sortis fauor.

Pauper cur desecretus. Si causas quæris cur pauper deseratur? 1. quia metuunt, ne auxilium nummarium postulet. 2. putant se dehonestari eius amicitiâ & necessitudine. 3. quia verâ amicitiâ illi iuncti non erant, sed sua sectabantur compendia. Præclarè huic pesti tam vulgari D. Iacobus occurrit Canon. suæ epist. c. 2. & vide infer. adagio 200.

EX EODEM CAP. VERS. XXX.

ADAG. CXCII. Vita carnium, sanitas cordis.

Vita carnium, sanitas cordis.

Attigi suprà, sed obiter: sensus est, Bonam valetudinem vt plurimùm pendere ab animæ lætitiâ & lautitiâ. Si mens sit sana (nam cor pro mente) solere corpus sanum esse. *Cor sanum* vocat animum vacuum à perturbationibus, maximè liuoris, iræ, cupiditatum. ideo Lxx. vertunt; *mansuetus vir, cordis est medicus,* πραΰθυμος ἀνὴρ, καρδίας ἰατρός. Idem videtur insinuari cap. 18. v. 14. *Spiritus viri sustentat imbecillitatem suam,* hoc est, animus æquus causa est viuidæ & floridæ habitudinis corpori: nimirum, vt Physici docent propter sympathiam corporis organici & formæ eius. D. Gregorius lib. 5. Moral. cap. vlt. dicit, per *vitam carnis*, infirma quædam ac tenera significari: & sæpè contingere, vt quidam cum verâ sint cordis innocentiâ, tamen in nonnullis suis actibus infirmi videantur. *Benè ergo dicitur: Vita carnium, sanitas cordis: quia si mentis innocentia custoditur, etiamsi qua foris infirma sunt, quandoque roborantur.* quæ verbo tenus Beda transcripsit. Sunt tamen, qui *cor* proprie accipiant pro nobilissimo corporis membro, quod Philosophus

Sensus adagii.

Cor sanũ.

D. Gregorius. Vita carnis.

asserit primum viuens & vltimum moriens esse. Huius ergo incolumitatē causam esse bonæ habitudinis totius corporis : quia ex corde procedunt spiritus & actiones vitales ac animales in totum corpus. (sic Dionysius.) tristitia verò cor retrahit, ac constringit, & sic hosce spiritus subtrahit, vnde corporis tabes. (ita Caiet.) Vide infer. Adag. *Spiritus tristis*, &c.

CXCIII. Delicata. Theodotionis expositio.

ADAG. CXCIII. Responsio mollis frangit iram, Sermo durus suscitat furorem.

EX CAP. XV. VER. I.

Responsio mollis frangit iram: Sermo durus suscitat furorem.

Gnome & adagium.

EST quidem Gnome, sed vulgò sic teritur communi sermone, vt pro adagio recipiatur : cuius verba satis aperta sunt. Noster Hebræa satis expressit. Nam idem est sensus, *iram frangere*, quod auertere; & *sermo durus* quod verbum doloris, seu, adferens dolorem: hoc est, contristans & quasi pungens ; & *furorem facere ascendere*, nihil est nisi eum suscitare, sumptâ Metaphorâ ab iis qui follium flatu flammam accendunt, vel adaugent. (Baynus.) Chaldæus etiam nostro consentit; etiam Lxx. licèt verbis nonnihil differant, & addant quiddam, quod nec in Hebræo, nec in Chaldæo, nec vulgata nostra legitur, ἐργὴν ἀπόλλυσι φρονίμως, *ira perdit & prudentes* : subdunt, ἀπόκρισις δὲ ὑποπίπτουσα ἀπεσβέσατο θυμὸν, λόγος δὲ λυπηρὸς ἤγειρε ὀργάς : *responsio autem subiecta auertit iram : sermo verò tristis suscitat iras.* Aqui. pro λυπηρὸς vertit σκληρὸς, *durus*, vt noster; Symmachus, θρασὺς, *audax*. Theodotion, σκληρὸς, *molestus*, vt Lxx. pro *submissa* Symmachus ἁπαλὴ, *mollis*, vt noster; & Theodotion, *qui delicatè respondent*, ἀποκριθέντες τρυφερῶς. nimis ipse deliciosè. Nam non tam delenifica adulatio denotatur, quàm benigna & placida verba prolata cum modesta prudentiâ & moderatione, ac debitâ honoris præfatione, immo & cum animi demissione, quâ quis non contendit, sed cedit atque se humiliat. quod quantam vim habeat ad sedandam iracundiam, quotidiana docet experientia. Exemplum est submissa responsio Gedeonis ad Ephraimitas, Iudic. c. 8. qui iurgates fortiter & propè vim inferētes, fracti responso humili, *requieuit spiritus eorum, quo tumebant contra eum.* v. 3. & Abigail placauit irā Dauidis, 1. Reg. 27. contrarium verò accidit in iurgio tribus Iuda cum decem tribubus, 2. Reg. 19. & 20. & Dionysius hoc loco aliud exemplum refert de B. Macario. Idem traditur infer. cap. 25. 15. *Patientia lenietur princeps, & lingua mollis confringet duritiem.* vbi Hebrai. Chaldai. & Græcè est, *os*. Caietanus, *ratio* (inquit) *in promptu est : quia multiplicatur causa iræ dicendo sermonem contristantem. ira enim ex tristitiâ surgit. responsione verò molli minuitur ira materia. iratus enim videns humiliatum contra quem irascitur, retrahit iram, tanquam desierit contra quem irascatur.* Patet similitudine aptâ. Si caramistâ petrariâ saxum emittas, & incidat in duram materiam, maiore vi resilit: sin culcitam vel quid aliud tomento molli repletum feriat, ipsâ mollitie obiecti vim perdit, & decidit quasi fractum victúmque. Vulgus canit:

Baynus.

Caietan.

Similitudo.

Frangitur ira grauis, quando est responsio suauis.

Naumachius;

Naumachius.

πολλάκις ἤπιον ἀνδρὰ καὶ ἄφρονα μῦθος ἔθελξε.

Sæpe

Sæpe vel insanum placata oratio mulcet.

Æschylus. Sanè molles responsiones sunt, de quibus ait Æschylus; ὀργῆς νοσούσης εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι: *agris iracundiâ medici sunt sermones.* Beda & Strabus anagogico sensu: *Qui verba increpationis humiliter recipit, iam propinquat veniæ reatus quem gessit: at, qui superbus arguenti resultat, maiorem contra se iram districti iudicis provocat.*]

ADAG. CXCIV. Infernus & perditio.

EX EODEM CAP. VERS. XI.

Infernus & perditio.

VIde quæ dicta sunt ad vocem *Inferni* loco 27.

ADAG. CXCV. Ad olera vocari.

EX EODEM CAP. VERS. XVII.

Ad olera vocari.

Sensus adagij. ADagium esse satis liquet, & dici de parcâ cœnâ, quam Diphilus *exsanguem*; Plautus *terrestrem*; Horatius, *dapes inemptas*; Iuuenalis, *fercula nullis macellis onerosa* vocat. *olerum* vtilitas abiit in prouerbium, adeò vt quando quis pro leui furto grauem pœnam luebat, diceretur, *propter olus.* & de re nullius momenti dicebantur *olerum additamenta*, ἀπὸ τῶν λαχάνων προσθήκαι, teste Diogeniano. Sic Diphilus apud Athenæum vsurpat *pugnare de oleribus* & Archestratus, *relegare ad olera.* Elegantissimè Salomō vsurpauit sensum, indicans; *Tob aruchath iarak veachabah scham, missor abus vesinah-bu.* טוב ארחת ירק ואחבה שם משוד אבוס ושנאה-בו Chaldæus;

Propter olus. Olerū additamenta. Athenæus. Pugnare de oleribus. Ad olera relegare.

Melius est prandium oleris vbi est caritas, quàm boues pingues cum odio. Quomodo verterint Lxx. non satis certum, propter lectionis varietatē. Complutenses enim & Regij & Aldini, κρέσσων ξενισμὸς λαχάνων πρὸς φιλίαν καὶ χάριν, ἢ παράθεσις μόχθου μετὰ ἔχθρας. *Melior vocatio* (vel hospitalitas) *olerum ad amicitiam & gratiam, quàm appositio vitulorum cū inimicitiâ.* Vaticani verò libri addunt vocem vnam, nam continent μετὰ λαχάνων, *cum oleribus*: neutrā lectionem confirmat B. Chrysostom. hom. 13. in ad Ephes. quia τράπεζαν λαχάνου habet, nec ad hunc locum respexit, quia mensam talem habet pro delicatiore, quàm sit leguminum, oliuarum, aut ficuum. Quamuis sequaris lectionem, facies sine sententiæ detrimento; sine quo vertit Theodotion, ὑπὲρ βοῦν σιτευτὸν, *super bouem altilem*, pro posteriore membro. Recentiores Hebræa vertunt quisq; vt vult, & nonnulli dū verba magis quàm sensum attendūt, durissimè. Pagninus, & alij; *Melius est cōuiuium oleris vbi sit dilectio, quàm bos qui diu fuit in præsepio, in quo sit odiū.* bouem qui diu, hoc est, multo tempore saginatus fuit, indicauit: malo vitulum qui diu lacte nutritus: nam Pagninus ipse cū Kimchi אבום fartum, saginatum alibi exponit, vt capitur 3. Reg. 4. 23. Hispani dicunt *de alta grassa.* Vox etiam ארחרת ab Ariâ vertitur *viaticum*, sed certum est etiā *conuiuium* significare. Possunt Hebræa capi latè.

Vaticana lectio. B. Chrysost.

I. De quouis conuiuio, vel demenso domestico, & proprio vel alieno. q.d. magis curandum patribus familiarum, vt domui suæ pax & caritas sint inter commensales; quā vt lautas epulas proponant dissidē-tibus. Item:

I. Interpretatio.

II. Si quos velint foris accersere ad conuiuium, vt eligant concor-

des,& non diſsidētes. Sanè Beda hîc legit *vocare*.

III Ipſis inuitatis melius eſſe vocāti ad tenue & pacificum Socraticum conuiuiolum; quàm ad epulas Lapitharum, vel Perſicos apparatus, vbi omnia faſtu & inuidiâ ſint plena, & proinde clamoribus atque rixis. Hoc ſecutus noſter interpres, *Melius eſt vocari ad olera cũ charitate, quàm ad vitulum ſaginatum cum odio.* explicationis cauſa *vocari* addit, ſecutus Lxx. qui ξενισμός; quã vocem non reſtringo cum Ianſenio ad vocantem, ſed extendo etiam ad vocatos, ſicut ξένος eum qui excipit, & eum qui excipitur hoſpitio, ſignificat. *Menſa oby* ſunt in quibus, quæ contra proximi charitatem, tractantur; qualem ſuam eſſe nolebat B. Auguſtinus, vt indicabat elogio;

B. Auguſt.

Quiſquis amat dictis abſentum rodere vitam:
Hanc interdictam nouerit eſſe ſibi.

Locus Prou. 17. 1.

De vocantibus & vocatis ſimul eadem profitetur Spiritus ſanctus: *Melior eſt buccella ſicca cum gaudio: quàm domus plena victimis cum iurgio.* Prou. 17. 1. vbi antecedens ponitur pro conſequenti, *victimæ*, pro epulis, quæ ſacrificio accedebant. Et ſic etiam capienda lectio Bedæ ſup. hoc cap. 15. v. 16. *ſecura mens, quaſi iuge ſacrificium*: vbi tamen vera lectio eſt *conuiuium*, vt etiam legit D. Gregorius lib. 2. Moral. cap. 19. & exponit tranquillitatem ſecuræ mētis eſſe quaſi iugem quandam refectionem: loquitur ſapiens de lautiſsimo conuiuio, nempe poſt ſacrificium præberi ſolito, quòd ſignificat Hebræum *miſchtheh* מִשְׁתֶּה Iudic. XIV. xx. Ait idem Salomon Eccleſ. 4. 6. *Melior eſt pugillus cum requie, quàm plena vtraque manus cum labore & afflictione*, de quo tamen ille plura. Huc pertinet vulgatum illud perlepidum.

Locus Prou. 15. 25.

D. Greg.

Cum dat oluſcula menſa minuſcula pace quieta:
Ne pete grandia lautáque prandia lite repleta.

IV. Locus eſt adagio cùm volumus conuiuas ad lætitiam hortari, & tenuitatem noſtram excuſare, rogantes, animi prompti & beneuoli affectum optimum vt boni conſulant.

V. Prouerbium poterit extendi, ad documentum etiam à gentilibus celebratū, vilia & metu libera plebeiorum prandia, meliora eſſe dubiis cœnis Principum, ſollicitis & inſidioſis. Apud B. Maximum ſerm. 21. ait Euagrius fortè de conuiuiis: *melius eſt in ſtorea cum fiducia iacere, quàm in lecto aureo perturbari.* S. Chryſoſtomus: *Melior eſt panis buccella cum ſale, in quiete & ſecuritate, quàm ciborum magnificus apparatus, cum animi diſtractione & ſollicitudine.* Quàm periculoſum ſit cum Principibus epulari dicam nonnulla infrà adag. *Statue cultrum in gutture tuo*, &c.

B. Maximus.

S. Chryſ.

Principũ menſa periculoſa.

Diogenis reſpõſum ad Cratetum.

Ideo Diogenes precanti Cratero vt ad ſe proficiſceretur, reſpondit, ſe malle ſalem Athenis lingere, quàm apud Craterum magnificè apparata menſa frui. ἀλλὰ βέλομαι ἐν Ἀθήναις ἅλας λείχειν, ἢ παρὰ Κρατέρῳ τῆς πολυτελοῦς τραπέζης ἀπολαύειν. Laërt. lib. 6. in Diogene. Thyeſtes apud noſtrum Cordubenſem:

Seneca.

ô quantum bonum eſt
Obſtare nulli: capere ſecuras dapes
Humi iacentem. Scelera non intrant caſas,
Tutúſque menſa capitur anguſtâ cibus:
Venenum in auro bibitur.

Quo loco ex aliis poëtis olim in aduerſar. Thyeſtæ 448. plura notaui.

ui. Idem Seneca Hercule Oetæo:

Pectora pauper secura gerit;
Tenet è patulâ pocula fago,
Sed non trepidâ tenet ipsa manu;
Carpit faciles vilésque cibos,
Sed non strictos respicit ensis:
Aurea miscet pocula sanguis.

Athenæus Cynulcus Athenæi lib. 4. nescio cuius è versibus ait;

ἀμῖν ἐλέσθω τὸν ἀν ζωρτὸν βίον,
ἢ τὴν Σελεύκου τῆ βασιλέως ὑπεροχήν.
ἐφ' ἁμῖν ἑαυτῶν ἕκαστ', οὐκ ἐν δείπνοις,
μαλακῶς καθεύδειν ἄθλιον δεδοικότα.

Quæ sic transtulit Dalecampius;

Optaturum me potiùs hanc vitam viuere,
Quàm sublimia regis Seleuci fastigia:
Metu vacuis, lentem sorbere iucundum:
Metu anxiis, molliter cubare miserum.

Verùm nihil vtilius, neque iucundius hanc ad rem posse adferri censeo Cerui Apologo, quem nobis, quàm multis, tam bonis versibus, numerosus & numero sapiens

Cerui Apologus. Horatius. poëta Horatius lib. 2. Sat. 6. exposuit. Leuabo lectorem labore librum adeundi, & describam;

... olim
Rusticus vrbanum murem mus paupere fertur
Accepisse cauo, veterem vetus hospes amicum,
Asper, & attentus quæsitis, vt tamen arctum
Solueret hospitiis animum, quid multa? neque ille
Sepositi ciceris, nec longæ inuidit auenæ:
Aridum & ore ferens acinum, semesaque larda
Fructa dedit, cupiens varia fastidia cœnæ
Vincere, tangentis malè singula dente superbo;
Cùm pater ipse domûs paleâ porrectus in hornâ,
Esset ador, loliumque dapis meliora relinquens.

En tibi conuiuium, quale Parmeniscus Cynicorum descripsit, sed tutum, & animi æqui ac liberalis; quod Salomon præfert alteri Crateri, Dionysij, aut Seleuci epulis, vbi conuiuantium ceruicibus de tenui setaceo gladij impendent; quod mox describit Flaccus, pertraxerat agrestem vrbanus in locupletem domum,

... rubro vbi cocco
Tincta super lectos canderet vestis eburnos,
Multáque de magna superessent fercula cœna,
Quæ procul exstructis inerant hesterna canistris.

Copia & lautities ciborum aderat, nec vrbani hospitis sedulitas aberat, nam

... vbi purpurea porrectum in veste locauit
Agrestem, veluti succinctus cursitat hospes,
Continuátque dapes, nec non vernaliter ipsis
Fungitur officiis, prælambens omne quod affert.
Ille cubans, gaudet mutata sorte, bonisque
Rebus agit lætum conuiuam; cùm subitò ingens
Valuarum strepitus lectis excussit vtrumque.
Currere per totum pauidi conclaue, magisque
Exanimes trepidare, simul domus alta molossis
Personuit canibus. Tum rusticus, Haud mihi vita
Est opus hac, ait: & valeas: me silua, cauúſ

cauúsque
Tutus ab insidiis tenui solabitur ære.

Nihil certè melius est, quàm tenuẽ fortunam sorte sua contẽtũ magnæ, hoc est, stabilem ancipiti, præferre.

VI. Vltima explicatio est Bedæ, omnẽ qui bonorum operum exempla proximis ostendit, quæ imitentur, quasi ad epulas quibus reficiantur, conuiuas inuitare: & hac in re multò vtilius esse vitæ innocentiam cum caritate seruare, quàm maiorum virtutum miraculis foris effulgere, & interiora mentis ab odiorum sorde non expurgare.

ADAG. CXCVI. Ignis est in labiis impij.

EX CAP. XVI. VER. XXVII.

Ignis est in labiis impij.

Ignem spuere. PRouerbium censent Græci, πῦρ πτύειν, *ignem spuere*, & vulgò dicimus de vehementer irato, *ignem spuit.* Tale quid igitur inest huic versui, *vir impius fodit malum* (meditatur & molitur aliis exitium) & *in labiis eius ignis ardet*: scit, verba eius pernicioſa sunt instar ignis omnia corripientis & vastantis: Chaldæus,

Sensus adagij. dat scintillas. Monemur, impios & fatuos fugere, quia noxij sunt. Lxx. ἄφρων, *insipiens*; & sic legitur in multis libris Latinis, sed Hebr. est *vir belihal*, quod confirmat Vaticanam lectionem, & sic exponunt Chaldæus & Rabbini.

Alter sensus. Secundò monemur, ipsis impiis noxiam esse suam malam voluntatem, & conatum, nam & incidunt sæpè in foueam quam aliis foderũt, & suis verbis seipsos perdunt. Hoc indicant Lxx. nam vertunt, *vir insipiens fodit sibi malu, in labiis autem suis thesaurizat ignem*; quod dixerant vers. 26. *in suo ore eos ferre perditionem* sibi æquè atque aliis: nam odia & rixas suscitans inflammat rotam natiuitatis nostræ. Lege Iacob. 3.

EX CAP. XVII. VERS. X.

ADAG. CXCVII. Correptio plus proficit apud sapiẽtem, quàm plagæ apud stultum.

Correptio plus proficit apud sapientem quàm plagæ apud stultum.

Sensus adagij. DE sensu nullum dubium esse potest, indicari docilem facilitatem sapientis, & tardam ac duram mentem stulti. huic nec centum plagas sufficere, cùm sapienti sat sit ad emendationem moneri. Proferunt quidam adagium Chaldaicum ex Midras, *lechakiama virmiza vleschita becurmiza, sapientem nutu; & stultũ fuste*, &c. ex Q. Curtio lib. 7. Q. Curt. *Nobilis equus vmbra quoq; virga regitur: ignauus ne calcari quidẽ potest.* Noster sup. c. 10. 13. *in labiis sapiẽtis*, &c. Vide suprà. Solum dubium est de vocis Hebrææ חחח *thechath* versione, quidam deducũt à נחת *nachath*, *descendere*; alij à radice חחה *chathah abripere*; alij à חחרת *thachath* quod quidam vertunt *dominari*: alij *consternari*: alij *conterere*, vt Lxx. hîc, συντέτριπται ἀπειλὴ καρδίας φρονίμου, ἄφρων δὲ μαστιγωθεὶς οὐκ αἰσθήσεται. *Conterunt mina cor prudentis: stultus autem verberatus non sentit.* Chaldæus: *penetrat increpatio intelligentem magis quàm percutere stultum centies virgis.* Theodot. ἥξει, *veniet.* Noster omnium sapientissimè amplexus est id quod omnibus conueniret. Siue enim dicas, increpatione seu correptione sapientem confundi, siue consternari: siue altiùs verba seu minas in animum eius peruadere, descẽdere,

pene

CXCVIII. penetrare, certum est his omnibus increpationis efficacitatem designari: ideo noster vertit seruatâ sententiâ, *Plus proficit.* In singulari verò ponit *increpationem*, vt vnicam centum plagis opponat.

L'interpretatio. Hoc ergo primùm docemur ex communi interpretum sententia: plus apud sapientem monita & salutaria verba, quàm apud stultum flagella valere; siue has homo, siue II. Deus inferat. 2. Magnum sapientiæ & probitatis indicium esse, ad primam statim admonitionem corrigi: contrà magnæ fatuitatis & malitiæ indiciũ, nec verbis, nec verberibus admoneri. III. 3. Bonos & prudentes, si quando labantur, secretò admonendos: improbos verò & stolidos, quoniam admonitiones omnes pro nihilo ducent, publicè & acriter corripiẽdos. sic Peltanus. IV. 4. Posse sensum esse ex eo quòd sapiens & intelligens viderit stultos multis plagis à Deo percuti, sola increpatione ipsum frangi & flecti, iuxta illud: *Fœlix, quem faciunt aliena pericula cautum.* Sic Baynus. V. 5. *Nihil necesse esse* (vt loquitur D. Hieronymus) *bis pungere non recalcitrantem, & per se satis erubescentem confundere amplius, cui sua ratio est magistra, cui propria conscientia virga, cui ingenita verecundia lex disciplina.* Jcitat hìc Dionysius.

ADAG. CXCVIII Dimittens aquã caput est iurgiorũ.

EX EODEM CAPITE. V. XIII.

Qui dimittit aquam, caput est iurgiorum.

Caput pro principio. CAput pro principio poni constat. Theodotion, ἀπολύων ὕδωρ ἀρχὴ μάχης. *dimittens aquam, principium est pugnæ.* Hebræa de verbo, *aperiens aquas, principium est contentionis.* Nescio cur L x x. tam aliter verterint: *potestatem dat sermonibus principium iustitiæ.* Nec probo quòd Chaldæus ad homicidium transtulerit, *Qui effundit sanguinem sicut aquam, concitat iurgia.* illud non malè quòd ex Hebraismo notam comparationis subintellexerit. Retenta comparatione clarior futura sententia prouerbij. q. d. sicut qui rimam vel foramen aquis conclusis aperit, facit vt primò quidem modicum, sensim verò plurimùm aquæ inde defluat: sic qui initium dat iurgiis, magnis litibus postmodũ causam præbet. nam lis litem serit. Vel sumpta comparatio ex aquis communibus multis (vt notat Dionys.) quas si quis dimittat, vt aliò defluant: vel vt in sua elicia omnes, vel non suo tempore deducat: is lites concitat inter riuales: vt fieri videmus inter rusticos: vel molitores, aut alios, qui certis aggeribus, vel clatris aquas detinent, vt altiores sint vsui. I. Interpretatio. II.

Aut nulla comparatione subaudita simpliciter capiẽdum, nos moneri ne principium aut ansam dissensionibus præbeamus; quòd si præbuerimus, ipsis initiis occurramus, & discordiam nascentem sedemus: nam Metaphoricam locutionem esse docet sequens hemistichium: *& antequam patiatur contumeliam, indicium deserit.* Sensus, eum qui iurgia vitat, litè deserere priusquam ea contestetur, vt patet ex Hebræo: vel cedere furori & maledicentiæ aliorum, priusquam odia exardescant (sic Chaldæus) aut potes capere in Imperatiuo, antequam lis misceatur, dimitte scilicet eam. Facile est cùm velis litem ordiri: sed contestatam finire difficillimũ. Qui aquã aluco suo educit vt inun- III.

det, illam nequit reuocare ruptis fossis omnia inundantem: & damni totius subsecuti auctor censetur. Sic qui dat initium discordiæ & iurgiis, nequit illa cùm velit componere, & reus est omnium noxarum inde natarum. Duo ergo docet sapiens, causam iurgiis non dare: & maturè illis, ac ceteris prauis affectionibus obuiam ire. Caietanus vult agi de litis actore, non de reo. Sed agitur de vtroque. nam sæpè reus causa litis est quam sustinet. Sed fortè voluit dicere, eum qui litis causa est: cui suadeatur desistere à cœptis, & componere negotium, priusquam in ignominiam damnatus iudicio incidat, vt benè Iansenius. Arboreus refert quorundam explicationem: Qui negligit bibere aquam, & seipsum obruit vino, caput est iurgiorum, quæ ex temulentia proficiscuntur. & addit molliorem æquo videri interpretationem, & quæ parùm spiret genium Salomonis. Tacitè reprehendit Liranum, cuius certè expositio nullo modo textui potest conuenire, vt docet Iansenius.

IV. Iansen. Arboreus. Lirani interpretatio nota ta.

S. Salonius: *figuratè hoc dictum est. nam per aquam designatur lingua leuis & fluxa: & qui immodicè linguam suam relaxat, caput est iurgiorum: quia qui linguam suam non refrenat, iurgia & lites concitat, & concordiam dissipat.* Sumpsit à D. Gregorio, qui lib. 7. Moral. cap. 24. sic scribit; *Aquam dimittere, est linguam in fluxum eloquij relaxare. Quo cõtra in bonã partem dicitur,* Aqua profunda verba ex ore viri. Qui *ergo* dimittit aquam caput est iurgiorum: *quia qui linguam non refrenat, concordiam dissipat. vnde è diuerso scriptum est*; Qui imponit stulto silentium, iras mitigat.] Eadem Beda & Strabus.

S. Salon. V. 1. D. Greg.

EX EODEM CAPITE. VERS. XVI.

AD AG. CXCIX. Qui altam facit domũ suam, quærit ruinam.

Qui altam facit domum suam, quærit ruinam.

DEest in Hebræo, nec habet Chaldæus. Sed legitur apud Lxx. ὃς ὑψηλὸν ποιεῖ τὸ ἔσω τὸ εἰκὸς, ζητεῖ σωτηρίαν. *qui altam facit domum suam, quæris contritionem:* quæ lectio habetur in Græcis Complutensibus, Regiis & aliis: de quo vide laboriosas notas Franc. Lucæ Notat. 186. Habet etiam cum ipso ζητεῖ totum completè codex Vaticanus Græcus: & addit quædam, quæ putãt alij deesse vulgatæ nostræ, nempe, *Qui autem tortuosè accedit ad discendum, incidet in mala,* ὁ δὲ σκολιάζων τὸ μαθεῖν, ἐμπεσεῖται εἰς κακά. dictum contra eos, quorum in studio disciplinarum non qualẽ oportet esse, est intentio: verùm hoc non tam deest vulgatæ quàm aliter exprimitur: nempe, *& qui exitat discere, incidit in malum.* hoc est, declinat & subterfugia quærit, vel præ superbiâ, vel præ pigritiâ, vel quo alio astu: vt solent ignorãtiam affectantes, ne rectè viuãt. Vtrumque comma prætermissum in vulgatæ libris Regiis, & Complutensibus, satis temere. namque legerunt in suis codicibus Auctor glossæ interlinear. Dionys. Liranus, & alij; & retinendum censuerũt Pontifices Maximi, Sixtus V. & Clemens VIII. Prætermisso posteriore commate, prius significat, superbiam esse causam dejectionis. Nimis edita ædificia subsunt maiori periculo ruinæ: tum quòd fundamenta ægriùs sustinere valeant tantam molem, tum quòd cum

Omissa in vulgata. Sensus adagij.

cunctis iniuriis aëris, venti, fulminis, procellarum magis obnoxia. Vide notata nobis choro 1. Agamemnonis Senecæ. Vetus poëta,

Senaca.

Qui quærit alta, is malum videtur quærere.

Vsus multiplex. Arboreus.

Vsum adagij multiplicem ita suppeditat Arboreus, *domus* significationem latè accipiens: *Decidit in ruinam, subque deiectionem, qui seipsum aut suam familiam, aut suos parentes superbè extollit: & qui amplissimis Principum diuitiis furto sublatis suam demum sumptuosiorem & magnificentiorem reddunt, maiori vitæ discrimini se exponunt. Denique superbus & nimius sui laudator, suæ fortunæ aut animi opes impensius extollendo, præcipitium facit, & a Domino deiicitur.*]

ADAG. CC. Amicus omni tempore diligit, & frater in angustiis cõprobatur.

EX EODEM CAP. VERS. XVII.

Omni tempore diligit qui amicus est: & frater in angustiis comprobatur.

ADagio 191. falsæ amicitiæ typum habuimus, nunc subdit veræ, vt possimus fictos à germanis amicis dignoscere; qua de re multa Plutarchus, Cicero, & alij Gentiles: sed diuinè toto ferè cap. 6. Siracides. vbi à v. 8. *Si possides amicum, in tẽtatione posside eum. Est enim amicus secundùm tempus suum, & non permanebit in die tribulationis.* Vbi *possides* positum pro possidere paras. nam κτᾶσθαι etiam significat *comparare*. q.d. Si cupis tibi amicum parare, ne citò illi credas, sed in tentatione experire & probato fidē eius. deligas, priusquàm diligas. & subdit: *Est amicus socius mensæ, & non permanebit in die necessitatis. Amicus si permanserit sicut, erit tibi quasi coæqualis, & in domesticis tuis fiducialiter aget,* &c.

Varię explicationes.

Porrò versiculum nostrum variè explicant. Quidam sic, amicus est, qui amicitiæ præstat officia: verùm qui perseuerat in amicitiâ; illi perinde in angustiâ confidendum ac si tibi frater nasceretur: & volunt referri ad tempora fidei Christianæ, q.d. semper ab exordio mũdi amicus dilexit amicum; verùm tempore prædicationis Euangelicæ, quod tempus persecutionis est & angustiæ, non tam amici quàm fratres sunt, mutuò se amantes, qui etiam sub ipsâ angustiâ nascuntur amici. II. Sic Baynus, qui addit secundam aliorum interpretationem his verbis; Sunt qui sic locum intelligant, q. ostenderet distinctionem inter amicum & fratrem, qui ferè ingratus est, neque colit amicitiam, præterquàm in tempore angustiæ, cùm de fratris summo discrimine agitur; tunc enim fidam ostendit amicitiam, ac si tunc primò nasceretur frater. Vtraque interpretatio mihi duriuscula videtur, ne accommodari nostræ versioni posse nisi violenter, vt nec sequens, quam Baynus primo loco ponit. III. Si quis nascatur amicus sub ipsâ aduersitate & angustiâ, non tam vt amicum, quàm vt fratrem habendum, hoc est, longè fidelissimum esse amicum, qui quasi tunc nasceretur, repentè in tempore angustiæ se nobis adiungit. hęc etiam placuit Peltano.

II. Baynus.

Duriusculæ interpretationes.

III.

Peltanus. IV. Caietan.

IV. Caietanus ex Rabbinis quibusdam, natiuitatem fratris ordinari ad opem ferendam fratri in angustiâ. *Eget enim* (ait) *frater fratre in tempore necessitatis. Quemadmodum itaque frater nascitur ad opitulandum in angustiâ: sic amicus diligit non tempore prosperitatis duntaxat: sed omni tempore, hoc est, etiam tempore aduer-*

sitatum : aliquin est amicus fortunæ, non hominis. Hic vult exemplo fratris amicum officij moneri : quod non probatur mihi, quia fratris etiam naturæ lege actior est necessitudo. V. Sententia est LXX. interpretum aliquâ ex parte consentanea quartæ, aliquâ verò secundæ, *εἰς πάντα καιρὸν φίλος ὑπαρχέτω σοι, ἀδελφοὶ δὲ εἰς ἀνάγκας χρήσιμοι ἔστωσαν. τοῦτο γὰρ χάριν γενήσονται* : *In omne tempus amicus sit tibi : fratres autem in necessitatibus vtiles sint : huius enim rei gratiâ nascuntur*: q.d. amicis semper vtendum, fratribus, in necessitate dumtaxat. hoc enim illis minùs molestum futurum, eò quòd natura illis dictet, tum fratrem non deserendum. Omnes isti Hebræum יָלַד *Ialad*, ad verbum reddere voluerunt, quod in lucem edi, γενηθῆν significat. VII. Noster interpres longè aptiùs attendit ad sententiam. Nam vt benè Ianse-nius, fratrem in aduersitate nasci, non est aliud, quàm eum, qui amico cum aduersâ fortunâ colluctante, in amicitiâ persistit, hoc ipso fieri fratrem eius, & dignum qui deinceps frater vocetur, & pro fratre habeatur. Vt sit hic sensus; qui verus amicus est, ille non prospero tantùm, sed aduerso quoque tempore pergit diligere : & in angustiis clarissimè manifestatur, quis sit homini fraterno coniunctus affectu. Sic ferè Lyran. Dionys. Arbor. & Iansen. qui adducit ex Senecâ ; *Amicos secunda res optimè parant : aduersæ certissimè probant.* & ex Ouidio ;

Scilicet, vt fuluum spectatur in ignibus aurum,
Tempore sic duro est inspicienda fides.

Xenophon lib. 4. rerum Græcarum; *ἐν ταῖς ὑπεροχίαις πιστοὺς φάνεσθαι οὐδὲν θαυμαστόν· ὅταν δέ τινες ἐν συμφοραῖς γενομένων φίλων βέβαιοι φανῶσι, τοῦτ' ἐστὶν ἄπαντα χρόνον μνημονεύεται. Rebus prosperis fidos apparere, nihil mirandum. Verùm cum aliqui in amicorum aduersis fidi permanent, id in omne æuum memoriæ infigendum est.*

Autori improbata sententia. V. VII. Sententia autoris. Iansenius. Sensus adagij. Lyranus, & alij. Seneca. Ouidius. Xenophō. Vere amicitiæ nota. VIII. Beda.

VIII. Potest ad diuinum amorem cum Bedâ traduci : *Qui Dominum verè amat, omni tempore eius custodit amorem neque in angustiâ passionis deserit, quem in pacis tranquillitate confessus est.*

EX EOD. CAP. VERS. XIX.

ADAG. CCI. Qui exaltat ostium, quærit ruinam.

Qui exaltat ostium, quærit ruinam.

VIde sup. §. 199. hoc loco in Græcis codicibus deest ista particula : etiam in Vaticanis, quidquid dicat Fran. Lucas : sed habetur in Hebræo, & Chaldæâ Paraphrasi, ex quibus etiam patet veram lectionem esse, *ostium* : & non, *os suum*, vt legerunt Glossâ interlinear. Lyran. Dionysi. Arbore. & alij. Sed quid vocat *ostium* ? volunt esse Synecdochem pro tota domo, vt sit dictum contra superbas ædificiorum moles, vel in alto ædificia exstructa. Sic R. Dauid, Caiet. Iansen. Peltan. Vatabl. Saa. Sed de his antè iam egit secundùm nostram versionem. Caietan. hoc fortè perpendens nouum quid excogitauit, dici de illis, qui facinorosos receptant, & authoritatem asyli siue immunitatem ædibus suis vsurpant, quod non cohæret cum præcedenti hemistichio, & remotissimum est. Quare præstat *ostium* cum Glossâ, Lyran. Dionys. Arbor. Bayno. Metaphoricè capere, pro oris ostio : sicut accipitur Mich. 7. 5. *custodi claustra*

Ostium. Lyran. & alij. R. Dauid & alij. Caietan.

CCI. Sensus adag. j.

chia oris tui. Vt reprehendãtur superbi oris homines & duri, qui vt plurimum sibi malum accersunt, & fundunt voces per iugulum redituras. Primò, se ipsos superbè iactando: Secundò, alios arroganter deprimendo: Tertiò, maiora pollicendo quàm præstare queant, & inducendo amicos, vt pro se spondeant; quibus sæpè sunt exitio, fidem præuaricando, & illos deserendo.

ADAG. CCI. Animus gaudés ætatem floridam facit: spiritus tristis exsiccat ossa.

EX EODEM CAP. VER. XXII.

Animus gaudens ætatem floridam facit: spiritus tristis exsiccat ossa.

SEnsu conuenit cum simili parabolà, super. Adag. 192. hoc ero breuior. Hebraicè pro primo membro *Leb sameach ietib gheah*, לב שמח ייטיב גהה *Cor lætum benefaciet medicina*, explicat Chaldæus, *Cor lætum pulchrum facit corpus.* LXX. καρδία εὐφραινομένη εὐεκλεῖ ποιεῖ. *Cor lætum benè habere facit.* Symmachus, vt noster, ἀγαθύνει ἴλιγγον. benè itaque noster sensum expressit, sciens *cor* pro animo positum, & comparationem illam boni pharmaci per effectum explicans, vt & cæteri interpretes. Quidam Hebræi deducunt vocem גהה à verbo נגה quod *splendescere* significat (ait Baynus) vt sit sensus, Cor lætum iuuat, siue bonam facit aciem oculorum, quæ in senibus maximè solet deficere. Sed hi malè restringunt ad vnam corporis partem. Iarrius ad splendorem siue nitorem vultus retulit, paulò meliùs. Nec opus aliam confingere radicem, quàm *gahah*, quæ significat *sanare*. Quod etiam placuit Kimchi vtrique: sed dissentiunt in sensu. Nam filius subaudit, *sicut*; proderit corpori sicut medicina: pater verò non subaudit, sed explicat, à corde læto medicinam, si tum exhibeatur, efficaciorem fore. Dauid Kimchi sequuntur Pagnin. Montan. Caietanus & Baynus. Sed veteres interpp. vt dixi, & Iarrius & noster stant pro Ioseph Kimchi, vt non sit subaudiendum *Caph* similitudinis; eius tamen interpretatio non placet. Quanto melior est & elegantior nostri interpretis, magnoperè ad floridam ætatem & vegetum corporis statum conferre mentis lætitiam? sic enim explicatur Eccles. 30. 23. *Tristitiam non des animæ tuæ, & non affligas temetipsum in consilio tuo. Iucunditas cordis hæc est vita hominis*: & statim; *& exultatio viri est longæuitas.*

Cor pro animo.

Baynus. Sensus adagij.

Iarrius.

Kimchi.

Posterius membrum de spiritus tristitiâ, à cunctis eodem sensu recipitur; mœrore animi vires corporis absumi. Hippocrates, φρένες λύπη νόσος. Hippocrates.

Cura difficilis est morbus.

Lucretius,

Et dolor, & morbus lethi fabricator vterque.

Mysticus sensus.

Beda.

Benè Baynus; sed mystico sensu capit de gaudio spiritus, de quo Apostolus, *Gaudete in Domino semper*, Philipp. 4. 4. in quod bona tristitia conuertetur, teste Christo Ioan. 16. nam tristitia sæculi illa non conuertitur in istud gaudium, sed mortem operatur, iuxta Apostolum 2. Cor. 7. 10. Præiuit illi conterraneus eius Beda. *qui intemi* (inquit) *spiritus consolatione lætatur, etiam bonæ actionis flore decoratur, & fructus præmiorum præstolatur cælestium. Qui verò tristiti. sæculi, quæ mortem operatur, angitur, pinguedinem diuinæ*

charitatis in robore virtutum, quas exercere videtur, habere nullatenus valet; sed quasi exsiccatis ossibus, marcescit, quia in bonis actibus quos facit, gratiam dilectionis amisit.

ADAG. CCIII. Oculi stultorum in finibus terræ.

EX EODEM CAP. VERS. XXIV.

Oculi stultorum in finibus terræ.

HEbræa, Græca, & Latina sensu conueniunt, vt Chaldæa. Sensus etiam meo iudicio simplex & planus est: Sapientiam in prudentis viri facie relucere, nimirum propter oculorum compositionem & modestam constantiam: stultitiam quoque fatuorum eodem in speculo animi facillimè perspici, eo quòd vt mens eorum vaga est, sic etiam oculi sunt gyrouagi, per mare, per terras, huc illuc circumferuntur, etiam in vltima mundi claustra. Hyperbole elegans. Vetus patrum dictum; *incustoditus visus, incustoditæ mentis est nuncius.* hoc visum Lyrano, Dionys. Caieta. Arboreo, Peltano. & confirmatur illo Salomonis, *sapientia hominis lucet in vultu eius*, Eccles. 8. 1. & Siracides; *ex visu cognoscitur vir, & ab occursu faciei cognoscitur sensatus.* Eccles. 19. 26.

1. Incustoditus visus, incustoditæ mentis nuncius.

Lyranus & alij.

II. Alij tamen exponunt, stultos tam longè abesse à sapientia, ac si oculos haberent in extremis terræ longissimè à cœlesti sapientia auersos; quod non probo.

2.

III. Isidorus Clarius exponit; *Homo prudens semper in prospectu suo habet, vnde discat sapientiam; stultus autem putat eam quærendam in extremo terræ, ideo nunquam inueniet eam.* nec ista placet.

Explicationes ab autore examinatæ.

3.

IV. Est quorundam quos citat Baynus, qui fines terræ referunt non ad oculos stultorum, sed ad ipsam sapientiam, vt etiam fecit Clarius: isti sensum esse volunt, quàm longissimè abest sapientia ab oculis stulti, vt qui nihil minùs quàm de illâ cogitet: vir autem prudens ob oculos habet sapientiam, iuxta illud, *vbi est thesaurus tuus, ibi est cor tuum*: sed ista quoque non satis congruit cum Lxx. aut cum nostra versione. CCIII. IV.

V. Rursus Baynus suam proponit haut dubiè istis tribus meliorem: per *sapientem* intelligi, bonum ac fidelem Deo: per *stultos* autem improbos, & iniquos. (*quod verum est.*) Dici itaque cum facie prudentis esse sapientiam: quoniam præsens est & familiare viro probo benè agere: vel quia semper Dei voluntatem respicit, & solùm attendit, quid præscribat Dei lex, in qua est vera sapientia: & sapientiam præfert omnibus muneribus, vt pendeat à superiore versu: (*sed hoc est sententiam nimis restringere, cùm pertineat potiùs ad omnia terrena.*) oculos verò stultorum, qui terrena sapiunt, quorum Deus venter est, non habere sapientiam in quam respiciant, & idcirco respicere ad extremum terræ, hoc est, ad infima quæque, vel ad extrema terræ, quòd insatiabiles sint oculi illorum, nunquam præsentibus bonis aut voluptatibus contenti, sed aliena quæ procul dissita sunt, animo complectantur, vel orbis dominium ambientes. sic ille, quod placuit etiam Iansenio, qui vult hunc sensum magis conuenire Hebraicæ veritati, quæ non habet, *in facie*: nec habet verbum *lucet*. Respondeo, nostrum interpretem non mutare sensum Hebræum, sed suppleuisse, quod subaudiendum nouerat. Ideo retinendam. V. Baynus. Iansenius.

dam primam expositionem.

V I. Vltima expositio est allegorica Bedæ, & vtriusque glossæ de CHRISTO & Iudæis : quam licet apud illos legere.

V I. Auctoris sententia. Expositio allegorica.

EX EODEM CAP. VERS. VLT.

ADAG. CCIV. Stultus tacens, sapiens videtur.

Stultus si taceat, sapiens videtur.

AIt Iob verbosis suis amicis; *Atque vtinam faceretis vt putaremini esse sapientes*, Iob. 13. 5. Noster hic, *stultus quoque si tacuerit, sapiens reputabitur: & si compresserit labia sua, intelligens.* LXX. quiddam addunt, vertunt enim, ἀνθ' ὧν ἐπιρωτήσαντι σοφίαν, σοφία λογιοῦσι, ἐνὸς δέ τις ἑαυτὸν ποιήσας δόξει φρόνιμος εἶναι. *Amenti interroganti sapientiam, sapientia reputabitur: mutum autem quis se faciens, videbitur prudens esse.* In priori membro Aqu. Symm. & Theod. nostro consentiunt, καὶ εἰ ἄφρων κωφεύων, σοφὸς λογισθήσεται. in posteriore membro pro *compresserit*, Aqui. & Thedot. *sivon obstruens*; alius φιμῶν, *obturans.* Illud iuxta omnes ratum est, hunc vers. vltimum à præcedenti pendere. Sed quomodo?

Quidam censent ita, vt totum ad sapientis laudem referatur, quòd non solùm ipse nouerit tacere, & refrenare suam linguam à malo, sed etiam nouit stultis hominibus silentium imponere.] refert & reprobat Rob. Baynus.

Bayni sententia. Sensus adeg.

Aliorum, & ipsius Bayni sententia tenenda, adeò magnâ esse laudem & vtilitatem apti & opportuni silentij, vt non solùm exornet sapientes viros; sed etiam amentes, & rudes. Nam pro sapiente haberi stultum qui silet, & pro docto idiotam qui labia comprimit sua, ne prodat imperitiam. Non ignorarunt hoc ethnici. Demosthenes apud Maximum Tyrium serm. 47. cuidam in conuiuio multa garrienti, εἰ τοσαῦτα ἐνεφρόνεις, inquit, ὅσα ἂν τοσαῦτα ἐλάλεις. *Si tantum tibi sapientiæ fuisset, quantum loquentiæ, non tam multa effutiuisses.* Non tamen sapienti semper tacendum est, vbi & quando silentium dedecet. Inde natum illud Theophrasti, quod cuidã in conuiuio morosè silenti obiecit: (si indoctus aut stolidus es, prudẽter facis; sin prudens, stolide.) εἰ μὲν ἀμαθὴς εἶ, φρονίμως ποιεῖς· εἰ δὲ σὺ ταὐτὰ δοκεῖς, ἀφρόνως Laërtius refert lib. 5. de vitis Philosophorum. Propiùs ad rem Palladas in Florilegio,

Non semper tacendum. Theophrasti dictum.

πᾶς τις ἀπαίδευτος φρονιμώτατος ἐστὶ σιωπῶν.

Omnis inerudituus, sapientissimus est tacens.

EX CAP. XVIII. VER. I.

ADAG. CCV. Occasiones quærit qui vult recedere ab amico.

Occasiones quærit qui vult recedere ab amico.

AB *amico*, addiderunt LXX. vt indicarent mentem Salomonis, quam verisimile est meliùs illos intellexisse recentioribus Rabbinis : quorum nonnulli referunt *Niphrad* נפרד ad stultos qui longè distant, & separari volunt à sapientiâ, de qua agitur in præcedentibus & sequentibus, (vide Baynum & Iansenium) alij ad solitarium qui ab aliis se separat: & hi vel ad bonum detorquent (vt Vatablus & Clarius) vel ad malum (vt Caietan.) Hebraice est *Lethaauah ieuakesch niphrad.* לתאוה יבקש נפרד potest ad verbum reddi *ad desiderium quærit* (scilicet causam prætextum) *separans se.* & sic acceperunt LXX.

Recentiores Rabbini.

LXX. πρὸς ἀντιζητοῦντα ἀνὴρ βουλόμενος χωρίζειν ἀπὸ φίλων. *Occasiones quærit volens recedere ab amicis.* Symm. & Aquila de verbo תאוה *ad desiderium*, hoc est, pro desiderio, seu sicut desiderat, sicut concupiscit. Iansenius putat LXX. legisse non אוה, sed modicâ mutatione אהה *anah*, quod *occasionem* significat, quod satis probabile est: sed malo tamẽ dicere ipsos id subaudiuisse. Nam ad textus mutationem non est confugiendum nisi cùm alia ratio nulla occurrit, tum enim licet, vt ad sacram anchoram.

Iansenius

Sensus adagij.

Porro perspicua est sententia nostræ & Græcæ versionis, contra infidos amicos, qui vt iustè videantur amicitias soluere, calumniam struunt, & fingunt prætextus perfidiæ plenos: quod quàm improbum, tam facile est. Paulò figuratiùs hoc adagium vulgò vsurpatur;

Aristot.

Qui vult canem cædere, facilè fustem reperit. Aristoteles 1. Rhetor. cap. 12. προφάσεως δεῖται μόνον ἡ πονηρία. *occasione duntaxat indiget malitia.* P. Syrus in Iambis;

Malefacere qui vult, nusquam non causam inuenit.

Vulpis & galligallinacei apologus.

Facit pro hac re apud Æsopum apologus vulpis & galligallinacei. Nec aliena est ab hac sententiâ quorundam versio, *Qui pro libito quærit separari ab amico, in omni essentiâ miscebit lites*, hoc est, semper & vbique iurgia quæret & conseret.

ADAG. CCVI. Fraternũ auxilium.

EX EODEM CAPITE. VERS. XIX.

Fraternum auxilium.

EX vno versiculo duæ prouerbiales locutiones colliguntur secundùm nostram versionem: nam ex Hebræo prout hodie legitur, & legit Chaldæus, vnicum tantùm deprehendas, de quo dicam §. sequenti. Noster vertit; *frater qui adiuuatur à fratre, quasi ciuitas firma.* Sic LXX. ἀδελφὸς ὑπὸ ἀδελφοῦ βοηθούμενος, ὡς πόλις ὀχυρὰ καὶ ὑψηλή. *frater à fratre adiutus, tanquam vrbs munita & excelsa.* B. Cyprianus epist. 52. ad Antonianum, *fratrem fratrem adiuuans exaltabitur.* Sic etiã S. Paulinus epist. 35. ad Pammachium, & addit, *sicut ciuitas magna.* Hebraicè est hodie; *frater* נפשע *præ ciuitate forti.* Sic Masloretæ scripserunt cum *Schin*, & totum referunt ad fratrum odia, vt dicemus §. sequenti. Sed noster & LXX. legerunt, cum *sin*, à radice פשע *phasahh*, id est, *deambulare, incedere:* q. d. frater incedens cum fratre, & optimè Hebraismum explicuerunt, *ambulare cum aliquo*, pro consentire & adiuuare aliquem. Docetur adagio, fratrum concordiam inexpugnabilem esse. Hinc natum vetus adagium apud Platonem lib. 2. de repub. ἀδελφὸς ἀνδρὶ παρῆν. *frater viro adfuit.* Hinc Geryonum fratrum concordia fabulæ ortum præbuit, vnum tricorporem fuisse; qui non antè victi, quàm æstu Herculis seiũcti. lege Iustinum Historicum lib. vlt. de quibus Alciatus in emblematibus,

S. Cyprianus. S. Paulin.

Sensus adagij.

Tergeminos inter fuerat concordia fratres:
Tanta simul pietas mutua & vnus amor,
Inuicta humanis vt viribus ampla tenerent
Regna, vno dicti nomine Geryones.

Eâdem de causâ idem proditum de Molionidis à Plutarcho in lib. περὶ φιλαδελφίας, quorum meminerunt Homeri & Pindari scholiastæ, & ipse S. Gregorius Nazianzenus, dicens

Molionidæ. Plutarch.

cens de illis, eos à periculorum societate coniunctos, scilicet in vnam molem corporis dictos coaluisse. Scylurus Scytha. Huc spectat Scyluri Scythæ mens, cùm moriens filiis concordiam cõmendauit, sagittarum fasciculo colligato, & postea soluto. S. Cyprianus vtitur ad suadendam concordiam contra schismaticos; Beda ad idem contra hæreticos; Paulinus, ad consolationem in afflictionibus. Verùm longiùs progreditur R. Leui Gersonides, frater contra quem frater suus præuaricatur, licèt ab eo grauiter offensus, tamen adhuc fratri est vice vrbis munitæ, si contingat illum in aliquo graui periculo versari, & vt vectis custodit illum contra inuadentes.] quod ad sententiam, habes illam confirmatam in Senecæ Thyeste, choro 3.

Vsus adagij. S Cyprianus. Beda. Paulinus.

Senec.

Nulla vis maior pietate vera est,
Iurgia externis inimica durant:
Quos amor verus tenuit, tenebit.

Memorabile est illud fœminæ apud Herodotum in Thaliâ; quæ cùm à Dario iussa esset quem vellet vnum seruare, virum, liberos, aut fratrem; hunc elegit; additâ ratione; virum sibi alium & liberos contingere posse; mortuis verò parentibus, aliũ sibi fratrem nasci non posse. Hinc Horatius epist. 10. pro coniunctissimis, *fraternos amicos* dixit. pete plura ex Plutarchi libro in amore fraterno.

Herodot.

reconciliabilia. Lxx. non diuidunt sensum à superiore hemistichio, sed adhuc de ipsa fratrum concordia dicunt *eam esse fortem, tanquam fundatum regnum.* Contra planè, quotquot hic legerunt ש *schin*, à radice *phaschahh, rebellauit, defecit, præuaricatus est*, omnes vnicam sententiam contrariam de odio fraterno eliciunt, vt Chaldæus: qui; *frater qui deficit à fratre quasi ciuitas fortis, & clausa quasi repagulo forti.* & Aquila, ἀδελφὸς ἀθετούμενος ἀπὸ πόλεως κράτους. καὶ δικασία, ὡς μοχλὸς βάρεως, *frater rebellãs pro ciuitate forti; & lis tanquam vectis palatij*, scilicet animum eius claudit, ne consilia pacis admittat; & hoc idem voluit qui reddidit μεμοχλευμένον, *clausũ vecte*, magno scilicet & ferreo, difficile frangi, vt solent crassi vrbium vectes. Sequuntur hanc lectionem Rabbini, quos refert Pagninus in amplo illo Thesauro suo in voce פשע, ex quo cape sententias eorum discrepantes.

פשע

R. Abraham Abenezra coniungit cum versiculo præcedenti, vt sit sensus: Frater qui contra fratrem suum præuaricatur, magis præuaricatur, quàm ciuitas quæ regi suo rebellat; & lites fratrum erunt tanquam fortitudo vectis palatij cum ostiis: & adhuc tamen sors inter illos diuidet. I. Sensus adagij. Explicatio.

R. Immanuel: si duobus fratribus commune sit aliquod oppidum forte, & alter illorum defecerit rebellauerítque, & propter rebellionem expulsus sit à ciuitate: ille bellum mouebit, & ciuitatem inuadet: adeò vt sit necesse illam probè vectibus claudere, propter periculum quod imminet. Idcirco enim fratrũ fieri mentionẽ, eo quòd frater expulsus plus lædit, quàm si extraneus aliquis foret, eo quòd secreta ciuitatis & fratris sui cuncta norit. II. Alia expositiones.

EX EOD. VERS. XIX.

ADAG. CCVII. Fraterna discordia.

Fratrum discordia.

HOc elicio ex secundo hemistichio nostræ versionis, *iudicia quasi vectes vrbium*, hoc est, iurgia & lites inter fratres esse durissimas, & difficillimas, & odia ferè ir-

III. Est aliorũ, qui sic explicant. Si frater à ciuitate forti deficiat, quandiu ille vixerit, semper summum imminet fratri expellenti & vrbi periculum; immo maius quàm si confringeretur vectis palatij, qui excludit damna ab iis qui in palatio degunt. Et sicut vecte amoto, palatio imminet damnum; sic frater iste qui defecit, æquè noxius est vrbi ac vectis amotus vel confractus.

IV. Quarta explicatio est Dauidis Kimchi. nempe frater durior est, &c. q.d. fratrem, si perfidè deseratur, iram concipere vehementissimam, quæ durissima sit, & inexpugnabilis, incidit in explicationem Chaldæi & Aquilæ. Sequuntur Vatablus, Peltan. Iansen. & alij, quorum ex numero Caietan. notat vim comparationum, nempe faciliùs ciuitatem placari quàm fratrem: nec adeò firmiter obstrui portas contra homines vectibus, atque animum fratris irati, cõtra preces atque consilia interceſſorum.

Vatablus, & alij.

Aristot. Cur odiũ fratrũ sit grauius.

Sanè Aristoteles causam indicauit loco mox citando: quia grauissimè ferunt se ab illis deseri vel lædi, à quibus iure naturæ contrarium expectabant. Hoc exaggerat psalmista ps. 49. vers. 20. *Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum.* Hinc adagium, *Fratrum graues inimicitiæ.* Euripides in Iphigen. Aulidensi;

Euripid.

Δεινὸν κασιγνήτοισι γίγνεσθαι λόγους,
Μάχα δ' ὅταν ποτ' ἐμπέσωσιν ἀλλήλων.

Erasmus sic; *Res dira verbis inuicem altercarier,*
Dictisque fratres dimicare mutuis,
Si quando lis inciderit aut contentio.

Autoris sententia.

Hæc sententia ceteris præferenda, vt initio insinuaui. nam optimè cohæret præcedenti laudi de fratrum concordia, sicut illam laudat, ita discordiam vituperat. Vera est Gnome de omnibus odiis intestinis domesticorum & propinquorum: maximè tamen de fraternis. Non adducam in medium Polynicem & Etheoclẽ, quorum etiam cadauera vna flamma non recepit, sed mortuorum, quod viui foueranr, odium discors flamma fuit testata. Vide quæ scripsi ad Oedipum vers. 321. in Aduersar. & commentar. Meliora producam testimonia, non Aristotelis lib. 7. Politic. cap. 7. aut Plutarchi in lib. περὶ ἀδελφίας: sed ex Genesi, de Cain & Abel, c. 48. & de Esau atque Iacob, Gen. 27. 41. quod odium in posteris Idumæis contra Israelitas semper durauit: & de fratribus contra Ioseph, Gen. 37. 4. de Amnon & Absalon. 2. Reg. 13. 32. & de omnibus consanguineis verum est, eos interdum magis cauendos esse quam extraneos; *Ne forte mittat Iudem in terram, & dicat tibi: Bona est via tua, & stet è contrario videre quid tibi eueniat,* Eccles. 37. 11. Sic tragœdia canit, & introducit gloriantem Atreum, quòd fratrem Thyestem circumuenisset.

Sæpe adagij.

Polynicis & Etheocl. odia.

Fraterni odij testimonia.

Atrei scelus.

Æqualis astris gradior, & cunctos super
Altum superbo vertice attingens polum,
Nunc decora regni teneo, nunc solium patris.
Dimitto superos: summa votorum attigi.

Cur? quia simulatâ regni cessione, fratrem cum liberis pertraxerat in insidias, & paulò ante iactitarat,

Plagis tenetur clausa dispositis fera,
Et ipsum, & vnà generis inuisi indolem
Iunctam parenti cerno. iam tuto in loco
Versantur odia. quis modus? nepotes ipse iugulat, secat, abluit, elixat,

elixat, & fratri suo vorandos proponit. quid vltra potuit? re nihil: plus animo volubat. negat vindictam sufficere. verba iræ data, dum properat, cecidisse dolore incassum: mandisse natos patrem ore impio, sed ignarum ignaros. Siue factum, siue fictum, nihil potuit atrocius immaniúsve excogitari: nec aptius sententiæ Salomonis explicandæ; quàm quod Dionysius in bonâ partem sumit, *iudicia* exponens consilia, & discretiones: id nullo modo possum probare: quia vox Hebræa propriè *contentiones* & *lites* significat.

Dionysij improbata sententia.

ADAG. CCVIII. Mors & vita in manu linguæ.

EX EODEM CAP. VER. XXI.

Mors & vita in manu linguæ.

DIxerat, *De fructu oris viri replebitur venter eius: & genimina labiorum ipsius saturabuntur eum*; v. 20. & subdit v. 21. *Qui diligunt eum* (linguam) *comedent fructus eius.* Indicãs, vnumquemque pro verborum suorum ratione & qualitate, iustâ mercede potiturum: & si amara ore deprompserit, cor eius (hoc est nimũ) amaritudine replendum: sin dulcia & salutaria, id ipsius animo pro melle & panacea futurum. Verum id, tum in hac vitâ, tũ in futurâ. sup. cap. 12. 14. *Propter peccata labiorum ruina proximat malo*: hoc est, homini dicaci & improbi oris, *effugiet autem iustus* (qui alios linguâ non lædit) *de angustiâ. De fructu oris sui vnusquisque replebitur bonis.* suprà de his in tribus adagiis. Ideo hic aptissimè & prudentissimè inquit, *Mors & vita in manu linguæ*, hoc est, in arbitrio, potestate, & vsu linguæ. Si benè voles vti, id tibi hìc, & in altero sæculo proderit; sin malè, sæpè hìc, semper ibi futurũ exitio. nõnne CHRISTVS Dominus asserit: *Ex verbis tuis iustificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis*; Matth. 12. 37. & Iacobus frater Domini asserit ex ipso ore benedictionem & maledictionem procedere. Epist. canon. 3. 10. Suprà 13. 2. *De fructu oris sui homo satiabitur bonis.*

Sensus adagij.

II. Potest etiam intelligi parœmia quoad alios, nempe, quoad auditores: qui à bona lingua, putà à Catholico concionatore, vitam: à malo, putà Lutheri vel Caluini sectatore, mortem hauriunt cum pestifero dogmate. Hoc sensu Græci dicebant; A linguâ rempublicam ædificari, & rursùm destrui.

III. Si velis indefinitè accipere, licet: de linguâ calumniatorum, aduocatorum, delatorum, patronorum, iudicum, &c. ideo Ægyptij, vt hoc significarent, cùm Sigalioni suo sacrificarent, clamabant:

Sigalion Ægyptiorum.

Lingua fortuna, lingua damon.

Lingua fortuna, lingua dæmon Plutarchus.

Vide Plutarchum lib. de Iside & Osiride. Idem Plutarchus in lib. de septem sapientum conuiuio, de officio auditoris scribit, Biantem seniorem ad Amassi iussum carnes ex victimâ optimas eximere & ad se mittere: qui linguã pecudi eximens, protinus ad Principem misit. quia lingua suis auditoribus aut commodi plurimum, aut damni adferre consueuisset. ὡς καὶ βλάβας καὶ ὠφελείας τὸ λέγειν ἔχοντος μεγίστας. Idem tamẽ Plutarchus lib. de garrulitate, narrat id Pittacum fecisse, & addit: ὡς ὄργανον μὲν ἀγαθῶν, ἄργανον δὲ κακῶν τῶν μεγίστων οὖσαν, vt quæ esset instrumentum bonorum, & malorum maximorum. Ideo Phryx ille sapiens apud Planudem iussus emere cibum optimum, linguas dumtaxat emit: & iussus emere pessimum, easdem attulit è macello. Baynus notat potissimùm ad eos hæc pertinere, qui præcipuo in repub.

Bionis & Pittaci sanctum.

IV. Baynus.

munere præditi, docendi, consulendi, prædicandi.

ADAG. CCIX. Qui festinus est, pedibus offendet.

EX CAPITE XIX. VERS. II.

Qui festinus est, pedibus offendet.

Sensus adagij.

PAtet dici cõtra properationem, & inconsultam in rebus aggrediendis, vel gerendis festinationem: de qua sunt plurima veterum dicta, pro adagiis sumi solita. Nec mihi placet, quòd Chaldæus ad eum restringit, qui festinat ad malum. Nam ij quoque qui ad bonum nimis properant, solent impingere & labi. Eccles. 2. 2. *Ne festines in tempore obductionis.* Sis patiens & longanimis in tempore tribulationis, qua tibi velut nubibus quædam tenebræ offunduntur mœroris. Si ne tunc quidem ad remotionem mali properare consultum est, quid cùm minor vrget necessitas?

Restrictio adagij minus probata.

Iansenius. Comparatio.

Planè inest comparatio, iuxta Iansenium; sicut, qui corporaliter festinat pedibus, crebrò impingit, & labitur: ita necesse est, eum, qui scientiâ caret, & ideo præproperus est in actionibus suis, abripi se sinens ab affectibus, nec consilio vtens rationis, frequenter offendere, & corruere in viâ virtutum. Sapiẽter Sallustius; *Priusquam incipias, consulto; & vbi consulueris, maturè facto opus est.* Maturè facit, qui nec opportunum tempus præuenit præcipitantiâ, nec per socordiam illud sinit elabi. Quod suadebat symbolum Titi Vespasiani nummis insculptum, Delphin complexus anchoræ temonem; nam Delphine festinatio, anchorâ maturitas designatur; & planè illud indicatur, tam crebrum Octauio Augusto, σπεῦδε βραδέως, *Festina lentè*, de quo Suetonius in Octauio, seu lib. 2. & Gellius lib. x. c. xi. quo admonebat vt ad rem gerendam simul adhiberetur & diligentiæ tarditas, & rei gerendæ celeritas, ex quibus duobus componitur maturitas. Græcus trochaicus fuit; σπεῦδε βραδέως, ἀσφαλὲς γὰρ ἀμείνων ἡ θρασύς. *Festina lentè. Nam qui citra lapsum rem gerit, melior est quàm audax.* Sophocles; *Periculosa est præpropera prudentia.* Sallustius. Titi Vespasiani nummis insculptũ symbolũ. Sophocles.

φρονεῖν γὰρ οἱ τάχ' ὄντες, οὐκ ἀσφαλῶς. Plato.

Plato; *Qui plus satis festinat initio, serius ad finem peruenit*: refert vt adagium, in Politico. Menander:

προνοίτης πολλοῖς ἐστιν αἰτία κακῶν.
Multis malorum causa festinatio est.

T. Liuius, *Festinatio improuida est, & caca.* Statius Papinius Surculus;

T. Liuius. Statius Pap.

—*malè cuncta ministrat*
Impetus.

Vnus septem sapientum Bias solebat admonere; βραδέως ἐγχαρεῖν τοῖς πραττομένοις, ὅθ' ἂν ἕλῃ, βεβαίως τηρῶντα διαμένειν. *Cunctanter aggrediendum negotium, verùm in suscepto constanter perseuerãdum.* Laërtius lib. 1. & Aristoteles lib. 6. Ethicor. hoc refert vt vulgari sermone iactatum, *de quibus iam deliberaris, ea celeriter esse peragenda, cunctanter autem consultandum.* Vides vnde Sallustius sumpserit. Cunctatione Hispani, celeri executione Galli præcellunt. Huc spectat illud Aristophanis in Pace; ἠκούσατ' ἀναλωτὶς ἐπαγομένη τυφλὰ τίτθη. *Caca parit properato acalanthis tinnula nixu:* quod ex alio sumptum ἡ κύων σπεύδουσα τυφλὰ τίτθη. *Canis festinans cæcos parit catulos*, cuius meminit Galenus lib. de semine. Vide Adag. Chiliad. 2. cent. 1. adag. 1. & cent. 2. adag. 55.

Bias. Laërtius. Aristo. Gallorum & Hispanorum ingenia. Aristoph. Galenus.

Stra

CCX. Strabus.

Strabus ex Beda sic scribit: *Anima humana scientia vitæ cœlestis necessaria est, quia sine eâ beata esse non potest. Attamen, qui effrenatis sensibus mentis plus appetit sapere quàm decet, plerumque offensionem hæretica stultitia temerariis tractatibus incurrit. Quod in primis parentibus mystice signatum est; qui dum appetitum maioris scientiæ vetitum contingere properabant, à statu beatitudinis in pœnam miseriæ & mortalitatis inciderunt.*]

ADAC. CCX. Ira regis.

EX EOD. VERS. XII.

Ira regis.

Vsus ada. Bib.

VSurpatur de ira graui, & flecti nescia, & meritò formidanda, vt docet adiuncta comparatio Leonis irascentis, *Sicut fremitus leonis, ita & regis ira*, & c. 20. 2. *Sicut rugitus leonis, ita & terror regis:* à quo non alienum quod subditur cap. 20. 15. *Leo rugiens, & vrsus esuriens, princeps impius super populum pauperem.* Describitur *ira* Regis, Daniel. 2. 12. *Quo audito Rex in furore, & in irâ magnâ præcepit, vt perirent omnes sapientes Babylonis.* & cap. 3. 19. *Nabuchodonosor repletus est furore, & aspectus faciei illius immutatus est:* nimirum sicut Assuerus, *terribilis aspectu, & ardentibus oculis furorem pectoris indicans*, Esther 15. 10. Sic ergo vsurpatur *Ira Regis*, vt dixit Seneca in Medea, actu 2.

Seneca.

Nec me fugit, quàm durus, & veri insolens,
Ad recta flecti Regius nolit tumor.

Item,

Difficile quàm sit animum ab irâ flectere
Iam concitatum, quàmque rega-
le hoc putet,
Sceptris superbas quisquis admouit manus,
Quâ cœpit ire; regiâ hoc didici meâ.

Nolunt iram deponere, nec in meliùs sententiam mutare, ne videantur errasse, licèt leuissimis de causis intumuerint, vt docet Euripides; Euripides

ἀλλ' ἀρχόμενοι πολλὰ κρατοῦντες,
χαλεπῶς ὀργὰς μεταβάλλεσθαι.

Exempla suggerit Seneca lib. 3. de irâ, cap. 16. cum seqq. & alibi idem, Seneca.

Grauis ira regum est semper,

ex Pindarico loco; Pindarus.

--χόλῳ
δ' ὐκ ἀλίδι
γίνεται παίδων Διός.

Ira filiorum Iouis non existit innoxia.

vbi filios Iouis, reges intelligi constat. Vtinam de nullis verum foret illud Homericum de Agamemnone dictum Iliad. α. Homerus

Perpetuò regis metuenda est ira minori;
Qui quamquam malè dissimulat, bilemque molestam
Concoquit, & pœnam præsens in tempus omittit;
Non tamẽ imbibitæ semel obliuiscitur iræ,
Supplicio dum facta graui commissa rependat.

κρέσσων γὰρ βασιλεὺς ὅτε χώσεται ἀνδρὶ χέρηϊ.
εἴπερ γάρ τε χόλον γε καὶ αὐτῆμαρ κατακρύψῃ,
ἀλλά γε καὶ μετόπισθεν ἔχει κότον ὄφρα τελέσσῃ
ἐν φρεσὶν ᾗσιν ἑῇσι.

Videtur ad hunc nostrum Paroemialem locum adspexisse Cœlius Sedulius lib. 1. Paschalis carminis, Sedulij locus.
cùm, Nabuchodonosoris contra tres pueros iram describens, canit,

Cuius Achemeniam rabies accenderat iram.

Plus fornace sua.... nam loquẽs de Rege Chaldæo, furorem eius

leoni vel trigidi Parthicæ assimulat. nam ipsum Regem, qui Chaldæus, & non Persa vel Medus, non opinor sic vocasse.

Beda. Beda Salomonis verba anagogicè de Deo iudice bonis hilari, & malis terribili, accepit. Quanta sit vis leonis frementis. S. Ambrosius. S. Ambrosius lib. 6. Hexaëmeri cap. 3. prodidit, Leonis fœcunda. *Leo naturæ suæ vi superbus, ferocitatem sui, aliarum ferarum generibus miscere nescit; sed, quasi rex quidam plurimorũ dedignatur consortium. Quæ autem se ei sociare fera audeat, cuius voci naturaliter tantus inest terror, ut multa animantium, quæ per celeritatem possent imperium eius euadere, rugientis eius sonitu velut quadam vi, attonita atque icta, deficiant?* Idem epist. 82. ad Ecclesiam Vercellensem hunc locum adfert, de Constantio Imp. & citat; *ira regis, ira leonis.* Sed etiam LXX. *fremitum* habent; *regis comminatio similis fremitui leonis.* Non defuit ex veteribus qui *gemitui* transferret, Lucifer. γυαγμῷ & sic Lucifer pro S. Athanasio, lib. 1. cuius fiduciæ plena verba non pigebit adscribere; *vt fera immanis ac bellua cœpisti nos cum Athanasio velle premere: tanquam frendoribus tuis possis seruorum Dei vigorem superare. Licet enim Salomon dicat,* Regis minæ similes sunt gemitibus leonis: *tamen gemitus tui leonini contra nos habere virtutem non poterunt. Quare? quia sis tu præcursor Antichristi, & nos sumus milites Christi. Quare? quia homines Dei vincere non valeas tu persecutor eius religionis. Item alio loco*: Nihil, *inquit*, interest, inter minas regis, & iram leonis. *Quid hoc ad Dei seruos, qui præter Deum neminem esse timendum statuerimus; qui in manu Dei animas nostras positas esse meminerimus? Possunt rugitus tuos timere Courriani tui, qui sint (sic legendum) sine notitia Dei, quia sint minimè arma Dei induti. Cæterùm Dei domestici videmus rugitus tuos leoni similes. Quare quia feram te cognoscentes, cuius rugitus habere describeris; rideamus te magis sub figura hominis constitutam feram rabidam cernentes, quam timeamus necesse est.*] Efficax consolatio illis, qui fidei aut iustitiæ causâ quotidie ab hæreticis, aut schismaticis, sedibus suis pelluntur, proscribuntur, excarnificantur. Accipite, & cordi imprimite, IESV milites, hæc verba non contra aurum cara. Efficax cõsolatio.

EX EODEM CAP. VER. XXIV.

ADAG. CCXI. Piger manum sub ascella abscõdit; nec ad os eam applicat.

Piger abscondit manum suam sub ascella, nec ad os illam applicat.

Sensus adagij.

SVmma pigritia hominis incuriosi describitur eleganti hyperbole. Nec est cur ad lectionis mutationẽ quis confugiat cum quibusdam legendo צלעת quod *latera* seu *costas* significat, pro צלחת quod habetur in textu, quod variè exponitur. nam nonnulli putant significare *sartaginem* vel *frixorium*, in quod immissa celeriter torrẽtur, & exponunt locum nostrum; citiùs patitur in sartagine cibum corrumpi quàm vt statim ori ingerat. Corrumpi verò statim, quia quæ friguntur, nisi celeriter eximas, adurũtur: sed hoc Mercerus reprehendit, vt sine auctoritate dictum. צלעת צלחת I.

II. Caietanus. Caietan. vult significare *ollam*, & explicat, pigrum cùm manum suam ollæ immiserit; suauitate calidi loci, ibidem eam detinere, ita vt nec ad os eam reducat ob delidiam: *ollæ* verò meminisse ad significandã maiorem pigritiam. Posuerat enim intra ollam manum, vt escam inde acciperet, & tamen tædet eum reducere manum cum cibo ad os.

Hæc

CCXI. Hæc est Abenezræ, & certum est vocem Hebræam propriè significare *lebetem* vel *scutellam*, vel simile vas cibarium sinuosum.

III. R. Dauid Kimchi. R. Dauid Kimchi monet meliùs esse vt exponamus *in sinu* vel *sub ascella*, sequendo metaphoræ sensum, quàm vocem ipsam, esse enim metapheram sumptam ab ollâ, scutellâ, vel lebete, quia sicut in illis aliquid absconditur, sic piger manum in sinum abdit. Itaque D. Hieronymi versio placuit etiam illi Rabbino, & Pagnino, Vatablo, Bayno, Clario Mõtanóque: & priùs idem fecerant Lxx. Aquila & Symmachus. Omnibus versionibus eadem est parœmia, sed accepta diuersimode, in eo dissentiunt nonnulli:

XV. Quod posterius membrum nostra versio ponit, vt pigritiæ descriptionem, quasi dicat, nec ori quidem ingerit cibum præ socordiâ: Lxx. verò capiunt vt pœnam pigritiæ, nam vertunt: *qui abscondit in sinum suum manus iniustè, neque ori quidem admouebit eas*: q.d. non habebit quod ori admoueat, sic etiam Vatablus: quanquam potest Lxx. versio, vt & Chaldæa, eodem cum nostrâ sensu accipi, quod malim.

Vsus adagij. Primò potest torqueri adagium, iuxta primam sententiam, contra eos, qui cunctatione nimiâ corrumpunt conatus bonos: qui dum consultant, Sagunthus exscinditur.

Secundò, iuxta Abenezram, contra eos, qui licèt opus aliquod necessarium inceperint, non tamen absoluunt.

Tertiò, ex illa priore explicatione versionis Lxx. contra illos, qui nolunt honestis studiis vacare, & ideo fame atque egestate consumuntur.

Quartò, ex communi sententiâ, contra planè desides qui videntur exspectare, etiam in ipsâ mensâ, vt turdi assi vltrò se ori ingerant, & cyathi vino pleni aduolantes in os influant, sicut & cap. 26. 15. *Abscondit piger manum suam sub ascella sua, & laborat si ad os suum eam conuerterit.*] fatigatur, quasi magno labore confectus. quales describuntur apud Athenæum epulæ, à Cratete in bestiis, interprete Dalechampio, Athenæus.

> ... *vasorum*
> *Vnumquodque cùm vocabitis accedet, apponèt*
> *Quæ sectum sum. Hesu mensa instrue teipsum:*
> *Aromatiolum mazam pinse: cyathe vinum effunde:*
> *Vbinam calix es? teipsum diligenter lauа.*
> *Ascende maza: ex olla teipsum beta oportet exserere.*
> *Huc ades pisces: at assus nondum sum parte altera:*
> *Itaque te conuertito, & oliuo te inunгito.*

De balneis:

> *Etiam eorum singulis aqua spontè fluet*
> *In solium, exundánsque & effusa illabetur.*
> *Deinde vnguenti mox aderit alabaster*
> *Vltrò, spongiáque, & solea.*

Sed copiosiùs descripserunt & elegantiùs ibidem Teleclides in Amphyctionibus, Pherecrates in Metallicis, Metagenes in Thuriopersis, & Nicophontes in Sirenis, quorum Comœdiis describitur fictitia regio quam vulgus Gallicum vocat *pays de Coccaigne*; Theutonicum *het luyleckerlant*. Lege Athenæum lib. 6. circa finem.

Quintò, contra prædicatores, qui docent quæ non faciunt. Sic D. Gregorius lib. 22. moral. cap. 10. D Greg. Pigre

Pigro (inquit) *labor est manum suam ad os porrigere. quia desidiosus quisque praedicator, nec hoc vult operari quod dicit. Manum quippe ad os porrigere, est voci suæ opere concordare.*] à Gregorio id acceperunt Salonius & Beda.

Aliena spectans doctus euasi mala.

Secundò, monemur publicos peccatores, qui aliis scandalo sunt, coram omnibus arguere, vt & ceteri timore percellantur. 1. Timoth. 5. 20.

ADAG. CCXII. Pestilente flagellato stultus sapientior erit.

EX EODEM CAP. VER. XXV.

Pestilente flagellato stultus sapientior erit.

HEbraicè est eodem sensu, *deriſorem percusseris & simplex astutus efficietur.* Nam *astutus* in bonam, *simplex* in malam partem capitur, & *letz* לֵץ *pestilentem* ac *deriſorem* significat, & vna voce satis explicari nequit. Significat enim hominem planè deprauatum, superbiâ tumidum, omnia diuina & humana contemnentem, pernicioſum aliis consilio & exemplo, & si quos in nassam pertraxerit, & damno affecerit, eos subsannantem. Docui id accuratè prælectionibus Salmanticensibus fusioribus in Psal. 1. v. 1.

Idem asseritur cap. XXI. v. XI. *multato pestilente, sapientior erit parvulus.* nam *parvulus* intelligitur sensu, non ætate.

Sensus adagij. Oecumenius.

Manifestus est sensus *sacræ paræmiæ* (vt illam vocat Oecumenius in cap. 5. Actor.) aliorum castigationem in aliorum lucrum cedere. Iuxta illud:

Prudens quem faciunt aliena pericula cautum.

Tibullus.

Tibullus:

... fœlix quicumque dolore
Alterius, discet posse carere tuo.

Græcum illud consonat:

βλέπων παιδεύομαι ὐς τὰ τῶν ἄλλων κακά.

EX CAP. XX. VERS. IV.

ADAG. CCXIII. Piger propter frigus arare noluit: ideo æstate mendicabit.

Propter frigus piger arare noluit, mendicabit ergo æstate, & nemo dabit.

LXX. longè aliter verterunt: sed Symmachum noster secutus, qui proximè expressit Hebræa. Arationis duo sunt tempora præcipua, ineunte vere, & exeunte Autumno; vtroque tempore, frigidior aura mane & vesperi esse solet (lege Columellam lib. 2. cap. 9.) Nullus autem non amat messem colligere, sed pigros quiduis arcet à labore. Idcirco vsurpari poterit in eos, qui commoda expetunt, sed incommoda recusant: sine quibus tamen illa nequeunt haberi. Apud Athenæum ait nescio quis;

Arationis duo tempora.

Columel.

Vsus adagij.

οὔκα φιλ' ἀρίδηλοι, φυτεύειν δ' οὐκ ἐθέλουσι.

Gaudet auis ſicu, ſed eam plantare recusat.

Ad sapientiam, arationis metaphoram transtulit Ecclesiasticus c. 6. v. 19. *Quasi is qui arat & seminat, accede ad eam, & sustine bonos fructus illius. In opere enim ipsius exiguum laborabis, & citò edes de generationibus illius. Quàm aspera est nimium sapientia indoctis hominibus, & non permanebit in illa excors.* Videlicet labore & molestia acquirendi ac conseruandi deterritus. cui Comicus versus attendendus.

Aut

CCXIV

Aut hæc cum illis habenda, aut illa cum his amittenda sunt. 2. Thessal. 3. vers. 10. *Qui non laborat, non manducet.* B. Salonius per pigrum intelligit *fidelem, qui propter desidiam & huius mundi aduersitatem* (hanc vult *frigore* significari) *in Dei seruitio negligit laborare; & idcirco in futuro Dei iudicio mendicabit, quia non habebit opera bona, proquibus mereatur accipere beatitudinem.* quoniam *quicquid seminauerit homo, hoc & metet.* Gala. 6. 6. Diem verò iudicij & regnum Dei dicit *æstati comparari, quia omnia nostræ tristitiæ nubila transibunt, & vitæ illius dies æterni solis claritate fulgebit.*] addit Beda, *& fructus in gaudio percipiunt.* Alij dicunt pigrum hunc esse, qui deterritus molestiis mortificationis, terram corporis sui virtutum exercitio velut aratro non prosciderit. Sic Bayn & Iansen.

B. Salon.

Beda.

Baynus. Iansen.

ADAG. CCXIV Ex studiis suis intelligitur puer.

Ex CAP. XX. VERS. XI.

Ex studiis suis intelligitur puer.

Vsus adagij.

POtest ita seorsim vsurpari quasi parœmia: nam quod sequitur est explicatio seu accommodatio illius, q. d. hoc inquam intelligitur, *si munda & recta sint opera eius*, id est, qualia sint futura eius opera cùm senuerit. Noster miscuit optimè versionem Symmachi cum versione Theodotionis consentaneè fonti Hebræo. Libri LXX. valdè hoc loco varij sunt, nec vllo modo cum hac sententiâ conueniunt. Studia quibus pueri libenter & frequentiùs se dedunt, non modò docent quales modò sint animo, sed etiam quales futuri in adultiori ætate. Nam igniculi iuuentutis rarò annis penitùs exstinguuntur. Quod etsi fallat interdum, tamen sæpiùs ita fieri videmus. Hinc Iuliani Apostatæ mores præsagiuit Nazianzenus apud Socratem lib. 3. histor. Eccles. cap. 23. B. Athanasij Alexander, apud eundem Socratem lib. 1. cap. XI. & Sosomenum lib. 2. cap. 17. Catonis senioris alij, apud Valer. Maximum lib. 3. cap. 1. & Areopagitæ puerum vt humani sanguinis prodigum futurum damnarunt, eò quòd gauderet animalculorum interfectione, refert Fabius lib. 5. cap. 9. *Atheniensium consuetudo vetus erat* (ait Nazianzenus) *atque ea meo iudicio pulcherrima, postea quam ad pubertatis annos venerant adolescentes, ducebantur ad artificia. ducebantur autem ad hunc modum. Proponebantur publice cuiusuis artificij instrumenta, atque ad illa ducebantur adolescentes: quocumque tum quisque delectabatur, & ad quod accurrebat, illius edocebatur artificium: propterea quòd quæ ad naturæ ductum fiunt, plerumque benè succedunt; quæ præter naturam præsumuntur, frustrà tentantur.*] Sic ille epist. ad Eudoxium, quæ inter Basilij epist. est CXVII. Videor mihi aliquid etiam tale de Prætorianorum apud Turcas educatione legisse. Certè Vlysses sic Achillem inter Lycomedis virgines latentem deprehendit, propositis ornamentis muliebribus, & insigni galeâ, scuto, lanceâque: puellæ ad mundum suum aduolarunt: fictus iste viriles has exuuias contemplari, laudare, tractare, & ecce à tergo tuba Martium sonum, & pugnam accendit. hic malè dissimulans, ridenti Ithaco virum se fassus. lege Papinium in Achilleide. Sic etiam capi potest illud sapientis. *Adolescens iuxta viam suam, etiam cùm senuerit, non recedet ab ea.* de quo plura ad cap. 22. Prouerb. vers. 6. Adag. 224. Græcorum adagium refert Suidas,

Iuliani Apostatæ mores.

B. Athan.

Cato senior.

Areopagitarũ iudicium.

Nazianz. Atheniẽsium consuetudo circa adolescentes in arte aliqua eruendos.

Prætorianorũ apud Turcas educatio.

Achilles vt ab Vlysse deprehensus vir esse inter mulieres.

Papinius.

Suidas.

αὐτίκα καὶ φυτὰ δῆλα, ἃ μέλλει κάρπιμ' ἔσεσθαι.

Illico conspicua sunt plantæ frugibus aptæ.

& digna scitu hæc vulgaria;

Curuum se præbet, quod in vnum crescere debet.

Item hoc;

Vrit maturè, quod vult vrtica manere.

Cicero. Cicero pro Cœlio; *Non loquor de sapientiâ, quæ non cadit in hanc ætatem: de impetu animi loquor, de cupiditate vincendi, de ardore mentis ad gloriam; quæ studia in his iam ætatibus nostris contractiora esse debent, in adolescentibus verò, tanquam in herbis significant, quæ virtutis maturitas, & quanta fruges industriæ sint futuræ.*] Iuxta hunc sensum, vel *sunt* pro *erunt* accipiendum, vel simpliciter subaudiêdum est futurum. hoc tenent R. Immanuel, Liranus, Dionys. Ianseníus, Vatablus.

Liranus, & alij.

I. explicatio. Qui nihil volunt subaudire, illi capiunt de præsenti tantùm tempore, q. d. puerum suis studiis & officiis probari. si recta sint & munda laudem promereri; si verò sint obliqua & immunda, vituperatione dignum esse (sic Arboreus) vel rectam aut prauam eius intentionem & animum. (sic Caietan.) Hoc placuit R. Dauidi, Bedæ, sic scribenti, *Quemcumque enim virtutibus studere, modestiæ, continentiæ, auditioni sapientium, & obseruantiæ mandatorum Dei, maximèque humilitati ac simplicitati videris, huius munda esse & recta opera intellige. Quem verò his contrarium tenere iter deprehendis, hunc velut immundi ac distorti cordis hominem, aut corrigere, & castigare, aut si hoc non valet, vitare ac declinare, ne ab ipso corrumparis, curato.*] videntur hunc sensum secuti LXX. cùm indicium hoc à conuersatione & familiaritate desumunt, tranferentes: *In adinuentionibus suis compedietur adolescens: cum sancto & recta via eius.* Sed Græca lectio admodum varia est, vt patet ex Scholiis Nobilij, cui addo ex Bedâ quoque aliam lectionem, *Iuuenis qui cum iusto est, directa erit via illius.* Hisp. *dime conquien andas, y direte quemañas has.* Noster, *intelligitur* à Symmacho accepit, rectè nam Hebræum *nacar* נכר primariò significat *agnoscere*, & ab hac cæteræ significationes deducuntur, *alienare*, & *abscondere*. nam quæ aliena, facilè se produnt nouitate, quòd aliena sint: & vt talia agnoscuntur: rursus aliena & extranea, quid ipsa sint, non facilè noscitur, & sic occulta extraneis, licèt extranea esse sciant. Vnde nata

Caiet. R. Dauid. Beda.

Arboreus.

Nobilius.

Tertia interpretatio, *occultabitur*, q. d. Puer sæpè in operibus suis cognosci nequit; sæpè namque facit aliena ab ætate suâ, vt cùm facit opus aliquod mundum & rectum, dici solet, non est hoc opus pueri. Sic R. Ioseph Kimchi, & etiam filius eius Dauid. Alij, inter quos Pagninus & Vatablus, sic exponũt: Quanquam, vt plurimum cognoscantur pueri in pueritiâ suâ, quales postea sint futuri: sæpe tamen hæc indicia fallunt, & cum ætate índoles prorsùs mutatur, nec vltima primis respondent. Multi in iuuentute moribus optimis præditi, solertes prudentésque; postea fiunt hebetes, stolidi, & omnibus vitiis inquinati: contà qui in pueritia videntur pigri, aut petulantes, aut hebetes; pòst sunt solertes, modesti, strenui. Hinc nata Batauorum opinio, debere in iuuentute hominem nonnihil stultitiæ vacare, *Mallen*; vt sit postea maturus paterfamilias; nec satis tutò illis qui in iuuentute præcoci prudentiâ sunt, filias in matrimonium tradi.

III.

IV.

Batauorũ opinio.

EX

ADAG. Cap. XV. Malò, malum est, dicit omnis emptor, & cùm recesserit, tunc gloriabitur.

EX EODEM CAP. VER. XIV.

Malum, malum est, dicit omnis emptor, & cùm recesserit, tunc gloriabitur.

MVlta sunt Adagia, quæ à scopo & fine eorum sunt elicienda; vt de hoc loco notauit Iansenius. nam si ad verba dumtaxat attendas, nihil paræmiale reperies; si ad finem, elegantissimum prouerbium esse animaduertes. Verba dumtaxat indicant vulgarem mercatorum (hoc sonat vox Hebræa) fraudem, qui quod venditurì, laudibus efferunt; quod empturi, mirè depreciant, & vile ac illaudatum asserunt, vt decipiant eum, cum quo contrahunt. Vtrumque contra præcepta iustitiæ commutatiuæ, vt notant post D. Augustinum Dionysius, & Arboreus. Fortassis fraudulentiæ huius exempla fuere in Lynceo Samij arte struendarum epularum, in qua docuit quibus verbis compellandi sint piscarij, vtiliter & iucundè, vt quidquid vellet emptor ab eis obtineret, teste Athenæo libro sexto Dipnosoph. Nec inanem esse hanc coniecturam fidem facit lib. septimo, vbi ait idem in eodem libro Lynceus, inutile non esse aduersus ichthyopolas, qui ad oblatum pretium se nolunt demittere, expositos pisces vituperare: & exempla promit ex Archestrato, de cupediis;

Mormylus littoralis piscis malus est, nunquam bonus. &,

Amiam autumno intercape, nunc autem ver est. &,

Cestreum admirandum hyems cùm accesserit, nunc autem ver est.

Talia esse multa, quibus ex tempore pronuntiatis astantes licitatores summoueantur, & piscarius cogatur viliori pretio venundare.

Sensus adagij.

Lynceus Samij arte struendarum epularum.

Athenæus

Vsus adagij obscurior. Sed I. esse potest, ad docendum semper nobis nostra magis placere, quàm aliena. I.

Vsus adagij.

II. Vt adhortemur iuuenes ad sapientiæ studium, vel virtutes comparandas, honores etiam & dignitates; quorum omnium radix amara, fructus suaues sunt: ideo cùm multo labore, sudore, molestiis acquiri sit necesse, initio quidem viliora iudicantur, nec satis digna, quæ tanti fiant; sed vbi iam illa fuerimus adepti, & possidemus; tum iudicamus nobis non magno stetisse, gloriamur etiam, quasi gratis ea accepisse. Sic Baynus, Iansen. & Peltanus. II.

Baynus, Ianienius, Peltanus.

III. Et omnium verissimus vsus est, quê Beda suggerit, vt hoc dicto ad vitæ æternæ amorem nos, aliósque inflammemus. *Ergo* (ait) *& is qui æterna præmia in cœlis comparare desiderat, malum est quod in præsẽti debet sustinere: vt cùm recesserit de mundo, tunc glorietur, apertè perspiciens quia non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.* & B. Salonius: *Ille veraciter est emptor, qui sibi æterna in cœlis præmia comparare desiderat. Ipse nimirum emere studet terrenis cœlestia, caducis mansura, temporalibus æterna. Talis ergo emptor, quicquid patitur in præsenti, malum esse dicit, quia malum esse intelligit. Attamen quia omnia aduersa pro Deo patienter sustinet, cùm recesserit de mundo, tunc gloriabitur, quia perueniet ad beatitudinem.* III.

Beda.

B. Salonius.

ADAG. CCXVI. Os calculo repletur.

EX EODEM CAP. VERS. XVII.

Os calculo implebitur.

Vaticana editio.

IN LXX. Vaticanæ editionis desunt versiculi multi, nempe, qui nobis sunt 14.15.16.17.18.19. qui tamen omnes exstant in codicibus Complutensibus, Regiis, & multis manuscriptis; & in Hebræo, & Chaldæo, & in vulgatâ nostrâ. Hûc certè nostrum XVII. *Suauis est homini panis mendacij, & postea implebitur os eius calculo*, sic reddunt, ἡδὺς ἀνθρώπῳ ἄρτος ψεύδους, καὶ ἔπειτα ἐμπλησθήσεται τὸ στόμα αὐτοῦ χαλίκων. (id est, silicibus) alij libri ψυδῶν & ψηφίδος, vt noster vertit; & citauit B. Hieronymus lib. 1. aduersus Pelagian. & lib. cõtra Ruffinum. *Repleri os calculo*, significat id quod initiò molle visum, verti postea in duritiem; & quod mel primoribus labris, in ventriculo fel fieri. Nempe mendaces grauissimè à Deo, à propriâ conscientiâ, à periculis consequentibus cruciari. Verum de omni peccato, & illicitâ vsurpatione, iuxta illud,

Sensus adag.

.... *nocet empta dolore voluptas.*

Sed fusissimè Iob, 20. à v. 12. *Cùm enim dulce fuerit in ore eius malum, abscondet illud sub lingua sua.* (sicut cùm quis comedit dulciaria, multum ac diu illa ore suo voluit ac reuoluit, retinétque, vt suaui eorum sapore diutiùs perfruatur: sic impius peccandi illecebris inescatus, in faucibus animæ tenacissimè illud recondit.) *parcet illi, & non derelinquet illud, & celabit in gutture suo.* (non illud statim deglutiet, nec vorabit, non euomet, aut abiiciet; sed in ipso gutture, & in repositorio recondet, optans sibi collum gruis, cum Philoxeno, apud Aristotelem lib. 3. Ethic. cap. 11. & Gellium lib. 19. cap. 2.) Sed audi metamorphosim talis cibi; *Panis eius in vtero illius, vertetur in fel aspidum intrinsecus.* (deliciæ illæ, quibus tantoperè delectabatur, vt cibo suauissimo, conuertentur in amarissimum intestinúmque exitium.) *Diuitias, quas deuorauit, euomet, & de ventre illius extrahet illas Deus*, &c. mox, *Cùm satiatus fuerit, arctabitur, æstuabit, & omnis dolor irruet super eum.* Alij nostrum locum exponunt: Mendaciũ est quasi panis lapidosus, quem esuriẽti accipere iucundum est, sed postmodum non ventriculum modò, qui tenerrimus, sed ipsum os, & dẽtes, quĩ robustiores sunt, grauiter lædit. Hoc sensu nescio quis apud Athenæum voraci parasito exprobrat, etiam in lenticulâ lapillos occurrere. & Eccles. 40. ver. vlt. legimus; *In ore imprudentis condulcabitur inopia, & in ventre eius ignis ardebit*, vbi ex Rabano & Græco fonte Iansenius contendit legendum, *impudentis*, quod etiam Græca editio Vaticana confirmat. Sensus est, licèt impudentes ac validi mendici dulces iudicent cibos quos mendicimonia sibi pepererunt, tamen intus sæpe æstuant, & anguntur inerti hoc vitæ genere. Contra validos mendicos agit, non contra veros pauperes.

Philoxeni votum. Arist. Gellius.

Alia expositio.

Lectio correcta in Eccle 40. v. vlt.

Receptius est hoc vers. 17. *Panem* pro omni lucro poni; & *panem mendacij* vocari lucrum iniustè & fraudulenter comparatum; siue per falsum testimonium, vt censet R. Abraham; siue falsis rationibus & calculatione, vt Caiet. siue per furtum, aut rapinam, vt alij; siue denique quouis alio peccato. quin etiam quoduis peccatum potest vocari *panis mendacij*, hoc est, cibus fallax,

Panis pro omni lucro. Panis mẽdacij.

fallax : omne namque peccatum blandè ingreditur,& postea mordet vt coluber. hæc communior est interpretatio.

Caietani expositio.

Caietanus vult per hanc parabolam describi hominum genus, qui hinc calculis seu lapidibus (hoc est falsâ supputatione) delectantur acquirere per fraudes: inde autem loquuntur plenis buccis de iustis pōderibus, de iustis ratiociniis, & breuiter de iustis contractibus iustum prædicant, & iniustum exercent. Vt acquisitio iniusta prædicetur, dicendo, *suauis est vino panis falsitatis:* prædicatio verò iusti significetur, dicendo, *& postea implebitur os eius lapillo.* Lapillis enim ratiocinia fiebant, & lapillis ponderabant res pretiosas, & propterea *lapillus* pro ratiociniis & librationibus iustis ponitur.] Hæc ille, cuius interpretatio de lapillis ad ponderandum & calculandum, posset roborari ex cap. 16. 11. *opera eius lapides sacculi*, hoc est, pondera iusta, vt vertunt Lxx. seu opera veritatis, vt Chaldæus. contrà Mich. lib. 6. 11. dicuntur *saccelli pondera dolosa*; de his ergo capit Thomas de Vio Cardinalis.

Sententia autoris.

Equidem si restringenda mihi significatio calculi seu silicis videretur, de condemnatorio potiùs seu nigro calculo interpretarer, quem ψῆφος non rarò significat: sed præstat in genere, pro quouis scrupo.

Bedæ expositio improbata.

Quare nec venerabili Bedæ assentior, qui *calculum* exponit lapidem ignitum, fretus Isaiæ loco, vbi Seraphim calculum forcipe sumpsit de altari cap. 6. v. 6. Non placet, quia illic Hebraicè est carbo, *Ritspach* רצפה, hic verò *chatsatz* חצץ.

EX EODEM CAP. VER. XXI.

ADAG. CCXVII. Hæreditas, &c.

Hæreditas ad quam festinatur in principio, in nouissimo benedictione carebit.

HEbraicè est *hæreditas festinans*, vt vertit Arias; vel *festinanter acquisita*, vt Pagninus; noster luculentissimè, vt etiam in voto seu cupiditate crimen esse subindicaret. Sic etiam Lxx. & Chaldæus, Symmachus & Theodotion, qui omnes, *pars*, vel *hæreditas festinata*. Est adagium contra vulturios hæredipetas, maximè liberos, quibus grauis est diuturna parentum vel patronorum vita, quorum & optant mortem, nonnunquam moliuntur. vt contra Dauidem Absalon & Adonias, filij impij, nec impuniti. 2. Reg. 15. & 18. & lib. 3. cap. 1. & 2. De talibus Ouidius;

Sensus adagij.

Ouidius.

Filius ante diem patrias inquirit in annos.

& acutè Proculeius de filio necem patri moliente querens, causabatur illum patris mortem expectare, hoc est, cupere neci dare: & mox respondente filio, se verò non exspectare: alio sensu intulit, immo rogo vt exspectes: hoc est, ne festines ante tempus mihi mortem optare, conarive. Narrat. Quintilianus lib. 9. cap. 3. Longè alia mens Ausonij liquet ex lib. 1. epist. 1. v. 25.

Proculeius.

Quintilianus. Ausonius.

Semper ideo displicuere pacta quæ de viuentium hæreditate inirentur, vt & vacaturorum beneficiorum impetrationes; quas exspectatiuas vocamus, quæ à summo Pontifice concessæ, validæ sunt, sed

Inhonestè expectantur. Cassiodorus &alij.

rarò expediunt, aut honestæ sunt, vt docent Cassiodorus decis. 4. de priuilegiis, Staphylus tract. de grat. & exspectatiu. & eodem tracta. Gomesius, Gaspar. de Perusio §. 1. De reseruat. benefic. & Redoanus p. 2. c. 18. de simonia. & est communis sententia.

Hæreditatis nomine, quæri bet possessio

Pro *hæreditate* Lxx. & alij *partem* transferunt. Sanè Hebræi nomine *hæreditatis*, quamlibet possessionem aut substantiam possessam significant. Vnde patet posse vltra hæreditaria bona, ad omnia reliqua hanc parœmiam extendi. *Non benedici* autem idem est, quod non multiplicari seu diminui; & ideo verè Iansen. tradidit, idem hic dici, quod c. 13. v. 11. dictum; *Substantia festinata minuetur*, de quo vide suprà.

Non benedicet.

Alter vsus adagij.

Itaque pertinet etiam ad eos, qui gradum reginiuis, vel curam animarum præproperè exoptant; eos enim tandem experturos quid sit pastoris munus obire, & in die nouissimo, mercede, quæ bonis pastoribus, aut gubernatoribus debetur, carituros. Iansen.

Aliæ explicationes. B. Greg. Rupertus.

Item omnes, qui in hac vita per auaritiæ nequitiam multiplicari appetunt, in futuro ab æterno patrimonio exhæredes fieri: sic B. Gregorius curæ pastoralis p. 3. admonitione 20. & Rupertus lib. 4. in Genes. cap. 10. & in volumen quatuor Euangel. lib. 1. cap. 11. & tom. 3. lib. 2. de vict. verbi Dei c. 22. Item quicumque pro bonis operibus humanam laudem quærere desiderant, in principio quasi hæreditatem festinant, ideóque in nouissimo benedictione carebunt; quia nullam remunerationem accipient à Deo. De talibus enim scriptum est, *Amen dico vobis quia receperunt mercedem suam.*] Sic B. Salonius.

B. Salonius.

EX EOD. CAP. VERS. XXV.

CCXVIII. ADAG. CCXVIII Ruina est homini deuorare sanctos, & post vota retractare, &c.

Ruina est homini deuorare sanctos, & post vota retractare.

MAnifestiùs apparet esse adagium, in Græca versione: παγὶς ἀνδρὶ ταχύτι τῶν ἰδίων ἁγιάσαι, μετὰ δὲ τὸ εὔξασθαι μεταμέλεια γίνεται. *Laqueus viro cito quid ex propriis sanctificare: postea enim quàm vouerit, euenerit pœnitere.* & in Chaldæo, *laqueus est homini qui deuouit sanctuario: & postea tangit eum anima sua.* Sed Aquila vt noster *ruinam* vertit, σκῶλον ἀνθρώπῳ καταπίεται ἁγιάσμενος. *ruina est homini deuorare sanctos.* Varietas orta est ex Hebræis vocibus *mokesch* מוקש & *iulahh* ילש & *kodesch* קדש quæ vox in quibusdam libris nostris vertitur *sanctos*, in quibusdam *sancta*: etiam potest reddi *sanctuarium*, cum Chaldæo, aut *sanctitatem*, cum Aria, *aut sanctificatum*, cum Pagnino, aut *sanctificationem*, cum aliis: noster abstractum censuit positum pro concreto, & sensu eodem reddit: fortasis etiam legit *kadosch* קדש *sanctum*, & nouit singulare positum pro plurali, eodem sensu. Prima vox deriuatur à יקש *iakasch, illaqueare*, aut *offendere*, ideo benè hic verterunt Lxx. παγὶς, & noster *ruinam*. Solet enim D. Hieronymus pro *laqueo*, *ruinam*, *offendiculum*, *scandalum* vertere: *scandalum* Prou. 22. 25. Exod. 10. 7. *offendiculum* Iosue 23. 13. Psal. 139. 6. sæpius *ruinam*, vt hic. Deutero. 7. 16. Prou. 12. 13. & 18. 7. & 13. 14. Scilicet quia qui incidit in scandalum, vel in laqueum, ille profectò ruit in malum. Ideo Prou. 29. 25. vbi Hebraicè

Varietas interpretationis ex Hebræo.

D. Hier.

Deut. VIII. Hebraicè est, *dabit laqueum, mokesch.* Hierony. vertit, *citò corruet.*

I. Lectio, denocare. Quoad vocem secundam, plus est difficultatis. Nam etiam inde nata varia lectio nostræ versionis: quidam libri continent, *denocare sanctos.* Hanc exponit Franc. Lucas annotat. 185. sanctos in cœlo regnantes in auxilium orationibus & promissionibus vocare; id enim est ruina homini si promissa retractet.

Sanctos.

II. Lectio, denotare. Alij libri habent, *denotare*, quod Iansenius exponit conuitiis & contumeliis sanctos aspergere, vt faciũt Hagiomachi nostri temporis. Hæ duæ lectiones satis perspicuè sunt mendosæ, & à sciolorum insciitia & temeritate natæ.

Sensus.

III. Lectio, deuorare. Tertia lectio est, *deuorare.* Hanc verisimillimam multi pronunciãt: vt Iansen. & Lucas, & retinent Caietan. Clarius, Vatablus, Benedictus Peltanus, Saa; extat in excusis Parisiensibus, Regiis, & Cõplutensibus, & habetur in textu D. Salonij, & Bedæ, & confirmat eam versio Aquilæ. Deducunt Hebręum *Balahh*, à בלע *Lahha*, quod *deglutire* significat vel *absorbere*, secundùm plerosque. Abd. 1. 16. & Iob. 6. 3. & secundùm quosdam Iob. 39. 33. secundùm R. Mosch *delere*; secundùm R. Leui, & R. Mitradatum, *perdere* seu *corrumpere*. Secundùm horum lectionem varij sunt sensus. Marinus vult posse verti, *laqueum hominis absorbet sanctitas*; sed hoc non cohæret cum sequenti commate, nam sententia videretur, oblatione donorum & sanctificatione, scandala vel peccata hominum tolli.

I. Sensus.

II. Sensus.

Communior interpretatio est, exitio homini esse, si Deo dicata, vel voto consecrata, vel lege debita ipse in suos vsus absumat: sic idem Marinus, Pagninus, Caietan. Peltanus, Saa, Iansenius. Sed horum nõ-

Marinus. & alij.

nulli duas faciunt gnomas contra duo vitia, primã quã dixi; secundam verò, etiam grauiter peccare, qui inconsideratè vouet, & postquam vouerit, tunc incipit inquirere an voto teneatur, incipit pœnitere voti, & quærere modos quibus ab obligatione liberetur.

III. Sensus. Alij vnicam esse volunt contra eos, qui non seruant vota Deo facta. Hanc ego sententiam amplector vt veriorem, iuxta L x x. & nostram versionem. Prior pars, si diuidas, torqueri potest contra Caluinistas Batauos, aliósque qui monasteriorum bona, & reditus Ecclesiasticos, & vasa Deo sacrata, diripuerunt, & abligurierunt; quibus par esset ante oculos versari Baltasarem, Daniel. 5. Heliodorum, 2. Machab. 3. & Antiochum 1. Machab. 6. & lib. 2. cap. 9.

Auctoris sententia.

Vsus eius.

IV. Sensus. Vatablus ex Rabbinis etiã aliam adfert explicationem, peccatum hominis, quod est illi scandalum, destruere solet illud auxilium diuinũ; quod verè est, & maximè sanctum: & postea quærere solemus, quid in causâ fuerit, quominus consecuti simus, quod votis petimus. Hæc etiam est nimis remota & licentiosa, quamcumque lectionem aut versionem sequamur.

V. Examinatæ sententiæ. Quintus sensus est, ruinam esse homini, si quæ Deo dicauit, vel voũit, ea ipse consumat; & postea noua vota concipiat, vel sacrificia differat, quasi illis prius sacrilegium deleretur. Solitum hoc Iudæis patet ex Ieremiæ 11. 15. vbi tales reprehenduntur. Mihi nec iste placet.

VI. Sextus est Bayni, *sanctum deuorare*; idem esse, quod Dei charismata in vanum accipere, & accepta remissione peccatorum, instar canis ad vomitũ redire; & contẽpto Sancto sanctorum, per quem la-

queus

queus contritus est, & nos liberati sumus; denuo in laqueum incidere, & subinde cùm inciderimus per vota liberationem quærere de laqueo.] hæc etiam Peltano placuit.

Lectio vltima denotare. Fr. Lucas notatus.

Vltima lectio est, *denotare sanctos*; quam immeritò Iansenius, & alij deseruerunt. Franc. autem Lucas planè barbaram esse pronunciauit, & sine sensu: quod nollem ei excidisset. Nam lectionem istã Romana duorum Pontificum iussu edita exemplaria continẽt; & extat in contextu commentariorum, qui D. Hieronymo ascribuntur, & sic puto legisse Salonium, Bedam (vt ex eorum commẽtario colligit Lucas Brugensis, quia exponunt deuouere, item Strabum, Liranũ, Dionys. LXX. quoque, & Chaldæus magis fauent huic, quam alteri lectioni: & lectio, vt obseruauit post Pagninum Iansenius, non repugnat Hebræo textui, quia *ialahh* quam aliqui radicem statuunt, nusquam alibi habetur: deinde לוע etiam significat *loqui*, & loquendo vouemus, & dicamus res Deo: vt rectè vertas iuxta Pagninum, *Laqueus vel ruina est homini*, cùm locutus fuerit sanctificationem; hoc est, cùm vouerit aliquid, & dixerit, hoc erit sanctificatio, siue sanctificatum. Quod ad Latinam vocem spectat, Cicero in Paradoxis vtitur, *quæ patrem Decium, quæ filium deuotauit, ac immisit in armatas hostium acies.* Vterque vouerat se pro patriâ moriturũ. Facillima autẽ deprauatio est, ex *deuotare* in *deuorare*. Nã Apul. 9. Metamorph. scripserat, *cœli numina, quæ deierando temere deuotasti.* & tamen nonnulli libri illic habent, *deuorasti.* Si verò Latinum *denotare numina*; cur non & *deuotare Sanctos*? Stabiliã lectione duæ interpretationes; vna Liranj, Dionysij, Arborei & aliorum hîc, & Bellarmini lib. 21. de Monachis cap. 29. damnari eos qui sanctis aliqua vel inuiti, vel temere vouent, & non persoluunt vota; talia enim vota illis sunt laqueus & ruina. Vota enim libera sunt antequam præstes; necessaria postquam voueris, quod enim Deo sponte & seriò promissum à nobis fuerit, opportuno tempore tenemur adimplere, Eccles. 5. 3. *Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere; displicet enim ei infidelis, & stulta promissio. Sed quodcumque voueris, redde: multóque melius est non vouere, quàm post votum promissa non reddere.* Deuteron. 23. 21. *Cum votum voueris Domino Deo tuo, non tardabis reddere: quia requiret illud Dominus Deus tuus, & si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum. Quòd si nolueris polliceri, absque peccato eris. Quod autem semel egressum est de labiis tuis, obseruabis, & facies sicut promisisti Domino Deo tuo, & propriâ voluntate & ore tuo locutus es.*

D. Hiero. Salonius, & alij.

Cicero.

Apuleij locus correctus.

Denotare numina.

Altera interpretatio est B. Salonij, qui exponit voto se obligare ad persequendos Sanctos seu fideles, sicut fecerũt illi, Act. 23. v. 21. *qui deuouerunt se non manducaturos, neque bibituros donec occiderint Paulum.* & qui post emissum huiusmodi votum, illud conantur soluere, sanctos persequendo, & lædendo. Sic etiam Beda & Strabus. Sed isti *tractare*, legerunt, cùm vera lectio sit *retractare*, hoc est, pœnitere & sententiam mutare, vt patet ex Hebræo, Chaldæo, & Græco.

B. Salonij altera interpretatio.

EX CAP. EOD. V. XXVI.

ADAG. CCXVIII

Fornicem super aliquem incuruare.

Fornicem super aliquem incuruare.

Vel,

Reducere super aliquem rotã.

Vel, Reducere super aliquem rotam.

Hebrai

HEbraicè est וישב עליהם אופן *Vaiaſcheb hhalehem ophan*, de verbo, *& redire faciet ſuper eos rotam*, ſic Pagnin. & Arias; ſed Caietan. *reuerti faciet ſuper eos rotam.* Vatablus, *& rotam vertit ſuper eos.* Iſidorus Clarius, *conuertit rotam ſuper eos.* quidam alius apud Ianſeniū, pro rotâ *equuleum* reddit. Chaldæus, voluit ſuper eos *gilgela*, id eſt, rotam, גלגלא Lxx. ἐπιβαλεῖ ἀυτοῖς τροχὸν, *Immittet illis rotam.* videtur in quibuſdam codicibus olim fuiſſe καλῶν; nā D. Auguſt. in pſal. 111. Beda & Strabus hîc citant, *rotam malorum*: niſi malis eos hoc explicationis gratiâ de ſuo addidiſſe. Hanc varietatem peperêre duæ voces Hebrææ, prima, cuius radix eſt שוב & vltima שוב ſignificat *in hanc vel illam partē conuertere*; item *reducere, reuerti*, & alia multa: quod noſter attendens, accommodatè ad arcus ſeu fornicis figuram vertit *incuruare*: Lxx. ad rotam attendentes, generali voce, *immittere* ſeu *iniicere*. Vltima vox אופן *ophan*, ſignificat vel *rotam* ipſam, vel rotæ ſuperficiem, ſiue circumferentiam extimam, quæ à Perſio vocatur *canthus*, hoc ſecundum ſecutus noſter vertit *fornicem*; nam fornicatum opus cantho ſimile in conuexitate. Vnde & arcus triumphales, quales Romæ adhuc ſuperſunt Veſpaſiani, & aliorum, fornices vocati, à Ciceron. 2. de Oratore & aliis. Hinc patet, doctè Bedam hoc loco ſcribere; *Moris fuiſſe antiquorum, vt adeptâ de hoſte victoriâ, fornices ſibi erigerent, in quibus virtutum ſuarum laudes deſcriberēt, vt in Saulis opere legimus.*] alludit ad 1. Reg. 15. 12. vbi noſter dicit *erexiſſe ſibi fornicem triūphalem*, vbi Hebraicè quidem eſt, *conſtituit ſibi manum*, vt etiam Lxx. verterunt; ſed haut dubiè *iad* pro trophæo victoriæ poſitum, vt ibi Vatablus: & alij vertunt *locum*; ſed malè exponunt de loco caſtris ponendis, & ſpoliis diuidendis deſignato, vt Iſidorus Clarius; alij ad exſtruendam aram pro ſacrificio, vtrumque bene refellit Abulenſis ibi ante q. 23. quem vide: qui ſic etiam capit quod dicitur de Dauide *fecit ſibi nomen*, 2. Reg. 8. 13. & de Simone 1. Machab. cap. 8. 27. cuius ſententiam non confirmat Ioſephus lib. 7. antiq. cap. vlt. & lib. 13. cap. 11. quia vtrobique tantùm agit Ioſeph de mauſoleo, vel fornice ſepulchrali: ſicut & de Danielis monumento lib 10. cap. vlt. Senſus ergo adagij iuxta verſionem eſt, ſecundùm quoſdam, ſic eos proſternet, & delebit, vt ſuper eorum cadauerā ſibi fornicem ædificet, videlicet vt nec memoria ſuperſit: ſecundùm alios autem, ſic eos debellabit, vt triumphum agat, & partæ victoriæ, ac triumphi diuturnam memoriam arcu triumphali exædificato conſeruet: hæc mens Bedæ, Strabi, Lirani, Dionyſij, Arborei, Ianſenij.

Sed Beda & Strabus anagogicè capiunt de Deo, quī non ſolùm impiorum in fine deſtruet malitiam, ſed & magnam cum electis ſuis triumphi illius memoriam perpetuò celebrabit.

Addit Ianſenius etiam in terrenis principibus pleriſque hoc egregiè impletum. Sic enim à Conſtantino ſublatos eſſe tyrannos, Diocletianum, Maxentium, Maximinum, & Licinium; à Theodoſio Maximum, Arbogaſtū, Eugenium.

De alterâ verſione, nempe *rotâ*, nunc dicendum. Lxx. τροχὸν, quæ vox quia latè pātet, plures peperit interpretationes, quàm Hebræa. Nam Hebræa propriè ſignificat *rotam* currus, vel plauſtri: vnde quædam natæ interpretationes communes voci Græcæ. Vna, capientium de ſimilitudine ſeu talione ſuppli-

Canthus.

Fornices, arcustriū. phales.

Senſus adagij.

I expoſitio. II.

Beda, & alij.

III. Anagogica interpretatio.

Ianſenius.

Conſtantinus.

Τροχὸς

IV.

cij, quod rex fortis ac sapiens sumit de impiis, quando illos dissipat, & facit super eos reuerti rotam malorum, quam impij solent vertere aduersùs iustos: sic Caietanus, satis
v. durè. Alij verò volunt sumi metaphorâ à ritu antiquo, quo victores soliti victos ferratis carpentis conterere; habes exemplum 2. Reg. 8. 2. vbi intelligenda sic dissecta media Moabitarũ pars; sicut omnes Hammonitas serrauit idem Dauid, d. lib. 2. cap. 12. v. vlt. sic intelligunt Vatablus, & alij.

VI. Porro Isidorus Clarius, & Baynus malunt esse translationem petitam à triturantibus: olim enim plaustris triturabant; vt patet Isai.
Cũ plaustris triturãbant olim mos. 28. 28. *Panis autem comminuetur* (scilicet, ferris & rotâ plaustri, vt dictum v. 27.) *verùm non in perpetuum triturans triturabit illum, neque vexabit eum rota plaustri, nec vngulis suis comminuet eum.* vbi magna afflictio, sed non perpetua per hanc *rotam* significatur. Item Isai. 17. 13. & cap. 29. 5. secundùm LXX. qui vtrobique habẽt τροχὸν, vt & cap. 41. vers. 15. & huiusmodi plaustris triturantium victores aliquando vsos in debellatorum excidium legimus Iudic. 8. 7. Hoc minatur Gedeon Principibus Soccoth, *conteram carnes vestras cum spinis tribulisque deserti*:
Locus Iudic. 8. 7. quod & fecit, v. 16. etsi locus ille etiam aliam habeat interpretationem.

VII. Græcis etiam τροχὸς est genus machinæ, quâ iudices in quæstione vti solent ad veritatem eruendam: est & instrumentum vltimi supplicij, sicut & Latinis *rota* Ixionis: de
Rota Ixionis. hac poterit etiam intelligi locus. Quare vt vtramque versionem simul complectamur, puto verum
Autoris sententia. adagij & adæquatum sensum esse, de graui & vltimo exitio, quo Rex
VII. sapiens & iustus impios perdit.

Mysticus sensus est vnus à D. Augustino ad ps. 11. propositus, alter à Bedâ hic. Augustinus refert ad temporalium rerum cupiditatem, quæ septem dierum repetito circuitu tanquam rota voluitur: Beda ad æterna supplicia, quam dicit vocari *rotam malorum*: & opponi coronæ vitæ, quæ iustis proposita.

VIII. Mysticus sensus. Augustin.

IX. Beda.

EX CAP. XXI. VERS. I.

AD AG. CCXX. Regis cor in manu Dei.

Cor regis in manu Dei.

VSus est, quando volumus dicere, Principum voluntatem ab hominibus inexpugnabilem esse; & operam perdere, sæpe etiam exitium sibi accersere illos, qui præfractè regibus contradicunt, resistunt, rebellant. Exemplum fuit vir fortis & sapiens Thraseas: & prior illo Callisthenes philosophus. abstineo ab exemplis æui nostri. sapientiæ est se subtrahere, & silere. cur frustrà obnitendo moli, malis obrui, quàm illam molliter inflectendo declinare? Cogitãdum Regibus esse Regem vnum; huic supplicandum, vt quod expedit, ipse curet, cogat indomitum, qui solus talium mansuetarius: dirigat sceptrum, quod ipse dedit. Non obscura hæc sententia est Salomonis: *Sicut diuisiones aquarum, ita cor Regis in manu Domini: quocumque voluerit, inclinabit illud.* Sicut (ait) aquarum diuergia, & elicia sunt in potestate olitoris aut agricolæ, qui sibi illa constructit & parauit: sic cor Regis, &c. quia nimirum quàm facilè aquam in riuos deducit ille (nam hęc alueo parato sponte per illum defluit) tam facile est Deo cor Principis quò volet inflectere. q. d. ergo Deus, cùm quid occurret periculi à

Vsus adagij.

Thraseæ & Callisthenis exitium vnde.

tyrannide, vt impediat, sedulò erit inuocandus. Ad eumdem scopum tendit versio LXX. Nec vllum discrimen in Hebræo occurrit, nisi quòd vtatur voce פלג *phalge*; *Pelagi*, qua impetus & copia denotatur; LXX. etiam ῥοὴν, *impetus*, & *quocumque voluerit innuere*, vt facilitas inflectendi significet ipsam Dei potentiam, & Deo comparatam humani principatus imbecillitatem.

II. Ideo sunt qui explicent; Sicut impetus aquæ non potest coërceri aut impediri, nisi à magnâ vi aliquâ obiectâ; ita quod Reges volunt, frequêter impediri nequit, nisi à Deo. Iob. 12. 24. de Deo, *qui immutat cor Principum terræ*: vbi vide comment. Pineda. Patris Pinedæ vberem & copiosum. Nobis hæc est summa sententiæ, quam variè accommodant interpretes.

III. Isidorus Clarius, *sicut riui ex magnâ collectione aquarum diriguntur ad diuersa loca; ita Dominus gubernat mentes magistratuum: & cùm fauet, inspirat fœlicia consilia: cùm succenset, sinit eos in reprobum cadere sensum: id quod Saulis probat reprobatio.*] extendit ad omnes magistratus. Isid. Clar.

IV. Caietanus adhuc largior ad omnes homines; & acutè comparationis vim enodat. *Efficaciam simul & facilitatem diuina operationis, ad inclinandum cor hominis, quocumque Deo placuerit, deferibit Salomon, instar diuidentis aquam in multos riuos. Facillima est enim diuisio aquæ in multos riuos, eo quòd aqua non resistit diuisioni. Quemadmodum itaque operatio hominis facillima est efficacia ad diuidendum aquam in multos riuos nec opus est laborare ad huiusmodi diuisionem, quamuis opus sit laborare ad faciendum alueos per quos aqua deducatur: ita facillimâ efficacia Deus mouet cor, & inclinat illud quocumque voluerit ipse summus Deus (scribitur enim hic nomẽ tetragrammatum.) Nullus intercedit labor, nulla resistentia, quando Deus vult: in omni enim creaturâ, & non solùm in corde hominis, est quæ à Theologis vocatur potentia obedientiæ relatiua ad Deum. Omnia enim quæcumque Deus vult, facit sine resistentia, prout vult.*] Obedientialis itaque potentia hic adstruitur, non humani libertas arbitrij destruitur. inclinat volentem Deus, nolentem non cogit: liberè illum vult velle, cui dedit vt liberè velle possit. lege D. Augustin. lib. de gratiâ & lib. arbitr. cap. 21. Caietan. D. Augustin.

V. Alij recurrunt ad longè alias *diuisiones aquarum*, & totum complexum Deo attribuunt, hoc sensu; sicut diuisiones aquarum sunt in manu Dei, qui diuisit aquas (Genes. 1.) superiores ab inferioribus, creato & stabilito in earum medio firmamento: (sic Arboreus) item qui diuisit mare rubrum in diuisiones (ps. 135. v. 13.) item Iordanem diuisit (Iosue) Baynus hic. & pluit super iustos & iniustos (Matth. 7. v. 35.) Dionysius hic: & in lib. Iudic. modò in solum vellus, modò in circumiacens velleri spacium imbrem demisit: sic habet in potestate sua cor Regum. Arboreus. Baynus. Dionysius.

VI. Iansenius paulo aliter, nam censet tantùm subaudiri *sunt*, nec repetendum *in manu Domini*; hoc sensu: sicut sunt, aut se habent *diuisiones aquarum*, ita se habet *cor Regis in manu Domini*. q. d. Sicut riuuli aquarum siue humanâ operâ, siue naturâ suâ in diuersas partes feruntur & diuiduntur; ita cor Regis per manum Domini, eiúsque potentiam ac prouidentiam huc illúcque fertur pro illius lubito. Nimirùm cùm fauet, inspirat bona & vtilia consilia, atque ad ea implenda impellit; cùm succenset, sinit eos ruere in reprobum sen- Iansenius.

XXI. sum, & inclinat ad ea, quæ vergunt in damnum & vltionem subditorum, nempe mala pœnæ. Exempla sunt plurima, Saul reprobatus; Dauid populum numerans. 2. Reg. vlt. Pharao induratus, Exo. 9. Sennacherib in fugam actus & à liberis trucidatus, 4. Reg. 19. Nabuchodonosor virga Israeli constitutus, & Sedechias rebellans, Ieremi. 39. Ezechiel. 26.

Per reges de populi vltio.

VII. R. Salon.

B. Salonius quærit cur non dicat omnium hominum, sed Regis? & vt respondeat, recurrit ad mysticas interpretationes, quas mox subdam. Litteralis responsio est duplex, vna quia Regum specialem curam & prouidentiam Deus gerit, propter bonum commune; & ideo Pharaoni tempore Ioseph, & Nabuchodonosori tempore Danielis tot somnia immisit. ita Dionysius.

Litteralis responsio.

Dionys. Regibus dij peculiares attributi.

Ideo veteres peculiares Regibus quosdam Deos adiungebant, Minoi Iouem, Achilli Palladem, Numæ Egeriam, Ascanio Apollinem. Secunda: quia si Regis, qui ceteris potentior, & liberior videtur, multò magis ceterorum. ita idem & Arbor. Caican. Baynus, Iansen. Peltanus. Responsio mystica Salonij, quæ placuit Bedæ & Strabo, nomine *Regis* significari vnúquemque *virum sanctum, fidelem atque religiosum Christianum, cuius milites sunt sacra virtutes, & ipse vitiorum bella in se benè vincere nouit. Sicut ergo Deus multifariis diuisionibus aquarum latè fines terrarum, & aëris implet: ita* cor Regis quocunque voluerit inclinabit, *id est, ad quodcunque bonum voluerit, conuertet: quoniam sicut diuisiones gratiarum angelis & hominibus iuxta voluntatem suam tribuit, ita corda Regum (id est, sanctorum) variis donis replet, & diuersis ornat muneribus.* Quòd *iustum virum* vocet *Regem*, consentaneum est opinioni etiam Gentilium. hinc Horatius lib. 1. epist. 1.

Altera.

Arboreus, & alij. Responsio mystica.

Horatius.

Si quadringentis sex septem millia desunt;
Est animus tibi, sunt mores, & lingua fidesque:
Plebs eris. at pueri ludentes, Rex eris, aiunt,
Si recte facies. Hic murus aheneus esto:
Nil conscire sibi, nulla pallescere culpâ.
Roscia, dic sodes, melior lex, an puerorum
Nenia, qua regnum recte facientibus offert,
Et maribus Curiis, & decantata Camillis?

Lege de hoc animi regno Senecam chor. 2. Thyestæ. Senec.

EX EODEM CAPITE. VERS. XVI.

ADAG. CCXXI. Gigãtum cœtus.

Cœtus gigantum.

MEâ sententiâ Sacra Scriptura prouerbialiter vsurpat *Cœtũ gigantum*: vt hoc loco requiescere seu commorari *Bikechal rephaim* בקחל רפאים quod alij *concilium manium*, alij *cœtum mortuorum*: alij *congregationem mortuorũ*. Lxx. *Synagogam gigantum*. Aqu. nomen retinet, ῥαφαείμ. Symmach. Στομάχων, *Deum impugnantium*; alludens ad fabulas de Gigantibus, Encelado, Briareo & ceteris. Chaldæus, *cum filiis terræ* seu *terrigenis*. *Bene arebba* בני ארעא vt iidem Gigantes à poëtis Græcis Latinisque appellantur: & sic etiam vertunt Lxx. Prou. 9. vlt. Sed qui per *Gigantes* intelligendi? vt arbitror primò immanes illi, qui diluuio obruti impij, & dæmones ac ceteri damnati eorum in infer

Gigantes qui intelligendi.

§. XXXI.

in inferno familiares. Scio quàm eruditè de hac voce, & quàm pleno sit horreo admensus noster Pineda comment. ad Iob. 26. v. 5. sed licèt laudem diligentiam disquisitionis, nequeo illi quo ad sententiam de *balanis*, adsentiri. Sequor communem Latinorum D. Gregorij, Philippi, & aliorum ibi: item Arborei, Dionys. Salon. Bedæ, & aliorum hic interpretationem, quatenus de orco illic agi censent: de quo statim ibi sequitur vers. 6. *nudus est infernus coram eo.* Et mihi videtur illa expositio, non modò cum verbis ipsis vocibúsque simplicibus apprimè conuenire, sed etiã cũ Iobi instituto, & diuinæ potentiæ, & naturæ & creationis operibus. Quæso, quid admirabilius, & formidabilius illo thesauro ignis æterni qui paratus est diabolo & angelis eius? Matth. 25. 41. illo loco, *quem Plato in Phædone velut gremium terræ describit, quò labes omnes mundi alium sordium confluendo, & ibidem desidendo exhalent, & quasi cœno immunditiarum suarum, crassiorem haustum & priuatum illic aërem stipent. Nobis verò inferi non nuda cauositas, nec subdialis aliqua mundi sentina creduntur: sed in fossa terræ & in alto vastitas, & in ipsis visceribus eius abstrusa profunditas*, vt ait Tertullian. lib. de anima, cap. 55. si Oceanus admirabilis, quid recessus ille intimus, & in ipsa tellure apertus, & intra illam cauatus & inferioribus abyssis superstructus (iuxta Septimiũ) vel iuxta D. Thom. & alios, sub aquarum abysso profundatus? quid miraculo similius, quam in terræ & maris penetralibus, & centro, tam vasta nutrire incendia; & aquas igni perpeti, & iugem ignem (vt de Ætnâ & niuibus alter cecinit) fluido elemento fidem seruare, nec vnum alteri de vicinia tanti dissidij, quicquam nocere? mihi quidem hæc maiorem authoris naturæ potentiam indicant, & inter creationis opera tantum præstant balænis & mytilis; quantum inter hominem & piscem, & inter mytilum & balænam cernimus interesse. De horum igitur Gigantum, qui certè cùm mergerentur gemebant; & de illorum qui superbiam, ferociam, impietatem eorum imitati, vt ipsi dæmonum, cum vtrisque in inferno torquẽtur, exitio, Iobi verba accipio, sensu eodem cum Salomonis nostri loco. Nec aliud patiuntur cætera loca diuini eloquij. Salomon ipse loquens de incauto & meretriciis illecto delenimentis iuuene, ad animæ exitium properante, sic scribit, vlt. vers. cap. 9. *Et ignoranit, quòd ibi sint gigantes, & in profundis inferni conuiua eius*: q.d. ignorat exitum conuiuij meretricij, quod ad infernum & ad damnatos conuiuas suos dimittit. Quod voluerunt clariùs explicare, qui olim in nonnullis Latinis libris ibi addiderant: *Qui enim applicabitur illi, descendet ad inferos: nam qui abscesserit ab eâ, saluabitur.* quod meritò reiectũ à Complutẽs. Reg. & Vaticanis libris, cùm nec in Hebræo sit, nec Lxx. aut Chaldæus agnoscant: licèt exstet in IIII. collegij nostri Salmantini m. s. Isaiæ 26. 14. *Morientes non viuant; gigantes non resurgant*, nempe ad vitam vitalem, seu ad iudiciũ iustorum. Nam *in inferno nulla est redemptio*: (Isidor. Clarius dicit *mortuos* vocari, quia sanari nequeunt) quibus locis semper est Hebræa vox *raphaim.* de quibus etiam locutus Siracides cap. 16. 8. Sed & Baruch. 3. postquam dixisset v. 19. potentes sæculi, exterminatos & ad inferos descendisse, καὶ οἱ ἐκ τῶν καταβάντες. v. 26. subiungit, *Ibi fuerunt gigantes nominati, illi qui ab initio fue-*

Locus Iob 26. 5. Pineda. Eius ab autore dissensus. D. Greg. & alij.

Sententia autoris.

Ignis æternus.

Plato.

Additio reiecta ad c. 9. Prouerb. ver. vlt.

Tertul.

D. Thom.

Isid. Clar.

Miracula maioris potentiæ quàm naturæ.

runt, *staturâ magnâ, scientes bellum. Non hos elegit Dominus, neque viam disciplinæ inuenerunt, propterea perierunt.*] Hæc ergo habitatio, hic cœtus & congregatio gigantum: quæ dicitur hic parata omnibus, qui veram, hoc est, Christianam sapiętiam contemnunt.

I. Vlus adagij.

Vsurpari potest adagium de omnibus peccatoribus, qui malè viuendo veram vitam repudiant: vt sit idem quod male perire (sic Vatablus.]

Vatablus

II. Caietan.

II. Caietanus ad mortem animæ restringit, & accipit de defunctis in cœmeterio quiescentibus; his verbis: *Errans à viâ intelligentiæ assimilatur viro à viâ recti itineris erranti, & tandem quiescenti inter sepulcra cœmeterij eo quòd dum elongatur à vi intelligentiæ (quæ sola est via recti operis) quiescet in cœtu mortuorũ, non corpore, sed animo. Alieni enim ab intelligentiâ non viuunt, sed mortui sunt secundùm vitam animi. Sunt enim priuati & vitâ gratiæ, & vitâ bonorum morum.*] Sed mihi non persuadet Salomonem ad cœmeteria respexisse; vel mortuos animo mortuis corpore coniunxisse. Iunxit damnandos damnatis, mortuos corpore mortuis animo.

Improbata expositio.

III. Arboreus.

III. Alij exponunt, commercium habent cum superbis, & spiritibus immundis. Sic Arboreus, & Liranus.

IV. Antoris sententia.

Salonius, & alij.

IV. Vera expositio est quam dixi, illis post vias difficiles quas ambulant, loco quietis fore inferni æterna supplicia. Sic Salonius. Beda, Strabus, Dionys. Baynus, Iansenius, & Peltanus & Saa.

Iuuenalis Fraterculus gigantum.

Quod verò Iuuenalis ait, se malle *fraterculum gigantum* esse, aliam vim habet, nempe malle terræ filium dici & haberi: potest tamen transferri ad nostri adagij sententiã de illis qui gigantum mores amplectuntur.

EX EODEM CAP. VER. XXV.

ADAG. CCXXII. Desideria occidunt pigrum.

Desideria occidunt pigrum.

MVlta nobis adagia suppeditat pigritia, quæ antè tractata, ecce nunc aliud proponit Sapiens, & explicat, illi 223. non omnino dissimile. *Desideria occidunt pigrum*: Hebraicè, *desiderium pigri interficiet eum*, quod de verbo Symm. & Theod. ἐπιθυμία ἀεργῆ θανατώσει αὐτόν. Sed Aqu. & Lxx. plurali numero vtuntur eodem sensu. Cur autem occidunt? duæ subduntur causæ. Prior, *quia noluerunt quicquam manus eius operari.* Hebraismus, pro nihil ipse voluit manibus operari: & ideo non habet quo vescatur, saltem non consequitur quicquam eorum quæ desiderat, & sic vehementer cruciatur animo, hoc est, enecatur. Vt dicere solemus, hoc me enecat. Posterior, quia *totâ die concupiuit & desiderat*, hoc est, semper toto vitæ tempore auidè auet, cupidè cupit, & ea crux illum ad capulum vsque comitatur. Hebraicè est, *concupiuit concupiscentiam*, hoc est, valdè concupiscit. Lxx. aliud membrum faciunt, vt opponant vltimę particulæ, ideo addunt vocem *impij*, sed non est in Hebræo. Quàm miser est, cui, vt in Epimetheo in Pandoriani vasis labro sola spes, sic ipsi solum desiderium, atque id inane, superest! Talia pigrorum vota nobis apud Athenæum lib. 7. egregiè, comici veteres describunt, & vt pictura quædam est artificiosa poësis, sic vidi quadam tabulâ exhibitum desidem coram foco, & mensâ

Athenæus

Tabula viri pigri & desidis.

CC XXII. mensâ variis ferculis refertâ, cuius propenso sesquipede aqualiculus extabat, anhelum ac fessum, vix bacillo porrecto ministris indicantem, quid in os ingeri sibi desideraret. Sed audite Comœdiam vota hæc inania describentem interprete Dalechampio; Nicophon *in Sirenibus.*

Vota inania.

Ningat polentis, roreſcat panibus,
Pluat pulte, per viàs insulsum deuoluatur cum carnibus,
Placenta semandi iubeat.

Metagenes in Thuriopersis:

Cratis fluuius nobis defert
Mazas maximas, quæ sesè vltrò pinsuerunt:
Alter verò fluuius, quem Sybarin vocant,
Nastorum & carnium fluctum pellit
Elixarum, & raiarum, quæ eodem ex loco aduoluuntur.
Inde quoque amnes exigui oriuntur
Loliginum assarum, pagurorum, locustarum,
Ac indidem hillarum, ac minutalium,
Hinc elixorum, frixorum illinc.
Piscium quoque pulpamenta sponte tosta
Supernè in os labuntur quędam, alia iuxta pedes:
Amyla verò orbem circumfluunt.

Pherecrates. Sed copiosior Pherecrates in Leiriopoanemonis:

Montana arbores pro foliis hedorum lactibus frondescent;
Paruulisque loliginibus, teneris, ac turdis feruentibus.

& in Persis;

Quid tuis nobis opus est aratoribus? aut iugorum fabris,
Aut falcium, aut arariis? aut plantarum seminibus?
Aut ridicis admotis vitibus? Sponte namque per triuia
Nigri iuris fluuij, insperſis pinguibus, &
Achilleis mazis, exuberantes
Affluenter scaturiunt, ex Pluti fontibus,
Et hauriri se postulant.
Iuppiter verò nullo fumo condito vino pluet, & è dolio ministrabit.
E tegulis vuarum ameiscorũque riui, & nasticorum
Caseo multo conditorum, calentes defluent cum pulte.

& in Metallicis;

A. Cum Pluto hæc omnia promiscua & subacta fuerunt,
Bonis omnibus omni studio confecta & absoluta:
Amnes pulte nigróque iure pleni
Per angiportus murmurantes fluebant:
Pueris insulsum sorbituris nastorum suppetebant delicię:
Sponte omnia facilèque aduenicbant, atque adèo
Vel in gulam mortuorum subibant vncta buccea
Lucanica, & feruentia hillarum frusta
Ostreorum vice prope fluuios dispersa stridebant,
Piscium dissecta pulpamenta tosta quoque aderant,
Scitamentis omnigenis apparata,
Et illis proxima perna, coctura tenera, ac distabescentes
In patinis, elixique bis artus extremi
Suauem afflantes vaporem, intestinaque bonum,
Et pinguia porcorum latera
Lautissima adiacebant, amylis insidentia.
Elota lacte aderat & insuper alica
In catachyllis, pelubásque demersa.
B. Eheu tu me enecas, in hunc quæ adhuc vitâ moreris,
Cùm tibi ad inferos vrinari liceat.

Prou. XXI.

A.

A. Quid postea dices, cetera cùm audieris?

Assi turdi, & adhuc feruentes, condiui

Circa os volitabant, deglutiri se supplicantes.

Sub myrti fronde, & dispersis anemonis

Mala pendebant aspectu eximia,

Pulchra, super capitibus, nusquam adhærentia.

Puella induta pallis tenuissimo filo textis,

Pubescere tantùm incipientes, decerptis rosis ornata,

Plenos calices atro & odorato vino hautientes

Per infundibulum bibere volentibus infundebant.

Horum omnium quidpiam si biberet, aut comesset aliquis,

Continuò rursùm duplo copiosius id redibat, quàm initio.

Saturni aurea ætas. Telecli-des.

& auream huiusmodi ætatem fuisse narrat Saturnus apud Teleclidem in Amphyctionibus;

Dicam igitur vitam ego quam initio mortalibus prebui.

Primum igitur omnibus pax fuit, tanquam manibus aqua.

Nec quæ metum adferrent, nec quæ morbum, terra genuit: sponte prodibant ad vitam necessaria.

Torrentis alueus cuiusque vino manabat: mala pugnabant cum panibus,

Circum hominum ora, supplicantes ut deuorarentur,

Si quid placerent, candidissimæ: pisces egressi domo sua

Assantes seipsos, in mensis porrecti iacebant:

Iuxta fluebat prope lectos amnis, suriens: carnes proiulnens:

Intriti condimenti rivus illis, si cupererent, aderat;

Nardique recentis tanta copia, vt ad singulas bucceas liceret

Plenis deuorare peluibus: punicorum anulsa grana condimentis inspersa erant.

Assi turdi cum æmetiscis ad fauces aduolabant.

Placentæ festinanter in maxillas se protrudẽtes tumultuosè fremebant.

Depositis vulnæ fustis; & placentarum fragmentis pueri talis ludebant.

Obesi tum homines fuerunt & vasti gigantes.

vides à Teleclide & Pherecrate, elegantiis Atticis, tanto priùs, eodem gastrimargiæ & nugacitatis spiritu Paradisum Magmedis descriptum. Cratis versiculos ἐν Θηβαίοις Latinè posui sup. Adagio 121. nunc ex Athenæo lib. 6. simul cum ceteris adscribam, ait Crates: Paradisus Magmedis. Crates.

. . . ἀνθέκαστον τῶν σκευαζέων
ὅταν καλὴ τὶ παρατιθῶ. τράπεζα ἀὼτη παρασκευάζε σαυτὴν, μάττε
θυλακίσκι, ἔγγυα κάθε.
πᾶν' ἡ κάλιξ: λίαν νίζουσα σαυτὴν
ἀνάβαινε μάζα, τὸν χυτρᾶν χρὴ ἐξαίρειν τὰ τεῦτλα,
ἰχθῦ βάδιζε. ἀλλ' ἔθέκετ' ἐπὶ δάτερ' ὀπῖες ἄμι.
οὐκῦν μιλαγρέψας σαυτὸν ἀλάσαις
ἁσαλίσεων.

de balneis autem:

τὰ θερμὰ λυτρὰ πρῶτον ἄξω τοῖς ἐμοῖς
ἐπὶ τῆς θαλάττης. ὦὰ' ἐκάτω ῥεβοῦται
εἰς τὴν πύελον. ἐρεῖ δὲ δ' ὕδωρ ἀνεκλέτα.
ἔπειτ' ἀλάβασρ& εὐθέως ἄξει μύρου
ἀυτόματ&, ὃ πέγγ& τὶ καὶ τὸ σάνδαλα.

Nicophontis ista sunt; Nicophontis.

πίσιτω μὲν ἀλφίτοισι, ψαναζέτω δὲ ἄρτοισιν,
ὕδατω δ' ἔτνη. ζωμὸς δὲ τῶν ἰδίων καλινδάτω

πρία-

κρέα πλακοῦς ἑαυτὸν ἐδίαν κιλινέτω.

Item ὡ Μεταλλεῦσι. quantum sit in pecuniis præsidium ad huiusmodi, lepidissimè ostendit iuxta pigritiæ votum, vitam laboriosam detestantis parasiti:

Metagenes ἐκ Θηριοσφῶν ita:

Metagenes.

ὁ μὲν ποταμὸς ὁ Κρᾶθις ὑμῖν καταφέρει
μάζας μεγίστας, ἀυτομάτας μεμαγμένας.
ὁ δὲ ἑτερός γε ὁ Σύβαρις καλούμενος
πλαμοὺς, ὠδᾶ κῦμα τασῶν καὶ πρεῶν,
ἐφθῶν τε βατίδων ἁλυομένων αὐτόθεν.
τὰ δ' μικρὰ ταυτὶ ποτάμι' ἐν μὲν ἡμῖν ἡ
τῶν ἐν ῥέει
τευθίσιν ὀπλαῖς, καὶ φάγροις καὶ καράβοις
ἐντὸς δὲ ἀλλᾶσι καὶ φυκώμασι
τηδὶ δ' ἀφύλοισι, τῆδε δ' ὦν ταγηνίαις
τεμάχη τ' ἄνωθεν αὐτόμαλα πεπυγμένα
ὡς τὸ ζόμ' ἑρπύσ. τὰ δὲ παρ' αὐτὼ τὼ πόδε,
ἄμυλοι δὲ σπάνιοι ἡμῖν ἐν κύκλῳ.

Item ὡ Μεταλλεῦσι. quantum sit in pecuniis præsidium ad huiusmodi, lepidissimè ostendit iuxta pigritiæ votum, vitam laboriosam detestantis parasiti:

Α. πλούτῳ δ' ἐκὰν' ἐῶ πάντα συμπεφυρμένα.
ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς πάντα τρίβων ἐργασμένα.
πολαμοὶ μὲν ἀθάρης καὶ μέλανος ζωμὸς πλέοι
διὰ τῶν φωτῶν τευθολυγοῦντες ἕρπον
ἀνταῖσι μυσίλαισι καὶ ναστῶν τρύφη
ὡς τ' ὄμαρ ἦγεν αὐτόματ' ἐς τὼν ἐνδεσιν,
χωρὶς λιπαρὰν ἐν τᾷ λάρυκι τοῖς νεκροῖς.
φύσκαι δὲ καὶ ζέοντες ἀλλάντων τόμοι.
παρὰ τοῖς πολαμοῖς σίζοντες ἐκέχυντ' ἀνὶ ἔρακων.
καὶ μὰν παρὼν τεμάχη μὲν ἐξαπίνης
πλαχυσματίοισι παντοδαποῖσιν ἐντριπῆ.
σκελίδες δ' ὀλόκνημοι πλησίον τακερῶται
ἐπὶ πινακίσκοις. καὶ δίκρο' ἀκρεκώλια
ὕδιον ἀτμίζοντα, καὶ χόλικες βοός.
ἐν πλευρὰ θελφακεῖ ἐπιξανθισμένα.
χαυρόταλα παρέκειτ' ἐπ' ἀμύλοις καθήμενα,
παρῆν δ' χόνδρος γάλακτι καλαισιμμένος,
ἐν καλαχύτλοις λεκάναισι, καὶ πέντομι.

Pherecrat. Pherecrates in Ἀγριοπολιτευομένοις:

τὰ δίκροα τ' αὐτοῖς ὄρεσι χορδαῖς
ὀπλαῖς ἐριφίοις ξυλλοροῦσα.
καὶ τἀγοδίοις ἁπαλοῖς κίχλας τ' ἀναβράσσοις.

idem ἐν τοῖς Πέρσαις ait:

τίς δ' ἐσθ' ἡμῖν τῶν σῶν ἀρετῶν ἢ ζυγοποιῶν ἔτι χρεία,
ἢ δρεπανουργῶν, ἢ χαλκοτύπων, ἢ σφιρμαλοποιῶν, ἢ χαρακισμοῦ.
αὐτόματοι γὰρ διὰ τῶν τριόδων πολαμοὶ λιπαροῖς ἐπιπάσοις,
ζωμῷ μέλανι. καὶ Ἀχιλλέοις μάζας κοχυδῶντες.
ἐπιβλὺξ ἀπὸ τῶν πηγῶν τῶν ἁπλῶν πλύτ' ῥέουσοντας σφῶν αὐτοῖς.
ὁ Ζεὺς δ' ὑμῶν οἴνῳ κεκνίκα, καὶ τ' κιρὰμυ βαλανίσα.
ἀπὸ τῶν δ' πηγῶν ὀχετοὶ βοτρύων μιτ' ἀμπίσκων καὶ νασίσκων πολυτύρων
ὀχετούσονται θερμοὶ σὺν ἔτνει.

Pherecrat.

Ἀγριοπολιτευομένοις:

τὰ δίκροα τ' αὐτοῖς ὄρεσι χορδαῖς
ὀπλαῖς ἐριφίοις ξυλλοροῦσα.
καὶ τἀγοδίοις ἁπαλοῖς κίχλας τ' ἀναβράσσοις.

idem ἐν τοῖς Πέρσαις ait:

τίς δ' ἐσθ' ἡμῖν τῶν σῶν ἀρετῶν ἢ ζυγοποιῶν ἔτι χρεία,
ἢ δρεπανουργῶν, ἢ χαλκοτύπων, ἢ σφιρμαλοποιῶν, ἢ χαρακισμοῦ.
αὐτόματοι γὰρ διὰ τῶν τριόδων πολαμοὶ λιπαροῖς ἐπιπάσοις,
ζωμῷ μέλανι. καὶ Ἀχιλλέοις μάζας κοχυδῶντες.
ἐπιβλὺξ ἀπὸ τῶν πηγῶν τῶν ἁπλῶν πλύτ' ῥέουσοντας σφῶν αὐτοῖς.
ὁ Ζεὺς δ' ὑμῶν οἴνῳ κεκνίκα, καὶ τ' κιρὰμυ βαλανίσα.
ἀπὸ τῶν δ' πηγῶν ὀχετοὶ βοτρύων μιτ' ἀμπίσκων καὶ νασίσκων πολυτύρων
ὀχετούσονται θερμοὶ σὺν ἔτνει.

Β. οἴμ' ὡς ἀπολεῖς μ' ἐνταῦθα διατρίβων ἔτι
παρὸν καλυμβᾶν ὡς ἔχει' ὡς ἁρπαρον.

Α. τί δῆτα λείβας τἀσύλοισιν ἄντικρυ πύθῃ,
ἐσθὰ κίχλαι θ' ἀνάβραι κρεμάμεναι
ἐκεῖ τὸ ζόμ' ἐστίν. ἀντιβλῶσαι κατωπῖν

ὑσὸ μυρρίναισι κἀνεμώναις κεχυμένας,
τὰ δ' μᾶλ' ἐρέμαντο τὰ καλὰ τῶν καλῶν,
ἰδεῖν ὑπὲρ κιφαλῆς ἐξ οὐδενὸς πεφυκότα.
Κόραι δ' ἓν ἀμπεχόναισι τεμκύφοις ἀρτίως,
ἀβλλιῶσαι καὶ τὰ ῥόδα κεκαρμέναι,
πλύπας κύλικας οἶνε μέλαν & ἀνθοσμίε
ἤντλων διὰ χάρης τοῖσι βυλομένοις πιεῖν.
καὶ τῶν δ' ἑκας & ἀ φάγοι τις ἢ πίοι,
διπλάσι' ἐγίνετ' οὐδὲς ἐξ ἀρχῆς πάλιν.

Apiciana vita.

prorsùs parasiticè & nequiter Teleclides, quæ de aurea ætate cecinerat Heliodus, ad Apicianam vitam detorsit hisce versiculis:

Λέξω τοίνυν βίον ἐξ ἀρχῆς, ὃν ἐγὼ ἤντησα παρεῖχον,
ἐρήμην μὲν πρῶτον ἁπάντων ἅπ, ὥστερ ὕδωρ ἢ χα, &c.
ἢ γῆ δ' ἔφερ' ἀ δίκ & οὐδὲ νόσους, ἀλλ' αὐτόματ' ἦν τὰ βέλτια.
οἶνος δ' ἄπας ἐρρεῖ χάραδρα· μᾶζαι δ' ἄρτοις ἐμάχοντ',
σὶ τοῖς σώμασι τῶν ἀνθρώπων ἐκτενοῦσι καλαπίναν
εἴ τι φιλοῖεν τὰς λυκοτάτας. οἰδ' ἐχθύες οἰκαδ' ἰόντες
ἐξοπτῶντες σᾶς αὐτῶν παρέκειντ' ἐπὶ ταῖσι τραπέζαις.
ῥωμὸς δ' ἐρρεπαρὰ τὰς κλίνας πόταμοι κρέα θερμὰ κυλίνδων.
ἀπολαμπρατίων δ' ἐχετοὶ τούτων τοῖς βυλομένοισι παρῆσαν.
ὡς τ' ἀρθονία, τὴν ἐνδεισιν ἡ πάρος ἀπαλλὼ καταπίνων,
λευκαίνει, κ' σιδ' ἀράπαιξα παρῶν ἡδυσματίοις κατάπασα.
ὀπτὰ δ' ἁλίσκετ' ἀμᾶτίσιων ἀς τ' φάρυγγ' εἰσεπέτοντο.
τῶν πλακούντων ὠφελόμενον σὶ τὸν γνάθον ἦν ἀλαλητός.
μάτρας δ' τόμοις καὶ χναυμάτιοις εἰ-
πᾶσιν ἀνεφαγάλιζον.
οἱ δ' ἄνθρωποι πίονες ἦσαν τότε, κ' μέγα χρῆμα γιγάντων.

Pigrorum vota & penuria.

Huiusmodi ergo sunt pigrorũ vota & desideria, quibus cùm potiri vident strenuos & laboriosos, se verò cunctis carere; illis affatim superesse quod largiantur: sibi nihil nisi supplices preces, & mendicare ad manum: nihil mirum si crucientur maximoperè, hoc est, euecẽtur: vt loqui etiam Græcos patet ex Pherecrate superiùs citato in Metallicis.

Inania vota, nisi manus operi accedat.

Monemur itaque, preces, & desideria inania esse solere, nisi manus accedat; & quod in nobis fuerit rẽ ipsa præstemus. Fabella circumfertur, docendæ huic doctrinæ peridonea. Auienus sect. 32. narrat:

Auieni fabella.

Harentem luteo sub gurgite rusticus axem
Liquerat, & nexos ad iuga tarda boues,
Frustrà dispositis confidens Numina votis
Ferre suis rebus, cùm resideret, opem.
Cui rector summis Tirynthius insit ab astris
(Nam vocat hunc supplex in sua vota Deum.)
Perge laborantes stimulis agitare iuuencos,
Et manibus pigras disce iuuare rotas:
Tunc quoque congressus, maioráque viribus ausus,
Fac superos animis conciliare tuis.
Disce tamen pigris non flecti numina votis,
Præsentésque adhibe, cùm facis ipse, Deos.

Laconicũ dictum. Plutarch.

Laconicum dictum antiquissimum celebratura Plutarcho in Laconicis adagiis.

Numen sacrum precandum adhibi-

tã

C.C XXII.

tu manu.

τὰν χάρα ποτιφέρονται τοὺς θεὸς καλεῖν.

Euripides Euripides in Electrâ:

οὐδεὶς γὰρ ἀργὸς, θεὸς ἔχων ἀνὰ στέμα,
βίον διώκειτ' ἂν ξυλλέγων ἄτερ πόνου.
Nullum pigrũ, licet in ore Deos habeat, posse sibi victum sine labore acquirere.

Æschylus. Æschylus in Persis; ... *ἐγὼ δὲ πᾶ διὰ παντὸς χρόνου τάδ' ὀνχορίκτι τέλευτῆσαι θεὸς.*
ἀλλ' ὅταν ἀσύδῃ τις αὖ θεὸς, χ' ὁ θεὸς ἀνωπλέτας.

quod ita vertit Adagiographus:

... plurimo iam tempore à Deis
Optaueram, hac vt dextra conficerent mihi at
Vbi vigiles ipse, Dij quoque admonent manum.

Idem;

φιλεῖ γὰρ τῷ κάμονθ' ἰσυναιώρᾳ θεὸς.
Adesse gaudet sed laboranti Deus.

Manum præcurrere debet precem manus subsequitur.

Manum preces præcedant, precem manus subsequantur. Sine diuinâ gratiâ nihil possumus: sed qui nos fecit sine nobis, non saluabit nos sine nobis: ita fit, vt quis ad summum virtutis apicem perueniat si gratiã impetret, & acceptam collaborando vacuam in se non sinat esse. Vtrumque debet concurrere. Pelagiani est, suis fidere arbitrio ac viribus; Lutherani, bona opera contemnere & negligere, & liberi arbitrij vim omnem capistrare. Pindarus in Nemeis diuinam opem labori humano copulat: *πρὸς ἄκρον ἀρετᾶς ἵκλθον, οἵτε πόνων γεύσαντο, σὺν θεῷ τ' τύχᾳ: ad apicẽ virtutis peruenerunt, qui labores gustarunt, cum Dei tamen fortunâ.* Nescio vbi legerim, *Facientes fortuna adiuuat.* Item, *Fortibus est fortuna viris data.* Nigro cygno simile, rarissimum certè, Timotheo Athenienſium Imperatori similem quem reperiri; qui felix dictus, cui etiam desidi omnia ex voto cedebant: & ideo æmuli pinxerunt fortunam, illo iuxtà dormiente oppida ad rete cogentem: narrat Plutarchus in Timotheo. Paucis omnino *vltrò dona Deus suppeditat*, teste Cratino in Pluris.

Timothei Imperatoris desidia felix. Plutarchi Cratinus.

αὐτόματα τοῖσι θεὸς ἀνὴν τὰ ἀγαθά.
Paucis diuina beneficia dormientibus in sinum deferuntur. Meritò ridet T. Liuius lib. 7. belli ducem qui nihil agenti sibi, deuolaturam in sinum victoriam censebat: & in Adelphis herili seruulus filius insultat;

T. Liuius.

Quid credebas dormienti hac tibi confecturos Deos?

EX EODEM CAP. VERS. XXVII.

ADAG. CCXXIII. Obediens vir loquetur victoriam.

Vir obediens loquetur victoriam.

SI superiore adagio fortassis alicui visus fuerim parcus diuini eloquij, largus lectionis profanæ; isto nunc damnum farciam; quod adagium sæcularis sapientia videtur ignorasse; nisi quatenus obedientiam militaris exercitij basim, & ad victoriam plurimùm conferre fuit nõ immeritò arbitrata. Hanc disciplinam vocabant, hanc infirmitatis custodiam, hanc victoriæ largitricem: ideo illam non vnus parens filiorum supplicio stabiliuit. Nec vnquam bellum bellè cessit, vbi milites non perfectè obediuissent. Te Sallusti, te Liui, te Tacite, te Thucydide, te Xenophon; vos Latij Græcique annales attestor, & produco & appello: nec notis diutiùs immorabor. vnum tacere non visum. Veteres vt indicarent, Regem bonis legibus populo consulere; & populum, si velit fortunatus esse,

Obedientia militaris.

illis exactè parere debere; finxerũt, Iouem Σωτῆρα, à quo salus pendeat, huic vxorem addunt Πειθαρχίαν, *Obedientiam*, quæ magistratibus & legibus exhibetur; & ex his nuptiis natam prolem, quæ vocata Εὐπραξίαν, id est, *felicitas*; hoc notatum aliis indicare Æschylum, in septem ad Thebas,

Iuppiter. Σωτήρ. Iouis vxor, Πειθαρχία Εὐπραξία, Proles ambo-rum. Æschylus.

πειθαρχία γ' ἐστὶ τ' εὐπραξίας
μήτηρ· γυνὴ σωτῆρ', ὡς ἔχει λόγος.

Obedientia enim est felicitatis
Mater, coniunx seruatoris, vt habet
sermo.

Et contrà vbi & princeps est incuriosus salutis subditorum, & subditi sunt inobedientes illic omnia solent pessum ire, *& res & subditi saluæ fiunt.* Hoc loco Hebræa *Veisch schomeabb laneetsach iedabber*, ואיש שמע לנצח ידבר ambiguæ significationis sunt, ideo diuersi interpretes diuersas eliciunt sententias. Pagnin. transfert, *qui testificatur quod audiuit, semper loquetur idem.* Vatablus, *vir auscultans perpetuò loquetur*, & exponit, *is qui testatur ea tantum quæ audiuit, non peribit. Loqui pro seruari & non perire, Hebr. 12. a. defunctus adhuc loquitur.*] Isidorus Clarius; *Qui testatur quod audiuit, constanter loquitur.* & explicat, hoc est, *nunquam vacillabit labiis suis.* Caietanus vertit, *Et vir audiens semper loquetur*, & notat pro *semper*, etiam verti posse *viriliter* seu *fortiter.* Vt sit sensus: vir autem qui testatur quod audiuit, perseuerabit idem loquendo viriliter.] consentit cum Clario Baynus, ponit explicationẽ vtramque, & *audiens*, exponit de veritate quã testis audiuit & nouit. Eôdem recidit sententia versionis Ariæ Montani, *& vir audiens in finem loquetur.* Omnes hi cum Rabbinis amplexi sunt hunc sensum, quia tunc cohærenter testi mendaci, quem dixit petiturum; opponitur testis verax, & dicitur iste constanter locuturus, expers pœnæ quæ falsis testibus sæpè hic ab hominibus: semper autem à Deo saltem in futuro infligetur. Pace dixerim istorum omnium, dum κακοζηλίαν verborum arcanæ sapientiæ præferunt, humi repunt. Chaldæus Paraphrastes altiùs paullo se erexit, exponens: *Testis mendacij peribit, & vir benè audiens rectè loquetur.* Sed clariùs adhuc Lxx. *Vir obediens custoditus loquetur*, ἀνὴρ ὑπήκοος φυλαχθήσεται λαλήσει: illud ὑπήκοος noster amplexus, sed de victoria secutus Aquilam, Symmachum, & Theodotionem: qui vnanimiter, εἰς νῖκος προφήτευσαν ad victoriam ibit certum est *audire* pro obedire frequens esse: & נצח *finem*, perpetuitatem, & victoriam quoque denotare, vt docui prolixè & accuratè ad vers. 1. psalmi quarti. quoad verba igitur nostrè rectè: plus obscuritatis in explicandâ oppositione. Liranus nihil adfert quod seruiat oppositioni, vt nec etiam Dionysius, aut Arboreus, etsi benè exponant de victoriâ sui, & hostium internorum. Iansenius aliquot suggerit interpretationes. Prima est, omnem qui legi diuinæ obedit, & ob id mendacia cum ceteris vitiis fugit, confidenter locuturum, quomodo cuncta supplicia vicerit, omnésque inimicos suos iudicio superauerit: cùm testis mendax conuictus & punitus tacere cogatur. hæc incidit in explicationem recẽtiorum, nisi quod addat de legis diuinæ obedientiâ.

Pagninus. Vatablus. Loqui. Isid. Clarius. Caietan. Baynus. Aſias Montanus. Chaldæus Paraphr. Liranus, & alij. Iansenius. I. Interpretatio.

II. Est simpliciter, significari, illum qui innocenter viuit obediendo legi diuinæ, liberandum à malo quod falso testimonio illi parabatur, & gloriosè de illo triumphaturum. Sed tunc oppositio est testis men- II.

mendacis, & rei innocentis.

III. Posse hanc sententiam ad falsos & veros Doctores accommodari, qui ad populum se quasi testes diuinæ veritatis præbent. Qui enim non, quod audiuerunt, & ab Ecclesiâ didicerunt, sed sua somnia & dogmata prauа, pro verbo Dei venditant, illi quidem peribunt, testimonium autem eorum, vt solet hæresis omnis atque mendacium, citò euanescet. Qui verò quod ab Ecclesiâ audiuit, loquitur, & verbo Dei scripto, ac traditioni Ecclesiasticæ obtemperat, etsi diu persecutionem patiatur, tandem tandem mendacio superato vincet ac triumphabit. Hæc etiam Bayni & Peltani est.

IV. Strabus. Beda.

IV. Vt Strabo, sic & mihi Bedæ commentarius placet, mendacij testem esse, qui se Deo seruire testatur, nec dicta factis exequitur, hûc perituru. Qui verò fideliter, vt verbis promittit, animo & factis diuinæ iussioni subditur, huius loquelam ad victoriam peruenturam: *quia dum per obedientiam sua desideria vincere satagit; per iustitiam iudicis postea victoria palmam percipit.*

Pro *victoriam* monet glossa interlinearis in quibusdam libris legi, *victorias*. Sed singularis vim habet pluratiui.

Multiplices victoriæ viri obedientis.

Videte quàm multiplicem victoriam consequatur vir obediens, & huius virtutis amore inflammamini fratres. Primò victoriam sui, quæ præclarissima est. nam

Fortior est, qui se, quàm qui fortissima vincit
Mœnia. nec virtus altius ire potest.

B. Gregor.

Se autem vincere docet B. Gregorius lib. 35. Moral. cap. 12. *quia dum aliena voci humiliter subdimur, nosmetipsos in corde superamus.* & docet experientia, eum, qui non obedit superiori, in carnem suam non satis imperij habere, sed illâ vicissim ipsi recalcitrare. quamdiu Adamus Deo obediuit, sui & creaturarum Dominus fuit, omnes illi obtemperabant ad nutum: vt præceptum transgressus, mox sensit legem membrorum legi mentis repugnantem. Cassianus.

Cassianus lib. 4. Instit. monast. c. 8. de Thebæis monachis agens: *Multis* (ait) *experimentis cauti, timuerunt monachum, & maxime iuniores, ne voluptatem quidem concupiscentiæ suæ refrenare posse, nisi prius mortificare per obedientiam suas didicerit voluntates.*

II. Secundò victoriam dæmonis: docet Gregorius in lib. 1. Reg. 2. cap. 10. his verbis, *cum hominibus, pro Deo subiicimur, si verbis spiritus superamus. Ceteris quidem virtutibus dæmones impugnamus, per obedientiam vincimus. Victores ergo sunt, qui obediunt: quia dum voluntatem suam aliis perfecte subiiciunt, ipsi lapsis per obedientiam angelis dominantur.*]

III. Victoria est de peccato & morte: stimulus mortis peccatum est; CHRISTVS verò per obedientiam vtrumque superauit, & mortem in victoriâ hac absorpsit. 1. Cor. 15. v. 54. & seq. Huc spectat illud monachi valde obedientis, qui iam sepultus, interrogatus, num mortuus esset, è tumulo respondit, *Obedientem mori non posse.* Narrat B. Climachus gradu 4.

III. Monachi sepulti dictum. Climacus IV. Obedientiæ vis.

IV. Quartò, est obediens victor elementorum, cæli, & naturæ. Iosue sequens præceptũ Dei & Moysis, animosè cum hostibus pugnat, & solis cursum moratur, Iosue cap. 10. 13. Ezechias Rex, quod placitum coram Deo semper fecerat. 4. Reg. 20. 5. & audacter iubet vmbram horologij Achaz decem gradibus retrorsum reuerti, & reduxit eam

Deus, v. 11. Petrus iubenti CHRISTO vt super aquas ad se veniat, obtemperat sine morâ, & eas quasi solum solidũ calcat. Matt. 14. 29. Nomen IESV, merito obedientiæ omni creaturæ, in cœlo, & in terris, & inferno est venerabile, aut tremendum, Philip. 2. v. 8. Philostorgiæ radicem firmissimam, & vehementissimum ardorem, vicit in animo Abrahæ, & eius exẽplo in corde Mutij Abbatis, vis obedientiæ. Genes. 22. 12. Cassianus d. lib. 4. cap. 27.

Marius Alb. Cassianus.

Deniq; (si fas ita loqui) obediẽs victor est Dei. quid aliud obediens ille Abraham egit, cùm humiliter cũ Deo contendens, sic deliniuit iratum, vt si decem in Pentapoli forent iusti, illis se parciturum promitteret? lege Genes. 18. quid Iacob, qui iussus fugere fugit, iussus redire redit, & cum Angelo Deum repræsentante luctatur noctem totam, & vincit, & vocatur *Israel*, prævalens Deo? Gen. 32. 28. & Osee 12. 4. quid Moyses, nonne interna prece quodammodo vim Deo faciebat, quando illum decretam vltionem desetere compellebat? adeò vt ipse Deus diceret *dimitte me, vt irascatur furor meus*, &c. Exod. 32. v. 10. Lege D. Hieron. tomo 1. epist. ad Gaudentium de Pacatulæ educatione.

S. Hier.

ADAG. CCXXIV. Adolescens iuxta viã suam, etiã cùm se senuerit, nõ recedet ab ea.

EX CAP. XII. VER. VI.

Adolescens iuxta viam suam, etiam cùm senuerit, non recedet ab ea.

QVis audeat negare adagium esse; cùm ipse Spiritus Sanctus hoc et elogium præfigat? *Prouerbium est: Adolescens iuxta*, &c. Posterior pars de verbo est: prior paulo aliter in Heb. habetur *chanach lanaar hhal-pi darco* חנך לנער על-פי דרכו *Imbue, seu initia puerum super os viæ suæ.* De quo statim. Illud obseruandum prius, *prouerbium est*, hodie nec in Hebr. nec in Chaldæo, nec apud Lxx. reperiri: sed semper in nostrâ vulgatâ lectum, nec temerè id fieri potuit, vt in omnibus membranis & editionibus retineretur. Sanè post Concil. Tridentinum dubitari nequit, partem esse sacræ Scripturę. Vocat *prouerbium*, quia vulgò receptum in communi sermone, eo quòd vt plurimum ita fieri videamus. Deinde illud quoque permirum totam hanc sententiam Aldinis & Vaticanis codicibus versionis Lxx. deesse: vbi tamen in notis monemur in vno peruetusto m. s. haberi ἐγκαινισμὸς τίου κατὰ τὴν ὁδὸν αὐτῦ, καὶ γέρων γηράσῃ ἐν ἀποστάσει ἀπ' αὐτῦ, *dedicatoria inuenis secundùm viam eius, etiam cùm senuerit non recedet ab ea*, scil. dedicatione. quæ paullo aliter exhibent Complutenses, Regij, ἐγκαίνιον τὸ παιδίον κατὰ τὴν ὁδὸν αὐτῦ, &c. & in fine, ἀπ' αὐτῆς. *Dedica* (Africani dixissent, *enania*) *puerum iuxta viam eius*, &c. Monemur quanta sit vis assuefactionis, & ideo, pueros à teneris annis bonis moribus assuefaciendos. Quæritur quod tempus hîc vocetur *os viæ*, vt est in Hebræo. Non est dubium sic vocari initium & velut ingressum in viam: sed hoc initium alij citiùs, alij seriùs accipiunt. Quidam censent primum in adolescentiam ingressum, dum puer velut in biuio voluptatis, aut virtutis constitutus videtur; quando à natura cuique tempus datum deligendi, quam vitæ viam, normam & rationem sit ingressurus, vt fingit de Hercule Prodicus apud Xenophontem & Ciceronem; de Scipione, tersis carminibus Silius Italicus,

Vis assuefactionis.

Os viæ.

Hercules. Scipio.

CC XXIII. Aduersis sententia.

lieus. hoc secutus Vatablus, qui satis licenter, *Institue puerum iuxta biuiũ viæ suæ* vertit. Sed hæc sententia minùs apta instituto Salomonis, qui non tempus deliberandi dat adolescentulo, sed parentes instruit, quomodo debeant liberos suos à pueritia instituere. Rectiùs itaque Caietanus ita scribit, *Monet Salomon, vt non differatur institutio pueri, sed in ore viæ eius (hoc est, in ipso aditu, in ipso principio via pueri, cùm incipit patere ingressus in animum pueri) assuefac illũ. (Quamuis non sit capax doctrinæ, est tamen capax consuetudinis) hoc est, vt incipiat assuescere bonis actibus, verbis moribúsque.* Hoc de capacitate addidit Caietanus, quia nonnulli, *os viæ* exponunt capacitatem intellectus pueri, vt sensus sit, paullatim illi doctrinæ bonæ stillas instillandas, prout capere poterit. Sic ex Hebræis nonnullis Isidorus Clarius: sed non benè cohæret cum ratione, quæ subditur à Salomone: *etiam cùm senuerit*, &c. cui inest ætiologiæ vis, quia quibus primò quis in pueritia imbuitur, ea solent etiam in senectute retineri. Ab hac ratione duas obiectiones remouet idem Caietanus, vnam ex verbis Apostoli. 1. ad Cor. 13. 11. *Cùm essem parunlus, loquebar vt parunlus, sapiebam vt parunlus, cogitabam vt parunlus. Quando autem factus sum vir, euacuani quæ erant parnuli.*] Respõdet Apostolum loqui de conditionibus naturaliter consequentibus quamque ætatem: Salomonẽ verò de moribus & habitibus, qui humanâ industriâ solent pueritiæ adiungi. Alteram, quòd aliquando videmus, contrarios esse mores seni, iis qui fuerant iuueni. Respondet hîc dici, quod communiter accidit. Nam illud quod obiicitur, rarius esse propter diuinæ gratiæ, & cæli studij & industriæ humanæ efficacitatem. Cetcrùm sententiæ huius confirmationibus pleni sunt scriptorum libri. D. Ambrosius lib. 1. offic. cap. 20. *Vsus citò in fletit naturam* S. Irenæus epist. ad Florinum: ἀὶ γὰρ ἐκ παίδων μαθήσεις, συναυξομένη τῇ ψυχῇ ἐνδιδομένη αὐτῇ, (eorum n. quæ à pueris didicimus, cognitio cum ætate adolescit, & animæ quodam vinculo innectitur.) citat Eusebius lib. 8. histor. Eccles. cap. 19. Laërtius lib. 3. refert dictum Platonis; qui cùm quendam iuuenem alcâ ludentem reprehendisset, ille autem diceret, *quam parua Plato redarguis: at non paruum est* (respondit) *consuetudo*, ἀλλὰ τόγε ἔθος οὐ μικρόν. Sed lib. 2. de legibus fusè explicuit adagium nostrum: citat verba Eusebius de præparat. lib. 12. παιδείαν δὴ λέγω τὴν παραγομένην πρῶτον παισὶν ἀρετήν. ἡδονὴ δὲ καὶ φιλία καὶ λύπη καὶ μῖσος ἐὰν ὀρθῶς ἐν ψυχαῖς ἐγγίγνωνται, μήπω διναμένων λόγον λαμβάνειν. λαβόντων δὲ τὸν λόγον, συμφωνήσουσι τῷ λόγῳ ὀρθῶς ἔθισθεντα ὑπὸ τῶν προσηκόντων ἐθῶν, αὕτη ἐὼν ἡ σωφροσύνη. σύμπασα μὲν ἀρετή. τὸ καὶ περὶ τας ἡδονὰς καὶ λύπας πεφυκὸς αὐτῆς ὀρθῶς, ὥστε μισεῖν μὲν ἀρχὴν μισητῶν εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς ἄχρι τέλους, φίλειν δὲ ἃ χρὴ φίλειν, τοῦτ' αὐτὸ ἀποτετμῆσθαι τῷ λόγῳ καὶ παιδείαν προσαγορεύειν κατάγειν τὴν ἐμὴν ὀρθῶς ἂν προσαγορεύοις. Quæ sic contraxit potiùs quàm vertit Trapezuntius d. lib. 12. c. 12. *Disciplinam, inquit, appello virtutem quæ puerorum animos continere potest. Voluptas enim & dolor, amor & odium quàm rectè fieri potest, antequam ratione moueantur, in animos eorum fluunt; vt facilius cùm ad ratiocinandum peruenerint, conuenienter rationi omnia peragant. quorum conuenientia virtus perfecta est. Assuescãt ergo à pueritia dolore ac voluptate rectè moueri, vel à principio vsque ad extremum vitæ ætatis quæ odij & ob-*

Caietan.

Ambrosi.

Irenæus.

Platonis dictum.

Eusebius.

tet, & ament quæ amanda sunt.] Aristoteles lib. 2. ad Nicomach. *Non parum refert, sed caput rei est, hominem hoc, vel illo modo assuescere.* οὐ μικρὸν εἰῶ διαφέρειν τὸ οὕτως ἢ οὕτως εὐθὺς ἐκ νέων ἐθίζεσθαι, ἀλλὰ παμπολὺ μᾶλλον τὸ πᾶν. Aristot.

Confirmat Quintilianus lib. 5. cap. 1. *Nihil hærere tenacius, quàm quod rudibus annis perceperimus. Adeo* (inquit Maro) *in teneris consuescere multum est.* Quintilianus.

Vulgare illud,

Quod noua testa bibit, inueterata sapit,

Horatiano consonat versiculo, Horatius.

Quo semel est imbuta recens, seruabit odorem

Testa diu. sapienter Plutarchus in lib. de liberis educandis, comparationibus aptissimis vtitur; *Sicut enim infantium membra simul ac nati sunt, formari componique debent, vt recta minimèque obliqua fiant: ita puerorum mores principio apte concinnèque fingere conueniet. Illa namque nouella ætas ad fingendum facilis, & tenera est, & ipsorum animis, dum molles adhuc exstant, disciplinæ melius instillantur. Difficilius autem quæ dura sunt molliuntur. Quemadmodum enim sigilla mollibus imprimuntur ceris; ita & doctrina, dum puerilis adhuc animus est, insculpuntur. Aptissimè itaque diuinus ille Plato nutrices admonuisse videtur, vt ne friuolas ac turpes pueris fabellas mandent, ne illorum animos ab initio stultitia & corruptis imbuant moribus. Pulchrè igitur Phocylides poeta monuit;* Plutarch. Platonis ad nutrices institutio. Phocylid

Dum tener est gnatus, generosos instrue mores.]

Hæc Guarini translatio, Plutarchi verba sunt: ὥσπερ γὰρ τὰ μίλτῳ σώματος εὐθὺς ἀπὸ γενέσεως πλάττειν τῶν τέκνων ἀναγκαῖόν ἐστιν, ἵνα τοῦτο· ὁ δὲ καὶ ἀσφαλῶς φύηται, τὸ αὐτὸν τρόπον ἐξ ἀρχῆς τὰ τῶν τέκνων ἤθη ῥυθμίζειν πρέπει. διὸ λαγαρὰν μὲν καὶ ὑγρὰν ἀνίησι, καὶ τὰς τούτων ψυχὰς ἀσαλεῖς ἔτι τὰ μαθήματα ὑπίησι. πᾶν δὲ τὸ σκληρὸν, χαλεπῶς μαλάττεται. καθάπερ γὰρ σφραγῖδες τοῖς ἀπαλοῖς ἐναπομάττονται κηροῖς, οὕτως ἀμαθήσας τὰς τῶν ἔτι παιδίων ψυχὰς ἐναποτυποῦνται. καὶ μοι δοκεῖ Πλάτων ὁ δαιμόνιος ἐμμελῶς παραινεῖν ταῖς τίτθαις, μὴ τοὺς τυχόντας μύθους τοῖς παιδίοις λέγειν, ἵνα μὴ τὰς τούτων ψυχὰς ἐξ ἀρχῆς ἀνοίας καὶ διαφθορᾶς ἀναπίμπλασθαι συμβαίνῃ. κινδυνεύει δὲ καὶ Φωκυλίδης ὁ ποιητὴς καλῶς παραινεῖν λέγων,

---χρὴ παῖδ' ἔτ' ἐόντα καλ' ἔργα διδάσκειν.

D. Hieron. tom. 1. epist. ad Lætã de filiæ institutione, *Difficulter oblitio traditur, quod rudes anni perbiberunt. Lanarum conchylia quis in pristinum candorem reuocet? Recens testa diu & saporem retinet & odorem, quo primùm imbuta est. Græca narrat historia, Alexandrum potentissimum regem, orbis domitorem, & in moribus & in incessu, Leonidis pædagogi sui non potuisse carere vitiis, quibus adhuc paruulus fuit infectus. Procliuis est enim malorum æmulatio, & quorum virtutes assequi nequeas, citò imitaris vitia. Nutrix ipsa non sit temulẽta*, &c. Idẽ epist. ad Gaudentium; *vt enim aqua in areola digitum sequitur præcedẽtem, ita ætas mollis & tenera in vtramque partem flexibilis est, & quocunque duxeris trahitur.* postmodum laudat vetustum trimetrum, D. Hier. Alexander Magnus Pædagogi sui vitiis carere nõ potuit, quibus paruulus infectus fuit.

Ægrè reprendas quod sinis consuescere.

De argillà, dum tenera est, figulus vel angeli vel dæmonis speciem efformet; sed postquam fornax æstu indurarit, frangere poterit, flectere vel immutare non poterit. Pueri argillæ similes, parentes & magistri figulo; pro fornace credas ætatem maturiorem. Pueri, argillæ similes, parentes, figulo.

ADAG. CCXXV. Tripliciter.

EX EODEM CAP. VERS. XX.

Tripliciter.

I. *Chaliſchim*, שלישים Hebr. τριακοῦς Lxx. quod variè vertunt recentiores. malè textus Vatabli, *triarios*; quorum hîc non magis mentio, quàm *principum* vel *haſtatorum*: fortè *ternarios* ibi ſcribendum. alij *ternos*. noſter optimè vt Lxx. Sed quid eſt hoc *tripliciter?* qui ad tempus referunt, vt Abenezra, exponunt, non nunc modò, ſed olim & nudiuſtertius, ſeu tribus diebus. II. Qui ad libros; alij ad totam Sacram Scripturam, vt Deus loquatur, ſcilicet in Lege, Prophetis, & Hagiographis, ita Midras, R. Salomon & Liranus. Alij ad omnes libros Salomonis, pro triplici hominum ſtatu; pro incipiẽtibus, in Prouerbiis; pro proficientibus, in Eccleſiaſte; pro perfectis, in Cantico, ſic III. Dionyſius. Alij denique ad hunc librum reſtringunt, cuius triplex ſit ordo: quod vult Caietan. faſſus ſe ignorare quis ille ſit. Sanè Baynus cum Hebræis in tres libros prouerbia diuidit: vt ſecundus incipiat à parte cap. 10. tertius à parte cap. 22. IV. Quidam exponunt de triplici ſacræ Scripturæ ſenſu, q. d. expoſui tibi literaliter, Tropologicè, & Allegoricè, ſub tertio anagogiam comprehendentes. ſic Origenes lib. 4. περὶ ἀρχ. cap. 2. D. Hieronymus lib. 5. in Origenes & alij. 16. caput Ezechielis, & Ioan. Caſſianus collat. 14. cap. 8. V. Nonnulli, propoſui tibi exercendam ſapientiam cogitatione, eloquio, & operibus: ſic Salonius, Beda & Strabus: hi ad finem reſpiciunt: VI. alij ad materiam: triplicia hæc eſſe volentes, verba ſeuera, iucunda, & perfecta: refert hanc Rob. Baynus: Rob. Baynus. qui & aliam memorat ſententiam eodem ſpectantem, *ſchaliſeh* ſignificare tertium à Rege Principem, & ideo *ſchaliſchim* denotare verba egregia, ſplendida, nobilia. hæc eſt Vatabli, & placuit D. Ianſenio. Hi Vatablus. Ianſenius & alij. bene, quatenus ad modum attendunt. Sic etiam Chaldæus, Iſidorus Clarius, & Eman. Saa, ſed aptiùs, credẽtes *tripliciter* poſitum pro frequenter, & multifariam ſeu multipliciter. X.

Vltimò mihi videtur optimè intellexiſſe Pagninus, qui vertit *perfectè*, vt *tripliciter* deſcribere ſit idem, quod abſolutè, ſufficienter, ſeu planè, ac plenè deſcribere. Nam *ternarius* etiam iuxta Pythagoricos eſt numerus vniuerſitatem & perfectionem denotans, & tria ſunt omnia, teſte Ariſtotele lib. 1. de cœlo. Meminit huius explicationis Baynus. Peltanus verò noſter, cùm conetur omnes ferè alias coniungere, hanc tamen & ſextam Patrum prætermiſit. Certè adagialis locutio eſt, ſicut & Gentilibus, *ter*, vel *ter quater*, vel τετρημία. Lege Chiliad. 1. cent. 6. adag. 33. de τετρημία, & Chilia. 2. cent. 9. adagio 5. in *Ter*. XI. Sententia autoris. Ternarius numerus. Ariſt. Ter, ter quater.

EX EODEM CAP. VER. XXVIII.

ADAG. CCXXVI Ne tranſgrediaris terminos antiquos quos poſuerſit patres tui.

Ne tranſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt patres tui.

Literali ſenſu videatur dumtaxat eſſe gnome: monẽs nẽ agrorum terminos iam longi temporis præſcriptione ſancitos effodiamus, vel moueamus: quod certè ſemper Pœnè pro moto termino.

graue scelus habitum. nam propterea viliores Romanis in metallum damnabantur, honestiores cum amissione tertiæ partis bonorum in insulam relegabantur, vt ex Iulio Paulo lib. 5. sentent. refert Frontinus in lib. de limitibus. in eorum positione sacrificiorum ritus, & vnctiones, & coronationes & alia multa interessisse, propter quæ sacri haberentur termini, docet Siculus Flaccus, & ex eo aliisque Bar. Brissonius formular. lib. 5. pag. 480. Vetitum id grauissimè Deutero. 19. 14. & dicitur *maledictus* ibid. cap. 27. 17. Sic capiunt Hebræi, & Liran. Dionys. Caietan. Arboreus, Baynus, Vatablus, Ianscn. Peltanus hic. Verum enim verò ob tantam nostris temporibus fruticantium errorum vbertatem, receptum à multis metaphoram transferre, & obiicere Nouantium temeritati, quotiescunque defendenda Catholicarum Traditionum, & non scripti Dei verbi authoritas; quam illi nuperis & infantilibus commentis conuellere nituntur. Occurrimus ingerendo istud Solomonis; *Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt Patres tui.* Hebraicè, אל - תסג גבול עולם אשר עשו אבותיך *al - tasèg genul hholam ascher hhasu auotecha. Ne retrogrades terminum sæculi* (hoc est, antiquum) *quem patres tui fecerunt.* Chald. *qui à sæculo est*, q. d. centenarium. LXX. μὴ μέταιρε ὅρια αἰώνια, *ne transfer terminos sæculares*; sicut dicimus *ludos sæculares*, aut *annum sæcularem*: Tale igitur istud, quale illud Platonis, τὰ ἀκίνητα μὴ κίνει, *Non mouenda ne moue.* nam quæ lege aut more maiorum obtinebant, illa sapientes illi non mutanda cẽsebant. vnde illud priscum, MORE MAIORVM, & *mori vetera parendum.* Cicero de vniuersita. & *more maiorum quæ esse religiones, tenendas*, Cicero. 2. de legib. & illud quo meus olim Lipsius solebat pro symbolo vti, *Moribus antiquis stat res Romana*: quod de Ecclesiâ quàm de republ. veriùs licet vsurpare. fuit enim in ea semper TRADITIONIS Ecclesiasticæ sacrosancta auctoritas, vt præter alios docet doctissimo & vtilissimo libro *Aduersus prophanas hæreseon omnium nouitates* Vincentius Lirinensis, vbi etiam hunc locum sic exponit, sicuti feci. *Quæ cùm ita sint* (inquit) *iterum atque iterum eadem mecum reuoluens ac reputans, mirari satis nequeo tantam quorundam hominum vesaniam, tantam excæcatamentis impietatem, tantam postremò errandi libidinem, vt contenti non sint tradita semel & accepta antiquitus credendi regula, sed noua ac noua in diem quærant, sempérque aliquid gestiant religioni addere, mutare, detrahere. Quasi non cœleste dogma sit, quod semel reuelatum esse sufficiat: sed terrena institutio, quæ aliter perfici, nisi assiduâ emendatione, immo potiùs reprehensione, non possit: cùm diuina clament oracula; Ne transferas terminos, quos posuerunt patres tui.* sic ille nostrum locum insinuans.

S. Salonius hîc: Terminos antiquos *dicit, terminos veritatis & fidei, quos statuerunt ab initio Catholici Doctores. Hoc ergo præcepit, vt veritatem sacræ fidei, & Euangelicæ doctrinæ nemo aliter suscipiat, quàm à sanctis Patribus est tradita. Siue hoc præcepit vt eloquia sanctarum scripturarum nemo aliter interpretetur, nisi iuxta vnius cuiusque scribentis intentionem.*]

Hieronymus hîc: *Ne transgrediaris terminos fidei, quos Catholici ab initio statuere Doctores,*] hoc non legitur in commentario Bedæ, vt nec alia quædam: adeò vt vel commentarius Hieronymo ascriptus non sit Bedæ, vel Bedæ exemplar mutilum sit. Reperitur idem in glossâ ordinariâ, & sic

Frontinus In terminorũ positione ritos. Sacri termini. Sic. Ius Flaccus. Brissonius. Liranus, & alij. Metaph. Vincentius Lirinensis. Lipsius. S. Salonius. Hieronymus. Bedæ exemplar mutilum. Plato. More maiorum. Cicero.

CCXXVII. & sic explicat etiam interlinearis, Dionysius, Arboreus, Baynus, Iansen. Peltan. & alij.

Dionysius & alij.

Dionysij explicatio

Dionysius Richel. etiam alium vsum indicat, vt moneamur, ne nos intromittamus in his, quæ statum, gradum, vires, & auctoritatem nostram transcendunt. Sed iuxta vocationis nostræ, & professionis exigentiam ac tenorem omnipotenti solicitè deseruiamus; nec terminos obedientiæ nostræ transgrediamur, quemadmodum libro de angelica hierarch. diuinus & magnus Dionysius docet & asserit, nullum angelicorum spirituum audere legem sibi diuinitus præfixam transcendere.]

ADAG. CCXXVII. Statuere cultrũ in gutture suo.

EX CAPITE XXIII. VER. II.

Statue cultrũ in gutture tuo.

IDem sensus est Hebraicè, *pones cultrum in tua fauce.* Sic etiam Chaldæus, & Aquila, & Theodot. Lxx. longiusculè recesserunt, vt primâ facie apparet, καὶ ἐπίβαλε τὴν χεῖρά σου, *& inijce manum tuam*, sub. tibi, sensu quo noster, sed leniùs loquẽdo propter euphymiam, cùm alioqui hoc velint quod Hebræa; nempe sibi ipsi potiùs manum inferendam, q.d. tu potiùs gutiur tuum comprime, quàm incautè te geras.

Sensus adagij.

Monet enim Salomon duo, ne quãdo sumus magnatum conuiuæ, nos deliciis cibi aut potus patiamur ad intemperantiam abduci; ne quid faciamus improuidè, quod postea fecisse pœniteat; vel ne saltem aliquid incautè loquamur, quod nobis vel aliis sit noxæ. Nam vinum seducit mentem, eamque facit vanam, nec meminit Regis aut Magistratus, nec amicitiam, nec fraternitatem, sed effutit quidquid libet. vide 3. Esdr. 3. vers. 1 c. & à vers. 18. ideo vt tormentum adhibẽt conuiuis Principes, vt quid homo sentiat animo, velut fidiculis exsculpant. Horatius in arte poetica,

Vini pericula.

Vino exploratæ mentes. Horatius.

Reges dicuntur multis vrgere culullis,
Et torquere mero, quem perspexisse laborent,
An sit amicitiâ dignus ... Sed postquam amicorum albo adscripserint, si vel leui dicto ductim tractímve tetigeris, ruunt in exitium dicentis, insolentes veri. quid Clytum, & Callisthenem, Anaxarchum, & alios memorem? Seneca lib. de beneficiis, Tiberio Imp. tradidit exceptos conuiuarum ebriosorum sermones, & in accusationem deductos. Verè Plinius lib. 14. cap. vlt. *Tunc auidi matronam oculi licentur, graues produnt marito: tunc animi secreta proferuntur, alij testamenta sua nuncupant, alij mortifera loquuntur, redituráque per iugulum voces non continent, quam multis ita interemptis. Vulgóque veritas iam attributa vino est.*] Vide adagium *in vino veritas.* de omnibus hæc Plinij vera conuiuiis, sed præcipuè de illis, quæ nõ exhibentur sincero animo, sed fastu aut inuidiâ pleno (de quibus agam sequ. adagio.) Quæ vitia in aulis dominantur. ideo tam sedulò nos admonent Sacræ litteræ de circumspectione in his mensis necessariâ, lege Eccles. 9. à v. 18. & cap. 31. v. 12. & 13. Vt non iniuriâ quis illud Atrei apud Accium aliâ mente dictum, nunc vsurpet huic materiæ;

Clyti & aliorum mors. Seneca.

Conuiuarum ebriosi sermones in accusationẽ deducti sub Tiberio. Plinius.

In vino veritas.

Atrei dictum.

Ne cum tyranno quispiam epulandi gratiâ
Adcumbat mensam, aut eandem vescatur dapem.

Sed si accubuerit & vesci cœperit, ante oculos illi versetur hoc adagium, *Statue cultrum in gutture tuo*; quo sanè indicatur res periculi plena: & id verum est, quamcunque loci sequaris interpretationem.

I. Explicatio. Quidam interpretatur, si tu gulæ tuæ velis indulgere, cultrum gutturi tuo intentabis, id est, te & vitam in certum discrimen adduces, tibi vehementer nocebis. Sic versio Vatablo inserta, qui monet, quosdam pro *cultro spinas* vertere eâdem sententiâ.

II. Abenezra, si nequis intelligere naturam & vim eorum quæ apponuntur in mensâ, vt scias quantum tibi, & quid sit sumendum vel relinquendum; saltem omnino moderare tibi in cibo & potu, & potiùs cultrum pone in gutture quàm incidas in crapulam: quæ scilicet certo te letho exponet.

III. Alij aliter, orta dissensione propter illud, *si habes in potestate animam tuam*, Hebr. *sies Babhal*, (hoc est, Dominus, seu compos *animæ tuæ* quod quidam exponunt in bonam partem, hoc est, si tamen potes concupiscentiam tuam arbitrij libertate, & Dei gratiâ refrenare. Lyran. Dionys. Arbor. Caietan. Isidor. Clarius, Peltan. quos sequor: alij verò in malam partem sumunt, vt sit sensus, si vinceris à concupiscentiis tuis, si es obnoxius appetitui tuo, vt nequeas illum moderari: hoc videntur secuti Lxx. primæ sententiæ authores; secundùm hanc sensus est, cogita tibi tantùm imminere periculi ac si cultrum immitteres in fauces tuas.

Lyranus, & alij.

IV. Nisi diligenter attenderis, quid positum sit ante te, tu tibi cultrum in gulam immittes, aliquid dicendo vel faciendo per ebrietatem, vnde capitalem subeas sententiam, præsertim cùm sis vir carnalis, & desiderij tui, non verò vir prudentiæ aut intellectus. Sic Baynus.

Baynus.

V. Restringe gulam tuam, & moderare appetitui, nec laxes concupiscentiæ habenas, sed sobriè & parcè comede ac bibe, non secus ac si culter (hoc est, lethi comminatio) gutturi immissus, seu admissus seu oppositus foret. q.d. satius foret cultro gulam præscindere, quàm per voracitatem, aut crapulam in Principum indignationem incurrere. Sic Liranus, Dionys. & reliqui suprà citati.

VI. Caietanus. Sexta est explicatio Caietani: dabo eius sententiam totâ: liber enim rarior est; ait primò, Hebræa sonare ad verbum; *Quia sedebis ad comedendum cum Domino, intelliges quæ in facie tua: & pones cultrum in gutturibus tuis, si herus animæ tuæ. Non concupisces sapores eius, & ipse panis fallaciarum.*] Metaphoricum esse sermonem, ad indicandum pericula conuiuiorum quæ fiunt à Dominis. conuiuas enim exponi periculo vitæ animæ. quemadmodum circumseptus guttur gladiis, expositus est periculo vitæ corporeæ; cuius vitæ non ipse, sed gladij illi sunt heri. Itaque hortari cõuiuam, vt intelligat & cogitet vitæ suæ periculum. Nam illud relatiuum *quæ*, non complecti solum modo cibũ & vina: sed etiam omnia studia, dicta, actiones, interrogationes Domini in conuiuio; quæ omnia comparat gladiis circa guttur conuiuæ positis. Itaque *pones cultrum*, &c. id est, cogitabis te velut positum sub multitudine gladiorum gutturi tuo imminentium. (nota hùc spectare illud Dionysij Tyranni, qui epulantis parasiti capiti de tenui ceta dependentem gladium imposuit, de quo aliàs.) Et cùm hoc cogitaris, videbis facilè te non esse amplius vitæ tuæ dominum,

Dionysij tyranni factum in conuiuio.

CCXXVII

minum, & propterea *non concupisces*, &c.

Autoris sententia.

Vt plenam habeas interpretationem, iunge cum quintâ sextam & adde prudens dictum Arborei; in lautissimis Principum mensis prudenter cauendum, ne quid temerè aut tumultuariè dicamus, quod delicatas radat vel offendat auriculas.

Harpocratis silentium. Thersitæ garrulitas.

potiùs Harpocratem quàm Thersitem ἀμετροεπῆ sine modo garrientem imitemur. Principibus linguæ parcimoniam summopere placere; importunam loquacitatem vehementiùs displicere. Interrogatis sic respondendum, vt sermonibus vallum & retinaculum opponamus: ne lubricum membrum lingua prolabatur, sed verborum petulantia coërceatur; verba volitantia detractis pennis intra sepimentum cohibeantur. demum oratio non in ore, sed in pectore nascatur.

Linguæ parcimonia Principibus placet. Silentij custodia.

VII. Mystici sensus. D. Ambrosius.

Mysticos sensus Patres proponunt varios. primò D. Ambrosius lib. 1. de offic. cap. 22. hinc probat referendam gratiam, si quis ab aliquo beneficium acceperit, & imitandam nobis naturam terrarum, quæ susceptum semen multiplicatiori solet numero reddere quàm acceperit. Sic etiam fermè Cassianus Collat. 2. cap. 1. nempe debere magistrum tanto sollicitudine maiori discipulis satisfacere, quãto maiorem illorum feruorem & attentionem esse animaduerterit. Sed isti sequuntur versionem Lxx. & legerunt; *immitte manum tuam, sciens quia talia te oportet præparare.* Nec adagij nostri vlla vestigia reperetunt, nec possunt versioni nostræ accommodari.

Cassianus, VIII.

IX.

Versionem Lxx. explicans D. Gregorius lib. 4. exposit. in 1. Reg. cap. 9. retulit ad præcepta fortitudinis animo reponenda, & post operte exercenda. verba sunt; *Armum quippe manducare, est quod exterius de forti actione præcipitur, per propositum in mente recondere. Quasi enim armum ante se ponere, & manducare electo cuique iubebat, qui dicebat,* si sederis ad mensam potentis, sapienter attende quæ apponuntur tibi: quia similia oportet te præparare. *In mensa quippe potentis virtutem armi designauit. Et dum dixit,* Sapienter attende, quæ apponuntur tibi; *armum ante se eum; cui dixit, ponere docuit. Sed manducare eum debere insinuauit, quia dixit,* similia oportet te præparare. *Similia enim præparando manducamus: quia dum fortia quæ audimus proponimus agere, velut comedentes in cordis ventre reponimus cibos vitæ.*] Sic Gregorius: nec istam quidem video quo pacto facilè queas accommodare nostræ versioni.

Nostram versionem secutus cõmentarij] author, qui D. Hieronymo ascribitur, ita habet: quando sederis *ad legendum cum magistro, vt vero pane verbi reficiaris:* diligenter *intellige* quæ *scripta sunt, & discretionem sacræ lectionis in tua locutione conserua:* si tamen *talis es tantúmque eruditus, qui* in potestate habes animam tuã, *nec quasi indoctus mente tua circumferaris omni vento doctrinæ.* Guttur *nãque pro loquela posuit: quia cibo cum reficimur, cultro secante præparamus. Et* sedens vt comedat, cultrum in gutture suo statuit; *quando is qui diuina sedulus meditatur eloquia, discreta ex ore verba depromit, nec alia sæpius in lingua, quàm cælestis oraculi dicta reuoluit. Hoc autem eius est facere, qui in* potestate habet animam suam, *id est, immobilem inter errores fallentium sapientis animæ statum seruare didicit.*] totum hoc deest Bedæ commentar. excusis: sequuntur tamen vtraque glossa.

Guttur pro loquela.

Bedæ cõmentarij.

Sequitur & Dionysius, sed nisi fallor clariùs & vtiliùs explicuit.

XI. Dionysius

Mensam *vult esse, concionem vel lectionem verbi Dei: prælatum verò seu doctorem dici* principem; quæ apponuntur, *documenta, præcepta, consilia, & exempla quæ illic leguntur, vel audiuntur.* ad ea diligenter attendendum, *vt ea intelligantur, & exerceantur. Scienti enim bonum & non operanti, peccatum est illi.* Statuere *verò* cultrum in gutture suo, *qui discretionem superflua resecantem adhibet in interiori palato, quo dulcedo verborum Dei percipitur: vel per* guttur *intelligi locutionem, quatenus quis non velit plus sapere, profundiùs perscrutari, subtiliùs loqui quam expedit aut capit.*] Verùtamen nec ista allegoria satis amica vel blanda est contextui nostro.

XII. D. Augu.

Restat alia D. Augustini tracta. 47. & 84. in Ioannem, acumine & pietate tantâ digna; *Nam quæ* (ait) mensa est potentis, *nisi vnde sumitur corpus & sanguis eius, qui animam suam posuit pro nobis? & quid est* ad eam sedere, *nisi humiliter accedere? & quid est* considerare & intelligere quæ apponuntur tibi, *nisi dignè tantam gratiam cogitare? & quia sic* mittere manum, vt scias quia talia oportet te præparare, *nisi quia sicut pro nobis* CHRISTVS *animam suam posuit, sic & nos debemus animas pro fratribus ponere?*] sic etiam accepit B. Isychius lib. 6. in Leuit. cap. 22.

Augustin. legit cõsiderans, intellige quæ apponuntur tibi, &c.

Isychius.

XIII. Autoris sententia.

Igitur cum Augustino & Isychio de sacrâ Eucharistiâ capiamus hoc conuiuium, verè conuiuium Regis & dominatoris *moschel* משל dignũ maximè, ad quod inuitati omni attentione & animi scrutatione (Hebr. est *bin tabin* בין תבין *considerando considerabis*: Græcè νοῆσῃς νόησον, quasi dicas *sapienter sapies*) adhibitâ accedant. Considerantes quis & qualis cibus appositus? quis & qualis ipse inuitatus? quis & qualis qui inuitauit? quantâ munditiâ cordis, quo feruore caritatis sumendus? quantum periculi immineat indignè accumbenti, indignè sumenti? Voluendum animo, inde vel defectu vestis nuptialis, licèt inuitatum, ligatis tamen manibus & pedibus mitti in tenebras exteriores, vbi futurus fletus & stridor dentium. Matt. 22. 13. & illud Pauli meditandum seriò: *Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini. Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. Quòd si nosmetipsos diiudicaremus: non vtique iudicaremur.* 1. Cor. 11. 28. En culter gutturi apponendus; periculum ingens sæpè corporis, semper animæ, quod imminet ruminandum, nisi vitia cuncta, & quæcunque Deo queãt displicere, priùs diiudicemus.

Periculosum est accumbere mẽsæ Regis, qui potest corpus perdere; & postea non habet, quod adiiciat: sed periculosius offendere Deum Regem regum inuitantem, qui potest corpus & animam mittere in gehennam. Possunt his addi, quæ iam dixi suprà.

EX EODEM CAP. VERS. III.

ADAG. CCXXVIII. Panis mẽdacij,

Panis mendacij.

IN potentum mensis apponi *panem mendacij*, Salomon indicat. Hebraicè, *lechem cezabim* לחם כזבים hoc est, vt Aqui. & Theodotion, *panem mendacierum*, Chaldæus, *Cibaria falsitatis* L x x. dicunt *ea adhærere vitæ mendaci*; Sensus: sunt esca fallax.

Sensus mẽdacij.

CC XXVIII. Vatabl. fallax. sic Vatabl. Sed non satis explicat in quo sita hæc fallacia.

IL. Isidorus Clarius, vanus est ille cibus, non proderit tibi esus eius. Nimis est exilis, & tenuis explicatio.

III. Isid. Clarus. Abenezra putat ipsummet inuitantem sic vocari, q. d. ne capiaris illius cupediis, cùm ipse sit vir mēdax, cui gratus non eris nisi de morum similitudine. Hæc est longè accersita, licèt Hebræa verba non repugnent.

IV. Iansenius. Iansenius melius refert ad ipsos cibos, quos vult *fallaces* dici, quia sapore suo delicato perstrahunt ad intemperantiam. Verum hoc: sed plus dici puto.

Caietan. Aurelii sententia. Cohærentior, & aptior est Caietani expositio, qui vult indicari hac phrasi, quò tendat ista parabola conuiuij herilis; videlicet vt moneamur, conuiuam Domini exponi periculo fallaciarum Domini. Videlicet esse genus quoddam efficax quæstionis, qua herus extorqueat ab inuitato, vt prodat multa animi secreta, quæ extra mensam sobrius numquam prodidisset. (ibi enim & potus mutant hominem & alterant humores, & nouam dispositionem corporis & animi inducunt: & sic facilè recludit operta, nec compos manet sui per crapulam, nec mentis, nec arcani seras retinet.) Attuli quid simile ex Horatio superiore adagio. Benè cohæret litterali sensui hæc Caietani sententia.

VI. Altera. Simplicissimè dixero, *panem mendaciorum* vocari; quia non ex animi beneuolentiâ, sed aliis vitiosis affectibus lauta hæc conuiuia instruuntur; & sic cibi mendaces ac fallaces sunt, respectu fallentis Inuitatoris, quia simulat amicitiam; cùm sit dolosus explorator secretorum, vel etiã morum internorum, vt temperantiæ, continentiæ prudentiæ (talia fuere conuiuia Pharisæorum, Luc. 7. & 14.) vel inuidus, quale conuiuium describitur infer. v. 6. 7. & 8. vel fastu turgidus, ostentans diuitias, & simulans liberalitatem; cùm sit prodigus; vel etiam aliquando sic tegat auaritiam suam, vt sæpè fit.

Puto hoc subiungi quasi epiphonema conuiuij Principis: q. d. non illius modò vitanda conuiuia, sed vniuersim omnia, in quibus vnà cum cibis delicatis deceptio & dolus, velut hamus piscatorius, apponitur. vt *panis mendacij*, sit omnis cibus illex & illecebrosus, cui tamen illud adscribi queat, *Mors in olla*, licèt alio sensu dictum; vel illud, *Latet anguis in herba.*

EX CAP. XXIII. V. XXXI.

ADAG. CCXXIX. Nudior pistillo.

Nudior pistillo.

SIc LXX. de ebrioso quem blandè vinum subiuit, qui se dat per phialis & vasis epotãdis, aiunt; περιπατήσεις γυμνότερος ὑπὲρ πτερόν, *ambulabis nudior pistillo.* Pro quo Hebr. est, *ingredietur directè*, seu *ibit in rectitudinibus*: pro quo noster optimè explicans, *ingreditur blandè*, Chald. *ingreditur rectè*: referentes ad vinum; sed LXX. retulerunt ad ipsum potorem, significantes illum ad summam egestatem peruenturum. Videtur tum temporis vsitatum adagium fuisse. Sicut & illud ὑπὲρ φαλακρότερος, *pistillo caluior.* Referri potest vtrumque ad prorsus egenos, item ad simplices, & simulare ignaros, quod vtrumque conuenit meribibulis. Sicut

Vsus adagij.

Pistillo caluior.

Nudior paxillo. Leberide inanior.

Sicut & aliud, *Nudior paxillo*, quibus etiam cortex detractus: & illud, *inanior* vel *nudior Leberide*, apud Athenæum.

ADAG CCXXX. Mordebit vt coluber.

EX EODEM CAPITE. VERS. XXXII.

Mordebit vt coluber.

Colubri etymon.

HEbr. est *nachasch* נחש Chald. *nacheth* נכה Græcè ὄφις. Latinam vocem volunt dictam, quòd vmbram incolat, gaudens latibulis & locis obscuris, vnde melius insidietur. Ab insidiis deductum nomen Hebraicum constat: Chaldæi à mordendo deduxerunt, quòd ex insidiis mordent, quod commune serpentibus omnibus, quibusdam tamen magis proprium per æstum & subsessus, vt colubris.

ὄφις. ὄφις *serpentem* in genere, vel *anguem*, aut *colubrum* significat. *serpentem* vertit Festus Auienus; *anguem* Cicero in Aratæis; *colubrum* Geographi, qui insulam Ophiussam, *Colubrariam* nuncuparunt, vt Plinius libro 3. cap. 5. & Solinus Polyhist. cap. 26. Itaque si noster benè vertit *colubrum*, vt vertit optimè, quæritur meritò, cur non nemo Hebræam vocem, & Latinam tradiderit intelligendam de vipera: cùm nec Græca vox, nec Hebræa, nec Latina id postulent aut patiantur? cùm non de secreti tantùm proditione, sed de omni noxa, quam multiplicem vini vsus immoderatus adfert, perspicuè sermo fiat: sed tanti fuit legisse apud Plutarchum in lib. de loquacitate, Viperas & Belonas pisces partu rumpi. hinc videlicet sequebatur Salomonem ad hoc incertum planè de viperino partu arcanum respexisse; & docere nos voluisse, vinum sic turbare phantasmata, vt ebrius mente perturbatâ, nequeat continere arcanum; quod cùm esset sobrius, visum illi pignus suauissimum amicitiæ; sed in ebrietate fiat vipera, quæ viscera disrumpat, vt exeat: deinde cùm exierit, authorem primùm perdat, & alios deinde discruciet. Acutè & subtiliter. sed quorsum tam acuta & subtilia, tam longè accersita, & inuito contextu ingesta? nisi si hoc pacto non nos Sacræ Scripturæ, sed Sacram Scripturam nobis submittere conamur. quòd si pergimus, certè breui Sacræ Scripturæ simplicitatem, sententiam tandem & veritatem amittemus. Retineo verbi proprietatem. Colubrorum dolositas vel Hispanico adagio nota, *Mas sabe que las culebras.* *Vinum*, vt ait Plautus, *luctator dolosus est.* blandè subit, mox pedes inuadit, inde nec cerebro, nec stomacho parcit: nocet corpori, nocet animæ. Qui plusquàm satis se vino iniurgitat, colubrum fouet in sinu. Notum illud Gabriæ;

Colubrorum dolositas.

Ἰδαλιά τις γεωργὸς ἐν κόλποις ὄφιν
ὠφληκύους διὰ δὲ χίμως ὕδατος,
ἔφλεξε τὸν θάλψασα, κἀπέπνιγεν
τάχος.
οὕτω καὶ ποιοῦσι τοὺς εὐεργέτας.
Fouebat quidam agricola sinu colubrum
Gelu rigidum. postquam verò cœpit incalescere,
Ferit fouentem & occidit celeriter.
Sic mali faciunt suis benefactoribus.

Comparatio serpentis.

Sic ergo accidere potoribus, qui se nimis liberaliter proluunt, docet Salomon; vt hospes Bacchus hospiti suo sit exitio. Si lubet, confer Sacræ Scripturæ loca, in quibus *serpentis*, *anguis*, vel *colubri* vocabula noster vsurpauit: inuenies promiscuè

Hospes Bacchus hospiti suo exitio.

Insula Ophiussa Plinius. Solinus.

Plutarchus. Viperas & Belonas rum partus.

scuè pro generico vti nomine, vt aduertit Bustamantius lib. 1. de reptilibus non semel: hoc tamen loco vt presse capiam, facit quod de regulo subsequitur. Vtroque verò dicto insinuatur ebrietatis, & sub eâ cunctarum voluptatum initium esse dulce, & exitum amarum ac venenosum. Sic Baynus, Iansen. Peltanus.

Bustamantius. Sensus adagij. Voluptatum initium dulce, exitus amarus. Baynus, & alij.

ADAG. CCXXXI Sicut regulus venena diffundet.

EX EODEM VERSV XXXII.

Sicut regulus venena diffundet.

LXX. ὡσπερ ὑπὸ χειρὸς διαχεῖται αὐτῷ ὁ ἰὸς, *sicut à ceraste diffunditur ei venenum.* Chaldæus, *sicut aspis quæ volat.* Melius noster, quia nec aspis alas habet, nec velox est vt iaculus: nec ceraste aspectu necat licèt venetur. Nam similitudo posita in noxâ, quæ aspectu hauritur: & ideò dixerat, *ne intuearis vinum quando flaueſcit*, (seu rubescit) *& cùm splenduerit color eius.* Hebr. *oculus eius*: quod nulli serpenti quadrat aptiùs, quàm regulo & catoblepæ. de *Ceraste* sic Solinus cap. 30. *Ceraſta præferunt quadrigemina corniculà, quorum oſtentatione, velut eſcâ illice ſollicitatæ aues periimunt, nam reliqua corporis de induſtriâ arenis conſeguunt, nec vllum indicium ſui præbent, niſi ex eâ parte, quâ imitatis dolo paſtibus necem præpetum aucupentur.*] Vinum non se occulit, sed ostentat in vitro: & vim occulit, sed per se innoxiam. Venenat, qui sumit. Idem cap. 33. *Iuxtà Nigrim fluuium Catoblepa naſcitur, modica, atque iners beſtia, capus prægrane ægrè ferens, aſpectu peſtilenti. nam qui in oculos eius offenderint, protinùs vitam exuunt.*] צפע *tsephahh* noster vt plurimum vertit *regulum* seu *basiliscum*; qui Lucano lib. 9. dicitur

Ceraſtes. Solinus. Catoblepa. Basiliscus.

Ante venena nocens . . . nimirum aspectu venenum transfundens, & hominem quem vidit necans, vt docet Plinius lib. 8. 21. & breuiùs lib. 29. cap. 4. *Baſiliſci, quem etiam ſerpentes ipſi fugiunt, alios olfactu necantem; qui hominem, vel ſi aſpiciat tantùm, dicitur interimere.*] idem refert Ælianus, & alij quos refert Bustamantius lib. 3. de reptilib. cap. 16. qui c. 17. disputat physicè de contagioso basilisco oculo ipsi hominis si prior homo adspexerit; & de contagioso basiliſci oculo ipsi homini si præuenerit basiliscus adspiciendo. Nobis ergo regulus venena diffundens hoc loco præbet vsum adagij de fugiendâ vini, & aliarum illecebrarum carnis voluptate: maximè fœminarum omnium aspectu, qui laqueus est: queritur ille,

Plinius. Ælianus. Bustamat. Contagiosus hominis oculus basilisco, si prior homo inspexerit, & vice versa. Vsus adagij.

Cynthia prima ſuis miſerum me cepit ocellis,
Contactam nullis antè cupidinibus.

laqueus, & quidem ignitus,

Vritq; videndo
Fœmina . . . . .

EX EODEM CAP. VERS. XXXIV.

ADAG. CCXXXII. Eris sicut dormiens in medio mari: & q. sopitus gubernator amisso clauo.

Esse sicut dormiens in medio mari,
Et quasi sopitus gubernator amisso clauo.

SEntentiam luculenter expressit noster, iis additis quæ rem apertam exhiberent. Hebræus sermo multa relinquere solet intellectu

ſupplenda, vt hoc loco de clauo amiſſo. Hebraicè eſt, *& eris veluti dormiens* (ſic etiam verterunt Aqui. Symm. & Theodot.) *in corde maris; & ſicut dormiens* בראש חבל, *Beroſch chibel*, quod explicant L x x. vt vertit Caſſianus collat. 20. cap. 9. *& iacebis, tanquam in corde maris, & ſicut gubernator in magna tempeſtate.* καὶ κατακλίση ὡσεὶ ἐν καρδίᾳ θαλάσσης. καὶ ὡσεὶ κυβερνήτης ἐν πολλῷ κλύδωνι.

Chibel. Planè incertum eſt, quid *chibel* hìc ſignificat. ab Hebræa voce Germanum *kabel*, & Gallicum *kable*, hoc eſt, *rudens nauticus*, deducitur. R. Ionah putat eſſe quiddam è funibus confectum, cui inſident qui naues bitumine illinunt, & cui indormire ſit valde periculoſum. R. Sahadiah & R. Immanuel corbem nauis qui eſt in ſummo malo corbitæ, quo vtuntur pro ſpeculâ, *La gabia*; R. Dauid ſummitatem funium, ſeu ſpirarum, ſuper quas iacere ſeu dormire ſolitus gubernator, vt inde moneat quando funes laxãdi, quando contrahendi, & cetera quæ vſus poſtulet. Nec deſunt, qui ad anchoræ (ſcilicet ſublatæ in nauim) rudenti alligatæ verticem referant. L x x. & noſter ad ſenſum magis attenderunt. Omnes enim interpretationes in eo conueniunt, quòd ſummam iactationem & inquietudinem capitis vertigine pleni, ebriorum, & magnum animæ periculum indicari his adagiis putent: licèt diuerſimodè accommodent.

Vocis Gallicæ (kable) etymon.

Caietan. Stius adoptat. I. Caietanus, *Aſſimilatur ebrius* (ait) *iacenti in aquis maris, quia quemadmodum iacens in mari continuis fluctibus agitatur: ita ebrius intus agitatur tanquã fluctuãs.*

II. *Poteſt nihilominus ſimilitudo hæc intelligi quoad ſubmerſionem. Iacens enim in corde maris, iacet ſubmerſus aquis fluctuantibus: & ebrij animus iacet merſus ſub humoribus fluctuantibus ex copia vini. Aſſimilatur quoque iacenti in aëre, in ſummitate mali nauis. ſummitas enim illa continuè agitatur: & ſic ebrius intus agitatur. agitatur enim corpus ſecundum humores ſubmergentes animam;* & propterea aſſimilatur iacenti in corde maris, *agitatur & animus ſecundum ſpiritus animales, & propterea aſſimilatur iacenti in ſummitate mali.* Hæ tres interpretationes ſunt iuxta Hebraicum textum: & prima coincidit in tertiam: ſecunda valdè craſſa eſt, nec conuenit cum textu. Aliter longè Iſidorus Clarius; *Qui* (inquit) *ebrietatem ſectantur, ita excidunt ab vſu rationis, vt iacentes in lectis, putent ſe fluctuare in medio mari, aut iactari in malo nauis.* Aliter Baynus comparationem accepit, & non vno modo. primò, ex eo quòd qui dormiunt, vel iacent in naui, putant omnia moueri, & ſeipſos quieſcere: idem ebriis contingere, quia terram moueri arbitrantur. ſecundò hoc dici, valdè iactaberis, adeò vt ne dormire quidem quietus queas: quaſi dicat, neque vigilare cum decoro, neque dormire cum quiete poteris. Hæc ſecunda communis eſt omni verſioni; ſed longè petita. Quare ſubdit & aliam, *vt ſit Metaphorica locutio: Eris tanquam nauclerus, qui ſtertit, dum per medium maris nauigat, penes quem totius nauis ſalus eſt: aut eris velut ille, qui in ſummitate mali conſtitutus, quatenus vel de aduẽtu piratarum ſignificet, vel portum & terram ſpeculetur: vt iſtis, inquam, dormientibus, dum per medium maris nauigatur, omniũ qui in mari ſunt periclitatur ſalus: ſic erit is, qui vino ſepultus, abſurda ſiue contraria aliis hominibus, & videt & loquitur, nauem ſuam in curſu huius vitæ gubernare non poteſt. Nam dormiente nauclero, id eſt, mente & ratione, (dormit autem, quando voluptatibus vacant ſenſus) reliqui nautæ, hoc eſt, reliquæ potentiæ fruſtrà laborant remigando. Sicut abſente* CHRISTO Luc. 5. totâ

Secunda expoſitionis probatio. I V. Iſidor. Clar. V. Baynus. VI. VII.

CCXXII. *totâ nocte Apostoli laborantes nihil ceperunt. Nam mens reliquis animæ viribus præesse debet, & vigilare velut in summitate mali nauis, ne à piratis aut prædonibus spoliata nauicula corporis nostri, submergatur aut suffocetur à voluptatibus huius vitæ.*] Platoni anima in corpore versatur, sicut nauta in naui: fortassis hac doctus fuit parabola, & quoad motus principium locutus fuit. Significari periculum, quod dixi, etiam censuerũt Liranus, Dionysius, & ceteri. Vti possumus, quando videmus aliquem in hisce mundi procellosis negotiis negligenter se gerentem; & sinentem se abripi vini aut Veneris voluptatibus, aut iræ impetu; nam isti flabris passionum & tentationum agitantur, more maris concitati: & cùm negligant infrenes suos appetitus rationis habenis compescere, sinunt animam suam in varias vitiorum sententias corruere, & demergi. Sic Bedã, & vtraque glossa.

Plato. Anima in corpore, sicut nauta in naui.

Lyranus. Dionysii. Visus adagio

Beda.

Nec abs re S. Hieronymus de clauo nauis seu gubernaculo accepit; quia *chabal* etiam significat *gubernare*, vnde *chibbal*, *gubernaculum*. Gubernatoris est in puppi ad clauum sedere; vt ait Cicero de Senectute, & vt dicitur veteri prouerbio, *clauum rectum tenere*. Nostro adagio similia sunt illa Ciceronis lib. 7. ad Attic. epist. 44. *E portu sine gubernaculis egressi, tempestati nos traderemus.* & lib. 1 ad Q. fratrem epist. 4. *gubernatorem dormientem ea tranquillitas obruere possit.* Sed magis explicat Palinuri obitus, quem ipse narrat Æneid. 6.

Cicero.

Palinurus. Virgilius.

Nauique gubernaculum multa vi forte reuulsum,
Cui datus hærebam custos, cursusque regebam,
Præcipitans traxi mecum, maria aspera iuro,
Non vllum pro me tantum cepisse timorem,
Quam tua ne spoliata armis, excussa magistro
Deficeret tantis nauis surgentibus vndis.

at illi cùm excussus in mare cum clauo fuit,

Vix primos inopina quies laxauerat artus, vt dicitur lib. 5. quanto magis timendum exitium illis, qui sponte suâ clauum amittunt, vt dulci vesaniâ sopotentur? vt balænæ, à duce suo destitutæ. narrat Plutarchus, & gubernatoris vtitur comparatione lib. quo disputat *vtra sapientiora, terrestria, an aquatilia*, sub finem operis: ἐὰν δὲ καλοῦμεν ἡμεῖς ἰχθύων, μεγέθει μὲν ἐφ' ἁλὸς καὶ σχήματι καθ' ὑφὴν ἰχθύδιον, τῷ δ' ἐπιφάνειαν ὄρνιθι ἐοικέναι λέγετε, καὶ διὰ τὴν ταραχύτητα τῆς λειπόμενον ἐοικέναι λέγετε, καὶ διὰ σύνεσιν ἐνίων μεγάλων κητῶν, καὶ προσηκόντως τὸν δαίμονα ἐπευθύνειν, ὅταν ἐκεῖ χαθῆσται βράχεσιν, οὐδὲ εἰς πέναγρον, ἢ τινὰ πορθμὸν ἐμπέσῃ δυσέξοδον. ἔπειται γὰρ ὥσπερ τὸ κῆτος, ὥσπερ ἐφ' ἁλκυόνα ναῦς, παραγόμενον ὑπαδῶς. ἢ τῶν μὲν ἄλλων ὅτι ἂν παραλάβῃ τῷ χάσματι ζῶον, ἢ σκάφος, ἢ λίθον ἀΐδρις ἁλίσθαρται, καὶ ἀπόλωλε πᾶν ἐμβεβυθισμένον. ἐκεῖνο δὲ γινώσκον ἀναλαμβάνει τῷ σώματι καθάπερ ἄγκυραν ὄντος. ἐγκαθύδει γὰρ ὥσπερ, καὶ τὸ κῆτος ἔσκηκεν ἀναπαυομένου καὶ ἡρεμοῦντος. περιλθόντος δ' αὖθις ἐπακολουθεῖ, μήτε ἡμέρας, μήτε νυκτὸς ἀπολιμπάνομενον, ἢ ῥάμβεται καὶ πλανᾶται, καὶ πολλὰ διαφθείρει, καθάπερ ἀκυβέρνητα πρὸς γῆν ἐξενεχθέντα. quod sic vertit Grynæus; *Is verò quem gubernatorem vocant, magnitudine formaque gobij piscículus, foris quidem animum, cùm horruere, propter asperitatem squamæ, similis, grandiorum balænarum cupidam semper haret, præterq; cursum dirigens, ne vel in breuia, vel in scopulum impingat, vel in angustias se penetret, vnde exitus non detur. Hunc balænæ, velut remonem nauis, sequitur, ducique*

Plutarch.

Gobius piscículus.

Balæna doctorem habens ne impingat.

ducique fert haud inuita: ac ceterorum quidem, quidquid intra barathrum bellua venit, seu scapha, seu saxum, pessum id statim, penitque in altiu profunda mersum: hunc autem agnitum, ore velut anchoram recipit, dormit vnâ, quiescente quiescit, progrediente progreditur, haud vsquam diu nothique destituens. Hoc nisi facit, errare impingereque certum est. periere multæ, dum, velut gubernatore carens nauigium, delatæ ad terram sunt.] *Mostolum* vocat Oppianus lib. 5. ἁλιευτ. circa principium:

Mostolus. Oppian.

τεύχεα καὶ πάντεσσιν ὁμόζυλος ἑρχέλαι ἰχθῦς
βαιὸς ἰδεῖν, δολιχόσσελμος δέμας, ἀσπὶς δὲ οἱ οὐρή,
ἔξοχος, ὃς προπάροιθεν ἀλὸς πόρον ἡγεμονεύει
σὺν μάνυρ τῷ καὶ μιν ἐφήμισαν ἀγνῶτες.

Laurentius Lippius sic transtulit;

Hac ratione comes cunctis ductórque viarum
Musculus est, paruus visu, sed corpore longo,
Et tenui caudâ paulum semotus ab illo
Præcedit, monstrátque viam, ducitque per æquor.
Hinc piscem vero ductorem nomine dicunt.

Mox modum ducatus describit eleganter, vt solet, Oppianus, & concludit pro clauo & temone Mostolum esse Ceto; ὁππότε πᾶν πίμπρᾳ οἶακος χαλίνῳ.

Mostolus Ceto pro clauo & temone.

Et veluti clauus tentis moderatur habenis
Aduentis nauem magnam, ductque per æquor.

Insidiantur itaque piscatores pisciculo, nam eo capto bellua vasta, orba magistro, non valet pericula maris euitare, & quò ducunt fluctus caligine fertur opacâ, & in breuia, Syrtes, scopulos, & littora impingens hæret deprehensa. hac arte dæmon callidus venator agit nobiscum, ductorem nostrum, rationem

Artibus allectam variis, & fraude reuinctam,

in nassam vel hamum compellit; eâ vinctâ, quid miseri, nisi præda sumus? Claudianus lib. 2. in Eutropium ingeniosè ad rempub. perito gubernatore destitutam transtulit;

Claudianus.

Sic vacui rectoris equi; sic orba magistro,
Fertur in abruptum casu, non sidere, puppis.
Sic ruit in ripas amisso pisce sodalis
Bellua: sulcandas cui prænius edocet vndas,
Immensumque pecus paruæ moderámine caudæ
Temperat, & tanto coniungit fœdera monstro.
Illa natat rationis inops, & cæca, profundi
Iam breuibus deprensa vadis, ignara reuerti
Palpitat, & vanos scopulis illidit hiatus.

Quem locum habes ex Oppiano & Plutarcho elucidatum.

EX CAP. XIV. VER. XX.

ADAG. C C XXXIII. Lucerna impiorum extinguetur.

Lucerna impiorum extinguetur.

POsitum totum suprà, Adag. *Lucerna extincta.*

EX EODEM CAP. VERS. XXVI.

ADAG. C C. XXXIV. Labia deosculabitur.

Labia deosculabitur.

CVm volunt Hebræi significare aliquem esse delicias, & amo

CC XXXIV. Titus Vespasianus amor omnium.

amorem omnium, vt de Tito Vespasiano circumfertur, teste Suetonio in Tito, cap. 1. eò quod omniū voluntatem promereretur; dicunt Hebræi *Labia deosculari* שפתים נשק *Sephathaim naschac*, quia osculum, amoris, reuerentiæ, & obedientiæ signum est. LXX. hoc loco *Labia deosculabuntur*, χείλη φιλήσουσιν: & Theodotion, χείλεσιν καταφιληθήσεται, ambiguè omnes, videlicet an respondens labiis suis aliorum oscula recepturus, an verò aliis ipse daturus dicatur.] Nec dubium tollunt Arbor. aut Liran. qui exponunt, pacē inter dissidētes reformabit, quod etiam secutus Dionysius: & licet addat, amabilis est bonis hominibus, adhuc nodum reliquit indissolutum.] Qui referunt ad ipsum respondentem, sic exponunt, vir prudens, doctus & verax omnes demerebitur, & consolabitur, perinde ac si eos à quibus consultus fuit deoscularetur. Sic Caietanus, & Peltanus in scholio, nam in Paraphrasi ambiguè exponit, non solùm ad manum Principis osculandam, sed etiam ad oris osculum admittetur. Sic etiam Saa, admittetur ad oscula, id est, ad arctam amicitiam. Sic ante vtrunque etiam Vatablus; nec non Baynus, admonens posse in genere accipi, pro, carus & amicissimus erit omnibus. Alij volunt per enallagen dictum, q.d. qui interrogant virum prudētem & rectum, recta, hoc est, iusta & vtilia respondente illo, vehementer eius amore succendentur, & labia illius dissuauiabuntur, hoc est, colent, amabunt, & obseruabunt eum. Sic Hebræi plerique, qui videntur accipere, vt dictum de iudice, iusta sine acceptione personarum iudicante, de quo vt primariò intelligatur; tamen ad omnes bonâ fide bene consulentes porrigendum, cum Ianseuio, Bayno & aliis. Sic etiam acceperunt Chaldæus Paraphrastes, R. Immanuel, & R. Dauid, Isidorus Clarius, & Baynus, ac Iansenius, licet alteram sententiam nō reiiciant. Hieronymus etiam siue Beda, & Strabus; *Osculum* (aiunt) *pacis & amoris est signum. Qui ergo respondet recta, labia deosculabitur: quia quicūque neglectâ acceptione personarum, sola iustitia verba sequitur; iste etsi insipientibus grauis fortè videtur & austerus: multos tamen prudentes: multos qui sua dicta cum amore amplectantur, inueniet. Sape & illos, quos aduersantes suis rectis assertionibus toleranerat, conuersos postmodum ad meliora, amicos recipiet.*] Fauet etiam Hebraismus. nam vbi nos habemus Genes. 41. 40. *ad tui oris imperium omnis populus obediet:* Hebraicè est, *& super os tuum osculabitur omnis populus meus.* hoc est, tua mandata omnes probabunt, & obsecundabunt. & vbi nos habemus 3. Reg. 19. 18. *Omne os quod non adorauit eum osculans manus.* Hebr. est, *omne os, quod nō dedit osculum ei.* Vnde iā patet cur Psal. 2. v. 12. pro *osculamini* noster verterit (*apprehendite*) de quo illic in Salmantinis prælectionibus egi copiosè. Vis integram Adagij explicationem? vt osculum hinc inde duorum labia coniungit, tu vtrāque iunge interpretationem, significari mutuam & sinceram beneuolentiæ contestationem, ortam ex salutandi Hebræorum, Græcorum, Romanorum more, de quo nunc non est agendi locus.

Dubium in expositione.

Caietan. Peltanus.

Saa.

Vatablus. Baynus.

Alia expositio.

Autoris sententia.

EX CAPITE XXV. VERS. XI.

ADAG. CCXXV. Mala aurea in lectis argēteis.

Mala aurea in lectis argenteis.

Quæstio prima.

PRimò quæritur, an de veris pomis agatur an de sculptis. nam quidam volunt indicari mala aurea, hoc est, medica, seu citria, qualia fuere de quibus Maro,

Aurea mala decem misi: cras altera mittam.

Quæ vtilia sunt, & aspectu grata per se, si tamen vitreæ phialæ, vel argenteo imponantur fulcro, multo sunt futura pulchriora oculis intuentium. Sed hæc interpretatio nouella est: præstat accipere de malis ex auro fabrefactis, cum veteribus tractatoribus Hebræis, & cæteris, & monuit expressè Baynus, & confirmat similitudo posita in ver. seq. *Inauris aurea, & margaritum fulgens*, &c.

Autoris sententia.

Baynus.

Altera quæstio.

Secundo quæritur, quid sit illud *in lectis argenteis*. mira est versionũ varietas orta ex lectione Hebræa *Bemasçioth*, במשכיות quod Abenezra exponit *in absconditis* seu *in thesauris*; quasi velit dicere reposita vt suo tempore promantur (sic Pagnin.) vel cum eo quod eis conuenit (sic Mercerus:) ego potiùs puto abscondita vocasse thecas aptas illis. Nam placet, quod Vatablus breuiter dixit; vocem Hebræam propriè significare *thecas*, in quibus lapides pretiosi recluduntur; ita tamen vt videantur. Gallis; *des cluyres voies*: Hispanis, *vnas rejas*. Hæ thecæ erant argenteæ, foraminatæ, instar cancellorum: per quas resplendebant ex auro obryzo poma. quæ fuit sententia R. Moysis, vt docet Lyran. hic. Et sic conciliari possunt omnes versiones, vt Pagnini, qui vertit *in picturis*, cum Thargumæo, vel in *in celaturis*; Isidori Clarij, qui *in cancellis*; aliorum, qui *in foraminibus*; Ariæ Montani, qui in *thecis transparentibus*, Theodotionis & Symmachi, qui ὁ περιβλέπτοις, *in conspicuis*, eodem sensu: non tamen & Caietani, qui defectu Latinitatis se mirè inuoluit; sic enim scribit; iuxta Hebræũ habetur, *mala auri in casuris argenti. Dictio interpretata* cæsuras, *vocabulorum penuria est sic interpretata. Significat enim incisiones, quas fabri pulchra arte efficiunt, ad diuersas figuras, non per modum sculpturæ, quo statua fiunt in massa aliqua argenti vel marmoris, vel ligni habentis lineas suas; sed quo parties separatas ad inuicẽ multis figurationibus efficiunt, representando, vel rem naturalẽ (puta vitem cum frondibus & botris) vel inuolucrum aliquod multis intersectionibus figuratum, quod opificij genus vulgari sermone Italico vocatur*, intaglio, *in quacũque fiat materia. Assimilat igitur pomis ex auro figuratis, super casuras huiusmodi ex argento. Forte inuolucrum aliquod argenteũ virgultiorum producentium mala auri plebat tunc tẽporis non solùm pretiosum, sed pulchrum ex opere artis.*] tot verbis vermiculatum emblema expressit. Gallis, *œuure de pieces rapportees*. Belgis, *ingeset vvech*, Hispani, *enbutido*. Sed de hoc opere hic non agitur. verùm de thecis cãcellatis, siue clatratis. Nescio quid Lxx. mouerit, vt כסף *kasaph* non *argenti*, sed *Sardij* verterint, μῆλον χρυσῦν ὑ λιθίνῳ σαρδίῳ, *malum aureum in monili Sardij*. Sensu tamen non dissident, nam tale monile arte & colore mirè oblectat. Restat cur noster verterit *lectos argẽteos*? Quidam putant significari tantùm mala auro tecta quæ columnis lectorum imponi solita (sic Saa) vel de lectis super cortinas dependentia (sic Iansen.) sed neutrum placet. Cur ergo noster *lectos* vertit? an quòd aliis punctis legerit *bemischasioth*? vt Isai. 57. 2. an verò quòd Metaphoricè thecas hasce vocauerit *lectulos*, seu strata ipsorum malorum? vtrumque dici potest, & vtrumuis

Casuræ.

Pagninus. Mercerus.

Lectos argenteos cur vertit autor.

Sensus adagij.

trumuis dixeris, adagio nostro significabitur quodlibet dictum, factúmve, quod simul vtile & iucundum, siue honestum & pretiosum. Patet ex adiunctâ parte comparationis; *qui loquitur verbum in tempore suo.* hoc est, opportunè seruatis circunstantiis, nam si qua desit, sermo prudens ipse quidem erit similis aureo malo, sed non in rotis suis, hoc est, non in thecis argenteis. Notandus enim Hebraismus de quo statim. Simile nostro adagio est illud Siracidæ Eccles. 26.23. *Columnæ aureæ super bases argenteas.*] pone quæ habes pag. seq.

ADAG. CCXXX. VI. Verbum dictum super rotis suis.

EX EODEM CAPITE, ET VERSV.

Verbum dictum super rotis suis.

IN Hebr. est adagium; *Daba dabur hhal-alphenai* דבר דבר על - אפניו *verbum dictum super rotis suis*; id est, *opportunè*, vt Chaldæus, seu vt Aqu. & Theod. λαλῶν ῥῆμα ἐπὶ ἁρμόζουσιν αὐτῷ, *loquens verbum in sibi conuenientibus, en lo que bien le arma*, Hisp. Symmachum, qui λαλῶν λόγον ἐν καιρῷ αὐτοῦ, noster secutus. Contrarium dicitur de fatuo, Eccli. cap. 20.22. *Ex ore fatui reprobatur parabola, non enim dicit illam in tempore suo.* οὐ γὰρ μὴ εἴπῃ αὐτὴν ἐν καιρῷ αὐτῆς. Sic hoc loco vertit; *qui loquitur verbum in tempore suo.* Sub *tempore*, locum, personas, modum & reliqua comprehendit. Mens in corpore est instar, aurigæ, vnde de homine cui dominantur passiones, non ratio, dici solet,

Symmachus.

Mens in corpore instar aurigæ.

Fertur equis auriga, nec audit currus habenas.

Sicut rota debet orbitæ suæ adaptari, & axi cui inhæret, alioquin citò currus subuertitur; sic & sermo debet aptus esse tempori. hinc ducta metaphora, quæ adeò vera, vt quod alioqui non satis per se cõcinnum est, si congruo tempore dicatur, non inconcinnum soleat videri, & contrà *bonum, malum sit tempore haud datum suo.* Vetus est,

πανὸν τὸ καλὸν ὅτι μὴ καιρῷ τυχῇ.

adeò, vt ait Hesiodus,

Hesiodus.

καιρὸς δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστος.

Opportunitas in omni re optima.

Pindarus in Pythiis, in omni re tẽpus dixit fastigium obtinere,

Pindarus.

ὁ δὲ καιρὸς ὁμοίως πάντων ἔχει κεφυάν.

Vide Chiliad. 1. cent. 7. adag. 70. *Nosce tempus.*

Sed aliorum quoque explicationes accipite. Caietanus, *super rotas suas, id est, super loca Topica, super colores rhetoricos, super modos loquendi. hæ enim sunt rotæ sermonis, in quibus vehitur sermo ad persuadendum & instruẽdum:* sequitur eum Iansenius. quod mihi nullo modo placet, vt potè longè petitum, nec consentiens cum nostrâ versione.

Caietanus.

Iansenius.

Cuius sunt aliquæ mysticę explicationes, vna Isidori Clarij, *significari hoc prouerbio, verbum Dei in cortice non considerandum, sed in medulla: sicut serpens in eremo suspensus significabat* CHRISTVM, *& cetera id genus. Nam quod ait*, in suo tempore, *alius vertit*, in formâ suâ.] q. d. in typo & figurâ.

Mysticæ explicationes.

Rob. Baynus, etiam verti posse, *cum modis suis.* vt sit sensus, *verbum dictum in castigatione amici (vt ipse Salomon exponit) dum velut argentum clarum, lucet amor inter verba castigationis, qui corripit amicum, ea debet vti moderatione verborum, vt in eloquio argenteo scripturarum lateãt poma aurea, hoc est, charitas infinita, & quæ modum nesciat.*] alludit ad formam sphæricam pomorum & ad materiam metalli. Sumpsit autem id ex

Baynus.

Bedæ

Bedæ allegoriâ. Verba sunt; *Sacra eloquia rectissimè* lectis *comparantur* argenteis. *Lectis videlicet, quia requiē præstant animabus audientium: argenteis autem, quia spendida fulgent virtutibus patrum. Vnde scriptum est*, eloquia Domini, eloquia casta, argentum igne examinatum. *Quorum ornatui lectorū*, mala *superaddit* aurea *quisquis eadem diuina eloquia, & spiritalibus plena sensibus & mysteriis, exponendo demonstrat. Qui nimirum sensus, aptè* mala *vocantur, quia de arbore vitæ, id est, Dei sapientia, sunt orti. Aptè aurea mala, quia notitiam amorémque perpetuæ claritatis* (lego charitatis) *mentibus infundunt.* Mala *ergo* aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore suo: *quia, qui verbum Dei opportunè nouit, iuxta audientium capacitatem, prædicat; modo exempla ac dicta Patrum, per quorum custodiam ad requiem perueniatur æternam, iuxta litteram replicat, modo suauiores in his spiritualium sensuum fructus, quibus pia audientiū desideria pascat, remoto litteræ velamine pandit.*

Beda. Sacra eloquia lectis argenteis comparata.

EX EODEM CAPITE. VER. XIII.

Frigus niuis in die messis.

BEDA C. CCXXXVII. Frigus niuis in die messis.

PRo *frigore* Hebraicè est *tsinnach* צנה, quod volunt deduci à radice *tsanan* צנן inusitatâ, quæ significet *frigescere*, & nonnulli recentiorum conferunt cum *schanan* שנן *acuere*, & exponunt *peltam*, *sparam*, seu *aculeum*, denique quicquid acie suâ penetrat, & ideo volunt dictum *frigus* צנה quòd sit admodum penetrabile. Ideo etiam exponunt hoc loco de niue in stiriam congelata. Non ignoro illos reprehendi à Mercero, qui fatetur se nominis causam ignorare, & nihil adfert melius. Loca sacræ Scripturæ conferenti vnicus occurrit in quo *frigus* redditum, iste noster; semel vulgatus *arma* vertit, Prou. 22. 6. semel *contos*, Amos 4. 2. semel *lanceas*, Num. 33. 55. semel *armatum*, Iob. 5. 5. vbi LXX. ἐνόπλως. Chaldæus *armatos armis bellicis*. semel *fudes*, Iosue 23. 13. aliàs semper *clypeum*, vel *scutum*: quæ videtur primaria significatio, per synecdochen, à pinnâ seu cuspide ferreâ quæ solet orbi scuti inhgi. Hic *frigus* vertunt præter LXX. & Chaldæum, etiam Vatablus, Pagninus, Clarius, & ceteri: & sic etiam verti potuisse Prou. 22. 6. fatetur R. Dauid, & amplexus fuit ibi R. Leui.

XVII. A Mercero versio notata. Vatablus & alij.

Caietanus & omnes alij fatentur sensum hoc loco commodè seruatum. Sed non eundem sensum proponunt: quidam de verâ niue & eius frigore accipiunt, quod aiunt esse refrigerio æstuantibus in messe. Sic Beda, Strabus, Caietanus, Isidorus Clarius. Caietan. Expositiones variæ. Beda, & alij.

Reprehendit hoc Liranus, quin non est hoc aptum nec conueniens æstati, vt dicitur seq. cap. v. 1. *quomodo nix in æstate & pluuia in messe; sic indecens est stulto gloria*: ideo vult intelligi de vento refrigerante instar niuis, vt solet Circius æstate perflans. sic etiam de refrigeratione simili niuali frigori, accipiunt Dionysius, Arboreus, Vatablus, Jansenius, & alij. Liranus. Dionys. & alij.

P. Peltanus etiam de aurâ frigidâ exponit, sed addit & aliam explicationem de gelidæ potu, qualis est bibentium cum niue aut glacie: de qua re locum accepit & medicè explicuit Fran. Valesius sacræ Philosophiæ cap. 61. quod veteribus in vsu fuisse fateor; huic loco, vbi de Gelidæ potus. Fr. Vales.

messo.

CCXXXVII. messoribus agitur, minùs fortassis accommodatum alicui id videatur, quàm aulæ deliciis. Veteres vocabant *niuem bibere*: qua de re satis multa ex Alexi, Dexicrate, Euthycle, Xenophonte & aliis producit testimonia Athenæus lib. 3. sub finem; Athen. Plinius lib. 19. c. 4. de Romanis idem testatur, quod de Græcis & Asianis Athenæus: *Aqua quoque separantur, & ipsa vi pecuniæ elementa discreta sunt. Hi nines, illi glaciem potant, panásque montium in voluptatem gulæ vertunt. Seruatur algor æstibus, excogitatúrque vt alienis mensibus nix algeat.*] & Lucillius apud Ciceronem 2. de finibus de vino meracissimo, Cicero.

Quæ nil dempsit nix, & sacculus abstulerit nil.

quod nec sacculo transfusum, nec niue fractum. meminit etiam Martialis lib. 14. epigr. 117. Martialis.

Non potare niuem, sed aquam potare rigentem
De niue, cõmẽta est ingeniosa sitis.

Hieron. Mercurialis. Lege Hieronymum Mercurialem lib. 1. varior. cap. 8.

Nihilominus crediderim nostrũ sic explicare voluisse Hebræam vocem, vt nihil de significatione illius diminueret, & *frigus niuis* posuisse pro ipsa refrigeratione quam nix adfert. Sensum itaque esse, Legatum fidelem esse Domino suo anxio & curis æstuanti, id quod esset messoribus, Syrio cuncta torrente, obumbratio scuti ex niue, quo repelleretur ardor ille Solis, vt quasi in vmbrâ versarentur. Si cui explicatio minùs placuerit, is Dominum Iansenium adeat, diligenter hunc locum explicantem; ita tamen, vt quod consuetum ei, vestigiis Bayni institerit. Igitur quia Bayni codex rarus est, præstabit eius verba hîc ascribere. *Messores, pra omnibus aliis operariis, solent torqueri calore & sitiz vt qui maximis ardoribus anni, procul ab vmbrâ, procul a fontibus, summa fatigatione laborant, refrigerari vehementer cupiunt: quibus nihil amanius posset contingere, quàm vel ninium, vel glaciei frigora, in quibus facilis esset labor, & iucundus sudor. Sed istis simul frui non licet, messe scilicet & frigore, præsertim australibus plagis. Talis ferè est conditio Regum & Principum: qui de magnis rebus in longinquas regiones legatos mittunt, interim magno æstuates desiderio, impatientes mora, animo tranquillo ferre dilationem non valent. Quorum tandem reuersus legatus fidelis, cum nuntio & responso ex eorum animi sententiâ, laborantem animam & anhelantem pra desiderio, tranquillam & pacatam efficiet.* Altiora quæ addit, ex his Bedæ mutuatur; *Legatus fidelis, doctor est catholicus; qui autem eum mittit, Dominus: dies messis in æstu, tempus est prædicationis inter furores persequentium*] Sensus ergo adagij secundùm omnes expositiones est, de re vehementer optabili & iucundâ. Sensus adagij.

Sensus adagij. Autoris sententia

Iansenius Bayni vestigiis insistere solitus.

EX EODEM CAP. VERS. XIV.

ADAG. CCXXXVIII. Nubes, & ventus, & pluuia nõ sequẽtes.

Nubes, & ventus, & pluuia non sequentes.

SEnsu conueniunt Hebræa, Græca, Chaldæa, & Latina. Nam quod Hebraicè est נשיאים *neschiim*, & quidam *vapores*, hoc LXX. νέφη, & Chald. *diem nubium*, hoc est, tempus nubilũ, & Pagnin. *nubes* vertunt. & in illo אין *abi, non*, subaudiendum aliquid omnes conuenit; Chaldæus subaudit, *in quo inest*, vt sit nubilum & ventus carẽs pluuia, hoc est, ad quæ non consequitur imber: quæ nubes, vt vtar vocibus poetarum,

non est procellosa, vmbrosa, nigrãs, obscura, humens, grauida, picea, atra, aquosa: sed vacua, & idcirco leuis, liquida, alba, vel, vt Iuuencus vocat, *ignicolor*. Iudæ 1.12. *nubes sine aqua*. & quia vacuæ huiusmodi & æstiuæ nubes candicant, & interdum valdè resplendent, ideo LXX. supplent, ἐπιφανίσατα, vt habet Vaticanus liber, vt etiam referatur ad nubes, hoc est, clarissima, seu illustrissima: Cassianus tamen collat. 15. cap. 7. legit ἐπιφανίσατοι, vt Complutens. & Regij. Ex his facile elucet sensus adagij, nempe de iis, quorum promissa sunt ampla, sed verbotenus, nec vnquam præstant pollicita, aut verba in rem conferunt. veteres vocabant *Charetis promissa*; quibus illud placet,

Vaticanus liber.

Sensus adagij.

Charetis promissa.

Promittas facito. quid enim promittere lædit?
Pollicitis dives quilibet esse potest.

impium, perfidũ, illiberale dictum: cuius authores & amatores digni ad Echetum relegari. Nec minùs qui fallunt quotidie, & digna pœnâ vicissim falluntur, quibus in ore, & in corde Hispanicum: *Palabras de comedimiento no obligan.* interea lactant labiis, & vt de Lamiarum cõuiuiis fertur, spe saturos, marsupio ac stomacho famelicos & inanes dimittunt: quibus quis aptè optet, vt quo ceteros pascere volunt, ipsi cibentur, aëre fumóque. Potest simul exponi de ventis & nubibus, nam nubes pluuiam designant, Luc. 12. 54. *cum videritis nubem orientem ab occasu, statim dicitis; imbrem venit, & ita fit.* Ventos etiam, maximè qui Australes, solet pluuia consequi: sic enim 3. Reg. 18. 44. antequã cœli contenebrarentur, præcedit *nubecula parua quasi vestigium hominis ascendens à mari* (hoc est, à plagâ meridionali Iudææ) & mox *nubes & ventus, & facta est pluuia grandis.* Sanè Notus inter imbricitores vel præcipuus, ideo pluuius, imbrifer, vdus, & ater vocari consueuit. est tamen quando non consequitur cum pluuia, quando λαμπρὸν & dicitur, de quo Horatius,

Notus.

Λαμπρὸν.

Albus vt obscuro detergit nubila cælo
Sæpe Notus, neque parturit imbrem

Perpetuos: . . . . . cùm ergo ventum & nubem non sequitur pluuia, fallit aër promissum: & angit animum, quem falsâ spe lactarat. Sic simul accipiunt Beda, Strabus, Anselmus, Liran. Dionys. Caietan. Arboreus, ceteri ferè omnes, licèt aliter & aliter accommodent.

Beda, & alij.

I. Variæ explicationes vius adagij.

Veteres illi capiunt de hypocritis qui sanctitatem aut liberalitatem fingunt per conciones, aut etiam per miracula falsa, eam pollicentes. Sic etiam Cassianus d. loco. quorum vita dictis contraria.

II.

Alij simpliciter de inani iactantiâ pollicitatorum, qui iactant se daturos quod nunquam daturi, vt Liran. Vatablus, Baynus.

Liranus, & alij.

III.

Alij de iis qui gloriãtur de mendaci liberalitate, hoc est, iactant se beneficia contulisse, quæ nunquam contulerunt: sic Isid. Clarius, sed secunda magis conuenit contextui.

IV.

Alij attendunt dumtaxat ipsam conditionem nubium & ventorum secundùm se, quia illis & eorum prognosticis nihil leuius, inconstantius, vanius. Sic Arboreus, Peltanus, Iansenius, quam ego puto coniungendam cum secundâ. Sanè nubes volucres, cæliuagæ, & leues sunt: & ventis nihil instabilius, vnde & promissa irrita dicimus ventis ferenda dare. Valerius in Diris,

Arboreus & alij.

Valerius.

Et mea diffusas rapiantur dicta per auras.

Tibullus de votis,

Tibullus.

Et

CCXXVIII. Ouidius.

Et iubeat tepidos irrita ferre notos.

Ouidius;

Terribilisque notus iactat mea verba, precesque.

Idem;

Et iubet Æolios irrita ferre notos.

Mantuanus. & bonus Mantuanus,

Flumina terrores, nimbi promissa, fugaces
Verba noti . . .

Horatius. Horatius;

Tradam protervis in mare Creticum
Portare ventis . . . . .

Ouidius. Ouidius;

Cunctáque in aequoreos abierunt irrita ventos.

Vide sup. *in ventum verba proferre.*

V. Ceteri magis respiciunt ad spem quam nubes & venti faciunt adspicientibus, inter quos, vltra omnes, more suo noui aliquid adiiciens, Caietanus argutatur, melior ingenio, quam sermone. dispescit singula, ventum, nubem, pluuiam, hoc pacto; homo iactator doni falsitatis, *hoc est, doni quod non intendis dare (quales sunt magna multáque promittentes) assimilatur imminentibus in apparentia*, nubi, vento, & pluuiæ, non sequentibus. *Quemadmodum enim apparent quandoque futura nubes, futurus ventus, futura pluuia, & tamen non sequuntur nubes, non sequitur ventus, non sequitur pluuia: ita apparet donatio iactantis se donaturum, & non sequitur donum. Ipsa enim iactantia signum est, quòd non implebit, quod promittit. Per hoc autem tria intendit vniuersa dona, vniuersósque fallaciter pollicentes dona comprehendere; nubes ab ascendentibus vaporibus apparentes, dona ab inferioribus; pluuia descensiua, dona à superioribus; & ventus lateraliter venturus, dona ab equalibus significant.*] quales inuentiunculæ non valdè quadrant Sacræ Scripturæ solidæ simplicitati: simplicius illud Hebræum, *Non*, & nostrum, *non sequentes*, referunt ceteri ad solas pluuias quæ non sequuntur nubes ventis agitatas: quia nubes erant sine aquâ, vacuæ & inanes.

Caietani ingenium.

Vel sanè quia nubes ipsas pluuiam defusuras, vt solent, venti serenatores discecerunt: vt de nube solâ pluuiam spondente, sed à vento impeditâ sermo fiat. iuxta illud, *Ventus Aquilo dissipat pluuias*, de quo paullo pòst dicetur. & 2. Pet. 2. 17. vocantur *nebula turbinibus agitata*, de quo item dicetur. Sanè ex his duabus causis, nubem imber non subsequitur, & ideo, quod veteri prouerbio de minis vsurpatum;

VI.

Non quælibet nubes pluuiam effundunt,

Nubes de promissis vsurpanda, non de minis.

melius de promissis vsurpabitur. nam pluuia solet significare munificentiam, vt de Deo, cùm dicitur *pluere super iustos, & iniustos*, Matth. 5. 45. Res nota.

EX EODEM CAPITE. VERS. XVI.

ADAG. CCXXIX. Mel comede quod sufficit.

Mel comede quod sufficit.

Scntius adagij.

MOnemur etiam dulcissimis & suauissimis moderatè vtendum. Infer. ver. 27. *Sicut qui mel multum comedit, non est ei bonum.* Dionysius Milesius dicebat mel summo digito, nõ cauâ manu delibandum, vt refert Philostratus lib. 1. de vitis sophistarum. Ratio redditur à medicis; quam hîc attigit Sapiens (ne forte satiatus euomas illud; nempe calidum & dulce est: ideirco stomachum inflat, bilem auget, fastidium creat & vomitum incitat. lege Galenum lib. 3. de diætâ in morbis acutis; & lib. 3. de potentiis naturalibus, & Plinium lib. 22. cap. 24. hinc

Dionysius Milesius. Mel sumendum digito delibandum. Nouum. Philostratos.

Galenus.

Plinius.

adagium apud Suidam,

γλυκὺ μέλι καὶ πνίξατο.

Etiam mel dulce suffocat.

G'aucus in mellis dolio suffocatus. Claudianus.

Sanè Glaucum fingunt in mellis dolio suffocatum, de quo Claudianus lib. de bello Getico: lege notas meas, & adde dictis in Chiliad. 2. cent. 8. adag. 32.

Dulcia mella necem, vitam dedit horridus anguis.

Angliæ rex melito parricidio sublatus. Polydorus Virgilius. Anthologia.

Et sic mellito parricidio quidam Rex Angliæ de medio sublatus, apud Polydorum Virgilium. In Anthologia legitur,

πᾶν τὸ περισσὸν ἀκαιρον, ὄθεν λόγος ἐφ' παλαιὸς,

αὐτὸ καὶ μέλιτος τὸ πλέον ἐφ' χολή.

Omne superfluum intempestivum, vt vetus est sermo,

Ipsius etiam mellis repletio fit bilis.

Clem. Alexand.

Clemens Alexandrin. lib. 1. pædagogi cap. 11. *Atque mel quidem, cùm sit dulcissimum, bilem generat.* quæ est natura omnium dulcium, facilè bilescere, & stomacho nauseam inducere. Talem Clemens ibi vult esse nimiam pædagogi bonitatem, cui si desit acrimonia reprehensionis, generat contemptum.

Adagij adaptatio.

Multi quod hîc dicitur restringunt ad id quod sequitur de amico rariùs visendo, vt Strabus, Caietan.

Alij ad Sacræ Scripturæ lectionem, ne scrutatores simus secretorum Dei, abyssum consiliorum eius

Rupertus.

penetrare conantes; sic Rupertus tom. 2. lib. 9. de gloria Trinitat. cap. 1. & tomo 3. in Ioann. lib. 9. in prin.

Arboreus.

& Arbor. hîc.

Liranus.

Alij, ad ciborum delicatorũ moderatam sumptionem, vt Liran. & Dionys. Alij, vt non plus sapiamus quàm oportet, sic Anselmus Laodunenſis: confirmat Ennianus Neoptolemus.

Anselmus Laodunẽsis. Ennius.

Philosophandum est paucis, nã omnino haud placet. quo, vt exponit Gellius lib. 5. Noct. Attic. cap. 16. *degustandum ex philosophia censuis, non in eam iniurgitandum.*] Facetè Martialis;

Gellius.

Martialis.

Quisquis plus iusto non sapit, ille sapit.

Faustus Rhegiensis.

Faustus Rhegiensis epist. ad Fœlicem, ex nostro prouerbio colligit, magis inflare parum fundatam ex nimia lectione scientiam, quàm ædificare vel prodesse.

Autoris sententia.

Sed extendamus ad omnia quæ iucunda sunt, aut voluptatem adferunt, cum Iansenio, & Peltano, siue illa sit sensuum externorum; siue mentis: in vtrisque enim semper modus adhibendus, ne quid supra vires moliamur. Eccles. 3. à ver. 22.

EX EODEM CAP. VERS. XVII.

ADAG. CCXL. Pretiosum facere pedẽ suum.

EX præcedenti adagio aliud nascitur amicitiæ conseruandæ vtilissimum, quod in Hebræo sapidius est;

Pretiosum fac pedem tuum.

Hebraicè *Iakar* יקר in Hiphil facit *Hikar* הקר quod significat *pretiosum* vel *rarum facere*, quia omne rarum, carum. hinc L x x. hoc loco vertunt σπάνιον τίμιον τὸν πόδα; *rarò induc tuum pedem.* quod nihil aliud

Sensus adagij.

est, quàm continere seu prohibere pedem ne frequentet domum proximi. Ideo Chaldæus exponit *Prohibe*, *Kelech* כלח, quidam φίμωσον, *cohibe*; Symm. ὑπόστειλον, *subtrahe*, quod secutus noster; *Subtrahe pedem tuum de domo proximi tui, ne quando satiatus oderit te.* hoc est, iuxta Chaldæum, *ne furietur & oderit te.* Nostram interpretationem confirmat R. Kimchi in Zachariam, &

R. Kimchi & alij.

Pagni

CC XLI.

Pagninus, Isidorus, Baynus & alij hìc. Caietanus admonet, *documentum huius parabola commendãdum memoriæ, vt homo non ingerat fastidium frequenter eundo ad aliquem.* Iuxta vulgi sensum (ait Baynus) *vilescunt quotidiana*, & benè addit, non solùm de frequentatione domus accipiendum, sed de quacumque nimiâ familiaritate, ne prætextu amicitiæ, audaciores simus, & importunitate reddamus inimicos. hoc voluit Martialis,

Nulli te facias nimis sodalem:
Gaudebis minùs, & minùs dolebis.

Quendam huiusmodi facetè Octauius Aug. perstrinxit, *Nesciebam*, inquit, *me tibi tam familiarem.* Hispanicnsem parœmiam non reticebo;

Ver me as à dessco,
Oleres he a poleo.

Ideo monet Siracides Eccles. 13. 12. *Aduocatus à potentiore, discede: ex hoc enim magis te aduocabit.* Ne facilè sinas te perduci vt ad eius conuiuium accedas: renitere, & excusa te: accendetur vehementiùs tui desiderio & sæpiùs vocabit. Græca sunt; προσκαλεσαμένῳ σε δωάρῳ, ὑπεχώρησον γίνου, καὶ τοσούτῳ μᾶλλόν σε προσκαλέσεται σπουδάζων. B. Nilus in Ascetico ponderat, ad Christum nos vno pede & rarò accedere debere, si de rebus corpori necessariis, hoc est terrenis petituri accedamus.

Denique hoc adagium sensu altiore ad eos qui irreuerenter nimis crebrò ad sacram Eucharistiam accedunt, posse protrahi docent Baynus & Ianscnius.

Caietanus. Baynus. Sensus adagij. Martialis. Augusti dictum. B. Nilus. Alia applicationes adagij. Baynus. Iansenius.

ADAG. CCXLI. Dens putridus & pes lassus.

EX EODEM CAP. VER. XIX.

Dens putridus & pes lassus.

Schen robhah, veregel muhhadadh שן רועה ורגל מועדת *Dens malus* (vt explicat Chald. hoc est, corruptus) *& pes luxatus*, vel *confractus.* Lxx. ὀδὸς κακὴ καὶ ποὺς παραπίπτων, *via mali & pes præuaricatoris.* Complutenses & Arias verterunt cum nostro *pedem*, censentes ὁδὸς pro ὀδὸν positum. Hebraismus est *pes præuaricatoris, & dens mali*, pro dente malo & pede præuaricante, eo quòd lapsabundus corpus prodat, quod illum fulcire fideliter oportebat. Nobilius notat D. Ambrosiũ lib. 3. de offic. cap. 16. vertere *sagittam ferratam* pro *dente*: Sed Ambrosius ibi vertit ver. 18. vbi Lxx. τόξευμα ἀκιδωτὸν, *sagittatio spiculata*, quod huc non pertinet. Patet adagium nostrum notare amicos infidos, quibus malè quis vitam aut fortunas suas crediderit. Nam cùm eis maximè confiditur, & aduersa fidem exigunt, ludũt spem, & sicut hirundo brumali tempore auolans, deserũt. Potest extendi ad omnem in homine spem: vt hìc exponunt Beda, Strabus & alij. Notum est *dentium* nomine robur, ac potentiam; *pedum* verò, consilium & ducatum significari. quare sensus est, nec præsidio, nec consilio futurum, nec fortunæ, nec corporis, nec animi viribus adiuturum; *my fera de confejo ny de vencejo.* Hisp. *dentes* id significare quod dixi, docet Ioan. Ferdinandus noster thesauri lib. 4. c. 27. *De pedibus* patet ex loco Iobi cap. 29. v. 15. vbi dicit se fuisse *oculum cæco, & pedem claudo*, vbi Origenes in Catenâ, dicit *oculum vsurpari tanquam ducem vię ad intelligendum; pedem verò, quasi ducem vię morum: oculum* in speculatiuis *pedem* in practicis. Vnde manifesta fit interpretatio communis Matth. 18. 8. verborum Domini; de manu, pede & oculo

Nobilius. Ambros. locus. Sensus adagij. Extensio adagij. Per dẽtes & pedes quid significetur. Ioa Ferdinandus. Origenes. Oculus. Pes. Locus Matthæi 18. 8.

oculo scãdalizante eruendo aut præscindendo.

ADAG. CCXLII. Acetum in nitro.

EX EOD. CAP. VER. XX.

Acetum in nitro.

CHometz hhal-nether חומץ על נחר *acetum super* vel *ad nether.* Chaldæus *nithra* נחרא Lxx. ὥσπερ ὄξος ἐπὶ ἕλκει ἀνύμφορον, *sicut acetum trahit inutile.* corrupte libri Regij ὄξος. Symmachus, vt noster ὄξος ἐπὶ νίτρῳ.

Varia distinctio.

Primò sciendum hæc aliter atque aliter distingui Hebræi codices & tractatores vni res duas adiungunt parabolas hoc modo vers. inchoantes, *remouens vestimentum* (scilicet ab amico) *in die frigoris, acetum super nethr. & cantans in canticis super corde malo.* Sequuntur hanc distinctionem codices Latini bibliorum regiorum: & interpres insertus Vatabli notis, vt clarior esset sententia, transtulit ordine mutato: *mœsto cordi carmen canere, perinde est atque detrahere vestem tempore frigoris, aut nitrum aceto perfundere.* Non traiiciũt verba, sed sic sensu iungunt Caietan. Isidorus Clarius, Baynus, Peltanus, & Saa.

Caiet. & alij.

Sed separant, & versum inchoãt ab aceto editiones Latinæ, Complutens. Louanienſ. & Romana: quæ distinctio melior est, cui fauent Symmachus & Lxx. & sic tractatores Latini, Beda, vtraque glossa, Liranus, Dionys. Arboreus, & Iansenius. Melius disponuntur hæc prouerbia, nempe si dicamus, perfidum illum amicum esse similem denti putrido & pedi confracto; ipsum verò quem decepit fiduciæ similem illi, qui tempore brumali pallium amittit. vers. 19. quæ posterior comparatio deest Græcis: & Caietanus eam mire obscurat, dũ reddit, *parans sericum in diem frigoris.* Postea addi v. 20. eum *qui cantat carmine cordi pessimo similem esse fundenti acetum in nitro.* Quod quid significet, non potest intelligi, nisi priùs constet primò quid voce *nether* denotetur, secundò quæ sit *nitri* natura.

Melior distinctio.

Beda & alij.

Auctoris sententia.

Locus obscuratus à Caiet.

Quod attinet ad primum: Caietanus hìc quoque singularis est. vult *nether* significare saponem, & exponit hoc modo: *assimilatur cantans cantica cordi afflicto, patenti vestem sericam in die frigoris, tum aceto super saponem. Et ratio primæ similitudinis est, quia cantus canticorum, secundum seipsum pulcher & delectabilis, incongruus est cordi afflicto: quemadmodum vestimentum sericum est in seipso pulchrum & pretiosum, non tamen congruum in die frigoris. Ratio verò secundæ similitudinis est: quia quemadmodum pannis lineis vel laneis ablutis sapone, seu ablutioni nitrosæ seu saponariæ superinfusum acetum aduersatur (vt pote maculas ingerens, vt experti sumus super sapone lotis) ita molestius est cordi afflicto cantare cantica.*] Propter hanc ergo experientiam, *nether* pro sapone positum, à qua significatione non abhorrent Pagninus & nõnulli: multa aduersantur. Primò, quia non de ablutione vel fullonià hìc agitur, sed potiùs de medicinà faciendà, vt bene cõtra Bedam Iansenius hoc loco. Secundò, quia prior illa comparatio longè petita est, nec satis amica verbis Hebræis: posterior verò nonnihil frigida, vtpote ab ablutione ad consolationem, nisi quatenus hæc adhibetur ad molestiam abstergendam, quod debebat explicare. Tertiò, quia *sapo* Hebræis potiùs vocatur *borith* בורית Ierem. 2.22. & Malach. 3.22. secundùm R. Dauid,

Nether.

In vtramque partẽ sententiæ de significatione vocis.

C C XLII. Dauid; aliis *nether*, est *terra cimolia*, aliis *creta*; aliis est *lixiuium*. Dauidi est *alumen*. sed cùm faueat ipsa etymologia, & natura rei, cur non veteribus potius assentiamur? vt Symmacho, & Diuo Hieronymo, & Chaldæo, hic iuxta lectionem Eliæ in Tisbi, quæ melior, quàm alia יהרא à radice יחר *iethar*. quid enim commune abundantiæ vel lucro cum alumine vel nitro? at multum cum radice *nathar* נחר Hebræa, & Chaldæa *nethar*, quæ significat *remouere*, *auferre*, *exilire*, vt statim patebit. Deinde Ierem. 2. 22. pro *si laueris te nitro*, Hebr. est *ci im techbesi bannether* כי ים תכבסי בנתר Chald. *benithera*, & Lxx. illic, ἰὰν ἀπαλύνῃς ἐν νίτρῳ. Cur ergo hîc ἀσύμφορον, (inutile:) hæreo, nisi si legerint *hhal-iether*, & acceperint contrario sensu dictum. Quod nec mihi satisfacit, nec habeo quod dicam. Cuperem ab aliis discere.

יחרא

Nitri proprietates.

Raritas.

Iul. Scaliger. Petr. Bellonius.

Transeo ad secundum de Nitri proprietatibus. Suppono hodie in officinis nostratibus vel nullum nitrum verum reperiri, vel planè rarum esse: reperiri dumtaxat, & passim in Asiâ & Ægypto vænale esse, docent Iulius Scaliger exercitat. 104. dist. 15. & Petrus Bellonius lib. 1. obseruation. cap. 21. quia tamen ei substituitur apud nos *salpetra*, eo quòd illi & formâ, & qualitatibus simillima est, & veteres nobis nitri propriatates descripserunt: possumus adagij sensum iuxta illas inuestigare.

I proprietas.

Foci cinis lix dictus veteribus.

Nitri confectio. Georg. Agricola. Fallopius.

Nitri vis.

Prima itaque proprietas est, quod ex omni nitro lixiuiam, (hoc est, aquam cineri mixtam, nam foci cinis veteribus *lix* vocatus) & vicissim ex lixiuia nitrum confici docet Georgius Agricola lib. 3. de naturâ fossilium, & Fallopius lib. de aquis medicatis & fossilibus cap. 17. vnde patet apta vis primò ad eluendum maculas, secundò ad erodendum & mordendum, tertiò ad tumores discutiendos, & purulentiam exterpurgandam; quæ tria tribuunt nitro. Dioscorides libro 6. cap. 131. ipse Plinius lib. 31. cap. 10. breuiter. D. Hieronymus in cap. 2. Ierem. S. Isidorus lib. 16. Etymolog. cap. 2. & in specie traditum est à Dioscoride lib. 5. cap. 89. & Galeno 3. de medicamentorũ compositione, ad auriũ sonitus, & purulentiam earum tollendam acetum cum nitro infundi debere, vt notatum à Valesio mox citando. Hæ proprietates certæ.

Dioscorides. Plinius. D. Hiero. S. Isidor. Galenus.

II. Alia proprietas nitro tributa.

Aliam proprietatem suggerit Aristoteles lib. 4. Meteor. cap. 6. *Nitrum humore algido si ei affundatur, facilè solui*, νίτρῳ δὲ καὶ ἅλες αὐτὰ μᾶλλον ὕδατι, ἀλλὰ ψυχρῷ. reprehendit Aristotelem Mercurialis lib. 4. var. lection. cap. 9. cò quòd etiam humido calido diffundantur. nobis sufficiat, aceto siue calido siue frigido dissolui.

Aristot. Mercurialis Aristt. reprehendit.

III. D. Hiero.

Vltimò notat hoc loco D. Hieronymus (nam in meo Bedâ id non habetur) quiddam memorabile. *Nitrum* (inquit) *à Nitria prouinciâ, vbi maximè nasci solet, nomen accepit. Nec multum à salis Ammoniaci specie distat: nam sicut salem in littore maris feruor conficit solis, durando in petram aquas marinas, quas maior vis ventorum, vel ipsius maris feruor in littoris vlteriora proiecerit. Ita in Nitriâ, vbi æstate pluuiæ frequentiores tellurem infundunt, adest ardor sideris tantus, vt ipsas pluuiales, per latitudinem arenarum, concoquat in petram, salis quidem vel glacei aspectui simillimam, sed nihil gelidi rigoris, nihil salsi saporis habentem; qua tamen iuxta naturam salis in cammate durare, & in nubiloso aëre fluere ac liquefieri solet. Hanc indigenæ sumentes seruant, & vbi opus existiterit, pro lomento vtuntur. Crepitat autem in aquâ, quomodo calx viua, & ipsum quidem*

Nitrum à Nitria prouincia. Potiùs ab Hebræo נחר

Hodie etiam in Hungaria est Episcopalis sedes Nitria.

quidē disperit, sed aquā lauationi habilem reddit. (Ecce vsū primū, addit & alium.) *Acetum si mittatur in nitrum, protinus ebullit.* placuit hoc vltimum glossæ ordinariæ & aliis.

Duæ sententiæ ex adagio ortæ.

Ex harum proprietatum consideratione tractatores in duas sententias discesserunt. Quidam in bonam partem, alij in malam hæc detorserunt.

II. Valesius Nitri cum aceto auribus infusio.

In bonam quidem, qui censent vim nitri aceto infuso augeri, & sic melius maculas elui eā mixturā: sic etiam bonis & acribus præceptis melius animi morbos curari. In hāc sententiam abit Fran. Valesius sacrę philosophiæ cap. 60. Sicut nitrum cum aceto infusum auribus, earum sordes extergit, & tinnitus sanat; sic etiā sanctas exhortationes (quas carmina seu incantationes animæ & corpori salutares vocat Plato in Charmide) & increpationes ad Dei timorem & virtutem incitantes, sæpiùs instillatas auribus, pus animæ abstergere; & varias perturbationes, quæ velut sonorinæ imagines, auditum veritati obstruunt, dispellere. Item. Sicut acetum nitrosum vbi in purulentas aures instillatur, mordet quousque pars sanescat & cute obducatur: sic etiam has admonitiones mordere, & molestiā increpatum afficere, donec animo melius habeat. Quæ certè negari non potest admodum apposite dici: ceteri tamen interpretes, Hieronym. Strabus, Liran. Richelius, Caietanus, Ianſenius, Isidorus Clarius, Arboreus, Baynus, Peltanus, & ex Hebræis R. Dauid, & R. Abenezra capiunt de inani labore, & in malam partem.

Plato.

Hieron. & alij.

III.

Quidam de eo qui mœstitiā afflīgitur; quam interpretationem patitur Hebræum *corde malo*, quibus simile videtur hoc dictum illi, *Musica in luctu importuna narratio est.* Eccles. 22. v. 6. quia cum mœrentibus mœrere, cum flentibus decet flere. Rom. 12. 15. Tunc moneret adagium *omnia tempus habere.* vide Baynum. Sanè licet in mediocri mœrore vtilis sit musicæ hilaritas; tamen vbi tristitia vehementissima est, & cor planè occupauit, musica potiùs adiicit molestiam, & cor opprimit: ideo noxia est, vt docet Plutarchus Sympos. 7. q. 7. quem vide. Alij de illo, qui obduruit, & pertinaciā conscientiam calcauit, adeò vt videatur incurabilis; hunc non negant aliquando sanari posse: sed vt plurimum non solere: exasperari magis, & deteriorem fieri; obmurmurare, & interdū blasphemare; sicut nitrum crepitat aceto iniecto, & ebullit. Beda seu Hieronymus; [*Acetum quippe si mittatur in nitrum, protinus ebullit; & peruersa mens, quādo per increpationem corripitur, aut per prædicationis dulcedinem bona suadentur, de correptione fit deterior, & inde in murmurationis iniquitatem succenditur, vnde debuit ab iniquitate cōpesci.*] sic ille. præclarè omnino.

Baynus.

Musica quando noxia.

IV.

Beda. Hieron.

Nec obstant, quæ Ianſenius obiicit. Duo namque considerari possunt in hac nitri & aceti mixtione. Primum, quid illa per se valeat: scilicet reddi mixturā nitrum vehementius & aptius ad sordes aurium tollendas, quod ex Plinio satis colligitur, & etiam quia hinc natum ab aceto prouerbium de acri reprehensione, *aceto perfundere*, apud Persium: sicut & *sale defricare* apud Horatium: quare & Plautus in Bacchidibus dixit;

Ianſenius.

Duo considerāda in nitri & aceti mixtione.

Plinius.

Aceto perfūdere. Persius.

Sale defricare. Horat. Plautus.

Nunc experiar sitne aceto tibi cor acre in pectore.

Alloquitur patrem pædagogus, & ad filij corrupti obiurgationē exstimulat. Crepitat in aquā nitrum, ab hoc sono dicta increpatio est. Disperit mixturā, hoc est, soluitur

Increpationis etymon.

aceto

aceto infuso nitrum, sed ita commixtum & liquatum aptius medicinæ redditur; quam Dioscorides, Plinius, Galenus tradunt: nec Beda negauit, disperire dicens, quòd liquatum desinit nitrum esse, sed iam est humor nitrosus. Alterum est, quid conferat subiecto cui infunditur; nempe illi vt plurimùm non prodesse, non vitio mixturæ, sed vitio ipsius ægri. nam in morbis animi curandis necesse est sanari velle. Exacerbatur ergo iste vitio suo, & hoc solùm voluit indicare Sapiēs. Nam pertinacibus, & nolentibus admittere sana cōsilia & monita vitæ, fit causa pœnæ æternæ spreta correctio & disciplina. sup. cap. 15. 10. *Doctrina mala* (hoc est, noxia) *deserenti viam vitæ: qui increpationes odit, morietur.* Misera conditio est improborum: si cum illis stultè loquaris, placebis: sed illos ex stultis facies stultiores. si sapienter, non intelligent; vel subsannabunt. ideo dixit Euripides; *δ' ὀξυτὶς ἁμαθῆ σοφὰ λέγων, οὐκ εὖ λέγων. qui cum imperito sapienter loquitur, non benè loqui videbitur.* Si leniter agas, superbiā efferetur. B. Basilius epist. 10. ad Gregorium Theologum: *Mihi siquidem illud Diomedis subit dicere,* Ne preceris, quoniam vir est improbus. *Nam procul dubio cùm leniùs tractantur elati animi, solito insolentiores plerumq; fieri solent.*] Sin agas asperiùs aut acerbiùs; solent exasperari, & exacerbari ampliùs. ita sunt similes vlceri carcinomatico, quod vocant, *Noli me tangere.* Vt plurimum ergo à talibus manus abstinenda, monente Spiritu sancto; *In auribus insipientium ne loquaris: quia despicient doctrinam eloquij tui.* suprà cap. 23. 9. *Vbi auditus non est, non effundas sermonem, & importunè noli extolli in sapientiâ tuâ.* Eccles. 32. 6. alioqui frustrà acetum nitro mixtum infundes; oleum & operam perdes; & quod veteri prouerbio prohibitum:

Ὄνε κεφαλὴν μὴ πλύνων νίτρῳ.
Asini caput ne laues nitro.

ne sumptum ac laborem rei inutili impendas. An ideirco LXX. dixerunt *ἀσύμφορον*, quia talis medicina vitio ægri plerumque est infructuosa?

Breuiter ergo adagium est de communiter accidentibus: & agit de eo cuius animus lethali peccandi consuetudine induratus, vel grauissimo mœrore oppressus. ideo noster Hebræum רָעַע *rahh* benè exposuit superlatiuo, & ad morum pestem extendi potest, etsi primariò de mœroris cordolio dictum indicat connexio commatis sequentis.

Dioscorides & alij.

Asini caput ne laues nitro.

In morbis animi curandis necesse est sanari velle.

Misera cōditio improborū.

Euripid.

Basilius.

Diomedis dictum.

Stilus adagij.

EX EODEM VERSV. ADAG. CCXLIII.

Tinea vestimento, & vermis ligno.

Tinea vestimento, & vermis ligno.

IN codicibus Vaticanis hodie extat, & quidem sine obelo hæc sententia: *Sicut tinea vestimento, & vermis ligno: ita tristitia viri nocet cordi.* LXX. *ὥσπερ σὴς ἱματίῳ καὶ σκώληξ ξύλῳ, ἕτως λύπη ἀνδρὸς βλάπτει καρδίαν.* Hanc clausulam dubium non est extasse semper apud LXX. nam non D. Hieronymus & S. Augustinus tantùm, sed & Origenes illam legit. Origenes prin. fetè in Matth. ad perabolam thesauri absconditi, citans: *quemadmodum in ligno vermis, sic dolor viri ladit cor.* D. Hieronymus lib. 1. in Iouinianum, circa medium citat: *sicut in ligno vermis, ita perdit virum vxor sua malefica.* Hi partem tantùm citant, non quasi scriptum fuerit dumtaxat, *ὥσπερ σκώληξ ἐν ξύλῳ*: sed quia id institutum

ipsorum sat erat. Sed D. Augustin. lib. 21. de ciuita. Dei cap. 9. totum repræsentat; *Sicut tinea vestimentum, & vermis lignum, sic mœror excruciat corviri.*

In Hebræo mutila.

Vt suspicer etiam in Hebræis libris, à quibus hodie abest, olim fuisse; moueor, quia Paraphrastes Chaldæus Hebræis codicibus vtebatur, & tamen hoc loco habet quæ satis conueniant cum LXX. quoad vnam saltem partem comparationis: dumtaxat vestimenti nomen omisit, & pro *tinea, putredinem* posuit, hoc modo, *& sicut putredo, aut vermis in ligno, sic stoliditas* (scilicet vxoris) *incitat cor viri.*

Codices Latini. Magnorũ virorum lapsus circa S. Scripturam. Salonius. Beda.

Quoad codices Latinos vulgatæ nostræ; non sunt dissimulandi magnorum virorum lapsus, vt caueantur, in loco lubrico. Salonius, & Beda, & Strabus, & Anselmus non explicant: sed & alia multa præterierunt: & hinc tantùm sequeretur vsos codicibus, quibus hæc deerant.

Anselm. Liran.

Notant Anselmus & Liranus, & alij in Hebræo hæc non haberi: scimus hodie deesse: olim non defuisse, suadet Thargum multo antiquius ipsis.

Caiet.

Caietanus dicit esse superfluum, quia non habetur in Hebræo. nec dictum placet, nec ratio. Vt enim superfluum non sit, sufficiet haberi in LXX. & vulgatâ nostrâ, & ab Ecclesiasticis Doctoribus esse explicatum, & ab Ecclesiâ receptum.

Richelius.

Richelius dicit hoc non esse de textu. certè de Hebræo quem nunc habemus, sed est in Græco, & iuxta meliores codices in Latino. Flaminius Nobilius. Flaminius Nobilius asserit abesse à vulgatâ: quod verum dumtaxat de quibusdam codicibus.

Isid. Clar. Baynus. Vatabl.

Prætermiserunt Isidorus Clarius, & Baynus: Vatablus atque alij obelum ei præfixerunt. nimis credituli quibusdam codicibus; quos tamen secuti Complutenses, & in Regiis bibliis Arias Montanus; nimiâ facilitate.

Melius qui monent versum ex LXX. sumptum, vt Iansen. Peltanus, Saa. vere enim apud illos extare; sed dubium, an non exstiterit etiam in Hebræo, & inde noster acceperit.

Iansen. Peltan. Saa.

Vt autem censeamus esse sacræ Scripturæ partem, sufficit olim à Græcâ, hodie à Latinâ Ecclesiâ receptum, & sine obelo in Vaticanâ vtraque Græcâ Latinâque expressum. sanè in quatuor mss. libris peruetustis nostræ bibliothecæ Salmantinæ sine vllo obelo continetur.

Sensus adagij. Orig. Hieron. August.

Quoad sensum conueniunt agi de cupiditatibus (sic Origen.) aut zelotypia ex malè moratæ vxoris stultitia concepta (ita Hieronym.) aut quibusuis internis animi cruciatibus (sic D. Augustinus) & ceteris internam tristitiam, cor erodentem, adferentibus. Quinetiam putarim ad omne malum intestinum pertinere, siue hominis, siue reipub. Vtitur vtraque comparatione, & elucidat fragmentum Menandri citatum nobis, quo asserit omnes pestium causas ab intrinseco prouenire; sicut ferro ferrugo: vestimento tineæ: & ligno teredines, & homini inuidia. de curis vsurpat Naz. in distichis:

Menãder. Nazianz.

νοῦς ἰμὰς ἐσιν & ὀστέων βιβρώσκων ἰὸς ἐσὶ.

Mens anxia curis est tinea deuorans ossa. & in Apolog. curam populi regendi *ossium tineam* vocat. conscientiæ terroribus hunc effectum & laudem tribuit sacra Scriptura, nam Ezechias ait ideo Isai. 38. 13. *quasi leo sic contriuit omnia ossa mea.* & Psal. 37. 4. *Non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum.* & vers. 6. *Putruerunt*

CC XLIV

runt & corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ. Atque ita præ formidine extremi diei iudicij Habacuc propheta exhorrescens optat cap. 3. vers. 16. *Ingrediatur putredo in ossibus meis.* Nam de illa formidine verè literalis est sensus, & non de lætitiæ magnitudine occidente, noua Gueuaræ explicatio. vide quæ de his suprà: sic nimirùm vt docet D. Chrysostomus, quisque à seipso læditur.

Prou. XXV. Chrysost. & alij.

EX EODEM CAP. VERS. XXII.

ADAG. CCXLIV Prunas super caput congregare.

Prunas super caput alicuius congregare.

HEbraicè pro *congregabis* est, *capiens.* sub. *eris*, id est, capies; sed subauditur *& pones.* sic enim Exod. 18. 12. Hebraicè est, *& accepit Iethro socer Mosis holocaustum*, vbi intelligimus non accepisse tantùm, sed & obtulisse, vt ibi docet in locutionibus S. Augustinus, & potuit hoc loco Salomonis confirmare. Lxx. ἄνθρακας πυρὸς σωρεύσεις ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτῆς. *carbones ignis coacernabis super caput eius*: quod ad verbum sumpsit & citauit B. Paulus ad Rom. 12. 21. *carbones ignis*, hoc est, veheméter ardétes, & cãdentes prunæ. Sed qui isti? Eucherius in quæstionibus noui Testaméti duas sententias proponit.

Augustin.

Eucherius

Duæ sententiæ adagij.

I.

Prior est, significari diuinam vindictã acriorem, quæ prouocatur nonis in ingratum collatis beneficiis: Non quòd eo animo nobis benefacere amicis liceat (vt perperam quidam olim videntur existimasse:) sed quia de facto ita contingit quãdo nos illis benefacimus, & ipsi pergunt nos odisse; hæc explicatio fuit Chrysostom. hom. 50. in Acta, & in d. locum D. Pauli, vbi etiam Theodor. Theodulus, & Theophylact. & Photij apud Oecumen. & Nicolai Grandis ibid. ista meritò solet reiici, vt non satis congrua instituto.

Secunda explicatio est fumentium de bono igne, scilicet igne Spiritus sancti, vt ait Pet. Lombardus. Sed horum aliqui capiunt de ardore compunctionis seu pœnitentiæ, q.d. si vis te vlcisci, vindictam piam de inimico sumas, totum hominem igne succende. tua enim in illum beneficentia tam grauis illi futura est, ac si ardentes prunas in caput eius effunderes: perpendet enim animo, & tuam bonitatem cum suâ ingratitudine conferet, & facti sui pœnitentiâ torquebitur, & sic animo æstuabit, infectum esse volens, quod contra te admisit. ita hîc Liranus, Baynus, & ante hos Origenes lib. 9. in epist. ad Rom. c. 12. Ista melior est priore, sed inchoata tantùm, coniungenda cum tertiâ.

II.

P. Lombardus.

Liranus & alij.

Tertia est de ardore dilectionis seu charitatis, dum benefaciendo tandem mollitâ duritiâ, & feritate inimicorum cicuratâ, ex hostibus amicos nobis efficimus, feruore charitatis decoctos. Sic D. Hieronymus lib. 1. aduers. Pelagianos, & epist. ad Hedibiam. q. 1. D. Augustinus serm. 168. de tempo. & 3. de doctrinâ Christianâ cap. 16. Primas. Anselmus Anglus, Toletus & Saa in Paulum: Beda, Strabus, Anselmus Laudunensis, Dionys. Caietan. Arboreus, Iansenius, Peltanus & Saa, hoc loco.

III.

D. Hier.

August. & alij.

Possumus itaque vti hoc adagio quotiescunque beneficiis conamur alios nobis reconciliare: quæ de re præclarè disserit Socrates apud Xenophontem lib. 2. de dictis Socratis. Exemplo sunt; Dauid, qui sic Saul

Vsus adagij.

Xenoph.

lem saltem ad tempus in bono vicit, 1.Reg.24.18.& cap.26.21. Abigail quæ ipsum Dauidem d. lib.1.c.25. 19.& Ioram Syros,4. Reg.6.23.vbi videtur Elizeus v.22.ad hanc Salomonis parabolam adspexisse, dum iubet hostibus esurientibus panem, & sitientibus potum præberi.

Seneca. Certe confirmat Deianira apud nostrum Senecam inquiens,

---sed iecur fors horridam
Flectam emerendo. merita vincunt malos.

Cyprianus. Dixi Hebræis esse *capiens*; nempe חותה *Chotheh*, quod noster ad sensum optimè voce *congregandi*, & Lxx. voce *congerendi*, S. Cyprianus lib.3. testimonior. ad Quirinum *superfundendi*, reddiderunt. Sic etiam ad sensum vertunt Vatablus & Baynus voce *incendendi*. radix est *Chatach* חתח sumere ignem ex foco, vt aliò transferas, & reponas. patet Prou.6.27.& Isai.30.14. Vnde patet Caietani credulitate Rabbinum eius abusum, dum docuit *Chotheh* nostrum significare *dilatas*, & ideo vult sic interpretari nos Salomonis verba, *dilatabis prunas super caput eius*.& vt videas, quàm ingeniosè soleat, etiam cùm errat, discurrere, cape (Lector) eius in Prouerb. verba: *Dilatare prunas* (inquit) *est cumulum prunarum in latitudinem mouere. est enim expandere prunas, quod facimus ad actuandum prunas; ad hoc vt magis, & ad maiorem distantiam calefaciant nos. Dilatare itaque prunas super caput eius, est dilatare prunas ad hoc vt etiam ex eis caput caleat. Insinuatur autem per hanc similitudinem spirituale officium, quod sit erga inimicum cibando & potando illum cibo & potu corporeo. In huiusmodi enim beneficio corporeo continetur seipse naturâ vis mutandi mentem inimici, ad amorem pascentis eum. Itaque panis & aqua assimilantur prunis: & collatio panis & aquæ ad reficiendum inimicum, assimilatur dilatationi prunarũ. nam sicut prunarum dilatatio actuat prunas ad hoc vt etiam ex eis caput caleat: ita collatio panis & aquæ actuat illos, ad hoc vt ex eis etiam animus inimici caleat amore, amèque, quem priùs oderat. Quemadmodum enim caput summè ait à primis in imo positis: ita mens hominis summè distat à corporeo cibo.*] Facilius, dices, ipsum Salomonem intellexero, quàm hoc Scholium. Imaginare itaque te foculo adstantem, & prunas bathyllo spargentem, adeò vt non carbones, sed carbonum calor in caput tuum penetret. Verùm Salomon potiùs censuit è foculo sumptos carbones in verticem transferri & reponi; quod vox Hebræa & Græca & Latina deposcit:&, quicquid ille dicat, collecti & coaceruati carbones fortiùs agunt, quàm dispersi.

Caietani credulitas.

PROVERB. XXVI. VERS. VIII.

ADAG. CCXLV. Mittere lapidẽ in aceruum Mercurij.

Mittere lapidem in aceruum Mercurij.

COlligitur ex d. v. 8. qui versiculus quàm sit difficilis explicatu propter prius adagiale membrum, non necesse multis præfari. res ipsa docebit, & multiplex hominum doctorum allucinatio. Certè putarem vix posse humano ingenio intelligi, nisi viam referaret posterius membrum, quod vim comparationis, & proinde vsum adagij manifestat his verbis: *Sicut qui mittit lapidem in aceruum Mercurij: ita qui tribuit insipienti honorem*: sic noster interpres, alij aliter verterunt. Nobis sermo de illis tantùm:

qui

qui mittit lapidem in aceruum Mercury: pro quibus Hebraicè exstat, כצרור אבן במרגמה *Kaizeror eben bemargemah.* tres partes illæ sunt & quatuor includût scopulos, in quos impingi solet. Primum vocabulum indicat ipsam actionem, quam quidam volunt esse ligaminis, & ideo vertunt, *inclusionem*, vel *qui ligat*, vel *ligare*; alij volunt esse eiectionem & ideo reddunt, *mittere*, vel *qui mittit*. Qui nomen esse volunt, vt Immanuel, Mercerus, Vatabl. & alij; hi vertunt, *vt est inclusio lapilli in aceruo lapidum*; capientes de gemmâ pretiosa, vel vnione, & ligaturam hanc exponunt palam annuli, in quâ ab inclusione adfabrè est insertus lapillus. Qui verò censent esse potiùs participium, *ligans*, vel verbum, qui *ligat*: etiam dissident inter se: quidam mysterium ponunt in voce *ligandi*, vt sit idem quod religare lapidem, & velut astringere velle, vt in funda maneat. alij nihil tale subesse censent; sed *ligare* capiunt pro ponere, seu innectere & firmare in fundâ, vt fortiùs lapis & certiùs feratur in scopum, quorum videtur probabilior sententia. Ceteri qui cum nostro vertunt, *qui mittit*, eodem sensu quidam accipiunt, nam priusquam lapis emittatur, fundæ immittitur: alij simpliciter de eiaculatione lapidis, quatenus fertur in terminũ; & sic intelligenda nostra versio, quæ sensum magis quèm verbum Hebræum attendit; & quia vltimum vocabulum ante oculos habebant, quod terminum actionis continet, qui *fundum* verterunt, *includendi*, qui verò *aceruum*, *mittendi* voce maluerunt actionem explicare. Illud visum Lxx. hoc, nostro.

De צרור. Quatuor scopuli in tribus particulis. I. II. III. Mercerus & alij. Martinez Cantapetrensis.

Secundum vocabulum continet rem quæ mitti dicitur: est autem אבן *Eben* quod commune est omni lapidi, magno, paruo, rudi, polito, vili aut pretioso. Quidam idcirco acceperunt de gemma seu lapide pretioso; alij de calculis arithmeticis, alij de fragmine seu frusto testaceo: alij de frusto laminæ, alij denique de lapidibus communibus, seu manualibus, aut maioribus, qui in viâ iacentes occurrunt; quorum melior meâ opinione sententia est. nam ceteri nimis restringunt vocem, & à scopo Salomonis videntur deflectere, vt mox dicemus.

De secundo vocabulo, seu remittenda אבן

Tertium vocabulum est *Bemargemah* במרגמה quo continetur ipse terminus actionis in quo desinit actio: constat præpositione *Be*, ב quæ *in* locale denotat, & secundùm Hebræos, vt refert Martinez Cantapetrens. lib. 8. hypotyp. cap. vlt. aut significat esse in loco: vt Exo. 5. 1. *vt sacrificet mihi in deserto.* aut significat motum ad locum. Leuit. 16. 21. *emittet illum per hominem paratum in desertum.* Isai. 2. 10. *Ingredere in petram.* priore modo hic acceperunt Lxx. & Caietanus, posteriore modo noster ac plerique alij, accommodatè singuli ad suam versionem. Igitur compositum est hoc vocabulum primum ex Be præpositione & ex voce מרגמה *Margemah*: de cuius significatione, quia semel duntaxat occurrit in Sacra Scriptura, non satis constat, & hinc orta versionum & significationum varietas. est nomen formæ fœmininæ, & ex cõmuni sententia radix eius est רגם *Ragam*, quod significat *lapidare*, seu lapides in aliquem congerere: & quia fundâ id fit, ideo nonnulli *fundam*; quia verò cùm lapides coaceruamus, solum quod illis subest lapidibus obruimus, & priores quoque posterioribus, ideo alij *aceruum lapidum* transtulerunt; longè rectiùs; nam, vt ex locis Sacræ Scripturæ quæ forte non plura sunt quàm

De tertio vocabulo, seu terminо actionis. Martinez Cantapetrensis. רגם

quindecim, satis apertum est, רגם *Rogam*, nunquam respicit ad instrumentum quo lapides iaciuntur, aut fit lapidatio. sed ad ipsam actionem lapidibus obruendi, & ad rem quæ obruitur: loca sunt obuia in Lexicis & Concordantiis Hebraicis: vnde & רגמתם *Rigmatham*, quod noster vertit *duces eorum*, Psal. 67. 28. quidam volũt ad verbum significare *obruitionem*, seu *cumulum lapidum* cum Marino Brixiensi & aliis. Hoc posito,

Marinus Brixiensis.

Duo nobis nunc facienda. refellendæ aliorum explicationes; & tuenda ac explicanda nostra vulgata.

Explicationes variæ. I. Explicatio, de funda.

Quoad I. quidam volunt *marghemah* significare *fundam*, sic Lxx. qui vertunt, ὡς ἀποθεμένους λίθον ἐν σφενδόνῃ. *sicut qui ligat lapidem in fundâ.* & Chaldæus, Pagninus, Caietanus, Liranus & alij. Contra quos omnes est, quòd claudicat tunc comparatio. Nam caret termino prius membrum, qui opponatur termino secundi membri; nempe stulto cui honor exhibetur: actio tantùm opponitur actioni. Præterea satis frigidè explicant adagium.

Chaldæ. Chaldæus quidem sic; *sicut fragmentum laminæ in fundâ*, vt vertit Arias, *detasa bekilbha* דטסא בקלבא Chaldæis sanè טס *tas* significat *bracteam* seu *laminam tenuem*, testibus R. Salomone & Eliâ in Tisbi, quæ siue auri, siue alterius metalli sit, constat inidoneam esse funditori. Videtur ergo cõparationem sic instituere: sic eum qui stulto honorem impendit, frustra hoc facere; sicut fundibulator bracteas iaculans. Reuera tamen *aben* non significat *bracteam*.

טס

Sensus adagij.

II. Caietani.

Caietanus aliâ via ingreditur, licèt etiam de inani conatu capiat. Sic instituit comparationem: sicut funda instituta est vt ea lapidem emittamus. & ideo, qui ne lapis possit exire, eum in funda diligenter deligaret; frustrà fundâ vellet vti, & eam circum caput adducta habenâ sæpiùs ageret; & scopum nunquam attingeret: sic qui honorem stulto exhibet, frustra id facit, quia stultus eum honorem non consequitur. Quia honoris delati terminus ipsi non est, qui soli virtuti debetur. Sic Caietan. multa supplens, & se torquens frustrà. nam in priore membro de funditore, non est defectus in termino, sed in instrumento, & stultitia est ipsius funditoris: in posteriore membro non est defectus in instrumento, sed in ipso termino: licèt stultitia etiam sit in exhibente honorem. Præterea de sic ligando lapide est nouitium commentum Caietani, quod aliis displicet & nostræ versioni repugnat.

Caietanũ expositio examinata.

III. Explicatio.

Tertia itaque explicatio est aliorum, qui in voce *ligandi* nullam efficacitatem aut mysterium inesse censent; sed *ligare* volunt positum, pro imponere fundæ, seu (vt vertit Lyranus) palmæ fundæ, & inserere, ita vt non excidat interrotandum, antequã tu ipse excutias; iuxta iocosum illud vel Ciceronis, vel Laureæ liberti eius;

Fundas.

Fundam Varro vocat, quem possis mittere funda;
Ni priùs exciderit quà cana funda patet.

Isti sensum esse asserunt de re non permansurâ, sed citò pereunte. Sicut qui funde lapidem imponit & leuiter nectit, vt fortiùs excutiatur, si sibi lapidem velit reseruari, nec eius iacturam facere, fallitur: quia lapis velociter euolat, & ipsi perit: sic qui stulto honorem impartitur, oleum & operam ludit, aquam ingerit in pertusam Danaidum situlam: honor in auras euanescit, nec

ipse

CC XLV. Erasmus.

ipse retinet, nec stultus consequitur. Placet ista sententia authori adagiorum Chilia. 4. cent. 7. adag. *Mercuriale*, quod est. 4. Meminerunt eius explicationis etiam Baynus, Iansenius, & alij. Hanc sequerer, si sequenda foret interpretatio Græcorum: vel sanè sequentem; quæ

Baynus, Iansenius

IV. D. Ambrosij.

Quarta est D. Ambrosij epist. 7. ad Simplicianum. qui vertit; *sicut qui deligat lapidem in fundibulo*: & accipit in genere de periculo quod subeunt funditores, rotando fundam, ne in caput ipsorum lapis recidat: & hoc transfert ad libertatem Christianæ religionis, quæ quàm vtilis sapienti & bene vtenti, tam est pernicioſa stulto; & abutenti. Censuit itaque Ambrosius adagio locum esse, quando aliquid ipsi facienti est periculosum.

Ambrosij. Sensus adagij.

V. Erasmi.

Eodem refert quinta Erasmi explicatio in d. adag. *Mercuriale*, sed exponit aliter, nempe de stulto cui funda sit data, & lapis probe insertus fundæ, quam qui dedit, is non tantùm officium perdidit; sed dedit præterea, quo stultus ipsum ferire possit. Itaque capit Erasmus adagium de imprudenti & periculosâ simul actione.

Vertentes margaritas.

Tot modis exponunt, qui *fundam* verterunt. Sunt alij qui *Margheinah* vertunt *aceruum margaritarum*. Sed non explicant vsum adagionis: nituntur nudâ dumtaxat etymologia, vel potiùs quadam vocis similitudine, quasi foret *margharah*, vel *margarith*, quod volunt ab hac voce deductum. à *mar* מר amaro & גרית quod volunt significare *frustum*, q. d. *frustum amarum*: scio sapore salso & amaro esse vniones: sed de voce *garith* hæreo. Alij malùt dici quasi *bargaritas*, à *bar* בר, quod *clarum* & *splendidum* inter cetera significat, quæ dos est margaritarum, quasi dicat crustulam pellucidam seu potiùs claram: nam scimus non pellucere, sed lucere. De mutatione illâ litteratum certus non sum: etsi fauet Androstenes Indica nauigatione, qui dicit ab incolis vbi leguntur, vocari ὄσθρεις: fors ab Hebræo *bar*; à quo etiam natum censeas nomen Chaldæũ *burela* בורלא Ge. 2. 12. & in plurali *birulin* בירולין Iob. 28. 16. vnde Hispan. *Perlas*, & Germanum *pirlen*, quasi *birlen*: quidni suspiceris, si nostri *beru* in *peru* commutarunt, vt ex Garciæ Lassi Ingæ relatione refert Pineda noster ad d. Iob. v. 16. In Indico, Persico, Arabico mari crebra eius piscatio est: satis apertè Plinius lib. 9. cap. 35. *margaritam*, nec Latinum, nec Græcum, sed Barbaricum nomen esse docet; quod primũ Græci, vt Theophrastus lib. de lapidibus, & ex eo Athenæus lib. 3. amplexi: & iste multa de earum natura & piscatione ex Androsthene, Charete, ac Isidoro Characeno refert, quæ Plinio lucem adferant. Multa quoque Ioan. Tzetzes, qui semper vocat μαργάρους, historiæ miscellæ post Chiliad. 10. cap. 376. Sat de nomine. Si quæras, quo pacto possit hęc sententia de margaritis seruire menti Salomonis, dicam breuiter. Si præcedens, *Lapidem*, capis de pretioso: sensus erit: Sicut qui magno cumulo vnionum vnicum iniicit, cumulo parum adfert incrementi: sic qui stultum honorat, parum adfert honoris. Sicut tamen aliquid ille cumulus crescit: sic stultus insolescit. Si de vili saxo vel silice capias proiecto in margaritorum aceruum; sensus melior erit: sicut ille dissipat vniones, sic stultum honorans quicquid in stulto boni reliquum fuerit, id totum dispergit. Neutri satis acquiesco, prior alget, posterior obtorto collo trahitur.

Androst.

Perlen.

Peru. Garcias Lassus.

Plin. Margaritę nomen.

Theophr.

Athenæus.

Tzetzes.

VI. Autoris sententia, nec satis ipsi probata.

VII.

Vniones. Margaritæ.

Pergo

I. purpura. VIII.

Pergo ad alios. R. Ioseph, & Abraham Ezræ filius & non displicuit Peltano nostro, in scholio,) volunt per *margemah* significari *purpuram*, vt positum sit pro *arghaman* ארגמן hoc sensu: sicut qui vilem aliquem lapidem inuoluit purpuræ, qui lapis tali inuolucro est indignus, rem facit indecoram: sic qui honore mactat insipientem. Pro hac opinione facit primò quòd nostra vox videatur eiusdem esse significationis cū *rigmatham* רגמתם psal. 67. v. 28. quod nonnulli vertunt *purpuram*: alij *opus Phrygionicum*, quod vulgò *recamado*, Italis *ricamo*, ab Hebræo *rikmah* רקמה Deindè quia sunt apud veteres alia similia prouerbia, vt hoc Næuij,

Næuius.

Qui habet vxorem sine dote, pannum positum in purpura sit.

Antiphanes.

& illud Antiphanis;

σαπρὸν σίλυρον ἀργυρᾶς πίναξ ἔχων.

Putrem silurum argentea quadra tenens.

& istud vulgare, *ᾧ ἐλεφαντίνῳ κυλεῷ τὸ ξίφος μολύβδινον. in eburneâ vaginâ gladius plumbeus.* Sed hoc loco *purpuram* nullus veterum agnouit, & hoc est voces pro libito commutare. Phrygionicum quoque רקמם aliam habet radicem nempe *raqam* רקם

De loco sepultorū.

Alij *marghemah* exponunt, *bustuarium*, seu locum funestum, vbi cadauera sepeliebantur (πολυάνδριον solent vertere Lxx.) maximè damnatorum, vt in monte Caluariæ: pro quo notandum, Iudæos solitos morte punitorum cadauera lapidibus obruere, vt patet Iosue 7. v. 26. & cap. 10. 27. Sicut & vrbium anathemati traditarum monumentum erant acerui lapidum, habes Iosue 8. 28. quæ consuetudo Gentilium quoque fuit. Nam quibus benè precabantur, aiebant S. T. T. L. & pulcrum

Morte punitorum. cadauera lapidibus obruta apud Iudæos & alios.

Monumēta vrbium anathematizatarum.

Sit tibi terra leuis.

C C XLV.

Horatius.

uerem iis iniiciebant, vt patet ex Horatij Oda 28. lib. 1. contrà, quos execrabantur mortuos, illis terram grauem imprecabantur, & vt lapides eos vrgerent. Seneca Hippolyto in fine (vbi multa dixi in commentar.) Seneca inquam:

Seneca.

. . . istam terra defossam premat,
Grauisque tellus impio caput incubet.

Tibullus lib. 1.

Tibullus.

Iam tua, qui Venerem docuisti vendere primus,
Quisquis es, infelix vrgeat ossa lapis.

Eorumdem tumulos aceruis lapidum obruebant, vt constat ex epigrammate Virgilij adhuc pueri;

Virgil.

Monte sub hoc lapidum tegitur Balista sepultus;
Nocte diéque tuum carpe viator iter.

Balista famosus latro.

Fuerat enim famosus latro. De hoc ergo capiunt aceruo: vt sit sensus, qui gemmam proiicit in huiusmodi aceruum. Benè quòd de lapidum aceruo capiunt, non benè quòd de gemma, & minus quòd restringant. Si de alio caperent lapide, tribui posset factum zelo iustitiæ, vt qui ligna coniiciunt in bustum hæreticorum. Ideo claudicat comparatio.

Auctoris examinatio.

X. Vatablus & alij.

De lapide pretioso in genere, sed incluso.

De quouis aceruo accipiunt Vatablus, Mercerus, & noster Saa, post Kimchi & Immanuelem. q. d. vt lapis pretiosus cū suâ palâ aureâ, vel etiam nudus, indecorè iaciatur, & iaceat in aceruo vulgarium lapidum, qui non est locus decens. Iam dixi, quid displiceat: & non explicant hi nostram versionem.

R. Immanuel improbatus.

XI. De fragmento testæ.

Vt autem isti in gemma, sic aliâ explicatione idem R. Immanuel nimis arctat vinculo luteo sentētiam, & impropriè accipit vocabulum *eben* seu *lapidis*, cùm exponit de fragmento testæ in aceruum vulgarium

garium lapidum abscondito: sicut mansio(ait) fragmenti testæ in acervo lapidum inanis est, quia nemo testam illam ibi manẽtem agnoscit; sic nec mansio gloriæ stulti alicuius momenti est, quia nec stultus, nec alij eam agnoscunt, & stultus ea indignus, dans autem probro dignus est. Nescio an Rabbinus iste ingulus fuerit, certè interpretatio vilis, & testam contra caratriuialis, obscura, & nullius pretij censenda.

XII. De calculis numerationis. Plin. Abaculi.

Restringunt etiam *lapiais* significatum, qui pro lapillis numeratoriis seu calculis arithmeticis accipiunt, quos Plinius ait lib. 36. vulgo vocari *abaculos*. D. Thomas 2. 2. q. 63. a. 3. in corp. tradit posse aliquem honorari ob virtutem alterius: *sicut* (inquit) *Principes & Prælati honorantur, etiamsi sint mali; in quantum gerunt personam Dei, & communitatis cui præficiuntur: secundum illud Prou. 26.* Sicut qui mittit lapidem in acervum Mercurij, ita qui tribuit insipienti honorem. *Quia enim gentiles ratiocinationem attribuebant Mercurio*, aceruus Mercurij *dicitur cumulus ratiociny, in quo mercator aliquando mittit vnum lapillum loco centum marcarum: ita etiam honoratur insipiens, qui ponitur loco Dei, & loco totius communitatis.*] Doctrina D. Thomæ vera est quoad decisionem quæstionis, qua vult probare huiusmodi indigno ratione sui, digno ratione alterius, sine personarũ acceptionis vitio, posse honorem tribui. Sed an hæc sit mens Salomonis de huiusmodi calculis agere, & an congeries talium calculorũ vocetur *acernus Mercurij*, alia res est: vtrumque censuerunt Sotus & alij ordinis eius, vt ipse ait, egregij authores, lib. 5. de iusti. q. 6. a. 6. referunt hanc sententiam Liranus, Carthusianus, & Arboreus. Sed Iansenio videtur tota hæc speculatio nimis ridicula. Certè mihi non probatur. Nam Salomõ haut dubie recensuit factum indecorum, inane, & improbum: calculos autem in ratione dati & accepti, modò pro decem, modò pro centum, modò pro vnione ponere, consuetum, & vsui ac rectæ rationi cõsentaneum est. fuit quidem Mercurius mercatorum numen, & ideo Logisticæ præses; sed *acernus Mercury* non à Logistico cumulo, sed longè alio, fuit denominatus, vt postea docebo. Denique Hebræum *eben* non significat *abaculum*; qui potiùs diceretur מעה *mehhah* vel *chesceheb* à *chischab*, numerare in genere siue notis, siue calculis, vnde *calculatorẽ* vocant מחשב *mechascheb*. Nec constat Hebræos ad hoc calculis seu lapillis vsos.

Ratiocinatio Mercurio tributa.

D. Thomæ sententia examinata.

Sotus.

Liranus, & alij.

Mercurius mercatorum numen, Logisticæ præses.

חשב

XIII. De calculis iudiciariis.

Si iudicarem ad aliquos tales lapillos vocem restringendam, & inde *Mercury acernum* vocatum; mallem referre ad iudiciales calculos seu suffragia quę Græcis ψῆφοι: vnde deducta adagia, *Albus calculus, Cona calculus, Calculo se vlcisci*, & similia. & constat Mercuriũ his absolutum, vt postea dicam ex Anticlide. Verùm Hebræi nõ calculis, sed sortibus, vel vocali suffragio iudicia exercebant.

Albus calculus, Cõna calculus, Calculo se vlcisci.

Hebræorũ vocalis suffragio iudicia.

XIV. De lapillis sacculi seu ponderibus.

Ideo aptiùs tunc accipias de lapillis seu calculis ponderationum, quos *lapillos sacculi* vocabant, quibus vtebantur pro publicis ponderibus, ementes ac vendentes: & sic lapides isti possunt dici *Mercuriales*. His vsos, & marsupiis, seu sacciperiis circũferre solitos discitur ex Deut. 25. 13. vbi Hebraicè verbotenus habes, *Nõ erit in loculo tibi eben vaaben*, (hoc est, lapis & lapis) *maior & minor*, hoc est, duplex pondus, vnum pro amicis, aliud pro ignotis. & v. 14. pondus perfectum & iustum, *eben schelemah vasedek, lapis perfectus & iustitia*, hoc est, lapis perfectus & iustus.

stus. Leuit. 19. 36. vocantur *lapides iustitiæ*. Contrà Michææ 6. v. 11. habes *sacculum lapidum doli*, nempe in quo fraudulenta pondera continebantur, vt rectè illic explicant Graiarius, & Ribera. & Prou. 16. 11. vocantur *lapides sacculi*, vt optimè ex Hebræo אבני כיס *abne cis*, fonte restitutus locus in editione Romana, Regiáque; pro *sacculi*, quæ lectio iam olim S. Salonio, Bedæ, & aliis obrepserat, vide Franc. Lucā Notat. 183. Nihil esset absurdius illo, qui pondera huiuscemodi, loco vilium lapidum habita, in strue promiscuè abiiceret. Verùm, neque hoc ipsum mihi placet, quod aptius tamen esset *abaculis* Scholasticorum. Pergamus ad alia.

Salonius. Beda. Fr. Lucas.

XV. De lapidibus ad ædificādum fanum.

Mercurij acervum, de congerie lapidum ad ædificationem paratorum non pauci acceperunt, sed nec isti satis conueniunt.

Hugo Cardinalis & alij.

Catholici quidam, vt Hugo Carensis, Liranus, & Arboreus, putant vocari *acervos Mercurij*, quoniam ex illis ædificādum erat phanum Mercurio. Si hoc verum foret, cur non etiam ex quibus Ioui exstruendum, *Iouis acervus*? planè nata hæc explicatio ex vetusti moris ignoratione, quem postea proponemus.

XVI. De lapidibus cumulis ædificij.

Pagnini verò alia ad nostram versionem non attendit, sed Hebræum dumtaxat fontem: quem habes in fine verbi *ragam*; *quemadmodum homo qui ligat lapidem pretiosum, & proiicit in acervum lapidum ædificij, qui non est locus illi conueniens ob suam pretiositatem: sic qui dat stulto gloriam, quia gloria non est in loco suo. locus enim eius est inter viros sapientes.* quibus verbis nihil confert nostræ indagationi, quia non quilibet acervi lapidum, sed viales tantùm erant Mercurio sacri.

Viales tãtùm lapidum acervi Mercurio sacri.

XVII. Hæretico-rum de

Sciebant hoc fidei nostræ hostes Genouenses, & ideo venenum suum hìc euomuerunt: Ioannes enim Mercerus, vel qui commentarium eius in Prou. Iob, Eccles. & Canticum, multis interiectis, fertur adulterasse, Theodorus Beza, scribit hoc loco significari simulachra sanctorum lapidea, vt S. Christophori in vestibulis templorum. sic illi insciè pariter & impiè. Insciè: quia quis vnquam politiorum scriptorum, statuas affabre politas, *acervos* nuncupauit? *acervi* ratio partium cógeriem ordinis expertem, & dissociatam requirit: quod statuis repugnat. Impiè, quia sic blasphemant contra Catholicorum pium ritum beatorum imagines venerādi, quas etiam malitiosè *simulachra* nominant. Iconoclastarum ista rabies & dementia est, tot conciliis iampridem execrata. vide Bellarminum to. 1. Controuers. VII. principali lib. 2. à cap. 5. vsque ad finem. Aliud etiam Gentilibus statuas, aliud verò lapidum consecratorum aceruos fuisse, Sibyllæ versibus ostendam.

CCXLV. imaginib. Sanctorũ. Mercerus. Beza interpretatio.

Bellarm.

XVIII. Catholicorũ vsus de delubris & cultu idololatrũ, non explicans qualitatẽ cultus. Beda.

Salomonem de cultu idololatrico Gentilium Deorum, & delubris eorum egisse; rectissimè obseruant Beda siue Hieronymus hic & glossa interlinearis: & Andreas Placus in Lexico Biblico. illud tamen minùs accómodatè, quòd posterius membrum de honore, videntur restringere ad munus docendi hæretico vel alteri stulto demandatum. Latiùs puto sententiam patere ad omnem laudem, honorem, gloriam, indigno, quia est insipiens, delatam. Nec placet etiam quod de *delubro* exponunt. delubrum enim Mercurij multum differt ab aceruo Mercurij. Volenti ergo sensum huius adagij penetrare, necesse est, *delubrũ*, *statuam*, & *acervum* diligenter discriminet. Licèt enim omnia hæc vnâ voce Græca ἑρμαῖον *Hermæum* comprehendantur: attamen *Delubrum*

ἑρμαῖον. Delubrũ.

est ipsa

est ipsa Mercurij ædes; *statuæ* sunt Hermulæ siue Hermæ, ἑρμαῖ proprie dictæ. *acerui* sunt Hermaces ἑρμακες presse loquendo.

De delubris nihil peculiare à delubris ceterorum idolorum nunc occurrit, neque huc spectant.

Arnobius. Arnobium l. 6. aduers. gentes. Hermas istos aliquando Athenis fuisse mutilatos, & Alcibiadem in crimen vocatum patet ex Plutarcho in Alcibiade & Nicia, & Æmilio Probo in eodem Alcibiade, & Thucydide suprà citato: criminis huius conscij Hermacopidæ vocabantur.

Alcibiades cur in crimē vocatus.

Hermacopidæ.

Mercurij statuę quo cupitores.

De statunculis sciendum, Mercurij cunctis ferè Gentilibus celebres statuas fuisse, quasdam solitarias; in quibus solus ipse in basi: quasdam sociales, in quarum vnâ basi simul Pallas, quæ *Hermathena* vocatæ: aut Hercules, quæ *Hermeracla*; & hæ propriæ gymnasiorum erant, vt patet ex Cicerone ad Atticum, & Turnebo lib. 9. aduers. c. vlt.

Mercurius triceps.

Scio nonnunquam tricipitem Mercurium pingi solitum, vnde de hominibus, vel vehementer ambiguis quid aggredi debeant, vel valdè vafris, adagium τριπρόσωπος ἑρμῆς, *Triceps Mercurius*: cuius causam puto, quia idem mercaturæ, orationis, & itineris Numē habebatur. Quod Adagiographus censet in singulis capitibus inscriptionem habuisse, quò duceret hæc via, quò rursū illa: nusquam legisse memini. Tum hæc effigies Triuiorum propria fuisset.

Hermathenæ. Hermeraclæ.

Solitariæ, sepulcrorum, delubrorum, priuatarū ædium. Cicero.

Solitariæ crebriores fuerunt, non in sepulchris tantùm (de quibus Cicero de legibus) aut in fulcris lectorum, indicantes Mercurium somni præsidem (cui ideo vltimus seu tertius cyathus in conuiuiis sacer, testibus Polluce lib. 6. c. 15. & Lucilio in Apollonij lib. 3.) quæ sculpturæ dicuntur ἑρμαῖσκοι Suidæ, ἑρμαΐσκια Hesychio: nec in delubrorū tantùm, sed & in priuatorum vestibulis collocatæ formâ quadrangulari, & vt plurimùm lapideæ, vt docent Thucydides lib. 6. belli Peloponnens. & ibi Græcus Scholiastes mihi fol. 110. de his verum, ridiculariè in mediâ basi ceterum truncas corpus non sine vitio effictas, quod docent Herodotus lib. 2. & Macrobius lib. 2. Saturn. cap. 19. apud Ægyptios capite canino lego in Luciani lib. de sacrificiis extremo: vereor tamen ne cū Anubi confundat: Græci & Romani vel pectore tenùs humano (vt censuit Alciatus) vel capite & collo dumtaxat effigiabant, cetera trūcos. & capita quidem Athenis longo tempore ad Alcibiadis imaginē expressa, qui fuerat formâ præstantissimus. ita capio Clementē Alex. in Protreptico, & qui ex eo sumpsit

Materia crebrior, lapis; rarior, lignum: sed lignum certum, vt docet paræmia, *Non ex quolibet ligno fit Mercurius*, cuius author Pythagoras, vt ex Apuleio, prima Apolog. ex Plinio atque aliis docetur, Chiliad. 2. cent. 5. adag. 47. Præter caput nihil humani prætulisse cōmunius traditum, pectus, brachia, & pedes truncum. an sic formabant vt constaret Deum totum esse mentem? Pulchri sunt Empedoclis versus apud Tzetzem XIII. Chil. hist. 464.

Materia statuarum Mercurij.

Non ex quolibet ligno fit Mercurius. Apuleius. Plinius.

Cur solo capite humano? Empedoclis versus.

Herodot.

Macrob.

Clemens Alex.

οὐ μὲν γὰρ βροτείῃ κεφαλῇ καλὰ γῦα πέλασται,
οὐ μὲν ἀπὸ νώτων γε δύο κλάδοι ἀΐσσουσιν,
οὐ πόδες, οὐ θοὰ γοῦνα, οὐ μήδεα λαχνήεντα,
ἀλλὰ φρὴν ἱερὴ, καὶ ἀθέσφατον ἔσκετο μοῦνον,
φροντίσι κόσμον ἅπαντα καταΐσσουσα θοῇσιν.

Non enim mortali capiti membra adiuncta sunt,
Non quidem ab humeris duo rami emicant,
Non

Non pedes, non cita genua, nec pudenda lunginosa:
Sed mens sacra atque immensa est solùm,
Curis mundum omnem quæ mouet celeribus.

Tales ergo Hermulæ fuerunt. ideo Mercurius lib. 4. Florilegij Græcorum epigrammatum, inducitur à Xenocrate querulus, quòd cum fateantur homines eum pedibus celerem cursorem, & manu strenuum palæstritam, tamen effingant eum ἄποδα, *sine pedibus*, & κολεὸν χερῶν, *manibus mancum*. Hinc etiam natum adagium in eos quos volumus significare humanâ dumtaxat effigie, bardos corde; patriæ inutiles & rerum agendarum imperitos; vt dicamus *ligneos esse Mercurios*, vel *similes Hermis*. hoc aceto defricuit Iuuenalis Satyr. 8. quendam maiorum tumentem stemmatibus, sed cassum virtute ac prudentiâ;

---at tu
Nil nisi Cecropides, truncoque simillimus Herma.
Nullo quippe alio vincis discrimine quàm quod
Illi marmoreum caput est, tua viuit imago.

Epigram. Græc. Lignei Mercurij. Similes hermis.

Hæc communia Hermis omnibus, quædam verò peculiaria illis, qui *viales* dicti; Mercurio sacri; à quo etiam omnes statuæ viriles teste Tzetzâ, *Herma* dicebantur: fortassis quia Mercurius insignis statuarius fuit, vt narrat Iupiter apud Martianum Capellam lib. 1. de Philologiæ nuptiis. *Viales* etiam *Herma quadrati fuerunt, lignei & lapidei, summâ parte Mercurij faciem, inferiore, planâ inscriptiones viarum præferentes*, vt apertè testatur Vlpianus scholiis ad Orationem Demosthenis contra Leptinem, ξύλα ἢ λίθοι τετράγωνοι ἦσαν, ἐγγὺς ἔφιρ Ερμῆ ἑστῶτες, κατω δὲ ἐν τῷ πλάτει τὰ ἐπιγράμματα, scilicet vias indicantia, quod etiam Phornutus tradidit. Lege Lilium Giraldum Syntagmate 9. de Diis Gentium.

Hermæ Viales. Mercurius insignis statuarius. Materia Hermæ. Forma. Vlpianus. Phornutus. Lilius Giraldus.

Ad hos *Hermas* solebant acerui lapidum adiici à viatoribus in Mercurij honorem; de quibus hîc agitur, quibus acerus commune cum lapidibus nomẽ fuisse docet Tzetza Chiliad. 12. hist. 429.

Ἑρμῆς καὶ σύμπας ἀνδριὰς, καὶ ὁ σωρὸς τῶν λίθων.
Hermes & omnis statua virilis, & cumulus lapidum.

Acerui Mercurij.

Hinc iam duæ difficultates nascuntur, prima, an acerui isti aceruarentur contigui ad ipsam statuam, sic vt statuæ summitas tantùm exstaret, quod videtur censuisse Alciatus Emblem. 8. his versibus:

In triuio mons est lapidum, supereminet illi
Trunca Dei effigies pectore facta tenus.
Mercury est igitur tumulus. Suspende viator
Serta Deo, rectum qui tibi monstrat iter.

An contigui statuis Hermaïsue? Alciatus.

Vero quidem, non illi Malgenæ. fefellit fortè Sancium Brocensem, qui in Commentario loci illius notat Hermarum rudem & impolitam fuisse partem inferiorem, quoniam aceruis lapidum illa tegi & obrui solebat: quo igitur pacto verũ quod Vlpianus prodidit, itinerum inscriptionem in imâ fuisse parte? dixit Alciatus eminere respectu reliquæ viæ, & etiam aceruorum; qui non ad basim statuæ, sed haut longè ab eâ congerebantur, in statuæ honorem; sic tamen vt inscriptionis adspectum volenti adire non eriperent. Hugo Carensis comparat Hermas illos crucibus ligneis, quas hodie Peregrini ad loca Sacra proficiscentes (passim videas in viâ Compostellanâ) erigunt, exstantes inter

Sancius Brocensis. Alciati & Vlpiani conciliatio. Mos crucium ponendarum lapidum circa illas. Hugo Carensis. Hermarũ cum crucibus cõparatio.

ter lapidum à prætereuntibus positorum congeries, Galli *Montioyes* vocant. Sed discrimen est, quia nostri peregrini non coaceruant lapides in crucis honorem: sed vt secuturi, indicium itineris inde capiant; & sunt tantùm vnius itineris indices: Hermæ variorum erant, & instituti ad honorem Mercurij.

Aceruus Mercurij quo hic pacto capiendus.

Hinc pendet solutio secundi dubij; an *Mercurij aceruus* accipiendus sit de quouis lapidum aceruo etiam nullâ religione congesto. censet hoc Guil. Hamerus commentar. in Genes. fol. 201. & Pater Saa & plerique recentiores; probant, quia sic Homerus Odyss. π. in fine, & quodam loco Strabo, acceperunt ἑρμαῖον λόφον, *Mercurialem aceruũ*. addo hoc visum Tzetzæ versu citato, & Hesychio scribenti, Ἑρμαῖον σωρὸς λίθων. *Hermaum, est aceruus lapidum*: item Suidas, & Phauorinus; sed si hos tres leges accuratè, deprehendes eos duplicem significationem tradere, vnam latè patentem, quæ ad quoslibet lapidum aceruos spectat, alteram pressam & propriam, de superstitiosis illis: quod ex Hebræis & Græcis & Latinis scriptoribus facile est comprobare. Nam quidam in Rabbinorum commentariis versatus tradit, R. Nathan in lexico iuris Hebræorum scribere idoli Mercurij (quem recentiores vocant *Merkolis* מרכולים) cultum positum fuisse in hac lapidum proiectione, & citare R. Ismaëlem in Gemarâ, & speculum historiæ Arabum, & Sephèr Emuna; & inde apud Hæbræos vsu receptum prouerbium, *qui proiicit lapidem in Merkolis*, subaudi aceruum. Idem ego reperi apud Eliam in Tisbi, qui de ritu dubitat, eò quòd quos interrogasset de hoc ritu Romæ, id ei negarint. Perperam nagasse, & imperitos illos fuisse moris Gentilitij, facilè ostendero. Inprimis Homerum sic exponit Didymus, & Strabo, non dubium est quin vt Homerus sumpserit. Secundò Sibyllina oracula.

Guil. Hamerus, & alij.

ἑρμαῖος λόφος.

Duplex significatio.

Ex Hebræis.

Adag. qui proiicit lapidem in Merkolis.

ἡμὶ λίθινα ξόανα, νὴ ἀγάλματα χαραπείντα
καὶ παρόδοισι λίθων συγχώματα,

ait illos colere

Saxea signa, & simulacra manu fabricata
Et passim in viâ proiectos lapidum aceruos.

Ex Græcis. Didymo. Sibyllis.

priore versu *Hermulas*, posteriore *Hermacas* describens. citat autem Theophilus Antiochenus lib. 1. ad Eutolycum, & exstat locus lib. 1. Oraculorum Sibyllinorum, in quorum etiam lib. 5. inanimi Hermæ vocantur ἀψύχοις δ' Ἑρμᾶς. Nicander in Theriacis *Hermacarum* meminit: & ibi Scholiastes ἑρμακας ait esse λίθους στεφανιμένους εἰς τιμὴν τοῦ Ἑρμοῦ, *lapides coaceruatos in honorem Mercury*. Hesychius; Ἑρμαῖος λόφος, τοὺς σωροὺς τῶν λίθων Ἑρμᾶς, τοὺς ἐν ταῖς ὁδοῖς γινομένους εἰς τιμὴν τοῦ θεοῦ. οὕτω γάρ. *Mercurialis aceruus significat cumulos lapidũ Mercurij, quos in viis coaceruabant ad honorem Dei. Vialis enim.* Eadem Suidas & Phauorinus tradiderunt, & in Homerum Didymus. Dissensio tantùm est, vnde initium hæc superstitio sumpserit. Certum est ab ipso Mercurio sumpsisse, incertum à quo facto illius: sunt qui velint, quia sic solitus vias elapidare, & commodiores reddere saxis remotis, atque in vnum cumulum ad latus viæ digestis, simul etiam recti itineris & viæ regiæ viatores fecisse certiores: auctor est Phauorinus fol. 218. in fine. & addit aliam opinionem, quam ex Anticlide Didymus Odyss. π. in fine sic prodidit; natam inde consue-

Theophil. Antioch.

Nicandro & Scholiaste eius ἑρμακας.

Hesychio. ἑρμαῖος λόφος.

Suida. Phauorino. Vnde origo cultus?

Anticlides. Didymus.

Mercurius in iudicio à Iunone vocatus.

tudinem quòd cùm Mercurius, propter Argi centoculi necem, in ius coram Diis à Iunone vocatus esset iudicum sententiis, vt qui Iouis iussioni obediuisset, absolutus esset. Diíque iudices calculos omnes atros albósque ad eius pedes proiecissent: inde mortales postea vsque ad æuum Didymi, solitos, quos in via media lapides reperissent, ad latus in cumulum coaceruare, honorandi Mercurij gratia, quod Deum viatorem crederent & hos lapidum suggestus vocasse, Ερμαίους λόφους, *Mercurij aceruos*, ἔθεν καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἄχρι τοῦ νῦν, εἰς τιμὴν Ἑρμοῦ κατὰ τὰς ὁδοὺς, διὰ τὸν θεὸν εἶναι τούτων καθηγεμόνα, καὶ τρόπον τῶν ἐκβολίων τοῦτον, σωροὺς ποιεῖν λίθων καὶ διάγοντας προβάλλειν λίθους. καὶ τοῦτο καλεῖν Ερμαίου λόφους. Sic Anticlides in historia.

Aquila. Symmachus. Theodot.

Denique sunt qui dicant hoc loco ab Aquila, Symmacho, & Theodotione versum, Ερμαίους λόφους; quod noster secutus sit. ego nondum inueni apud Patres ista veteribus illis interpretibus ascripta; nihil tamen dubito, nostram versionem ex illorum aliquo manasse.

Latini. Cornel. Seuerus.

Latini scriptores pauciores meminerunt horum aceruorum. Obscuriùs in Ætna Cornelius Seuerus,

. . . qualis aceruus
Exilit imparibus iactis ex ordine saxis.

Ioseph. Scal. Obiop.

Quod de Hermacis Iulij Filius, & Obsopœus acceperunt, ille in Catalectis, hic Sibyllinis oraculis. Apertiùs Glossæ Isidori; *Mercurij lapidum congeries in cacumine collium*, vt videlicet longius forent conspicuæ.

XIX. De omni acerno vtsic. Hamerus, & alij.

Restat quid verius, an quod Hamerus, Baynus, Clarius, Ianseníus, & plerique volunt, significare dumtaxat quemuis aceruum lapidum, & vocari Mercurij, quia omnes acerui censebantur illi dicati; vt sensus sit tantùm: sicut qui lapidem lapidibus addit, agit vtile aut decorum: sic qui stultum honorat, infructuosè & indecorè se gerit.

XX. & vera. Hieron. Anselm.

An verò quod Hieronymus & Anselmus Laodunensis insinuant, & clariùs tradidit, sed nō comprobauit vlla vetustatis memoratione Cardinalis Hugo, significari dumtaxat lapidum aceruos viales, qui Mercurio sacri censebantur, & actionem idololatricam; qua, qui lapides cumulabant, putabant se falso illi numini honorem debitum exhibere; scilicet hoc lapidum iactu.

Cardinalis Hugo. De aceruo Mercurij vt Mercurij.

Autoris sententia.

Quæ mihi sola videtur vera loci sententia: exigit hoc primò cōparationis plenitudo; vt vtrimq; sit actio planè inutilis & planè indecora: quod perspicuum est in hac explicatione. In altera nec indecora, nec inutilis est actio, sic volentis viam expurgare ab offendiculis, & subsequentes Regiæ viæ admouere, immo decora, & vtilis.

Vtilitas adagij.

Deinde plenior erit vtilitas adagij: quod licebit vsurpare I. de re indecora; quid enim turpius quàm lapide lapidem honorare? II. de inutili, vt patet; quia idolum non sentit honorem delatum, nec æstimat. III. de periculosâ sæpe, iuxta sensum Lxx. si fundâ fiat. IV. de semper damnosa, quia diuinus honor sit transfertur in creaturam; sicut debitus sapienti, defertur stulto.

Quod attinet ad versionem nostram, vel secutus est interpres illos (quos dixi) veteres; vel ipsemet cùm videret in Hebræo dici, *qui mittis lapidem in lapidationem*, siue *in locum lapidibus iam obrutum & plenum*: sapienter intellexit, non de quouis

quouis agi aceruo, sed de illo Mercuriali, in quem lapides superstitiosè coniicere, res esset meritò detestanda. Non verò crediderim illum credidisse *Marghemah* idem significare quod *mercolis*, vel pro eo posuisse Salomonem: sed cùm sciret interpres Græcos & Hebræos, vt dictum est, pro adagio vsurpare, *proiicere lapidem in Mercolis*, vel *in mercolis*, ex ipso adagio peritè mentem Salomonis fuisse assecutum. Hæc mea sententia de loco difficillimo, & nondum satis luculenter collustrato: fors nunc satis.

Mercolis.

Proiicere lapidem in Mercolis.

ADAG CC XLVI. Spina nascitur in manu temulenti.

EX EODEM CAPITE. VERSV IX.

Spina nascitur in manu temulenti.

NOster addidit; *quomodo*, gnarus, in Hebræo & Græco notã comparationis subaudiendam: vt solet in Prouerbiis. Pro *nascitur* est *bhalah* עלה *ascendit*, quæ vox sumenda, non vt putat Caietanus, pro *elenatur à portãte*: nec, vt Vatablus, pro, *gestatur*; nec vt Iansenius, pro *fortuitò obuenit & ibi inuenitur*: sed vt meliùs Leo Iudas, pro *crescit*, seu vt Lxx. φύονται, & noster, *nascitur*, hoc est, oritur & prodit. Est Hebraismus, sicut Isai. 55.13. *pro saliunca ascendet abies, & pro vrtica crescet myrtus.* Hebraicè vtrobique est עלה vt & Genes. 40. 10. in Hebræo, & *ipsa tanquam germinans ascendit flos eius*, pro quo noster, *crescere paulatim in gemmas.* Item Isai. 32.13. *super humum populi mei vepres & spina ascendent.* & 34. 13. *Orientur in domibus eius spinæ & vrticæ.* Hebraicè semper est עלה Nec caret hoc loco ratione hæc phrasis, nam sic significatur id non esse proprium temulento, sed tantùm ex inopitato tale quid ei prouenire: sicut & in stulti ore verbum sapiens.

Lxx. trãslatio.

Moueat aliquem, quòd Lxx. comparationis posterius membrũ, vnde pendet adagij intelligentia, valdè aliter transtulerint, ἄνανδρα φυονται ὀν χερὶ μεθυσθ. δῆλα δ' ἐν χερὶ τῶν ἀφρόνων: *spinæ nascuntur in manu temulenti; seruitus verò in manu imprudentium.* Quam versionem D. Ambrosius secutus, ad peccatum ebrietatis locum retulit lib. 2. epist. 7. his verbis; *Recidenda insipienti potestas, non adiicienda libertas est. Seruitus enim ei conuenit, ideóque adiicit* (Salomon) *spinæ nascuntur in manu inebrioſi, hoc est, valdè ebrioſi: seruitus autem in manu imprudentis. Quia sicut ille suis vulneratur poculis, ita insipiens suis factis. Ille bibendo se peccato inserit, iste, operando se culpæ adiudicat, & factis suis trahitur in seruitutem.* Sic D. Ambrosius, quasi dicat, iste libertate libertatem corrumpit suam. iuxta illud tritum, *libertas libertate perit.* verùm tunc alia in Lxx. versione, alia in Hebræo fonte sententia proponeretur. Vt conueniãt Lxx. cum Hebræo, & cum nostro, quoad sensum saltem dixero potiùs illos *seruitutem* pro seruitio actiuè posuisse, vt indicarent, imperium & dominium stultorum, ipsis & subditis exitium adferre. Tam grauem & noxiam esse dominationem insipientium, quàm est spina in manu temulenti. Sicut ex aduerso fœlices sunt resp. quibus Principes sapientes, vel sapientiæ studioſi, & sapientibus auscultantes præsunt. Confer statum reip. Iudæorum qui fuit tẽpore Salomonis, cum eo qui fuit tempore Roboami. Igitur, cùm duo sint significata verbi *bhalah* primaria, dominari & iurisdictionem in personas obtinere; & secundaria hinc

Ambros.

Libertas libertate perit.

hinc translata ad verba seu sententias aut docta dicta, quæ principatum quendam inter cetera exercét, quales sunt parabolæ; noster ad posterius significatum respexit, Lxx. ad prius attenderunt, & quia ad hoc attendebant, vt in translatione suâ persisterent pro *in ore* בפי *bephi*, *in manu* verterunt: manu enim habenæ imperij reguntur. Quod non fuit imitandum Bayno, cùm nostram versionem poneret & interpretaretur.

Maschal. Chaldæus *maschal* vertit *stultitiâ*, non quòd vox Hebræa id significet, vel quòd parabola in se sit aliquid insipiens; sed quia parabola etiam sapientissima, à stulto pronunciata nec decora sit, nec præceptis sapientiæ consentanea, cùm nec loco, nec tempore, nec quibus, nec à quo dici decet, ea proferatur.

Vsus adagij. Sed quis est vsus adagij? primò quando aliquid aliàs rectum, non rectè fit, nec ritè. II. quando indigni & inhabiles magistratum gerunt, vel imperant. Hæc duo suggerit versio Lxx.

Sed secundàm nostram versionem & Hebræum textum, quando quæ pretiosa dicta sunt, amittunt decorum & vtilitatem, eo quòd nõ à quibus decet, dicantur. III. quando propterea sunt admiratione digna, iuxta illud Israelitarum; *num Saül inter prophetas?* Vide suprà & illud Comici: *etiam sententias loquitur carnifex.* IV. Quando ridicula, propter dicentem. V. quando damnosa dicenti vel audienti. Hæc omnia nobis suggerunt variæ Doctorum interpretationes.

Variæ interpretationes.

I. Ambrosius. I. Est referentium ad peccatum tumulentiæ. sic D. Ambrosius.

II. Hesychius. II. B. Hesychij lib. 5. in Leuit. cap. 16. in fin. significari actiones plenas peccatis.

III. III. Est pertinere ad eos qui carnalibus dediti voluptatibus, qui in ipsâ scelerum patratione punctionibus torquentur, & voluptate suâ sauciantur. est Bedæ, Strabi, Lirani, Carthusiani, Arborei. Beda, alij.

IV. IV. De doctoribus & concionatoribus imprudentibus agi, qui cùm bona dicunt, non nouerunt vitare suam laudem, & proximorum iniuriam. Sic iidem Beda, Strabus & Anselmus Laodunensis.

V. V. Respicit ad damnum ipsorummet, quia videlicet temulentus volens rosas decerpere, facile spinas apprehendit, & se sauciat ac ridendum proponit spectãtibus: ita stultus sententias bonas non suo proferens tempore, vel loco, seipsum pungit, quia suam prodit stultitiam, & risum aliis mouet. Ita Iansenius ac Peltanus, & alij. conuenit cum dicto Eccles. 20. 22. de quo vide Adag. 236. *verbũ super rotis suis*, quod huic nostro contrarium. Non longè hinc recedit Baynus, qui sic applicat: vt ebrius contrectans spinas, facilè decipitur, putans tangi posse sicut alia ligna, & ita deceptus se consauciat: sic insipiens, in ore habens diuinam scripturam, aut legens ac reuoluens sine fide & intellectu, deterior efficitur, quia pungitur in animo & conscientiâ suâ, quam tamen non corrigit. Iansenius. Peltanus. Baynus.

VI. VI. Lubenter transfero ad eos, qui doctrinâ & litteris dumtaxat vtuntur ad aliorum pernicem, vt obscœni quidam scriptores, & hæretici: quorum studia reuera nihil sunt aliud, quàm *gladius in manu furiosi*, quo & alios & se iugulet. Quot laboribus paratur eruditio, conceptu difficilis, partu acerba? spina est nascens in manu temulenti, & summa cum doloris acerbitate in volâ cute perforatâ & carne transfixâ se pariens.

VII. VII. Noster Saa tantùm refert Saa. Caietan.

ad

ad non suo loco & tempore dicta, Caietanus autem non noxam, sed irrisionem duntaxat considerat, quia durè voci *ascendit* inhæsit, non satis gnarus Hebraismi. verba sunt; *Superius parabola in ore stultorum assimilata est tibiis claudi, quoad dissonantiam: hic verò assimilatur spina ascendenti in manu ebrij quoad ridiculum. Quemadmodum enim ebrius, loco rosæ, aut rei alicuius pretiosæ, elevat in altum spinam, & sic spina seu spinarum congeries in manu ebrij quasi exaltata ascendit, & ridiculo est omnibus videntibus: ita parabola in ore stultorum ridicula est. provocat enim homines ad risum loco instructionis.*

IX. Vsus adagij. Vt videtis, omnes isti conueniũt, prouerbij vsum esse de re malà & illaudatà: quare licet contemnere quos refert Baynus, Hebræos contrario sensu ista tractantes, de quodam (aiunt) spinarum genere, quod manu ebrij gestatum, temulentiam discutit, & sobrietatem inducit: sic prouerbium ore stulti prolatum, ex stulto sapientem reddere: & per parabolam intelligi non adagium aliquod, sed librum legis, vel hunc MISLE Salomonis.] Sed isti perspicuè pugnant cum instituto Salomonis, & videntur mihi cùm hæc scriberent, illâ suâ spinâ caruisse.

Baynus.

Spinæ genus cõtra temulentiam.

ADAG. CCXLVII. Leo est in viâ & Leæna in itineribus.

EX EODEM CAP. VERS. XIII.

Leo in via: Leæna in itineribus.

Sensus adagij. ADagium, quo significemus eum qui vanas difficultates animo suo fingit, & prætexus quærit, ne quod decet, faciat; & ab ignauis quoslibet prætextus arripi solere, vt ociari pergant, nobis sacra Scriptura duobus locis suppeditat, Prouerb. 22. 13. *Dicit piger: Leo est foris, in medio platearum occidendus sum.* & iterum 26. 13. *Dicit piger: Leo est in via, & leæna in itineribus: sicut ostium vertitur in cardine suo, ita piger in lectulo suo.* vbi posterior cõparatio videtur suggerere vsum prouerbij nempe de pigris, ignauis, somnolentis, qui ægre ad bonum mouentur, & à somno vitiorum excitantur difficillimè. Ouidius talem depingit Metamorph. 2.

Ouidius.

. . . . . *tardâ grauitate iacentes*
Vix oculos tollens, iterúmque iterúmque relabens,
Summáque percutiens nutanti pectora mento.

De his qui, ne bonis operibus se impendant, vanas quærunt occasiones, eleganter S. Maximus Taurinensis Serm. 39. *Quibus cùm ieiunium indicitur, de intemperie se tẽporis semper excusant. Dicunt enim, æstivis mensibus dies longa est, torrentior Sol est, sitim ferre non possumus, poculis nos refrigerare debemus. Hyemis verò tempore graue frigus est, rigores sunt pessimi, algorem tolerare nequimus, escis calefieri nos oportet. Ita homines, quorum animus semper est in prandio, prandendi sibi causas inquirunt.* & post pauca; *His autem ipsis hominibus, cùm dixeris, vt aliquid pauperibus largiantur, statim tibi obiiciunt, necessitates infinita sunt, tributa sunt grauia, fiscalia explicare non possumus; & tanta tibi ingerunt, vt quasi reum te statuant, cur hoc ipsum illos voluerit commonere* Apud D. Paulinum quædam huc spectantia reperi, qui cùm esse strenuus, & ardens spiritu caritatis, adeò tamen humiliter de se ipso sentiebat, vt desidem se atque pigrum planè duceret. sic enim epist. 21. ad B. Amandum scribit; *Quis me dicentem excitauit?* Leo est in viis, in plateis autem homicidæ? *Non* apis *mystica*

S. Maxim.

D. Paulin.

studio, non formicæ *solertis exemplo ad prouidentiam vitæ & vtilitatis operam suscitamur: sed modicùm dormimus, modicum verò dormitamus, modicùm autem manibus complectimur pectus, & interea nobis inopia tanquam bonus cursor occurrit*, &c. sequitur in d. v. 13. versionem LXX. qui habent, φονα θηρ: sed vt noster, sic etiam S. A. Th. & Chaldæus. idem verò est sensus in vtraque versione. Nota, sensu non differre hæc adagia, licèt verbis nonnihil differant, vsu quoque seu fine eadem esse. In priore tantùm fit mentio *Leonis* ארי *ari*, in posteriore *Leænæ*, & *Leunculi* seu Leonis iunioris שחל *schachal*. in priore videtur tantùm fieri mentio vrbis, vt insinuat vox בחוץ *bachuts* quæ *vicum* denotat; in posteriore potiùs *itinerum* seu *viarum* quæ ad agros ducunt, licèt Hebræa vox רחבות *rachoboth* eadem sit vtrobique: sed noster diuersimodè interpretatur. Itaque priore loco maior inertia describitur illius, qui nec domo quidem sustinet pedem efferre, & prætextus vanior, cùm in vrbe leones versari non soleant. posteriore loco minor desidia illius, qui aliquotenus prodire non detrectat, sed non quantùm decet: nempe recusat vrbe egredi in agros: & periculum verisimilius prætexit. nam in Palestinâ, vbi hæc scribebantur, extra loca populosa crebri leones erant.

Sensus adagij.

Beda.

Venerabilis Beda priorem locum sic accipit, de iis qui hæc animo loquuntur, & re verâ timent; *Dicit sapè in animo suo is qui ad bona opera agenda piger est, ad confitendam fidem quam corde tenet, timidus: Non audeo fidem, quam noui, foris profiteri: ne me persecutor impius, quia fidelem audit, perimat. Timeo ad exercendas virtutum actiones, in publicum progredi: ne fortè me, vel antiqui hostis aduersitas grauior tenet, vel etiam homo quilibet peruersus cum sucrum turba derideat, conuiciis* (sic legend.) *cõfundat, iniuriis afficiat; aut sicut multos iustorum, qui ab eius vitâ discordant, tormentis & morte consumat*, &c. hoc sequuntur hìc Strabus, Liran. Dionys. Arbor. Baynus. Posteriore loco, de iis qui etiam verbis sic se excusant, ne agant, quæ agenda sibi fatentur, & non progrediuntur: *Multi cùm verbum exhortationis audiunt, causantur de diabolo, dicentes velle se quidem viam iustitiæ ingredi, sed se à Satanâ impediri ne perficere possint. Sicque huiusmodi excusationis sermonibus semper in lecto suî corporis, sicut ostiũ in cardine, vertũtur: & modò exire ad operandum, modò ad quiescendum redire proponentes, in suis iacere prauitatibus nunquam desistunt.*] sic Beda: vt priore loco, qui nec benè agere quidem proponunt, præ desidia: posteriore, qui proponunt, sed præ inertia hoc facere prætermittunt. illi similes recusantibus, domo; hi negantibus, vrbe exire.

Strabus, & alij.

Vsus I.

I I.

III.

Præclarè ad studia & adolescentulos ista dirigit Rob. Baynus, tradens in eos priùs prouerbium quadrare, qui timore temporalis molestiæ; quam, cùm leuissima sit, tamen metuunt, vt leoni occurrere; & ideo nolunt sapientiæ operam dare, & honestis occupationibus se addicere. Leonẽ qui foris est, ad ianuam timent, hoc est, præsentem reformidant laborem: Sed *leonem qui circuit quærens quem deuoret*, non pertimescunt. Mortem, quæ in plateis & præ foribus est, horrent, sed eum *qui potestatem habet, postquam occiderit, mittere in gehennam*, non timẽt. Eamdem esse sententiam secundo loco, nempe tam difficile esse pigro persuadere, vt in bonis operibus sit sedulus, quàm vrgere & extrudere aliquem vt cũ leone congrediatur Hortantibus ad bona opera, pigrum respon

Bayni adaptatio.

1 Pet. 5. 8.

Matth. 10. 28.

respondere, otium esse tutum, negotiũ verò periculosum.] sic semper *pigris otia sunt*, vt dicitur in veteri Theocriti, ἀεργοῖς αἰὲν ἑορτά.

ADAG. CCXLVIII. Auribus canẽ apprehendere.

EX EODEM CAP. VERS. XXVII.

Auribus canẽ apprehendere.

Sisus adagij. PAtet dici de re periculosa, & inutili: sic Liranus, Carthusian. nam *canem auribus velle apprehẽdere*, periculi plenum est, quia sic irritantur, nec facile id patiũtur, & apprehensi facilè se liberant. Secũdò dicitur etiã de re valde perplexa, & negotio quod perferre sit difficillimũ, nec tamen integrũ relinquere. Nam qui canem auribus tenet, ambiguus est dimittat? vleiscetur se canis. non dimittat? ille se expediet, & mordebit irritatus. Simile est illi, Græcis atque Latinis communi, quod Terentius optimè explicuit, vbi in Phormione Antiphon,

Terẽtius

> ... *quod aiunt, Auribus teneo lupũ.*
> *Nam neque quo modo à me amittam, inuenio, aut vti retineam, scio.*

Donatus. vbi Donatus monet, Græcum prouerbiũ esse, τῶν ὦτα ἔχω τὸ λύκον, ὅτ' ἔχω ὅτ' ἀφεῖναι δύναμαι, *auribus lupũ teneo, nec retinere, nec amittere possum.*

Erasmus. Lege Adagiographum Chil. 1. cent. 5. num. 25.

Vt verum fatear, magis videtur Sapiens vsurpasse de negotio nihil ad nos pertinente, & noxæ futuro: iuxta quod sequitur, *sic qui trãsit impatiens & commiscetur rixæ alterius*: nam, similitudo in eo posita, quòd qui duobus iurgantibus se admiscet, si vel contra vtrumque, vel pro vno contra alterum litigare aut suctensere illis cœperit, vel vtrumque,

Beda, & alij. vel è duobus alterum in se concitat; vt notãt Beda, Strabus, Carthusianus, Arboreus, Caietanus; quod verissimum quando rixa est inter valdè coniunctos, vt coniuges, parentes, &c. de quibus solet dici, *Ne iniicias manum inter fores & cardinem.* Hispani dicunt, *entre el arbol y la corteza no metas la mano.*

Intellige de his qui temerè id faciunt. Nam fecit Moyses Exo. 2. sed spiritu succensus diuino, & electus Dux populi. Faciunt sæpè viri sancti, dum conantur ex caritate conciliare dissidentes; sed tunc similes sunt potiùs his qui canibus adblandiuntur, & ostenso panis fragmento, eos cicurare & mollire contendunt. Lege Iansenium hic.

Iansen.

EX EODEM CAPITE. VERS. XX.

ADAG. CCXLIX. Cùm defecerint ligna, extinguetur ignis.

Cùm defecerint lingna, extinguetur ignis.

Vsus adagij. VTi possumus, vt significemus, subtracta materia irarum, iram facilè ex seipsa extingui: Materiam autem esse verba delatorum, & susurronum. *No aya quien mal sine, y no aura quien se indine.* Eccles. 8. 4. *Non litiges cum homine linguato, & non strues ingnem illius ligna.* non suppeditabis illi noua iræ fomenta. Noster d. ver. 20. optimè vertit quod est Hebraicè, *in consumptione ignis.* Sicut Symmach. & Chaldæus, *vbi, vel sinon sint ligna.* L. xx. sensu eodẽ à contrario, ἐν πολλοῖς ξύλοις διαλάμπει πῦρ, *in multis lignis germinat ignis*, hoc est, augescit & multiplicatur. Ignis accẽditur, & fouetur a lignis; lites à malis linguis nascuntur & conseruantur. deficiente causa, deficit effectus. Prou. 22. 10. *Eiice derisorem, & exibit cum eo iurgium, cessabunt*

Linguæ ignis.

sabúntque causæ & cõtumeliæ. Iaco. 3. 6. asserit linguam esse ignem, *à quo inflammetur rota nativitatis nostræ inflammata à gehennâ.* hoc est, omnia vitæ nostræ opera à diabolo huc ignem succendente destruantur.

ADAG. CCL. Argento sordido vas fictile ornatum.

EX EODEM CAP. VER. XXIII.

Argento sordido vas fictile ornatum.

ADdita comparatio labiorum tumentium sociatorum cordi pessimo, docet simile quid esse vulgato adagioni: *Dignum patellâ operculum*, quo D. Hieronymus vsus epist. ad Chromatium; & illud eiusdem contra Ruffinum de mali libri falso titulo, *tuum opereulum venenatæ patellæ imponeres.* Simile item illi, *Similes habent labra lactucas*: quæ solent vsurpari vbi similia similibus contingunt, magistro rudi indoctus discipulus, improbo populo magistratus improbi, gregi deprauato prælati vitiosi, difficili marito coniux morosior. Cui contrarium ego censeo illud Platonis, *ollam fabariam tudecula aureâ monere.* Vide adag. 72. Chiliad. 1. centur. 10. Porrò Lxx. tollunt adagium, & pro vna gnone duas reponunt, prior est, *argentum datum cum dolo, tanquam testa reputandum*; ἀργύριον δεδόμενον μετὰ δόλου, ὡσπερ ὄστρακον ἡγητέον, pro eo quod noster, *argento sordido vas fictile ornatum:* cui fauet Chaldæus, pro *sordido* habens *fœculentum*: & Hebræus textus *Sigim* סיגים, *scoriarum*, hoc est, scoriâ plenum, & pro *ornatum*, eodem sensu *obductum.* Posteriore loco, χύλη λῆθαι καρδίαν καλύπτει λυπηρὰν; *Labia le-*

Senſus adagij.

Plato.

Lxx. interpretatio.

nigata cor celant triste; quidam libri δόλια, *dolosa*, eodem sensu. Meliùs tamen Hebræo inhæret nostra versio, comparationis notam explicandi causâ adiiciens; *sic labia tumentia cum pessimo corde sociata.* pro *tumentibus* est דולקים *Dolekim*, quod Symmach. φλεγόμενα, *inflammantia*, Aqu. & Theod. καιόμενα, *ardentia*, Caietanus *comburentia*, vertunt, Pagnin. *succendentia lites*: certè verba superborum tumida sunt, & rixarum, seu litium materiam suppeditantia. Significantur verba cordi consentanea. nam *ex cordis abundantiâ solet os loqui. bonum cor verbum eructat bonum.* cor comparatur ollæ, labia operculo, vitium labiorum, argenti scoriæ: & cordis malignitas, testæ vilitati ac fragilitati. Caietanus nobiscum sentit, quoad comparationem, sed scoriam iniicit ollæ his verbis, *crediderim intelligendum, quòd argenti scoria posita sit in vasi fictili subter & supra, hoc est, quòd contineatur in vase fictili, & cooperiatur vase fictili, quod appellatur testum: & similitudo sit, quòd cor malum assimilatur scoriæ, & labia comburentia assimilãtur fictilibus incensis igne purgante scoriam.* | Verùm hæc interpretatio non conuenit cum nostra versione aut Græca: Hebræa quoque verba non patiuntur illam. nam indicant, argẽto scoriarum obductam ipsam ollam testaceam seu ornatam, non verò testaceum operculum ollæ impositum scoriis argenti refertæ. pro nobis contra Caietanum sentiunt Pagninus, Vatablus, Clarius, Baynus, Ianssenius, ceteri. Et Ianssenius quidem clarissimè & optimè: hac comparatione primùm significari, sicut vili testæ inductum sordibus argenti est dignum patella operculum, ita hìc labia odio turgida, speciosis tamen verbis vt odiũ tegant, decipientia, rectè conueniũt

Caiet.

Pagninus & alij. Ianssenius.

Senſus adagij.

maligno

CCL. maligno cordi. Secundò sicut scoria illa testam operit, sed non reddit meliorem aut pretiosiorem; ita hic talia labia cordis malitiam possunt tegere, sed non reddunt cor melius. Tertiò, vt addit Peltanus, vt vas fictile licet argento ornatum, tandem retegitur. & confringitur: sic cor prauum licèt à labiis illis tumentibus ad tempus tegatur, suo tamen tempore aperitur, & palam cõfunditur; & à Deo tanquam vas figuli confringetur.

II.

III.

Baynus. Refert Baynus contrariam planè quorundam explicationem; qui argentum scoriarum purgandâ scoriâ intelligunt, & labia ardentia exponunt polita & splendentia instar argenti. hoc sensu; *Sicut argentum purum obductum super vas fictile, sic purus sermo & politus cordi malo: in vtroque enim magna fraus est, & argentum purum non potest seruare vas fictile, quo minùs frangatur; neque blanda verba cor malum ab odio vel dolo.* Sed melior est alia expositio de argento reprobo, & labiis vitiosis; quam etiam secutus fuit Arboreus, sed non videtur benè intellexisse, vt facilè videbit, qui verba illius considerauerit. sunt autem: *Ita se habent verba in tumorem superbia elata, cum pessimo & venenato corde, atque se habent scoria puri argenti cum vase fictili, quod non solet vero & puro argento ornari; sed dumtaxat apparenti. Et periculosissima est coniunctio superbi cum eo qui pessimo corde molitur scelera, quod enim sub amarulento corde latet, mox verbis tumidis datis in publicũ proferetur.*] mutuatus est verba Carthusiani, qui nec ipse hîc acu rem attigit, vt nec Liranus à quo ille sumpsit: Bedam saltem imitati fuissent, cuius vtilis est mystica consideratio; *Quid per argentum sordidum, nisi scientia corrupta? & quid per vas fictile, nisi corcarneum designatur? quod cùm de ipsa falsa scientia se ornare satagit, in sua locutione contra veritatem tumet, & magister erroris fit.*] Per *tumentia* igitur *labia* intelligimus, odio, dolo, & superbia turgida verba; quibus quis alios ardenter insectatur, vt patet ex Hebræo. vide ad Psal. 7. v. 14. sumpsit vocabulũ ab ipsâ ægritudine, quia quæ inflammantur ardore labia, simul inflantur & eleuatâ humore ácri atque calido superficie intumescunt. Philoxeni verbo talibus labris præditos, voces καπυροφυσωδεις, *feruore inflatos & intumescentes.* Inter corporis affectiones numeratur à medicis φλεγμονὴ, *tumor cum feruore*, de quo videndus Gorræus, in Medicis definitionibus: & sicut Latini *tumere*, sic Græci φλεγμαίνειν, de superbiẽtibus & ferocientibus vsurpant: & sic Synesius ὀνόματα φλεγμαίνοντα, *nomina tumentia*, dixit, pro grandibus & sesquipedalibus: & *vrbs turbida* seu resp. φλεγμαίνουσα vocata, epitheto à Platone, sumpta (inquit Suidas) metaphora ab iis qui periculosè laborant phlegmonibus.

Autoris sententia.

Arboreus.

Carthusianus. Liranus. Beda.

Mystica consideratio.

Philoxenus.

φλεγμονὴ.

φλεγμαίνειν.

Plato. Suidas.

EX CAPITE XXVII. VER. I.

ADAG. CCLI. Gloriari in crastinum.

Ne glorieris in crastinum.

Gloriari in crastinum (ait Iansˑ) dupliciter contingit. aut gloriando de prospero successu diei crastinæ, v. g. promittendo sibi vitã, sanitatem, aut bonam fortunam: aut gloriando de opere aliquo faciendo v. g. de conuersione à peccatis, aut de plus aut meliùs tunc & laudabiliùs aliquid perficiendo; aut simpliciter de aliquid agendo. contra quas temerarias præsumptiones pugnant

sacri & profani scriptores. Dominus Matth. 25. variis parabolis ostēdit c. 4. sub finem mortis diem & horam à nobis ignotam. Iacobus frater Domini hunc fortassis locum Salomonis in mente habēs scripsit; *Ecce nunc, qui dicitis; Hodie aut crastino ibimus in illam ciuitatem, & faciemus ibi quidem annum, & mercabimur, & lucrum faciemus* (ecce gloriationem:) *qui ignoratis quid erit in crastino.* (quod noster dixit ignorans, *quid superuentura pariat dies*, & addit huius præsumptionis remedium.) *Quæ est enim vita vestra? vapor est ad modicum parens, & deinceps exterminabitur*; *pro eo vt dicatis*: *Si dominus voluerit, & si vixerimus, faciemus hoc aut illud. Nunc autem exultatis in superbiis vestris.*]gloriamini vanâvos spe tumefacientes. Itaque retunditur hoc adagio huiusmodi vanitas. Monemur etiam non procrastinare pœnitentiam, propter vitæ incertitudinem, & varia se ex inopinato ingerentia impedimenta. Eccles. 5. 8. *Ne tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem: subitò enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te.* Benè quidam;

Sensus adagij.

Qui non est hodie, cras minùs aptus erit.

Horatius.

& alius;

Quis scit an adiiciāt hodiernæ tempora vitæ.

Crastina Dij superi?

An verò hac nocte anima sit ab eo tollenda? *ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes*, Galat. 6. 10. Quàm multa possunt cadere *inter os & offam, inter calicem supremáque labra*? In Senecæ Prouerbiis habes; *omnes vitam differentes incerta mors preuenit. Omnis igitur dies tanquam vltimus ordinandus est.* Chaldæus paraphrastes *crastinum* propriè accepit pro proximo die: quia ex aduerso statuit dici hodierno מחר *iomo*, vt tunc sensus sit idem cum illo:

Nescis quid serus vesper vehet.

Hoc est, quid adferet, boni, mali, auxilij vel obstaculi. Hoc noster Salomon metaphora parientis explicuit, quia dies quasi profert in lucem, quod diuinâ prouidentiâ tunc generante conceperat. Proponit homo, Deus disponit. Venerabilis Beda, Strabus, Liranus, & cæteri interpretes *crastinum* pro futuro simpliciter tempore exposuerunt, vt solet sacra Scriptura vti: vide sup. Adag. 43. Ideo Lxx. ad sensum τὴν ὑστεραίαν, noster *superuentura die*, verterunt; quod in Hebræo tantùm est dies.

Beda & alij. Crastinũ pro futuro.

EX EOD. CAP. VER. II. ADAG. CCLII.

IN suarum virtutum & bonorum iactatores dici solet,

Laudet te alienus & non os tuum:
Extraneus & non labia tua.

Laudet te alienus & non os tuum.

Quia prorsùs apud omnes ferè mortales fœtet & *sordet laus in ore proprio*, vt vulgò dicitur. Bene Themistius: *Nulla narratio tam odiosa est, quàm sui ipsius encomium.* Plinius Iunior lib. 1. epist. 8. ad Pompeium Saturninum de hac re multa, inter quæ: *Etenim si alienæ laudes parùm aquis auribus accipi solent: quàm difficile est obtinere, nec molesta videatur oratio de se, aut de suis differentis?* & post aliqua: *præterea meminimus, quãto maiore animo honestatis fructus in conscientiâ, quàm in famâ reponatur. Sequi enim gloria, non appeti debet: nec si casu aliquo non sequatur: idcirco quod gloriam non meruit, minùs pulchrum est.*

Sensus adagij.

Themistius Sui encomium.

Plinius Iunior.

est. Hi verò qui benefacta sua verbis adornant, non ideo prædicare, quia fecerint; sed vt prædicarent, fecisse creduntur. Sic, quod magnificum referente alio fuisset, ipso qui gessera trecensente, vanescit. Homines enim cùm rem destruere non possunt, iactationem eius incessunt. Ita, si illenda feceris, factum ipsũ; si laudanda, quòd non fileas ipse, culpatur.] Audiant Astydamantes Salmantini, canditati nostri, quibus nihil prius curæ quàm vt diligenti studio sibi ipsis laudationes componant, quas postea, cùm ambiunt, iratis bonorum auribus inculcent. Os nullum, aut, si quod est, pugilis. Saltem Plutarchi libellum legerent, cuius inscriptio, περὶ τοῦ ἑαυτὸν ἐπαινεῖν ἀσπιθόντως, *de seipso laudando citra inuidiam.* Sed plerique φιλαγυρίαν philosophiæ præferunt. Prorsùs simile est adagium Græcũ, σαυτὴν ἐπαινεῖς ὥσπερ Ἀστυδάμας *γυνὴ σεαυτὴν laudas mulier sicut Astydamas*, quo vsus Iulianus Apostata in epist. quadam ad S. Basiliũ. Lege Chiliad. 2. cent. 7. adag. 59. Non nego licere aliquãdo seipsum laudare, sed cùm necessitas exigit, vt CHRISTI, B. Pauli & aliorum exemplis hîc docent Ianſen. Carthusianus, Arboreus. Facilè quis tamen in suis meritis decipitur, & difficile est conditiones necessarias concurrere, ideò non temerè se quis huic periculo committat: nisi si vel necessaria sui defensio, vel proximi exẽplum, aut gratitudo erga Deum contestanda id postulent.

Astydamantes.

Plutarch.

Iulianus. Apostata. Erasmus.

Ianſenius & alij.

Difficilis sui recta laudatio.

ADAG. CCLIII Melior est manifesta correptio, quam amor absconditus.

EX EODEM CAP. VERS. V.

Melior est manifesta correptio, quàm amor absconditus.

NIhil de sententia decedit siue *amorem*, siue *amicitiam* cum Lxx. vertas.

I. Abenezra citatus à Bayno censuit conferri correptionem manifestam cum correptione occultà, & affirmari manifestam esse meliorem, si modò vtraque ab amore procedat. Quia efficacior est manifesta, licèt soleat esse acerbior.

Abenezrayn Bayus. Sensus adagij.

II. Beda, & Strabus intelligunt de amore libidinoso & adulterino, qui odit lucẽ ob sui turpitudinem: cui iure præponitur correptio manifesta, quia melius est, studio corrigendi palàm corripere, quàm studio simul peccandi clanculùm diligere.

Beda. Strabus.

III. B. Liranus, Dionysius, Caietan. Arboreus, Baynus & alij capiunt de nimiâ indulgentiâ, quãdo metu offensionis quis non audet, quem diligit, corripere, & sic illi non modò inutilis, sed sæpè noxius est. Sed qui seruato caritatis ordine fratrem corripit, sæpè lucratur eum. vide Matth. 18. à v. 15. & Eccles. 19. à v. 13.

Liranus, & alij.

IV. Fuerit locus prouerbio cùm volumus indicare, vtilius esse & melius coram & in faciem amicum reprehendere (vt Petro Paulus in faciem restitit) quàm clanculùm & absentem rodere, aut non defendere, iuxta illud Horatij lib. 1. Saty. 4.

Horatius.

..... *absentem qui rodit amicum,*
Qui non defendit alio culpante; solutos
Qui captat risus hominum, famámque dicacis;
Fingere qui non visa potest; commissa tueri
Qui nequit: hic niger est: hunc tu Romane caueto.

Vides quæ pestes veræ amicitiæ. Mihi ex his interpretationibus, tertia maximè litteralis videtur.

EX

ADAG CCLIV. Meliora sunt vulnera diligentis, quàm fraudulenta oscula odientis.

EX EODEM CAP. VERS. VI.

Meliora sunt vulnera diligentis,
Quàm fraudulenta osculo odientis.

TEstes Amasa & Abner osculi specie confossi, & Seruator noster osculo traditus ad necem. Porrò noster interpres sensum retinuit, vt & Chald. qui *pulchra* vertit, *pulcrorum* pro bono vsurpans more Græcanico. Hebraicè est *Fidelia, neemanim* נאמנים, quia videlicet quod amicum decet, amico meliùs consulunt. Nam vulnera hæc tendunt ad correctionem; oscula hæc ad deceptionem. Sic Deus quem diligit, castigat. vide suprà adagia similia. Diabolus verò blandiendo decipit, vt bene glossa interlinearis. Sed potissimùm de hominum conuersatione hic agitur. Adagio autem vtitur D. Augustinus epist. ad Hieronymum.

August.

Lælius Ciceronianus.

Sapienter & fortiter Lælius Ciceronianus amicitiæ fide hanc legem sancit, *vt ab amicis honesta petamus, amicorum causâ honesta faciamus, nec expectemus quidem dum rogemur, studium semper adsit, cunctatio absit: consilium verum dare gaudeamus liberè. plurimum in amicitiâ amicorum benè suadentium valeat auctoritas; eáque adhibeatur ad monendum, non modò apertè, sed etiam acriter: si res postulabit, & adhibita pareatur.*] Sed postea diffusiùs tractat, quàm inter amicos veritas, monitio, & obiurgatio necessaria sint, & quàm pestifera sint adulatio, & assentatio. Adeò vt Cato non sit veritus dicere, *multo melius de quibusdam acerbos inimicos mereri, quàm eos amicos, qui dulces videantur: illos verum sæpe dicere, hos nunquam.* Nemo hæc latiùs tractauit Plutarcho in lib. de discrimine adulatoris & amici, vnde quædam excerpam ad istud & præcedēs adagium pertinentia, cùm sint eiusdem argumenti. *Loquenai libertatem tum dici, tum videri propriam amicitiæ vocem, velut animantis cuiuspiam: contrà non liberè loqui, & ab amicitiâ, & ab ingenuis moribus alienum.* τὴν παῤῥησίαν καὶ λεγομένην καὶ δοκοῦσαν ἰδίαν ὄντως φωνὴν ἀπεῖπε τινὸς ζῴου τῆς φιλίας, τὸ δὲ ἀπαῤῥησίαστον ἄψυχον ἢ ἄγριον. & postea, *amicus semper faciens quod oportet, sæpè iucundus est, sæpè molestus, nec hoc cupiens, nec illud fugiens, si quidem esset vtilius. Sicut enim medicus, cùm expedit, crocum & nardum immiscet pharmacis, atque adeò sæpenumerò & lauat placidè, & alit benignè; nonnumquam his prætermissis, castorium immittit.*

Cato mis dictum.

Acerbi inimici dulcibus amicis interdum meliores. Plutarch.

CCLIV

Aut graue immittens polium, virus inamabile cuius, aut trium elleborum cogit ebibere; nec hic molestiam, nec illic iucunditatem, ceu finem, spectans, sed vtrisque modis ad idem tendens; nempe vt eum quem curat, ad meliorem adducat valetudinem: itidem amicus, nonnunquā efferens ac delectans amicum, laude ac benenolentia ad honestum adducit, velut ille apud Homerum,

Teucer amice mihi Telamonie, dux Achiuûm,
Fac isto iaculerire modo.

& illud,

Post equidem quinam diui oblitiscar Ulyssis?

Rursum cùm coërctione opus est, tum sermone mordaci, castigatoriáque libertate tangens, ait:

Insanis Menelaë, neque hæc dementia quicquam
Profuerit tibi.

Nonnunquam facto simul & dictis corripit:

ripit : quemadmodum Menedemus Asclepiadis amicifilium, luxuriosum & incompositæ vitæ, exeludens, nec alloquës, sobrium reddidit: & Batto scholã interdixit Arcesilaus, cùm versum in Chleantem feciſſet in comœdiâ. Cæterùm posteaquam Cleanthi satisfeciſſet, factique pœniteret, recipit hominẽ in gratiam. oportet enim sic amicum contristare, vt prosit: non oportet autem contristando tollere necessitudinem, sed dolore, ceu mordaci pharmaco conuenit vti, quod seruet, & incolumem reddat eum, qui curatur. Vnde sicut musicus, itidem & amicus, ad honestatem & vtilitatem vtens mutatione, dum quædam concedit, ac remittit, quædam intendit, sæpe iucundus est, semper vtilis.] ὁ δ' ἀεὶ τοιῶν ἀ δεῖ, πολλάκις μὲν ἡδύς, πολλάκις δ' ἀηδὴς ἐσιν, ἃ τοῦτο βούλεται, ἢ βέλτιον ἄν, μηδὲ τοῦτο φεύγων. ὥσπερ γὰρ ἰατρὸς ἂν ξυμφέρῃ, κρόκον καὶ νάρδον ἐπιτίθησι, νῦν δὲ μία πολλάκις ἕλκωσι προσπιτῶς, καὶ ἐνδελεχῶς φιλανθρώπως, ἔστι δ' ὅτε ταῦτα ἐάσας

καρέμον οἰνάνθην ἢ σίλιον βαρβοσμον,
ἃ δὴ ῥίγιστον ὄδωδεν, ἵππινα ἐλλέβορον ἐκ-
πιεῖν τρίψας ἀνάγκασιν, οὔτι ᾠτῶνδε
τὸ ἀηδὲς, οὔτε ἐκεῖ τὸ ἡδὺ ποιούμενος
τίλος, ἀλλ' ἐφ' ἑν ἀμφοτέρων ἐπὶ τὸ
ξυμφέρον ἄγων ἢ θεραπεύομενον. ὅπως
δ φίλος, ἐξ μὲν ὅτι σιὼ ἐπάνω καὶ χά-
ειπ μεγαλύνων ἀεὶ καὶ ὑφαίνων, ἄγει
πρὸς τὸ καλὸν, ὥσπερ ὅτος.

πῦκνε φίλη κεφαλὴ τιλαμώνιε, κοίρανε λαῶν,
βάλλ' ἔτω . . . . . κύ,
Πῶς ἂν ἔσαν' ὀδυσῆος ἐγὼ θείοιο λαθοίμιν;

ἔσυ δ' ὦ παλιμ ἐπιφροσύνης δεῖ. καὶ λόγῳ δήκτῃ, καὶ παῤῥησίᾳ κηδεμονικῇ καθαπτόμενος.

ἀφρόνων Μενέλαε διοτρεφὲς, ἦ τί σε χρὴ
τάυτης ἀφροσύνης

ἔστι δ' ὅτε καὶ τὸ ἔργον ἅμα τῷ λόγῳ σωτῆρον. ὡς Μενέδημος Ἀσκληπιάδου φίλον ἀκόλαστον ὄντα, καὶ ἀτακτον, ἀπελαύνων, καὶ μὴ προσαγορεύων, ἐσωφρόνισε. καὶ Βάτωνα τὸν σχολὴν ἀπειπόντα Ἀρκεσίλαῳ, καὶ ὄντα πρὸς Κλεάνθην ἐποίησεν ἐν κωμῳδίᾳ. πέπαυσο δ' ἐν Κλεάνθει κ' μεταμελομένῳ διελλάγη. δεῖ δ' ὠφελοῦντα λυπεῖν τὸν φίλον, καὶ δεῖ λυπήσαντα τὴν φιλίαν ἀνιέναι, ἀλλ' ὡς φαρμάκῳ τῷ πάνυ χρῆσθαι, σώζοντι καὶ φυλάττοντι τὸ θεραπευόμενον. ὅθεν ὥσπερ ἁρμονικὸς ὁ φίλος τὴν πρὸς τὸ καλὸν καὶ ξυμφέρον μεταβολὴν, τὰ μὲν ἡδέα δὸς, ἃ δ' ἐπιτάνων, πολλάκις μὲν ἡδύς, ἀεὶ δ' ὠφέλιμος ὤν. Fœlices qui tales, hoc est, veros amicos nacti, & eo animo sunt, vt illud veteris comœdiæ sincerè pronuncient,

ἐμοὶ γὰρ εἴη πλοῦτος, εἰ δ' ἐθέλοι
πλοῦτόν τε καλὸν, ἔξις ὢν σύνδις ἐμοὶ,
φέρον παρελθὼν, τ' ἀπὸ καρδίας ἐρεῖ.
Mendicus vtinam sit mihi, vel si libet
Mendicum & infra, qui mihi volens bene,
Timore posito, possit ex animo loqui.

Et audiant vtinam magnates consilium Tragicæ Meropes;

Hos fac amicos, qui tibi concedere
Nolint: at istos improbos, ad gratiam
Inseruientes ac voluptatem, tuæ
Excludat & procul arceat claustrum domus.

sic vertit, qui superiora Plutarchi interpres Erasmus, ista Græca; Erasmus.

φίλους δὲ τοὺς μὲν μὴ χαλῶντας ἐν λόγοις
κέκτησο, τοὺς δὲ πρὸς χάριν σὸν ἀνδρὶ πημονῇ
τῇ σῇ, ποτηρὸς, κλεῖθρον ἐργέτω ἔγκης.

Claudo cum salutari eiusdem colophone: qui amicum obiurgant, summopere caueant, ne post obiurgationem, eum exulceratum destituant, & irritent, atque contristatum relinquant, ne sic amicitia & familiaritas finiatur: sed velut statuarij, qui vulnus ac cicatricẽ quam Sententia autoris.

celte fecerant, poliendo leuigant ac nitidam reddũt: item vt solent medici cùm secant, sauciam partem placidè rigant ac leniunt: sic isti delenificis sermonibus, placido vultu, & verborum comitate, mollire & delenire studeant eos quos corripuerunt, amarorem animo abstergentes. Huiusmodi ergo salutares sermones increpatorios amici pectoris, Sapiens vocat *vulnera diligentis*: adulatorum verò venenatas blandtias, *oscula odientis*.

ADAG. CCLV. Anima saturata calcabit fauum. Anima esuriẽs etiã amarum pro dulci sumet.

EX EODEM CAP. VERS. VII.

Anima saturata calcabit fauum.
Anima esuriens etiã amarum pro dulci sumet.

LXX. pro *calcabit*, ἐμπάιζα, *illudit*: & pro *esuriente*, vertunt *egentem*, ἐνδεῆ: sed alij interpp. cum nostro πεινῶσαν, quod magis accedit ad Hebræum. Cassianus collat. 12. cap. 5. & 14. cap. 13. vertit *egentem*. res eodem redit, & habemus in vnâ sententiâ duplex adagium per hyperbolem explicandum (*calcare*, pro abominari) cuius partem Liuius alicubi breuiter expressit, *copia fastidium facit*. docet experientia. posterius nobis plures confirmarunt. Antiphanes,

ἄνωνδ' ὁ λιμὸς γλύκια πλὴν αὑτῷ ποιῇ.
Iucunda prater se omnia efficit fames.

Socratis dictum. Cùm Socrates multis diebus ante ædes ad seram vsque vesperam ambulare deprehensus fuisset, respondere solebat, interrogatus quidnam illic ageret, *in cœnam se obsonio compa-*

rare; famem indicans. refert Xenophon lib. 3. de dictis Socratis: idem etiam ait, *cùm vrget fames, in cibo placere & mazam & nasturtium; cùm sitis, aquam de fluuio haustam non sine voluptate bibi*. vide Adag. 69. Chiliad. 2. cent. 7. adde ex nostro philosopho Hispano epistola 79. *magis iuuat bibere sitientem, gratior est esurienti cibus. Quicquid ex abstinentia contigit, auidius excipitur*. Monet porrò hoc loco Dionys. Richelius ex hoc vers. in contextum Iob. 6. ante vers. 7. irrepsisse, *Anima esurienti etiam amara dulcia esse videntur*: intellige ex versione LXX. hoc loco. nam apud Iobum nec D. Gregorius, nec Philippus, nec Beda, nec veterum alij id legerunt, vt patet ex eorum commentariis, vbi non legitur. in contextum qui Gregorio inseritur, ab aliquo oscitanter intrusum fuit. Manuscripti libri bibliorum variant, quatuor penes me nunc sunt, deest vni, in vno margini adscriptum, in duobus contextui mixtum. Caietanus rectè monet hoc adagium ad omnia transferri posse, quæ, cùm caremus, valdè appetimus; cùm adepti sumus, facilè fastidimus. hoc fusissimè prosequitur hìc Iansenius, quem legatis suadeo. Bedæ ipsa verba sunt hæc; *Anima diuitum, qui habent consolationem suam, & quibus dicitur à Domino*: Væ vobis, qui saturati estis, quia esurietis; *spernit auditam cœlestis regni dulcedinem. Anima autem eorum*, qui esuriũt & sitiunt iustitiam, *etiam aduersa seculi pro Domino, imò etiam ipsam mortem perpeti, dulce habet; sciens se per poculum amaritudinis, ad gaudia perpetua salutis esse venturam*. Quod anagogicum est dictum, imitatione B. Gregorij lib. 7. Moral. cap. 7. Hispani dicunt, *à la hambre todo pan es bueno*.

Xenophõ. Erasmus. Dionysius Richel. Iobi locus ex versione LXX. D. Greg. & alij Caietan. Vsus adagij. Loco verborũ Bedæ, pone verba Salomonis.

EX

ADAG. CCLVI. Auis trãsmigrans de nido suo.

EX EOD. CAP. VERS. VIII.

Auis transmigrans de nido suo.

PRo *transmigrans*, Hebraicè est. נודד *nodedeth, huc illuc vagans:* totus versus continet reticentiam, nam aliquid adagioni subesse quod non exprimatur verbis, nemo dubitat. quid illud sit videamus. Lxx. cẽ fuerunt esse *perit, capitur, illaqueatur*, aut quid simile; vertunt enim ad sensum non obscurè; ὡσπερ ὅταν ἔρνιον καταπλανᾶται ἐκ τῆς ἰδίας νοσσίας, οὕτως ἄνθρωπος ἀλᾶται, ὅταν ἀποξενωθῇ ἐκ τῶν ἰδίων τόπων. *Sicut cùm auis deuolauerit è proprio nido, sic homo seruus fit, cùm peregrinatus fuerit è propriis locis.* pro ἀποξενωθῇ dilucidè Symmachus μεταναστάντος *translatus*, siue sponte, siue vi. Peregrinos, quasi vagos, semper malè audisse constat apud veteres, vt aliàs docui. eosdem cùm apud exteros versantur, multa indigna & grauia perpeti sæpè nouimus, vt etiam illlud Põpeij satis docet, à Plutarcho relatum, ex Sophocle sumptum;

Symmac. Peregrini.

Plutarch. Sophocles.

ὅστις δὲ πρὸς τύραννον ἐμπορεύεται,
κείνου σφ' ἀλως καὐτὸν ἐλεύθερος μολὼν.

Quisquis autem ad tyrannum se contulerit,
Ipse seruus est illius, licèt liber aduenerit.

Fortassis tamen æquè cõmodè subaudiatur, (rarò proficit in melius) vt sit simile quibusdam veteribus & recentibus prouerbiis; quæ in vagos & inconstantes homines, frequenter habitationem, studia, libros, vocationem, vitæ statum, vel religiosum ordinem mutãtes, iaciũtur: ad hos enim omnes respicere Salomonem arbitror cum nonnullis. Euagrius de plantâ dixit, φυτὸν μεταπεφυτευμένον συνεχῶς, καρπὸν οὐ ποιεῖ, *si sæpe transferatur, non solere fructum ferre.* Fabij dictum citant; *Plantam quæ sæpe transferitur, non coalescere.* Antiquus versiculus Græcus, quo dicitur *lapis sæpè huc illuc volutus muſco non obduci,*

Eusgrius.

Fabij dictum.

λίθος κυλινδούμενος τὸ φῦκος οὐ ποιεῖ,

in Hispaniam cum Pelasgorum coloniis migrauit, *Piedra mouediza no se cubre de moho.* Prudenter ex Euripide Plutarchus, οὐ γὰρ τὴν εὐθυμίαν, *Spartam quam nactus es, orna, ἀλλὰ τὴν Σπάρτην ἔλαχες, ταύτην κόσμει.* citat etiã Tullius lib. 5. epist. 6. vide Chilia. 2. cent. 5. adag. 1. vbi inter cetera illud valdè accommodatum Theocriti refertur in Hodœporis, Latinè versum, contra pastorem vagantem;

Pelasgorum coloniæ in Hispaniam. Euripid. Plutarch. Spartam quam nactus es, orna. Tullius. Erasmus. Theocritus.

Mecum istîc certa, simul istîc pascito tauros,
Et terram pascens propriam, ne desere quercus.

Verùm copiosior Seneca epist. 2. *Ex his quæ mihi scribis, ex his quæ audio, bonam spem de te concipio: non discurris, nec locorũ mutationibus inquietaris. Ægri animi iactatio ista est. Primum argumentum benè compositæ mentis existimo, posse consistere, & secũ morari. Illud autem vide, ne ista lectio multorum authorum, & omnis generis voluminum, habeat aliquid vagum & instabile. Certis ingeniis immorari, & innutriri oportet, si velis aliquid trahere quod in animo fideliter sedeat. Nusquam est qui vbique est. In peregrinatione vitam agentibus hoc euenit, vt multa hospitia habeant, nullas amicitias. Idem accidat necesse est, qui nullius ingenio se familiariter applicant, sed omnia cursim, & properanter transmittunt. Non prodest cibus, nec corpori accedit, quisquam sũptus emittitur. Ni-*

Seneca.

hil aquè sanitatem impedit, quàm remediorum crebra mutatio. non venit vulnus ad cicatricem in quo crebra medicamenta mutantur: non cõualescit planta, quæ sæpius transfertur. Nihil tam vtile est, quod in transitu prosit.] quid quæras aliud? pro vsu nostri adagij hæc sufficient, cape tamen & illud triuiale tautologicum;

Vsus adagij.

Si quâ sede sedes, atque est ea commoda sedes;
Illâ sede sede, nec ab illâ sede recede.

Ouidius. Ouidius,

Qua fueris positus in statione mane.

Nec moueat, quod noster verterit, *vir qui derelinquit locum suum:* nam Hebraicè est, *Noded Mimmekomo*, נודד ממקומו, quo significatur vagatio à conditione, statu, gradu, aut vocatione suâ, vt benè notât Caietan. & Ianssenius. Porrò duæ sunt præcipuæ explicationes huius loci, vna, capientium in bonam partem, de illis, qui diligentem familiæ suæ curam gerentes, domo discedunt, & peregrinantur foris, per mare pauperiem, & per ignem fugientes, vt aucti opibus, domum redeant, & suos commodiùs sustentent, iuxta illud Iob. 5. v. 7. *Homo nascitur ad laborem, & auis ad volatum*; si capias,

Caietan. Ianssen. Duæ loci explicationes præcipuæ.

B. Chrysostomus vt accepit B. Chrysostomus, hortari ergo Salomonem, ne ad inediam, de qua versu præcedente fuit actũ, deuoluamur, vt auicularum exemplo, relictis ædibus, & familiâ paternâ, potiùs victum quæramus inter ignotos, quàm inter nostros domi otio torpescamus. Sic Clarius, Vatablus, & Baynus & Peltanus: qui etiam vt aliquomodo attingat contrariam explicationem, addit hunc quidem sic peregrinantem benè quidem suis consulere, sed grauibus seipsum periculis exponere. Saa quoque subintelligit (periculis est expositus) quod interpretationi Græcæ satis consentaneum est, quæ periculum seruitutis expressit.

I. Clarius, & alij.

II. Saa.

Baynus etiam sic exponit; Prouerbio nos admoneri peregrinationis nostræ, quam agimus super terram; vbi nec victus sine labore, nec ciuitas permanens nobis suppetit. Sicut autem auiculis de victu a Deo prospicitur, sic neque nobis defuturum, si spem in Deo collocemus, etiamsi domum, parentes, aut agros propter Christi nomen reliquerimus.

III. Baynus.

Sed communior est illorum sententia, qui vt fecimus, in malum ista accipiunt, vt reprehendantur ij qui locum suum deserunt. Sic Beda, Strabus, Liranus, Carthusianus, Caietanus, Arboreus, & Ianssenius, & ad varia transferunt.

Beda, & alij.

Beda sic scribit, Sicut auis, *quæ negligit oua siue pullos, quos fouerat: aliorum animantium, vel auium rapiui dimittit: sic nimirum ille, qui custodiam virtutum, in quibus proficiebat, deserit: earumdem virtutum, quas habere videbatur, immundis spiritibus ipse proditor existit. Vnde alias dicit:* Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris. *quod est apertè dicere, si principis mundi, id est, Diaboli, tentatio, tibi fortè institerit, cauto sollicitus, ne à bona operatione, cui insudabas, desistas.*] Sic Beda: è quo Strabus, Cartusian. & Arboreus: qui citatis à Lorino ad d. v. 4. adiici poterunt.

IV. Eccles. 10.

Lorinus.

Nicolaus de Lira: *Per hoc etiam intelligitur malitia prælati, animarum curam negligentis, pro curis & negotiis terrenis.*

V. Nicolaus de Lira.

Dionysius Richelius: *locum suum, id est, societatem & religiosum conuentum, in quo Deo seruire incœpit. Vnde ad Hebræos ait Apostolus* c. 10. v. 25. *Non deserentes collectionem nostram, sicut est moris quibusdam.*] Idem paullo pùst addit, ex his etiam reprehendi

VI. Dionysius Richel.

CCLVI. hendi quorundam religiosorum instabilitatem; *qui cùm in conuentu, & ordine laudabilis obseruantiæ sint, ex quadam phantasticâ apprehensione, aut diabolicâ illusione, aliam domum, aut religionem ingredi cupiunt, & semper inconstantes sunt corde, ac animo fluctuantes, atque ex propria impatientia, inquietudine, irreformatione, ac pertinaciâ potiùs incitantur, quàm desiderio perfectionis maioris: cuius euidens signum est, quòd in eo quo residente loco, malè se habent; non dantes se ad obedientiam sanctam, ad propriæ voluntatis fractionem, ad mortificationem salubrem, ad diligentiam obseruantiæ regularis, ad iugem custodiam cordis.*

Chrysost. Verùm (*vt ait Chrysostomus*) de maiori perfectione potest inquirere, qui impleuit minorem. *Contra hanc pestem multa in suis homiliis scribit Eusebius*; Quid prodest, quòd discedis, qui quocumque pergis te tecum portas? [Hæc Carthusianus verissimè: & vtilia cunctis religiosis, illis tamen maximè, qui loci stabilitatem profitentur. Nam quibus moris est Apostolicam sequi peregrinationem, ad proximorum salutem procurandam, nihil periculi talis imminet, si superiorum iussione, non suis affectibus ducantur. Manent in loco suo, quamdiu perstant in vocatione & instituto suo.

VII. Iansenius. sensus adagij. Nam eò tendit *hac parabola* (verba sunt Iansenij) *vt iuxta Pauli monitionem*, vnusquisque in qua vocatione vocatus est, permaneat in eâ; & *vt homo maneat in gradu suo, maneat in officio ac statu suo, nec temere de mutando cogitet: sed contentus viuat suâ sorte, ne contingat ipsum vagari animo inquirendo gradum, officium, vel statum quietum, cum magno rerum temporalium & spiritualium damno.*]

1. Cor. 7. 20.

EX EODEM CAP. VERS. X.

ADAG. CCLVII. Melior est vicinus iuxtà, quàm frater procul.

Melior est vicinus iuxtà, quàm frater procul.

LXX. pro *vicino*, reddunt *amicum*. Sed Aqui. Symm. & Theodot. γείτων, vt noster. Hebraicè est, *Bonus vicinus propinquus, quàm frater longinquus*, hoc est, melior siue vtilior eius ope indigenti. non est obscurum adagium, vel ex alio Græcorum,

Non sunt amici, si qui amici sunt procul:

πηλοῦ φίλοι γάιοντες, ὃκ εἰσὶν φίλοι.

quam sententiam Athenæus in lib. 5. principio dicit esse μισανθρωποτάτων παροιμιῶν, *omnium paræmiarum humano generi infestissimam atq; odiosissimam.* Nec tale esse desinit, quia vulgus qui amicitias vtilitate metitur, id probat. eius, vt in multis, hac etiam parte, iudicium belluinũ est. quid mirum? bellua multorum capitum. quando præsenti & prompto auxilio indigemus, certum est ad longinqua præsidia nobis confugiendum non esse. Sed quod ait adagij defensor paræmiographus, Chiliad. 2. cent. 3. adag. 86. non esse colendos amicos longinquè dissitos, vnde non queas multùm sentire commoditatis, sed hos potiùs quibus præsens præsentibus fruare: id verò venenum veræ amicitiæ est: in qua nunquam,

Athenæus

Qui amici colendi.

Quantum oculis animo tam procul sibit amor.

contra bonos id mores est. poterat ab inimicis suis Scholasticis ex Plutarchi præcepto vtilitatẽ capere, & discere quid inter amorem cõcupiscentiæ

Plutarchus.

centiæ, & amorem amicitiæ interſit: quæ duo perſpicuè confudit, & iuſtæ cõiugis, quod aiunt, nomen, adulteræ impoſuit. Aliud etiam, de ipſa (vt ſic dicam) amicitiæ eſſentiâ agere; aliud, de officij mutui exhibitione; huic obſtat plerumque locorum interuallum, illi nec poteſt, nec debet ſeiunctio corporum officere. De hac officiorum & operæ mutuæ commoditate, non de amicitiæ proprietate ac genio Salomon intelligendus eſt, vt & Heſiodus, cũ iubet vicinos potiſſimùm ad conuiuium vocandos, qui prope nos habitant;

Senſus adagij.

Heſiodus.

ὅστις σέθεν ἐγγύθι ναίει.

Non oppoſuit vicinos amicis, ſed inter amicos hos prætulit, qui viciniores. confirmat Plinius libr. 18. cap. 6. memorans Catonis de vtili agricolatione præcepta, *iſtud vocat humaniſſimum & vtiliſſimum, id agendum vt diligant vicini. Cauſas reddit ille, quas exiſtimamus nulli eſſe dubias.*] legatur ergo Cato de re ruſti. cap. 4. vt autem ſciatis quæ de Heſiodo dixi, eſſe vera, & arripere illum Athenæi conuiuam, quod libuit carpere, ceteris præmiſſis, en tibi verſus Heſiodi,

Catonis præcepta.

Heſiodus.

τὸν φιλέοντ' ἐπὶ δαῖτα καλᾶν, τὸν δ' ἐχθρὸν ἐᾶσαι·

τὸν δὲ μάλιστα κάλει, ὅστις σέθεν ἐγγύθι ναίει.

εἰγὰρ μὴν τοι χρῆμ' ἐγχώριον ἄλλο γένηται,

γάστορες ἄζωστοι ἔκιον,

Amicum ad conuiuium voca, inimicum longè abige.

Illum verò potiſſimùm voca, qui tibi vicinior eſt.

Si qua domi inciderit tibi res, tunc illicò omiſſis

Adſunt vicini zonis.

Themiſtoclis prædium vẽdentis dictum.

Citi & expediti ad opem ferendam, cùm affines plerumque cunctentur. Idcirco Themiſtocles prædium γέ-

dens adiecit præconio; Vicinos etiã bonos habere. Nimirum cenſens cum Heſiodo, vicinos improbos noxæ maximæ, probos lucro ſummo & emolumento adnumerandos.

Adagium Beda & alij longiùs porrigunt, vt meliorem eſſe intelligamus quemcumque proximum nobis charitate coniunctum, & bonis ac ac placidis moribus copulatũ quàm ſint fratres conſanguinei, nolentes fidei aut pietatis commercia communia nobiſcum habere. Quod vt ſeruator noſter indicaret, parabolam vulnerati à latronibus Iudæi, & Samaritani opitulantis, Leuitæ verò & Sacerdotis deſerentium propoſuit nobis in Lucæ c. 10.

Adagij extenſio Beda.

EX EODEM CAP. VERS. XIV.

ADAG. CCLVIII Benedicere proximo voce grandi de nocte cõſurgentẽ.

Benedicere proximo voce grandi de nocte conſurgentem.

SIc noſter coniunxit in vnum, *qui benedicit proximo ſuo voce grãdi, de nocte conſurgens, maledicenti proximus eſt.* & ſic habetur Hebraicè, *meuarech rehhechu bekaol gadol bebboker haſchkeim. Benedicens ſocio ſuo in voce grandi, in mane ſurgendo,* confirmat Chaldæus, qui *vocem altam* reddit רמא, ſcilicet vt à multis audiatur. Lxx. quoque ὁς ἂν εὐλογεῖ φίλον τὸ πρωΐ. *qui ſanè benedicit amico manè*, omittentes *voce grandi.* in Complutenſ. & regiis. ſed meliùs id additum exſtat in Vaticanis, μεγάλῃ τῇ φωνῇ. Vtrumque ergo iungendum, vt duo ſimul in vno vitia vituperentur, immodica, & non ſuo tempore & inconſideratè impenſa

Vaticana lectio.

lauda

CC VIII. laudatio. Immodica, duplici ex causâ, tum quia immaturo iudicio & inconsideratè, re non satis explorata, aut personâ non probè cognita, quod indicat *manè*: tum quia nimis elatâ voce, quod indicat non tam veritatis, quàm adulationis affectum; & etiam (vt notat Vatablus) nimis exquisitâ curâ, & studiosè cõquisitis verbis ac gestu, vt magnificè quis deprædicetur. Talem enim curam ac studium denotat manicare ad aliquid faciendum dicendúmve, Ierem. 25. v. 3. *locutus sum ad vos de nocte consurgens, & loquens, & non audistis.* & v. 4. *consurgens diluculo, mittensque.* cap. 26. 5. *vt audiatis sermones seruorum meorum prophetarũ, quos ego misi ad vos de nocte consurgẽs.* & cap. 44. 4. *Misi ad vos omnes seruos meos prophetas, de nocte cõsurgens, mittensque.* vbi Hebr. semper est eadem vox quæ hîc השכים & *nox* à nostro pro summo diluculo vsurpatur. Non suo impensam tempore, etiam indicat matutini temporis præuentio; quo salutandi & benè precandi, nõ laudandi causâ solebant conuenire qui sportulam quærebant; quo in officio sæpè peruigilabant, vt ex Senecâ, Columellâ, Dione, Iuuenale, & aliis, docui, commentar. in Herculem Furent. ver. 163. accedat Symmachus lib. 8. epist. 41. *nondum ante ianuas eminentium potestatum vigilem noctem salutator expertus es.* sed tales salutatores, vt notat Seneca lib. 6. de benefic. nunquam veri amici sunt, sed ollares aut mensales, vt dici solet; &, quod propius ex Theocrito, *cuncti salute tenus,*

καὶ χαλὸν οἱ πάντες μέχρι προσηγορίας.

Linguâ prompti, sed rebus aut factis alieni, quos Sophocles detestatur in Antigone:

λόγοις δ' ἐγὼ φιλῶσαι δ' ἔργῳ φίλον.

Quæ verbis tantùm diligat, ego non amo.

& Theognis,

μὴ μοι ἀνὴρ ἦν γλώσσῃ φίλος, ἀλλὰ καὶ ἔργῳ.

Non mihi vir sit linguâ amicus, sed etiam opere.

Primùm igitur adagione nostro refutantur, qui immodicè laudant. Nam meritò tales laudes laudato molestæ sunt ac graues, vt docet Euripides Oreste. v. 1164.

βάρος ἐστὶν ἀνεῖδος λίαν:

Onus est valde laudari.

& Iphigeniâ Aulidensi v. 979. Heraclidis v. 203. Ratio redditur à Iansenio. sic enim laudatores vituperio afficiunt, traducentes quasi stolidum, & sectatorem laudum, aut indignum præconij alieni, ob defectum propriæ virtutis. Ideo maledicenti similes sunt: quo sensu potest accipi dictum S. Ignatij Martyris epist. ad Trallian. οἱ μὲ ἐπαινοῦντες, μαστιγοῦσι: *qui me laudant, flagellant*: vox ab humilitate verâ proficiscens. Certè vulgò dici solet, in os laudantem irridere quem laudat.

Vatablus. Salutatio matutina. Seneca & alij. Ollares amici. Theocrit. Sophocl. Senſus adagij. I. Ianſenius. S. Ignatij dictum.

II. Secundò reprehenduntur adulatores, qui benè precantur coram: quod cùm non ex animo, sed fictè faciant, non multùm distant ab iis, qui malè precantur. sæpè non minùs nocent: vt licet probare ex veteri dicto *prafiscini*, quod præfari solebant, ne laude aut bonis verbis fascinarentur. Fuerit illa Gentilium superstitio: nobis fascinatio est, quòd talibus artibus superbiam vel inferant, vel augeant, & fomentum malitiæ ac pertinaciæ præbeant, assentando vitiosis. docet Propheta Psalmo 9. par. 2. v. 3. *quoniam laudatur peccator in desideriis animæ suæ: & iniquus benedicitur.* [Ideo] *exacerbauit Dominum peccator, secundùm multitudinem iræ suæ non quæret. Non est Deus*

Prefiscini.

Deus in conspectu eius; inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore.] lege Chrysost. & Augustin. ibi, & Hieronym. in c. 8. Eccles. & in c. 4. Osee, & Petrum Damianum epist. ad Blancam, de instituend. monialis.

Chrysost. August. Hieron. P. Damianus.

Hæc pertinent ad damnum ipsius laudati. Nec impunè cedit ipsi laudatori aut benedicenti talis actio. Nam primò peccat per hypocrisim: secundò nocet proximo, eum tumefaciendo, & in malis moribus indurando, dum non excusat tantū peccata, sed & laudat. Tertiò, quia tales postmodum à tergo pinsunt quos in facie vnxerunt, iuxta Homerum Odyss. 3.

Falsi laudatores & adulatores.

οἵτ' εὖ μὲν βέξωσι, κακῶς δ' ὄπιθεν φρονέωσι.

Qui bene quidem dicunt, mala verò à tergo meditantur.

Omnia hæc patitur contextus Hebræus, dum subdit, *maledictio reputabitur ei*: quod ad laudantem, & ad laudatum potest referri; vt & Græca & Latina, quæ dicunt, laudatorem huiusmodi, qui nec modum, nec tempus opportunum seruat, *maledicenti similem esse*, quod non minùs ad peccatum ipsius, quàm ad proximi damnum spectat: vt eruditè & doctè Iansenius aduertit. ceteri videntur tantùm attendere ad damnum laudati: sed in causâ reddendâ dissentiunt. Benè Beda; *voce grandi proximo benedicit, qui eũ fauore superflua laudis extollit; vel malis videlicet actibus eius contra iustitiam fauendo, vel bona plus iusto laudando. Sed hic maledicenti assimilatur, quia plurimùm ladit eum, cui laudando, siue in malâ actione confidentiam tribuit: seu in opere recto puritatem simplicis cordis minuit, vt videlicet bonum, quod superna mercedis intuitu inchoarat, transitoria laudis amore consumat.*]

Beda.

Peltanus noster causam reddit, quia matutinum tempus institutum Deo laudando, non hominibus: & hæc cura debeat esse surgenti prima. Pium dictum, sed huic loco non proximum.

Peltanus.

Liranus contrà censet, matutinum tempus sollicitè ab adulatore quæsitum, vt gratius & accõmodatius. ne hoc quidem valdè verisimile.

Liranus.

Caietanus contrariam init viam, & contendit, indicari præconium ingratum vitio temporis. Quia videlicet molestissimum audiēti, matutinum somnum tali clamore excuti.] quod mihi videtur frigere, nec dignum sacræ Scripturæ profunditate.

Caietani sententia frigida.

EX EOD. CAP. VERS. XV.

ADAG. CCLIX. Tecta per stillantia in die frigoris.

Tecta perstillantia in die frigoris.

SVprà cap. 19. v. 13. dictum; *tecta iugiter perstillantia, litigiosa mulier*: Hebr. vtrobique est *deleph tored*, דלף טורד *stillatio iugis*, vel *assidua*. sic etiam Chaldæus: sed LXX. illic longè aliud quid tradiderunt, nempe, καὶ ὄχ ἁγνὰ ἀντὶ μισθώματος ἑτάρας, *& non casta vota de mercede meretricis.* fateor me non intelligere, quid illos mouerit ita vertere: nec habere quo pacto conciliem cum Hebræo vel nostrâ versione, quam illic Aquila & Symmachus comprobant. nam ille vertit σταγὼν σύντομος, *stillicidium continuum*: iste, σταγόνες κελαστιβάδες, *stillæ festinantes*. & ipsi LXX. hoc nostro loco, vt noster, verterunt, & insuper paraphrasticè sensum adagij luculenter proposuerunt: σταγόνες ἐκβάλλουσιν ἄνθρωπον ἐν ἡμέρᾳ χειμερινῇ ἐκ τῆς οἰκίας αὐτοῦ, ὡσαύτως καὶ γυνὴ λοίδορος ἐκ τῆς ἰδίας οἰκίας. *Stillicidia eiiciunt hominem in die hyemali de domo sua: similiter*

Versionis obscuritas.

C C LIX.

similiter & mulier maledica, de propriâ domo. cùm Hebraice tantùm sit; *stillatio ingis in die imbris, & mulier contentionum, aquata est.* hoc est, paria siue æqualia sunt ipsi patrifamilias: noster etiam addidit *Tecti* nomen, quia per illud influunt stillicidia: & paria hæc dicuntur, quia ambo molestam & sordidam reddunt habitationem, & ideo patremfamilias, si foris sit, arcent à domo; si sit intus, eiiciunt; aut saltem tollunt vtilitatem, quam ex domus tecto debebat percipere, nempe à frigore & humiditate tutam & liberam mansionem. Poterit itaque vsurpari,

Vsus adagij.

Tecta perstillantia in die frigoris, de planè molestâ, incommodâ, & intolerabili habitatione. Quod Hebraicè est סגריר *sagerir*, Caietanus vertit *siccitatis*: sed illi repugnant Lxx. & noster & Kimchi, recentiores,

Pagninus, & alij.

Pagninus, Vatablus, Clarius, Baynus, Montanus, quorum aliqui *imbris*, alij *pluuiæ*, alij *frigoris* vertunt. quia סגר *sagar* propriè significat *claudere*, vnde סגריר *sagrir*, *nimbus* vel vehemens pluuia: quia pluuiæ tempore homines in domibus se claudunt, vt eam vitent. hæc pueris nota. quare miseret me viri magni,

Vir magnus notatus.

qui passus sibi toties imponi ab illo recutito, credulitate eius abutente, & cogente illum postea falsæ innixum significationi ingeniosè aberrare à verâ sententiâ, vt hoc loco; *molestiores* (inquit) *sunt* (scilicet guttæ) *si pluit in die siccitatis, hoc est, tempore quo desideratur siccitas.*] belle. sic licebit albam vel mundam vocemus faciem Lycoridis, quia desideratur in eâ mundities & albedo. Quanto grauiùs & vtiliùs D. Hie-

D. Hier.

ronymus pro cælibatu contra Iouinian. libro. 1. *Pulchrè Varius Geminius sublimis orator*: Qui non litigat (*inquit*) cœlebs est. Melius est

Prou. 21.

habitare in angulo tecti, quàm cum vxore maledicâ in domo communi. *Si domus communis mariti & vxoris, erigit vxorem in superbiam, & contumeliam viro facit: quanto magis si ditior vxor fuerit, & in domo eius vir mansuerit? Incipit enim nõ vxor esse, sed Domina; & viro, si offenderit, minandum est.* Stillicidia eiiciunt hominem in die hyemali de domo suâ, similiter & mulier maledica, de propriâ domo. *Assiduis quippe iurgiis, & quotidiana garrulitate facit perfluere domum suam, & eiscit eum de ædibus suis, id est, de Ecclesiâ.*] vno verbo nobis indicat allegoriam, quam accuratè Beda d. cap. 19. his verbis proposuit: *Sicut tecta perstillantia pluuiam quidem de cœlo suscipiunt, nec tamen hanc ad vtilitatem aliquam dispertiunt, sed ad molestiam potiùs inhabitantium deriuant: ita nimirum hæreticorum Ecclesia, cœlestium dona verborum, non ad salutem, sed ad suæ vsum nequitiæ, malè interpretando, & contra catholicos litigando, conuertit. Tecta etenim perstillantia, mundas quidem pluuiæ guttas accipiunt, sed sub tectis in domo sordidas reddũt: & hæreticus limpidissima cœlestis oraculi verba, auditu corporis haurit, auditoribus suis sordemixta, ministrat.*] Sequũtur vtraq; glossa, & Carthusianus; qui addit

Beda.

Carthus.

per hanc litigiosam mulierẽ etiam intelligi sensualitatem, quæ contra rationem incitat; & dialecticam prophanam, quæ contra ea quæ fidei sunt, est loquax.

EX EODEM CAPIT. VERS. XVI.

ADAG. CCLX. Ventum tenere manu.

Ventum tenere manu.

Duo impossibilia.

SAcra scriptura duo ἀδύνατα iũgit, nempe eum qui frenare &

compescere conetur rixosam ac maledicam coniugem, similem esse *conanti ventum tenere, & oleum dextera sua vocare*: prius simile adagio quod præcessit, *pascere ventum*, & alteri, *possidere ventum*. hoc loco Hebr. est צפן רוח *tsaphan ruach*. prius vocabulum nonnulli recentiores vertunt *abscondere*, & sic etiam Aquila, Symm. & Theodot. κεκρυμμένον βορέας ἄνεμος, καὶ ἔλαιον δεξιᾶς αὐτὸς καλέσει: *abscõditus aquilo vētus, & oleum dextera sua vocabit*. Lxx. βορέας σκληρὸς ἄνεμος, ὀνόματι δὲ ἐπιδέξιος καλᾶται. *aquilo durus ventus, nomine autem dexter vocatur*. priorem partem citat Hieronymus in Isai. cap. 14. totum verò locum in Sophon. cap. 2. vbi etiam addit cur cum sit *sinister*, vocatur *dexter*. Palàm est nostrum clariùs sententiam reddidisse. Facilè quis tamen Hebræa versioni Lxx. accommodaret: nam quoad priorem partem cum illis sentit Chaldæus, reddens, *sicut ventus Aquilonaris grauis est*, גרביתא קשיא *Garbaitho kaschio*: quod etiã *absconditus* reddi potest, vt Gallis *caché*. Sensus ergo, tam difficile mulieris rixositatem & loquacem maledicentiam viro compescere, vel tenere (vt noster) vel abscondere, vt ceteri verterunt; subaudi manu, qua qui clausum aliquid tenet, id etiam manu condit. Durus ergo vel grauis dicitur Aquilo, claudi, teneri, abscõdi: semper aliquâ ventus erumpet, aut tumore, vel murmure se prodet: sic etiam mulier fermentata, & malè tinnula. sic infrà 30. v. 4. *quis continuit spiritum in manibus suis?* vbi etiam habes רוח *ruach*, *ventum*, sed spiritus seu ventus videtur pro aëre poni, qui pugno colligi non potest. & Eccles. 34. 2. *Quasi qui apprehendit umbram, & persequitur ventum*, scilicet vt eum comprehendat & teneat. Theophylactus in Joan. cap. 3. vers. 8. *Spiritus vbi vult spirat, & vocem eius audis, sed nescis vnde veniat, aut quò vadat*: scribit, ventum voce *spiritus* significari; & nesciri quò tendat, quia nequit comprehendi vel prohiberi. naturali enim potestate fertur in locum incertum: à naturâ indita illi potestas qua prohiberi nequit. ἀκαθεκτος ἡ ἰσχὺς καὶ ἀκώλυτος, ἢ φυσικῇ ἐξουσίᾳ τὸν ὁποιδήποτε ὁρμὴν ἔχει. & mox, τὸν ἀπὸ φύσεως αὐτῷ προσόντα φοβὸν, καὶ ἀκώλυτον ἐξουσίαν δηλῶν βούλεται. & apertiùs à quo desumpsit B. Chrysostomus hom. 25. in Ioann. τὸν ἀπὸ φύσεως φορὰν τοῦ ἀκωλύτου, καὶ μετ' ἐξουσίας γινομένην δηλῶν. & mox; τὸ οὖν ὅπου θέλει πνεῖ. τὸ ἀκαθεκτόν ἐστι δηλοῦντος, ἢ ὅτι διαχεῖται ταχέως, καὶ οὐδεὶς κλύων οὐδὲ τηδὲ κἀκεῖσε φέρεται. καὶ μετὰ πολλῆς τῆς ἐξουσίας σκιδνᾶται, καὶ οὐδεὶς ὁ ἰσχύων παρατρέψαι τὴν ῥύμην αὐτοῦ. id est, *liberũ eius à naturâ impetũ, qui ab alio impediri non possit, significat. Significat igitur non posse contineri: & quocumque vult diffundi, neque posse prohiberi, quin huc illuc feratur.*] habes adagij causam. Ideo celebris fuit olim adagio, *ventum reti venaris*, apud Suidam, δικτύῳ ἄνεμον θηρᾶς, *de frustrà laborantibus, aut qui stultè sequũtur ea* (inquit Erasmus) *quæ nulla sit assequendi spes, aut qui rem inanem inaniter captant. Nam vtre contineri ventus potest, reti nequaquam.*] sic nec manu capi, nec contineri. Habes vsum parabolæ. Notandus etiã Hebr. *Absconditores* seu *absondentes absondit*, pro absondens absondit, quod nec Græcia, nec Latium patiuntur. de qua syntaxi egit Sanctes Pagnin. Institut. Heb. cap. 15. docens tunc pluralem capi pro vno quoque de multis, sic hoc loco *Absondentes*, hoc est, quicumque ille fuerit, neminem excipio, qui conetur absondere.

Sensus adagij.

Mulier rixosa.

Teuph.

Chrysost.

Suidas. reti venatii. Erasmus.

Hebraïs.

EX

ADAG. CC LXI. Oleũ dexteræ suæ vocare.

EX EODEM VER. XVI.

Oleum dexteræ suæ vocabit.

Sensus adagij.

CORruptè hoc loco Carthusianus & Arboreus legerunt *euacuet*: alij *euocet*, alij *vocet*: minùs malè: sed sequẽda lectio Vaticana, quam confirmat fons Hebræus, itẽ Aqui. Symm. & Theodotion. Sensus qui adagij superioris, qui retinere conatur, vel compescere mulierem rixosam; conatur eam domi continere, & occultare, ne clamores & conuitia eius foras audiantur, frustrà est, sicut qui oleum dexterâ suâ (id est, manu) claudit, quod cùm effluat & lubricitate suâ semper aliquâ elabatur, elabens vel elapsum prehendere ac retinere nitatur: aut etiam (si velis proprietatem vocis retinere) conetur illud verbis reuocare. Si stringas oleum, erumpit; si laxes, effluit. hoc secuti qui verterunt, *& dextera sua oleo occurrit.*

Isid. Clar. Vatablus. Iansenius. Baynus.

Alia expositio Metaph.

Isidorus Clarius, & Vatablus aliter exponunt, & eorum expositio satis placuit Iansenio, & Bayno, vt Hebraicè sit metaphora in voce *clamandi*, qua tribuatur oleo, seu, vt Chaldæus exponit, vnguento, quod proprium mulieris, nempe clamor; frustrà conari vnguentum odoriferum in manu sua abscondere, quod se suo semper odore, velut clamore prodat.

Vis adagij.

Quod attinet ad vim adagij, eadem erit vtroque sensu: sed posterior ista expositio durè potest accommodari nostræ versioni, legendo, *vocabit*. Quare præfero superiorem, quæ Lirani, Caietani, Peltani, Saa, ceterorum est.

Liranus, & alij.

EX EODEM CAP. VERS. XXVII.

ADAG. CCLXII. Ferru ferro exacuitur.

Ferrum ferro exacuitur.

Vsus adagij.

QVidam recentiores *ensem ense exacui* interpretantur. verum id, sed non minùs de quouis ferro. patet ex laniorum consuetudine, qui ferrum pugiunculi more oblongum gestant, cui affricando cultros exacuunt. & ברזל *Barzel* propriè *materiam feri*, aut *ferreum instrumentum*, patet 1. Paralip. 29. v. 2. *barzel labarzel, ferrum ad ferrum*, hoc est, vt rectè noster vertit, *ferrum in ferrea*, scilicet vasa. sic hoc loco, *barzel bebarzel iachar*, ברזל בברזל יחד *ferrum in ferro acuitur.*

Adagio locus est in bonam & in malam partem, vt de irâ interpretati sunt LXX. σίδηρος σίδηρον ὀξύνει, ἀνὴρ δὲ παροξύνει πρόσωπον ἑταίρου. *Ferrum ferrum acuit, vir autem exacuit faciem amici sui.* hoc est, vir iratus irritat, & ad iram prouocat faciem alterius, prouocat autem duro sermone & verborum asperitate: sicut enim sermo mollis frangit iram, sic sermo durus suscitat rixas & furorem. Rectè verò ira comparatur ferro acuto, quia cuncta findit, secat, ac vulnerat. hanc interpretationem secutus fuit R. Abraham Abenezra. Habet etiam locum, quoad reliqua vitia, nam conuersatione cum pertinacibus peccatoribus, & peccata coteris affricantur, & obstinatio crescit glisciteque.

Alia explicationes.

Communior tamen sententia est, in bonum sumentium, sed hi variè interpretantur.

Dionysius Carthusian. & Arboreus; sicut malleo claui formantur & acuuntur; sic vnus homo suo

Dionys. Carth. Arbor.

apparatu, discursu, persuasione, vultū amici mouet ad diligentiùs considerandа quæ ab amico dicuntur. Nisi velint idem dicere quod ceteri interpretes, valdè frigidū est quod dicunt: ceteri asserunt doceri prouerbio, necessariam esse aliorum conuersationem & congressum mutuum, à quibus doceamur, moneamur, consolationem accipiamus, à malo reuocemur, ad bonum excitemur, & in eo confirmemur. Nam ex mutuâ conuersatione & collatione hominum ingenia acuuntur, iudicium perficitur, & eruditio comparatur: consilio denique & exemplo instruuntur: quorum commodorum solitarij sunt expertes. Sic Beda, Caietan. Iansen. & Leui Gersonis filius. huc spectat illud Euripidis, ὁμιλία τέχνας. *collatio sermonum peperit artes.*

Beda & alij.

Euripides.

Placet quòd Rob. Baynus vtrumque censet coniungendum, prouerbio de bono, & de malo vtamur; scilicet congressum & colloquia mutua ad sapientiam & stultitiam comparandam vim habere præcipuam. vide infer. adag.

Bayni probata sententia.

Melius est duos esse simul, quàm vnum.

ADAG. CCLXIII Stultū in pilâ contundere.

EX EODEM CAPITE. VERS. XXII.

Stultum in pila contundere quasi ptisanas feriente desuper pilo.

SEntentiam Hebræorum verborum clarissimè reddidit. sonant enim; *Si contuderis stultum in contusorio in medio contusorum cum pistillo.* Lxx. nec mortarij nec pistilli meminerunt, omittentes comparationem, in qua vis erat adagij. nā vertunt, ἐὰν μαστιγοῖς τὸν ἄφρονα ἐν μέσῳ συντρίμματι ἀτιμάζων; *si flagellaueris imprudentem in medio contritus inhonorans*: rem ipsam satis exprimentes, nempe stultum nec dolore nec ignominiâ summâ corrigi. Chaldæus de pistillo addidit; *etiamsi percusseris stultum plagis inter cætus, idq; pistillo.* Videtis Chaldæ. & Lxx. pro *ptisanis* maluisse *cætus* reddere: sed pro nostro stant Aquila & Theod. vertentes, ἐὰν κόψῃς τὸν ἄφρονα ἐν ὑλμῷ ἐν μέσῳ ἐμπτισσομένων ἐν ὑπέρῳ, *etiamsi cædas imprudentem in pilâ in medio contusorū cum pistillo.* Hebræum *Catasch* כתש est *contundere*, & inde fit nomen *Mactes* מכתש significans *vas concauum in quo aliquid conteritur.* Plinius & Cato *Pilam* vocāt: ipsum verò pistillum quo fruges in pila franguntur pinsuntúrque, iidem & Varro *pilum* nuncupant. Hebræum *Riphoth* ריפות quod noster *ptisanas*, Pagninus hîc *far contusum.* Sed alibi cum R. Immanuel. R. Abraham, & R. Leui, & aliis *triticorum contusorum* verterunt, cùm bis tantum habeatur in Sacra Scriptura hîc & 2. Reg. 17. 19. D. Hieronymus vtroque loco vertit *ptisanas*: cur non illi potiùs quàm recentioribus Iudæis credamus? Lxx. d. v. transferunt πελάδας *massas ficuum*, iuxta Complut. & Regios codices nam Vaticanus vocem Hebræam exhibet, ἐραφὸθ. radix רוף *Ruph* indicio est significare quælibet pilo contusa: cur igitur minùs de hordei granis contusis, quàm de tritico capiamus? Lxx. & Chaldæus non reddiderunt de verbo, cùm de *confessu* acceperunt: (patet, quia loco alio (vt dixi Lxx. vocem retinent, vt incompertam; Chaldæus de granis contusis accepit) sed hoc modò voluerunt ignominiosè correptionis magnitudinem & acerbitatem indicare.

Plinius. Cato. Pila.

Pilus.

CC LXIII. indicare. quid enim prudenti acerbius, quàm flagellari in conſeſſu vel concilio? Metaphoricè ſic indicatur quantumuis grauiter, & quantumuis cum ignominiâ, & quantumuis ſæpe, ſiue priuatim, ſiue publicè ſtultum increpes, aut corrigas: id fruſtra te facturum. inanem ergo eſſe operam omnem quæ ſtultis impenditur. Vt ſit adagium prorsùs ſimile illi: *Æthiopem lauas*: quo loco contra indoctum vſus eſt Lucianus. cuius etiã epigramma circumfertur.

Metaphoricus ſenſus.

Æthiopem lauare. Lucianus in epigr.

Ὡς τι μάτλῳ νίπτεις Αἰθίοπα ἀνδρικὸν, ἴχνευε τέχνης.

Οὐ δύνασαι ἀνορφῶν νύκτα καθηλιάσαι.

Abluis Æthiopem fruſtra, quin deſinis artem?

Haud vnquam efficies, nox ſit vt atra, dies.

Theocritus. Sic nunquam Æthiops candeſcet. Similiter Theocritus in Charitibus:

καὶ ὕδατι νίζαν δολιχὰν ἰσαΐδα πλίνθον,

Et nigram ſilicem lauiſſe liquentibus vndis.

Sed de iſto plura dicentur alibi: nam multa poſſent coaceruari ſimilia. duo ſunt quæ phraſi & ſenſu quoque conueniunt. Vnum Luciani in Hermotimo: *ὥσπερ ἄ τις ἐς ὅλμον ὕδωρ ἐγχέας ὑπέρῳ σιδήρῳ πλήσσοι*: *Sicut ſi aliquis in mortarium aquam infuſam piſtillo ferreo tundat.* alterum, eiuſdem & Suidæ: *ἀναπολεῖς τὰς ὤμας ὕδωρ πίσσαν, ἐμοίως ὕδωρ μένει.* *etiãſi ſcapulas perdideris aquam pinſens, ſemper ſimilis aqua manet.* Inani labore conſumeris. Sub aſini ſimilitudine, quod Salomon de ſtulto dixit, idem docuit B. Anulus in Pictâ poëſi,

B. Anulus.

Indocile ingenium ſi pergas velle docere,

Infœlix operam perdes: vt ſi quis aſellum

In campum doceat parentem currere frena:

Qui cùm quadrupedum in morem videatur equorum

Tollere poſſe caput, greſſu glomerare ſuperbos:

Hunc tamen aut frenis, aut ſi calcaribus vrges,

Auricula demittit iniqua mentè aſellus

In terram, & pedibus poſticis calcitrat. ergo

Deſine. nam nunquam ars naturam vincet: equúſque,

Nunquam ex degeneri fiet generoſus aſello,

Et nunquam ex ſtolido cordatus fiet in arte.

Tritum eſt in ſcholis,

Pariſios ſtolidum ſi quis dimittit aſellum:

Si fuit hîc aſinus, non erit illîc equus.

plura dicam infrà Eccleſ. 1. v. 15.

EX CAPITE XXVIII. VERS. XXIII.

ADAG. CCLXIV Pro buccella panis.

Pro buccella panis.

COnſtat adagialiter ſignificari rem minimi pretij. Sic Ezechiel. 13. 19. *violabant me ad populũ meum propter pugillum hordei, & fragmen panis.* Vbi Theodoret. *Quid enim his vilius? & quid moleſtius damno hinc profecto?*] vtitur Ezechiel exemplo aucupum, qui micas panis, vel hordei grana ſpargunt, illecebras auiculis. tale adag. 18. *pro calcamento.* Cato apud Gellium, (fruſto panis conduci poteſt, vel vti taceat, vel vt loquatur.) S. Nazianzenus orat. in S. Athanaſium, *μάζης ὦνιον, πάντα καὶ ποιεῖν καὶ λέγειν ἐπὶ τῇ γαστρὶ μεμαθηκότα*: *hominem maza venalem ventris gratiâ quiduis & facere & dicere edoctum.*

Senſus adagij.

Theodor.

Gellius.

Nazianz.

ADAG. CCLXV. Virga, &c.

EX CAPITE XXIX. VER. XV.

Virga atque correctio tribuit sapientiam.

DE pueris potissimùm agitur, vt benè Hebræ. Caiet. Bayn. Iansen. & Peltanus; tamen vt prudenter Dionys. Arbor. & alij, pertinet hoc etiam ad omnes mortales; nam omnes prosperis rebus solent licentiùs agere, & incautiùs: aduersis verò se moderatiùs & circumspectiùs gerere, vt dici solet, *Vexatio dat intellectum.*. Olim Græcis passiuus ista ferebantur ore vulgi; παρὰ τὰ δεινὰ φρονιμώτερος, *ex difficilibus & asperis prudentior.* τὰ παθήματα μαθήματα, item ἐξ ὧν ἔπαθες, ἔμαθες. Cato Censorius, *aduersa res docuit, & docent, quid opus sit facto: secundæ res lætitiâ transuersum trudere solent à recte intelligendo & consulendo.*] adspice Crœsum: florente regno nec vti alieno consilio norat; regiâ pulsus & rogo addictus, cœpit sapere, & Cyro benè, meliùs sibi consulere. Vide supr. *Prosperitas stultos perdit.* Lxx. πληγὰ καὶ ἔλεγχοι δίδασι σοφίαν, *plagæ & correctiones dant sapientiam.* Hebraicè & Chaldaicè est in futuro *tribuet*, vt indicent quid apta & solita sint facere: ideo Lxx. & noster nullo sententiæ detrimento in præsenti tradiderunt. Pro commentario sit locus Isaiæ 26. 15. *Indulsisti Domine, indulsisti genti: nunquid glorificatus es? elongasti omnes terminos terræ. Domine in angustia requisierunt te, in tribulatione murmuris doctrina tua eis.* Ierem. 31. 18. *Castigasti me & eruditus sum, quasi iuuenculus indomitus.*] Sic ergo Deus per plagas vt per instrumentum dat sapientiam; sic plagæ & correptio sunt sapientiæ instrumenta, quibus puerorum stultitiam remouent, vt hac fugatâ Deus illam infundat. Hoc voluerunt Abenezra & alij Hebræi hîc. Nónne dictum id supr. cap. 22. 15. *stultitia colligata est in corde pueri, & virga disciplinæ fugabit eam.*

Prouerbiales locutiones.

Cato Censorius.

Crœsus.

Deus per plagas dat sapientiam.

EX EODEM CAP. VER. XIX.

ADAG. CCLXVI. Seruus verbis nō potest eruditi.

Seruus verbis non potest eruditi.

CONueniunt omnes non agi de statu seruis, sed de ingenio seruis, hoc est, illiberalibus, contumacibus, duris, quales in comœdiis vlmotribas, & ferrotribas, ergastularios, subuerbustos, stigmatias, & cruciarios seu patibulatos nobis depingunt; de liberis quoque & discipulis nonnullis, qui etsi statu ingenui, naturâ tamen & genio sunt mancipiis deteriores, similes nuci, & aliis de quibus iactatur in compitis,

Nux, asinus, mulier, simili sunt lege ligata;
Hac tria nil vnquam facient, si verbera cessent.

Sensus adagij.

Secundò, conueniunt etiam ex sacræ Scripturę idiotismo, subaudiēdum vocabulum exceptiuum, *tantùm* vel dumtaxat. Nam verba cum verberibus efficaciter huic morbo temperantur. Tertiò, quod pro ratione subditur, *quia quod dicis intelligit, & respondere contemnit*, id non satis intellexerunt Caietanus & alij, qui putarunt indicari tantùm contumax silentium. Non ita est: sed *respondere* more Hebræorum significat voluntati iubentis satisfacere,

II.

III.

Respondere quid significet more Hebræorum.

obau.

CC LXVI.

obaudire, & præstare quod exigitur. q. d. audiet, sed non obaudiet. Sic Maro de tellure, *votis respondet auari Agricolæ.* Sanè L x x. vertunt οὐχ' ὑπακούσεται. Non obediet, vt vertit Augustin. epist. ad Vincentium 48. & Chaldæus, *cognoscit iugum, nec patitur.* Vsum Adagij præclarè docet de hac re disserens B. Augustinus epist. 50. ad Bonifacium Comitem: *Melius est quidem (quis dubitauerit) ad Deum colendum doctrina homines duci, quàm pœna timore vel dolore compelli. Sed non, quia isti meliores sunt, ideo illi qui tales non sunt, negligendi sunt. Multis enim profuit, quod experimentis probauimus, priùs timore vel dolore cogi, vt postea possint doceri, aut quod iam verbis didicerant, opere sectari. Proponunt nobis quidam sententiam cuiusdam secularis authoris, qui dixit,* Pudore & libertate liberos retinere, satius esse credo, quàm metu; *Hoc quidem verum est: sed sicuti meliores sunt, quos dirigit amor: ita plures sunt, quos corrigit timor. Nam, vt de ipso authore istis respondeatur, apud ipsum etiam legimus;* Tu nisi malo coactus, rectum facere nescis. *Porrò autem scriptura diuina, & propter illos meliores dixit;* Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem. *Et propter hos inferiores, qui plures sunt, ait;* Verbis non emendabitur seruus durus: si enim & intellexerit, non obediet. *cùm dixit eum verbis nõ emendari, non iussit deseri, sed tacitè monuit vnde debeat emendari. Alioquin non diceret,* verbis non emendabitur, *sed tatummodò diceret,* non emendabitur. *Alio quoque loco dicit: non solùm seruum, sed etiam filium indisciplinatum, plagis esse coërcendum. Et magno fructu.* Nam tu quidem *inquit,* percutis eum virgâ, animam verò eius liberabis à morte. *Et alibi dicit;* qui parcit baculo, odit filium suum.] Hæc D. Augustinus, accommodans filiis, seruis, & hæreticis. Ex Phrygiâ mancipia laudatissima mitti consueuisse docet Athenæus: à Suidâ tamen Adagium refertur, *Phrygem plagis meliorem & obsequentiorem fieri;* φρὺξ ἀνὴρ πληγὰς ἀμείνων καὶ διακονίστερος. Si blandiùs agas, solent insolescere, & putare se æquales; si cædas, detumescunt & conditionis suæ recordantur. Scytharum nota est historia. Longinquo distenti bello diu domi defuerunt. Coniuges viduitatis pertæsæ, se seruis domesticis miscuerunt. Inde nata iuuentus redeuntes dominos arcere à finibus. Prælia nonnulla commissa: cùm nihil reduces armis proficerent, concilio inito placuit alia experiri: rebelles inuadunt, non arcubus aut contis, sed loris & flagris armati. Naturâ seruis insitus pauor flagrorum: itaque fugêre conspectum & sonum seruiles animi. tangit Claudianus lib. 1. in Eutropium.

. . . . *quid Martia signa*
Sollicitas? non est iaculis hastisve petendus.
Conscia succumbent audito verbere terga.
Vt Scytha post multos rediens exercitus annos,
Cùm sibi seruilis pro finibus obuia pubes
Isset, & arceret dominos tellure reuersos,
Armatam ostensis aciem fudêre flagellis.
Natus ab inceptis ignobile reppulit horror
Vulgus, & addictus sub verbere torpuit ensis.

Beda docet de iis omnibus dici posse, qui peccato seruiunt: *seruus quilibet peccator, rectè quidem intelligens, sed in opere veritatis absque flagelli disciplina respondere contemnens.*

Vsus adagij Augustin.

Terent. in Adelphis.

Prou. 29.

Prou. 13.

Ex Phrygia laudatissima mancipia. Athenæus. Suidas. Phryx plagis melior.

Scytharũ historia cõtra seruos.

Claudianus

Beda. Vsus adagij.

De

De talibus ait veritas: Seruus sciens voluntatem domini sui, & non faciens, dignè plagis vapulabit multis.] nimirum quemadmodum ait Isaias 28.19. *tantummodo sola vexatio intellectum dabit auditui.* quod cùm testibus Cyrillo, atque aliis Patribus sit de Iudæis dictum, patet etiã ad gentem illam peruicacem adagium nostrum pertinere.

Cyrillus.

ADAG. CCLX VII. Sanguisugæ Filiæ.

EX CAP. XXX. VERS. XV. & XVI.

Sanguisugæ Filiæ.

EX vtroque iuncto, iungenda namque sunt, vnum principale adagium colligo, & quatuor accessoria. dicam de singulis seorsim, si priùs sententiam vniuersim proposuero; quam prorsùs obscurarunt, qui singula conati per se sumere, non attendentes ad modum quo sequentia à Salomone referuntur: neque ad Hebræam phrasim, quæ duo D. Iansenius optimè aduertit, & luculenter sanè exposuit. Sequar eius vestigia, non sine spicilegio. Salomon in hoc capite, à v. 11. vsque ad finem ferè capitis per quaternarios rerum similium procedit. Nam primò proponit quatuor insignia vitia quæ mundum infestant, & sunt peruersissima & planè execrabilia Deo atque hominibus, nempe vitium *ingratitudinis* v. 11. & *hypocrisis* v. 12. & *superbiæ* v. 13. & *oppressionis pauperum* seu *tyrannidis*, v. 14.

Quatuor insignia vitia.

Sic secundo loco ponit quatuor insaturabilia, quæ singula comparari possunt hirudini seu sanguisugæ: ea sunt quasi fontes quidam quatuor præcedentium malorum. Vocantur autem *Filiæ sanguisugæ*, quia matribus filiæ solent esse similes, iuxta illud vetus, *qualis mater talis filia*, de quo dixi commentar. & aduersa. in Senecæ Agamemn. versu 952. *Sanguisuga* igitur mater vocatur, & ei similes tribuuntur Filiæ, semper plus petentes, & nunquam dicentes *Sufficit: Infernus, os vulvæ, terra, & ignis*; de quibus singulis dicendum seorsim, vt pateat ad quàm multa se porrigat adagiũ, nempe ad quæuis insatiabilia, ad quosuis gurgites, ad quasuis voragines, quæ expleri non possunt, sicut profani *Charybdim* & *barathrum* adagialiter vsurparunt.

Quatuor insaturabilia.

Tertio loco ponit quatuor humano intellectu inscrutabilia: *viam aquilæ in cœlo, viam colubri super petram, viam nauis in medio mari, viam viri in adolescentia*, v. 18. & 19.

Quatuor humano intellectu inscrutabilia.

Quartò recenset v. 21. quatuor, quæ sunt intolerabilia, quibus orbis terrarum quodammodo mouetur loco suo, *seruum cùm regnauerit* v. 22. & *stultum saturum* ibid. *odiosam coniugem, & ancillam dominæ superinductam*, v. 23.

Quatuor intolerabilia.

Quintò, quatuor aspectu contemptibilia, pretiosa tamen exemplo solertiæ v. 24. *formica*, 25. *lepusculus*, 26. *locusta*, 27. *stellio*, 28.

Quatuor aspectu contemptibilia. pretiosa tamen exemplo solertiæ.

Sextò, quatuor fortia & felicia, v. 29. *Leo*, 30. *gallus gallinaceus, aries, & rex inuictus*. 31.

Quatuor fortia & felicia.

Hebraismus autem, qui notandus erat, est, solere sacrã Scripturã, cùm vult quatuor tantùm indicare, ea sic separare, vt priore loco ponat numeros minores, vt *duo*, & mox dicat *tria*, & demum addat *quatuor*, vsurpans numerum simplicem pro ordinali, quatuor, pro quarto, vt hîc v. 15. ad verbum, *sanguisugæ duæ filiæ, da da. tria ista non saturabuntur: quatuor non dixerunt, abundantia.* sensus est, sanguisugæ quatuor filias esse, quarum duæ semper amplius

Hebraismus.

Sensus Hebraismi.

postulant

postulant; tertia insatiabilis est; quartæ nihil vnquam sufficit. Itaque cùm quatuor post tria ponitur, significat *quartum*, vt optimè noster vertit hìc & v. 18. & 21. & 29. & Amos 1. v. 5. *super tribus sceleribus Damasci, & super quatuor non conuertam eum.* vbi vide Riberam num. 13. Nã Martinez lib. 6. hypotyp. cap. 4. qui vult ibi intelligi septé, licèt habeat quos sequatur viros magnos, ex his Salomonis locis refellitur, vbi Hebraicè eadẽ phrasis occurrit, quæ tamen pro *septem* accipi non potest; nec quatuor cum tribus accumulari, sed ad illud tria, vt ordine sequens, referendum: velut cùm Iob. dicitur, *Semel loquitur Deus, & secundò idipsum non repetit*, optimè explicat, quod est Hebraicè, in vno & in duobus, Iob. 33. 14. sicut Psal. 61. 12. vbi noster vertit, *semel locutus est Dominus, duo hæc audiui*, Pineda interpretatur, *secundò*, Pagnin. *bis*, ego capio illic propriè. Melius exemplum est illud Amos, quod huc adduxit Iansenius, & addidit alterum, ex Prou. 6. 16. *Sex sunt quæ odit Dominus, & septimum detestatur anima eius*, nam Hebr. est *septem*, quod noster optimo sensu accepit. Paullò apertiùs quod de quatuor filiabus dixi, declarant Lxx. nam cùm tres dixissent, addunt quartam, hoc modo, vt legitur in editione Romanâ: τῇ βδέλλῃ τρεῖς θυγατέρες ἦσαν ἀγαπῶσα ἀγαπώμεναι. καὶ αἱ τρεῖς αὗται οὐκ ἐπισιτίσασαι αὐτὴν, καὶ ἡ τετάρτη δὲ οὐκ ἀρκεσθήσεται, ἱκανόν. *Sanguisugæ tres erant filiæ dilectione dilectæ, & tres ipsæ non satiauerunt eam, & quarta non sufficit dicere, satis est.* noster secutus est Symmachum, cui consentit Thargum. Videamus singula.

Riber. Martinez.

Pro *sanguisuga*, Hebr. est, עלוקה *hhalukah*, sic etiam Chaldaicè. Vox semel tantùm inuenitur in bibliis. R. Sahadiah exponit priuationem: & ridiculè exponit, vt licet videre apud Pagninum, qui cum Dauide Kimchi, & ceteris omnibus exponit *sanguisugam*, vt exposuerãt Aqui. Symm. Theodot. & L x x. & D. Hieronymus: & Mercerus non dubium esse significari *hirudinem*. miror ideo cur dubitarit Montanus, & vocem Hebræam retinuerit. An ab עקל *hhikel* per transpositionem deduxit, & *gehennam* esse suspicatus fuit? quo fundamẽto? an quòd *scheol* quod sequitur, capit de *sepulchro*? sic fit, vno absurdo dato, multa sequuntur. עקל radix semel tantùm in sacra Scripturâ reperitur, Habac. 1. v. 4. & tam locus ille quàm quæ inde deducta sunt, satis indicant aliquid obliquum & tortuosum indicari, quod hirudini optimè conuenit, meliùs quàm gehennæ, vel priuationi. Retineamus ergo *sanguisugam*, de quâ sic Plinius, *hirudinum, quas sanguisugas vocant*, & paullo pòst, *decidunt satietate, & pondere ipso sanguinis detractæ aut sale aspersæ.* lib. 32 cap. 10. tanta illis sanguinis sitis, vt toto capite condantur in vulnere. quod illis cum ricino commune est: de quo sic idem Plinius lib. 11. cap. 34. *est animal infixo semper sanguini capite viuens, atque ita intumescens, vnum animalium cui cibi non sit exitus, dehiscitque nimiâ satietate, alimento ipso moriens.*] Sæpè & hirudines nimio potu crepant, vel quòd nequeunt bifulcum caput retrahere, vel quòd ad virus earum euitandum, nondum saturas rescindunt, vt d. cap. 10. Plinius tradidit. Spontè non decidunt, nisi prorsùs saturæ: sin antè auulsæ, statim admotæ iterùm sugunt: hinc illud Flacci pro prouerbio inualuit; quod ipse de ineptis recitatoribus vsurpauit, ad Pisones scribens:

Plinius Sanguisugæ.

Horatius.

Indoctum doctúmque fugat recitator

CCLX VII.

acerbus;
Quem verò arripuit, tenet, occiditque legendo:
Non missura cutem, nisi plena cruoris, hirudo.

Cicero. Ærarij hirudo. Cicero eâdem formâ depeculatorem vocauit *ærarij hirudinem*, ad Atticum lib. 1. vulgus iam retulit optimè ad scorta, quæ *iuuenum hirudines* sunt. nam & pecuniam, quæ solet sanguis mortalium vocari, & verum sanguinem exhauriunt. illâ metaphorâ vsus Plautinus seruus, cùm loculos senum duorum exhausturus iactitaret in Epidico, *Iam ego me vortam in hirudinem, atque horum exugebo sanguinem.* & quia *sanguis* per *animam* non rarò sumitur, dictum à recentiore quodam, licèt non satis tersè,

Iuuenum hirudines.

Anima pro sanguine.

Vescetis hac anima velut vna palustris hirudo. quod ex Theocrito conatus vertere, qui idyll. 2.

Theocrit.

. . . . . τί μευ μέλαν ἐκ χροὸς ἅμα
Ἐμφὺς, ὡς λιμνᾶτις ἅπαν βδέλλα πέπωκας.

Sanguisuga, ex nomè recens. *Sanguisuga* nomen recentius est, & ortum circa Plinij ætatem. docet lib. 8. cap. 10. *cruciatum in potu maximum sentiunt hausta hirudine, quam sanguisugã vulgò cœpisse appellari adnerto.*] agit de barris quorum proboscidem bibentium hirudo subiit.

Hausta hirudine barrorum cruciatus. I.

Sed quæ est hæc *sanguisuga?* Si Patres audis, *Diabolus est, diaboli filia dilectione dilecta, qua satiari interfectorum cruore non possunt,* &c. sic D. Hieronymus lib. 1. contra Iouinian.

Quæ hæc sanguisuga.

D. Hier. B. Salon.

ab hoc B. Salonius mutuatur, *Sanguisuga diabolus est, qui semper sanguinem sitit, id est, ad peccata homines trahere cupit, & sitim peccandi inessanter accendit.*] ab hoc Beda; *Sanguisuga, diabolus est, qui siti peccãdi, ac peccata suadendi, incessanter accenditur.*] sic etiam Glossa ordinaria. hi omnes cum Anastasio Nysseno q. 42. & Salonio duas filias intelligunt, auariti-

Beda.

Anastas. Nyssenus

am & luxuriam.

Secundò, S. Bernadus in Declamationibus, serm. 1. super, *ecce nos reliquimus omnia*, contendit esse propriam voluntatem: cuius filiæ sint vanitas, & voluptas. hoc sequitur discipulus eius Galfridus in allegoriis, *Pessima* (inquit) *mater, voluntas propria; cuius sunt duæ filiæ non degeneres, iniquitas scilicet & voluptas. hæc animam inquinat, illa contrahit & quodammodo rugat.*] II. S. Bernard. Galfridus.

Tertia sententia est, *sanguisugam* propriè accipi, & *filias* eius dici vitia, quæ genium illius imitantur, & comparari merentur. Sic Dionys. Arboreus, Clarius, Iansenius. III. Dionys.

Quarta sententia, *sanguisugam* esse ipsam auaritiam. sic Caietan. quod non placet. IV.

Quinta, sic vocari quartam illam, quæ præcessit, generationem, quæ pauperes opprimit; de qua post nonnullos Hebræos accipiunt Vatablus, & Baynus; sed Peltanus noster de omnibus illis quatuor generationibus. Sed velim, lector non hebes consideret, num potiùs dicendum sit, illas quatuor generationes ex hac sanguisugâ, & filiabus eius ortas, quàm harum esse parentes. Separemus itaque, & nouum quid dici hoc versu 15. intelligamus cum Iansenio, & Patribus. nempe *Sanguisugæ* quatuor esse vitia similia; vel, quæ V. Vatablus & alij.

Sexta est, Anastasij Nicæni quæstione 41. *Sanguisugam* esse peccatum. VI.

Septima est nostri Saa, *Sanguisugam* esse cupiditatem in genere, à qua nascuntur quatuor species vitiorum insaturabilium. de quibus nunc singulis agamus. *Sanguisuga* (ait) *sunt duæ filiæ, quæ semper clamant, da, da, præbe, præbe; affer, affer*; scilicet amplius: orexim mouisti. ad has duas accedit tertia, æquè insatu- VII.

rabilis;

CC LXIII. rabilis; sed & quarta, cui æquè nihil vnquam sufficit. Prima est *infernus*; secunda, *os vulvæ*; tertia, *terra*; quarta, *ignis*, quæ sunt metaphoricè interpretanda sensu grammatico, vt sonant; sensu intento litteraliter, de quatuor vitiis similibus.

ADAG. CC LXVIII. Infernus semper dicit, Affer, affer.

EX EODEM VER. XV.

Infernus semper dicit, affer, affer.

REpetitione, importuna & vehemēs petitio indicatur, nunquam diu cōquiescente affectu. Pro Infernus. *inferno* Hebraicè est *Scheol* שאול Chadaicè שיול, Græcè ἅδης: quod de inferorum loco, seu Orco, summo consensu veteres Græci ac Latini acceperunt; Rabbinizantes, Pagnin. Vatablus, Clarius, & alij recentiores suos Iudæos secuti, *sepulcrum* explicarunt. cur quæso? quia *sepulchrum* recipit quotquot cadauera iniiciuntur. hoc verum non est, expletur enim paucis: etiamsi Baynus. de *carnario* loquaris, quò Baynus confugit. huius quoque maior, sed modus tamen est. Miror non restrinxisse ad certum terræ genus, Terræ genus celerrimè corpora consumens. quod celerrimè cadauera consumit, vt Romæ *carapo sancto*, Parisiis *les innocens*, Vallisoleti breue spacium prope summam ædem; vel ad exciſa in *Sarcophago*: nam huic lapidi Plinius. vis gemina nomini traditur, à Plinio lib. 2. cap. 96. Sed non omnes capuli ex sarcophago, & vulgi his teguntur corpora, non infodiuntur. Nec de communi sepulchro mortalium, terrâ, rectè accipias, quia Alia inter pretatio. sequitur de hoc elemento. Idcirco alij interpretantur mortem ipsam vt aiunt inferorum reginam. Sic Anton. Gueuara in cap. 2. Habac. rationes adfert, quia Morti Gentiles *Plutonis* nomen imposuerunt, & idem dictus *Infernus Iupiter*. quod probat ex loco Senecæ in Hippolyto, Prou. XXX. Antonius Gueuara. Morti Plutonis nomen inditum. Infernus Iupiter. Seneca.

Pallas Atlæ veneranda genti,
Quod tuus cœlum, superosque Theseus
Spectat, & fugit Stygias paludes,
Casta, nil debes patruo rapaci,
Constat inferno numerus tyranno.

Item quia vocabatur (Infernus Iupiter.) Claudianus, Claudianus.

Inferni raptoris equos, &c.

item quia dictus *Orcus*, quòd in interitum omnia præcipitet ab vrgendo: nec non Agesilaus & Lagetas, quòd omnes agat populos. Secundò probat ex sacris litteris. Primò, quia frequentissimè in Sacra Scriptura Mors & infernus coniunguntur, vt vno vocabulo alterum explicetur, Prou. 13. 11. *Infernus & perditio coram Domino.* & cap. 27. 20. (quem locum imitatus Habacuc d. cap. 2.) *Infernus & perditio numquam implentur*: & quia pro iisdem illic posuit, ideo cap. 30. 15. non quatuor, sed tria tantùm esse dicit insaturabilia, infernum, os vuluæ, & terram, prætermissa perditione, hoc est, morte, quòd inferni nomine eam comprehendisset. Item Isai. 28. 15. *Percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum*, & cap. 38. 18. *Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te.* & psal. 88. 49. *Quis est homo qui viuet, & non videbit mortem? eruet animam suam de manu inferi?* & apertissimè Osee 13. 14. *De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos: ero mors tua ô mors, morsus tuus ero inferne*: Cant. 8. 6. *Fortis est vt mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio.* his enim repetitionibus eādem rem inculcat Scriptura. Orcus, & eius etymon. Agesilaus, Lagetas; Plutonis nomina. II. Mortis & inferni iū. ctæ. ces in Sacra Scriptura vt plurimum.

Tertiò probat, quia Sacræ litte- III.

Mors, regina, tyrannus.

ræ per prosopopœiam, Mortẽ nobis confingunt vt Reginam quandam, vel tyrannum : eique Regiam tribuunt. Roman. 5. 14. *regnauit mors ab Adam, vsque ad Moysen* : & v. 17. *Vnius delicto mors regnauit per vnum.* & cap. 6. 9. *Mors illi vltrà non dominabitur.* 1. Corinth. 15. 26. *Nouissimè autem inimica destruetur mors.* Isai. 15. 8. *præcipitabit mortem in sempiternum.* & quod iam adductum Isai. 28. 15. *percussimus fœdus cum morte*, & Sapi. 1. 14. vbi noster, *nec inferorũ regnũ in terra*, Græcè est, οὔδε ἅδου βασιλεύει ἐπὶ γῆς. Vltimò, quia sic sumitur *infernus* pro morte, Eccles. 28. 25. cùm de linguâ prauâ & maledicâ dicitur, *vilis potiùs infernus quàm illa.* Hæc sunt firmamenta quæ adducit vir pius & doctus pro nouâ suâ interpretatione. Sed ea mihi non videntur satis fortia, vt remouerant animum à receptâ Patrum explicatione. Quid opus *infernum* impropriè accipere, cùm possimus propriè ? Non vrget argumentum primum. Nam Gentiles soliti inter mortem & Plutonem distinguere. Nec verum est Plutonis nomen Morti tributum, nec asserit Lucianus, sed causam tantùm reddit cur tertius ille Saturni filius Plutus fuerit nominatus. Lege Theogoniam Hesiodi & Mythologicos, diuersos inuenies parentes Mortis & Plutonis. Nec Seneca mortem vocat *patruum Minerua*, nec *inferni tyrannum.* Claudianus dicit *Infernum raptorem.* Sed eodem lib. 1. de raptu, vitæ & morti præesse Plutonem canit, manifestè distinguens. *Orci* nomen commune Plutoni, & ipsi inferno ; ideo communia vtrique eadem quoque epitheta. nec duæ res confundendæ, quia conuenit iisdem eadem conditio denominationis extrinsecæ. Ad secundum argumentum dico, non quia conIunguntur, sequi eadem esse ; & posterius priori explicando additum, iungi potiùs vt diuersa. Singula loca in libro quem de hac re composui, & subdam huic operi, explicabuntur. Nunc tantùm dico. Sicut Catholici contendimus contra Caluinistas ; aliud dici in Symbolo Apostolorum quando dicitur Christus *sepultus* ; aliud quando dicitur *descendit ad inferos*, licèt in Symbolo hæc coniungantur : sic etiam aliud dici per illud, *mortuus* est, & per illa, *descendit ad inferos.* Quòd si contendas tot Sacræ Scripturæ locis inferos pro morte poni ; hæreticus conabitur hac rimulâ elabi, & sic in Symbolo interpretari. Ideo simpliciter nego locis citatis pro iisdem illa vsurpari, sed pro diuersis, vt præfato libro de *Scheol* ostensum fusè. nunc breuiter, quando cap. 14. 11. dicitur, *Infernus & perditio coram Domino*, &c. *perditio*, pro *gehennâ*, hoc est, pro inferno inferiore ; *infernus* pro reliquis inferorũ locis, hoc est, inferno superiore, ponitur. Sic etiam *perditio* iungitur cum *sepulcro* psal. 87. 13. vbi cadauerum locus opponitur loco animarum damnatarum. Sic suprà cap. 27. 20. *Infernus & perditio nunquam implentur* : idem quidem dicitur quod hìc, sed illic inferorum duæ partes, inferior & superior exprimuntur ; hic verò Synecdochicè vna parte totum comprehenditur. differt autem locus d. v. 11. à loco d. v. 20. quòd in v. 20. tantùm agitur de ipsis locis seu sedibus animarum ; in d. verò v. 11. de receptaculis earum, & animabus simul illic degentibus, & circunstantiis quoque, nempe qui damnandi ex æterno decreto : & de meritis cuiusque, & modo pœnarum : quæ soli Deo nota, & abstrusa magis quàm ipsæ hominum cogitationes ; illum locum ver. 20.

Habacuc

1. Ab autore hic examinatio. Mortis & Plutonis distinctio.

Hesiod.

Seneca.

Claudianus.

Loci ex Symbolo Apostolorum, interpretatio.

De Inferni & Perditionis vocibus.

Locorum similium differẽtia.

CCL XVIII.

Habacuc imitatum non credo. Nã ait tantùm; *qui dilatauit quasi infernus animam suam, & ipse quasi mors, & non adimpleatur.* Nam illîc Nabuchodonosor comparatur *inferno*, propter insatiabilem regnorum, & opum cupiditatem: comparatur etiã *morti*, quia vt illa, non satiabatur cædibus hominum. Posterior ergo pars Habacuc nobis nouum suggerit adagium, de quo illîc agendum; prior imitatio est Isaiæ prophetæ cap. 5. 14. qui locus apertè distinguit mortem ab inferno, vt illic capiũt Hieronym. Cyrillus, Procopius & ceteri, & Gregor. lib. 26. Moral. cap. 32. & Tertullian. qui vertit *Orcum*, Nec etiam verum est, quod addit aduersarius; quia Salomon d. v. 20. pro iisdem posuerat *infernum & perditionem*; idcirco hîc v. 16. non dicere *quatuor* esse, sed tantùm *tria* esse insaturabilia, *infernum*, *vuluam & terram*, omissa *perditione*, hoc est, morte, quoniam inferni nomine *mortem* significasset. falsa omnia, & ex errore illo non intellecti Hebraismi nata. Reuera quatuor enumerauit, vt docui. Mortem hîc omisit, quia non statuerat omnia insaturabilia, sed quatuor tantùm enumerare, vt in præcedenti membro; & in sequentibus fecit: alioquin & mare quod aquis non satiatur, addere potuisset, & alia. Deinde statuerat positiua tantùm (vt vocant) nominare, non priuationes, cuiusmodi est mors. Minùs etiam obstant cetera loca, Isaiæ 27. v. 15. & 18. impij ea separant. Nam irridentes Onera prophetica, nos (inquiunt) illa non timemus, *nos enim cum morte fœdus percussimus*, vt præueniat hæc mala; *& cum inferno pactum*, vt ibi ab illis protegamur. Moriemur priùs, & cùm ad infernum anima descenderit, tuti erimus à vestris minis. Cadaueri terra pro peltâ, infernus animæ pro clypeo futurus. Sic ferè DD. Hieronymus & Cyrillus. In eiusdem cap. 38. v. 18. frustra suppetias quærunt, de Tartaro seu loco gehennæ DD. Hieronymus, Cyrillus, Procopius accipiunt; sed Metonymicè de illis qui in loco illo detinentur, vt benè Chaldæus. Addo sumptum ex psalmo 6. v. 6. *quoniam non est in morte, qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?* & psal. 113. 17. *Non mortui laudabunt te Domine, neque omnes qui descendunt in infernum.* Quibus locis *infernum* debere propriè accipi probatur ex auctoritate omnium Patrum illîc scribentium, Philastr. contra hæreses. Gregor. lib. 6. epist. 176. Hieronym. in Amos cap. 9. Deinde quia sensus est, nec animas per lethale peccatum mortuas in hac vitâ, dum tales persistũt; fructuose Deo cõfessionem facturas, neque postquam in tali statu decesserunt è corpore suo, & gehennæ traditæ fuerunt, Deum laudaturas. Porrò psalm. 88. v. 49. *Quis est homo, qui viuet, & non videbit mortem? eruet animam suam de manu inferi?* est illustrissima prophetia de resurrectione CHRISTI Domini, & descendentis ad inferos, vt exactoris & triumphatoris, non vt rei aut debitoris: vt capiunt Hieronym. Augustin. Cassiod. Haymon, & alij. vidit Dominus mortem primã; quia voluit, non quia debuit. *infernum* propriè illîc etiam Iudęi capiunt. vide Genebrardum.

Locum Canticor. 8. v. 6. in commentario literali sic explicui, vt non opiner necessarium quidquam hîc addere.

Denique Osee 13. 14. non eadem res repetitur. nam aliter CHRISTVS morti fuit mors, aliter inferno morsus fuit; morti propriè dictæ, quia stimulum eius sic infregit, vt

Adag. mors non adimplebitur.

Locus Habac. 2.

Mortis ab Inferno distinctio.

Hieron. & alij.

Hebraismus non intellectus.

Prou. XXX.

D. Hiero. & alij.

Locus ps. 6. v. 6. & 113. v. 17.

Philastr. Gregor.

Locus ps. 88. v. 49. Prophetia de resurrectione Christi.

Hieronymi & aliorum expositio.

Genebr.

Christus aliter morti mors: aliter inferno morsus.

ADAG. CCLXV. Virga, &c.

EX CAPITE XXIX. VER. XV.

Virga atque correctio tribuit sapientiam.

DE pueris potissimùm agitur, vt benè Hebræ. Caiet. Bayn. Iansen. & Peltanus; tamen vt prudenter Dionys. Arbor. & alij, pertinet hoc etiam ad omnes mortales; nam omnes prosperis rebus solent licentiùs agere, & incautiùs: aduersis verò se moderatiùs & circumspectiùs gerere, vt dici solet, *Vexatio dat intellectum.* Olim Græcis passiuitus ista ferebantur ore vulgi; παρὰ τὰ δεινὰ γρονιμώτερον, *ex difficilibus & asperis prudentior.* τὰ παθήματα μαθήματα, item ἐξ ὧν ἔπαθες, ἔμαθες. Cato Censorius, *aduersa res docent, & docent, quid opus sit facto: secundæ res lætitiâ transuersum trudere solent à rectè intelligendo & consulẽdo.*] adspice Crœsum: florente regno nec vti alieno consilio norat; regiâ pulsus & rogo addictus, cœpit sapere, & Cyro benè, meliùs sibi consulere. Vide supr. *Prosperitas stultos perdit.* Lxx. πληγὰς καὶ ἔλεγχοι δίδασι σοφίαν, *plagæ & correctiones dant sapientiam.* Hebraicè & Chaldaicè est in futuro *tribuet*, vt indicent quid apta & solita sint facere: ideo Lxx. & noster nullo sententiæ detrimento in præsenti tradiderunt. Pro commentario sit locus Isaiæ 26. 15. *Indulsisti Domine, indulsisti genti: nunquid glorificatus es? elongasti omnes terminos terræ. Domine in angustia requisierunt te, in tribulatione murmuris doctrina tua eis.* Ierem. 31. 18. *Castigasti me & eruditus sum, quasi iuuenculus indomitus.*] Sic ergo Deus per plagas vt per instrumentum dat sapientiam; sic plagæ & correptio sunt sapientiæ instrumenta, quibus puerorum stultitiam remouent, vt hac fugatâ Deus illam infundat. Hoc voluerunt Abenezræ & alij Hebræi hîc. Nónne dictum id supr. cap. 22. 15. *stultitia colligata est in corde pueri, & virga disciplinæ fugabit eam.*

Prouerbiales locutiones.

Cato Censorius.

Cræsus.

Deus per plagas dat sapientiam.

EX EODEM CAP. VER. XIX.

ADAG. CCLXVI. Seruus verbis nõ potest eruditi.

Seruus verbis non potest erudiri.

CONueniunt omnes non agi de statu seruis, sed de ingenio seruis, hoc est, illiberalibus, contumacibus, duris, quales in comœdiis vlmotribas, & ferrotribas, ergastularios, subuerbustos, stigmatias, & cruciarios seu patibulatos nobis depingunt; de liberis quoque & discipulis nonnullis, qui etsi statu ingenui, naturâ tamen & genio sunt mancipiis deteriores, similes nuci, & aliis de quibus iactatur in compitis,

Nux, asinus, mulier, simili sunt lege ligata;
Hac tria nil vnquam facient, si verbera cessent.

Sensus adagij.

Secundò, conueniunt etiam ex sacræ Scripturę idiotismo, subaudiẽdum vocabulum exceptiuum, *tantùm* vel dumtaxat. Nam verba cum verberibus efficaciter huic morbo temperantur. Tertiò, quod pro ratione subditur, *quia quod dicis intelligit, & respondere contemnit*, id non satis intellexerunt Caietanus & alij, qui putarunt indicari tantùm contumax silentium. Non ita est: sed *respondere* more Hebræorum significat voluntati iubentis satisfacere,

II.

III.

Respondere quid significet more Hebræorum.

obau.

obaudire, & præstare quod exigitur. q. d. audiet, sed non obaudiet. Sic Maro de tellure, *votis respondet auari Agricola.* Sanè L x x. vertunt οὐχ ὑπακούσεται. Non obediet, vt vertit Augustin. epist. ad Vincentium 48. & Chaldæus, *cognoscit iugum, nec patitur.* Vsum Adagij præclarè docet de hac re disserens B. Augustinus epist. 50. ad Bonifacium Comitem: *Melius est quidem (quis dubitauerit) ad Deum colendum doctrina homines duci, quàm pœna timore vel dolore compelli. Sed non, quia illi meliores sunt, ideo illi qui tales non sunt, negligendi sunt. Multis enim profuit, quod experimentis probauimus, priùs timore vel dolore cogi, vt postea possint doceri, aut quod iam verbis didicerant, opere sectari. Proponunt nobis quidam sententiam cuiusdam secularis authoris, qui dixit,* Pudore & libertate liberos retinere, satius esse credo, quàm metu; *Hoc quidem verum est: sed sicuti meliores sunt, quos dirigit amor: ita plures sunt, quos corrigit timor. Nam, vt de ipso authore istis respondeatur, apud ipsum etiam legimus;* Tu, nisi malo coactus, rectum facere nescis. *Porrò autem scriptura diuina, & propter illos meliores dixit;* Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem. *Et propter hos inferiores, qui plures sunt, ait;* Verbis non emendabitur seruus durus: si enim & intellexerit, non obediet. *cùm dixit eum verbis nõ emendari, non iussit deseri, sed tacitè monuit vnde debeat emendari. Alioquin non diceret,* verbis non emendabitur, *sed tatummodò diceret,* non emendabitur. *Alio quoque loco dicit: non solùm seruum, sed etiam filium indisciplinatum, plagis esse coercendum. Et magno fructu.* Nam tu quidem *inquit,* percutis eum virgâ, animam verò eius liberabis à morte. *Et alibi dicit;* qui parcit baculo, odit filium suum.] Hæc D. Augustinus, accommodans filiis, seruis, & hæreticis. Ex Phrygiâ mancipia laudatissima mitti consueuisse docet Athenæus: à Suidâ tamen Adagium refertur, *Phrygem plagis meliorem & obsequentiorem fieri;* φρυξὶ ἀνὴρ πληγὰς μᾶλλον καὶ διακονίσιμος. Si blandiùs agas, solent insolescere, & putare se æquales; si cædas, detumescunt & conditionis suæ recordantur. Scytharum nota est historia. Longinquo distenti bello diu domi defuerunt. Coniuges viduitatis pertæsæ, se seruis domesticis miscuerunt. Inde nata iuuentus redeuntes dominos arcere à finibus. Prælia nonnulla commissa: cùm nihil reduces armis proficerent, concilio inito placuit alia experiri: rebelles inuadunt, non arcubus aut contis, sed loris & flagris armati. Naturâ seruis insitus pauor flagrorum: itaque fugêre conspectum & sonum seruiles animi. tangit Claudianus lib. 1. in Eutropium.

. . . . *quid Martia signa*
Sollicitas: non est iaculis hastisve petendus.
Conscia succumbent audito verbere terga.
Vt Scytha post multos rediens exercitus annos,
Cùm sibi seruilis pro finibus obuia pubes
Isset, & arceret dominos tellure reuersos,
Armatam ostensis aciem fudêre flagellis.
Notus ab inceptis ignobile reppulit horror
Vulgus, & addictus sub verbere torpuit ensis.

Beda docet de iis omnibus dici posse, qui peccato seruiunt: *seruus quilibet peccator, rectè quidem intelligens, sed in opere veritatis absque flagelli disciplina respondere contemnens.*

Vsus adagij Augustin.

Terent. in Adelphis

Prou. 29.

Prou. 13.

Mancipia Athenæus. Suidas. Phryx plagis melior.

Scytharũ historia cõtra seruos.

Claudianus

Beda. Vsus adagij.

De

De talibus ait veritas: Seruus sciens voluntatem domini sui, & non faciens, dignè plagis vapulabit multis.] nimirum quemadmodum ait Isaias 28.19. *tantummodo sola vexatio intellectum dabit auditui.* quod cùm testibus Cyrillo, atque aliis Patribus sit de Iudæis dictum, patet etiã ad gentem illam peruicacem adagium nostrum pertinere.

Cyrillus.

ADAG. CCLX VII. Sanguisugæ Filiæ.

EX CAP. XXX. VERS. XV. & XVI.

Sanguisugæ Filiæ.

EX vtroque iuncto, iungenda namque sunt, vnum principale adagium colligo, & quatuor accessoria. dicam de singulis seorsim, si priùs sententiam vniuersim proposuero; quam prorsùs obscurarunt, qui singula conati per se sumere, non attendentes ad modum quo sequentia à Salomone referuntur: neque ad Hebræam phrasim, quæ duo D. Iansenius optimè aduertit, & luculenter sanè exposuit. Sequar eius vestigia, non sine spicilegio. Salomon in hoc capite, à v. 11. vsque ad finem fere capitis per quaternarios rerum similium procedit. Nam primò proponit quatuor insignia vitia quæ mundum infestant, & sunt peruersissima & planè execrabilia Deo atque hominibus, nempe vitium *ingratitudinis* v. 11. & *hypocrisis* v. 12. & *superbia* v. 13. & *oppressionis pauperum* seu *tyrannidis*, v. 14.

Quatuor insignia vitia.

Sic secundo loco ponit quatuor insaturabilia, quæ singula comparari possunt hirudini seu sanguisugæ: ea sunt quasi fontes quidam quatuor præcedentium malorum, Vocantur autem *Filiæ sanguisugæ*, quia matribus filiæ solent esse similes, iuxta illud vetus, *qualis mater talis filia*, de quo dixi commentar. & aduersa. in Senecæ Agamemn. versu 952. *Sanguisuga* igitur mater vocatur, & ei similes tribuuntur Filiæ, semper plus petentes, & nunquam dicentes *Sufficit: Infernus, os vuluæ, terra, & ignis*; de quibus singulis dicendum seorsim, vt pateat ad quàm multa se porrigat adagiũ, nempe ad quæuis insatiabilia, ad quosuis gurgites, ad quasuis voragines, quæ expleri non possunt, sicut profani *Charybdim* & *barathrum* adagialiter vsurparunt.

Quatuor insaturabilia.

Tertio loco ponit quatuor humano intellectu inscrutabilia: *viam aquilæ in cœlo, viam colubri super petram, viam nauis in medio mari, viam viri in adolescentia*, v. 18. & 19.

Quatuor homini inscrutabilia.

Quartò recenset v. 21. quatuor, quę sunt intolerabilia, quibus orbis terrarum quodammodo mouetur loco suo, *seruum cùm regnauerit* v. 22. & *stultum saturum* ibid. *odiosam coniugem, & ancillam dominæ superinductam*, v. 23.

Quatuor intolerabilia.

Quintò, quatuor aspectu contemptibilia, pretiosa tamen exemplo solertiæ v. 24. *formica*, 25. *lepusculus*, 26. *locusta*, 27. *stellio*, 28.

Quatuor aspectu contemptibilia, pretiosa tamen exemplo solertiæ.

Sextò, quatuor fortia & felicia, v. 29. *Leo*, 30. *gallus gallinaceus, aries, & rex inuictus.* 31.

Quatuor fortia & felicia.

Hebraismus autem, qui notandus erat, est, solere sacrã Scripturã, cùm vult quatuor tantùm indicare, ea sic separare, vt priore loco ponat numeros minores, vt *duo*, & mox dicat *tria*, & demum addat *quatuor*, vsurpans numerum simplicem pro ordinali, quatuor, pro quarto, vt hîc v. 15. ad verbum, *sanguisuga duæ filiæ, da da. tria ista non saturabuntur: quatuor non dixerunt, abundantia.* sensus est, sanguisugæ quatuor filias esse, quarum duæ semper amplius postulant

Hebraismus.

postulant; tertia insatiabilis est; quartæ nihil vnquam sufficit. Itaque cùm quatuor post tria ponitur, significat *quartum*, vt optimè noster vertit hic & v. 18. & 21. & 29. & Amos 1. v. 5. *super tribus sceleribus Damasci, & super quatuor non conuertam eum.* vbi vide Riberam num. 13. Nã Martinez lib. 6. hypotyp. cap. 4. qui vult ibi intelligi septé, licèt habeat quos sequatur viros magnos, ex his Salomonis locis refellitur, vbi Hebraicè eadé phrasis occurrit, quæ tamen pro *septem* accipi non potest; nec quatuor cum tribus accumulari, sed ad illud tria, vt ordine sequens, referendum: veluti cùm Iob. dicitur, *Semel loquitur Deus, & secundò idipsum non repetit*, optimè explicat, quod est Hebraicè, in vno & in duobus, Iob. 33. 14. sicut Psal. 61. 12. vbi noster vertit, *semel locutus est Dominus, duo hæc audiui*, Pineda interpretatur, *secundò*, Pagnin. *bis*, ego capio illic propriè. Melius exemplum est illud Amos, quod huc adduxit Iansenius, & addidit alterum, ex Prou. 6. 16. *Sex sunt quæ odit Dominus, & septimum detestatur anima eius*, nam Hebr. est *septem*, quod noster optimo sensu accepit. Paullò apertiùs quod de quatuor filiabus dixi, declarant Lxx. nam cùm tres dixissent, addunt quartam, hoc modo, vt legitur in editione Romanâ: τῇ βδέλλῃ τρεῖς θυγατέρες ἦσαν ἀγαπῶσαι ἀγαπώμεναι. καὶ αἱ τρεῖς αὗται οὐκ ἐνεπίμπλασαν αὐτὴν, καὶ ἡ τετάρτη δ' οὐκ ἀρκέσθησαν αὐτῇ, ἱκανόν. *Sanguisugæ tres erant filiæ dilectione dilectæ, & tres ipsæ non satiauerunt eam, & quarta non sufficit dicere, satis est.* noster secutus est Symmachum, cui consentit Thargum. Videamus singula.

Ribera. Martinez.

Pro *sanguisuga*, Hebr. est, עלוקה *hhalukah*, sic etiam Chaldaicè. Vox semel tantùm inuenitur in bibliis. R. Sahadiah exponit priuationem: & ridiculè exponit, vt licet videre apud Pagninum, qui cum Dauide Kimchi, & ceteris omnibus exponit *sanguisugam*, vt exposuerãt Aqui. Symm. Theodot. & L x x. & D. Hieronymus: & Mercerus non dubium esse significari *hirudinem*. miror ideo cur dubitarit Montanus, & vocem Hebræam retinuerit. An ab עקל *hhikel* per transpositionem deduxit, & *gehennam* esse suspicatus fuit? quo fundamẽto? an quòd *scheol* quod sequitur, capit de *sepulchro*? sic fit, vno absurdo dato, multa sequuntur. עקל radix semel tantùm in sacra Scripturâ reperitur, Habac. 1. v. 4. & tam locus ille quàm quæ inde deducta sunt, satis indicant aliquid obliquum & tortuosum indicari, quod hirudini optimè conuenit, meliùs quàm gehennæ, vel priuationi. Retineamus ergo *sanguisugam*, de quâ sic Plinius, *hirudinum, quas sanguisugas vocant*, & paullo pòst, *decidunt satietate, & pondere ipso sanguinis detracta aut sale aspersæ.* lib. 32 cap. 10. tanta illis sanguinis sitis, vt toto capite condantur in vulnere. quod illis cum vicino commune est: de quo sic idem Plinius lib. 11. cap. 34. *est animal infixo semper sanguini capite viuens, atque ita intumescens, vnum animalium cui cibi non sit exitus, debiscitque nimiâ satietate, alimento ipso moriens.*] Sæpè & hirudines nimio potu crepant, vel quòd nequeunt bifulcum caput retrahere, vel quòd ad virus earum euitandum, nondum saturas rescindunt, vt d. cap. 10. Plinius tradidit. Spontè non decidunt, nisi prorsùs saturæ: sin antè auulsæ, statim admotæ iterum fugunt: hinc illud Flacci pro prouerbio inualuit; quod ipse de ineptis recitatoribus vsurpauit, ad Pisones scribens:

Plinius Sanguisugæ.

Horatius.

Indoctum doctúmque fugat recitator acer

acerbus;
Quem verò arripuit, tenet, occiditque legendo:
Non missura cutem, nisi plena cruoris, hirudo.

Cicero. Ærarij hirudo. Cicero eâdem formâ depeculatorem vocauit *ærarij hirudinem*, ad Atticum lib. 1. vulgus iam retulit

Iuuenum hirudines. optimè ad scorta, quæ *iuuenum hirudines* sunt. nam & pecuniam, quæ solet sanguis mortalium vocari, & verum sanguinem exhauriunt. illâ metaphorâ vsus Plautinus seruus, cùm loculos senum duorum exhausturus iactitaret in Epidico, *Iam ego me vortam in hirudinem, atque horum exugebo sanguinem.* & quia

Anima pro sanguine. *sanguis* per *animam* non rarò sumitur, dictum à recentiore quodam, licèt non satis tersè,

Vesceris hac anima velut vna palu-
Theocrit. *stris hirudo.* quod ex Theocrito conatus vertere, qui idyll. 2.

. . . . . τί μευ μέλαν ἐκ χροὸς ἅμα
Ἐμφὺς, ὡς λιμνᾶτις ἅπαν βδέλλα πέπωκας.

Sanguisuga nomen recens. *Sanguisuga* nomen recentius est, & ortum circa Plinij ætatem. docet lib. 8. cap. 10. *cruciatum in potu maximum sentium hausta hirudine, quam sanguisugã vulgò cœpisse appellari adnerto.*] agit de barris quorum

Hausta hirudine barrorum cruciatus. I. Quæ hæc sanguisuga. boscidem bibentium hirudo subiit.

Sed quæ est hæc *sanguisuga*? Si Patres audis, *Diabolus est, diaboli filia dilectione dilecta, qua satiari interfectorum cruore non possunt*, &c. sic D. Hieronymus lib. 1. contra Iouinian.

D. Hier. B. Salon. ab hoc B. Salonius mutuatur, *Sanguisuga diabolus est, qui semper sanguinem sitit, id est, ad peccata homines trahere cupit, & sitim peccandi incessanter accendit.*] ab hoc Beda; *Sanguisuga, diabolus est, qui siti peccãdi, ac peccata suadendi, incessanter accenditur.*] sic etiam Glossa ordinaria. hi omnes

Anastas. Nyssenus cum Anastasio Nysseno q. 41. & Salonio duas filias intelligunt, auaritiam & luxuriam.

Secundò, S. Bernadus in Declamationibus, serm. 1. super, *ecce nos reliquimus omnia*, contendit esse propriam voluntatem: cuius filiæ sint vanitas, & voluptas. hoc sequitur

II. S. Bernard. discipulus eius Galfridus in allegoriis, *Pessima* (inquit) *mater, voluntas propria; cuius sunt duæ filiæ non degeneres, iniquitas scilicet & voluptas. hæc animam inquinat, illa contrahit & quodammodo rugat.*]

III. Tertia sententia est, *sanguisugam* propriè accipi, & *filias* eius dici vitia, quæ genium illius imitantur, & comparari merentur. Sic Dionys. Arboreus, Clarius, Iansenius.

Dionys.

IV. Quarta sententia, *sanguisugam* esse ipsam auaritiam. sic Caietan. quod non placet.

V. Quinta, sic vocari quartam illam, quæ præcessit, generationem, quæ pauperes opprimit; de qua post nonnullos Hebræos accipiunt Vatablus, & Baynus; sed Peltanus noster de omnibus illis quatuor generationibus. Sed velim, lector non hebes consideret, num potiùs dicendum sit, illas quatuor generationes ex hac sanguisugâ, & filiabus eius ortas, quàm harum esse parentes. Separemus itaque, & nouum quid dici hoc versu 15. intelligamus cum Iansenio, & Patribus. nempe *Sanguisugæ* quatuor esse vitia similia; vel, quæ

Vatablus & alij.

VI. Sexta est, Anastasij Nicæni quæstione 41. *Sanguisugam* esse peccatum.

VII. Septima est nostri Saa, *Sanguisugam* esse cupiditatem in genere, à qua nascuntur quatuor species vitiorum insaturabilium. de quibus nunc singulis agamus. *Sanguisuga* (ait) *sunt duæ filiæ, quæ semper clamant, da, da, præbe, præbe; affer, affer*; scilicet amplius: orexim mouisti. ad has duas accedit tertia, æquè insatu-

rabilis;

CC LXIII. rabilis; sed & quarta, cui æquè nihil vnquam sufficit. Prima est *infernus*; secunda, *os vulvæ*; tertia, *terra*; quarta, *ignis*, quæ sunt metaphoricè interpretanda sensu grammatico, vt sonant; sensu intento litteraliter, de quatuor vitiis similibus.

ADAG. CC LXVIII. Infernus semper dicit, Affer, affer.

EX EODEM VER. XV.

Infernus semper dicit, affer, affer.

Infernus. REpetitione, importuna & vehemēs petitio indicatur, nunquam diu cōquiescente affectu. Pro *inferno* Hebraicè est *Scheol* שאול Chadaicè שיול, Græcè ᾅδης: quod de inferorum loco, seu Orco, summo consensu veteres Græci ac Latini acceperunt; Rabbinizantes, Pagnin. Vatablus, Clarius, & alij recentiores suos Iudæos secuti, *sepulcrum* explicarunt. cur quæso? quia *sepulchrum* recipit quotquot cadauera iniiciuntur. hoc verum non est, expletur enim paucis: etiamsi de *carnario* loquaris, quò Baynus confugit. huius quoque maior, sed modus tamen est. Miror non restrinxisse ad certum terræ genus, quod celerrimè cadauera consumit, vt Romæ *carapo sancto*, Parisiis *les innocens*, Vallisoleti breue spacium prope summam ædem; vel ad exoisa in *Sarcophago*: nam huic lapidi vis gemina nomini traditur, à Plinio lib. 2. cap. 96. Sed non omnes capuli ex sarcophago, & vulgi his teguntur corpora, non infodiuntur. Nec de communi sepulchro mortalium, terrâ, rectè accipias, quia sequitur de hoc elemento. Idcirco alij interpretantur mortem ipsam vt aiunt inferorum reginam. Sic Anton. Gueuara in cap. 2. Habac. rationes adfert, quia Morti Gentiles *Plutonis* nomen imposuerunt, & idem dictus *Infernus Iupiter*. quod probat ex loco Senecæ in Hippolyto,

Baynus. Terræ genus celerrimè corpora consumens. Plinius. Alia interpretatio.

Pallas Actææ veneranda genti,
Quod tuus cœlum, superosque Theseus
Spectat, & fugit Stygias paludes,
Casta, nil debes patruo rapaci,
Constat inferno numerus tyranno.

Item quia vocabatur (Infernus Iupiter.) Claudianus,

Inferni raptoris equos, &c.

item quia dictus *Orcus*, quòd in interitum omnia præcipitet ab vrgendo: nec non Agesilaus & Lagetas, quòd omnes agat populos. Secundò probat ex sacris litteris. Primò, quia frequentissimè in Sacra Scriptura Mors & infernus coniunguntur, vt vno vocabulo alterum explicetur, Prou. 13. 11. *Infernus & perditio coram Domino.* & cap. 27. 20. (quem locum imitatus Habacuc d. cap. 2.) *Infernus & perditio numquam implentur*: & quia pro iisdem illic posuit, ideo cap. 30. 15. non quatuor, sed tria tantùm esse dicit insaturabilia, infernum, os vuluæ, & terram, prætermissa perditione, hoc est, morte, quòd inferni nomine eam comprehendisset. Item Isai. 28. 15. *Percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum*, & cap. 38. 18. *Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te.* & psal. 88. 49. *Quis est homo qui viuet, & non videbit mortem? eruet animam suam de manu inferi?* & apertissimè Osee 13. 14. *De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos: ero mors tua ô mors, morsus tuus ero inferne*: Cant. 8. 6. *Fortis est vt mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio.* his enim repetitionibus eādem rem inculcat Scriptura.

Claudianus. Orcus, & eius etymon. Agesilaus, Lagetas, Plutonis nomina. II. Mortis & inferni iūctiones in Sacra Scriptura vt plurimum.

Tertiò probat, quia Sacræ litte- III.

Prou. XXX. Antonius Gueuara. Morti Plutonis nomen inditum. Infernus Iupiter. Seneca.

ræ per prosopopœiam, Morte nobis confingunt vt Reginam quandam, vel tyrannum : eique Regiam tribuunt. Roman. 5. 14. *regnauit mors ab Adam, vsque ad Moysen* : & v. 17. *Vnius delicto mors regnauit per vnum.* & cap. 6. 9. *Mors illi vltrà non dominabitur.* 1. Corinth. 15. 26. *Nouissimè autem inimica destruetur mors.* Isai. 15. 8. *præcipitabit mortem in sempiternum.* & quod iam adductum Isai. 28. 15. *percussimus fœdus cum morte*, & Sapi. 1. 14. vbi noster, *nec inferorũ regnũ in terra*, Græcè est, οὐδὲ ἄδου βασιλεῖον ἐπὶ γῆς. Vltimò, quia sic sumitur *infernus* pro morte, Eccles. 28. 25. cùm de linguâ prauâ & maledicâ dicitur, *vtilis potiùs infernus quàm illa.* Hæc sunt firmamenta quæ adducit vir pius & doctus pro nouâ suâ interpretatione. Sed ea mihi non videntur satis fortia, vt remouerant animum à receptâ Patrum explicatione. Quid opus *infernum* impropriè accipere, cùm possimus propriè ? Non vrget argumentum primum. Nam Gentiles soliti inter mortem & Plutonem distinguere. Nec verum est Plutonis nomen Morti tributum, nec asserit Lucianus, sed causam tantùm reddit cur tertius ille Saturni filius Plutus fuerit nominatus. Lege Theogoniam Hesiodi & Mythologicos, diuersos inuenies parentes Mortis & Plutonis. Nec Seneca mortem vocat *patruum Minerua*, nec *inferni tyrãnum.* Claudianus dicit *Infernum raptorem.* Sed eodem lib. 1. de raptu, vitæ & morti præesse Plutonem canit, manifestè distinguens. *Orci* nomen commune Plutoni, & ipsi inferno ; ideo communia vtrique eadem quoque epitheta. nec duæ res confundendæ, quia conuenit iisdem eadem conditio denominationis extrinsecæ. Ad secundum argumentum dico, non quia conIunguntur, sequi eadem esse ; & posterius priori explicando additum, iungi potiùs vt diuersa. Singula loca in libro quem de hac re composui, & subdam huic operi, explicabuntur. Nunc tantùm dico. Sicut Catholici contendimus contra Caluinistas ; aliud dici in Symbolo Apostolorum quando dicitur Christus *sepultus* ; aliud quando dicitur *descendit ad inferos*, licèt in Symbolo hæc coniungantur : sic etiam aliud dici per illud, *mortuus* est, & per illa, *descendit ad inferos.* Quòd si contendas tot Sacræ Scripturæ locis inferos pro morte poni ; hæreticus conabitur hac rimulâ elabi, & sic in Symbolo interpretari. Ideo simpliciter nego locis citatis pro iisdem illa vsurpari, sed pro diuersis, vt præfato libro de *Scheol* ostensum fusè. nunc breuiter, quando cap. 14. 11. dicitur, *Infernus & perditio coram Domino*, &c. *perditio*, pro *gehennâ*, hoc est, pro inferno inferiore ; *infernus* pro reliquis inferorũ locis, hoc est, inferno superiore, ponitur. Sic etiam *perditio* iungitur cum *sepulcro* psal. 87. 13. vbi cadauerum locus opponitur loco animarum damnatarum. Sic suprà cap. 27. 20. *Infernus & perditio nunquam implentur* : idem quidem dicitur quod hìc, sed illìc inferorum duæ partes, inferior & superior exprimuntur ; hìc verò Synecdochicè vna parte totum comprehenditur. differt autem locus d. v. 11. à loco d. v. 20. quòd in v. 20. tantùm agitur de ipsis locis seu sedibus animarum ; in d. verò v. 11. de receptaculis earum, & animabus simul illic degentibus, & circunstantiis quoque, nempe qui damnandi ex æterno decreto : & de meritis cuiusque, & modo pœnarum : quæ soli Deo nota, & abstrusa magis quàm ipsæ hominum cogitationes ; illum locum ver. 20.

Habacuc

Mors, regina, tyrannus.

Loci ex Symbolo Apostolorum, interpretatio.

De Inferni & Perditionis vocibus.

1. Ab autore hic examinatio. Mortis & Plutonis distinctio.

Hesiod.

Seneca.

Claudianus.

Locorum similium differentia.

C C L XVIII.

Habacuc imitatum non credo. Nã ait tantùm; *qui dilatauit quasi infernus animam suam, & ipse quasi mors, & non adimpletur.* Nam illîc Nabuchodonosor comparatur *inferno*, propter insatiabilem regnorum, & opum cupiditatem: comparatur etiã *morti*, quia vt illa, non satiabatur cædibus hominum. Posterior ergo pars Habacuc nobis nouum suggerit adagium, de quo illîc agendum; prior imitatio est Isaiæ prophetæ cap. 5. 14. qui locus apertè distinguit mortem ab inferno, vt illîc capiũt Hieronym. Cyrillus, Procopius & ceteri, & Gregor. lib. 26. Moral. cap. 32. & Tertullian. qui vertit *Orcum*, Nec etiam verum est, quod addit aduersarius; quia Salomon d. v. 20. pro iisdem posuerat *infernum & perditionem*; idcirco hîc v. 16. non dicere *quatuor* esse, sed tantùm *tria* esse insaturabilia, *infernum, vulnam & terram*, omissa *perditione*, hoc est, morte, quoniam inferni nomine *mortem* significasset. falsa omnia, & ex errore illo non intellecti Hebraismi nata. Reuera quatuor enumerauit, vt docui. Mortem hîc omisit, quia non statuerat omnia insaturabilia, sed quatuor tantùm enumerare, vt in præcedenti membro; & in sequentibus fecit: alioquin & mare quod aquis non satiatur, addere potuisset, & alia. Deinde statuerat positiua tantùm (vt vocant) nominare, non priuationes, cuiusmodi est mors. Minùs etiam obstant cetera loca, Isaiæ 27. v. 15. & 18. impij ea separant. Nam irridentes Onera prophetica, nos (inquiunt) illa non timemus, *nos enim cum morte fœdus percussimus*, vt prẽueniat hæc mala; *& cum inferno pactum*, vt ibi ab illis protegamur. Moriemur priùs, & cùm ad infernum anima descenderit, tuti erimus à vestris minis. Cadaueri terra pro peltâ, infernus animæ pro clypeo futurus. Sic ferè DD. Hieronymus & Cyrillus. In eiusdem cap. 38. v. 18. frustra suppetias quærunt, de Tartaro seu loco gehennæ DD. Hieronymus, Cyrillus, Procopius accipiunt; sed Metonymicè de illis qui in loco illo detinentur, vt benè Chaldæus. Addo sumptum ex psalmo 6. v. 6. *quoniam non est in morte, qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?* & psal. 113. 17. *Non mortui laudabunt te Domine, neque omnes qui descendunt in infernum.* Quibus locis *infernum* debere propriè accipi probatur ex auctoritate omnium Patrum illîc scribentium, Philastr. contra hæreses. Gregor. lib. 6. epist. 176. Hieronym. in Amos cap. 9. Deinde quia sensus est, nec animas per lethale peccatum mortuas in hac vitâ, dum tales persistũt; fructuose Deo cõfessionem facturas, neque postquam in tali statu decesserunt è corpore suo, & gehennæ traditæ fuerunt, Deum laudaturas. Porrò psalm. 88. v. 49. *Quis est homo, qui viuet, & non videbit mortem? eruet animam suam de manu inferi?* est illustrissima prophetia de resurrectione CHRISTI Domini, & descendentis ad inferos, vt exactoris & triumphatoris, non vt rei aut debitoris: vt capiunt Hieronym. Augustin. Cassiod. Haymon, & alij. vidit Dominus mortem primã; quia voluit, non quia debuit. *infernum* propriè illîc etiam Iudei capiunt. vide Genebrardum.

Locum Canticor. 8. v. 6. in commentario literali sic explicui, vt non opiner necessarium quidquam hîc addere.

Denique Osee 13. 14. non eadem res repetitur. nam aliter CHRISTVS morti fuit mors, aliter inferno morsus fuit; morti propriè dictæ; quia stimulum eius sic infregit, vt

Prou. XXX.

Adag. mors non adimplecur.

Locus Habac. 2.

D. Hiero. & alij.

Locus ps. 6. v. 6. & 113. v. 17.

Mortis ab Inferno distinctio.

Hieron. & alij.

Philastr. Gregor.

Hebraismus non intellectus.

Locus ps. 88. v. 49. Prophetia de resurrectione Christi.

Hieronymi & aliorum expositio.

Genebr.

Christus aliter morti mors: aliter inferno morsus.

punctio, cunctorũ resurrectione videatur irrita; inferno morsus fuit, quia sic eum debilitauit, vt nec captiuam illam captiuitatem tum potuerit retinere, nec deinceps possit animas ritè in purgatorio expiatas, impedire ne ad cœlorum beatas sedes euolent. Hoc sufficiat secundo Gueuaræ argumento respondisse. Nam maiorem quandam difficultatẽ ex versione LXX. & D. Paulo emergentem, quam non vidit aduersarius, Deo dante, in prædicto libello expediui.

Gueuaras. Septuaginta versio in D. Paulo.

Tertio argumento nihil efficitur. Nam etsi concederem sic de morte sacram Scripturam, vt de rege & tyranno agere; quid proinde? an igitur *mors* & *infernus* idem significãt? dum probent sequi, tollam manum de hac tabula.

Vltimum argumentum ex loco Eccles. 28. v. 25. sumptum, nane est, quia melius illic *infernum* propriè capiemus, pro ipsis doloribus qui in illo loco perferuntur. N. Caietanum duas has sententias falsas in vnam conflasse. Nam vult significari *sepulchrum*, & hoc interpretatur *mortem*.

III. Expositio.

Tertiò Iansenius cum quibusdam aliis censet *inferni* vocem debere capi pro statu mortuorum, quod idem voluit in Psalm. 6. v. 6. vbi consentientes habet Clarium, & Genebrardum. Sed non video quomodo statum ipsum dicant non expleri, aut quid *Status* vocent. Si conditionem, in illo loco gehennæ, non pugnant nisi verbis, quando de ipsis mortuis agitur, vt d. v. 6. pugnant, quando de loco ipso mortuorum agitur, vt hic, nec vllum locum adferunt, quo id vel satis verisimiliter significetur.

Ratum ergo sit, *inferni* locum adagialiter suprà d. c. 27. v. 20. & hic v. 16. vocari tropicè inexplebilem, & insaturabilem, sicut veteres sunt interpretati. Huc spectat illud Fortunati,

Infernus insaturabiliter tria guttura pandens.

Sic *Scheol* sumi docent Galatinus lib. 6. de arcanis cap. 7. & fusè Pererius to. 4. in Genes. cap. 37. disp. 8. Galatinus. Pererius.

Pro vsu adagij sint sequentia. Hebræi nõnulli per *scheol* & *racham* intelligunt corruptionem & generationem rerum vsque ad mundi finem duraturam. Anastasius d. q. 41. eius filias exponit, fornicationẽ, inuidiam, idololatriam, & cupiditatem: nempe quia cùm peccatũ sit corpus vnum, multa habet membra. Et peccati insatiabilitatem doceri exemplis, inferni, amoris mulierum, & terræ, & aquæ, & ignis. Nam quomodo infernus non cessat suscipere animas hominum; ita nec amor peccati cessabit animas hominum constuprare & corrumpere. Sic ille, capiens *infernum* propriè: & perspicuè docens, illorum vitiorum, quæ sanguisugæ filiæ dici possunt, non nomina, sed similitudines quasdam esse, quatuor quæ sequuntur, quæ ex natura horum quatuor nobis sunt inuestiganda: & ipse quidem videtur *inferno* fornicationem, *vulvæ* inuidiam (nisi hæc vt opinor transposita sint) *terræ* idololatriam, *igni* cupiditatem comparasse. Vsus adagij. Anastasius.

Salonius, Beda & alij, *inferno* phi-largyriam, siue auaritiam; *ori vulvæ* luxuriam. Alij aliter. mihi cum Iansenio placet, quatuor cupiditatis species his adagiis indicari, *inferno* cupiditatem vindictæ & nocendi, quæ est ira & inuidia; quæ passiones semper mortem aliorum desiderant, nec mortuis quidem parcunt; sed in eorum quoque famam grassantur, omnia deuorant, omnia depascuntur. Quid pallidius & mœstius, Salonius. Beda. Iansenius. Sa.

stius, & tenebricosius inuido? quid inflammatius & ardentius irato?

ADAG. CC LXIX. Os vulvæ insaturabile.

EX EODEM VERS.

Os vulvæ insaturabile.

PRo *ore vulvæ*, Hebraicè est *hhotser racham*, עוצר רחם quod Symmachus vertit, *σωοχὴ μήτρας*, *constrictio vulvæ*, vt & Chaldæus, *achadath*, & sic Arias, Aquila, *ἐνόχὴ μήτρας*, *retentio*, siue *repressio*. quæ versiones videntur fauere recentioribus. Nam Caietan. vertit, *stringens vulvam*, Pagnin. *sterilis vulva*, alij, *vulva constricta*, alij, *impedita matrix*, alij, *clausio vteri*. Hi omnes eodem modo exponũt de muliere, cuius, vt sacra Scriptura loquitur, *vulvam concluſit Dominus*, & concipere nequit; & ideo maiore prolis desiderio tenetur, vt de Rachele docet Geneseos historia. steriles insatiabiliores esse cẽsent, tum propter maius desiderium habendæ prolis, tum quòd fœcundæ & grauidæ naturaliter non appetant. Iansenius, & alij. Auctoris sententia. Sic Iansenius: & idem volunt Baynus, Caietanus, Vatablus, Peltanus post R. Immanuelem. Mihi non placet ad steriles restringi; sed in genere accipio de mulieribus omnib⁹, vt noster interpres accepit: vertens in genere *os vulvæ*, & idem honestissimè exprimentes LXX. *ἔρως γυναικὸς*, *amor* seu *concupiscentia mulieris*: & Hebræum *hhotser* fatente Vatablo significat *orificium angustum matricis*, *quo semen virile mulgetur, & recipitur*. Nam radix est *hhatsar* עצר quæ & (inhibere) & (claudere) significat. Cõstat autem orificium matricis ad concipiendum primò aperiri, tum iterum circa penem restringere, & se quasi claudere nè semen effluat. Qua de re legendi Galenus de vsu partium, Soranus lib. de vulua, Valesius, Guidus, & Laurentius in libris anatomicis, de hac constrictione Aquila & Symmachus & Chaldæus intelligendi. Appetitus iste cuncto generi communis est, etiam fœcundis, etiam grauidis. Nam & mulier solet superfœtare, sicut equæ, docente id Aristotele lib. 7. de hist. animal. cap. 4. & lib. 4. de generat. animal. cap. 4. Plinio lib. 7. cap. 11. Vnde & conuitium celebre in mulieres, vt *equa* vocentur, & *equire* dicantur, testibus Aristotele d. historiæ lib. 6. cap. 8. & Æliano lib. 4. de natura animalium. Facetum quoque dictũ Populiæ, cur mulieres semper marem appetant, bestiæ non semper, apud Macrobium lib. 2. Saturnal. cap. 5. lege Tiraquell. in 9. legem connubial. gloss. 1. part. 9. à num. 85.

Galenus, Soranus, & alij. Mulieres superfœtantes. Aristot. Plinius. Mulieres equæ & equire dictæ. Populiæ dictum. Macrobius. Tiraquell.

Idem Aristoteles in problemat. encycl. 4. sect. 36. tradit mulieres insatiabiles esse: Plato in Timæo, & ex illo Galenus lib. 6. locor. affector. cap. 5. vocat in fœminis vulvam animal auidum generandi: & nescio quis poëta,

Aristot. Plato. Galenus.

. . . . *præcipuè multiuola est mulier.*

Quæ constat communia omnibus naturâ esse. certè Messalina proiectissimæ libidinis mulier fœcunda erat, mater Britannici & Octauiæ: tamen de illa dictum, quod Caietanus & Iansenius pro se adduxerunt ex Iuuenali Saty. 6.

Messalina. Caietan. Iansenius. Iuuenalis locus.

Mox lenone suas iam dimittente puellas,
Tristis abit: sed, quod potuit, tamen vltima cellam
Clausit, adhuc ardens rigida tentigine vulva,
Et lassata viris, nondum satiata recessit.

Ideo ad omnes meretrices locum exten

extenderunt Arboreus, Dionysius, Strabus, Beda. Vox ambigua est meretricis, & generaliter de omni incontinente accipienda, vt loquitur Liranus, etiamsi non prostet.

Quin immò cùm agatur de naturali appetitu quem in bonis gratia corrigit, prorsùs arbitror cum DD. Cypriano, & Hieronymo de cunctis mulieribus hoc accipi debere; nisi quòd illi iuxta LXX. videntur accepisse *amorem mulierum*, de ἐραμανίᾳ, qua viri mulieres depereunt. Cyprian. Ait Cyprianus; siue Origenes in lib. de singularitate clericorum, sub fin. *Quanto magis antè præuenienda est omni prouisione calamitas fœminarum, cuius cupido si admittur, incipere nunquam prorsùs accipit finem? Cuius comparationem Salomon explicat, dicens;* Infernus & amor mulieris, & terra quæ non satiatur aquâ, & ignis, non dicit, Sufficit.] Hieron. Hieronymus verò lib. 1. aduers. Iouinian. *Non hic de meretrice, non de adultera dicitur, sed amor mulieris generaliter accusatur; qui semper insatiabilis est, qui extinctus accenditur, & post copiam rursum inops est, animúmque virilem effœminat, & exceptâ passione quam sustinet, aliam non sinit cogitare.*] Certè versio LXX. maximè propendet in virorum vesaniam; nostra & Hebræus fons magis in muliebrem affectum, de quo etiam est illud *Iesu Bensirach* c. 36. 23. πάντα ἄρρενα ἐνδέξεται γυνή. *omnem masculum excipiet mulier.* & illud Horatij,

. . . . quantâ laboras in Charybdi.

Nec tamen LXX. mulieres excludit, nec nostra viros: & verum est, has etiam aquas, quo plus sunt potæ, plus sitiri. nam *species fœmina super omnem concupiscentiam hominis superducit desiderium.* d. cap. 36. 24. Nam libido non vincitur patrando, sed abstinendo, & fugiendo. de quo aliàs. CC LXX.

EX EODEM VERS. XVI.

ADAG. CCLXX. Terra non satiatur aqua.

Terra non satiatur aqua.

Sicut per os *vulua* insaturabilis significata libido rerum Venerearum, sic per *terram siticulosam*, conuenit nos auaritiam, & terrenarùm opum appetentiam, satiari nescium, intelligere, de qua plerique tractatores conueniunt, Salonius, Beda, Liran. Caietan. ceteri ferè. hæc est oculorum concupiscentia, & φιλαργυρία, & πλεονεξία, de qua verè dictum, Salonius, & alij,

Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit.

Item,

Quo plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ.

Auarus hydropico similis. vnde Horatius; Horat.

Latiùs regnes, auidum domando
Spiritum; quàm si Libyam remotis
Gadibus iungas, & vterque Pœnus
Seruiat vni.
Crescit indulgens sibi dirus hydrops,
Nec sitim pellit, nisi causa morbi
Fugerit venis, & aquosus albo
Corpore languor.

Sicut terra, quamuis multâ aquâ in se susceptâ, parata est semper ampliùs suscipere. Hebraicè est ארץ *erets*, vox omni terræ communis quæ naturâ suâ sicca est, ideo humidi appetens. Quinctianus Stoa, Quinctianus Stoa.

Tellus suo absumpsit vndas pectore adaperto vorax.

maximè si arenosa. Virgil. 1. Georg, Virgil.

Collectum humorem bibula deducit arena.

ideirco bibacitati suæ Anacreon, Anacreon. hoc

CC LXX. hoc exemplo patrocinatur,

ἡ γῆ μίλαινα πίνει,
πίνει δ' ὄμβρον ἀυτῇ,
πίνει θάλασσα δ' ὕδωρ,
ὁ δὲ αἰθὴρ θάλασσαν,
τὰ δ' ἄλλα σύμπαντα πίνει, &c.
Fœcunda terra potat,
Hanc arboréſque potant,
Et potat aquor auras,
Phœbúſque potat aquor,
Ipſumque Phœbe Phœbum.

Ariſtot. Pſal. 142. *Anima mea ſicut terra ſine aqua tibi.* Ariſtoteles lib. 8. Ethi. c. 1. ex Eutipide; *Cùm eſt ſicca tellus, ipſa ſanè imbrem amat, cumq; turget æther imbre,* cùm cœlum tumet, affectat vt telluris in ſinus cadat.

Vſus adagij. Sanè poſſet etiam hoc adagium in helluones & ebrioſos apte detorqueri, quorum venter æquè inſaturabilis, qui vomunt vt edant, edunt vt vomant, inſtar Vitellij, quorum inexpletam gulam variis titulis veteres ſignificarunt: in Mænio Horatius.

Vitellij gula. *Pernicies, & tempeſtas, barathrumq; macelli,*
Quicquid quæſierat, ventri donabat auaro,

Ariſtoph. & de alio Ariſtophanes in Equitibus,

καὶ τελώνην, καὶ φάραγγα, κ) χάρυβδιν ἀρπαγῆς.
Et publicanum, & voraginem, & rapacem charybdin.

Diogen. Laert. & ſic Diogenes Laertius lib. 6. de Cynico Diogene: τὴν γαστέρα, χάρυβδιν ἔλεγε τὸν βίον. *ventrem vita charybdin appellabat.*

EX EODEM VERS. XVI.

ADAG. CCLXXI. Ignis non dicit, ſufficit.

Ignis nunquam dicit, Sufficit.

MIrum quod LXX. hîc duo ponunt elementa; καὶ ὕδωρ κ) πῦρ οὐ μὴ εἴπωσιν, ἀρκεῖ. *& aqua, & ignis, non dicent, ſufficit.* vt legit Anaſtaſius d. q. 41. nam in Hebræo & Chaldæo tantùm fit *ignis* mentio, non *aquæ*: & ſuperiore verſu, non quinque, ſed quatuor memorantur. Deinde ſcholia Græca legunt, οὐκ εἶπεν, *non dixit*, vt appareat vnum, non duo præceſſiſſe. ſic etiam legit Cyprianus ſuperiore §. 269. citatus. & D. Hieronymus nullam aquæ mentionem facit d. lib. 1. contra Iouinianum, ſed arentis tantùm terræ & ignis exæſtuantis. Nemo neſcit ignem ſemper alimenta appetere, & proxima quæque inuadere, & quo plus materiæ ingeritur, magis ſemper gliſcere. Vnde & *edax* à Virgilio, & *auarus* à Propertio, & *auidus* à Cornelio Seuero, & *vorax* ab Auieno, & *omnicremus* ab Architrenio vocatur. Duo illa adagia, *Ignis igni non addendus*, & *ignis igne non extinguitur*, aliò pertinent.

Anaſtaſ. Cyprian. D. Hieron. Ignis epitheta. Ignis igni non addendus.

Adagium noſtrum de omni cupiditatis æſtu verum eſt, hoc tamen loco aptiſſimè cedet ſuperbiæ vitæ, ſiue ambitioni, quæ vt flamma ſemper ſurſum fertur, & honoribus regniſve ſatiari nequit. teſtis vel vnus Alexander; de quo Satyricus,

Vſus adagij. Alexandri ingenium inſatiabile regnandi. Iuuenius. Chetani improbata ſententia. *Pellæo iuueni totus non ſufficit orbis.*

vide plura apud Ianſenium. Non placet autem mihi quòd Caietanus cum Dionyſio de gehennæ incendiis hoc accepit. nam de inferno præeſſerat.

EX EODEM CAPIT. VERS. XIX.

ADAG. CCLXXII. Via aquilæ in cœlo.

POſtea ſubdit quatuor inſcrutabilia ſibi, & planè incognita: Lxx. vocant ἀδύνατα νοῆσαι, *impoſſibilia intelligere.* ſunt autem ſequen-

Quatuor inſcrutabilia.

ria ; de quibus ſigillatim agemus: D. Ambroſium imitati in lib. de Salomone, & B. Iſidorum Peluſiotam ep. 146. ad Timotheum.

Via aquilæ in cœlo.

Sic etiam eſt in Hebræo & Chaldæo, explicant LXX. *ἴχνη πτῆς πετομένης, veſtigia aquilæ volantis.* certum eſt *cœlum* pro aëre poni, qui volatu aquilæ ſulcatus, mox coït veſtigio nullo relicto: quis ergo deprehendat, qua parte Iouis ales tranſuolarit? *quaſi verò ſit facile*, ait D. Ambroſius cap. 2. d. operis, *vt ſuſpenſa aquila in altum celeri elatione pennarum, plauſus ſui & lapſus veſtigia manifeſta conſtituat, aut viam ſignet in vacuo, & lineam ſui volatus ducat, figat in liquido?* Iſidorus Clarius vult per *aquilam* omnes aues intelligi, quia hoc omnibus auibus conuenit. eſto conueniat, tamen aquilæ vox proprie debet accipi, quia volatus aquilæ perniciſſimus eſt, teſtibus Ariſtotele & Plinio, & ideo aër ab eâ diuiſus etiam velociſſimè coït ac vnitur, vt notauit Buſtamantes lib. 1. de reptil. c. 2. num. 19. Præterea de aquilâ ſolâ intelligere oportet, vt myſteria in hac voce incluſa non excludantur. Vt enim obſeruauit Peltanus, ſymbolica Theologia hoc toto verſ. plenior eſt & multiplicior: quæ quoniam prouerbiis quodammodo propria & peculiaris eſt, perſequar eam copiosè.

D. Ambr. — Iſid. Clar. — Volatus aquilæ. Ariſt. Plin. — Buſtam. — Peltan.

Secundùm ſenſum propheticum, qui vel hîc verè litteralis eſt, vel (iuxta Pererium in cap. 24. Geneſ. diſp. 8) allegoricus, à ſpiritu ſancto præcipuè intentus fuit, totus verſiculus ad CHRISTVM IESVM pertinet, & per *Aquila quidem viam in cœlo* ſignificatur aſcenſio glorioſa in cœlum: ita D. Ambroſius, qui oſtendit diſertè & curiosè quanta ſit CHRISTI cum aquilâ ſimilitudo d. cap. 2. ita B. Anaſtaſius Nyſſenus in ſacram Scripturam q. 43. R. Haccados in Gale Rezeia, cuius verba refert Pet. Galatinus lib. 7. de arcan. c. 15. nec valet obiectio Clarij, tunc ordinem prophetiæ præpoſterum fore. nam ſolet ſacra Scriptura ab aſcenſione ad vitæ & mortis myſteria progredi. ſic enim B. Paulus ad Epheſ. 4. 9. *Quod autem aſcendit, quid eſt, niſi quia & deſcendit primùm in inferiores partes terræ? Qui deſcendit, ipſe eſt, & qui aſcendit ſuper omnes cœlos, vt impleret omnia.*] Salomon autem progreditur ordine aptiſſimo: quaſi vellet dicere, Aſcenſionis eius tramitem neſcimus; imò nec reſurrectionis, imò nec vitæ inter nos actæ; imò nec conceptionis. Nihil igitur ipſius abditorum arcanorum, ego tantâ præditus ſapientiâ, poſſum penetrare: nec aduenientis de cœlo in terram, nec de terrâ in cœlum reuertentis veſtigia mihi comperta ſunt. Capite verba D. Ambroſij; *Hoc ergo eſt quod ait*, Veſtigia aquilæ in cœlo: *quia etſi poſt paſſionem & reſurrectionem ſuam, præſentibus Apoſtolis Dominus noſter aſcẽdit in cœlum; tamen cuius hominis ſenſus tam altus & tantus eſt, vt explicare poſſit, quomodo illa tanta maieſtas de cœlo, aut dignata fuerat venire aut redire? cùm hoc ſolum nobis ſcire liceat, quòd aut venit, aut rediit.* Non eſt ergo cur hanc explicationem deinceps in contemptum adducant, quaſi ſit vnius Hebræi, & Lirani. Patrum eſt, apta & pia eſt. quam meritò amplexi Carthuſianus, Ianſenius, & alij hîc, & Ioannes Ferdin. in theſauro, voce *aquila* num. 3. Salmeron tom. 3. tracta. 31.

CCLXII. Chriſti & aquilæ ſimilitudo. B. Anaſt. Nyſſenus. & alij. — D. Ambr. — Pererius. Allegoric. ſenſus. — D. Ambr. — Patrum apta & pia explicatio. Ioannes Ferdinandes & alij.

De CHRISTO etiam accipit B. Iſidorus ſuprà: ſed aliter exponit, de diuinâ CHRISTI naturâ. verba ſũt; *ἴχνη αὐτῆς πετομένης. τοῦτο ἡ θεία φύσις* — B. Iſidor.

CC LXXI. τῶ ὑψ, πάσῃ ἀνθρωπίνῃ διανοίᾳ ἀνεύρετα & τὰ ἴχνη σου, ζητήσῃ, ἢ γνωσθήσονται), τὸ ἄδηλον πρᾶγμα ἐν ψαλμοῖς. ἀλλὰ ἢ αὐτὸν αἴτιον καὶ Μωσῆς ἐπέρριπτον τὸν λαὸν ἐν ἐρήμῳ συνπάλοντα. *Via aquilæ volantis: hoc est, diuina Filij natura, quæ nullo humano ingenio comprehendi potest. Et vestigia tua non cognoscentur, ait diuinus Spiritus in psalmis. Vidit autem hanc aquilam ipse quoque Moses, pennis suis populum in deserto cõtegentem.* Porchetus Benè quoque Porchetus victoriæ contra Hebræos p. 2. c. 14. *Quis enim melius viam aquilæ vel vulturis tenuit, quàm* CHRISTVS? *Qui peccatores, velut quædam cadauera corruptos & fœtidos per pectus, venit ad pœnitentiam vocare, & sibi spiritualiter per fidem & caritatẽ incorporare, & saluare, & maximè cùm cœlos ascendit, vt ait ipse Matth. 9. non veni vocare iustos, sed peccatores, ad pœnitentiam.*] Finus. idem voluit Finus Fini lib. 2. Flagelli Iudæor. cap. 5.

Tropologicus vsus etiã hîc multiplex erit: primò, vt vsurpemus de Diabolo, cuius impetus est summus, & absconditi subtilitatis laquei. Beda; Via aquilæ in cælo *difficilè inuenitur: hoc est, subtilitas inimici, quæ circa cælestium virorum corda volitat, magno cum labore deprehenditur.* Tropologicus vsus. 1. *Nam quod aquila malignum hostem significet, testatur propheta, qui ait*; velociores fuerunt persecutores nostri aquilis cœli: *id est, homines, qui nos persecuti sunt, tam sani fuerunt, vt ipsis dæmonibus crudeliores viderentur.* Sequuntur hoc glossa ordinaria, & interlinearis. & hunc locum ac similes mystico sensu ad dæmones referri posse, qui dextrè & velociter incautos inuadunt, notat Ioann. Ferdinandes noster sup. num. 11. Aliter Galfridus Abbas hæc quatuor accepit de animi passionibus: audite loquentem, *Verbum sapientiæ est hoc. sed quid est quod sapientia Dei ignoret?* Isai. 30. b. Ferdinandes. Galfridus.

(putat ipsum CHRISTVM hæc loqui, sed verius dici à Salomone in suâ personâ) *Horrendum est nobis potiùs quàm quærendum: præsertim cùm ignorare Dei, reprobare sit, non ignorare. Ignorat enim Dominus impios, quem ipsi non norunt, iuxta illud:* ignorans ignorabitur. *Et fortè de huiusmodi ignorantia loquebatur ad seipsam sponsa cùm diceret:* Nescìui: anima mea turbata est propter quadrigas Aminadab: *Aminadab, populus meus spontaneus. Istæ sunt rotæ illæ volubiles quatuor affectionum, in quibus humanus volvitur animus: gaudium scilicet, & tristitia, timor, & desiderium. Ad affectionem lætitiæ pertinet via aquilæ in cælo: cùm in prosperitatibus vita extollitur quis, & elevatur, seu etiam cùm falsò sibi de iustitiâ quasi blanditur.*

Idem paulo post imprudentiam exponit. III.

Sed Dionysius Carthusianus melius retulit ad bonum: *Spiritualiter* (inquit) *per viam aquilæ in cælo designatur profectus, & actio contemplationum in militanti Ecclesiâ; quorum conuersatio est in cælis; quorum actus & processus iuxta variam inspirationem ac influentiam Spiritus sancti indicibiliter immutantur.* Sufficiant istâ de sensu mystico. IV. Dionysius Carthus.

Quoad litteralem siue grammaticum, dubitari nequit, cùm idem nobis clarissimè explicetur. Sap. 5. v. 11. *aut tanquam auis, quæ transuolat in aëre, cuius nullum inuenitur argumẽtum itineris: sed tantùm sonitus alarum, verberans leuem ventum, & scindens per vim itineris aërem; commotis alis transuolauit, & post hoc nullum signum inuenitur itineris illius: aut tanquam sagitta emissa in locum destinatum, diuisus aër continuò in se reclusus est, vt ignoretur transitus illius,* ὡς ἀρτίου διιπτάντος & ἄρα οὐδὲν σημεῖον τοπίας, πλὴν δὲ Litteralis

ταρσῶν μαχιζόμενον πνεῦμα κῶφον καὶ ἀχλύμενον βίᾳ ῥοίζου, κινουμένων πλευρῶν διωδύνη, καὶ μετὰ τοῦτο οὐχ εὑρέθη σημεῖον ἐπιβάσεως ἐν ἀέρι. ὡς βέλος βλυθέντος ἐπὶ σκοπὸν, τμηθὲν ἀὴρ εὐθὺς εἰς ἑαυτὸν ἀνελύθη, ὡς ἀγνοῆσαι τὴν δίοδον αὐτῶν.] hic *auem* tantùm ponit, quia prophetiam nullam insinuabat; sed nudam similitudinem: sicut aue transuolante aërem, eius decursus nullum certum & indubitatum remanet in aëre indicium, sed in ipso volatu leuis tantùm percipitur ventulus, & sonus icti aëris.

ADAG. CC LXXIII. Via colubri super petram.

EX EODEM VER. XIX.

Via colubri super petram.

HEbraicè pro *colubro*, *Nachasch* נחש nomen genericum est, & צור *petram*. Sic & LXX. ὁδὸν ὄφεως ἐπὶ πέτρας, *viam serpentis in petra*. ὁδὸν legit Anastasius suprà & Isidorus, sed in explicatione hîc ponit, ὁδοὺς, quæ lectio etiam fuit Ambrosij. Hebraicè est singularis, & hîc etiam Aqui. Symm. & Theodot. verterunt cum nostro. quo ad sensum nihil refert. Tanta enim volubilitas & implicatio est, tot ambages, tanta spirarum contortuplicatio serpentis, cùm explicat orbem, & cùm insidiatur, vel exitio se eripit, vt neque initium, neque finem motus eius queas deprehendere, hoc est, vnde cœperit, quò progressus, vbi desierit. Sic Dionys. Arbor. hîc & Bustamantes sup. cap. 2. num. 19. Præterea licèt in arenâ vel terrâ molli aliquod reptationis suæ vestigium imprimat, saxo tamen vel petræ nullum imprimit, vt nec ceteri serpentes. *Coluber* enim pro reliquis accipiendus, species pro genere, vt Exod. 4. 3. Iob. 26. 13. Sap. 16. 5. Amos 5. 29. Somper Hebr. est נחש ab *insidiando* vox deducta. Ex his patet hoc loco mendosam esse lectionem quorumdam librorum, *super terram*, quod cùm suspectũ esset P. Saa, expositit scil. petrosam. Sic perperam legerunt Arboreus hîc in commentar. & Pelicanus, & ediderunt Parisienses, Stephanus, ac Louanienses, qui decepterunt Blasium Viegam in Apocal. 11. comment. 6. sect. 2. Vera & germana lectio est *petram*; quam tenuerunt Beda, Strabus, Anselmus, Liranus, Galfridus, Dionysius, Iansenius, & extat in Complutens. Regiis, & Vaticanis libris.

LXXIII. Anastasius. Isidorus. Ambrosius & alij. Serpentis artes. Mendosa lectio. Saa. Arboreus. & alij. Blasius Viegas. Beda, & alij.

Porrò mysticè *serpens* iste est Diabolus, *petra* Christus, quem frustrà aggressus tentando est. copiosissimè hoc prosequitur D. Ambros. suprà c. 3. *Quis in petra signum aliquod serpentis agnouit, cum & materia sit dura saxorum, & lubrica natura serpentum?*]cap. verò tertio multis ostendit *petram* hanc esse carnem Christi; *serpentem*, Diabolum; qui in hanc petram nulla potuit malitiæ suæ imprimere vestigia, quamuis illum ausus fuerit sæpè tentare: sed hæc petra mansit nitida, nulla inimici iniquitate respersa, in qua peccati vestigium nullum apparet, vt scriptum est, *qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius.*]Sic etiam Anastasius d. q. 43. & Isidorus Pelusiota suprà d. q. 416. & fermè D. Hieronymus in cap. 13. Osee, nisi quòd ambiguum sit an de morte, an de Diabolo capiat, an vtrumque pro eodem accipiat.

Mystica explicatio. I. Allegoriã. Ioan. 14. 1. Pet. 2. Anastasius. Isidorus Pelusiota. D. Hieronym.

Aliter R. Haccados apud Galatinum citans se adhuc antiquiores, qui Christum vult esse *colubrum*, *petram* verò sepulchrum; quod

II. Galatin.

non

CC LXXIII. non violauit resurgendo. verba sunt; *Hic est etiam Rex Messias qui se facit vt colubrum, quem Moses super petram posuit, vt duceret filios Israël in terram sanctam. R. autem Iodam dixit; Hic est Rex Messias, Qui transibit per petram postquam sepultus erit, & ab ipsa egredietur, nec videbitur quà transierit, sicut dictum est Exodi 33. capite: Ecce locus est apud me & stabis super petram. Cumque transibit gloria mea, ponam te in foramine petræ.*] Sic Galatinus d. lib. 7. cap. 15. hoc sequuntur Lyranus, Dionys. & Iansenius, & Finus Fini lib. 2. flagelli Iudæor. cap. 5. & fusiùs Porchetus p. 2. victoriæ contra Hebræos cap. 14. Salme. suprà.

Lyranus, & alij. Finus. Porchet.

Tropologicè. Tropologicè primò, *serpens* significat Diabolum, vt patet in Genesi, quando decepit Euam: & ex illo, *quasi à facie colubri fuge peccatū*; Eccles. 21. v. 2. huius hostis venenati astutia insidiari non desinit his, quos in petra fidei fundatos esse cōspicit, cuius insidiæ nonnisi summo cum labore possunt deprehendi. Sic Beda & Strabus.

Tropologia. Beda. Strabus.

II. Galfrid. II. *Ad effectum tristitiæ* (inquit Galfridus) *pertinet* via colubri super petram, *cùm in aduersitatibus vitæ præsentis mens humana tabescit, infecta veneno mortifero, & supra petram quasi coluber reptans. Et quamuis elatis ad sapientiam difficilis sit accessus: non minus etiam grauis est desperatis, & consternatis animo in rebus aduersis. Vnum eis remedium est, vnum consilium, vt exaltatum in ligno serpentem æneum pia consideratione respiciant, & dum eius dolores attendunt, qui in carne mortali Deus erat æternus, suas omnes molestias paruipendant.*]

III. III. *Per* viam colubri (inquit Carthusianus) super petram *accipitur occupatio callidorum circa terrena, quorum cura ac studia inexplicabiliter variantur.*

IV. Quid si dicamus, doceri nos, si velimus illæsi superare tentationes omnes hostis maligni, debere nos, & in Christum, qui serpens, æneo significatus, respicere, robur inde petentes, & ad eumdem paruulos imbecillitatis & pusillanimitatis nostræ allidere: & procurare vt lapides viui simus, de petrâ illâ excisæ petræ: nam Christum seriò & fideliter imitanti, non multùm sinuosi flexus eius timeudi, qui non nisi cœno vel arenæ, orbium & spirarum vestigia potest imprimere: nocet mollibus & leuibus. ad hanc considerationem præit D. Ambrosius d. cap. 3. & vltimum istud prudenter aduertit, & Tertulliani adstruit auctoritate Sebast. Barradas noster tomo 2. Concord. Euangel. lib. 2. cap. 11. in fine.

Ambros. Barrad.

EX EODEM CAP. VER. XIX.

ADAG. CC LXXIV. Via nauis in medio mari.

Via nauis in medio mari.

HEbr. est *in corde maris* בלב-ים *Veleb iam*: sed gens illa *cor* pro medio vsurpat, propter cordis in humano corpore situm. ideo noster *medium* solet vertere. aliquando tamen retinet, Ioan. 2. 4. *proiecisti me in profundum in corde maris*. aliquando explicat, vt hic. & Exod. 3. 2. *de flammâ ignis in medio rubi*. aliquando planè præterit, vt Deut. 4. 11. *ardebat vsque ad cœlum*, Hebr. est, *vsque ad cor cœli*. Hoc isto loco fecerunt LXX. τέτρησι νηὸς πορευομένης: *semitas nauigantis*. voluerunt enim motum indicare, & de cuius vestigio agebatur. Bonum loci literæ scholium est Sap. 5. 10. ὡς νηὸς διαπερώσης κυματώδη ὕδατα, οὗ διαβάσης οὐκ

Cor pro medio vsurpatum.

ἐστιν ἴχνος εὑρεῖν, οὐδὲ ἀτραπὸν πορείας αὐτῆς ἐν κύμασιν. & tanquam nauis quæ pertranſit fluctuantem aquam: cuius cùm præterierit, non eſt veſtigium (permeationis) inuenire, neque ſemitam carinæ illius in fluctibus; ſcilicet veſtigium ſulci quo lapſa fuit carina. Τρόπις liber Vaticanus, meliùs quàm Regij & Complutenſ. πορείας. nam ima parte nauis aqua ſolet ſulcari. D. Ambroſius ſuprà cap. 2. *Quis curſum nauis deprehendat in fluctibus? Quis indicium eius per quos aggeres & limites feratur, intelligat? Crebra ſemper & inquieta mutatio, dū vndis ſequacibus aut obruitur quod præceſſit, aut opprimitur quod ſecutum eſt.* litera caligine caret. Myſtici ſenſus varia potiùs, quàm obſcura eſt tractatio.

Allegoria

Allegoriam multiplicem inuenio de Chriſto, & de Eccleſiâ: ac ne de Chriſto quidem vniuſmodi. Primò Peluſiota d. epiſt. 416. *viam maris in medio mari* cenſet eſſe τῆς πάντας σωζούσης θείας οἰκονομίας, τῆς ὀλκάδος δίκην, τὴν ἄβυσσον τοῦ θανάτου διαδυσάσης, τὸ μὲν γένος τὸ ἡμέτερον ἀνεκόμισατο, αὐτὴς δὲ τρίβος οὐ φάνη νεκρώσεως οὐχ εὑρίσκετο. Billius ſic vertit; *diuina incarnationis omnibus ſalutem adferentis, quæ nauis inſtar mortis abyſſum peragrauit, atque genus quidem noſtrum ab eâ reuocauit, ipſius autem mortis ſemita in inferno minimè inueniebatur.*]

Secundò Liranus, qui vult hanc viam tenuiſſe CHRISTVM in ſuâ cõuerſatione, quia in hoc mundo tanquam in mari procelloſo expoſitus fuit preſſuris & tribulationibus.] Verũtamen cõuerſationis CHRISTI in hoc mundo veſtigia non pauca remanſerunt, & paſſionis ſuæ ſtigmata reſeruauit. Nihilominus ait Ianſenius pleraque conuerſationis CHRISTI, & humiliationis & exaltationis eius humanum intellectum excedere. Sanè hoc etiam quod Liranus, dixerat R. Haccados ſuprà. *Hic* (inquit) *etiam eſt Rex Meſſias, cuius vita ſicut nauis in medio mari agitabitur, ſicut dictum eſt Ieremiæ 30. 6. quare vidi omnis viri manus ſuper lumbos ſuos.* Viri, *hoc eſt, Dei, qui Hebraicè dicitur* geuer, *id eſt, fortis vel potens, quoniam omnibus robur, vel fortitudo eſt ipſe Deus.* & Porchetus victoriæ contra Iudæos p. 2. cap. 14. *Via quoque nauis fuit; ſtatus, vita, & tranſitus* CHRISTI *per tempeſtates & amaritudines mundi. Quia verò de impiis dicit Dominus per Iſaiam 57. 20. & impij ſicut mare tempeſtuoſum factum, quod quieſcere non poteſt. Tranſitus* CHRISTI *de hoc mundo ad patrem tempore tempeſtatis acerbiſſimæ ac grauiſſimæ paſſionis per medios fluctus ſæuitiæ impiorum, gentium, nec non Iudæorum: via fuit vtique nauis in corde maris, feris eorum fluctibus concuſſa ac repercuſſa.*]

C C LXXIV. R. Haccados. Porchet.

De Eccleſiâ verò accipit breuiter B. Anaſtaſius ſuprà mutuatus à D. Ambroſio: qui elegantiſſimè hoc tractauit, cuius verba libenti animo tranſcribo, quoniam, ſi mutes hæreticorum veterum nomina, nouis ſubſtitutis, conueniunt omnia iſtius æui procelloſo pelago, quo nauis iſta Salomonis tantùm non ſubmergitur. Sic ſcribit Ambroſius; *Naue-* *m adæquè Eccleſiam debemus accipere, in ſalo mundi iſtius conſtitutam, quæ crebris ventorum fluctibus, id eſt, tentationum plagis & verberibus fatigatur, quam turbidis fluctus, id eſt, huius ſæculi poteſtas, conatur ad ſæua perducere. Quæ etſi vndarum fluctibus ac procellis ſæpe agitatur, tamen nunquam poteſt ſuſtinere naufragium, quia in arbore eius, id eſt, in cruce,* CHRISTVS *erigitur, in puppi pacer reſidet gubernator, proram paracletus ſeruat Spiritus. Hanc per anguſta huius mundi freta duodeni in portum remiges ducunt.*

III. Anaſtaſius. Ambroſius.

CCLX XVI. ducum, id est, duodecim Apostoli, & similis numerus Prophetarum. Inde * Montani antra falsi carminis latratu resonant, qui duabus fœminis prophetissis Prisciłle & Maximillæ tanquam alicuius Scyllæ rabidis succinctus est canibus. In ista naui Ecclesia ea fœliciter præterimus. Inde in * Photinianam Charybdim non incidimus. Inde nullo modo in illud barathrum, quasi Dathan & Abiron, id est, in profundū mortis * Vrsacij & Valentis, non incurrimus. Inde * Arrium archipiratam, qui nos per mare sæculi adinstar Pharaonis insequitur, non timemus, illam stellam seruantes in cœlo, quæ Magos perduxit ad CHRISTVM, &c. subdit enim plura dignissima litteris aureis.

* Memnon.

* Lutheranem.

* Bucer. & Petri Martyris. * Ioan. Caluino.

Tropologia. Beda Strabus.

Tropologicè Beda & Strabus, viam iniquitatis interpretantur, *qua per amaras sæculi huius vndas, immundorum spirituum flatibus agitatas, tanta sublimitate discurrit, vt vel vix, vel nullatenus possit eius iter deprehendi.* Item; *Nauis, quòd leuitatem designet eorum, qui circumferuntur omni vento doctrinæ: demonstrat propheta, qui ait Chaldæos in nauibus suis gloriantes, hoc est, immundos spiritus de fragilitate atque instabilitate mentis humanæ sese extollentes, & de illius ruina quasi victores latantes.*]

II. Galfridus.

Aliter Galfridus persistens in suo instituto, *Affectus* (ait) *timoris via nauis est in mari. Nihil enim in rebus humanis terribilius, nihil periculosius est, quàm inter flatus aëris & fluctus maris; inter auras instabiles, & vndas mobiles, ligno fragili credere vitam suā, & vix duobus digitis à morte distare. Sic fluctuant, quos metus agitat, & vana sollicitudo conturbat, vt nullum inueniat spei anchoram firmamentum, nullum prorsus aut penitus scopulosum litus appareat. In huiusmodi naui dormit atque dormitat, qui custodit Israel, quia non est qui suscitet, qui inclamet, Domine salua nos, perimus. Isti difficilè quidem ad sapientiam redeunt, diū quæ sua sunt, quærunt potiùs, & cogitant, quàm quæ sapientia Dei.*]

III. Auctoris sententia.

Denique possumus optimè, per *viam nauis in medio mari*, intelligere singulorum fidelium, & maximè religiosorum conuersationem, & peregrinationem in hoc sæculo peruersō, in quo tanquam in procellosissimo Euripo, fluctibus tentationum, ventis irrisionum, tempestatibus persecutionum, & sæpè naufragiis variis, inenarrabiliter quidam euadunt, quidam mergunt, cuius euentūs plerumque causæ in diuinæ prouidentiæ thesauris abhominum intellectu separatæ, reconduntur.

EX EODEM VERS. XIX.

ADAM CCLXXV. Via viri in adolescentia.

Via viri in adolescentia.

HEbraicè est דרך עבר בעלמה de duabus prioribus vocibus *vederech geuer*, & *via viri*, nulla est controuersia. Sed de tertia, quæ secundùm diuersitatem lectionis diuersimodè potest transferri; hodie legitur *behhalmah* בעלמה, quod Pagninus transtulit *in virgine*: alij *in iuuenculâ*, alij *in adolescentulâ*, alij *in puellâ*. Potest tamen vnius litterulæ & puncti mutatione scriptum fuisse *behhalmuth* בעלמות *in adolescentia*, quo pacto legisse ipsos Lxx. cùm vertunt ἐν νεότητι, nonnulli suspicantur. & contendit Leo Castrius Apolog. lib. 3.

Controuersia in voce tertia.

Græca lectio prorsus certa, quia Anastasius sinp. qui vtebatur versione Lxx. sicut & Isidorus Pelusiota suprà, & B. Ambrosius suprà cap. 4. omnes legerunt νεότητι: ideo non

Leo Castrius & alij.

Francisci Lucæ cōiectura.

est secura Fran. Lucæ coniectura in Notis annot. C X C. fortè *teretibi* scriptum, hoc est, *adolescentula*.

Dubia versio. Hugo Carensis, & alij.

Dubium tantùm est de nostrâ vulgatâ versione, nam Hugo Carensis, Liranus, Magdalius, Ianse-nius, Clarus, & quidam libri Parisienses amplectuntur in *adolescentula*. Sed certior lectio est, quam cum Regiis & Cōplutensibus expresserunt Romana exemplaria. Quatuor certè penes me hic Salmantini collegij membranacei codices sunt: in omnibus hæc lectio inuenitur; in vno manus mala recentior substituit, *adolescentula*: in aliis duobus adnotata est in margine varietas, vel, *adolescentula*, in vno ne adnotata quidem. Beda, Strabus, & Carthusianus legerunt *adolescētia*, & seriò interpretantur. Equidem si coniecturæ locus daretur, & conciliationi cum Hebræo fonte, quem hoc loco corruptum fuisse, vt quo magis premuntur, subsitituerint; mihi non persuadeo. Si liceat itaque coniicere, suspicarer, L x x. & nostrum *adolescentiam* pro *adolescentulâ* sumpsisse; sicut passim apud scriptores, *iuuentus* pro *iuuenibus*; sicut cùm Cæsar dixit *omnem iuuentutem conuenisse*: & vocant alij *corruptores iuuentutis*; & Cicero ad Atticum, *infectatus leuitatem senum, iuuentutis libidinem*, & pro Domo, *intuemini paulisper animis iuuentutem*. & pro Deiotaro, *adolescentia terrorem inferre*, hoc est, perterrefacere adolescentulum. Auctor Octauiæ.

Beda, & alij.

Autoris coniectura.

Cicero.

Seneca.

NE. *Præcipere mitem conuenit pueris senem.*

SE. *Regenda magis feruida adolescentia.*

Vbi adolescentes feruidos pueris opponit.

Qui *adolescentiam* pro ipsâ ætate capiunt, litterali sensu exponunt de instabili vita & consiliis huius ætatis. *Sicut enim reliquæ tres vię* (verba sunt Iansenij) *obliquæ sunt & tortuosæ, atque difficulter inueniuntur, quia nullum remanet vestigium earum, ita & via, id est, vitæ ratio, quam quis in adolescentia sequitur, difficulter intelligitur. Adeò enim instabilis est via hominis in adolescētiâ, ita se adolescēs per omnes horas in diuersa torquet, & nunc huc nunc illuc rapitur, vt difficile sit id cōprehēdere, & animaduertere, quò tēdat, & in quibus versatus sit, proinde rectè hæc via coniungitur & comparatur aliis tribus viis, nempe auium* (*inter quas primatum tenet aquila, quæ omnium altissimè volat, cuius ob id specialiter fit mentio*) *quæ in cœlo vagantur instabiles; viæ colubri tortuosi super petram, nunc huc nunc illuc incedentis, non relicto vestigio: viæ nauis nullo recto ordine in mari motæ, sine vestigij indicio. Quarum trium viarum vna est in cælo, vna super terram, vna in aquis, quibus tribus rectè comparatur via mētis instabilis, quæ nunc vagatur in cupiditate gloriæ mundanæ, nunc in cupiditate rerum terrenarum, nunc in cupiditate libidinum & rerum venerearum, in quibus velut in aquis homines immergūtur & volutantur.*] hæc Antistes Gandensium primus, vtiliter, grauiter, & plausibiliter. Prior illo simile quid insinuauit Dionysius Carthus. his verbis; *Per viam viri in adolescentia sua, instabilitas designatur cordis humani: quod suis desideriis assiduè iuuenescit, siue in bono, siue in malo, cuius varietas soli creatori est patula.*] accepit ergo non de adolescentibus tantùm ætate, sed de omnibus qui desideriis leues, hoc pacto adolescenturiūt, vt cum Laberio loquar. Meliùs ad ætatem, quæ communiter talis, restringunt cum Iansenio, Arboreus, & Peltanus hic, & Pererius tom. 3. in Genes. cap. 24. q. 8. & Salmeron tom. 3. tracta. 31. qui tamen

Litteralis sensus Iansenius.

Gandensium antistes primus.

Arboreus. Peltanus. Pererius. Salmer.

men addit huic sensui repugnare fontem Hebræum, & non cohærere cum sequentibus, *Quæ tergit os suum, & dicit*, &c. Verùm hoc posterius nó officit interpretationi: quia comparatio instituta est, quòd sicut vestigia viæ iuuentutis non facilia sunt inuentu, sic nec facilè conuinci potest mulier adultera: neque necesse est, vt par sit in vtroque membro comparationis difficultas.

Examinatio interpretationis. Prius magis me torquet. nam (fateor ingenuè) si sic interpreteris *adolescentiam*, me non habere quo pacto & Hebræam lectionē tuear, tanto consensu hactenus receptam, & cum eâ illæsâ nostram lectionem tunc conciliem. Viderint alij, quibus plus ingenij & eruditionis est, quàm mihi.

Alia interpretatio. Scio quosdam interpretari de æstu libidinis & affectùs, quo iuuēnetus virgines solet deperire: quo in affectu quàm calidi, tam leues sunt. ait ille de iuuene,

. . . . *cupiduſq́, & amata relinquere pernix.*

Leo Castius. Meminit huius sententiæ Leo Castrius Apolog. lib. 3. verùm ad solam libidinem huiusmodi restringi sententiam Salomonis, non possum fateri. Præterea solent huius furoris & inchoati, & durantis, & depositi, nimis sæpè funesta vestigia superesse, quæ non intelligi modò, sed & videri, & audiri, & manu tangi consueuerunt.

I. Beda. Tropologicæ interpretationes sunt duæ: vna Bedæ, altera Galfridi. Beda interpretatur de adolescente, qui viam deserit veritatis, *de quo difficile sit cogitatu, quò se & per omnes horas & in quot cogitamenta vecors vaga mente declinet.*] morum instabilitatem docet comitem esse desertæ fidei.

Galfrid. I. L. Galfridus: *Affectio desiderij, sicut efficacior est ad salutem, sic ad perni-*

ciem vehementior comprobatur. ipsa est via viri in adolescentia *post concupiscentias suas cunctis, via quàm tenebrosa & lubrica, peruersa & auersa à Deo, nec modò aliena à sapientia, sed vsquequaque remota, & penitus ignota.*]

Allegoricus sensus. Allegoricum certè dumtaxat sensum dici posse de CHRISTO, sed à Spiritu S. intentum arbitror iuxta communem hanc *adolescentia* interpretationem, qui litteralis esset, secundùm Hebræum contextum (de quo statim) aut etiam iuxta nostram lectionem capiendo *adolescentiam* pro adolescentulâ, vt ego coniiciebam. Patres videntur propriè accepisse illud ἐν νεότητι. Sic enim Anastasius d. q. 43. *Vias viri in iuuentute, nēpe eius qui natus est ex Spiritu sancto & Virgine: Ecce enim, vir (inquit) Oriens nomen ipsi.*] Zachar. 6. Isidorus autem, νεότητα οἶδεν ἡνίκα τὴν ἐν νεκροῖς ἐξανάστασιν, τῆς φθορᾶς ἀλλοιωμένης, καὶ τῆς φύσεως εἰς ἀφθαρσίαν μεταχωμένης. *Per iuuentutem hoc loco resurrectionem à mortuis intelligit: cùm nimirum corruptio immutabitur, ac natura ad statum ab omni corruptione atque interitu alienum iuuenescet.*] quod longè petitum, neque satis cohærens. Meliùs Anastasius: optimè D. Ambrosius suprà cap. 5. totum conuersationis CHRISTI decursum, qui certè in ætatis iuuenilis decursu, hoc est, annorum medio, mortuus est, *viarum* nomine comprehendit. cape lector disertissima verba: *Vir iste* CHRISTVS *Dominus noster est, sicut in Actis Apostolorum scriptum est*; Viri Israëlitæ audite hæc verba: IESVM Nazarenum, virum electum à Deo, in vobis virtutibus, & signis, & portentis approbatum. *Et Apostolus* vt omnes in virum perfectum occurrere possimus in mensuram corporis CHRISTI. *Et alibi*: Destinaui vos vni viro virginem castam exhi-

Parum sententia. I. Isidorus II. D. Ambr. Act. 2. Ephes. 4. 2. Cor. 11.

bere CHRISTO. *Hic est vir cuius via cognosci à iuuentute non possunt. Quis enim æstimare animo possit aut capere, quanta ille opera exercuerit, cùm secundum hominem moraretur in terris? Quæ itinera virtutum duxerit, quas vias beneficiorum circa humanum genus fuerit ingressus, dum claudis pedum restituit firmitatem, dum cæcis lumina amissa reddit, aut imponit cognita, dum eloquium præstat mutis, & surdis insinuat auditum, dum largum in sanguine fluxum siccat in Martha, dum dæmones pellit ex Maria, dum corpus redimiti spiritus calore constringit, & quod mors sibi vindicauerat ad pœnam, lux denuò recipit ad vitam? Quid ille solidus gressus in fluctibus? quid reliquiæ de paucis panibus? plus superesse fuisse à multitudine, quàm fuisse? Quid inopem in vino Galilæi coniugis apparatum, sed Domini operibus pretiosum? & alia multa, sicut in Euangelio dictum est:* quæ si omnia scripta essent, mundus ea capere non posset. *Aut quid postremò descensus ad inferos, aut ascensus in cælum? Quid illud, quod in passione ipsius integram lucis consuetudinem sol habere non potuit, vt taceam ruptum velum, lapidem reuolutum? Hæ ergo viæ sunt in iuuentute, quas non tam deprehendere Propheta, quam enarrare se non posse testatus est.*] Sic D. Ambrosius, in cuius vltimis verbis suspicor mendum esse, pro, *quas tam deprehendere*, deletâ negatione priore, vt postulat biblicus contextus.

Ioan. 21.

Mendum in Ambrosio sub atum.

CC LXXVI. Iudæorum recentiorum perfidia expositio.

P. Canisius, & alij.

Galatin.

Abenezra, & alij.

ADAG. CC LXXVI. Via viri in adolescentula.

EX EOD VER. XIX. Secundùm aliam lectionem, & Hebræa.

Via viri in adolescentula.

POssem hìc exclamare, *Vapula Papyria*, digni enim plusquam loris taxillatis recentiores Iudæi, qui perfidiosè hìc conantur nobis significationem vocis עַלְמָה peruertere, vt prophetiam de MARIÆ Deiparæ perpetuâ virginitate, de qua vniuersim disputare non est nostri instituti, eludât. Legi possùt Pet. Canisius lib. 2. Marial. per multa capita. Fran. Suares tom. 2. in 3. p. q. 27. disputa. 5. Galatin. d. lib. 7. Finus lib. 2. & alij. sed de illâ duntaxat quatenus ex voce עַלְמָה *hhalmah* probatur. Conuenit nobis & aduersariis vocabuli significationem ex Sacræ paginæ vsu colligendam: quare cùm non multis locis ea contineatur, non admodum difficile fuerit rem decidere.

Hebræis tres voces sunt non admodum dissimiles, quæ de vnâ & eadem *puellâ* dici possunt. נַעֲרָה *nahharah* significat *ætatem agilem*, & aptam ministerio, ideo & ad ipsum *ministerium* transfertur, complectitur ætatem omnem senio oppositam. De hac voce nulla controuersia est. Sed obseruo etiam de *puero* dici נַעַר *nahhar* 1. Reg. 1. 24. de *puella* addito ה, eáque vel *virgine*, vt Gen. 24. 14. vel *corruptâ*. Deutero. 22. 19. & Ezech. 23. 3. Secunda vox est בְּתוּלָה *bethulah*, quâ Galatinus lib. 7. cap. 15. non refert ad ætatem, sed dumtaxat ad conditionem seu virginitatem. hoc communiter sequi solent, & vehementer contendunt Iudæi recentiores, Abenezra, Dauid & alij, nec non hæretici, Caluinus, Castalio & alij, Munsterus, Fursterus, Mercerus: sed & Catholici Caietan. Oleaster, Marinus, & noster Viegas in Apocalyps. Primùm obseruo nunquam dici de sexu virili, masculina inflexione, sicut dicuntur aliæ duæ voces. Secundò fateor non esse nomen ætatis, quia etiam *anum* comprehendit, Leuit. 21. v. 3. & 13. fateor denique vt plurimùm significare *virginem*, vt 3. Reg.

Hebræorum tres voces de puella vna & eadem non valde dissimiles.

1. 2.

1.2.de Abisag, & alibi. Sed quod addunt ad solam virginem pertinere, valde id ambiguum mihi, & de corrupta dici strenuè probat vir eruditus, Leo Castrius in c.7.Isaiæ, & loca adfert aliqua verisimilia. Ezechiel.23. vers. 3. & 8. locl.1.vers.8. addo, tribum Iuda, iam ante expugnata Hierosolyma, & Israëlem iam idololatram vocari adhuc hac voce à prophetis, Thren.1.ver.15.Ierem. 31.4. Sed hæc vltima Ironicè capi possunt, aut respectu præteriti temporis dici, vt etiam quod ab Ezechiele dictum. Solus meo iudicio vrget locus Ioëlis, quo haut dubiè comparatio instituitur mulieris lugentis virum pubertatis suæ, & tamen illa iam vidua vocatur, *vethulah*: fateor vocari *virginem*, eo quòd recens nupta virum amiserat, à quo adhuc tenerâ ætate fuerat deintegrata: sed negare nequeo illic vocem hanc de *corrupta* vsurpari. Verum ergo duntaxat בחולה vt plurimùm referri ad conditionem & statum Virginitatis; falsum semper referri. Et quia interdum significat *corruptam*, ideo circumspectè Moyses Genes. 24. 16. cùm priùs Rebeccam dixisset esse בחולה, ne quis de illius integritate dubitaret, addidit, *& vir non cognouerat eam.* Respondent R. Salomon & alij tam spurcè apud Galatinum, vt nisi expediret eorum ingenium nosse, vt appareat quos nouatores isti duces sequantur, non fuerim vel mentionem responsi facturus; id additum ne quis putaret nefariâ & præposterâ libidine cognitam, sed aduersam auersámque omnino illibatam indicari. In malam crucem nebulones confingunt etiam in gentis contumeliam, Mesopotamienas virgines id solitas. Sic impudicitia cum mentiendi & conuitiandi libidine in his certat. Respondet secundò Honchala Hispanus, commentator in Genes. hoc addi explicationis causa, q. d. *Vetula*, hoc est, quam vir non cognouerat. frigide. Si hæc significatio nominis certa & perpetua; quid opus explicatione? immo quia explicauit, perpetuam non esse docuit. Venio ad tertium vocabulum de quo plura dicenda: est autem עלמה *Hhalma*. Certum est deriuari à radice *Hhalam* עלם *abscondit um fuit, latuit, occultatum fuit.* Secundò constat ab hac radice tam *masculum puerum*, vel *iuuenem* vocari *Hhelem*, עלם. 1.Reg.17.56.& 1.Reg. 20.22.sic vocatur quem v.21.& 22. vocarat *Nahhar* נער, quàm *puellam Hhalmah* עלמה. Sed dubium primum est vtrùm hoc nomen sit solius ætatis, & non statûs etiam. Recentiores Rabbini contendunt ætatis tantùm esse; hoc sequuntur omnes quod sciam hæretici nostri temporis; & ex catholicis Caietanus hic: qui contra D. Hieronymum argutatur; & Oleaster cap. 24.Genes.v.43. vbi magis piam dicit sententiam D.Hieronymi, de vocis significato consentiens Caietano; cui etiam quoad significationis proprietatem assentiuntur Franc. Foreir. in cap. 7. Isaiæ, Marinus in Arcâ, Honchala in Genes. & alij recentiores. & videtur probari, quia Symm. hic & Aqu. ac Theod. apud Isaiam verterunt *iuuenculam*, noster *puellam*, Exod.2.& alibi.

Leo Castrius.

R. Salomon. Responsio spurca Iudæorum interpretum.

II.

Honchala Hispanus.

III.

Dubium orcum.

Caietanus

Oleaster.

D.Hier.

Fráciscus Foreirus, & alij.

Hæc opinio mihi semper visa fuit inconsulta, ne quid dicam asperius. nam cuius prudentiæ aut pietatis est, potiùs adhærere Dauidi Kimchi, & Abenezræ, quàm veteribus omnibus? Iuratis fidei hostibus, quàm fidei columnis fortissimis? scilicet peritiores fuerunt linguæ Hebrææ duo isti, siue cerdones, siue futores; quàm LXX. & D. Hieronymus?

Sententia inconsulta & improbata.

Auctoris sententia.

Sit ergo secunda sententia, hanc vocem non ætatem tantùm, sed ætatem simul cum statu significare, hoc est, nec adolescentulam tãtùm, sed adolescentulam simul ac virginem. Hoc expressè contendit & exemplis atque argumentis confirmat B. Hieronymus non vno loco, vt tradition. Hebraicis in Genes. 24. & in Isaiam comment. d. cap. 4. & lib. 1. contra Iouinian. nec scio vllum Patrum, vel vetust. Hieronymo, vel iuniorem, cui contrarium sit visum. Ex aliis viri callentiss. linguarum sunt secuti Hieronymum, vt Pet. Galatinus lib. 7. de arcan. cap. 15. Finus Fini lib. 2. flagelli Iudæor. cap. 6. Sanctes Pagninus in Thesauro, Zamorensis in dictionario Biblior. Complutens. Isidorus Clarius hic ad hunc vers. 19. Liran. hic & in Isai. Abulensis libello peculiari super hunc locum Isai. Leo Castrius ibid. Alf. Salmeron tomo 3. tract. 31. Ioan. Maldonatus in Matth. 1. 23. Idem quoque docent Bened. Perer. d. tom. 3. in c. 24. Genes. disp. 8. & Blas. Viegas in Apocal. cap. 12. sect. 14.

B. Hier.

Galatinus, & alij.

Probatur hæc sententia, primò negatiuè: quia nullum habent locum Sacræ Scripturæ aduersarij, vbi perspicuè positum sit vocabulum עלמה de aliâ quàm de virgine. Proferunt hunc Salomonis locum; de corruptâ debere accipi contendunt, duplici ratione. Prima est

Caietanus.

est Caietani, loquitur Salomon de re valde obscura, & quæ probari nec queat nec deprehendi; sed si de Virginis defloratione, vel partu, accipiatur, nihil ad rem seruiet *via viri in Virgine*, cuius facillima sit

Caluinus.

deprehensio. Respondet Caluinus hæreticus in Cathenâ Marlorati ad 1. cap. Matth. agi de Virgine cuius amore procus ardet, eâ tamen nondum potitus est; qui mira molitur vt eâ potiatur, & hos conatus eius vocari *viam viri*. Verùm hoc est violentiam facere voci *in*, quæ in omnibus his membris oppositis propriè sumpta. deinde molimina illa sæpissimè deprehenduntur. denique non soluitur argumentum Iudæorum, de compare cum adulterâ. Sic soluere, nónne est causam nostram Iudæis prodere, vel ridendam proprinare? Secunda solutio Iansenij & Pererij, intelligi de primo Virginis congressu cum viro: qui difficulter deprehenditur, propter summam quam virgines adhibent diligentiam, ne id palàm fiat. Sed meritò Salmeron hunc sensum, vt humilem nimis & abiectum reiecit, confutauitque: adiicio tacitè illum concedere Iudæis, quod postulant de vocis significatione, & sic à D. Hieronymo & Patrib. recedi.

Secunda solutio.

Salmeron.

Altera obiectio est, malè procedere comparationem sequentem de muliere adultera, si *Hhalmah* capiamus de Virgine & prorsùs intacta. Huic respondebitur mox adagio sequenti. Secundò probatur affirmatiuè. *Hhalmah* semper significat cœlibem & incorruptam puellam. patet ex omnibus locis Sacræ Scripturæ: primò ex iis in quibus ponitur litera ה emphatica cum Kamets puncto, quo indicio colligitur S. Chrys. & alij in Isaiæ cap. 7.

Altera obiectio.

S. Chrys. & alij.

v. 14. debere intelligi de purâ Virgine, quod etiam ex R. Haccados vrgent Porchetus, Galatin. Finus, & alij. Primus locus est Genes. 24. 43 העלמה *Hahhalmah*, de Rebecca, cui sacra Scriptura perhibet testimonium viro prorsùs incognitam fuisse; & intactam fuisse fatentur aduersarij, immo Hadarsan in Bereschith Rabba, & Salomon Iarrius dicunt duntaxat fuisse nouennem, quod non credo.

Iarrius. Rebeccæ nouennis.

Certum

CC LXXVI. Certum est Eliezer non nisi virginem iuuenculam quæsiuisse. Lxx. παρθένον, Chald. *Vlamha*. Secundus est Exod. 2. ver. 8. de Maria sorore Moysis, de qua nequit ambigi, cùm esset infantula, quatuor annis Moyse senior, secundùm Salomonem Iarrium. Philo Iudæus etiam lib. de Moyse *Virginem* vertit: & sic capiendum quod noster *puella*, & Lxx. νεᾶνις. Tertius locus est Isai. 7. v. 14. in quo præter recentiores Iudæos, omnes etiam hæretici, Lutherus, Caluin. Oecolampad. Musculus, ceteri, fatentur *Virginem* significari: sed aiunt, id non ex vi vocis, sed ex ratione & necessitate Prophetiæ prouenire: quod nollem Caietano, Oleastro, Forerio & aliis catholicis quibusdam nimiâ in Rabbinorum sententias propensione, placuisse: contrà contendo ex vi vocis id prouenire; quod nunc conor probare. Nunquam ergo cum ה significat aliud quàm virginem. Hinc elicio in loco Isaiæ non posse dubitari capiendum de *Virgine*, & perfide versatos eo loco Aqu. & Theodotionem Iudaizantes; contra quam Ionathas Benuziel quem Iudæi maximi faciunt, qui Chaldai. vertit *Habhullemtha, illa virgo*. Præterea non accipi de *Virgine* ratione tantùm additi ה, vt videntur velle nonnulli, sed potiùs ex vi ipsius significationis; *Hhalmah*. cùm etiam de Mariâ sorore Moysis, & Rebeccâ addatur ה, & hoc rectè aduertit Abulensis, dicens si per sese vox *Hhalmah* nõ significaret illibatam Virginem, nec ratione adiuncti ה id significaturam: si verò vox cum articulo significet *Virginem*, etiam sine articulo significaturam. articulum enim designationis & enunciationis tantùm causa apponi, vt intelligatur virgo illa eximia. Sanè omnia loca vbi ponitur sine articulo Hebr. id probant. Primus est psalm. 67. 26. *Præuenerunt Principes coniuncti psallentibus in medio iuuencularum (hhalamith* עלמית *)tympanistriarum*. Lxx. παρθένων, quod de *virginibus* accipiendum censuit Theodoretus, & probat Dauid Kimchi hac ratione, quia in festis & lætitiâ publicâ chori Iudæorum sic solemni ritu instituebantur, vt primo loco inter virgines saltarent ad citharam vel tympanum Principes: deinde sequebantur seorsim aliæ mulieres, postea cantores & reliqua turba. Quod verum puto, quando coniuncti erant chori fœminarum ac virorum: sed quando chori fœminarum à viris distincti. Exo. 15. v. 1. & 20. tunc fortassis aliquando virgines mulieribus ceteris mixtæ; fortassis etiam tunc virgines cum Maria præcedebant reliquas. Certè Iephte filiâ patri sic obuiam progressam est vero simile; Iudic. 11. 34. & alias Dauidi, 1. Reg. 18. 6. & 7.

Philo. Theodoretus. Chori Iudæorum in festis publicis. Aquilæ & Theodotionis versio notata.

I. Secũdus locus est in inscriptione psal. 9. & psal. 46. עלמות *hhalmoth*, si, vt oportet ab עלם deducentes, pro vnicâ voce sumamus: sic verterunt Lxx. ὑπὲρ τῶν κρυφίων, *pro occultis*, & Aquila νεανιότητος, *iuuentutis*, Theodotion, περὶ ἀκμῆς, *de floridâ ætate*; scilicet (quicquid dicãt Iudæi & Proselyti) virginis CHRISTI Domini, cuius illic celebratur victoria: de quo plura d. psalmo dicentur.

II. Tertius locus sit ex Cant. 1. v. 3. & 6. v. 8. vbi *hhalmoth* עלמות *iuuenculas* vel *adolescentulas* vertunt noster ac Lxx. sed accipiendum nõ de quibusvis *adolescentulis*, verùm de *virginibus* tantùm, vt contendunt ipsimet Rabbini, Iarrius, Dauid Kimchi & alij; nam priore loco vo-

tatus, & alij.

lunt esse argumentum à maiore, quid mirum me amore tui, quem cognouit tot experimentis, sic torreri, cùm etiam depereant te absconditæ & sollicite seruatæ virgunculæ, quibus sola tui fama innotuit? Secundo loco censent, Salomonij gynæcei tres status numerari; *regina* vocari coniuges maritali affectu ipsi adhærentes, & (vt sic dicam, sollemni ac æquo iure coniunctas; *concubinas* dici, quas voluptatis causa duxerat; *adolescentulas*, adhuc intactas, quæ in alterius sortis spem adseruabantur: quam esse grammaticam interpretationem eo loco in comment. docui: & fusiùs in Mariano speculo lect. sacra.

Salomonium gynæceum.

Eiusdem tres status.

Historicus sensus.

Historico sensu paullo aliter capienda de gradibus animarum Deo desponsatarum, vel desponsandarum, quæ omnes *Virgines* censentur tam Reginæ quàm concubinæ, quàm adolescentulæ; discrimen tantùm quòd quædam iam coniunctæ spirituali matrimonio, quædam nondum. Ideò non possum probare nouam Iurisconsulti cuiusdam, linguarum quàm Theologiæ peritioris, sententiam; qui, relicta passim & clanculùm suggillata recepta versione vulgata post concilij Tridentini decretum, in cantici dd. locis עלמות interpretatur παρθενικαὶ, *Nuptæ virgines* seu *maritatæ*. Nam vsu loquendi γαμέτας, *nuptæ*, *maritatæ*, non intelligitur nisi de temeratis & licèt fieri possit, vt virgo vxor permaneat ex vtriusque consensu; tamen in loquendi & sentiendi vsu, aliter accipitur ab audientibus legentibúsque. Sanè quod addit eam vocem *Virgines maritatas* significare, id nec etymo, nec locis sacræ Scripturæ de Moysis sorore, nec aliis potest quadrare: quod verò apud Isaiam d. vers. 14. & apud Salomonem hoc loco vers. 19. sic debeat accipi, non fit, quia vocis significatio postulat, vt de *maritata Virgine* accipiatur (nouum hoc commentum est) sed quia cùm vox natura sua pertineat ad *incorruptam*; ratione subiecti de quo tunc agitur, restringitur ad *maritatam*, eo quòd Deipara simul virgo & coniugata fuit: & sic in Deipara miraculum illustrius, quia præter naturæ ordinem, & consuetum coniugij, maximè inter Iudæos, morem, atque exemplum. Vox ergo עלמה non postulat vt *sit virgo maritata*; licèt id accidere possit. quod illa verò Canticorum loca, vix saluo sensu metaphorico potest noua hæc versio sustineri.

Tuccius in Cant. ante præfat. præmissum.

Cantici loca.

Dicta de Moysis sorore.

Cantico-rum loca.

Tertiò probatur de voce עלמה eam non significare *corruptam*, quia vt fatentur Rabbini radix indicat significare *absconditam*; *absconditum* verò vocabant eam quæ re ipsa talis: *corrupta* non est abscondita, vt patet ex vera significationis explicatione.

Arbitror enim *absconditam* dici, vt opponatur *reuelatæ* seu *nudatæ viro*. *reuelare* autem *puellam* Hebræi vocabant *deintegrare*. Itaque *puella reuelata*, est quæ à viro cognita; *abscondita*, quæ viro incognita: hoc docèt viri Hæbraismorũ peritissimi, R. Dauid, Liran. Porchetus, Galatinus, Finus, Leo Castrius, Foreir. Salmeron, & Maldonatus suprà. Nam quod Oleaster censet sic vocari, eò quòd non satis appareat qualis futura cùm nupserit, friuolum est, & potest etiam de *puella infantula* dici; immò & de *præmaturè corrupta*. quod verò B. Hieronymus censuit sic dictas, quia apud Iudæos Virgines domi clausæ tenebantur, ac ne à domesticis quidem facile conspiciebantur; id Forerius meritò refutauit. Certè de sorore Moysis, filia Iephte, & Rebecca, con-

Liranus, & alij.

Friuola Oleastri expositio.

D. Hieron. Virginum domi clausarũ apud Iudæos, refutata opinio.

CC LXXVII.

contrarium constat. Respexit itaque vir sanctus ad circumspectam & probam gentium aliarum consuetudinem.

Vltimò probatur, quia reuerà nostrorum aduersariorum argumenta, sunt instar araneorum telæ. Non quia Lxx. & nolter aliquando vertunt *adolescentulam*, *iuuenculam*, *puellam*, ideo affirmant corruptam, aut coniugatam; neque negant simul esse Virginem. Theodotion. Aquila. Non quia Theod. & Aquil. noluerunt *Virginem* vertere apud Isai. cum Lxx. & B. Matthæi interprete cap. 1. nam, vt docent Patres, ambo defecerunt à nobis, & sacram Scripturam interpretati, cùm Iudæi proselyti essẽt, quos Ebionitæ, Carpocratiani, & alij hæretici secuti. vide S. Irenæ. lib. 3. cap. 14. Iustin. S. Irenæus & alij. Dialogo contra Tryphon. Euseb. lib. 5. histor. cap. 8. & alios. Nec mouet me argumentum Merceti, Merceri argumentum. quod Thargum in Ruth, cap. 2. v. 9. & cap. 3. 2. *puellas Boozi* vocet *hhalle-mah* עלמה. Nam vt non possum affirmare omnes eas virgines fuisse, sic nec ipse aliquas earum corruptas fuisse. Vt nec de pueris, quos eodem nomine illic nuncupat: vt appareat hoc nomine vlum pro ætate vel ministerio potiùs: ipsam Ruth vocat *mahhará* d. c. 2. v. 5. & 6. & cap. 12. 13. Minùs adhuc quod Syrus. Matth. 1. v. 23. Syrus posuerit *Bethulitha* בתולתא, pro eo quod Isaias cap. 7. 24. *hahhalmah*. Nam si fecit bonâ fide, fecit quia putabat *vethulah* tantum dici de Virgine, & sic confirmat Catholicam sententiam; si malâ, hoc ipso indicauit *vethulah* etiam dici de corruptâ, secus quàm *hhalmah*.

Autoris sententia

Ratum ergo manet, *hhalmah* hoc nostro loco ostendere, istud *adolescentula*, non nisi de *illibata Virgine* accipiendum.

Restat dubium, an in genere de quauis, vt capiunt plerique, Iansenius, Pererius, & alij. Sed, si sic capias, obstat primò quòd corruptæ virginitatis facile est deprehendere vestigia: & hæc sententia, vt humi serpens iam a me repudiata fuit. Deinde, quomodo hoc excederet sapientiam Salomonis, cui tot greges mulierum fuere? Certe minus obscurum hoc quàm cetera illa præcedentia. Dubium. Iansenius. Pererius.

Quare placet omnino sententia Rabbenu Haccados, Galatini, Porcheti, Iuni, Leonis Castrij, & Salmeronis, his quatuor difficilibus cognitu, sub tegumento parabolæ, etiam litterali sensu indicari quatuor mysteria de CHRISTO, vt explicui tria priora: quæ si mysteria non forent, certe vix digna prophetico Salomonis spiritu forent: qui solet mysteria incarnati verbi diuini proponere sub parabolis, vt etiã D. Ignatius epist. 8. ad Philippens. notauit: nam illa tria præcedentia si sumas sensu grammatico, vt non nimis obscura proposuit Sap. 5. 11. hic autem vt penitus abscondita, & vt vertunt Lxx. impossibilia cognitu. Igitur mysteria sunt, & equidem cum illa priora pertineant ad CHRISTI Domini humanitatem, non est aliò istud quartum transferendum, & quidem ad conceptionẽ in Virgine, natiuitatem ex Virgine: vnde clarissime apparebit, cur de eodem mysterio loquens Isaias d. v. 24. dixerit *hahhalma* cum articulo, quem etiam Chaldæus retinuit, nempe illa *hhalma*, illa *virgo* de qua Salomon confessus fuerat, se *viam viri* in ea prorsùs nescire. Significatur itaque *via viri*, CHRISTI, qui propriè *vir*, de quo Hieremias 31. v. 22. *nouum* (quale nunquam visum nec auditum miraculum) *faciet Dominus super terram:* Haccados & alij sententia magis probata. Mysteria de Christo. Ignatius.

FEMINA

FOEMINA (sexu, non corruptione) CIRCVMDABIT (in vtero suo) VIRVM (perfectum, qui hoc nomine solus dignus, solus in vtero prudentia & virtute vir) & idcirco Salomon non dixit infantem, nec puerum, sed *viam viri*. Quantum ergo miraculum ceteris maius indicatur, quanto faciliùs agnoscuntur illa reliqua. Singula illa tria vel aliquid sulcant, vel aliquid scindunt, vel aliquid diuidunt, vel aliquid allinũt, & saltem ipse motus videri, auditiue potest. CHRISTVS Dominus ex Virgineo procedens thalamo nihil scidit, nihil sulcauit, nihil diuisit, nihil vestigij compressit, aut aperuit, aut maculauit, adeò vt si virgo postquam pepererat, voluisset, negare partum a se editum, nullus hominum aut angelorum conuincere illam potuissent. Et illa reliqua vitæ, passionis, resurrectionis, ascensionis miracula, ex isto quarto quodammodo profluxerunt: nam eo posito quòd *Verbum caro factum*, illa ineffabilia arcana consequuntur: & istud sicut tempore prius, ita etiam altitudine & magnitudine maius atque sublimius existit, vt meritò hic addatur, *quantum penitus ignoro*, quoniã (vt inquit Hieronymus to. 4. Sermo de assump. B. Mariæ.) *Quod natura nõ habuit, vsus nescivit, ignorat ratio, mẽs non capit humana, pauet cœlum, stupet terra, creatura etiam cœlestis miratur. Hoc totum est quod per Gabrielẽ Mariæ promittitur, & per spiritum adimpletur.*] Hæc sufficient *de viâ viri in adolescẽtulâ*: & hunc ego cum Salmerone & aliis nonnullis, à spiritu Sancto intentum, & à Salomone propheticè propositum, plenum integrúmque sensum litteralem puto; solum, plenum & dignum Prophetiâ.]

Deiparæ integra virginitas.

Hieron.

Salmeron. Autoris sententia.

Abstracta pro concreta.

Nec pugnat cum eo versio LXX. & nostra, quia hi abstractum pro concreto posuerunt, *adolescentiam* pro *adolescentulâ*, quod quàm frequens sit in Sacra Scriptura, vide nostri Saa libellum de Phrasibus Scripturæ, in illo, abstractum pro concreto, siue substantiuum pro adiectiuo.

Saa.

EX EODEM CAP. VERS. XX.

ADAG. CC LXXVII. Via mulieris adulteræ.

Via mulieris adulteræ.

Sensus adagij.

CONstat sumi posse primo pro re valde occultâ: nam innumeræ sunt artes, quibus hæ sceleste mulieres facinora sua norunt obtegere, ita vt nisi in ipso facto, vix queant deprehendi. Secundò sumi potest pro insigni impudentia, quando deprehensæ. Nam, vt ait Satyricus,

II.

> . . . . *audacius nihil est*
> *Deprehensis, ipso vires ex crimine sumunt.*

Plerique putant attendi ad prius membrum, & sic comparationem instituit cum *viâ viri in adolescentula*. Censerem potiùs, etsi comparationem illam admitterem, de impudentiâ agi. Sed non admitto illam comparationem; qua Iudæi & Iudaizantes freti, conantur sensum Propheticum, quem proposui, & veram vocis *hhalmah*, significationem obscurare, veritatem virginem, quâ putant se posse, constuprantes. malè (inquiunt) procedet comparatio Virginis intactæ, cum muliere adulterâ; sed comparatio puellæ corruptæ cum adultera procedit optimè. quia in neutra vestigia libidinis deprehendi possunt. Leo Castrius in Apolog. lib. 3. respondet, hoc ridiculum esse. cur enim magis hoc diceret, quàm viam.

Autoris sententia.

Iudæorum improbata comparatio.

Leo Castrius.

viam galli in gallinâ? verùm, hoc est eludere argumentum. Respondeo primò comparationem illam secundi cõgressus cum puella & congressus cum maritata (hoc est, adultera) inanem esse, &, vt dici solet, eiusdem cum eodem: & fortè verius quod addit ibi & comm. in Isaiam idem Leo, philosophis non esse ignota vestigia, quibus queat deprehendi, sitne mulier libidinata. Verùm, quicquid sit de hac re, solida est communior nostrorum solutio, Non dependere hoc membrum à superioribus, quorum sententia iam est perfecta: nec necesse est dependere parabolas ab inuicem. Sed singulas sæpè per se capi, & reticeri vnum comparationis membrum; vt hîc reticetur præuaricatio aliqua similis præuaricationi mulieris adulteræ negantis peccatum commissum. Vel, quod erit clarius, istud *Talis est & via*, &c. dependere à sequentibus, in hunc modum: Tale est ingenium impudens, & modus procedendi mulieris adulteræ; qualis mulieris quæ ligurit, & exterget os suum, & postea negat se comedisse; sic enim mœcha corporis sui copiam facit quibus lubet, & postea se extergens, siue (vt Lxx. abluens se) dicit se castam, neque peccati conscium. Vt sit comparatio pendens ex ambiguitate vocis *comedendi*, (quemadmodum Latinis est in voce *vorandi*) & in voce *oris*, quod & de faciei ore, & de ore חחם *racham*, vt sup. vers. 16. potest accipi. Si verò contendas omnino dependere hoc membrum à præcedentibus, vt indicat Hebræum כן *ken* sic, respondetur, quintum esse difficile cognitu, quod dicitur simile præcedentibus, non quoad singula, sed quoad rei nouitatem, admiratione dignam; vt videlicet dependeat comparatio non ab isto vltimo, *viam viri in adolescentula*, sed à primo illo, vers. 18. *Tria sunt difficilia mihi*, scilicet intellectu & explicatione; quorum videl cet adspectu inducatur vel in memoriam præteriti mali; vel excitetur ad prophetiam subiungendam de futuro. Memoriam præteriti mali, si mulier ista adultera significet Euam, quam à Diabolo directa tentatio deiecit & supplantauit, persuadens vt contra Dei sponsi animæ suæ præceptum, de ligno vetito comederet, & postquam comederat, impudenter crimen à se amoliens, culpam in serpentem coniiceret. Si verò, quod magis arridet, hic quoque prophetiam sub parabola recognoscamus, adultera est Synagoga, quæ repudiato coram Pilato, legitimo suo viro (CHRISTO) cui erat desponsata, pro illo Barabbam, & Barcochebam, & tandem Antichristum, electura; quæ vorauit iustum, sicut Ioseph fera pessima, tam facilè quàm vulpes pyrum comest; & imprecata sibi ac suorum capiti eius sanguinem, saturata, quo assiduè vescitur, mendacij pane, conatur hanc labem eluere per impudentiam & periuria, & corruptelas sacræ Scripturæ, quasi pseudoprophetam, & hominem seditiosum necasset. Nónne talis proteruia, pertinacia, ingratitudo, impudentia, cæcitas, crudelitas, furor, planè stupenda, & omnem humanum superant intellectum? ideò aptè subiungitur mysteriis, de natiuitate, vitâ, resurrectione, & ascensione CHRISTI: qui nomen *adultera* imposuit Synagogæ, Matth. 12. 39. dicens: *generatio mala & adultera signum quærit*, &c. cuius hanc impudentiam prædixit etiam Ieremias cap. 2. 16. *Filij Memphæos & Taphnes constuprauerunt te vsque ad verticem. Nunquid non istud*

Solida solutio.

Alterare sponsio.

Autori magis probata sententia Prophetia sub parabola.

Adaptatio mysteriis de natiuitate Christi.

CCLXX VIII. Anastasi. Nicænus.

factum est tibi, quia dereliquisti Dominum Deum tuum? & vers. 22. *Si laueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbam borith, maculata es in iniquitate tua coram me, dicit Dominus Deus. Quomodo dicis, Non sum polluta?* vers. 35. & *dixisti: Absque peccato, & innocens ego sum: & propterea auertatur furor tuus à me. Ecce ego iudicio contendam tecum: eo quòd dixeris, Non peccaui.* quid apertius? sic capiunt hunc vers. 20. Salomonis, R. Haccados in Galę Razeiia, Galat. Porchetus, Finus, Leo Castrius, & Salmeron suprà §. proximo laudati.

R. Haccados, &alij.

Patrum alia explicatio est, de animâ quæ baptismi aquis eluit labem peccati originalis & actualis. nituntur, quia Græcè est, ἡ ὅτ' ἂν πράξῃ ἀποπλαύνει. *quæ quandocumque egerit, lota*; quod vltimũ Aqui. Symmach. & Theodot. sunt amplexi. D. Ambrosius ita scribit d. lib. de Salomone cap. vlt. *Meretrix ista Ecclesiæ typus est, aliquando in gentibus constituta, idolorum cultibus vitiata: quam vana superstitionis stupra polluerant, quam falsorum deorum adulteram fecerat multitudo: lasciuósque ac turpes incompositis motibus saltus nemorũ, & nemorũ inculta lustrabat, dedita luxuriæ, pompæ gentilium mancipata. Hanc postea quam Dominus noster* IESVS CHRISTVS *puro baptismatis fonte perfudit, ablutionem & criminis accepit & nominis, per gratiam fidei. Post meretricem fit Virgo, quia vni se destinauit sponso. Nam & Raab illa meretrix Hierichũtis, quæ speculatores Iesu Naue excepit hospitio, & quòd signo cocci signata est, qui color figurã* CHRISTI *sanguinis indicabat, & quòd euersionem ciuitatis euasit, Ecclesiæ typum habuit, quæ per sanguinem* CHRISTI *ruinam mundi istius secura non metuit.*] postea probat, vbique in sacra Scriptura cultum idolorum vocari *fornicationem.* idem tradunt Isidorus Pelusiota epist. 417. ad Timotheum. & Anastasius Nicænus in sacram Scripturã q. 44. Isidorus postquam de Ecclesiâ baptismo lotâ dixit eam *persuasum habere quòd nihil iam mali admiserit, vt pote priorum veniam atque oblivionem lauacri beneficio cõsecuta,* διὸ ἐν ἀτρόμοις πίστεσι πειθομένη τῶν προτέρων ἀμνηστίαν πεποιημένη τῷ λουτρῷ: addit postea (quod ad tropologiam spectat) *in plerisque locis diuinorum oraculorũ, à Domino quamcũque infidam mentem, diuinis eius mandatis repugnantem, vocari* adulteram. ὅτι ὃ μοιχαλίδα ὁ κύριος καλεῖ πᾶσαν γνώμην ἄπιστον, καὶ τῶν ἀπὸ φρονημάτων ἀντίθετον, πολλαχοῦ τῶν θείων λογίων χρησμῶν. Breuissimè Anastasius; *Talis est conuersio Ecclesiæ* CHRISTO *credentis, quæ fornicata in idolis; eis & diabolo renuncians, cùm peccata abluerit, & acceperit remissionem, dicit se nihil mali fecisse.*] pergamus ad alium quaternarium.

Patrũ explicatio.

Aquila Symmac. Theodot. Ambros.

Isidorus Pelusiota.

EX EOD. CAP. V. XXII.

ADAG. CCLXX VIII. Seruus cũ regnauerit. Anastasij. singularis explicatio minùs probata.

POst inscrutabilia quatuor, toti dem subiungit grauissima, quæ nemo potest perferre, propter rei indignitatem. Nullo enim modo placet singularis explicatio Anastasij, qui q. 45. hæc quatuor separat ab illis quæ sequenti v. commemorantur: & illa quidẽ aliter exponit, hæc verò hoc pacto: Per tria mouetur terra, *per Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, & quarum non potest ferre, nempe vltimum aduentum Seruatoris.*] Sed hoc nimis remotè accersitur. certũ est, quatuor ista esse, quæ in sequenti v. exponuntur. eodem enim modo hîc procedit Salomon, quo v. 15. & 18. & 24. & 29. Vsurpãda quatuor sequẽtia adagia de rebꝰ quæ absurdæ, indignæ & toleratu difficiles sunt. duo priora ad viros, & reipu

CCLXXVII & reipublicæ ; duo posteriora ad mulieres , & familiæ perturbationem, pertinent.

Seruus cùm regnauerit.

Malum intolerabile. Claudian. Quàm hoc intolerabile malum, describit Claudianus lib. 1. in Eutropium , huius ipsius exemplo motus;

. . . . postquam obstitus euo
Seminir excelsam rerum sublatus in arcem ;
Quod nec vota pati , nec fingere somnia possunt ;
Vidit sub pedibus leges, subiectáque colla
Nobilium, tantúmque sibi permittere fata:
Qui nihil optasset plus libertate mereri,
Iam , iam dissimulat Dominos , alitéque tumescunt
Seruiles animi. procerum squalore repletus
Carcer, & exulibus Meroë, campique gemiscunt
Æthiopum , pœnis hominum plaga personat ardens,
Marmaricus claris violatur cadibus Ammon.

Sic velut terræmotu ab hoc trabeato mancipio quassatus Oriens , ruinam minabatur, ideo subiungit:

Asperius nihil est humili cùm surgit in altum,
Cuncta ferit, dum cuncta timet: desæuit in omnes;
Vt se posse putent. nec bellua terrior vlla est ,
Quàm seruat rabies in libera colla furentis:
Agnoscit gemitus , & pœnæ parcere nescit,
Quam subiit ; dominique memor, quem verberat, odit.

Votũ Palladæ. Votum Palladæ celebratur , *ne qua fuit ancilla, vnquam hera fiat.* Vulgò fertur , *famelicas muscas acriùs mordere.* experimur quotidie nullos auariùs , sæuiùs , impotentiùs se gerere, quàm qui

. . . . Curibus parvis & paupere terrâ

Pauperum in potentes durum imperiũ. *Educti. . . . .* qui cùm, non ignari miseriarum, succurrere miseris deberent, in alios imperio potiti, frangunt potentes , diuites nudant, egenos calcant. denique sunt similes non pluuiæ leni ac tenui quæ æstiuis solibus vredinem gignit, de qua Columella libro decimo de re rust. sed vehementi ac procelloso imbri , cuncta disiicienti & sternenti, qui

Columella. *Arboribusq; satisque nocens , pecorique sinister.*

docuit hoc sup. cap. 28. 13. *Vir pauper calumnians pauperes, similis est imbri vehementi , in quo paratur fames.*

Exemplũ Ieroboami contra Salomonem. Liranus hìc proponit exemplum Ieroboami , qui fuerat seruus Salomonis , & rex creatus decem tribus perduxit ad idololatriam. 3. Reg. 12. Verùm non agit de quibusuis subditis Salomon , sed de mancipiis; alij illi plerumque ingenui , & digni sceptris ; istis peculiares insolentiæ & sæuitiæ causæ sunt, animi degeneres , mens vilibus assueta , bonæ fortunæ insolentia , metus ac suspicio, se sperni atque contemni; quare amare ipsi nescij , volunt timeri : & proinde inidonei sunt regno. Hoc fortè voluit Caietan. cùm dixit in se ipso pugnare seruum esse Regem. Absona res est , rex seruus , & magnam in hoc reip. corpore discrasiam atque intemperiem indicans, quæ grauem morbum, atque adeò lethalem minitatur.

Mãcipiorum dominatio misera.

Caietan.

In se ipso pugnans res est, seruum esse regem.

Huic litterali expositioni, optimè respondet Tropologia, commoueri terrã (hoc est , paruum hunc hominis cuiusque mundum), quãdo caro, cuius est seruire, imperat spiritui, ad quẽ pertinet regnare. Sic Bayn. Ianſ.

Famelicæ muscæ acriùs mordent.

Tropol.

Alias suppeditat morales explicationes Galfridus.

II. Vna est, significari affectum timoris in corde, qui seruilis est, quem non expedit prædominari, sed seruire.

III. Alia est, seruum tempore persecutionis regnasse apud eos quibus timor prævaluit, vt negarent.

IV. Tertia, turbari Ecclesiam, cùm denominatur in ea homo criminosus peccati seruus, cùm inquam talis Ecclesiasticæ prælationis dignitatem obtinet.

V. Denique per hoc impleri quod dixit Dauid Psal. 36. v. 35. *vidi impium superexaltatum & elevatum, sicut cedros Libani.* & alio loco Salomon, Eccles. 10. 7. *Vidi seruos in equis, & principes ambulantes, quasi seruos super terram. Quod nō solùm* (ait Galfridus) *diuina geritur vltione, sed humana etiã animositate & pusillanimitate. Amant cathedras & latebras fouent. Extolluntur inaniter, & grauiter submittuntur. Si quidẽ tumiditas, & timiditas, pondus & pondus, & vtrumque abominabile est apud Deũ. In equis iniqui superbiũt, sed suis prauitatibus humiles & dejecti, non nituntur manibus, vt morentur in domibus regum; sed vt serui ambulant pedibus suis super terram, sola suis affectibus & terrena sectantes, Immo verò, quòd infelicius est, ascendunt vsque ad cœlos, & descendunt vsque ad abyssum, & anima illorum in malis vtrisq; tabescit. Prò nefas, hodie sues volant in cœlum, & in cœno aquilæ volutantur: insolenter abiicitur pia seruitus sacræ ministrationis, & impudenter terrena cupiditatis seruitus indigna suscipitur.*]

Allegorice B. Anastasius d. q. 45. exponit Israelem, qui fuit seruus in Ægypto & postea recalcitrauit nactus terram promissionis.

CC LXXX.

EX EODEM V. XXII.

ADAG. CC LXXX. Stultus Saturatus cibo.

Stultus Saturatus cibo.

DIxit superiùs c. 19. v. 10. ambo hæc coniungens, *Non decent stultum delicia, nec seruum dominari principibus.* Nam (vt notat Richelius) stultus, hoc est, passionibus subditus, rapi se finit à petulantia, contentionum studio, & aliis malis. Præterea insipiens, vino cibóque repletus, caput habet vaporibus ascendentibus turbatum, mentem vertiginosam. Sic fit vt petulanter multa & sine ratione gerat, audax, procax, rixator, & contumelioſus in omnes. Possunt per *cibum* diuitiæ, & opulentia quoque intelligi, quæ conueniunt solis sapientibus, vsum scientibus. Nam diuitiæ, & potentia si supperant insipienti, & ipsi & aliis sunt nocumento, vt gladius in manu furioſi, & formæ decor fatuæ mulieri, efferuntur superbia, contemnunt ceteros, & alios in se prouocant. Hebraicè hoc loco est, נבל *naual*, quod nomen illi fuit, de quo Regum 1. cap. 25. incolæ Carmeli, non montis, sed vici cuiusdam, iuxta Eusebium, & Procopium, quem diuitiæ præ superbia cunctis intolerabilem reddiderant, & superbia in mortem præcipitauit, vt notatum Bayno & Iansenio. Inanis est possessio pecuniæ, si vti nescias.

Richelius: Stultitiæ damna.

Diuitiæ apud insipientem pericula.

Incolarũ Carmeli superbia.

Baynus. Iansenius. Inanis possessio pecuniæ si vti nescias.

Quò mihi diuitiæ, si non conceditur vti?

quærit ille. & de Tibullo legimus;

Non tu corpus eras sine pectore. Dij tibi formam,
Dijtibi diuitias dederant, artemque fruendi.

Tibullus abligurior.

Sed ille nouerat dilapidare & abligurire:

CCL LXXXI. ligurire: illud nobis hinc excerpendum, diuitiarum possessionem ab vsu recto differre; habere, cuiusuis; vti scire, sapientis bonique esse.

Diuitiarum possessio & vsus differunt.

Galfridus hic quoque suppeditat sensus mysticos. *Stulti* (inquit) *satietas, vana lætitia est, in rebus friuolis & caducis.* II. *Stultus satiatus cibo, & suppetentibus sibi. subsidiis temporalibus intentus pariter & contentus, formicæ prouidentiam qua sibi parat in messe, negligit imitari. Huiusmodi stultis improperat Apostolus, dicens, iam satiati estis, iam diuites facti estis.* III. *Stultus satiatus est cibo apud hæreticos, qui panes absconditos sic edebant, vt etiam eructarent.* IV. *Stultus hic est populus imperitus, cùm fastidierit verbum Dei.*] V. Richelius exponit hominem sæcularibus eruditum, & in oculis suis prudentem, qui elatus scientiâ, nihil obedit, & contra proximos frequenter rixatur.

I. Sensus mystici. II. III. IV. V.

Allegoricè Anast. suprà, esse Israëlem, qui mannâ & coturnicibus impletus Deo recalcitrauit. Idem placuit Bayno.

Allegoria Anastas. Bayno.

ADAG. CC LXXXI. Odiosa mulier in matrimonium assumpta.

EX CA. EO. VER. XXIII.

Odiosa mulier in matrimonium assumpta.

HEbraicè est *senuah* שנואה, quod *exosam* significat, Græcè, *μισητὴ γυνὴ ἐὰν τύχῃ ἀνδρὸς ἀγαθοῦ. odibilis mulier, si sortita fuerit virum bonum.* noster secutus est Symmach. qui *γυνὴ μισουμένη, ὅταν συνοικήσῃ.* Vtraque versio sensum probum habet. Nã si duxeris inuitus exosam, quæ domi concordia esse poterit? hinc toties mariti ferro, venenis vxores grassantur. Nulla gens, nulla ciuitas aut vicus, vbi non exempla suppetant. Si duxeris, quæ videbatur amabilis & bonis moribus, & contrà experiris; næ tu in malam crucem ascendisti, vnde perpetim pendeas. Latina vox *odiosa* vtrumque complectitur. Græca versio Lxx. (vel fallor) aliud quid præterea voluit indicare, cùm dixit *ἀνδρὸς ἀγαθ.* quid enim, an idcirco pax aut fœlicitas domi futuræ, quia vxor odibilis sortita vitum malum? potiùs maior perturbatio, & iugis ærumna. Itaque hoc indicatum, nõ sufficere viri bonitatem & prudentiam, vt malo tam atroci medeatur. Item absonum planè esse, & contra œconomicam disciplinam, si nimiâ lenitate maritus impotenti mulierculæ domus imperium cõcedat. si (vt aiunt Galli) oua foueat gallinaceus, gallina cristata concinat. Vt Teuthones aiunt, domo inuersâ maritus pareat; vxor imperet, & braccis amiciatur. Visum hoc Persis ignominiæ plenum docet ab Assuero Vasthi repudiata, Esth. 1. Inter summa Israëlis mala cap. 3. v. 12. Isaias numerat. *Mulieres dominatæ sunt eis.* Euripid. in Electrâ.

Exosæ mulieris domi mala.

Græca versio examinata.

Mulierum imperia absurda in œconomiâ. Gallorum & Teuthonum prouerbiales locutiones. Apud Persas ignominiosum vxoris imperium. Euripides

Καίτοι τὸ δ' ἀχρεῖον προστατεῖν
τῶν δωμάτων γυναῖκα, μὴ τὸν ἄνδρα.

Turpe verò est vxorem præsidere domi, & non virum. Democritus quoque, *ὑπὸ γυναικὸς ἄρχεσθαι, ὕβρις ἀνδρὶ ἐχάτη. A muliere dominari summum est viro dedecus.* legendus de hac re Tiraquellus leg. connub. 1. n. 19.

Democritus.

Tiraquellus in Anastasij expositio.

Anastasius explicat de Ecclesiâ gentium nacta maritum CHRISTVM: sed tunc caperetur in bonam partem; secus ac reliqua tria.

Sed Carthusianus Richelius; significari *collectionem schismaticorum, hæreticorum, & Iudæorum ad fidem conuersorum; quæ sæpe solet vacillare in Catholica veritate.*] Non vult dicere hos non recipiendos ad Ecclesiæ gremium; sed solitos fa.

Richelij exposito.

cilè ad vomitum redire, & pacem Ecclesiæ perturbare.

Galfrid. I. Galfridus plura congerit,

I. *Odiosam mulierem assumi ab eo qui non aliquando ex necessitate, vel ex charitate fraterna; sed ex proposito quasi cohabitaturus iugiter, corpoream eligit voluptatem, nec cubile ponit in petrâ sicut lepusculus; qui securitatem magis quàm suauitatem, loca aspera quàm amœna sectatur. Siquidem mulier à mollitie nomen accepit, & odiosa voluptas est habens pœnam.*

II. II. *Duci mulierem odiosam apud ambitiosos & vanæ gloriæ deditos, quia vxor est gloria viri.*

III. III. *Intelligi officiales religiosarum congregationum, qui proprietati renunciauerant, velut odiosæ mulieri dantes libellum repudij; & occasione administrationis ei iterum copulantur.*

IV. IV. *Significari eum, qui vsque ad desperationem tristitiâ absorbetur: forte ipsa est Thamar, id est, amaritudo; quã ob hoc ipsum filio suo tradere Iudas veretur. Ipse tamen ignorans, gignit ex ea Phares & Zaram, diuisionem & oriẽtem: vt ex confessione, & amaritudine tristitiæ generetur diuisio à peccato, & vita melioris exortus.*]

Optem id omnibus; vt & commoda coniugia illis, qui & possunt, & cupiunt legitima. Suggero tamen illud Diui Hieronymi lib. 1. contra Iouinian. *Ecce & hic inter malorum magnitudinem vxor ponitur. Quòd si responderis, sed vxor odiosa: dicam tibi quod & suprà: Atqui hoc periculum in memet fieri grauè est: Qui enim ducit vxorem in ambiguo est, virùm odiosam, an amabilem ducat. Si odiosam duxerit, ferri non potest; si amabilẽ, amor illius inferno, & arenti terræ, & incendio comparatur.*]

D. Hiero.

Vxor inter malorum magnitudines.

Addo: quæ odie amabilis, cras odiosa fieri potest.

CC LXXXI.

EX EODEM VERS. V.

ADAG. CC LXXXI. Ancilla hæres Domine.

Ancilla hæres Dominæ suæ.

QVod seruus imperans in repub. suprà v. 22. hoc ancilla dominans in domo. *Pugnant enim inter se* (sunt verba Iansenij) *esse ancillam & esse heredem eius, cuius est ancilla.* & addit, *hoc dupliciter fieri posse, aut vt succedat post mortem Dominæ, in eius bona & locum, fiátque coniux mariti Domina sua: aut vt expulsâ Dominâ ancilla in eius locum assumatur. Vtrumque intolerabile est, sed magis postremum. Vtriuuis accidat, excitantur tumultus multi, cùm & ancilla fortuna sua vti nesciat, nisi insolenter, & alij illinc ad indignationem prouocentur.*] Secundum modum ponunt Lxx. ἐὰν ἐκβάλῃ τὴν ἑαυτῆς κυρίαν. *ancilla si eiecerit suam dominam.* Tertius modus est, si non expellatur Domina, sed ancilla Dominæ adiungatur, & in amore præponatur; vt accepit Liranus: vt de Hermione & Andromachâ legimus in tragœdiis Euripidis, de Cassandrâ & Clytemnestrâ in Senecæ Orchestrâ: nam talis pellicatus solent esse funesti exitus. Ad hunc tertium reduco, quando vbi Polygamia inualuit, ancilla thalamis æquatur Dominæ, vt factum in Abraham domo, & superbiens Agar expulsa pacem reddidit, Genes. 16. 5. & 21. 10. semper ferè efferuntur in superbiam tales: & ideo Palladas monet lib. 1. Anthol.:

Iansenius.

Hermiones & Andromachę, Cassandrę & Clytemnestrę rixę, vnde.

μήποτε δμωὶ γυνὴ δέσποινα γένοιτο.

Ne vnquam serua mulier fiat Domina, hoc est, vxor. vide Tiraquell. initio connubial. legis. 8.

Litte

CCLX XXI.

Litteralis sensus pluribus non eget.

Anastasij expositio allegorica.

Anastasius allegoricè, hanc ancillam esse Domini interfectricem Synagogam, quæ CHRISTI carnem cruci affixit extra portam.

Galfridi longè alia.

Galfridus allegoriam præbet longè aliam, vult enim hanc Dominam esse Ecclesiam, & Synagogam dici ancillam; & hanc quodammodo successuram illi in mundi fine, quando desciscent Iudæi ab Antichristo, quem pro Messia susceperant.] verùm hoc optabile, non intolerabile, nisi malis: quos fortè *terra* nomine voluit significari: nec tamen synagoga tunc succedet, sed aggregabitur, de quo plura dixi extremo cap. Canticorum.

Tropologici sensus quatuor.

Tropologici sēsus posūt quatuor adferri, tres Galfridi, & vnus Dionysij Carthusiani. I. *Ancilla dominæ præponitur, cùm cupiditas prævalet caritati, & hæc exstincta, potiùs illa per desideria noxia dominatur.* I. Galfridus Dion. Carth.

II. *Quando à claustralibus præcipuè voluptas carnis saluti præfertur animarum, vel spirituali devotioni observantia corporales.* II.

III. *Quando sapientia huius mundi, quæ stultitia est apud Deum; sei qua deorsum est pudica & pacifica, surripit & subducit possessionem mentis humanæ. Nimirum inter seruiles & liberales artes, secularis etiam doctrina distinguens, illa corporum exercitiis, istas studiis deputat animorum. Rectiùs tamen ancilla dicitur quæ commodis seruit* temporalibus, cuius domina est, illam edomans & affligens, sapientia, *quæ ad salutem propriam & ædificationem pertinet proximorum. Ad aliquid fortè potest esse vtilis hæc ancilla, sed cauendum omnimodis ne fiat hæres domina suæ. Alioquin si insolens esse cœperit, & contemnere dominam propter conceptum suum, quòd speret se grande aliquid facturam, coerceatur necesse est, & duriùs castigetur. Immo etiam si peperit, & effectum obtinuit aliquem spei suæ, illud omnimodis attendendum, ne filius ancillæ filio liberæ colludat, ne illudat, ne pro eo vel cum eo etiam hæres fiat. Siquidem cernere est nonnullos sapientia potiùs huius mundi quàm diuina & spiritali deditos, dare operam magis augendis opibus, quàm moribus corrigendis. Unde etiam cùm ad tria præcedentia moueatur, id potissimùm terra non sustinet; quòd omissis studiis spiritualibus, qui pastores debuerant esse animarum, studiosius aliena sectantur.*

Locum corruptū vt potui castigaui.

IV. Vltimò, Dionysius ait indicari animam spiritualibus charismatibus ad tempus repletam, consolationibúsque diuinis refectam, sed postmodum lapsam: quæ vix potest recuperari. Iuxta illud ad Heb. 6. *Impossibile est eos, qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum cæleste, & participes facti sunt Spiritus sancti, & prolapsi sunt, rursus renouari ad pœnitentiam.*] ita citat & accommodat Dionysius, sed nos eo loco in comment. diligentiùs.

EX EODEM CAP. VERS. XXV.

ADAG. CCLX XII. Formicæ, populus infirmus, qui præparat in messe cibū suum.

Formicæ, populus infirmus qui præparat in messe cibum sibi.

SVperiore quaternario posuit ea quæ propter elationem intolerabilia sunt, & quodammodo moleruunt sua, vt à superbia & elatione nos deterreat. Hoc verò quaternario monet ab iis sapientiæ præcepta nobis petenda, quæ videntur abiectissima, formicis, lepu

lepusculis, locustis, stellione: tamen prouidentiæ & prudentiæ quædam scintillæ in illis elucent: nostrã incuriam & stoliditatem abundè conuincentes. Quare prudẽter Galfridus verbis superiùs descriptis, singulis intolerabilibus, vnum prudentiæ istius exemplum, eleganti antithesi opposuit. Prudenter etiam & disertè Rober. Baynus notat hæc quatuor minima præferre maiorem sapientiam hominibus, qui sapientiæ multam operam impenderunt, & soli veræ sapientiæ capaces sunt, & nomen obtinent. Si hæc quatuor hìc enumerata in vnum colligas, videbis quoddam compendium eorum, quæ vel reip. sunt conseruandæ necessaria.

Sensus adagij.

Galfridus.

Baynus.

Cõpendiũ eorum quæ familiæ vel reip. conseruandæ sunt necessaria.

In primis habẽda est cura annonæ, & terum ad animæ corporisque sustentationem necessariarum, tempore opportuno collectionis: docet hoc formica.

Secundò, commodæ & securæ habitationis præsidium comparandum: sit tibi specimen lepusculus.

Tertiò, concordia domesticorum & ciuium necessaria est, quæ sola dat incrementum, & conseruat iam parta: cerne locustarum examina.

Denique nisi manuum, hoc est, operum industria accedat; perit familia otiosa, ruit otio respublica: stelliones igitur hac in parte imitãdi. Ad hæc ergo singula suadenda, singulis istis adagiis vti poterimus: communis tamen vsus est, si dicendum, nihil adeò despicabile aut vile esse inter creaturas, quod nobis exemplo suo non præire queat ad veram sapientiam & ad animæ salutem; nimirum liber iste creaturarum nos vbique, in singulis suis apicibus, ad Deum mittit, excitat ad caritatem, dirigit ad vltimũ nostræ creationis finẽ.

Vsus communis adagij.

Videamus primum.

Formicæ, populus infirmus, qui præparat in messe cibum sibi.

Explicui suprà: paucula sunt addenda huic loco peculiaria: *formica* rectus est pluratiui numeri הנמלים *hannemalim*, vnde Hispan. *animallilo. Populus.*] mos sacræ Scripturæ loqui de bestiolis quasi homines forent, vt Ioel. 1. 18. notat post alios, Ribera. *Infirmus*, hoc est, non fortis, sed debilis viribus: vt indicẽt hoc Græci, vetusto adagio *formicam camelo* opponunt, *μύρμηξ ἡ κάμηλος*, quo vsus Lucianus in Saturnalibus: & alio, *formicæ sua bilis inest.* Nostrum adagium eleganter sic explicat Baynus. *In hac parte prudentiæ, quæ ad vitam necessaria comparantur, nemo se excusare potest, quasi corpore imbecilli, & minùs robusto: nemo enim formica minores habet vires, & tamen omnia vincit labor improbus, & in tempore susceptus: & vt æstas tempus est opportunum parandis his quæ victui sunt necessaria: sic præsens vita futuræ imaginem gerit, quod ad laborandum, & recondendum spectat, iuxta illud*, venit nox quando nemo potest operari. *In die igitur huius vitæ oportet operari cibum qui non perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem filius hominis dabit nobis.*]

Lucianus. Formicæ sua bilis inest. Baynus.

Sensus litteralis.

Anagogicus.

Ioan. 6.

Anastasius q. 46. in sacrã Scripturã exponit, *gentes per fidem in Christũ parãt sibi vitam æternam bene operãdo*: consentit Beda his verbis: *Ecclesia populus, vt fortitudinem mẽtis custodiat, infirmum se temporaliter aduersariis sæuientibus ostendit, Domino per Euangelium dicente*, Ego autem dico vobis non resistere malo: sed si quis te percusserit in dexteram maxillã, tu præbe illi & alteram. *Qui in hac vita præparat sibi fructus bonorum operum*

Allegoricus. Anastas.

Beda.

Matth. 5.

CC XX XIII.

operum, quibus vitam mercatur habere perennem.

Tropol. Galfrid.

Galfridus vult *formicas* hîc vocari, qui cum infirmis infirmantur, & bonis operibus in hac vita studeant prouidi pariter & operosi. Quibus dicitur, *Quicquid potest operari manus tua, constanter operare*, &c.

Dionysius Carthusianus

Dionysius Carthusianus per *formicam* vult significari *plebem humilem, de suis viribus non præsumentem, ac Domino dicentem Fortitudo mea, & laus mea Dominus: quæ sollicita est, ad cauendum periculum, ac prouida ad necessaria obtinendum. Immo in isto parat exilio vnde beatificetur in cœlesti palatio.*]

Iansen.

Iansenius; *significat item huius animalis exemplo, mentis magis industriâ, quàm corporis viribus, necessaria colligi posse: sicut formica non fortitudine, sed naturali prudentiâ sibi prospiciunt.*]

Bustam.

Denique lege si lubet Bustamantinum lib. 5. de reptilibus cap. 3. & 40.

ADIA 6 CCLXX XIII.

EX EODEM CAPIT. VERS. XXVI.

Lepusculus, plebs inualida, qui collocat in petra cubile suum.

Lepusculus, plebs inualida, qui collocat in petra cubile suum.

HEbraicè est שפנים *Schephannim*, quod plerique vertunt *cuniculos*, sic Pagnin. Arias, & alij. *Quidam* (ait Vatablus) *murem montanum esse putãt, & hîc quadrare videtur.* planè, vt radicis שפן *Seaphan*, sic etiam nominis huius ignota significatio est, nam Lxx. & D. Hieronym. non eodem semper modo verterunt: & licèt radix congrueret cum סבן *Saphan*, quæ interdũ scribitur per *Sin* lęuum, adhuc non amplius constaret, quàm ab abscondendo vocari. Latebras autem quæruntæquè lepus, cuniculus, erinacius, & chirogryllus; de quibus dubitatur. Quia Leuit. 11. 5. Lxx. & Hieronym. *chirogryllum* verterunt, & seq. v. 6. vbi *δασυποδα* illi, & noster *leporem*, Hebraicè est *Haarnebeth* הארנבת, qui eodem modo etiam distinguunt inter שפן & ארנבת *chirogryllum* & *leporem* Deutero. 14. 17. quibus etiam Chaldæus nihil lucis adfert. Rursus psal. 104. 18. *Schephanim, Petra refugium*, לשפנים noster & Hieronymus vertũt *erinaciis*; Lxx. λαγωοῖς, *leporibus*: quod Aqu. Symm. Theod. Quinta & Sexta editio χοιρογρυλλίοις, Chaldæus טפרוא *cuniculis*; hoc denique loco Lxx. χοιρογρύλλιοι, noster, *Lepusculus*, Chaldæus חגסי *Chagasei*, quod vicinum Germanico *Haſe*, id est, lepori.] Hæc quo ad versiones veterum. quid tractatores? hoc loco Romani notant Schol. Græca sic exponere; ἄδικον ἰχθύδιον, ἤτοι οἱ λαγωὶ, ἀκαλούμενοι ὄξυροι. *genus piscis aut cuniculi, aut qui vocantur œstri.* D. Basilius, Theodoret. Euthy. in d. psal. 103. minora & infirmiora animalcula significari volunt in genere. D. Augustinus simul exponit *ericios* & *lepores* d. psal. 103. conc. 3. sed Dauid vnum tantùm posuit. Cassiodorus, quid ericius seu herinacius sit, docet. quid multa? vnus Hieronymus tom. 3. epist. ad Sun. & Fretelam videtur rem propius attigisse his verbis; *Petra refugium herinaciis: Pro quo in Hebræo positum est Sephanim* שפנים *& omnes* χοιρογρυλλίους, *voce simili transtulerunt. Soli* Lxx. *lepores interpretati sunt*, τοῖς λαγωοῖς, *id est*, petra refugium est leporibus. *Sciendum est autem animal esse, non maius hericio, habens similitudinem muris & vrsi.*

D. Basil. Theodor. Euthy.

D. Augustin.

Cassiod.

Hieron.

Vnde & in Palæstinâ ἀγκλομυς dicitur: & magna est in istis regionibus huius generis abundãtia, sempérque in cauernis petrarum, & terræ foueis habitare consueuerunt.] ex his colligitur primò differre à *lepore* propriè dicto, nam in Leuit. & Deuteron. ab eo distinguitur. Secundò, non esse quoque *cuniculum* nostrum: nusquam enim noster sic vertit, cùm facilè potuisset, vt nec Lxx. nec D. Hieronymus. Tertiò, quãdo redditur *Erinaceus* in psal. 103. 18. hoc fit, quia noster vocem Græcam Lxx. interpretum expressit, & eos secutus, qui *Chirogryllium* idem cum *echino* seu *erinaceo* crediderunt: & fieri potest, vt etiam Hebræum nomen commune sit *echino & chirogryllio*. Hesychius χοιρογρύλλιον, ὁ ἐχῖνος. nempe terrestris, vt benè additum à Suida. D. Hieronymi verba hîc Beda transcripsit, & addit hoc loco quædam exemplaria pro lepusculo erinacium habere. ἄγκλομυς D. Hieronymi, est animalculum quod Belgæ *Spaens Konyn* vocant, caput vrsi habet & aures, nisi quòd glabræ sunt & tenues instar murium, quarum etiam (si commemini, nam vidi sæpiùs) caudam præfert, grunnitu medio inter murem & suem, vnde quibusdam *porcellus* dicitur; & inde autumo etymologiam ducendam, quasi dicas *porcellum grunnientem*. cetera corporis cuniculi sunt. quid mirum si in tanta membrorum varietate, modò ad vnum, modò ad aliud Lxx. & noster attenderunt? villi sunt ei loco spinarum, sed capite, magnitudine, grunnitu, latebrarum industriâ, similis est erinaceo. Quare cùm cuniculus, lepus, erinaceus, chirogryllius, sint immunda, exigua, debilia, & timida, & cauernis petrarum, aut foueis latere & cubilia ponere solita animalcula; sine vllo sententiæ detrimento Lxx. & noster sic diuersimodè vocem Hebræam *Schephannim* reddiderunt. Labitur autem memoriâ Oleaster in cap. 11. Leuit. putans in d. psal. 104. numerari inter aues. an quæso in eius patriâ *cerui* aut *ibices* sunt aues? Volucri pernicitate pollent, sed pedum, non pennarum, quibus carent. Recentiores Hebræi omnibus illis Sacræ Scripturæ locis volunt *cuniculos* significari. quod sequuntur Abulens. in Leuit. Pagnin. Caietan. Clarius, Mercer. Arias, & alij. potiùs assentior D. Hieronymo. Cur ergo hîc vertit *lepusculum*? puto, vniuersim accepit pro cuniculis, chirogryllis, erinaceis, & similibus, vt locum Dauidis interpretati sunt S. Basilius & alij Græci. XIV. Hesych. Suidas. Beda. Ἀγκλομυς. Abulẽsis, & alij.

Docemur adagio, securitatem omnem & spem nostram in Deo reponere: iuxta illud Bedæ; *Hic plebem Ecclesiæ designat, quæ inualida dicitur, vel quia suas iniurias vlcisci non quærit, vel quia suis viribus non fidere, sed in auxilio redemptionis suæ salutem sperare didicit. & hoc est, illam cubile in petra collocare: cuius præsidio aduersos vitet incursus, domino dicentẽ cum psalmista: Esto mihi in lapidem fortissimum, & in domum munitam, vt saluos me: quia petra mea & munitio tu es.*] Sensus adagij. Beda. Psal. 70.

Galfridus autem: *cubile sibi ponit lepusculus in petrâ apud eos, qui inualidi quidem, sed eiusdẽ inualiditudinis suæ non ignari, in fructibus pœnitentiæ custodiunt vias duras. Huic dicitur,* ingredere in petram, absconde in fossa humo. *Et*, beatus homo qui semper est pauidus: *qui omnia opera sua veretur, nec currere audet, nec in terrâ suauiter viuentium, vbi sapientia non habitat; nec in locis humentibus, vbi Leuiathan dormit: sed in petrâ ponit cubile suum.* II. Galfrid. III.

Dionysius Richelius: *Per lepusculum* Dionys. Richel.

C C. LXXXIV. *lũ exprimitur puſillus & imperfectus, qui in Chriſti vulneribus ſe abſcondit, ne tentationum iaculis vulneretur, & ne per impatientiam ſuccumbat in aduerſis. Iuxta illud Eſaiæ 2.* Ingredere in petram, abſcondere in foſſa humo. *Hinc ſponſus loquitur ſponſæ in Canticis*; Cantic. 2. Amica mea in foraminibus petræ, in cauernâ macceriæ.] Vide de hac petrâ commentar. noſtrum c. 2. ver. 14. & adde Caſſiod. ad d. pſ. 103.

Caſſiod.

IV. Anaſtaſ. Anaſtaſius prior hoc dixerat d. q. 46. *Echini gens non valida fecerunt in petrâ domos ſuas: Gentes in ſpirituali Chriſti petrâ ædificatæ ſunt, quæ facta eſt in caput anguli.*

V. Caſſianus Caſſianus collat. 10. cap. 10. *Quiſquis in ſimplicitate atque innocentiâ perſeuerans, nulli eſt noxius vel moleſtus, ſed ſuâ tantùm ſimplicitate contentus, ſolummodo ſe ab inſidiantium prædâ deſiderat contutari; velut erinacius ſpiritualis effectus, iugi Euangelica illius petræ velamine protegatur, id eſt,* Nempe, petra refugium erinaccis, pſ. 103. 18. *memoriâ Dominicæ paſſionis, prædictique verſiculi inceſſabili meditatione munitus, infeſtantis inimici declinet inſidias. De his ſpiritualibus erinaciis & in Prouerbiis ita dicitur: Et erinacij gens inualida, qui fecerunt in petris domos ſuas. Et reuerâ quid Chriſtiano inualidius,* &c.

VI. Iſychius. Iſychius presbyter lib. 2. in Leuit. cap. 41. pag. 58. de Iudæorum gente in malum exponit, citans hunc locum Salomonis, & illud Dauidis. *Vnum* (inquit) *velox eſt & timidum cum infirmitate, id eſt lepus: aliud autem debile, ſed rapax, & beſtiale, atque mortiferum dicunt, id eſt chirogryllus.* quorum vtrumque oſtendit Iudæis ineſſe. poſtea addit, leporem fortitudini, chirogryllum iuſtitiæ contrarium eſſe. Quæ Leuitici locis apta, non æquè ſunt pſalmiſtæ & Salomoni.

Idem dicendum de expoſitione Radulphi Flauiacenſis, qui in Leuit. lib. 7. cap. 1. *chirogryllum* dicit ſpinoſum & ericio ſimilem, & ideò ſignificare negotiorum ſæcularium occupationem immoderatam: *lepore* verò ſignificari timidos, qui docti res fidei, propter metum tamen, difficultates quæ fidem conſequuntur, ſubire recuſant. VII. Radulph. Flauiacenſis.

EX EODEM CAP. VERS. XXVII.

ADAG. C C. LXXXIV Locuſta regẽ non habet, & egreditur vniuerſa per turmas ſuas.

Regem locuſta non habet, & egreditur vniuerſa per turmas ſuas.

PArtis rebus ad vitam neceſſariis, & habitatione ſecurâ, reſtat vt concordiæ ſtudioſi ſimus. huius quantum ſit bonum, docet exemplo *locuſtæ.* Hebr. eſt *Melech ein Laarbeh vaietze chotzetz kullo* מלך אין לארבה ויצא חוצץ כלו in priore membro diſſenſio non eſt, quoad verſionem; in poſteriore, aliqua, Nam quidam vertunt, *& egredietur adunata omnis ipſa*, Pagnin. & alij. *& egredietur dimidians ipſum totum*, Arias. prior verſio confirmat noſtram, vt & Vatabli, & Clarij, & Caietani, & Bayni. quid ſibi poſterior velit, non intelligo. Chaldæus etiam, *congregantur omnes in vnum.* & LXX. ἀβασίλευτον ἐστιν ἡ ἀκρὶς, καὶ ἐκστρατεύει ἀφ' ἑνὸς πεπυσμένον ἐν τάξει. *ſine rege eſt locuſta, & pergit in acie ab vna iuſſione ordinatè.* pro ἐν τάξει, Symmachus, ὡς ψηφὶς πᾶσα, *tanquam calculus tota.* id eſt, numero diſpoſita tam diligenter, & ſeriatim quàm ſolent numerarij

In verſione diſſenſio in poſteriore membro.

Symmachus.

calculi in abaculo ordinari. Sensus semper idem, licèt metaphoræ sint diuersæ. Sunt hîc duæ voces discutiendæ, prior ארבה, posterior חוצץ.

Quod attinet ad priorem, sumendam puto generice, vt omnes locustarum species comprehendat: quas certè difficillimum est distinguere: conabor, quod & alij conati, dumtaxat illas, quæ in sacris litteris continentur, discriminare; qua in re nihil Bustamantinus lib. 5. cap. 8. suppetiarum adfert: & prudenter monuit R. Salomon in Leuit. Iudæos non nouisse ab inuicem discernere.

Bustamantinus.

R. Salomon.

Septẽ locustarum species.

Ponunt nonnulli septem locustarum species, quatuor mundarum, quibus vesci licuerit, *Arbeh, salhhã, chargol*, & *chagab*: tres immundarum *Gazam, Ialech*, & *chasil*: quarum ego nonnullas nihil ad locustam pertinere arbitror, quin & ipsa vix nomina intelligi. Nam quòd illi velut Cynorusam sequuntur Chaldaicas voces, non aliud est, quàm incerta incertioribus explicare. quòd duces sequuntur Hebræos racentiores, viderint, ne cæcus cæcum ducat, & ambo in foueam præcipites eant.

Arbeh.

Primum nomen est, quod hîc occurrit ארבה *Arbeh*, à radice רבה *Rabah*, *multiplicare*, volunt cum Dauid Kimchi super Ioelem, dictam à multitudine, eo quòd hæc locustarum species sit omnium copiosissima: vel quòd agminatim magnâ copiâ procedunt, iuxta Mercerium. habes Exod. 10. ver. 4. 13. 14. & 19. vbi semper Lxx. ἀκρίδα, Chaldæus גובא *Goba*. Leuit. 11. 22. vbi Hebr. & Chald. eadem sunt nomina primo loco, sed in Græco Lxx. & in Latino, primo loco ponitur *bruchus*, vltimo *locusta*; vt existimem, hunc olim ordinem in Hebræo contextu fuisse, ne putem Lxx. aut nostrum *bruchum* pro *locusta* vertisse; vel ordinem fontis inuertisse. Sic etiam vertunt Deutero. 28. 38. Iud. 6. 5. 7. 12. & Chald. ac noster Iob. 38. 20. quo loco Lxx. videntur longè aliter legisse. nam de *locustis* nihil planè habent; sed tantùm de armaturâ. nam psal. 47. 46. & 108. 23. & Prouerb. 30. 27. vbi Chaldæus קמצי *Kamisei*. & Ierem. 46. 23. vbi Chald. *Zachala* וחלא. Ioel. 1. 4. vbi Chald. *Goba*. Nahum. 3. 15. vbi Chaldæus, *Goba*. Lxx. transposuerunt verba, & vltimo loco βροῦχον, primo ἀκρίδα sine vllo sensus detrimento verterunt: vel sic in suis codicibus habuerunt. Sanè ver. 17. ἀκρίδα vertunt, vt & Chald. *Goba*. Ex quibus patet & nostrum & Lxx. constanter vertisse *locustam*, & ἀκρίδα; nusquam cum *brucho* confudisse, Chaldæum verò confudisse cum *Campe*, & cum *brucho*. Secundò dumtaxat Leuit. 11. 22. & Nahum. 3. 15. positum pro certâ specie; ceteris locis omnibus meliùs accipi pro toto genere huiusmodi insectorum. Græcum nomen ab eo ductum, quòd summitates frugum & arborum depascuntur; Latinum, vel quòd loca vrant, vel, vt vult etiam D. Isidorus, quòd longis pedibus & quasi hastatis sint, vnde & *hastagones* vocentur. Nullum verò locum reperio vbi vel Lxx. vel D. Hieronymus ἀττέλαβον, *Attelabon* vocent, nisi Nahum. 3. ver. 17. vbi secundùm Lxx. D. Hieronymus reddidit; *Quasi attelabus commixtus tuus, sicut locusta quæ*, &c. & in Scholio commentar. *Parua* (inquit) *genimina locustarum, quæ vocantur attelabi: sole incalescente auolant, nec reperiuntur*

Leuit. 11. 22.

Mercer.

Lxx. 28. 38. Iud. 6. 5. 7. 12. Iob. 38. 20.

Nahum. 3. 15.

Ἀκρίδα etymon.

Isidorus.

Hastagones.

Attelab.

D. Hier.

CC LXXXIV

riuntur, sic tu dispergeris & fugies. Natura enim hæc locustarum est, vt in frigore torpentes per calorem volitent: porrò attelabus, *quem significantiùs* commessorem *interpretatus est Aquila, parua locusta est, inter locustam & bruchum, & modicis pennis reptans potiùs quàm volans, & semper subsiliens, & ob hanc causam vbicunque orta fuerit, vsque ad pluuiorem cuncta consumis: quia donec crescant penna, abire non potest.*] hæc eadem non citato Hieronymo Rupertus habet in cap. 3. Nahum. Idem D. Hieronymus postea *bruchum* dicit paruum animal esse, quod se modicum à terra videatur eleuare. *Attelabum verò Græcè dici ὁ σύμμικτος, & Latinè transferri, commixtum.* postea addit; *porrò quod sequitur:* exiliuit attelabus & mixtitius tuus quasi locusta. *Mixtitium puto in hoc differre à brucho, quòd bruchus imperitæ multitudini, & innumerabili comparatur: mixtitius autem de cunctis gentibus, hinc inde collectis.*) & mox: *quòd bruchus nihil aliud faciat, nisi semper in terrâ sit, & absque alis cibo & ventri seruiat: attelabus autem saltem modicas assumat alas, & cùm in altum volare non possit, tamen de terrâ exilire nitatur, & tandem perueniens in locustam, volitat quidem, sed non est perpetuus volatus eius: deficientibus enim pennulis & contractis frigore etiam locusta confidet,* &c.) Hactenus D. Hieronymus: ex quo facilè liquet, differre bruchum à locustâ, quia semper alis careat: attelabum verò, quem etiam *mixtitium* vocat, esse locustam iuniorem & adhuc imperfectam. Præterea liquet D. Hieronymum apud Lxx. legisse; ver. 17. ἐξήλατο ὡς ἀττέλεβος, ὁ σύμμικτός σου, ὡς ἀκρὶς, sicut hodie habetur in editione Vaticana. Nam in Regiâ & Complutens. desunt ἐξήλατο ὡς ἀττέλεβος. sed legerunt etiam Theodoretus & Theophylactus. Plinius lib. 29. capite 5. *Locustarum minima sine pennis, quos attelabos vocant.* consentiunt Hesychius & Suidas, sed vocant ἀττέλεβον cum (ε) in penult. Denique fateor me non videre, quid in Hebræo correspondeat voci ἀττέλαβος, & puto Lxx. vocem *Minnezarim* מנזרים, quam possumus *coronatos*, hoc est, Principes, quibus defensio & custodia populi commendata est, solâ voce σύμμικτός σου, reddidisse, & ἀττέλαβος postea addidisse, pro eo quod sequitur, *pæruuli tui sunt locusta locustarum.*

Bruchus.

Bruchi à locusta diuersimen.

Attelabus mixtitius.

Theodor. Theophylac. Plinius.

Hesych. Suidas.

II. Gobal.

Secundum nomen est Syriacum *Gobai* גבאי Amos VII. vers. 1. vbi Lxx. vertunt ἀκρίδων, vsi nomine generico, quo illic & passim, vt dixi, solent vti Chaldæi Thargumæi; quam vocem deducunt quidam ab altitudine, alij à *Gabbeb, congregauit*; Nahum. 3. 17. *pæruuli tui*, *Chegob gobbai*, כגוב גובי nostet quasi *locusta locustarum*, hoc est, vt arbitror, plurima & maxima locustarum examina, vt exposuit R. Salomon. Nam Abenezra & Ionathan, & Kimchi per epithasim dictum volunt de *locustis* insigni magnitudine. Chaldæus de *vermibus locustarum*, *Zachalei gobbai* זחלאי גובי, hoc est, vt arbitror, ipsis attelabis. Isai. 33. 4. habes גבים *Gebim* vbi Lxx. ἀκρίδας, Chaldæ. *arma bellica*; noster *fossas* vertit, quod magis conuenit voci Hebrææ. nam pro locustis גובי potiùs Syriacum est. Monet Kimchi, etiam *dorsum*, quasi incuruum cõstis, sic vocari. fortassis inde Italorum *gobbo*, & nostrum *gibbo* inde deriuatum. Tertium est סלעם *Solhlam*, cùm semel tantùm contineatur in sacra

Vocis gibbo, etymon.

Solhham. Scriptura, nempe Leuit. 11. 22. vbi Moyses enumerat inter quadrupeda reptilia, quibus posteriora crura longiora, & iis saltitant super terram: quorum esus permittebatur. non est mirum si de significatione eius sit controuersia, vt & de radice quam nonnulli deducunt à *Sullam* סלם, quod *scalam* significat abs סלל *Salal*, *eleuauit*. quasi ע esset otiosum, quod verosimilius Mercerus. Marinus, & alij. est ad radicem pertinere, iuxta Mercerum & Marinum. R. Abraham & alij deducunt à *Selahh* סלע petrâ, quòd supra rupes & silices amet salire. Dauid Kimchi dicit esse genus locustarum capite oblongo, sine cauda, altum & gibbosum. Chaldæus (opinor à capitis magnitudine) vertit *Raschon* ,ראשון. qui *Scarabaum* putant, mihi quidem digni videntur cum illo pilulas vertere. Pagninus, & Clarius *attacum* vertêre: Vatablus Hebræum nomen retinuit, Lxx. ἀτταλὸν, D. Hieronym. *attacum*. fallitur itaque Bustamantinus lib. 5. de reptilib. in fine c. 8. cùm dicit Latinorum *Attacum*, Græcis vocari *Atelabon*. vtrunque Græcum est origine, vtrumque Latio donatum; sicut & *Attagen*, quem quòd cum Attaco confundit, auem carnosam, sapidam, pulchram, cum vili insecto; grauiùs labitur. *Attaci* non meminit Horatius, sed Attagenis Ionici. Epod. 2. grauiùs adhuc, cùm huc deducit illud Horatij ex 1. epist. lib. 2.

D. Hier. Bustamãtini error. Attacus.

—*floréſque perambulet Atta*
Fabula... Huic! an ex poëta Cõmico tam subitò mutatus in locustam? an verò Græcis idem ἀτταλὸς & ἀτέλαβος, dubito: quia d. ver. 17. Nahum 3. vb ex Lxx. D. Hieronym. *atelabum* posuit, ibi ex iisdem Hysychius vertit lib. 3. in Leuit. cap. 11. *emicuit sicut attacus commixtus tibi, sicut locusta quæ transcendit macerias.* Radulphus Flauiacensis in Leuit. lib. 8. cap. 3. *Athacus* (ita scribitur mendosè) *cuius sit natura nusquam adhuc legere memini.*] idem mihi visu venit, & suspectum est quod Liran. & Abulens. scribit; diuersos vnius speciei gradus esse: antequam incipiat volare, dici *bruchum*, postquam incipit volare, dici *atelabum*, siue *attacum*, cùm perfectè volat. dici *locustam*; Verùm hic non minùs distinguuntur à *locustâ*, *bruchus* & *attacus*, quàm *ophiomachus*. Præterea sufficiisset dicere locustam; nam quando nondum est animal adultum, etiam erit adhuc tenellum: sicut bos, sic vitulus; & sicut ouis, sic agnus.

Radulphus Flauiacensis. Diuersi vnius speciei gradus in locusta.

IV. Chargol.

Quartum est *Chargol* חרגל ibidem d. v. 22. vbi Chaldæus חרגולא *Chargola*, Lxx. vertunt ὀφιομάχλω, quod D. Hieronym. *ophiomachum*, vt & Pagnin. & Clarius: quasi dicat *serpentum impugnatorem*. Simon Ianſenius auem vel lacertam putat; meliùs Dauid Kimchi, Vatablus, & alij qui speciem locustæ. Plinius tamen lib. 11. cap. 29. cunctis locustis videtur tribuere; *serpentem* (ait) *cùm libuit, necant singulæ faucibus eius apprehensis mordicus*. Perperam Oleaster reprehendit Latinos, quòd in his nominibus secuti sint Græcos: nempe Lxx. cùm debuerint Hebræos sequi. Verùm quærat aliquis ab Oleastro, cùm inter Hebræos recentiores constet, quid *Solhham* & *Chargol* significent: an non fuerit maioris prudentiæ Lxx. illos Hebræos sequi? at illi crediderunt, his duabus vocibus *attacum*. & *ophiomachum* significari. visum idem Hieronymo, Deus bone, quanto peritiori linguæ Hebrææ, quàm recentio-

Simõ Ianſenius. Plinius. Oleaſter.

res.

LXX XXV. res isti recutiti! Sed de *Ophiomacho* pauca reperio. Hesychius; ὀφιομάχος, ἰχνεύμων καὶ ἀκρίδων γένος μὴ ἔχον πτερά. *Ophiomachus, ichneumon & locustarum genus, non habens alas.* eodem modo Suidas, ὀφιομάχος ἄδηλος ἀκρίδος μὴ ἔχον πτερά Confirmat mystica explicatio Isychij presbyteri d. lib. 3. in c. xi. Leuit. *Ophiomachi autem ab appellatione manifestatur & virtus; quem imitari bonum est, & intelligibilibus repugnare serpentibus: reminiscentes, quòd non sit nobis colluctatio* aduersùs carnem & sanguinem, sed aduersùs principes & potestates, aduersùs mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus. Eph. 6. *Hi sunt quippe intelligibiles serpentes, & venenati dracones.*] nec aliter capit Radulphus Abbas suprà.

Ophiomachos. Hesych. Suidas. Isychius presbyter. Mystica explicatio ophiomachi. Radulph. Abbas. V. Chagab.

Quintum est חגב; quod quinquies in sacra Scripturâ occurrit, hic, & Eccles. 12. ver. 15. vbi sordidè Abenezra *flaccidum pudendum* interpretatur: melius Kimchi *locustam*, vt significat hic, & Num. 13. 14. & Isai. 40. 22. & 2. Paral. 7. 13. D. Hieronymus in Eccles. dicit, ambiguum, & posse transferri ἀτίλεβος & *locusta*. Vnde patet hæc duo habuisse Hieronymum pro diuersis. Vatablus *cicadam* exponit: sequendus noster interpres. De mysticis locustæ sensibus consule quos citat noster Lorinus ad d. locum Salomonis.

Mystici de locusta sensus.

Sextum nomen est *Gazam* גזם dictum à *Gazaz* גזז *abscmere, detondere*; quòd fuges ac frondes penitus absumat, Ioel. 1. 4. *residuum eruca comedit locusta.* pro *eruca* est *haggazam.* vbi Chaldæus *zachala*, LXX. κάμπη, noster, *erucam.* & v. 25. eodem modo noster, & LXX. apud quos *eruca & rubigo* transposita sunt denique Amos 4. 9. Sic etiã Chald. LXX. & noster, vt non videatur mihi dubitandum de huius vocis significatione. Certè Chaldæa vox indicat esse ex reptilibus, & non ex saltitantibus, nam *zachal* est *repere* vel *serpere:* & *reptilia terræ* vertit noster Mich. 7. 17. *Chesochalec khherets.* Quare falli puto Mercerum, qui putat *bruchum* verti posse. falli probatur primò, quia Ioel 1. v. 4. perspicuè distinguuntur. II. quia bruchus licitè comedebatur, vt dictum Leuit. 11. 22. *Gazam* ex immundis est, quia reptile, & non saltatile. Ideo etiam falluntur, qui cicadam putant. Conueniunt autem Hieronym. & LXX. nam *campen* esse *erucam* censuit Theodorus Gaza, qui sic vertit. Græcam vocem Latini acceperunt. Columella,

Mercerus error. Hieron. Theodorus Gaza Columella.

Nec solùm teneras audent erodere frondes
Implicitus conchæ limax, hirsutáque campe.

& alibi docet eandem esse *campen* & *erucam.* Vocatur κάμπη παρὰ κάμπτειν, *flectere*, quoniam cùm repit, in arcum se incurvat, *eruca* verò ab erodendo, non tantùm brassicas & olera, ad quæ Kimchi & Liran. in 1. Ioel. restringunt; sed etiam frondes arborum, vt de oliuarum & ficuum frondibus significat Amos d. c. 4. v. 9. *oliueta & ficeta vestra comedit erucâ.* vites quoque. Plinius lib. 17. 24. de vitibus: *Sunt ex eadem causâ nascentes & eruca, dirum animal, erodúntque frondem, alia florem, oliuarum quoque, vt in Mileto, ac depastam arborem turpi facie relinquunt.* Verior ergo sententia Quinquarborei ad d. locũ Amos 4. dentibus etiam durioribus valere in arbores.

Campen etymó, & eruca. Plinius. Quinquarborei sententia.

Septimum est ילק *Ielleh*, à לקק *lambere*, quod allambẽdo deuorent, secundùm quosdam. Mercerus in

Ielleh. Mercerus.

Ioel

Ioël vult *Ielek* esse *erucam*. Chaldæus inconstans est, & aliquando vertit *Koreth* קורח *incidens*, aliquãdo *Zochala* (de quo paullo antè, & hoc videtur facere pro Mercero] aliquando *Kametza* קמצא, quod significat locustam agminatim procedentem, aliquando *Pircha* פרחא, motitantem seu discurrentem. Vnde Hebræi recẽtiores plerique cum Kimchi volunt esse genus locustæ turmatim volãs, & celerius ceteris, quod aculeo tanquam lingua vtitur in depascendis arborum foliis, & terræ frugibus, speciem crabronis habens, sed minoris quantitatis. volatile esse probant ex Nahum. 3. 16. *bruchus expansus est, & auolauit*, Heb. est ילק pro *brucho*, & *Iahhoph* עף pro *auolauit*, propter quem locum Rib. noster in Ioël. 1. concedit vt & Ioan. Ferdinandus lib. 2. thesauri, cap. 57. *bruchum* alatum esse. quod repugnat D. Hieronymo, Lirano, & Abulensi suprà citatis. Marinus in arcâ Noë, dicit esse *gryllum*: verùm gryllis nostris, qui gregales non sunt, nec turmatim incedunt, nec adeò noxios frugibus & arboribus docet experientia, non conueniunt, quæ apud Ioël. d. v. 4. & Nahum. d. c. 3. v. 15. dicuntur. Mihi ergo dicenda videntur duo: primò *Ielek* à nostro optimè verti *bruchum*, & à L. x x. βρούχον, vt psal. 104. iuxta nostros, ver. 34. vbi etiam *bruchum* retinent D. Hieronym. Iustinian. Caietan. Vatablus, Clarius, Pagninus, Montanus, Pratensis, Cãpensis, Flaminius. Cur igitur alibi mutant? Simus constantes cum veteribus, nec circumferamur omni aurâ Rabbinorũ. Ierem. 51. 14. & v. 27. L x x. genus pro specie, ἀκρίδων. Hieron. *bruchum*. Sed apud Ioëlem & Nahum locis quatuor semper Lxx. βρῦχος, noster *bruchus*. Græcè promiscuè inuenias, βρῦχος, βρῦχος, & βρύκω, & Hesychio definitur, χλωρὰ ἀκρὶς, *virens adhuc locusta*. Phauorino dicitur ἅτε ἀκρὶδος, & postea ἡ κάμπη, ἡ ἡ τεττιγὼς καὶ ἀκρὶς, παρὰ τὸ βρύειν. vel *campen esse, vel recèns natam & adhuc sine alis locustam, vocatam à liguriendo*. Cœlius lib. 3. antiq. lect. cap. 25. *locustas* scribit *rodentes fata, bruchos appellari, & attacos*.] Hesychius à Tarentinis vocari ἀτιλεβὸς, quod incertum. Dico secundò, *Bruchum* alis carere, cum D. Hieronymo, Phauorino, & aliis: & ad locum Nahũm d. v. 16. pro & *auolauit* L x x. vertere ὥρμησε, *impetum fecit*. & Chald. *Parcha* à radice פרח *Perah, auolare, cursitare, motitare*. Isychius exponit *exilire* & *emicare*. Secundùm hos ergo potest accipi de celeri motu, qualis est saltus bruchorum cuncta circumcirca deuastantium. Sanè vocis Hebrææ *Hhuph* עוף vsum non semper esse de alis, & pẽnarum volatu, patet, quia etiam hominibus tribuitur Iob. 11. 17. & psalmo 90. 10. Isai. 11. 14. & scintillis, Iob. 5. 7. & somnio, Iob. 20. 8. & libro Zach. 5. 1. & nubibus, Esai. 6. 8. & oculis Prou. 23. 5. capiendum itaque etiam hìc, sicut Latini, pernicem equum, aut cisium, aut hastam volare dicunt, quis tamen inde colligat hæc esse aligera, vel pennata? Mystici sensus Patrum, quæ de brucho & negato illi volatu dicta confirmant. B. Hieronymus; *dubitare non poteris multitudinem hominum quæ per latam viam pergens uersatur in mundo, bruchum dicere, cùm videris eos totos terræ deditos, sententia leuitate huc illùcque discurrere, & ad superiora volare non posse*.] Sic ille, in cap. 3. Nahum.: vbi recedit à D. Hieronymo Rupertus prima facie; *Bruchus* (inquit) *vermis est, volatilis quidem interdum, sed suo pondere pragrauatus*,

Bruchus alatus. Hieron. & alij.

Caiet & & alij.

Bruchus.

Bruchi etymon.

Cœlius.

Hesych.

Bruchus alis carẽs.

Mystici sensus de brucho & negato illi volatu.

B. Hieron.

Rupert.

CCLX XXIV.

uatus, quia pennullis non satis iuuatur, detrahitur, & lasso in terram cadit volatu.]tribuit tamen conatum potiùs quàm volatum, hoc est, saltitationem, & pennulas inidoneas, quæ pro non pennis. addit postea tales esse mundi huius proletarios, qui nulli rei alteri vacant, quàm liberis procreandis. Isychius d.lib. 3. exponit de illis qui ratione muneris, vel conditionis humanæ, cum peccatoribus, hac mundi hyeme, qua caritas multorum refrixit, versari coguntur; illæsi tamen & immaculati, se inde eripiunt. Radulphus verò d.lib.8. *Bruchus* (inquit) *quem lex nobis ad exemplum proponit, quum sit modicæ quantitatis & fusci coloris, eorum nobis prætendit speciem, qui in religionis habitu constituti, si temporalibus subleuentur honoribus, nec mentis deserunt humilitatem, nec habitu sui mutant deformitatem.* videtur agere de Episcopis ex monachali ordine assumptis, habitum ordinis retinentibus. Sed omnium, vt solet in tropologiis, optimè S. Gregorius libro 33. Moralium c.27.totum locum Ioëlis explicans, de quatuor illis insectis, de quibus omnibus agimus hoc adag. differuit, quæ non pigebit exscribere, vt lector ea cordi inscribat suo. in hunc modum scribit: *Quid per erucam quæ toto corpore in terra repit, nisi luxuria designatur, quæ cor quod tenet, ita pollut, vt in superioris munditia surgere amorem non possit? Quid per locustam, quæ saltibus euolat, nisi inanis gloria exprimitur, quæ se vanis præsumptionibus exaltat? Quid per bruchum, cuius ferè totum corpus in ventrem colligitur, nisi edendi ingluuies figuratur? Quid per rubiginem, quæ dum tangit, incendit, nisi ira inuitur?* &c.

Isychius.

Radulph

S. Gregor

Chasil. Octauum nomen est חסיל *chasil*, videtur deduci à *chasal*, Deuteron. 28. 38. *absumere, deuastare:* inde nomen istud, pestis frugum, dictum, quòd omnia deuoret, & nihil reliquum relinquat. Cõuenit hoc tam ipsi vitio frugum, tum vermiculo, qui in hic vitiatis frugibus nascitur. hæc causa cur & noster aliquando *bruchum*, vt Isai. 33. 4. quo loco LXX. videntur aliter legisse: LXX. verò βρῦχον 2. Paralip. 6. 38. & 3. Reg.8.37. quanquam vtroque loco videtur ordo in Hebræo commutatus: potes enim accommodando illa nostrę versioni, dicere, nostrum, vtroque loco *aruginem*, & LXX. ἐρυσίβην vertisse: sicut etiam Psalm. nobis 77. vers. 46. vbi Hieronymus *bruchum*, noster *aruginem*: Ioelis denique 1.4.& 2.25.noster *rubiginem*, & LXX. ἐρυσίβην. Chaldæus aliquando *zachela*, de quo iam dictum: aliquando *schomota* vertit: de cuius vocis origine varia reperio: sed omnia conciliari possunt de vno & eodem genere locustæ, quę *schamota* dicatur, quia longa & subtilis (iuxta Aruch & Mercerum.) II. quòd terram incultam & sine fruge relinquat: sicut anno septimo remissionis in Iudæa relinquebatur, qui annus *Schemitetha* vocatur in Leuitico: III. quia raptorum more omnia diripiat, & vastet, & desolet, nam *desolatio* dicitur *Schemitetha* in Targ. Ierem. & raptor *maschmot* in Aruch, & Targ Esther, vel quòd exilire, & se vibrare, & quasi præcipitare saltu solita, Targ. Deut. 20. שמט *schemat*, *exilire*, in 4. Reg. 9. est *præcipitare*: in Syriaco testamento, Matth. 26. est *stringere* seu vibrare de gladio, vt docet Guido Fabricius in docto & laborioso suo dictionario Syrochaldaico. Vtuntur autem voce tum pro insecto huiusmodi, tum pro vitio promiscuè, quia primo effectu conueniunt: nam sicut rubigo quicquid fructus est aut frugis, absumit, sic &

bruchus (ita vocemus cum Hieronymo & Lxx.) nihil quod esui vel vsui sit relinquit: secundò, quia vt plurimùm simul oriuntur, & ex eàdem causa roris à sole calefacti; & ideo multi censent rubiginem esse ipsum vermem, qui roré corruptum sequitur. S. Hieronymus in Osee c. 5. ita scribit: *Pro eo quod nos diximus* deuorabit eos mensis, Lxx. *rubiginem transtulerunt; cùm vtique* rubigo, *id est,* ἐρυσίβη, חסיל, *appelletur, vt ipsi quoque dixerunt, in propheta Ioël,* חסיל 1. 4. reliquias bruchi comedet rubigo, *id est,* חסיל, *mensis autem* חרש *dicitur, denique,* &c. item postea; *rubigo autem propriè descendere dicitur in rore nocturno, ac lactantia in spicis frumenta maculare colore minij vel sinopidis.*] dicta ergo à colore rubro, חרש vnde & *rubellio* vocatur. Glossar. *rubellio* ἐρυσίβη. idem, *rubigo ὡς πάχνη γίνεται ὥστινες* ἐρυσίβην *καλοῦσιν, fit instar pruinæ quam nonnulli vocant* ἐρυσίβην. Idem Hieronymus; *rubigo noxium rorem sequitur, qui cùm in folia depluit, sole superueniente animatur, & viuit, variéque plantis nocet.*] de qua Virgil. 1. Georg.

Rubellio. Hieron. Virgil.

Mox & frumentis labor additus, vt mala culmos
Esset rubigo . . . . . quo loco quid sibi velit Pseudo Seruius, aliis cogitandum relinquo. nam non intelligo. confundit enim vlcus cum satyriasi. Plinius lib. 18. cap. 17. *cœleste frugum vinearúmque malum, nullo minùs noxium, est rubigo: frequentissima hæc in roscido tractu, consuallibúsque, ac perflatum non habentibus.* confirmat Theophrastus libro 4. de causis plantar. capite 15. subdit Plinius, *Rubigo quidem maxima segetum pestis, lauri ramis in aruo defixis, transit in eorum folia ex aruis.*] huic malo pellendo Romani præfuisse Robigum Numen censebant, cui Robigalia dicata, vt ex Festo notat Paulus Longobardus: huic vitio nomen etiam est *arugo,* (à colore, & mordacitate opinor) certe idem esse docet Ruellius lib. 2. cap. 16. Aliud vitium segetum est *aurugo,* de qua Amos 4. 9. & Aggæi 2. 18. nam separantur 2. Paralip. 6. 28. vt fortè *aurugo* & *arugo* differant, sicut Græcis ἐρυσίβη & ἐρυσίβη apud Hesychium. Sanè D. Hieronymus in d. locum Amos v. 9. testatur Hebræis diuersa esse nomina שדפון & ירקון. nam *Schiddaphon* esse *ventum vrentem*, Lxx. vertere, πύρωσιν, *combustionem*, Aquil. Symmach. Theodotion. ἀνεμοφθορίαν, *aeris corruptionem: Ierakon* verò, id est, *aurugnem*, vt vocant Celsus & Apuleius, Lxx. Aqu. & Symmach. transtulisse ἴκτερον, *colorem ictericorum*; Theodotionem ὠχρίασιν, *pallorem*, seu lutorem. nam qui hoc morbo laborant, & ipsi luridi sunt, & quæcumque vident, lutea putant, etiamsi nó sint, teste Varrone; vnde & *arquati* dicti, vide Nonium in *arquatus*. Glossar. *aurugo*, ἴκτερος, *aurugínosus* ἰκτερικός. Igitur *aurugine* fit culmus pallidior, vergens in virorem; (vt indicat radix Hebr. ירק *arugine* fit rubicundior & vergit ac desinit in nigrorem. Si quis tamen cum Riberâ nostro in Amos, & plerisque, malit segetum *aurugnem* & *arugnem*, idem esse, necesse est vt ad d. locum Paralip. d. v. 28. respondeat, & Hebr. voces ירקון & חסיל pro synonymis sumat. Hæc de hisce morbis segetum & pestibus frugum, quæ dicerem, habui: nec addam aliud, nisi, quod moribus & vitæ formandæ perutile: D. Hieronymum in d. locum Amos diuinè planè primò ex veterum, deinde ex suâ sententiâ commentari, & docere, quomodo hæc quatuor, eruca, locusta, bruchus & rubigo, animas nostras soleant infestare. Postquam de

Paulus Longobardus. Ruellius. Aurugo. Hesych. שדפון Ventus vrens. ירקון Aurugo. ἴκτερις. Arquatus. Erugo. Ribera.

Plinius. Theoph. Robigus Numen. Robigal.

CC LXXXV. Animi quatuor passiones.

de quatuor animi passionibus doctissime disseruit, ostendit veteres, erucam tristitiæ, locustam gaudio, bruchum timori, æruginem desiderio comparasse, & ideo monuisse, *Cauendum ne ægritudo, quasi* eruca *nos comedat:* ne locusta *vastet in gaudio, huc illucq; volitans, & gestiente lætitia per diuersa se iactans: ne* bruchus *id est pauor & futurorum metus, radices sapientiæ deuoret, ne* rubigo, *& desiderium futurorum, res inutiles concupiscat, & nos perferat ad ruinam. Sed vt in omnibus quatuor quadrigas, & quatuor cornua, & quatuor equos rufos, & varios, & albos, & nigros, id est, vel aduersa vel prospera, vel ex vtroque sociata frenis sapientiæ gubernemus.* Mox ex sua sententiâ: *Ego reor erucam esse, incipientem in animo passionem, quæ tarda est, & discurrere non potest, & mora ipsa, & pertinacia ebibit, & exugit omnem virorem; quam si non occiderimus, in nobis crescit, & auolat, & nunc deuorat quidquid attigerit, nunc semesa relinquens pergit ad alia, reuertensque ad pristinam sedem, bruchus efficitur, vt non solùm fruges, & folia, & cortices, sed & ipsam medullam deuoret tarditate. Sin autem euenerit, quod tamen rarum est, vt, etiam post bruchum, vitalis quidpiam in nobis spiritus resideat, cuncta rubigo populatur, ita vt stipulam, & vile fœnum verrat in nigredinem, vt non solùm esui, sed & fimo inutilia sint,* &c. Quàm diram sequi famem necesse est? Sed occurrit diuina prouidentia volucrem creans, quæ hæc mala genimina locustarum solita deuorare. *Seleucis* vocatur, data ad remedium malorum, quæ locusta consueuit inferre; cui volucri creator inexplebilem dedit vorandi naturam, vt insatiabili pastu locustarum perniciem possit exstinguere. sunt auctores D. Ambrosius Hexaem. lib. 5. c. 23. vocant ὄρτυγα ἀκρι-

Ægritudo eruca. Gaudium est locusta. Metus est bruchus. Desidertú est rubigo.

Eruca. Locusta. Bruchus. Rubigo. Seleucis deuoratrix locustarum. D. Ambr.

δοφάγον, Hesychius & Phauorinus. quam cur *mergum* verterit Eustathius lib. 8. Hexameri, non satis assequor. melius B. Ambrosius Græcum nomen retinuit, vt & Plinius libro 10. cap. 27. *Seleucides aues vocantur, quarum aduentum ab Ione precibus impetrant Cyprii montis incolæ, fruges eorum locustis vastantibus. Nec vnde veniant, quóve abeant, compertum, nunquam conspectis, nisi cùm præsidio earum indigetur.*] D. Basilius homil. 8. ἐις τὸν ἑξαήμ. sic scribit; ὥσπερ ἡ φιλανθρωπία ἐφίστησι, ἴαμα τῆς πλησμονῆς (nempe locustarum) ἀπέραντον ἔχουσα τοῦ ἐδέσματος τὴν δύναμιν, τὸ φιλανθρώπου θεὸς ἀπέρριψεν αὐτῇ τὴν φύσιν ἐπ' ἀνεργασίᾳ τῶν ἀνθρώπων κατασκευάσας. & *Vt Seleucis auis eam insequatur, remedium plagæ, edendi sine fine vorandique facultatem obtinens, insatiabilem naturam ab hominum amicissima Dei bonitate sortita:* pestis tantæ perimendæ gratiâ. Nam priùs earum exercitum & ordinem Basilius descripserat, his verbis, satis indicans, à nullo rege, sicut apes, sed à solius Dei nutu pendere: ὥσπερ σεισθεὶς τὰς φοβερὰς ταύτας στρατιὰς τῆς ἀκρίδος διηγήσομαι, ἡνίκα ἐπὶ σωθήματι πᾶσα ἀρθεῖσα καὶ στρατοπεδευσαμένη κατὰ τὸ πλάτος τῆς χώρας, ὃ πρότερον ἔπεται τῶν καρπῶν, τοῦτον ὑπολωβᾶται ὀυτῇ τὸ θεῖον πρόσταγμα, *Quo pacto tibi militiæ exercitusque locustæ terribiles enarrauero, quæ velut agmine facto, sub vna tessera, in sublime vniuersa simul elata, castris toto latè positis agro, non antea sanè fructus deprehenditur, quàm ipsi fuerit id à Deo concessum, atque mandatum?*]

Hoc nimirum ait Salomon nostro prouerbio; *Regem locusta non habet, & egreditur vniuersa per turmas suas.* nos monens, vt annonâ & habitatione partâ, cum proximis pacẽ & amicitiam colamus, amoris & caritatis vinculo colligati; quod si

Hesych. Phauorin. Eustath.

Plinius. Seleucides aues.

D. Basil.

Prouerb. iij vlus.

bitumen desit, nulla societas, nulla respub. vel coalescet, vel conseruabitur. *concordia res parua crescunt, discordia maxima & validissima dissipantur.* Quid locustis, si singulas sumas, infirmius? passerculus vel lacertula deuorat. coniunctas nullis ferè viribus humanis, nulla industria aut arte superabiles experimur. Ab his oppidum in Africa deletum Plinius narrat lib. 8. cap. 29. Sæpè rerum dominos Romanos inopiæ metu ad Sibyllina oracula confugere coëgerunt. In Cyrenaicâ ter in anno bellum illis indicitur, & geritur. In Syria militari imperio, & exercitibus delere conantur. Vix aliud remedium, quàm cùm gregatim sublatæ vento in maria aut stagna decidunt, ait Plinius lib. 11. cap. 29. Sed fallitur, addens *hoc fortè casúque euenire.* Qui creauit Deus, necat, qui immisit, dimittit. habes Exod 10. vers. 13. & 19.

Oppidum in Africa per locustas deletum. Plin.

Locustarũ infestationes.

Contra illis bella & remedia.

Secundò docemur Deum ductorem sequi, & omnia eius agere imperio, nec quidquam aggredi sine illius nutu.

Mysticus sensus.

De mystico sensu, & vsu prouerbij, cui lubebit legere, ex patribus multa Pererius suppeditauit in d. capite 10. Exod. disputat. 2. ex Origene in Exod. Augustino sermone 67. de temp. significari *locustis* delatores seu detractores, & falsos testes ex Ruperto lib. 1. in Exod. cap. 39. hæreticos ex B. Gregorio lib. 31. moralium cap. 39. in malum primò significari Iudæos; secundò; linguas adulatorum: in bonum verò primò, Gentilitatem: secundò, Christum resurgentem: tertiò, Sanctos diuini verbi prædicatores. illic habes singulorum verba, illic lege.

Pererius & alij.

Cape præterea ex aliis. Anastasius Nicenus distinct. quæst. 46. *Regem non habebant Gentes, in eas enim regnum obtinebat peccatum: nunc autem cùm Deo crediderunt, cœlestem militant militiam.*) potes hoc facilè ad quemuis peccatorem accommodare.

Anastas. Nicenus.

Beda primo loco confirmat hoc de Gentilibus: secundò verò ad religiosos eremicolas transfert. *Potest in locusta anachoretarum concors vnitas accipi: quæ cùm homine præceptore nullo in suis latibulis regatur, infatigabili tamen instantiâ, in suis quaque locis* CHRISTO *militare, & malè pullulantia carnalium voluptatum germina consueuit absumere.*]

Beda.

Quod elegantiùs adhuc Galfridus prosequitur: *locustæ nomen hoc loco si simpliciter intelligatur sine antiphrasi; stabilitatem in congregatione commendat, & illorum arguit leuitatem, qui ad negotia seu studia secularia curiosè vagantur. Si per antiphrasin, illos notat, qui præsentia & terrena amant, ac si manentem haberent in hoc sæculo ciuitatem. Denique turbas cauet locusta, & egreditur vniuersa per turmas, vt castrorum acies ordinata. Vbi illud magis mirabile, quòd cùm regem non habeat, tamen sine rege in grege suo permanens militia seruat legem: & quidem necesse est, vt præeant alij, alij sequantur: & quàm necessaria est in congregatione prælatio, tam noxia est in prælatione elatio. Sanè per turmas egrediuntur, qui in exterioribus obseruantiis socialiter & communiter ambulant. nam in studiis spiritualibus ingrediuntur quodammodo singulariter, prout mensuram fidei vnicuique diuidit Deus.*]

Galfrid.

Sic ille.

EX

ADAG. CC LXXXV. Stellio manibus nititur, & moratur in ædibus regis.

EX EODEM CAP. VER. XXVIII.

Stellio manibus nititur, & moratur in ædibus regum.

HEbraica sunt ; שממית בידים תחפש והי בהיכלי מלך *semamith beiadim tetaphes vehi behechalei melech.* Lxx. καὶ καλαβώτης χερσὶν ἐρείδομεν & ἀεὶ ἰνάλατ & ἐν κατοικίαις ὀχυρώμασι βασιλέων, *& calabotes manibus innitens, & captu facilis, habitat in munitionibus regum.* Parui momenti hîc est quod pro *nititur*, Theodot. verterit ἐπαμβαινόμενος, *capiens, tractans.* Idem cum Aqu. & Symmacho, vt noster, ἐν ναοῖς, *in ædibus*: Lxx. de suo addiderunt claritatis causâ, *captu facilis.* præcipua pugna est de voce *seemmith*, quam triplici genere animalis redditam inuenio. Quidam vertunt *aranearum*, sic Chaldæus, qui, *veaekemtha demsakechah* ואקמתא דמסככה *& aranea manibus tegumenta facit*, vt recentiores transferunt. Nescio tamen cur non de stellione latebrâ sibi manu componente capere liceat. Nam אקם *akim*, statuit, posuit, placuit *aranea*, siue *araneus*, Vatablo, Clario, Marino, post R. Leui & alios veteres Hebræos, R. Ionah *hirundinem* exposuit, sed hæc dicitur potiùs סנונית *senunith*. deinde hirundines & aranæ frequentiores sunt in domibus pauperum, quàm Principum : iuxta facetum apologum de aranea & podagrâ, quo nihil tritius.

Vatablus & alij.

Alij *simiam* vertunt, cum Rabnis, Abenezrâ, Himmanuele, & Kimchi. Sic visum Pagnino, Caietano, Bayno, Iansenio. Mouentur quadam vicinia nominis cum Simiâ, & vulgari Belgico *Simme*. Item quia Simia in deliciis habetur propter malitiam, dolos, & humanarum actionum imitationem, & in palatiis versatur velut vnus aulicorum, licèt vinctus : cibos manu vtraque capit, & manu sicut homo vtitur. animal inuidum & fraudulentum, ideo Cercopas mortalium maximè periuros, in Simias mutatos fingunt poetæ. Naso 14. Metamorph.

Abenezra & alij.

Simia.

Simias quid malè commendet.

Cercopes cur in simias mutati finguntur.

Quippe Deûm genitor fraudem & periuria quondam
Cercopum exosus gentisque admissa dolosæ,
In deforme viros animal mutauit, vt iidem
Dissimiles homini possent similésque videri;
Membráque contraxit, narésque à fronte remissas
Contendit, &c.

Auctoris sententia.

Suspicatus aliquando fui, reuerà hic Simiam indicari, & stellionem Hebræis aliud nomen habere. Leuit. 11. 30. tamen à nostro hoc loco ipsam simiam vocari *stellionem* propter malitiosam fraudulentiam, sicut homines *stelliones* vocantur apud Iurisconsultos. Verba Vlpiani sunt ; *quod in priuatis iudiciis est de dolo actio, hoc in criminibus stellionatus persecutio.* & paullo ante, *Stellionatum obiici posse his, qui aliquid dolo fecerint.* L. 2. D. stellionatus. Gloss. *Stellionatus.* ἐπίθεσις, κακουργία, ἢ χλεύη, *stellionator*, impostor, ἐπίβουλος. Lampridio crimen hoc *stellatura* dicitur, vocabulo militari. Venus in Apuleij Milesia Cupidinem vocat *stellionem*, quasi pusillum corpore, sed lubricum & fraudulentum : itaque omnis fraudulentus metaphoricè, *stellio* : vt indicat Plinius lib. 30. c. 10. Postquam remedia tunicæ eius, quam vt anguis exuit,

Stellionatus qui dicantur.

Stellionatus.

Stellionator.

CCL LXXV.

in medium protulit, *opera pretium est* (inquit) *scire quomodo præripiatur, cùm exuitur membrana hyberna, aliàs deuoranti eam. Quo nullum animal fraudulentius inuidere homini tradunt. Inde stellionum nomen aiunt in maledictum translatum.*] Sed de hoc plura statim.

Stellionũ nomen in maledictũ translatũ.

De Græco nomine non satis etiam expedita res. Nam libri Regij & Complutenses continent καλαμῶτες. atque exponunt, *genus piscis*, an quòd in arundinetis degat? *calamites* ranæ genus mihi non ignotum; piscem alium hoc nomine non noui nisi *ranam*, vt vulgus Italorum *pece cantante* vocat, pro pisce. Sed nec ranæ, nec pisci conuenit regum munitio, multóque minùs χερσὶν ἐρεισθόμενον. Mitte piscem, possis de stellione aliquid quod concinat. Tradit Plinius stratagemate arundineo decipi & mactari stelliones: an ideo καλαμῶτες? verba Plinij sunt d. cap. 10. *Quidam & ipsum arundine exenteratum, inueteratúmque bibendum dedere. & postea; obseruant cubile eius æstatibus. Est autem in locis ostiorum fenestrarúmque aut cauernis sepulchrisve: ibi vere incipiente, fissis arundinibus textas opponunt casas, quarum angustiis etiam gaudet, eo facilius exuens circumdatum torporem. Sed eo derelicto non potest remeare.* alioqui Hesychius, καλαμῶται ἰχθύες, *genus piscis.* Eustathio καλαμωτὸν, *septum ex arundinibus.*

Καλαμῶτες.

Stelliones quo stratagemate decipi dicantur.

Hesych. Καλαμῶται. Eustath. Καλαμωτὸν.

Aldina editio & Vaticana exhibet καλαβῶτες. nota vox, Hesychius, καλαβὰς, καλαβώτης. & καλαβώτης ἰχθὺς ποιὸς καὶ σαῦρος, (piscis quidam & lacerta.) Posterius hoc loco conuenit. Lacertæ namque similis corpore, licèt ab ea separetur: *Leuit. 11. vers. 30. stellio & lacerta, & talpa.* Vbi Hebraicè pro *stellione* quid positum non constat mihi. Nam subodoror ordinis turbationem, vt in multis aliis locis: quidam volunt esse הכח *hakach* à radice בוח, alij verò *letaah* לטאה. Chaldæus hos posteriores sequitur, vt & Pagninus, & Oleaster, qui fatetur hoc incertum esse: idem asserit in Arca Noë Marinus, addens propter aliquod Cabalæ secretum scribi eum magno ל. Græcè L x x. verterunt vt est in Complutens. & Regiis bibliis ἀσκαλαβώτης: vt est in Aldinis, & Vaticanis καλαβῶτης. sed vtrumque nomen conuenit. ἀσκαλαβώτης nititur auctoritate Aristotelis lib. 9. de hist. animal. Plinius etiam scribit Græcè *coloten* vocari, & *ascaloboten*, & *galeoten*. & esse dissimilem iis qui in Italiâ reperiuntur: lege lib. 30. cap. 5. Hesychius, ἀσκάλαβος, γαλεὸς, ἀσκαλαβώτης καὶ ἀνθὶς. Plus Suidas: ἀσκαλαβώτης, ὁ γαλεώτης. ἐν καὶ καλαβώτην λέγεται. addit *galeotin* à Menandro vocari, & animalculum esse lacertæ simile, domus parietes perreptans, ζωύφιον ἐοικὸς σαύρᾳ οἰ τοῖς τοίχοις τῶν οἰκημάτων ἀνέρπον. Phauorinus videtur velle proprium nomen esse ἀκαλαβῶτες, & σ per pleonasmum inseri, sed scholiastes Nicandri in Theriac. docet Atticismum esse: Nicander ἀσκαλαβον vocat. Isychius Presbyter lib. 3. in Leuit. *Stellio*, id est, ἀσκαλαβώτης, *nimis quidem parvulus, vel miserrimus, venenosus tamen est.*] Nobis sufficiat ex Hesychio etiam dici καλαβώτην: & fortè hinc depravatum in Plinio coloten, ex abbreviatâ scripturâ. Præterea quomodocumque legas, Lxx. cum nostro interprete hic consentire, qui vertit hoc loco Salomonis *stellionem.*

Plinius. Colotes. Ascalabotes. Galeotes. Hesych.

Phauorinus.

Nicander. Isychius. Presbyter.

Equidem aranea, hirundine, fimia relictis, hunc tuetur cum nostra versione

Authoris sententia.

versione & Patribus omnibus. Tam vile, inquis, animal, & nulli vsui? video hîc vilia & noxia quoque nominari: & maior hominum fœditas, atque stupor, qui ne ab his quidem sumunt. Stellio nos docet neminem adeò contemptibilem esse, qui si se aliquâ re commodum & vtilem præbeat, non possit quouis loco consistere. Sed quæ in stellione commoditas? quidam dicunt macularum splendore oculos intuentium oblectare: fortè dicendũ ob remedia quæ contra morbum comitialem præbet, & contra morsus scorpionum, quæ præstat, sini solitum in domibus: vel potiùs nõ hoc insinuari à Salomone, sed potiùs animari homines tenuis conditionis, vt manu sibi & industria parent aditum ad regum palatia. Sed confirmemus hæc testimoniis veterum. Duo *stellionum* genera sũt: vnum transmarinum olim, nunc frequens in Italiâ, de genere araneorum, vulgò *Tarantulam* appellant, frequens Italiæ, de quo Plinius lib. 30. cap. 18. hic frequentior in agris, quàm in domibus. fortassis de hoc locuti, qui *araneam* hîc interpretantur: vocatur etiam stellio, quia lentiginosus est, & maculis distinctus. Ego non arbitror huius hîc mentionem fieri; sed alterius generis: qui lacertis annumeratur, & fortassis Hispanorum *salmanquesa* est, de quo Aristoteles lib. 8. de Historiâ animalium egit, & Ælianus lib. de natu. animal. 3. & Plinius locis citatis, & medici quos citat prolixè Bustamantinus lib. 5. de reptilibus cap. 6. vbi etiam Nicandri versus citat, sed Latinè tantùm; dabo Græcè:

Stellionis contra morbum comitialẽ & contra morsus scorpionũ remedia.

Duo stellionum genera. Tarantula, Plinius.

Aristotel.

Ælianus.

Bustam. Nicander.

ἔνθα καὶ ὀυτιδανὸς παρ' ἀπειχθέα βήσσατ' ἔασιν
ἀσκαλάβωτὸν μέν τ' ἐρέω φάτις εὐτεκ' ἀχάιη
Δημήτηρ ἐβλαψεν, ὅθ' ἅψεα σίνατο παιδὸς
Καλλίχορον περὶ φρεῖθρα δι' ὃ Κελεοῖο Θεράπνας
ἀρχάιη Μετάνειρα θεὴν δέδεκτο πυρίφρων.

Illic etiam vani & innisi morsus sunt Ascalabi, quem fama est à mœrente Cerere læsum, quando compages pueri soluit iuxta puteum Callichorum, cum Celei aptis ad hospitandũ locis illã Dia Metaneira hospitio excepit. addit Scholiastes, puerum Metaneiræ filium Abantem vocatum. Abas. Quæ duo nomina sunt pro luce Ouidij notanda, Metamorph. 5. de Cerere, Ouidio lux.

. . . . . *contectam stramine vidit*
Fortè casam: paruásque fores pulsauit. at inde
Prodit anus: dinámque videt, lymphámque roganti
Dulce dedit, tosta quod coxerat antè polentâ.
Dum bibit illa datum, duri puer oris & audax
Constitit ante Deam, risitq́, auidámque vocauit.
Offensa est. Neque adhuc epotâ parte, loquentem
Cum liquido mista perfudit diua polentâ.
Combibit os maculas, & quæ modo brachia gessit
Crura gerit, cauda est mutatis addita membris:
Inq́ breuem formam, ne sit vis magna nocendi,
Contrahitur, paruáque minor mensura lacerta est.
Mirantem flentémque, & tangere monstra pauentem
Fugit anum, latebrásque petit: aptumq́ colori
Nomen habet, variis stellatus corpora guttis.

Verior hæc & receptior etymologia quàm

XXX. Verior etymologia.

quàm alia Verrij, quòd virus ſtillet cibo Verum hoc quidem: ſed vix lethale. Stuporem tantùm inducit, teſte Plinio. Sed illud magis quòd ſcorpiones ſolùm viſo eo metu obtorpeſcant, vt idem ſcripſit. An ergo Hebræis non potiùs à *ſchamam* cum *ſchin*, *quàm* à *ſamam* cùm *ſin* deducatur? Nam illud *obſtupeſcere*, illud *afflare* ſignificat. Hebræi quoque hoc animalculum connumerant inter quinque, quæ cùm ſint imbecillia, perterrefaciunt fortia, quemadmodum hoc animalculum, inquiũt, ſcorpium perterrefacit. Ita Mercerus, qui tamen ſequitur Kimchium cum *ſin* ſcribentem. Sed nunc myſtica huius animalis proponamus. Nam hoc Salomoni hoc loco propoſitum fuiſſe docet Origenes lib. 4. contra Celſum.

Scorpionum viſo ſtellione metus.

Mercerus.

Origenes.

Nouatianus Tropologicè, epiſt. de cibis Iudaicis cap. 3. exponit *prædam de aliena morte quærentes.*] vtinam non tot in aulis Principum maculoſi ſtelliones.

Myſtici de hoc animali ſenſus.

II. Anaſtaſi.

Anaſtaſius d. 4. 46. accommodatitio ſenſu exponit, *latro in manuum extenſione*, IESV CHRISTI *cruce nitens, habitat in paradiſo, trium regum munito palatio, Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.*]

III. D. Greg.

Anagogiam tropologię miſcent D. Gregorius lib. 6. Moral. c. 5. de ſimplicibus & parum ingenioſis, ſed amore Dei præditis, & quæ ab eo præcipi intellexerint, ea ſedulò facientibus, exponit, hoc modo ſcribens; *vnde bene per Salomonẽ dicitur*; ſtellio manibus nititur, & moratur in ædibus regis. *Plerumque enim aues, quas ad volatum penna ſubleuat, in vepribus reſident; & ſtellio, qui ad volatum pennas non habet, nitens manibus, regis ædificium tenet: quia nimirum ſæpe ingenioſi quique, dũ negligentia torpent, in praxis actionibus remanent: & ſimplices, quos ingenij penna non adiuuat, ad obtinenda æterni regni mœnia virtus operationis leuat. ſtellio ergo dum manibus nititur, in regis ædibus moratur; quia illo ſimplex per intentionem recti operis peruenit, quò ingenioſus minime aſcendit.* Sic B. Gregorius, à quo id mutuatus venerabilis Beda: *regis domum* intelligentes de regno cœleſti: addit Beda etiam de ſacra ſcriptura, quod à Salonio accepit ſecundùm tropologiam. B. Salonij verba proponam. quia vſum alium indicant adagij.

Beda.

IV. Salonius.

V. *Quare poſuit Salomon exemplum ſtellionis dicens*; ſtellio nititur manibus, & commoratur in ædibus regis? V. *vt pigros & ingenio tardos ad operandum & benedicendum prouocaret.* V. *quod genus animalis eſt ſtellio?* S. *genus lacertæ valde pigrum, & colore vario: vnde nomen accepit ſtellio, quia quaſi ſtellis (id eſt, guttis) diſtinctus & variatus eſt.* V. *quid ergo ſignificat ſtellio?* S. *Illos ſignificat, qui tardo ſunt ingenio, & tamen quotidiano ſtudio, & diligentia, manibus æternam aulam conſcendunt, hoc eſt, quamuis cum magno labore, ad notitiam ſacrarum ſcripturarum perueniunt, & penetrare valent ſecreta cæleſtium myſteriorũ. de talibus ſcriptum eſt in Euãgelio:* Qui habet, & dabitur ei, & abũdabit: *quoniam qui habuerit ſtudiũ legendi, dabitur ei facultas intelligendi:*

Matth. 13

V. Galfrid.

Abbas Galfridus aliã init viã, & vſque ad anagogẽ cõſurgit de ſtellione iſta diſſerens: *A ſtella ſtellio nomen accepit, quod natiua quadam pictura decoris, velut aureis guttis, rutilans illuſtretur: ſic in viris religione conſpicuis ipſa quoque exterior conuerſatio, tanquam pellicula ſtellionis, diuerſarum ſignis eſt inſignita virtutum, aurea quædam pro loco & tempore experimenta fidei præferens & exempla. Nec alij pedes, alię manus ſtellionis: ſicut in viris virtutis affectus & actus idem ſunt*

&

CC LXXXVI.

& in nullo diuersi ipsis nituntur, & ad Deum in cœlum leuant corda cum manibus, non sublimitate quamlibet perspicacis ingenij, vel solius studio lectionis, sed exercitatione institia.]

Stellionis nomen partim in bonum, partim in malum. Stellio fraudis & inuidiæ symbolum. Alciatus.

Videtis, patres partim in bonum, partim in malum vertere sermonem de stellione; in bonum, qui hunc locum Salomonis adspiciunt; in malum, qui ad locum Leuitici XI. attendunt, vt & illi qui stellionem, fraudis & inuidiæ Symbolum statuunt. Sic Alciatus Emblemate XLIX.

Parua lacerta atris stellatus corpora guttis
Stellio, qui latebras & cana busta colit,
Inuidiæ, prauique doli fert symbola pictus.

Stellio impudentiæ signum.

Idem putat impudentiæ signum esse lib. 1. Parerg: cap. 46. Sed deceptus errore; quo inductus etymo, confudit *noctuam* cum *lacerta*, putans ἀσκάλαφον esse *stellionem*, dictū quasi sit ἄσπαλος ἀφῆς, *asperum cute.*

Aschalab. Alcalaph.

De Ascalabo fabulam ex Nicandro dedi. de Ascalapho Naso in Metam. hic à Cerere, ille à filia Ceteris fingitur transformatus. Non obseruatum hoc discrimen Sanctio Brocensi, neque Claudio Minoi Alciati emblematum interpretibus, quare eodem errore deuiarunt.

Sanctius Brocensis. Claudius Minos.

ADAG. CC LXXXVI. Leo fortissimus bestiarū, ad nullius pauebit incursum. Sensus, a dagiorum quatuor.

EX EODEM CAPITE. VERS. XXX.

SEquuntur apud Salomonem quatuor adagia, quæ de rebus fœlicibus, florentibus, & inexpugnabilibus, posse vsurpari palā est, quamcumque sequaris interpretationem. sunt autem iuxta veram explicationē ista quatuor, *Leo, gallus, aries*, & *Rex*, cui nemo potest resistere.

Adagial. tom. 2.

Leo fortissimus bestiarum ad nullius pauebit incursum.

Leo fortitudinis Symbolū.

Leo fortitudinis & magnanimitatis semper Symbolum fuit, & omnium terror dictus: ideo superbi Agamemnonis clypeo depictum Leonis caput, cum versu,

Depictum in Agamemnonis clypeo eius caput.

ὅτ' ἐπὶ μὲν φόβος ἐχ̣ι βροτῶν, ἐπὶ δ' ἔχεν Ἀγαμέμνων.

Hic quidem terror est hominum, illum verò gerit Agamemnon.

Hieroglyphum iconis. Pausan. Orus Apollo.

refert Pausanias ἐλιακ. lib. 1. & inter Hieroglypha Ægyptiorum id fuisse docet Orus Apollo, *Terrorem (inquit) significantes, leonis caput pingunt: quoniam hoc fortissimum animal, omnibus aspicientibus formidinem incutit.*] Cur additur *ad nullius pauere incursum?* nónne aliquando leo fugit, & metuit? Breuiter post Aristotelem & Plinium Solinus cap. 30. *Animos leonum frons & cauda indicant: sicut motus equini de auribus intelliguntur. dedit enim has duas notas generosissimo cuique natura. vis summa in pectore est, firmitas in capite præcipua. cùm premuntur à canibus, contemptim recedunt, subsistentésque interdum, ancipiti recessu dissimulant timorem: idque agunt, si in campis patentibus, ac nudis vrgeantur. nam siluestribus locis, quasi testem ignauiæ non reformident, quantâ possunt se fugâ subtrahunt. & postea: septi à venatoribus, obtutu terram contuentur: quominùs conspectis venabulis terreantur. cantus gallinaceorum, & rotarum timent strepitus, sed ignem magis.*] Fortassis tamen hæc non tam metuunt, quàm occulta quadam antipathia noxam persentiscunt. Nec vllum canem metuunt, nec vllum hominem, nec feram; sed cedunt multitudini cui se vident impares. prudentiæ hoc, non timoris est. Cur timeat cunctis feris formi-

Aristi. Plin. Leonum natura.

Prudentia leonis, nō timor.

midinem naturali quadam vi incutiens: de qua Oppianus lib. 3. Cynegeticorum, securitatem animi leonini describens:

οὐδ' ὕπνον μυχάτοισιν ἔχει παρὰ τέρμασι πέτρης,
ἀφραδὲς ὑπνώων ὄφρ', ὀλοφρονέοντα θυμὸν ἐλίσσων.
οὐδὲ δ' ἐνὶ λέχησιν ὑπάρχων ἐσπερίην νύξ.
ἔκλυον ἄν ποτε κεῖνο λεοντοκόμων ἀϊόντων,
δεξιτερῷ ὑπὸ χεῖρα φέρειν ἄθρονα λέοντα
νάρκα θοὴν, τῇ πάντα λύειν ἀπὸ γυῖα θηρῶν.

Brandolinus. quæ sic Brandolinus reddit:

Neque somnum vltimis capit in speluncis saxorum,
Palam verò dormit animi præstantiâ fretus:
Dormit autem vbi oppresserit prapotens vespertina nox.
Audiui rursum etiam illud ex præfectis leonum cura iuuenibus,
Dextrâ sub manu ferre violentum leonem
Torporem celerem, eo omnia soluere genua ferarum,

soluere non somno, sed pauido stupore. Quoad sensum non discrepant Lxx. vertentes; καὶ μόνος λέων θυρεοφόρος κτηνῶν, ὃς οὐκ ἀποτρέπεται, οὐδὲ καταπλήσσεται κτλ. Catulus leonis. *catulus leonis fortior bestiis, qui non auertitur, neque horret bestiam.* nam *catulus leonis* significat robustum & iuuentâ vegetum leonem, vt docui comment. ad Iacobi prophetiam. & dixerunt non horrere *bestiam*, vt intelligamus illud nostrum & Hebræi contextûs *cuiusquam occursum*, ad bestias pertinere. nam ab homine Leontocomo domari & cicurari leones, & virgam timere constat. Sic ergo etiam capienda versio Aquilæ, Symm. & Theod. ἀπὸ προσώπου παντὸς *à facie cuiusquam.*

Nunc subdendæ Patrum interpretationes de hoc loco: quæ partim Tropologicæ sunt, partim allegoricæ, & propheticæ. Sequamur antiquitatis ordinem. nam quisque vestrum facilè distinguet hos duos sensus. Patrũ interpretationes tropologicæ Propheticæ.

D. Nazianzenus non quidem explicat, sed expresse hæc quatuor, pro quaternario vno rerum subsistãtia differentium, agnoscit, citans secundùm Lxx. orat. 37. quæ est de spiritu sancto, τέλα ἐν τοῖς παροιμίαις ἐξῆν, ἃ σὺν ὁδῷ πορεύεται, λέων, καὶ τράγος, καὶ ἀλεκτρυών, καὶ βασιλεὺς δημηγορῶν ἐν ἔθνει, τὸ τέταρτον, ἵνα μὴ λέγω τὰς ἄλλας ἐκεῖ τετράδας ἀριθμουμένας, τῇ δὲ φύσει διηρημένας. Billius: *Tria in Prouerbiis sunt quæ rectè incedunt, leo, hircus, & gallus: & quarto loco rex apud populares suos concionem habens. Lubet enim reliquas illas natura distinctas quaternitates, quæ illic recensentur, silentio præterire.*] transponit quidem gallum & hircum, sed tamen quartum exprimit ipsum regem; & vult integram quaternitatem hîc, sicut in præcedentibus exhiberi, quod notandum pro iis quæ posteà differemus §. 290. D. Nazianzenus. Billius.

D. Augustinus lib. 12. contra Faustum cap. 42. docet euidentissimè in Iacobi prophetiâ, Genes. 49. *catulum Leonis Iuda* prophetatũ de CHRISTO, & vult idem confirmatum à Salomone hoc loco prophetante: *Catulus* (inquit) *in cuius laude alibi scriptum est*: Catulus leonis fortior iumentis, *hoc est, etiam parmulus fortior maioribus.*] Sic D. Augustin. & eodem planè modo Anastasius Nicenus d.q. 46. Augustin. Catulus Leonis Iuda. Prou. 30. Anastas.

S. Gregorius lib. 30. Moral. cap. 5. *Ipse hoc loco leo ponitur, de quo scriptum est,* Vicit leo de tribu Iudã. *qui* fortissimus bestiarum *dicitur, quia in illo hoc* quod infirmum est Dei, fortius est hominibus. Qui ad nullius Gregorius Magnus. Apoc. 5.

lius pauet occursum. *dicit enim*: Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam.] sic etiam Beda; & gloss. interlinearis, & Salonius hoc loco in Dialogo.

Ioan. 14. Beda. Rupertus.

Sic etiam Rupertus de operibus Spiritus sancti cap. 2. ita loquitur: Leo fortissimus bestiarum, *Deus est fortissimus spirituum, Deus inquam & homo* CHRISTVS, *de quo verissimè dictum est*, ad nullius pauebit occursum. *Ipse enim dixit cùm ex potestate, & non ex debita necessitate poneret animam suam*: venit enim Princeps mundi, & in me non habet quicquam. *Sed & ante hoc de eodem sibi occursuro nihil pauescens, dixerat*, Nunc iudicium est mundi, eiicietur foras.] idem cap. 3. Leo, qui & agnus, *prædicta sessorem atque agitatorem bestiæ diabolum moriendo inuasit atque ligauit, secundùm quod Ioannes in Apocalypsi dicit*, &c.]

Ioan. 14

Salonius:

Salonius clarissimè his verbis Veranium suum docet. V. *Quem significat iste leo?* S. *Dominum scilicet* IESVM CHRISTVM, *qui fortissimus bestiarum dicitur*, quia quod infirmum est Dei, fortius est hominibus. V. *quod est* illud infirmum Dei? S. *infirmum fuit Dei nostræ mortalitatis carnem assumere: sed hoc fortius est hominibus, quia ipse homo, natus ex virgine, perfectus exstitit Deus.* V. *Quare iste Leo ad nullius pauet occursum?* S. *quia* peccatum non fecit, nec est inuentus dolus in ore eius. *Vnde ipse dicit in Euangelio*; Ecce venit Princeps mundi, & in me non inuenit quicquam.]

1. Pet. 2.

R. Salomō Iarrius perfidus interpres S. Scripturæ.

R. Salomon Iarrius Iudæus peruicacissimus, & perfidiosus planè in sacræ Scripturæ expositione, cùm videret, his verbis Salomonis prophetiam clarissimam de CHRISTO contineri, aliud sibi propheticum aliquid excogitauit, quo prius illud eluderet. finxit itaque contineri vaticinium de quatuor Monarchiis, de quibus sub statuæ figura Daniel cap. 2. & sub bestiarum figu risidem cap. 7. & 8. egerat: *Leone* significari monarchiam Chaldæorum; *gallo*, Persarum atque Medorum; *ariete*, Græcorum; quarto illo Rege, Romanorum. Quod secutus fuit Liranus, nimiùm huic Rabbino tribuere solitus. Hanc sententiam Caiet. adhuc fortiùs probat, quàm Liranus: Assyriorum quidē regnum figurari per *leonem*. quia Ierem. cap. 4. de Nabuchodonosor dixit, *ascendit leo de cubili*, &c. & hunc benè incessisse humiliādo Reges, & regna, & à nullius facie fugisse, vsque ad regnum Persarum, figuratum per *canem leporarium agilem* (sic enim ipse cum Hebræis vertit) quoniam Cyrus, à cane nomen sortitus, Rex Persarum, accinctus armis quasi venator regnū Assyriorum cepit. Et quia vtroque longè superior fuit Rex Græcorum Alexander Magnus, ideo cum exclamatione tertiū introduci, *ô hirce*; testante Daniel. c. 8. per *hircum* significari Regem *hircorum*. Monarchiam denique Romanorū describi cùm additur (vt ipse vertit) *& regem non leuare cum eo*. quia Roma vsque adeò impatiens regis fuit, vt nec Iulio Cæsari regium titulum appetenti consenserit. Monarchiā ergo sine Rege describi Romanam, & de eadem dici subiuncta omnia in hoc capitulo, per modum apostrophes, quam explicationem dicit esse litteralem, & laboriosè hoc vsque ad calcem capitis conatur continuata serie verborum ostendere. Quis Iudæorum tam diligenter hunc locum nobis eripiat? Sed quæ adfert frigida sunt.

Quatuor monarchiarum fictū vaticinium.

Liran. Caiet. adhærentes huic sententiæ.

Cyrus à cane nomen sortitus.

Regni Assyriorū inuasio Alexāder Magnus hirco præfiguratus.

Per hircū rex hircorum significatus.

Romani regis nomen ferre non valentes.

Si Daniel eandem prophetiam voluit explicare, & non nouam proponere, cur non iisdem vsus est animalibus? sic melius intelligeremus

eum esse metaphrastem huius Prophetiæ Salomonis. Si nouam prophetiam voluit contexere, vel nouam quoad materiam, & tunc ista non esset de quatuor monarchiis: vel nouam tantùm quoad modum visionis, vt idem aliter significatum fuerit. hoc puto istos velle: sed hoc à mente Patrum Orthodoxorum alienum est, vt quoad hunc locum vidistis; & quoad Danielis prophetiam patet, quia omnes Patres (quod sciam) monarchiarum hanc distinctionem, vt primitùs à Daniele prædictam, accipiunt. Præterea illud incommodi est in hac Iudaicâ explicatione; quòd partim accommodat dicta ipsis monarchis, partim ipsis monarchiis: quòd hìc non quatuor bestiæ, sed vnus homo & tres bestiæ ponantur, ipsi tamen monarchiæ, seu populo Romano, aptiùs adderetur bestiæ nomen, quia quando sine vno capite, bellua multorum capitum fuit; & si monarchia, certè ab vno capite. nam nomen *monarchiæ*, à reipub. imperio distinguitur. quid ergo ad rẽ odium illud regis? Tertiò, quæ subsequuntur, non minùs conueniunt aliis monarchiis quàm Romanæ: si conueniunt Romanæ. Denique versio illa Caietani, & Rabbinorum, potiùs est veritatis corruptela, & inuersio, vt quoad singula ostẽdetur, quia versioni authenticæ, hoc est, nostræ repugnant. De cane verò & Cyri nomine non credo. Persarum & Medorum linguæ iuxtà mecum ignarus fuit Caietanus; verisimile est illud ex Hebræo aut Chaldæo profluxisse. vtrisque כורש *chores* lõgè aliud: nam si à כור *cor* deductum esset, *regioni præfectum* vel *fornacarium* significaret: si à כרש Chald. *kereseh*, à *legumine* vel *pisce* nomẽ duceretur: at si ab Hebræo, *ventricosum*. Tamen Plutarchus tradidit in Artaxerxe Persas Solem vocare κύρον, & ideo primum Persarum regem à sole hoc nomen accepisse. Vereor ne κῦρον & κύνα Caietan. confuderit: si errore, ignoscendum linguarum imperito; si audaciâ, certè non est ἀκουστικόν. Scio à cane nutritum, ex Luciano l. de sacrificiis, Ælian. l. 12. de var. histor. & Iustino lib. 1. & l. 44. sed ideo Cyrum vocatum scribi, nullus legi: non apud Herodotum, nec apud Diodorum, nec apud Iustinum, nec apud Xenophontem, qui Cyri res complexi. Aliud fefellit illos, quod Caietanum: stella fortè, quæ nobis Græcâ voce *Sirius*, σείριος, quæ & κύων & προκύων, *Canicula* & *Anticanis* vocatur: sed quid σείριος, *Sirio*, commune cum Κύρος, *Cyro*? An quòd Herodotus libro 1. scripsit Cyrum educatum à muliere, quæ Σπακὼ, *Spaco* dicta, & Spaco Medis idem quod κύων Græcis? Trogus addit hoc mulieri nomen postea impositum, quæ in nutriendo Cyro cani successisset. Herodotus, τὴν γὰρ κύνα καλέουσι σπάκα μῆδοι. Iustinus lib. 1. *Nutrici Spacon postea nomen fuit, quia canem Persæ sic vocant.* Verumtamen siue priùs, siue posteriùs hoc nomen accepit, quid commune inter Persicum SPACVM & CYRVM? Spacus dici debuisset. Nam Persas tum à Græco κύων, Cyri nomẽ confinxisse, Ctesia fabulatore dignum cõmentũ foret. Verisimiliùs, qui Cyrum à flumine Cyro, prope cuius ripã expositus fuerat, vocatum censent: sed flumẽ à Sole priùs nominatum. Sat multa de Cyro, ne temerè propter Caiet. auctoritatem, quis assentiatur.

Incommodum in Iudaica explicatione.

Cyri nominis etymon.

Plutarch.

Sol κῦρος dictus apud Persas.

Caietani error.

Sirius.

Cyri nutrix Spaco.

Trogus.

Herodot. Iustinus.

Ctesias fabulator.

Cyri etymõ magis verisimile.

Cyrus flumen.

Autoris sententia.

Ratum maneat, de CHRISTO potiùs quàm de Monarchiis. Venio ad morales explicationes. Dionys. Richelius: *Spiritualiter per leonem accipitur, regalis seu imperialis potestas: vel*

Morales expositiones.

Dion. Richel.

CC LXXXVI

vel quicunque dono atque virtute fortitudinis decoratus. Hoc secundum meritò recentioribus placuit.

Baynus. Baynus: *in leone quis dubitet fortitudinem indicatam, quæ omnia huius mundi, siue aduersa, siue prospera, contemnit, nihil timens, neque ab instituto cursu deflectens, quidquid euenerit, vt est hæc mortalis vita pluribus incommodis obnoxia.*] sic etiam Ianseníus. Nam ambo referunt ista quatuor ad virtutes præcipuas, quibus huius vitæ cursus optimè & fœliciſſimè peragitur.

Ianseníus.

Isid. Clar. Isidorus Clarius ad speciales principum virtutes respicit; *putant per hæc* (tria) *animalia significari Principem. Leo non fœuit, nisi irritatus: sic Princeps non debet exercere arma vel iram, nisi cùm sit opus:*] nempe iuxta illud,

Parcere subiectis, & debellare superbos.

addit Ianseníus & benè; indulgentem subditis esse debere, neminem tamen pauidè verentem, iuxta illud; *Noli quærere fieri iudex nisi valeas irrumpere iniquitates, ne forte extimescas faciem potentis. Eccles. 7. v. 6.*

Adagij adaptatio. Porrò siue de specialibus Principi, siue de communibus cuique virtutibus capias; facillimè CHRISTO Domino adaptabis, & exemplum ab eo mutuaberis.

ADAG. CC LXXXVII Gallus succinctus lumbos.

EX CAP. EODEM. VER. XXXI.

Gallus succinctus lumbos.

LXX. ἀλέκτωρ ἐμπαιγμαλῶν θηλέαις εὐψυχῶν: *Gallus conseendens fœminas alacer.* vel vt Complutens. & Reg. εὐψύχως, *clementer.* Aquila & Theod. pro *lumbos succinctus*, habent *dorso, νῶτα.* Symmach. sicut noster, nisi quòd in singulari *lumbii.* omnes autem in gallo consentiunt. Hebraicè est: זרזיר מתנים *zarzir mathnaim*, quod Pagninus vertit, *lælaps accinctus lumbos.* alij *sturnum*, alij *pardum*, alij *leopardum*, alij plerique *venaticum* seu *leporarium canem* vertunt, qui quo lumbis succinctiores, hoc sunt meliores. Abenezra coniicit apem: vel aquilæ vel api sic diuinant. reuerà cùm nesciatur significatio, vno enim loco tantùm reperitur, & certior radix *zeraz* זרז *accingere*; ideóque R. Dauid dicat significare bestiam cuius robur in lumbis situm: tutius fuerit cũ LXX. & Aqu. & Theod. & Symm. & nostro accipere de gallo gallinaceo, quàm de venatico cane, vel pardo: quæ sunt recentiorum coniectanea. Non obstat quod obiicit Pagnin. hìc agi de animalibus, non de auibus: agitur potiùs de vtrisque: sicut etiam in aliis quaternariis varia miscentur. Non obstat secundò quod Marinus ait vocem Chaldæam significare *canem venaticum.* hoc est principij petitio. nam Chaldæis (vt notat Boderianus) זרז *zeras* est *accingere, instruere, expedire*, vnde teste Eliâ *zariz* opponitur homini timido & pusillanimi. hinc זרוז *zarzar* in Beres Rab. c. 76. videtur capi pro *cane leporario*, sed זרזיר *zarzir* in Aruch capitur pro genere auis quam nonnulli *picam*, alij *sturnum*: sed LXX. gallum esse censuerunt. Sanè Chaldaici Thargũ auctor Ioseph hoc loco Salomonis exponit *gallum succinctum inter gallinas*: nam sic *akkaba* אכבא exponit Montanus: sed vt scias nihil certi esse recentioribus istis, alij etiam hìc *leporarium canem* intelligunt. an ambo vocabula significent *leporarium canem*? an alterum tantùm? si alterum tantùm, quodnam? *zarzir*? at illud aiunt respondere voci אכבא *akkaba*? Sed hanc plerique censent de *gallo* dici.

Tutior interpretatio.

Pagnini obiectio.

Marini.

Zeras.

Si vtramque quæro, quo pacto probent? non enim est verisimile tot cani esse nomina; qui propriè *celeb* כלב & quomodo igitur Chaldæus hìc *leporarium* ponit inter gallinas? Nam *tarengol* תרנגול ex Iob. 38.36. *gallinaceum* significare constat. Si obiicias gallum vocari דוכיפות *dociphoth*; respondeo non nostrum, sed syluestrem, vel *vpupam*. Sanè Gallinacei in sacra Scriptura sunt varia nomina, hìc quidem vocatur *zarzir* iuxta veteres omnes & Chaldæum. Isa. 22.17. metaphoricè *geber, vir*, nam Lxx. ibi propriam; D. Hieronymus metaphoricam significationem amplexus, vt intelligamus cõparationẽ ibi latitantẽ. Iob verò d. c. 37 v. 36. vocat שכוי *secui* (à radice שכה pictum, insignitum, variegatum esse) quod nostri exponit *gallum*, vt & Chaldæus *tarengol*, quod licèt quidã exponãt *gallum syluestrẽ*, locus tamen & sententia postulat simpliciter verti *gallũ*, vt fecit Arias Montanus: additur enim, *intelligentiam vt laudaret Dominum suũ*. quę laus nõ cadit in *gallũ syluestrẽ*, auẽ stupidã, & nulli vsui, nisi esui: sed nostri domestici gallinacei hæc laus propria, maxime si capias pro effectu. idẽ R. Moses citat ex Thargũ Hierosolymitano; *quis dedit gallo intelligentiam, vt mediâ nocte surgere doceret hominẽ ad laudandũ Deum?* quia videlicet illũ vt ære cãpano excitat & ad preces citat. Sed optimè Plinius, qui simul & Iobo & Salomoni lucẽ clarã, illi de hac intelligẽtia; Salomoni, de animositate, pugnacitate & imperio. quæ ad Iobũ spectãt, petes à nostro Pineda docto cõmentario, potes addere, quæ dixi cõment in Thyest. ad v. 799. itẽ Sanciũ Brocensem, & Claudium Minoem ad Alciati emblema 15. quæ ad Salomonem nũc dabo. Plinius lib. 10. cap. 21. *Imperitant suo generi, & regnum in quacumque sunt domo, exercẽt: Dimicatione quoque paritur hoc inter ipsos, velut ideo tela agnata cruribus suis intelligentes: nec finis, sæpè commorientibus. Quòd si palma contingit, statim in victoria canunt, seque ipsi principes testantur. Victus occultatur silens, agrèque seruitium patitur. Et plebs tamen æquè superba graditur ardua cervice, crista celsa: cælumque sola volucrũ aspicit; in sublime quoque caudam falcatam erigens. Itaque terrori sunt etiã leonibus ferarũ generosissimis*, & c. Mihi dum hæc lego cristatam volucrẽ & ad prælium accinctam atque imperij causa pro subditis dimicaturam ferri præcipitem in duellum, videor aspicere. Dedit adagium, vt victus, sic & victor. Ille quidem pauore. refert ex veteri comœdia Plutarchus; ἔπτηξε ἀλέκτωρ ὡς κλύσας ἀετόν. *Trepidat vt gallus alam submittẽs.* Victor apud Senecam, *Gallus in suo sterquilinio.* Denique pugnãns, illud animosæ aggressionis, ἀλεκτρύων ἐπήπδᾳ. *Gallus insilit.* nisi malis referre ad id quod innuit hoc loco versio Græca. Canis certè non superbiã incedit, quanta noster Oscen. De leonum terrore subscribit Alexander Aphrodisæus lib. 1. problema. Sed cur id fiat, quæstionem inexplicabilem censet. Pythagorei ex eo id esse volunt, quia inter solaria gallus superiorem ordinem obtineat quàm leo: cáque ratione scribit Procus Apollinem cùm aliquãdo in Leonis formâ apparuisset, statim obiecto illi gallo disparuisse. Scilicet fictitius ille Leo, veri naturam imbiberat. Lucretius lib. 4. concinit atomis Democriti,

Quinetiam gallum noctem explaudentibus alis
Auroram clarâ consuetum voce vocare,
Nemo queunt rapidi contra constare leones;

Inque

Isai. 22. 17.

Gallinorũ gallinaceorum imperiũ.

Plutarch.

Adagium de Gallo gallinaceo.

Gallus intelligẽtia.

De Leonis terrore ad galli cantũ.

Plinius.

Proclus Apollo in Leonis.

Pineda.

Formã assumpta viso gallo fugatus.

Sancius Brocensis. Claudius Minos.

Lucretius.

CCIX. XXVIII.

Inque tueri: ita continuò meminere fugai.
Nimirum, quia sunt gallorum in corpore quædam
Semina, quæ, cùm sunt oculis immissa leonum,
Pupillas interfodiunt, acrémque dolorem
Præbent, vt nequeant contra durare feroces.

Nugamẽta. Nugamenta mera. qualitas aliqua occulta est, ex antipathia nota; quæ autem? nescio. Hoc est quod sciri non posse voluit Alexander Aphrodisæus. Sufficiant hæc de pugnaci & animoso Martis satellite, qualia in molosso sunt nullo. Præterea memorantur quatuor, quæ gregi præsunt, & præcedunt: quod à leporariis quoque alienum. Gallus sic incedens, graditur expeditè, & quasi lumbos succinctus Quod non pertinet ad continentiam, vt in Euangelio, sic nec Lęlapi conueniret, qui gallo nõ est continẽtior; sed ad robur eius, quod in lumbis situm, & ad promptitudinem, qua præditus, ad grauem incessum, ad strenuam pro grege pugnam, ad non segnem operam quærendorum liberorum. Propter hoc vltimum Lxx. ἐμπειρίπατῶν δηλάσας ἴνυχας. Meliùs tamen noster ad gradum & pugnam respexit. ducta enim est metaphora inde, quòd Palæstini & Iudæi, quando se comparabant ad iter aliquod faciendum, longas quibus vtebãtur vestes cingulo complexi succingebãt. 1. Pet. 1. 13. *propter quod succincti lumbos mentis vestræ*, &c. 3. Reg. 18. 46. *accinctisque lumbis currebat ante Achab.* 4. *Reg.* 4. 29. *Accinge lumbos tuos, & tolle baculum meum in manu tuâ & vade.* hoc cingulum in bello *baltheus*, aliàs *lumbare* vocabatur. Parabolã possumus ad multa transferre; quia vt benè Robertus & Iãsenius monent, sic hos quaternarios proponit, vt rara quędã sapientiæ secreta in eis latere videantur, quæ tamen nec per ipsum, nec per alias Scripturas explicantur. fas vnicuique fuerit, pro talento sibi à Deo concesso philosophari. vt ostẽsum in præcedentibus grauissimos Theologos fecisse. Qui de Monarchiis obtrudunt, eos iam gradu pepuli.

Alexãder Aphrodisæus.

Palæstinorum & Iudæorum se ad iter accingentium mos.

Parabolæ explicatio. Baynus. Iansen.

Anastasius d. q. 46. *Gallus excelso animo deambulans inter fœminas, est Paulus prompto & alacri animo verbum Dei in Ecclesiis prædicans.*] D. Grego. d. c. 3. gallus succinctus lumbos, *id est, prædicatores sancti, inter huius noctis tenebras verum mane nunciantes: qui* succincti lumbos *sunt, quia à membris suis luxuriæ fluxa restringunt. vnde & iisdem à Domino dicitur*, sint lumbi vestri præcincti.] sic etiam Beda & Strabus. Sic etiam Salonius, addẽs illud (mane verum) esse veram lucem, nempe gloriam æternæ beatitudinis. Sic etiam Radulphus lib. 7. in Leuit. & Eucher. in form. spiritual. 5. sed fusissimè & acutissimè prædicatoris boni officia ex gallinacei ingenio declarat idem B. Gregorius d. lib. 30. cap. 4.

Anastas. D. Greg. Beda. Strabus. Salonius. Radulph.

Dionys. Carthusianus: significari prędicatorem castum, exemplarẽ, magnanimum, animas credentes verbo & exemplo fœcundantem.] Sic etiam Arboreus.

Dion. Carth. Arboreus.

Isidorus Clarius: *canis venaticus insectatur feras, non hospites suos. sic gallũ legas, & ipse strenuè familiæ suæ præest.*

Isid. Clar.

Iansenius: *in gallo proponitur imitanda vigilantia ad quam se & suos semper excitare Princeps debet.*

Quod (vt notat Peltanus) optimè conuenit CHRISTO, qui suis solitus dicere, *orate & vigilate.* Sed & animi robur, & cura gregis, & cetera quæcumque sunt exempla virtutũ in hac volucre, illustria planè fuerunt in CHRISTO. de quo hoc

Peltanus. Autoris. sententia.

mem

membrum, vt & sequentia, censeo capiendum.

ADAG. CCLXXVIII. Aries dux gregis.

EX EODEM VERS. XXXI.

Aries dux gregis.

Pagninus à Mercero reprehensus.

HEbraicè tātùm est תיש *thaisch*, quæ vox quicquid censeat Pagninus (à Mercero eà de causà castigatus) significat vel *hircum*, vel *arietem* seniorem, qui gregis dux est, & eum animosè præcedit, paratus cornu ferire, & corniscare: qualem Laberius *reciprocicornem, lanicutem*; Tertullianus *testiturahū*, Plautus *sectarium* vocant. ideo hìc Lxx. καὶ τραγὸν ἡγούμενον αὐτῶν. *hircus ducens gregem.* Hoc etiam animal graui incessu conspicuum; ad pugnam capite validum, magno impetu, quicquid obiicitur, deiicit, & *in terram*, vt loquitur Q. Curtius *arietat*. Vnde nomen bellicæ machinæ: & origo quibusdam adagiis prophanis. *Arietem obiicere* dicebantur, ἄρνα προβάλλειν, rixæ cupidi, à fœciali ritu. quem ex Diogeniano referunt. bellum suscepturi fœcialem mittebant, qui arietem in hostium fines immitteret, significans agros illorum depopulandos, vrbes verò expugnandas, & muros solo æquandos. Item de diuitibus petulcis, κριὸς ἀπλαγίκερως, *aries cornu prurions*: hoc arieti adeò proprium vt nec nutritori suo parcat, vnde illud Menandri κριὸς τροφὰς ἀπίτισιν. Sunt qui Hebræam vocem ad *arietes syluestres* restringant: & hircis sunt similiores, quam domestici. hi cunctis noti, illos describit Oppianus lib. 2.

Hirci vis & ex eo adagia.

Tertull.

Q. Curtius.

Arietem obiicere. Fœcialis ritus.

Aries cornu prurions.

Oppianus.

αἰγῶν δ' αὖτε τέλη, προβατῶντε παναγρια φῦλα,
οὐ πολλὸν τούτων δίων, λασίωντε χιμαίρων
μίζονες, ἀλλὰ θέην κραιπνοὶ ὑπερβιτε μάχεσθαι.
τρηχαλέῃσιν κεφαλῇφι κερυκτίμοισι κέρασι.
κάρτῳ δ' αὖτ' ἴθυσιν ὑφ' ἀργαλέοισι μετώποις.
πολλακι δ' ὁρμηθέντες ἐνὶ ξυλόχοισιν ἔθηκαν
καὶ σύας ἀιθυκτῆρας ἐπὶ χθονὸς ἀσπαίροντας.
ἔχιδ' ὅτ' ἀλλήλοισιν ἑωυτόν ἀΐξαντες
μάρναντα, κρατερὸς δὲ περὶ σφίσι δοῦπος ὀρωρε.
ἐυδίτ' ἀλίναξ θέμις ἔπλετο δηΐον ἀυτοῖς.
νίκην δ' ἀλλήλοις φορέειν ἀτέραντος ἀνάγκη,
ἠὲ νέκυν κεῖσθαι. τοῖόν σφισι νεῖκος ὀρωρεν.

Bodinus ita reddit:

Bodinus.

Est agreste genus caprarum, omniumque ferarum,
Non multùm nostris ouibus caprisque petulcis
Aspectu referens maiorem corpore formam.
Sed multò leuius celeres raptantur in auras,
Pugnásque armata reflexis cornibus acris
Miscent, terribiles dando ceruice ruinas.
Nam vires ouium duris in frontibus insunt,
Vt plerumque truceis sternant in saltibus apros:
Nonnunquam validi adnixi comminus armis,
Cruda lacerantur pugna, fragor intonat alte,
Quippe nefas illis hostem vitare superbum.
Alterutri sed enim tandem superare necesse est,
Aut efflare animas vnà cum sanguine

CCLXX XVIII.

guine dulces:
Tanta vi inter vtrosque nefaria bella geruntur.

Ælianus. Sed plura de his Ælianus lib. 5. περὶ ζώων ἰδιότητος. A feris illis ortos arietes domesticos Aristoteles, Theophrastus, Varro tradiderunt. quare nihil mirum si nomen Hebræum etiam domesticis in Genesi tribuatur. Propter siluestres tamen crediderim L x x. *hircum* vertisse. Sed quis iste?

Aristot. Theophr. Varro.

Anastas Christo vt hirci nomen aptatum. Iansenius. Anastasius suprà. *Hircus dux gregis est Christus, qui fuit occisus pro peccatis huiusmodi.*] Significatus (ait Iansenius) per *arietem*, qui inter vepres hærebat cornibus suis, & pro Isaac oblatus est. *Genes. 22. v. 13.* ipse est, qui ante oues suas vadit, & ponit animam suam pro ouibus suis. *Ioan. 10. v. 4. & 11.* hoc etiam tenuit D. Ambr. lib. 1. de Abrah. cap. 8. post Orig. hom. 3. in Leuit. sic & alij communiter Patres.

D. Ambr.

D. Gregor. d. c. 3. *Quem alium hoc loco arietem accipimus, nisi primum in Ecclesia ordinem Sacerdotũ? de quibus scriptum est:* afferte Domino filios arietum. *Qui per exempla sua gradientem populum, quasi subsequẽtem ouium gregem trahunt.*] Sic etiam B. Salonius, & Beda hîc. Licet autem hoc meliori post Christum iure de Apostolis dicere, de quibus acceperũt d. Psal. 28. SS. Basili. Hier. Augustinus, & in ps. 64. iidem & S. Hilar. ac Cassiodor. Potest etiam de Principibus sæcularibus, sicut de Iudæorũ Principibus Hieron. intellexit Thren. 1. v. 6. *facti sunt Principes eorum sicut arietes*, &c.

Psal. 28 Beda. Apostolis vox accõmodata. Basilius, & alij. Principibus itẽ accommodata.

Isidorus Clarius hîc: *Hircus præcedit gregẽ, tanquam custos: sic Princeps bonis legibus regere suos debet.* item (ita Iansen. quòd debet *bonis exẽplis præire, ad eorũ defẽsionem hostibus se obiicere.*] Non tamen incautè & præcipitanter, sed aliquando necessitati parendo, & cedendo: sicut aries pugnans retrocedit vt fortiùs feriat.

Isid. Clar. Iansen.

Per arietẽ *enim* (ait Baynus) *non absurdè prudentium possumus intelligere, quæ virtus cùm rectè dispensat omnia, & futurorum rationem habeat, spiritualem cursum plurimùm iuuat.*

Baynus. Prudentia per arietem intellecta.

EX EODEM VERS. XXXI.

ADAG. CCXC. Rex cui nemo potest resistere.

Rex cui nemo potest resistere.

QVartum hoc esse debere illorum quæ feliciter incedunt, non recẽtiores tantùm interpretes, Liran. Dionys. Caietan. Vatab. Clar. Bayn. Iansen. Pelt. Saa, & ex veteribus B. Gregor. Nazianzenus suprà citatus § .287. ex orat. 37. tenuerunt: sed cõuincit ipsa quaternarij ratio, quæ durissimè ex sequentibus à D. Gregorio Magno accersitur: & postulat fons Hebræus, versio Lxx. & Chaldaica Paraphrasis. Chaldæus, *Et rex qui stat & loquitur in domo populi sui.* Lxx. καὶ βασιλεὺς ἀγορεύων ἐν ἔθνεσι. *& rex concionans in gente.* Hebraicè est: *meVlech alkõ bhhimno* ומלך אלקום בעמו. Nec dubium illud (v) (ו) hoc est, vel, habere vim copulæ, sicut in præcedentibus membris: sed arduum est definire, quid sit *Rex alkom*: quod quidam Hebræi acceperunt quasi nomen proprium, & volunt esse vnicam vocem, vt Pagnin. & versio Vatabli, nam in commentario exponit vt noster. Sed quis iste *Rex alkom*? quidam putant epithetũ aliquod Salomonis: quod non intelligo. Marinus in Arcà fatetur se nihil certi habere quod proferat, suspicari tamen animantis potiùs alicuius nomen esse, sic dicti ob corporis fortitudinem, contra quod nullum aliud animal insurgere audeat.

Liranus, & alij. Rex Alkom. Pagninus. Vatablus. Marinus.

audeat, quod etiam hac de causa regis cognomine ornetur; & fortassis esse descriptionem Leonis, alterius speciei à לישׁ *Laisch* diuersæ. Sic ille. Si quod mihi animal hic subintelligendũ videretur, dicerem esse *alcum*, animal singularis & velocitatis & fortitudinis: à qua nomen ἀλκὴ, quam pingunt Iul. Cæsar. lib. 6. de bello Gallico, Plinius lib. 8. cap. 15. Solinus cap. 32. Pausanias, Ælianus, Olaus, & alij. Cæsaris descriptio in nonnullis fallit, Pliniana verior est. vocant Hispani & Galli *magnam bestiam*. Certè Regem decet celeritas in rebus agendis. Sic Alexander Magnus, sic Cæsar Monarchiam assecuti, nunquam procrastinando. Tunc quatuor Regiæ virtutes nobis proponerentur, *fortitudo, vigilantia, prudentia, & celeritas*: quæ in Christo Domino mirè illustres fuerũt. Non otiosum quod Cabalici quidam existimant, in voce *Alkon* prophetiam inclusam nostro tempore manifestandam, vt notãt Mercerus & Bertramus Caluiniani: quis non videt hos ad Antichristum spectare, quem pro Messiâ miseri Iudæi recepturi? Nostris temporibus iam cœpit mysterium iniquitatis in præcursoribus se prodere, in Luthero, Bucero, Caluino, Beza, ceteris de hoc grege. Christus autem verus rex *Alkon* iam semel, & in Euangelij prædicatione, cui Principes mundi resistere non potuerunt, elucet prophetiæ veritas: & in secundo aduentu iterum eluceſcet quãdo ponet omnes inimicos suos, scabellum pedum suorum.

Alce.

Iul. Cæs. commen. Plinius & alij. Cæsaris descriptio fallax.

Nunquam procrastinãdo monarchiam compararunt Cæsar & Alexander.

Quatuor regiæ virtutes.

Mercerus. Bertram.

Ceterùm, quia non est recedendum à versione authenticâ nostrâ; ideo sequor Chald. Kimchi, & Abenezram, tenẽtes esse vocem compositam ex אל *Al* particula negatiua & קום *Kum*, quæ ad verbum sonat, *non surgere*, vel *non stare*, vt sit, & non surgere, seu non stare cum eo: hoc est, non contra eum: significat inuictum, cui nemo queat resistere, vt noster vertit: quod LXX. & Chaldæus paraphrasticè expressserunt. nam Regi inter suos concionanti, quis ausit se opponere?

Autoris sententia.

Magnus tamen hic scopulus se ostentat ex nostræ versionis concisa locutione. cùm enim in eâ expressè non ponatur quarti fœliciter incedentis mentio, ad sequentem versum respexerunt cum D. Gregorio, Salonius, & Beda & Glossa ordin. ac interlin. inde enim petunt quartum: & hoc, *nec est rex qui resistat ei*, iungunt cũ *ariete*, per quem intellexerũt ordinem Confessorum seu Sacerdotum, cui ordini, si spiritualiter & rectè viuant, nullus est rex qui valeat resistere; quia nullus est tam sæuus persecutor, qui eorum intentionem valeat impedire. quia etsi eis mala ingeruntur, patienter omnia pro Christo sustinent, & sustinendo vincunt. Quartum verò dicunt esse in v. 32. *stultum qui apparuit, postquã erectus est in sublime*. Scilicet Antichristum, qui in sublime efferetur, & elatus volet haberi filius Dei, & coli pro Deo: & tũc palàm fiet eum esse stultum, cùm subitò deiectus diuino gladio interibit. Notant autem discrimen esse inter *incedere benè*, & *incedere fœliciter*: de tribus prioribus dici quòd incedant benè, quia ambulant iustè & sanctè: non quòd incedãt fœliciter, quia multas in hac vitâ patiuntur aduersitates: de hoc quarto dici quòd *incedat fœliciter*, quia (quamuis ad breue tempus) in magnâ erit gloriâ & prosperitate: non autem dici quòd *incedat benè*, quia superbus contra Dei voluntatem cuncta faciet.

Scopulus obiectus.

D. Greg. & alij.

Ordo Sacerdotum quàm validus.

Incedere bene: Incedere fœliciter qui velint hic differre.

Huic sententiæ obstat, quòd *incedere*

cedere fœliciter, & *incedere benè* pro iisdem debeant hic accipi, quia in Hebræo vtrobique eadem vox *Metibei* מטיבי: quam confirmat Chaldæus. II. Quia cùm in sequ. v. legendum sit *est stultus*: erit valdè dura ista combinatio. III. Non potest aptè cõciliari neque cum Lxx. neque cum Hebræa lectione.

Liranus, & alij. Secunda sententia est Lirani, Dionysij, Arborei, Caietani, Bayni, Vatabli, Iansenij, Peltani, & Saa, item Lxx. interpp. & Græcorum omnium, vt B. Nazianzen. & Anastasij & Chaldæi, ac omnium Hebræorum, in sequ. vers. 32. Inchoari nouum docendi, nõ propheticum modum, & nouam esse sententiam, nõ dependentem, neque inclusam in hoc quaternario, sed vltimum quaternarij membrum esse inuictum hunc Regem. Hi Doctores in eo cõueniunt: sed in quibusdam, non per omnia.

Textus corruptio à nonnullis credita. Sunt qui dicant textum esse corruptum, & legi debere; *Et Rex, nec est qui resistat ei.* Sic Dom. Iansenius. Richelius etiam legit; *Rex, nec est qui resistat ei*: in tribus etiam mss. inuenio; *aries, nec est qui resistat ei.* quam lectionem videntur secuti cum D. Gregorio Patres illi. Verùm Biblia Complutensia, Regia & Vaticana habent: *aries, nec est rex qui resistat ei.* quam syncerissimam meritò pronunciat Francisc. Lucas annotat. 191. ideo dissentio à Iansenio.

Richelius. D. Greg. Ft. Lucas.

Autoris sententia. Sequor alios, qui sic interpretantur, quemadmodum illi corrigunt, *& rex: nec est qui resistat ei.* nam coniunctio per asyntheton omissa sæpè est subaudienda, & sensus ex verbulo transposito non infrequenter colligitur. & hæc est sententia Lirani, Carthusiani, Arborei, Peltani, & Saa; & Fran. Lucæ qui addit aliam quoque explicationem, nempe si τὸ *Rex* à casu absoluatur (vt nominibus suis vtuntur Hebræi, & pro datiuo *Regi* positum accipiatur. Nam *nec est regi qui resistat ei*, Hebraismus est passim in sacris literis obuius. tunc sensus idem erit, qui in, *& rex, nec est qui resistat ei.* hoc placet quoad corticem; quoad meduliam parabolæ, varia dici possunt.

Liranus, & alij. Medulla parabolæ. Anastasius Nicenus quæst. 48. Et Rex concionans in gentibus. Christus *regnans super Gentes concionatur & prædicat per Prophetias & Apostolos verbum veritatis.* hoc secundùm Lxx. secundùm nostram versionem aliter.

Anastasi. Nicenus. Dionysius Carthusianus dicit, I. accipi posse *animal rationale ad beatitudinem ordinatum, cui in exordio dictum est, vt præsit bestiis terræ, piscibus maris, omnique volatili cœli, quod & potestate seculari & auctoritate spirituali ornatur.* II. Spiritualem sensum esse *de Papali auctoritate, vniuerso orbi prælatâ, cui nemo licitè valet resistere.*

Dion. Carthusian. Optimè Baynus; *In rege* (inquit) *quo cum nemo congredi potest, vel contra quem nemo potest insurgere*, aut (vt vult Abenezra) *in iudicio stare, iustitiam amplectimur, virtutem omnium reginam; quæ tantâ æquitate, tam iustâ mensurâ & pondere omnia librat; vt nemo, quantumuis alioquin alienus à virtute, iustitiam queat accusare, aut condemnare, vtpote quæ tribuit vnicuique quod suum, de omnibus bene, de nullo malè meretur.*] Virtus regibus maximè propria: sed nulli magis quàm Regum Regi, Domino dominantium, cuius ridiculi sunt omnes tyranni, coram cuius nomine genu flectunt cœlestia, terrestria, & infernа; in cuius conspectu non iustificabitur omnis viuens.

Baynus. Virtus regum maximè propria.

EX EOD. C. V. XXXIII.

ADAG. CCXCI. Qui fortiter premit vbera ad eliciendũ lac, exprimit butyrum.

Qui fortiter premit vbera ad eliciendum lac, exprimit butyrum.

BEnè noster vertit, quod Hebraicè tantũ erat, *quia emulsor lactis educet butyrum.* nam מ֝ proprie est *qui emulget.* in vtriculo lac quaeritur, ex vberibus mulgetur, ideo lucis caussã addidit vbera. In Chaldæo etiã est מ֝צא. Neque lac ex vberibus prodit, sine pinguedine, vnde butyrum; alioqui non lac, sed serum esset lactis. quare meliùs sibi cõsuluissent Baynus & alij si ab interpretis nostri se reprehẽsione abstinuissent. Lxx. *ἀμέλγε γάλα καὶ ἔσαι βύτυρον. Mulge lac, & erit butyrũ.* hoc in malum dici putant Lyra. Dionys. & Arbor. quasi reprehendatur educens substantiã corpore relinquendam tunc sensus adagij foret, qui sequentis; sed omnino puto capiendũ in bonũ, vt sit cõtrarius sensus adagio sequenti.

Baynus male interpretem reprehendens.

Lyranus, & alij. In malum & in bonũ tamen tes adag. Auctoris se tẽ tia in bonam sumentis.

Communior enim interpretatio sumit in bonam partem. Primò hoc volunt Hebræi, qui accipiunt de quassatione & contusione lactis quę fit in vtre vel alio vase. Sed viderint illi quo pacto hoc conueniat proprietati verborũ Hebræorum: certè non quadrat proprietati Græcę versionis, nec nostræ. II. hoc etiam censent Patres Latini, D. Gregor. lib. 2. Moral. cap. 1. & eum secuti Beda & Strabus, sed Strabi verba adhuc mutila sunt in impressis, ex Bedà debẽt corrigi. Verba D. Gregorij sunt; *vbera quippe fortiter premimus, cùm verba sacri eloquij subtili intellectu pensamus, qua pressione, dũ lac quærimus, butyrum inuenimus, quia dum nutriri vel tenui intellectu quærimus, vbertate interna pinguedinis vngimur. Quod tamen nec nimiè, nec semper agendum est: ne dum lac quæritur, ab vberibus sanguis sugatur. Plerumque etenim quidam, dum verba sacri eloquij plusquam debent, discutiunt, in carnalem intellectum cadũt. Sanguinem quippe elicit, qui vehementer emungit.*

D. Greg. Beda. Strabus.

] Huius expositionis duæ sunt partes, prior propria huius adagij, planè excellens, & priùs occupata a B. Gregorio Nazianzeno Orat. 31. in illud Euangelij, *Cùm consummasset Iesus*, &c. circa princip. *μᾶλλον δ' ἔστι καὶ προσφιλοτεχνήσωμεν τῷ ῥητῷ. ἄμελγε γάλα, καὶ ἔσαι βύτυρον· ἐξέτασαι, καὶ τυχὸν ἀνεύρεις τὶ ἐν αὐτῷ τροφιμώτερον.* Billius; Quinetiam hæc verba studiosiùs & accuratiùs expẽdamus. *Mulge lac* (ait ille) *& erit butyrum. Sedulò exquire, & fortassis in iis succulẽtius aliquid inuenies.*

Duæ partes huius expositionis.

Posterior pars reprehensa à Iansenio.

] Posteriorẽ partẽ reprehendit Iansenius, quæ spectat ad §. sequentem. B. Gregor. Magnus non sequebatur versionem Lxx. nec Hebræum exemplar viderat; ideo non tenebatur coniicere agi illo membro sequenti de munctione narium. Vtrumque de vberibus intellexit, &, si ab Hebræo fonte ac Lxx. præscindas, iuxta nostrã versionem satis aptè. Nam & nimiã emulsione sanguinem ex vberibus trahi constat, quod sufficiebat ei, qui ne quid nimis fieret, hortabatur.

Sensus adagij huius est, qui adagij illius; *si nucleum vis edere, frange nucem:* siue vt Plautus, *Qui è nuce nucleum esse vult, frangit nucem:* quo D. Hieronymus, etiam Erasmo fatẽte, vsus ad docendum, eum qui arcanis ex literis animæ pabulum quærit, debere sub allegoriæ inuolucro cõdita mysteria scrutari. Huc referũt illud Homericum de Molij herba,

Sensus adagij.

Si nucleũ vis edere, frange nucem.

Plautus.

D. Hier.

Homerus.

ῥίζῃ μὲν μέλαν ἔσκε, γάλακτι δ' εἴκελον ἀνθος.

Atra quidem radix fuberat, sed lacteolus flos.

confirmant hunc vsum, vt videtis,

vter

vterque Gregorius & Beda.

Billius in Nazianzenū ex Schol. Græc. significare Salomonem his verbis, *multa esse; qua tametsi primà fronte lenia videantur, tamen si propiùs animum aduertamus, recōditissimos atque abstrusissimos sensus nobis exhibitura sunt.*] huic potest accommodari, quod de Silenis Alcibiadis Græci prodiderunt.

De Silenis Alcibiadis.

Iansenius censet per emulsionem hanc lectis quæ adfert secum butyrum, denotari tacitè prolationem modestorum, sapientum & humilium verborum, quæ secum adfert pacem, dulcedinem & pinguedinē quandam mentis, qua auditores refici & nutriri solent, & iræ ardores sopiri, dolor leniri solet, iuxta illud, *Responsio mollis frangit iram.*] rectè: nā *butyrum* abundantiam boni & salutaris victus solet significare. Vide sylua allegoriar. & Ioan. Ferdinand.

Iansenij sententia.

Butyrum quid designet. Ioan. Ferdin.

ADAG CCXCII. Qui vehementer emungit, elicit sanguinem.

EX EODEM V. XXXIII

Qui vehementer emungit, elicit sanguinem.

HEbraicè est; *Vmitz—aph iotzi dam* ומיץ־אף יוציא דם *emulsor* vel *emunctio naris educet sanguinem*, Chaldæus videtur ordine confuso pro *nare* hìc *furorem* ponere, & postea pro *furore*. Sicut & Aquila, *nares*. Lxx. vt noster; ἐὰν δὲ ἐκπιέσῃς μυκτῆρας, ἐξελεύσεται αἷμα. *Si autem expresseris* (sub. nimiùm) *nares, exibit sanguis.* Nihil habet adagium difficultatis, & omnes interpretationes in eo conueniunt, moneri, vt ne quid nimis vrgeamus. Hoc voluêre S. Gregorius, Beda, & Strabus suprà citati, hoc Liran. Dionys. Arboreus. Dionysius tria monet per hoc edoceri.

Sensus adagij.

S. Greg. & alij.

I. Quòd non debemus nimiùm importunè aliquid postulare.

II. Nec eum, qui bonæ est voluntatis immoderatiùs molestare. ne totum neget, quod petebatur.

III. Nec nimis acriter reprehensioni instemus, ne exasperetur reprehensus *Nam bonus animus læsus solet grauiùs irasci.* & vt plurimum qui sunt nimis austeri, difficiles, morosi, supercilioſi in corrigēdis hominū vitiis, potiùs corrūpunt, & frāgunt, quàm iuuent, aut emendent; *Arcus nimiùm tensus rumpitur: summum ius, summa iniuria est.*

Acutè Iansenius vult significari abstinendum ab iracundo sermone qui fomes est rixarum & impatientiæ. Sicut enim qui nares sæpè aut vehementer emungit, sanguinē elicit, ita qui ex corde suo sordes verborū, hoc est, verba insipientia, mordacia, superba, contumelioſa profundit, odium parit &: discordias excitat, quas facilè sanguis & cædes comitantur.

Acuta Iansenij explicatio.

Mihi denique videntur sic moneri Principes & magistratus, vt moderationem adhibeant in subditorum loculis emūgendis: ne lieni sint similes: quòd eorum crescente fisco, artus reipub. reliqui contabescant, vt dicebat Traianus Imp. teste Sexto Aurelio in eius vitâ. Bene Tiberius; *Pastoris est pecus tondere, non deglubere.* & Alexander Magnus, *odisse se olitorem, qui olera ab imâ stirpe vescindit.* Vnde tot sæpe rebelliones & seditiones etiā sub optimis Principibus, nisi ab hoc malo? quia licèt ipsi Principes boni, circumstāt tamē hirudines palatinæ, publici ærarij depeculatores. Vix queunt euitari, fateor: sed vtile quos ignarus promouit. & siccos madefecit dissimulādo, vel potiùs madefieri nescíuit, iustâ rapacitatis vindictâ fortiter exprimere more spōgiarū; & in bonū publicū opes eorū cōuertere. quas malo reip. corraserūt; Fl. Vespasianū nō incupiditate, sed in vindictâ imitātes.

Autoris sententia.

Traiani Imperatoris dictum.

Tiberij prolixa oratio. Alexandri.

Hirudine palatinæ.

Flauius Vespasianus in quo imitādus.

ADAGIALIA EX ECCLESIASTE.

ADAG. CCXCIII. Nihil sub sole nouum.

EX CAP. I. VER. XV.

PAVCIORA ex hoc libro notabo, quoniam in eo sapiens vtitur sermone aperto, & non adagiali, neq; metaphorico: idcirco tantùm illa notabo, quæ vel ipsa sonant adagium, vel adagiis veterum respondent: quale imprimis est, quod 1. cap. 10. versu dicitur:

Nihil sub sole nouum.

Terentius. Simile illi Terentiano

Nihil dictum est, quod non sit dictum prius.

quanquam hoc ille de verbis & sententiis: noster de creaturis & rebus dixerit naturalibus. Nam quoad supernaturalia, procedunt illa Isai. 48. 5. *audita tibi feci noua ex tunc.* & Hierem. 31. 22. *creauit Dominus nouum super terram.* Sic conciliat Procopius in Isai. pag. 541. *Quærunt nonnulli qui se noua fecisse asserat, cũ docente Ecclesiaste*, Nihil nouum sub cælo *sit? Christi igitur mysterium longè eâ, qua cernitur, creatura, maius, quod à Paulo etiam* absconditum *nominatur, intellexit.* Vbi cum Aqu. & Symm. citat τὸ καινὸν, & *sub cœlo* addidit Curterius de suo. Non loquitur ergo Salomon de miraculis & prodigiis quæ fiunt, solius Dei, quãdo lubet, arbitrio, vt etiam bene S. Hieronymus: nec de reuolutionibus iisdem sæculorum, quas posuerunt Platonici, quos refellit D. August. lib. 12. de ciuit. Dei cap. 13. aut multis mundis, qui hunc præcesserint, quos somniat ex verbis malè intellectis Origenes. Nec etiam (si literam spectes) de iis quæ in hac vita mortali fiunt in comparatione ad præmium vel pœnam in futura, vt censuit Olympiod. quod anagogicum est. Nec de prædestinatione (vt magni scriptores dixerũt) quod textûs seriei non benè quadrat. Sed de ordine rerum naturali, nempe illarum de quibus antè locutus, generatione, ortu, occasu solis, fluminum cursu, &c. Præterea inanem quorũdam refellit arrogantiam, qui gloriantur de nouâ rerum, artium, opinionum adinuentione; quasi primi sint, qui ingenio & eruditione, & industriâ suâ illa quæsiuerint, & acquisierint: hos enim tandem inuenturos, aut scire debere, se nihil scire, quod non alij quoque præcedentibus sæculis sciuerint, & alij futuris cognituri sint. Priorum illorum memoriam interiisse, ipsorum quoque sic interituram. Idque probat exemplo rerum quæ apud homines fiunt. Sic noster Ribera in non editis. Hæc autem eo sunt allata à Salomone animo, vt cùm intelleximus nihil in mundo materiale esse quod non sit mortale & caducum; certè non defigendum animum in his rebus quas videmus, verùm in illis quas non videmus, sed speramus, doceamur. Itaq; cùm dicit sub sole, non est necesse intelligere cum Olympiodoro de infe

Procop.

Quæstio.

Christi mysterium nouum & absconditum.

Curterius

S. Hieron. & alij.

Platonici

Multi mũdi qui præcesserint hunc.

Orig.

Sensus adagij.

Ribera.

Olympiodorus.

de inferiore hoc mundo ; sed perinde ac si dicat, nihil eorum est, quæ videntur isto lumine solis, vt olim Maldonatus exponebat,& hūc esse sensum colligebat ex D. Paulo eandem sententiam aliis verbis enunciante,1. Cor. 7. 29. *Hoc autem dico fratres : Tempus breue est*,&c.ver. 31. vt *qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur: præterit enim figura huius mundi*, hoc est, nihil est sub sole noui, sed quod nunc est, antè fuit, licèt fuisse nesciamus. & 2. Cor. 4. 18. *Non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia sunt : quæ autem non videntur, æterna sunt.* Sanè Salomonis scopus hoc libro est, docere, nihil in hoc mundo esse, quod non sit tēporale & caducum. & ideo concludit cap.vlt.in fine,*Deum time, & mandata eius serua. hoc enim est omnis homo.* hoc est, hoc enim vnū homini semper est permansurum.Cetera huc spectātia petātur à Lorino nostro, Commen. in hunc ver.10.Nam ego Moabitidem piam imitatus, diligentem sequor messorem,& relictorum à tergo spicilegium facio dumtaxat.

Maldonatus.

Salomonis scopus in Ecclesiaste.

Lorinus.

ADAG. CCXV. Curuum nō potest dirigi.

EX EODEM CAPITE. VERS. XIV.

Curuum non potest dirigi.

QVod Hebraicè est; *Mehhuuath lo-iuchal lithkon* מעות לא-יוכל לתקן, *peruersum* (seu peruersitas) *non poterit dirigi*,pollet verti per abstractum, cum quibusdam, sicut, pro *stultorum infinitus est numerus*,alij vertunt, *vechesron* וחסרון *& defectus non poterit numerari*; Campensis, *Quod corruptum est, restitui non potest*. sed Lxx. & noster meliùs acceperunt abstractum pro concreto, vt accipi posse Abenezra & Kimchi confitentur. Lxx. vertunt ; διεστραμμένον δ' δυνήσεται ἐπικοσμηθῆναι, καὶ ὑστέρημα οὐ δήσωσι) ἀριθμηθῆναι. Hoc est,vt vertunt DD. Hieronym. hîc & D. Augustin. lib.2.cōtra Parmenian. epist. cap.16. *Peruersi non poterit adornari, & imminutio non poterit numerari.* Non dubito queri potissimùm Salomonem de hominis improbitate, vidisse se paucos bonos & sapientes,plurimos verò stultos & malos, qui cùm peruersi sint, & correptione maximâ indigeant, quoniam numero prævalent & viribus,& ideo ex eorum gubernatione cuncta dependeant ; tamen vix queant corrigi. Quia noster optimè aduertit hyperbolen esse, *non posse*, pro difficulter posse : sicut in illo D. Pauli Hebr. 6.v. 4. *Impossibile est,eos*, &c.de quo illic plura.Tamen adagij vsus potest ad plura extendi,nempe ad res omnes, quæ tales. ideo fortassis Lxx. verterunt genere neutrò:*διεστραμμένον curuum*, & *ὑστέρημα*, *quod deficit* & *absolutione caret* ; item dixerunt *adornari*, ἐπικοσμηθῆναι, quod omnibus rebus commune. Noster verò, quia defectum illum videbat ex connexione præcedentium pertinere potissimùm ad defectum iudicij & rectæ rationis, *stultos* posuit : q.d.nec miremini res istas, quas adeò varias & inutiles esse dixi, tot sectatores habere, & amatores. plerique enim recto iudicio non sunt, & cùm semel praua electione (ἐκ προαιρέσεως, Nyssenus)illis adhæserint,difficillimè se patiuntur auelli,& corrigi.Sic fit vt tot illis depereant, quia tot sunt stulti & pertinaces. Caietanus latè porrigit ad defectus in naturæ operibus, vt quod segetes ab imbre æstu perdantur, & similia : ad defectus animalium, quòd ouis à lupo deuo

Sensus adagij

Adagij ex tensio.

Caietanus

1.

denoretur. ad defectus hominum, quòd iusti ab iniustis opprimantur. viderit quàm fortuita liberis misceat. Adagium ex Græco verbo malui sumere, quia tunc illustrior est Metaphora; & vsus eius generalior, & similitudo maior cum sequentibus, quibus monemur non posse cuncta ad amussim exigi, vel ad viuum resecari: sufficere si aliquantum inflectantur duriora, scabra dedolentur; & à planè desperatis manum abstinendam. Aristophanes in Pace;

Sententia autoris.

Aristoph.

οὐ τοτὲ ποιήσεις τὸν καρκίνον ὀρθὰ βαδίζειν.

Non facies vnquam rectè procedere cancrum.

Galen. Comicus quidam apud Galen. lib. 3. de puls. different.

εὖτε τριβλὸν ὀρθὸν ἔσται ξύλον,

Suidas. quod paulo aliter Suidas;

ξύλον ἀγκύλον οὐδέποτ' ὀρθόν.

Lignum distortum nunquam fiet rectum.

Plutarch. hinc orta paræmia Hispanica, *de rabo de puerco nunca buen vinote.* Plutarch. lib. de liberis educādis, vtitur similitudine rotarum curulium, quę magno semel labore intortæ, nullo pacto rectitudinem pristinam possunt recipere; & lituorum, quibus histriones in fabulis agendis vtuntur, quos semel curuatos nullo pacto licet dirigere *οὐδ' ἁρμάτας τροχοὶ πόνῳ καμφθέντες, οὐδ' ἂν, ὅτι γένοιτο, τῶν ἐξ ἀρχῆς δύναιντο ἂν λαβεῖν εὐθυωρίαν. τὰς γε μὴν καμπύλας τῶν ὑποκριτῶν βακτηρίας ἀπευθύναι ἀμήχανον.* fortassis nihil obscœni latet in ioco Senecæ de morte Claudij, cùm ait, *hic nobis curua corrigit*; notans, eum quæ factu nimis difficilia conatum in vrbe vitiis perfita & incorruptibili. certè non defuit qui ad Censoriam seueritatem Claudij referret.

Seneca iocus.

EX CAP. II. VER. XIV.

AD A.G. CCXCV. Sapientis oculi in capite eius.

Sapientis oculi in capite eius.

Sensus adagij.

CAmpensis vertit, *Sapiens enim habet oculos in fronte: stultus verò veluti cæcus palpitat in tenebris.*] Cùm opponat ambulare in tenebris, & oculos habere in capite; facilè apparet quis sensus sit vtriusque dicti: nempe non tam negari stultum oculis præditum, quàm rectum aut liberum habere oculorum vsum: sapienti verò non tam tribui corporeos oculos quàm eorum expeditam & sinceram functionē: & quia parabolicus est sermo, non tam accipiendus de oculis illis, qui (vt B. Antonius dicebat) cum muribus nobis communes, quàm de illis qui cum angelis. Prouerbium Hebræorum fuisse notant Rabbini, *oculos in capite habere, non in calcaneo.* Vnde germana loci petenda interpretatio; qui sapit post damnum, & euentu docetur, huic oculi dicebantur in calcaneo esse, quia calcaneō rerum exitus notantur, vide adag. 7. *calcaneo insidiari.* quia calcaneo solum premimus; inutilis esset vsus oculi in calcaneo siti. Capite notantur rerum initia, vt notum est. hoc proprium sapientis, cum fine initia cōferre, & velut ex specula quæ futura sunt, lōgè antè prospicere & prouidere, iuxta Terentium;

B. Antonij dictum.

Hebræorum Prouerbium.

Germana loci interpretatio.

Oculi in calcaneo.

Sapientis proprium.

Terētius.

Istuc est sapere, non quod ante pedes modo est,

Videre, sed etiam illa quæ futura sunt, prospicere,

immo & cum præteritis conferre: hoc enim est oculos habere in fronte & occipitio, vt de prudenti quodam Homerus contemplatum *ἅμα πρόσω καὶ ὀπίσω*: & Ianus bifrons pictus, quia prudentissimus.

Oculos habere in fronte. Homerus. Ianus bifrons.

Macro

CC-XCIV. Macrob. Macrobius lib. 1. Saturnal. *creditur geminam faciem gratulisse, vt quæ ante, quæque post tergum essent, intueretur. Quod procul dubio ad prudentiam regis sollertiámque referendum est, qui & præterita nosset, & futura prospiceret: sicut Antevorta & Postuorta, diuinitatis scilicet aptissimæ comites apud Romanos coluntur.*] Prudentia certè cum præsentium scientiâ, memoriam præteritorum, & prospicientiam futurorum requirit, vt norit vir sapiens

Antevorta Postvorta.

Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahuntur.

τάτ' ἐόντα, τάτ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα,

inquit Homerus. Contrà de stulto legitur, apud nescio quem;

Neque in vertice cerebrum, neque in capite oculos habet.

Vnde fit vt sapiens circumspectus sit, & diligenter videat quid agendum, quid omittendum; quid dicendum, quid tacendum; quid amplectendum, quid auersandum sit.

Sensus multiplex adagij. Lorinus. 1.

Nũc multiplicẽ vsum adagij proponam, nonnulla mutuò capiens à Lorino nostro, sed addens alia. Primò dicitur oculos habere in capite sapiens: propter causam quã reddidi, nempe prospicientiã futurorum; quæ est expositio vtriusque Thargum: nisi quòd in conuerso à Costo quædam adduntur de oratione iusti, qua auertit mala imminentia populo; *Sapiens enim vel à principio, qua post euentura sunt, animo cernit, oranti{que} infausta Dei iudicia ab hominibus auertit, & retardat, sed nouit quòd si non orauerit sapiens, neque ex orbe infœlix illud decretum depulerit, cùm in mundum veniet vindicta, omnes eodem euentu censeri.*] Sic ille, quod *decretum* non est illud quo statutum omnibus mori (quod sapiens nec à se quidem potest auertere) sed de aliis pœnis ac suppliciis suo tempore mortalibus inferendis: quæ Sanctorum precibus solent differri, & interdum præoccupari atque auferri. Accedit & alia, quæ simul cum priore facit adæquatam explicationem huius loci; nam vt alteram cẽseam litteralem non esse, sed mysticam, nihil adferunt, quo inducant: est autem hæc, *oculos* dici *habere in capite*, qui, cur oculi in capite locati fuerint, non vergente deorsum sed sursum erecto, probè intelligunt, nempe vt despiciãt terrena omnia, cœlestia verò suspiciant & venerentur. canit Ouidius;

Pronáque cùm spectent animalia cætera terram,
Os homini sublime dedit, cælúmque videre
Iussit, & erectos ad sidera tollere vultus.

Prior pars de longè futuro prospiciendo, est Hebræorũ, est etiam Patrum, vt S. Basilij hom. in psal. 33. sub fin. etiam regulam tradens similia loca intelligendi, ἀλλὰ μή ποτε ὡς ἄνθρωπος λέγεται ἡ ψυχὴ, ἢ ὁ νοῦς ὁ ἀνθρώπου, ὅπου καὶ τὰ μέλη αὐτοῦ, ὁμωνύμως ὀνομάζεται πρὸς τὰ τῆς σαρκὸς. διὰ τοῦτο ὀνομάζει ἡ γραφὴ τοῦ κρυπτοῦ ἀνθρώπου, ἐν τῷ λέγειν, τῆ σοφοῦ οἱ ὀφθαλμοὶ ἐν τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ. πυλέσι προσορᾶσθαι δεῖ καὶ διεσκεμμένον τὸ πρόσωπον τῆ σοφοῦ. καὶ πάλιν ὀφθαλμοὺς λέγει, ὁρίσας τοὺς τε τῆς σαρκὸς καὶ τῆς ψυχῆς. οὓς μόνους ἐν ᾗ παρεθέμεθα λέξει, ἀλλ' ἐν τῷ φάσκειν τλῶ ἐν τολμῶ κυρίου πλανᾶσθαι καὶ φοβίζεσαι ὀφθαλμὸς. Tilmannus sic; *An forte vt homo anima, & mens humana dicitur: sic & membra ipsius animæ æquiuocè ad ea quæ sunt carnis nominantur? Subinde enim sic sacrum eloquium hominis interioris membra memorat, vt cùm dicit;* sapientis oculi in capite ipsius, *hoc est, prouidentia circumspectióque occulta sapientis. Oculos rursum dicit similiter tam carnis quàm animi, non solùm in*

Tilman.

Reg. de membris animæ.

iam citato loco, sed & in eo, quo dicit, Præceptum Domini lucidum esse, & illuminans oculos.] hanc fratris

Nyssenus. sui regulam optimè explicat Nyssenus hîc hom.5.quem lege: eandem

D.Hier. sequitur D.Hieron.in c.1.ad Ephes. ad illud, *illuminatos oculos cordis vestri.* dicens *caput* hîc *sensum accipi, qui alio verbo mens & animus, & principale*

D.Amb. *cordis appellatur.* D.Ambros.lib.6.in Hexaëm. cap.9.in prin. hoc confirmat: nam ex his Salomonis verbis docet, in capite velut in corporis arce regalem habitare sapientiam; & oculis caput explorare omnia; hos fortitudini duces in prælio, his in fugâ malorum niti, hos in homine esse, quod Sol & Luna in cælo, hos velut speculatores die ac nocte excubare; in prosperis, in aduersis æquè duces; *hos velut in summo locatos, de quadam scena superiore vniuersa prospectare, vt caternarum hostilium explorari possit aduentus, ne improuiso occupent ociantem vel vrbis populum, vel imperatoris exercitum. Sic latronum quoque caueri incursus, si exploratores in muris aut turribus, aut montis excelsi supercilio sint locati, vt desuper spectent plena regionum, in quibus insidiæ latronum latere non possint. In mari quoque positus, si quis terræ appropinquare se coniicit, in ipsa mali fastigia, & celsa antennarum cornua voti explorator ascendit, & adhuc inuisibilem nauigantibus eminus terram salutat.*] hîc prior comparatio seruit huic priori; posterior sequenti interpretationi. Tenent etiam hanc priorem

Rupert. Caietan. Vatablus. Saa. Rupertus lib.vlt.de diuin.offic.cap. 25. Caiet. Vatabl.& Saa hîc: posteriorem tenent multi. S. Basil.hom.

S.Basilius. 10.seu vlt.Hexaëm.his verbis; αὐτὸ τὸ διάπλασμα δίδασκαλίαν ὅτι ἦν τέλους πρὸς ὃ γέγονας. ἐγένου ἵνα θεὸν βλέπῃς, οὐχ' ἵνα ἐπὶ γῆν συρῇαὶ σῦ ἡ ζωὴ, οὐχ' ἵνα ἡ κληρονόμον ἔχῃς ἀπόλαυσιν, ἀλλ' ἵνα ἡ ἐράστην ἐπίλεκτος πολιτείας. διὰ τοῦτο σοφῶ οἱ ὀφθαλμοὶ ἐν κεφαλῇ αὐτοῦ, ὃ φησὶν σοφὸς ἐκκλησιαστής. τίνος ἢ οὐκ ἐν κεφαλῇ οἱ ὀφθαλμοί; ἀλλ' ἐν κεφαλῇ, τουτέστιν ἵνα τὰ ὑψηλὰ σκοπῶσιν. ὁ δὲ εἰς τὰ ὑψηλὰ μὴ βλέπων, ἀλλ' εἰς τὰ γήϊνα, ὀφθαλμοὺς ἔχει εἰς γῆν συρομένους. *Tui corporis effigies rudimentum quoddam est, quo docearis, ad quem sis finem conditus: vt Deum contempleris, factus es, non vt humi repat vita tua, non vt pecudum more voluptate perfruaris: verius vt ad normam & institutum cælestis vitæ tuam ipsius componas. Et hac gratia non insciè dixit sapiens Ecclesiastes*; Sapientis oculi in capite eius. *Cuiusnam oculi non sunt in capite? atqui hîc* in capite, *id est vt ea contemplentur, quæ in sublimi sunt. Nam, qui non ad bona, quæ in sublimi sunt, sed quæ in terrâ, respectat, is vtique defigit detrahitve oculos in terram.*] sequuntur Nyssen.suprà. Amb. lib.de Noë & arcâ cap.7. Chrysost. in Psalm.120.in princ. Olympiod. hîc & alij multi.

Nyssenus Ambros. Chrys. Olymp.

Vtramque amplexus est D.Basil. vtramque D.Ambros.licèt diuersis locis; sed vno & eodem loco cõiunxit Thaumaturgus, si verba illius perpendas in Metaphrasi, cùm ait, eum, *qui virtutem amplexus est, haud videri sibi ab eo differre, qui rem vnamquamque perspicuè cernis* (en prior) *sursumque prospectat* (en posterior) *ac clarissima lucis tempore iter facit. Contrà qui se vitio implicuit, omnigenisque erroribus; haud absimilem esse homini in profundâ caligine oberranti, quippe qui cæcus sit, atque à negotiorum tenebris exoculatus.* ἔοικε τύφλῳ, ὁ ὑφ' ἥρτηλῶ ἁμιλλόμενος, τεγνῶς τε ἴσασα, καὶ ἄνω βλέπουσι, καὶ τὴ ἑαυτῶ περίαν, λαμπεδλάπου φέγους κεκρυμμένου. ὁ δ' αὖ κακίᾳ ἐμπλεγμένος, καὶ πάντα παντοίᾳ, ὡς ἐν σκότομαίνῃ πανομένῳ, τυφλός τε ὢν καὶ πρόσοψιν, καὶ ὑπὸ τοῦ σκότους τῶν πραγμάτων ἀφηρημένος. Quin immo potiùs solam priorem, si oppositionis lex seruetur, Thaumaturgus insinuat:

Thaumaturgus.

certè

certè non excludit. idem de Ambrosio contenderim. sic ore ambrosiam propinat: *Ipsáque mens illic locata secundùm plurimorum sententiam, & maximè Salomonis, qui ait:* Oculi sapientis in capite eius: *quasi in aulâ imperiali virtutum consilium sibi contrahat, quo stipata comitatu, & ipsa munitior sit, & tanquam ex edito quodam tuendi totius corporis regnum imperiat, responsa proferre; per quem possimus nos ipsos non solùm retrò respicere, nec solùm, quod ant pedes est videre, sed etiam cœli ipsius secreta profundo obtutu sapientiæ spectare.* Non remouet prius, sed ad posterius porrigit; nec solet à Basilio dissentire. Quo ad antithesim, notandum solere sacram scripturam loco directæ oppositionis aliquid ponere, quod sensu conueniat, & ex illa sequatur. Non recedam ab ipso Salomone. Nonne Prou. 4. 18. id videt in loco persimili? *Iustorum autem semita quasi lux splendens procedit, & crescit vsque in perfectam diem, via impiorum tenebrosa: nesciunt vbi corruãt.* Prou. 15. 20. *Filius sapiens lætificat patrem, & stultus homo despicit matrem suam.* Prou. 17. 24. *In facie sapientis lucet sapientia: oculi stultiorum in finibus terræ.*

Regula de antithesi.

Præterea possumus vti adagio sensu etiam alio; quem Lorinus de sua pharetrâ deprompsit, vt indicetur, quod alibi dictum, dignosci sapientem ex oculis & vultu: qui sensus tamen non valdè cohæret cum præcedentibus, ideo minùs illum probo. Possem & ipse aliquid adferre: nempe significari, sapientis fœlicitatem, & stulti infœlicitatem, quia qui videt quæ in viâ sunt, & terminum nouit, nec aberrat, nec offendit; qui verò caret oculis, quid illi reliquum, nisi in viâ quidem cespitare & offendere, & corruere, ad terminum verò non peruenire? certè consentaneum vers. præcedenti quo tantũ, *& vidi quòd tantum præcederet sapientia stultitiam, quantum differt lux à tenebris.* nunc enim subdit, quantũ lux à tenebris differat. Per *tenebras* autem intelligi ipsum peccatum & transgressionem legis, & à Deo derelictionẽ, & propterea infœlicem statum ac successum & mœrorem, & luctum; per *lucem* verò contraria omnia, obseruationem legis diuinæ, Dei curam & prouidentiam, & propterea fœlicẽ conditionem ac successum, gaudium atque lætitiam, puto satis constare. probabo tamen paucis. Coloss. 1. 13. *qui eripuit nos de potestate tenebrarum,* hoc est, peccati tyrannide. 1. Ioã. 1. 9. *Qui dicit se in luce esse* (hoc est, in gratiâ Dei) *& fratrem suum odit, in tenebris est vsque adhuc,* hoc est in peccato perseuerat. Prou. 4. 19. *via impiorũ tenebrosa,* hoc est, speciali auxilio & fauore Dei destituat: ideo subditur, *& nesciunt vbi corruant.* Ierem. 13. 16. *Date Domino Deo vestro gloriam, antequàm contenebrescat, & antequã offendant pedes vestri ad montes caliginosos:* hoc est, priusquam Deus vos deserat, & destituat fauore ac singulari sua protectione. Huc fortassis respiciens CHRISTVS dixit, Ioan. 12. 35. *Ambulate dum lucem habetis, vt non vos tenebræ comprehendant: & qui ambulat in tenebris, nescit quò vadat. Dum lucem habetis, credite in lucem, vt filij lucis sitis.* Thren. 3. 2. *adduxit in tenebras & non in lucem,* hoc est, non in prosperitatem aut lætitiam, sed in calamitates & ærumnas, *tenebras tribulationis,* vt vocat Isaias c. 5. v. vlt. Contrà *lucis* voce significatur lex diuina & eius obseruatio ps. 118. 105. *Lucerna pedibus meis verbũ tuũ, & lumen semitis meis.* curã verò & prouidentiam Dei quã gerit bonorum, indicat ps. 118. 135. *faciem tuam illumina super seruum tuum.* & ps. 43. 4. *illuminatio vultus tui, quoniã cõplacuisti:*

Lorinus.

Noua expositio.

Tenebrarũ & lucis voces vt intelligẽdæ hic.

in eis. Iob 29.3. *Quando splendebat lucerna eius super caput meū, & ad lumen eius ambulabam in tenebris.* quando sicut in terrā Gessen lux erat, & in Ægypto tenebræ, gaudebā vt Israëlitæ; & affligebantur inimici mei, sicut Ægyptij. sic etiam sumitur pro fœlici rerū successu, Prou. 4. 18. verbis citatis, *Iustorum autē semita, quasi lux splendens procedit.* omnia illis fausta, læta, & gaudij plena sunt, *omnia quæcumque faciūt, prosperabuntur*, ps. 1. 3. Sic ergo capienda hic oppositio quæ est inter, ambulare in tenebris, & ambulare in luce, quod significatur *per oculos sapientis in capite*, capiēdo caput vt subiectū oculorum.

Ambulare in tenebris. Ambulare in luce.

I. Patrum sententia.

Nā Patres non pauci acceperūt, quasi caput esset obiectū oculorū, in quod acies oculorum dirigeretur: ita omnes primò, qui volūt moneri nos vt noscamus nosipsos, & primò reflectamus oculos super nos, sic Caiet. admodum durè & reflexè. II. qui per *caput* intelligūt cor, & illud volunt nos scrutari, vt Hugo Carens. III. qui allegoricè *caput* istud volunt esse CHRISTVM, caput Ecclesiæ, quē vnū nos decet respicere. Sic Olymp. Salon. & Hier. hîc. D. Greg. non semel in Moralibus. & hoc voluit, nisi fallor, Innoc. III. in ps. 3. pœnit. cùm dixit *hos oculos* esse intellectum & fidem; qua scilicet CHRISTI mysteria amplectimur.

Caiet. II. III. Olympiodor. & alij.

Primus huius allegoriæ, quod norim, author fuit Nissenus homil. 5. in Eccl. vbi suppeditat non inelegans adagium, *Habere oculos in calcaneo*, videlicet vt in obiecto, de illis qui non cœlestia, sed terrena dumtaxat aspiciunt, amāt, venerantur: & accommodat forensibus nostris stellionibus. dicam nō meis, sed sancti illius verbis: *Vides istos acres, & in hac vita versutos, ac versatiles, quos nos vocamus iurisperitos; quam facilè efficiant, vt liceat facere iniuriam, istibus patronis, libellis, iudicū obseruantia, vt & malum faciant, & sumant supplicium? Quis non eorum miretur subtilitatem, & versatile ingenium? sunt tamē isti caci si conferantur cum illo oculo, qui ea quæ supra sunt aspicit, qui est in capite eorum quæ verè sunt. planè sunt caci qui suum ornant calcaneum, qui lacerantur à dentibus serpentis. Propterea enim, quod ea quæ infernè sunt aspiciunt, sibi ipsis imprimunt dogmata peccati.*] dixerat paullò antè; *Quando perspiciendi & contemplandi vis anima occupatur in rebus sensibilibus, in eius calcaneos oculorum transit natura per quos adspicit quæ sunt inferiora, expers penitus contemplationis sublimium speculationum.*] Quis adeò stolidus futurus, vt oculos malit in calcaneo, quàm capite habere?

Nisenus

Adag. habere oculos.

ἀπόφασις

EX CAP. III. VER. I.

Omnia tempus habent, & suis spatiis transeunt vniuersa sub cælo.

ADAG. CCXCV. Omnia tempus habent, & suis spatiis transeūt vniuersa sub cœlo.

HEbr. לכל זמן ועת לכל חפץ תחת השמים *Lakolzeman vehheth le chal chepheTz tachath haschamā.* LXX: τοῖς πάσιν ὁ χρόνος καὶ ὑποκάτω τοῦ παντὶ πράγματι ὑπὸ τὸν οὐρανόν. *Omnibus tempus est, & omni rei tempus sub cælo*, vt versum fuit in Vaticanâ editione. potest etiam, *omnibus tēpus, & opportunitas omni negotio sub cælo.* Similis enim videtur sententia illi quæ extat infer. c. 8. 6. iuxta nostrā versionem, *omni negotio tempus est, & opportunitas.* Sed Heb. & Græcè illic paullo aliter habetur, de quo postea. Notāda hîc tria vocabula vnde res pendet, זמן עת חפץ *Zamen, hheth*, atque *chepheTz*. primum noster vertit *tempus*, significat tēpus constitutum & ad aliquid determinatum, vt patet ex libris Esther & Nehemiæ.

Symma

C C XCV. Symmachus ὥρα, *hora*, vt indicet ipſum momentum, ſeu articulum temporis ad aliquid gerendum accommodatum, ſecunda vox eſt עת quæ ſignificat aliquando generaliter, *quodnis tempus*: ideo noſter expreſſit ipſo fluxu ſeu lapſu in quo conſiſtit temporis qualis qualis eſſentia: & vertit, *ſuis ſpaciis*. aliquando ſignificat *ipſam tẽporis opportunitatem*, cuius rei non inſcij Lxx. hîc ſemper καιρὸς vertunt, vt etiã Oſee 10. v. 12. vbi vide Riberam v. 41. Septuaginta etiam gnari quando hæ voces ambæ coniunguntur, ſignificari conſtituti temporis aptitudinem & opportunitatem, verterunt χρόνος ϗ καιρὸς, quaſi dicas articulum temporis opportunum. חפץ propriè voluntas eſt, ſed ponitur pro ipſo inſtituto ſeu placito cuiq; hoc negotio vel re quam quis inſtituit aggredi aut perficere, ideo Lxx. πρᾶγμα τι, Symmachus χρείας negotij, miniſterij. His poſitis apparet, quàm latè pateat iſtud adagium, etiam reſtrictum ad res iſtas ſublunares, & mortalium actiones atque inſtituta, quod poſcit particula *ſub cælo*. vt mea ſententia fruſtra hîc de Angelorum menſurâ & æuo texatur diſputatio. Sẽſus enim eſt, *omni rei ſuum eſſe tempus* quo conueniat, vel noxium ſit; quo incipiat, duret, finiatur.

Senſus adagij.

I. Primò docemur fruſtrà poni ſtudium in bonis huius vitæ comparandis & retinendis. Quia his ſuum eſt tempus definitum, quo poſſint eſſe vtiles aut iucundæ, quo elapſo ſunt potiùs inutiles & moleſtæ, & fugitiuæ. hoc perpẽdit Iſid. Clarius.

Iſid. Cla. II.

Secundò docemur fruſtrà nos plerumque torqueri deſiderio rei alicuius adipiſcendæ, vel etiam impatientia mali auertendi, aut excutiendi, cùm nondum tempus aut finiendi huius, aut illius obtinendæ tempus aduenerit; quod cùm ſit à Deo conſtitutum, nec anteverti à nobis, nec commutari poteſt, vanum verò ſit conari. Docet hoc Olympiodorus & huc ſpectat dictũ Climaci, ne mẽtis ſuperbiâ ante tempus quæ temporis ſunt propria quæramus: *de diſcretione gradnum* 31.

Olympiod. Climaci dictum.

III. Tertiò docemur non ſinere effluere tempus aptum & præſtitutum, ne elapsâ occaſione, τῷ καιρῷ, reſtet ſera & infructuoſa pœnitentia, μετάνοια. vnde monet D. Bernardus declamat. ſuper, *nos reliquimus omnia*, circa med. hoc præſens vitæ tempus non eſſe dandum illecebris: *tempus hoc animabus non corporibus eſt aſſignatum. dies ſalutis vtique non voluptatis. Omnia tempus habent. animabus nunc operam dare neceſſe eſt.* Suo nempe tempore vnũquodque faciendum eſt, vt docet Siracides cap. 39. 39. *omnia opera Domini bona, & omne opus hora ſua ſubminiſtrabit: non eſt dicere hoc illo nequius eſt: omnia enim in tempore ſuo comprobantur.*] res enim omnes ſtatum tempus habent, quo ſunt optimæ. Sophocles in Oedipo tyranno, πάντα τῷ καιρῷ καλὰ. *opportuno cuncta pulcra tempore.* S. Damaſcenus id mutuatur orat. 1. de imagin. Damoxenes lib. 3. Athenæi, ληφθὲν καθ' ὥραν ἀποδίδωσι τὴν χάριν. *ſuo quodque captum tempore adferi gratiam.*

D. Bern. Sophocl. S. Damaſcenus. Athenęi.

IV. Quartò quanta ſit *rerum* temporis varietas & rerum humanarum inſtabilitas, vt fruſtrà quis illis nitatur; oſtendit eleganter in hoc loco Thaumaturgus, & breuiter Salonius ac Hieronymus. huc ſpectat verſio Campenſis, *omnium rerum viciſſitudo eſt. neque quidquam eſt ſub ſole ſtabile.*

Thaumaturgus. Salonius. Hieron. Campenſis.

Quinctò docet Olympiodorus nos moneri, vt ad normam mediocritatis (videlicet *ne quid nimis*) & ſuo tempore omnes actiones mo-

Olymp.

deremur:& qui hac regula & amuſſi vtatur,eum facilè in omni virtute conſummatum euaſurum.Breuiter dixit quod diſertiſſimè multis verbis & rationibus proſecutus fuerat Niſſenus hom. 6. quò lectorem remitto.

Niſſenus.

Ex profanis, hîc multa notauit Lorinus, præſertim de occaſione quæ fronte capillata eſt, occipitio calua:addе Alciati emblema CXXI. & ibi doctum Sanctij commentarium, vbi habes Poſidippi & Auſonij & Heſiodi verſus, addit Minos, ex Demonſthene,Pindaro,Cicerone, Athenegorâ nónulla, Politianũ addit,& Lilium Giraldum:quid addam? Theocriti dictum habes in adag. *Noſce tempus*, chil.1. cent.7. adag. 70. accedant Aratus in Phænom.à ver.742. & Timõ in Sillicis apud Athenæum lib.13. & illud ex Catone Plinij lib.18.cap.6.*Nihil ſerò faciendum in agricultura omnes tenſent: iterúmque, ſuo quaque tempore facienda. Et tertio præcepto,prætermiſſa fruſtrà reuocari.*]veriſſima hæc etiam in animæ agricolatione.

Lorinus. Sanctius. Minos. Demoſthenes & alij. Theocriti dictum. Aratus.

ADAG. C C. XCVI. In loco iudicij impietas, & in loco iuſtitię iniquitas.

EX EODEM CAP. VERS. XVI.

Vidi ſub ſole in loco iudicij impietatem, & in loco iuſtitiæ,iniquitatem.

HEbraicè pro impietate & iniquitate idem vocabulum eſt *hareſchahh*; רשע pro *iudicio*, *hamiſſephat* משפט, pro *iuſtitia*, *hatzedek* צדק omnia cum articulo:q.d.etiã in illo tribunali quod omnium æquiſſimum cenſebatur, nempe in ſynedrio maiore. L x x. etiam articulos illos non prætermiſerunt,& vtroque loco tam iudicij τῆς κρίσεως quàm iuſtorum τῶν δικαίων, poſuerunt ὁ ἀσεβὴς, *ille impius*. iuxta Complut.& regios codices:nam Vaticani libri habent poſteriore loco in hoc ſæculo ὁ ἐνσεβὴς, de quo ſtatim Chaldæus; *& adhuc vidi ſub ſole locum domus iudicij,in quo iudices mendacij condemnant innocentem, vt exeat reus in iudicio ſuo* (addit alius Thargum, nocentéſque ſententiis ſuis abſoluerent) *& locum in quo inuenitur vir innocens, ibidem inuenitur vir peccator vt imperet ei* (Coſtus, qui præſit ei, nempe innocenti) *propter peccata generationis malæ.*] Paraphraſis Campenſis; *& tanquam non eſſet malorum ex hac inconſtantia ſatis: vidi locum ſub ſole aquitati deſtinatum, in quo dominatur impietas, & locum iuſtitiæ,in quo regnat impius.*]

Quamcumque verſionem ſequaris, patet adagialiter vſurpari poſſe,de ſummâ rerum peruerſione. quam quotidie cernimus: cùm curiis Principum,Prætoriis,Cancellariis,Parlamentis, vbi ius ſuum cuique ſine perſonarum acceptione, tribui debebat, & fronti nõ domus tantùm ſed ipſorum quoque iudicum, quaſi inſcriptum eſt elogium IVSTITIÆ: tamen illic maximè iuſti pauperes opprimuntur,& iniqui locupletes rerum potiuntur:vt hîc grauiter Titelmanus, & Ferus conqueruntur. Poteſt extendi ad ſimilia,velut cùm vbi profeſſio clauſuræ,porta ſemper pætẽs;vbi paupertatis,ibi proprietas;vbicaſtitatis,ibi laſciuia;vbi obedientiæ, propria illic voluntas regnat. Item vbi ſollertiæ ſcamma putabatur,ibi otium & ignauia; vbi ſedes eruditionis olim fixa, ibi ignorantiæ & barbatiæ cernitur theatrum.

Titelmanus. Ferus. Adagij extenſio.

Alioquin hîc ſenſu literali fateor

Senſus literalis.

Auctoris ſententia.

teor de corruptela iuſtitiæ in iudicum ſubſelliis agi, vt poſt D. Hieronymum communiter Latini tractatores acceperunt. Senſu tropologico, arbitratum ſe dicit *pium nunc pro ſuo merito recipere, vel impium pro ſuo ſcelere* (à Deo) *puniri: & è contrario reperiſſe quàm putabat, vidiſſe enim & iuſtum multa mala hîc perpeti, & impium regnare pro ſcelere.* Sic Hieronymus nimirum quod dixit ille,

Senſus tropologicus.

Hieron.

—*florere nocentes*
Vexarique pios.

Alcuinus & Strabus dictorũ Hieronymi tranſcriptores.

Hieronymi dicta more ſuo Alcuinus & Strabus tranſcripſerunt.

Carthuſiani explicatio.

Carthuſiani explicatio, qui primùm fuerant iuſti, eos vidi in iniuſtitiam lapſos, ea quoque tropologica eſt: vt ſit metaphora à domo ad hominem: ſicut contrà ab vrbe ad hominem, Iſai. 1. v. 11. in re ſimili; *quomodo facta eſt meretrix, ciuitas fidelis plena iudicij? iuſtitia habitauit in eâ, nunc autem homicida.*

Caiet.

Caietanus hîc vult *iudicij locum* appellari tribunal iudicum, à quibus ius omnibus dici debet. *locum* verò *iuſtitiæ* appellari, vbi commercia & contractus exercentur, in quibus debet iuſtitia ad proximum obſeruari: & ſic dici, tam in priuatis debitis quàm in publicis iudiciis impietatem reperiri; quod non ſatis cõuenit voci *tzedek*, nec *δικαίων*, quæ latiùs porriguntur. Ideo dicerem potiùs vel eſſe repetitionem eius ſententiæ diuerſis verbis prolatæ, vel prius vocabulum *iudicij* ſtrictè, poſterius *iuſtitiæ* latiſſimè capiendum. Confirmat noſtra verſio, quæ priore membro *impietatem* quæ ad Deum, & qui Dei loco ſunt, patriam, parentéſque ſolet reſtringi; poſteriore ponit *iniquitatem* quæ erga omnes extenditur ſanè *miſcphat* propriè ſpectat ad iuriſdictionem; *tzedek* ad omne officium bonum atque honeſtum. quam *iudicis* & *iuſtitiæ* diſtinctionem confirmat B. Auguſtinus in pſal. 105. ex illo verſu: *beati qui cuſtodiunt iudicium* (quando ius dicunt) *& faciunt iuſtitiam in omni tempore*, in omnibus actionibus ſuis: & ſanè omnes *iudicij* ſignificationes ſolent ad iuriſdictionem referri: ſiue ſumas pro vltione, qua quis plectit impium oppreſſorem, ius reddens vt oppreſſo: vt Ioan. 12. 31. *Nunc iudicium eſt mundi, nunc princeps huius mundi eiicietur foras.* Hoc eſt, reddetur hominibus per me vltio de Satanâ. Ille genus humanum in peccatum pellexerat, & ideo etiam ſibi in ſeruitutem permiſſos, duro & diro iugo oppreſſerat; hanc tyrannidem nunc ego morte meâ deſtruam, & genus humanum aſſeram libertati: illum dignitate atque poteſtate ſpoliabo, & faciam vt ampliùs non dominetur hominibus. Sic homines de illo vlciſcar. & Pſalm. 139. 13. *faciet Dominus iudicium inopis, & vindictam pauperum.* pſal. 145. 7. *facit iudicium iniuriam patientibus.* Siue ſumas *iudicium* pro condemnatione: Ioan. 3. 18. *qui autem non credit, iam iudicatus eſt.* 1. Cor. 4. 5. *nolite ante tempus iudicare.* Siue pro norma ſeu lege quam in iudicando iudex ſequi tenetur. Leuit. 18. 5. *cuſtodite leges meas atq; iudicia, quæ faciens homo viuet in eis*, hoc eſt, leges à me cõſtitutas, quæ pertinent ad ius dicendum. Siue denique pro ipſo actu iudicãdi, vt Exo. 23. 3. *Pauperis quoque non miſereberis in iudicio.* Ex hac obſeruatione, egregius ſacræ Scripturæ interpres Lud. Legionenſis olim Salmanticæ in prælection. ſuis affirmabat hîc priore loco *iudicij* ſignificari illos, qui vel cõtra ius vſurpãt ſibi iuriſdictionẽ, quales ſunt tyrãni; vel qui legitimâ poteſtate vtentes, condunt

Sententia autoris.

Auguſt.

Vocis, iudicij, acceptiones.

Lud. Legionenſis obſeruatio.

condunt leges iniquas, aut ferunt ſententiam contra leges iuſtas, cõdemnando innocentes & innoxios: ſed poſteriore loco, *iuſtitiæ*, notari illos, qui rebus, quibus incitandi erãt ad iuſtitiã & honeſtatẽ, abutuntur ad nequitiam, vt v.g. mali religioſi. Et ita putabat loco *iuſtitiæ* hæc ſignificari, ſtatum & ordinem vitæ inſtitutum ad piè & iuſtè viuendũ, & præterea ſignificare tempora & loca ſacra, atque etiam occaſiones & euentus vitæ, prouocãtes ad piè viuendum, quales ſunt tribulationes & res aduerſæ, quæ à Deo immittuntur, vt homines meliores efficiantur. Et ita qui tempore tribulationis male viuit, is in loco iuſtitiæ operatur iniquitatem. Quomodo nonnulli capiunt illud Haiæ 26. 10. *Miſereamur impio, & non diſcet iuſtitiam: in terra ſanctorum iniqua geſſit.* id eſt in tribulatione, quæ illic dicatur *terra ſanctorum*, ſicut hîc à Salomone *locus iuſtitiæ*, quia tribulatio eſt terra fertilis bonorum operum, iuxta ad Rom. 5. 3. *tribulatio patientiam operatur; patientia probationem*, &c.

Iuſtitiæ vocis acceptiones.

Quæ mihi placent ſenſu morali, non literali.

Non reticebo quod circa Græcã verſionem animus ſuggerit, fortaſſis non diſpliciturũ pijs, qui CHRISTVM in ſacris literis amant inuenire. Duplex, vt inſinuaui, hoc loco lectio eſt, vna; *ἢ ἐν εἶδον ἐκεῖ τὸν ἄλλον τόπον τῆς κρίσεως, ἐκεῖ ὁ ἀσεβὴς, καὶ τὸν τόπον τῶν δικαίων, ἐκεῖ ὁ ἀσεβὴς. & adhuc vidi ſub ſole locum iudicij, illic impius: & locum iuſtorum, illic impius*, vt legitur in libris Complutenſibus, Aldinis, & Regiis, & vertit D. Hieronymus in ſuo textu L x x. interpretum, & hanc præfert Lorinus, vt antiquiorem, & quæ congruit cum Hebræo, & Chaldæo, & vulgatâ noſtrâ. Altera lectio eſt ſimilis quoad prius mẽbrum, in poſteriore verò exhibet *καὶ τόπον τῶν δικαίων, ἐκεῖ ὁ εὐσεβὴς.* Hoc eſt, vt vertit Lucifer, Apolog. 1. pro Athanaſio poſt medium, *& locum iuſti, ibi pius.* atque ita legiſſe Thaumaturgum patet ex Metaphraſis ipſius, in quâ introducit Salomonem dicẽtem ſe *ſe in partibus inferis* (ſic exponunt, ſub ſole) *vidiſſe duo loca ſeparata, barathrum ſupplicij, impios excipiens, & contrà ſedem alteram tranquillam piis patefactam: εἶδον ἐν τοῖς κάτω μέρεσι, κολάσεως μὲν βάραθρον τοὺς δυσσεβεῖς δεχόμενον, εὐσεβέσι δ' χῶρον ἥσυχον ἀνεῳγμένον.* ſequuntur hanc interpretationem Lucifer, qui videtur locũ iuſtorũ accipere de cælo, & Olympiodorus, qui de Paradiſo. ſenſus hic ad anagogen deflectit. Equidẽ crediderim hoc pacto ſcripſiſſe L x x. tum quia Romana epanorthoſis in Vaticanâ editione hãc lectionem prætulit: tum quia reuera hæc tanto vetuſtior, quanto Lucifer & Thaumaturgus D. Hieronymo priores fuerunt. Quòd verò altera illa ſit magis conſentanea Chaldææ Paraphraſi, non video cur aſſerant, cùm in poſteriore mẽbro, tam impium quã pium collocet. Cõſentanea magis eſt Hebræo contextui, & noſtræ verſioni: verũ L x x. ſæpè ad prophetiam magis, quàm ad verba reſpiciunt. Prophetícum ſermonem eſſe autumo de CHRISTO Domino, verè pio, verè iuſto; cui in concilio Sanhedrij, quod ab Hebræis vocatum *domus iudicij* conſtat, & docebo fuſiùs Matth. 5. v. 21. illic inquã Iudas paciſcens, inaudito & indefenſo IESV, præualuit: & in Pilati prætorio (hoc, locus iuſtitiæ, & *δίκαιον* neutro genere accipiendũ, q.d. vbi quod iuſtũ erat iudicari debuit) impius Barrabbas pietatis flori prælatus fuit, vincente iudicis conſtantiam ſceleratoclamore

Auctoris ſententia.

Duplex lectio.

Lorinus.

Thaumaturgus.

Lucifer. Olympiodorus.

Lxx. ad prophetiã magis quã ad verba ſpectantes.

Domus iudicij.

CCXCVII. clamore Iudæorum. Sic Paraphrasi Chald.cũ LXX.consentit,& LXX. cum Hebræo cõtextu & vulgatâ in cõcordiam rediguntur. Nam quem LXX.*pium*,quòd talis erat,cum Hebræi,(nam mutatis punctis legi potest,*impius*)*impium* vocare potuerũt, quia vt talis condemnatus, & cum impiis reputatus. Verùm solidius puto, quod dixi priùs,non verbum verbo LXX. reddidisse, vt noster fecit ; sed Spiritu sancto afflatos prophetico sermone mysteriũ aperuisse, simile illi Isaiæ(qui ad hunc locum fortè adspexit de iisdem Iudæis loquens) cap.5.7. *exspectaui vt faceret iudicium, & ecce iniquitas ; & iustitiam, & ecce clamor.* vbi pro *iudicio* etiam est *Misphat*.& pro *iustitiâ*, *Tzedekah*, quem locum de Christo vt dixi exponunt SS. Hieronymus & Chrysostom.Cyprianus epist.63. ad Cælium,& R.Samuel Africanus lib.de aduentu Messiæ cap.19.Hanc ergo prophetiam Salomonis arbitror nobis à LXX. vocabulo εὐστὰς conseruatam.

Locus Isaiæ.

Hieron. Cyprian. R. Samuel Africanus.

EX CAP. IV. VERS. V.

ADAG. CCXCVII. Comedere carnes suas.

Comedere carnes suas.

DE pigro & ocioso legimus, *stultus manus complicat & comedit carnes suas.*pro quo vltimo Hebr. est eodem modo בשרו *Besaro,carnem suam.* LXX. etiam ἔφαγε τὰς σάρκας αὐτοῦ. *comedit carnes suas.*quæ vera lectio omnium exemplarium,& Hieronymi ac Olympiodori.Chaldæus explicat, *hyeme comedet quicquid est ipsi, & etiam operimentum quod est super pellem carnis sua.*q.d.nihil sibi reliquum faciet,vt comedat.& sic Paraphr.Campensis;*iunctis manibus desident otiosi, & quicquid habent, consumunt ; donec ad extremam inopiam perueniant, & carnem propriam rodere coganur.*] Vnde igitur D. Ambrosius epist.36.ad Sabinum,*deuorauit viscera sua?* non ex LXX. sed vel ex alia versione, vt hyperbole sit amplior, quo ad sensum nihil refert, semper idem significabitur: semper in hac auxesi inerit locutio adagialis.nam vt docet Lorinus ex Seneca lib.vlt. de benefic. & Fabio lib. 8. institut. hyperboles vsus prouerbij loco esse consueuit, vt per excessum illũ incredibilem,credatur &intelligatur, summũ quod credi potest, & intelligi ratio permittit.igitur per *carnes suas comedere* intelligẽda est summa quædã inopia,& se ipsum quasi exedens afflictio, vel ex inuidia eorum qui abundãt,cùm ipse egeas,vt capit Thaumaturgus;quâ de re actũ alibi, hoc ipso opere. sufficiat nunc illud Ouidij è lib.2.Metamor.de inuidiâ.

D.Ambr.

Lorinus. Fabius.

Hyperboles vsus Prouerbij loco.

Ouidius.

Sed videt ingratos, intabescitque videndo
Successus hominum, carpitque & carpitur vnà,
Suppliciumque suum est.

& Thaumaturgus exponit, quòd qui inuidiam susceperit ac velut pectore cõplexus fuerit;*nihil aliud habeat quàm quod animam suam exest & dissecat, simúlque cum corpore absumit:* οὐδὲν ἕτερον ἔχει, ἢ τὸ διασθίειν τὴν ἑαυτῆς ψυχὴν, καὶ διαπρίειν τε καὶ διαπαρῆν μετὰ τοῦ σώματος ἑαυτῆς. D. Ambrosius vbi suprà explicat de eo qui sæcularibus negotiis se immergit ad animæ mortẽ.Ad carnalia vitia sectantem, & iis se ingurgitantẽ referunt Hieron. & Olympiod.moraliter:& iisdem sensu litterali accipiunt de summâ egestate ac fame, in quam otiositate suâ, qui laborẽ recusant, incidũt;potest accipi vt de corporali,sic & de spirituali virtutũ inopiâ. De corporeâ fame & extremâ inopiâ, sic capitur, Deut. 28.53. *comedes fructum ventris tui, & carnes filiorum*

Inuidiæ descriptio.

D.Ambr.

Hieron. Olympiodor.

tuorum, &c. *filij* censentur parentum portio, vt alibi docui. Clariùs Isai. 49. v. vlt. *cibabo hostes tuos carnibus suis, & quasi musto sanguine suo inebriabuntur*, hoc est, redigam illos ad summam inopiam, & dira fame atque siti cruciabuntur. commentarium elegantiss. præbet Ouidius 8. Metamorph. de Erisichthone canens, inter cetera;

Isaiæ locus.

Ouidij de fame versus.

Iámque fame patrias, atque vorabile ventris
Attenuarat opes, sed inattenuata manebat
Tum quoque dira fames, implacataque vigebat
Flamma gulæ:

& demum omni censu in viscera demisso, & omni materiâ consumptâ,

Ipse suos artus lacero diuellere morsu
Cœpit, & infelix minuendo corpus alebat.

nimirum polypi more sua brachia seu πλεκτάνας deuorans, vt docet orus Apollo in Hieroglyphicis.

Polypi natura.

Caietanus hoc loco solitâ audaciâ multa chartis illeuit quæ potuisset præterire. Primò, quod dicto quam noster vertit *complicat*, significat amplecti. Secundò, *comedere carnes suas*, idem esse quod ob famem macrescere. Tertiò, superfluere dictionem *dicens*, & sensum germanum destruere. omnia perperam. Nam noster optimè sensui cósuluit, addendo *dicens*; quia describit pigrum, non modò ex habitu, sed etiam ex verbis eius. Nec intellexit Caietan. phrasim Sacræ Scripturæ *comedere carnes*; vt iam docui collatione locorum aliorũ, & sic omnes veteres acceperunt; quos si ille frequentiùs legisset, rariùs errasset. Denique חבק *Chabak*, etiam significat Salomoni, complecti complicando, Prou. 6. 10. & 24. 33. & hoc loco *complicat* placuit etiam LXX. & Clario, & Pagnino, & Montano, & Vatablo: Symmachus quoque συμπλέκεσθαι τὰς χεῖρας αὐτῶν. *complicatur manibus suis*. nonne stultus fugerit, qui credat, his omnibus Hebraismi peritiorem Caietanũ? Notanda quoque fuit Hebræorũ consuetudo, qui sæpe res aliquas non propriis rerum nominibus, sed habitu corporis explicant, vel motu quo res illæ solent fieri, vt per, exaltari à terrâ, crucifixionem; per, lauare manus, innocentiam, & alia plurima, quæ laudabiliter lib. suo Ieremiâ seu de actione complectitur Arias Montanus: sic hoc loco *complexione manuum* pigri otium significatur, & non amor manuum, quod frigidissimum est. Notáda fuit Sacræ Scripturæ in hac ipsa pigritiâ describendâ consuetudo, varios loquendi modos cóquirens, vt Prou. 6. 9. *paululum dormitabis, paululum conferes manus*, vbi est idem vocabulum Hebræum. cap. 19. 24. *abscondit piger manum suam sub ascellâ, nec ad os suum applicat eam.* & vbi simul gestum cum dicto coniungit, vt hîc; sic Prou. 26. 13. *Dicit piger: leo est in via, & leæna in itineribus: sicut ostium vertitur in cardine suo, ita piger in lectulo suo.*] non addo verbum, quia singula satis apertè, satis fortiter discussa.

Hebræorum loquendi genera.

Arias Montanus.

Sacræ Scripturæ consuetudo.

Sunt aliæ quædam phrases non absimiles, alterius tamen sententiæ, vt Prou. 5. 11. libidinando, *consumere carnes suas & corpus suum.* item de sæuitiâ & crudelitate ex odio; *dum appropiant super me nocentes, vt edant carnes meas*, psal. 30. 14. ex fame Isai. 49. 26. *cibabo hostes tuos carnibus suis, & quasi musto sanguine suo inebriabuntur*, vt illic intelligunt S. Hieronym. Cyrill. Procopius, Strabus, ceteri; excepto Montano, qui capit de Eucharistiâ; certè non litteraliter. Sic

Phrases aliquot.

S. Hier. Cyrill. alij. Montan.

alibi,

CC-XCVIII. XCIX. alibi, *vnuſquiſque carnem amici ſui comedit*, Ieremi. 19. 9. ex irâ aut animi perturbatione, Iob 13. 14. *Quare lacero carnes meas dentibus meis?* vbi lege Pinedam noſtrum multa adferentem. Ariſtophanes in Veſpis, pro eo quod propriè de iratis dicitur, *labra dentibus premere*, comica facetiâ dixit, *præ irâ labia comedere*, ὑπ' ὀργῆς τὼ χεῖλὼ ἐσθίων. quare ad noſtrum adagium haut multum attinet.

Pineda.

Præ ira labia comedere.

EX EODEM CAP. VERS. X.

ADAG. CC-XCVIII. XCIX. *Melius eſt duos eſſe ſimul, quàm vnum.* Item, *Væ ſoli.*

Melius eſt duo eſſe, ſimul quàm vnum.

Væ ſoli.

DIcta quædam ſuprà. Duo adagia coniunxi propter ſententiæ ſimilitudinem, & quia miſcet ea Salomon, & ratione additâ ſimul cõfirmat, multo certè ſolidius quàm vlli gentilium ſcriptorum, qui cum aliis multis hoc quoque ex ſacris libris ſunt mutuati. cõgeram eorum dicta, & cum noſtris componam. Noſter ſic; *Melius eſt duos eſſe ſimul quàm vnum.* LXX. ἀγαθοὶ οἱ δύο ὑπὲρ τὸν ἕνα. Quod Ambroſ. ep. 17. vertit *optimi duo ſuper vnum.* Hieronym. *meliores duo quàm vnus*, vt & Symmachus.

Senſus adagij.

Plautus.

Preſsè quidem hîc refellitur ingenium auarorum qui putant ſe fœlices ſolis diuitiis, & ideo ne cogantur eas cum aliis diuidere, fugiunt amicitias, amant orbitatem, & ne quis inſidietur loculis eorum, cupiunt ſoli, nullo conſcio degere. Sic Euclio in Aulularia, vnicam quam domi habebat ancillulam, decies otiosè domo exturbabat, alium in ædes intromittebat neminem, & omne commercium cum vicinis amputans hæc imperabat,

Si quiſpiam ignem quæritet; extingui volo,
Ne cauſæ quid ſit, quòd te quiſquam quæritet.
Tum aquam aufugiſſe dicito, ſi quis petet.
Cultrum, ſecurim, piſtillum, mortarium,
Quæ vtenda vaſa ſemper vicini rogant,
Fures veniſſe, atque abſtuliſſe dicito.
Profecto in ædes meas me abſente neminem
Volo intromitti. atque etiam hoc prædico tibi,
Si bona fortuna veniat, ne intromiſeris.

Tamen extendi poteſt ad omnes illos, qui otioſo animi affectu aliquo ſolitariam vitam deligunt, vt ex feritate & impatientiâ, Sophoclis Philoctetes; ex deſperatione, vt Oedipus Coloneus; ex hominum odio, vt Timon Athenienſis; & ex ſuperbiâ, qua putat quis ſe ſibi ſufficere, vel ex odiò obedientiæ, & amore propriæ vòluntatis, vt aliquando nonnulli religioſi hoc prætextu cœnobiis extrahuntur, & ſæculares eremum petunt, quorum finis ſolet eſſe periculoſus. Solitaria vita ſecundùm ſe præſtantior eſt ſi debitè aſſumatur à perfectis, quibus propriè conuenit: ſed cœnobitica commodior, & vtilior pleriſque, quia tutior, & aptior adipiſcendæ perfectioni. lege D. Thom. 2. 2. q. 188. ar. 8. de hac quæſtione præclarè diſſerentem, vbi etiã acutè & eruditè dictum Ariſtot. 1. Politic. dicẽtis ſolitarium aut beſtiam eſſe aut Deum, exponit de externis

Adagij extenſio.

Philoctetes. Oedipus Timon Athenienſis.

Solitariæ vitæ periculũ & præſtantia. Cœnobiticæ vitæ cõmoda. D. Th.

Ariſtot.

C C-XCVIII. XCIX. I I.

Solitarius, aut bestia, aut Deus.

oppositis ratione causarum quæ huc impulerunt. Si solitudinem amat, quia consortij humani impatiens, tum feræ similem; si vt totus vacet contemplationi diuinæ, illique inhæreat, tum diuinum fieri, & Dei imitatorem.

Thaumaturgus.

Secundò notandum, licèt hæc propriè, saltem primariò dicantur de societate atque commercio duorum amicorum (vt benè interpretatur Thaumaturgus) hanc tamen societatem porrigi ad amicitiam & coniunctionem spiritualem, vt est cœnobitarum, & ceterorum religiosorum in commune viuentium.

Sensus anagogicus.

Præterea sensu anagogico homo solus intelligi potest qui gratiâ Dei destitutus est; duo verò, homo & eius socius Deus, seu gratia Dei comitans hominem, siue, vt alij Patres dicunt, Christus socius hominis. de hac societate duorum præclarè differunt Ambrosius ep. 17. ad clericos. D. Hieronymus, & Olympiodorus, & Gregorius in c. 10. lib. 1. Regũ, & Rupert. to. 2. lib. 9. de glorificat. Trinitat. cap. 7. idem *solum* exponit, qui verba Dei abiicit: duo simul esse in eo qui verbis Dei obtemperat: & illustrat exemplo Saulis ac Dauidis, lib. 4. de victor. verbi Dei cap. 23. tomo 5.

Ambros. & alij.

Solus est qui verba Dei abiicit.

Socialis vita præstantior solitaria.

Probat autem Salomon multis modis præstare socialem vitam, solitariæ. I. quia *duo habent emolumentum societatis huiusmodi.* hoc est, quia societas vtilis est ad comparandum maius bonum. Nam plus lucri faciunt duo eidem negociationi licitè & diligenter incumbentes, quàm vnus. patet hoc ex Hebræo, vbi ad verbum; *quia est illis pretium bonum de labore suo.* L X X. *quia est bonum pretium in labore ipsorum*: hoc est, vt exponit Campensis, adfert enim boni non parum ipsa societas: & hoc patet ex participatione meritorum & communione sanctorum.

L

II. Probat etiam ad euitanda mala & pericula conferre hanc societatem, triplici experientiâ. Primò, quia *si vnus ceciderit, ab altero fulcietur*, hoc est, eriget illum alter, *faciet stare*, vt est Hebraicè. Secundò, quia *si dormierint duo* (scilicet simul in vno lecto) *fouebuntur mutuò.* Sicut superiùs capiendum est generaliter, de quouis lapsu, siue in foueam, siue in egestatẽ, siue in morbum, siue in errorem, aut mentis, consilij, eruditionis inopiam: quia plus semper videt oculi, quàm oculus: sic etiam exempli causa & quasi à minori argumentũ, fit mentio lecti; sed ad coniuges restringi non debet; quod visum Chaldæo: intelligendum de cuiusuis cõmunionis emolumento. Si enim prodest lecti socius ad frigus depellendũ, quãto magis societas proborum iuuabit ad molestias & tribulationes disturbandas? Tertiò, vt in subleuando, & in conseruando, sic etiã in pugnâ & defensione vtilitas hæc elucet. nã si *quispiam præualuerit contra vnum*, auxiliante altero, *duo resistent ei*, qui præualuisset. Nam illud *præualuerit* non victoriã denotauit, sed impugnationem, vim, conatum. Hebraicè namque *Ithhek pho* יתחקפו Græcè βιάζεσθαι dicunt: & sic etiam intellige versionẽ LXX. ἐπικρατωσῖ, *inualuerit*; quod Symm. dixit ἰσχύσει, quem noster secutus: sed optimè Thaumaturgus interpretatur *adortus fuerit.* ὡς εἴ τις ἐπιθοῖτό τις. & Olympiodorus, *irruentis alterius*, &c. hoc argumento. Leo serm. 4. de ieiunio septimi mensis, ostendit fortius ac tutius esse generale ieiunium Ecclesiæ, voluntariis & priuatis ieiuniis singulorum. Ex hoc loco D. Bernar. serm. 3. de circumcis. probat consultius esse, in cœnobio aciẽ multo

Thaumaturgus. Olympiodorus. B. Leo. Generale ieiunium fortius priuatis & voluntariis.

CC-XVIII. XCIX. D. Bernardi cõ. filiũ cõtra antiqui hostis insidias.

multorum simul pugnantium quærere, quàm solum contra antiqui hostis versutias luctari. Et iuxta sẽsum illum sublimiorem, quo peccator etiam in media hominũ degens turbâ, dicitur *solus*, quia gratiâ Dei, comite destitutus; & qui gratiam Dei habet dicitur multis comitatus, *terribilis vt castrorum acies ordinata*: Cant. 6. v. 9. & iuxta Elizæi dictum, plures habet auxiliarios, quã hostes 4. Reg. 6. 16. omnia hæc nobis præstat gratia, nam & soli illi laboris præmium æternum recipiunt, quos gratiâ comitante subimus; & si in tribulationes aut peccata quis incidat, gratia fulcit, quia præstat vt illas patiẽter perferamus; & facit vt à peccatis resurgamus, & conseruat ne reincidamus: effectus etiam gratiæ est, à frigore & tepiditate animam defendere, & caritate accendere: denique mala quæ solis arbitrij viribus non valemus superare, auxilio gratiæ superantur.

Cùm hæc omnia solitario illi desint, qui nec habet Symmachum hunc, nec est à quo inualescat, vel lapsus erigatur & fulciatur, nec merces laboris illi proposita, quæ duobus, iustissimâ ratione subditur illud terribile; VÆ SOLI. quod notant hîc tantùm & cap. 10. 16. reperiri. His similia sunt, quæ de fraternâ concordia & auxilio notauimus suprà, ex Prou. 18. v. 1. cum simil. & de illo, *ferrum ferro acuitur*, Prouerb. 27. 17. & de locustâ per turmas egrediente: Prou. 30. 27.

Adagij explicatio. B. Aug.

Ex his omnibus primò probatur, quàm vtilis humano generi sit amicitia, vt colligit B. Augustinus to. 4. lib. de amicitiâ cap. 5.

II. Rupertus.

II. Hinc colligit Rupertus lib. 6. de glorificat. Trinitatis cap. 18. nũquã debere hominẽ esse absque societate, sine meditatione verbi Dei.

III. Olympiodorus.

III. Bonam esse animæ & corporis in bono concordiam. hoc prosequitur Olympiodorus hîc.

Pindarus.

IV. Nauim reip. & vitæ nostræ nunquam vnâ tutã, semper duabus anchoris confirmandam. Pindarus bonum esse dixit in hybernâ nocte demitti duas è celeri naui anchoras,

ἀγαθαὶ δ' ἄγκυραι
τ' ἐν χειμερίᾳ νυκτὶ δοᾶς
ἐκ ναὸς ἀποκίμφθαι, δι' ἄγυιαν.

quemadmodum enim celerrima fuga indicatur, cùm quis dicitur *vtroque pede fugere*, ἀμφοῖν ποδοῖν, vt loquitur Aristophanes, vel duobus pedibus, ἐκ δυοῖν ποδοῖν, vt Aristides; & negotij perficiẽdi sedulitas & ardor, cùm dicitur *fieri ambabus manibus*, ἀμφοτέραις χερσὶν: Sic *duobus clauis figi*, quod firmum & stabile putatur: & *in vnâ anchorâ fluctuare*, adag. fuit δι' μόνης ταυτησὶ τῆς ἀγκύρας σαλεύομεν, de quo Tzetzez. Chil. xi. hi. 363. Vide infer. ad Eccles. c. 11. v. 6. vide adag. 35. Chil. 1. cent. 6. & cent. 8. adag. 16. Si quæres quæ hæ duæ anchoræ, aut hi duo paxilli? nõ diu morabor: Diomedem & Vlyssem, Homericos simul exploratores Ilia. κ'. explicat Apuleius lib. de dæmonio Socratis; significari hac allegoriâ, rebus in periculosis adhibẽda duo, consilium, & auxilium. Vlyssem, qui prudentissimus fingitur, cõsilij symbolum esse: Diomedem, vtpote iuuenem viribus eximium, auxilij sustinere imaginem; hos duos rebus creperis & afflictis, nocte intempestâ speculatores deligi, quasi consilium, & auxilium, mentem & manum. insinuat hoc emblemate 41. Alciatus, quod inscribit, *vnum nihil, duos plurimum posse*, & his versibus illustrat,

Vtroque pede fugere. Aristoph. Aristides. Ambabus manibus facere. Duobus clauis figi. In vna anchora fluctuare. Apuleius. Vlyssis & Diomedis iuncta exploratio. Alciatus.

Laerte genitum, genitum quoque Tydeos vnà

Huc cerâ expressit zenalis apta manus.

Viribus hic præstat, hic pollet acumine mentis,

Nec tamen alterius non eget alter ope.

Cum duo coniuncti veniunt, victoria certa est.

Solum mens homin.m, dextráue destituit.

Vltimum hoc ex ipsis verbis Tydidæ apud Homerum:

...ἀλλ' εἶπερ μοὶ ἀνὴρ ἅμ' ἕπεσθο καὶ ἄλλος,
μᾶλλον θαλπωρὴ, καὶ θαρσαλεώτερον ἔσαι,
σύντε δύ' ἐρχομένω, καὶ τε πρὸ ὃ τε νοήσεν,
ἵππος κέρδος ἔη, μὴν δ' εὖφρ τε νοήσῃ,
ἀλλά τε οἱ βράσσων ἦ νόος, λαπὴ ἦ τε μῆτις.

Erasmus:

At mihi si quis alius veniat comes, ille futurus
Solamen; fueritque simul fiducia maior,
Si duo coniuncti veniant. dein hic prior illo,
Si quid opus facto videt: at qui solus & unus,
Quamuis perspiciat, tamen est mens segnior illi,
Consilium & tenue.

Dolō explorator nullus à Troianis.

& hoc verum esse docuit euentus. Vnum Dolonem misêre Troiani, Græci duos: vni illi nec pedes nec doli fuêre præsidio, quò minùs à duobus interceptus necaretur. Sic (teste Plutarcho in Politic.) Lamachus Niciam belli socium asciuit. Itaque deinceps illud Homericum

Duo pariter cūtes. adag. Plato. Aristot. Cicero.

σύντε δύ' ἐρχομένω, *Duobus pariter euntibus*, vt adagium vsurparunt Plato in Protagorâ, Aristoteles moral. lib. 8. & Cicero in Epistolis ad Atticum, lib. 9. & ad alios familiares lib. itidem nono. Aristotelis verba sunt σύντε δύ' ἐρχομένω, καὶ γὰρ νοῆσαι, καὶ πρᾶξαι δυνατώτεροι. *Si duo simul iter faciant, & mente ad concipiendum, & manu ad operandum fortiores erunt.* Hesiodus vel æqualis vel prior Homero;

πλείων γὰρ πλείονα μιλήτη, μείζων δ' ὄνησις.

Plus augere potest multorum industria vires.

Homerus Iliad.

—πλείονες ἢ τὶ ἔργον ἄμεινον.

Multorum verò melius est opus.

Contrà pronunciant de vno ac solo multa, vt illud notissimum, *Noli pugnare duobus*, quod Catullus ab Euripidis Electrâ mutuatus; & simile; *Ne Hercules quidem contra duos.* &, *Non sine Theseo*, ortū ex pugnâ Herculis cum hydrâ & cancro prius, quando ab Iolao adiutus; posterius verò ex eiusdem pugnâ cum Cerbero, quando solus nequiuit canem ducere; *tunc* (ait Theseus in Tragœdia Furent. Herc.)

Et meas aspexit Albides manus:
Geminis vterque viribus tractum canem,
Ira furentem & bella tentantem irrita,
Intulimus orbi...

Nobis quoque, nisi sociâ Dei gratiâ, in spirituali certamine nihil fœliciter cesserit. Vis vincere, & triūphans cœlum ingredi, nūquam poteris sine hoc comite; sine geminâ manu, fidem dico & opera. caue vni naui tua committas omnia; aut nauim tuam vni anchoræ. Multæ manus (vt dici solet) onus leuius reddunt, at *inualida pugna est vnica manus.* Euripides in Heraclidis,

μιᾶς γὰρ χειρὸς ἀσθενὴς μάχη.

idem in Phœnissus, *negat vnum virum posse cuncta dissicere*, εἷς δ' ἀνὴρ οὐ πάνθ' ἁρᾶ. Zenodotus refert adagium, εἷς ἀνὴρ οὐδεὶς ἀνήρ. *Vnus vir, nullus vir.* Hispanis, *vno como ninguno.*

CC-XCVIII. XCIX.

Hesiodus.

Homerus

Noli pugnare duobus. Catullus.

Non sine Theseo.

Herculis certamina.

Spirituale certamen vt fœlix.

Euripides.

Zenodot. Vnus vir, nullus vir.

vn alma

vn alma sola my canta nyllora. Si plura de his adagiis profanis optas, consule Adagiographum, Chiliad 1. cent. 5. adag. 27. & 39. & 40. item Chil. 2. cent. 3. adag. 95.

ADAG. CCC. Funiculus triplex difficilè rũpitur.

EX EODEM CAP. V. XII.

Funiculus triplex difficilè rumpitur.

HEbraicè est, והחוט המשלש לא במהרה ינתק *Vehachut hamschullasch lo vimherah iinnathek;* quod ad verbum Arias, & *filum triplicatum, non in festinantiâ* (ideſt, non celeriter) *rumpetur.* L X X. *non citò,* eodem sensu Thargum Costi, *non nisi agrè.* Symmachus πεπλωμένον, *triplex.* hoc est, triplici filo intortum. Qui hoc loco fidem mysterij Trinitatis indicatam volunt, vt D. Ambrosius, suprà. Hieron. & Olymp. & Salon hîc, Gregorius lib. 3. Moral. cap. 9. aut alia fidei mysteria, de quo vide Lorinum hîc, & adde Galatinum lib. 2. de arcan. fid. cap. 4. aut de tribus virtutibus Theologicis, vt S. Hier. epist. 62. ad Theophyl. & Paulinus epist. 4. ad Sulpit. aut de cogitatione, verbis, operibus in bono conspirantibus, vt Bernard. sermo. 16 in Cantica: propriè vocem *trium* accipiunt, vt non intelligatur, de pluribus filis quàm *tribus*: & sic ego soleo libenter accommodare, tribus essentialibus votis religiosorum. Non quòd plura fila excludat sapiens, nam hoc tantùm voluit; si duo, tam fortes, multo validiores fore si plures accesserint. tres autem potiùs expressit, quàm quatuor aut plures. quia numerus iste, cùm, teste Aristotele lib. 1. de cælo, tria sint omnia, indicat perfectionem, & summum robur, vt alibi diximus: & ideo antiqui inexpugnabile imperium Gerioniai volentes indicare, *Trigeminum* & *Tricoporem* dixerunt. Alciatus emblemate *Concordia insuperabilis*, quod est XL.

De fide mysterij Trinitatis locus expositus. D. Ambr. & alij.

Aristot. Numerus ternarius.

Trigeminus.

Tergeminos inter fuerat concordia fratres,
Tanta simul pietas mutua, & vnus amor:
Inuicti humanis vt viribus, ample tenerent
Regna, vno dicti nomine Geryones.

Geryon.

ad quod in Comment. refert Minos notum illud de Sciluro Scytha, filiis concordiæ vires indicante, fasciculo sagittarum ligato quem vi nullâ frangerent: & eodẽ dissoluto, & singulis sagittis cõminutis, discordiæ imbecillitatem. Similis astutia fuit Sertorij, qui Lusitanis suadens concordiam, iussit valido iuueni totam equo caudam simul euellere, quod cùm irrito labore conaretur, iussit pilos singulos, & fecit nullo molimine. Plinius lib. 36. cap. 17. scribit, lapidem è Scyro insula integrum super aquâ fluctuare; si in partes cõminuatur singulas, mergi. Inuicta ergo cõcordia; sed & mater lætitiæ, & hilaritatis, & floridi statûs. ideo Gratiæ seu Charites tres Iouis filiæ, Aglaia, hoc est, splẽdida; Euphrosyne, benè affecta & hilaris: Thalia, germinans seu virescens; vel, secundùm alios, Pitho, hoc est, vim suadelæ obtinens. nam hoc funiculo triplici Charites homines, & ipsum Deum rapit in amorem, & impetrat quicquid lubet. Plinij locus monet vt mendum pegmatis Costaliani tollam, & reponam:

Concordiæ cõmendatio.

Sciluri Scythæ factum.

Sertorij.

Plinius.

Lapis è Scyro insula.

In lapidem Scyraum.

CONCORDIA FRATRVM.

Scyrai quamuis moles densissima saxi;
Mirum, vi cæruleis æquora tranet aquis;
Quam si fortè secas in frusta minutula, sensim

Labi

Labitur æquoreo neſcia ſtare ſolo.
Coniunctos retinet quoties concordia fratres,
Quis poterit tantæ ledere iura domus?

tria menda ſuſtuli. Redeo ad phraſim: eodem modo ſumit Horatius, *illi robur & æs triplex Circa pectus erat*, &c. & ſic veteres dixere,

τοῖς δ' ἀπαμξαμένοισι θεοὶ δίδόασιν ἄμεινον:
Ver verò abſterſis melius bona numina donant,

hoc eſt, plenè & planè abſterſis, quod triplici lotione præſtari putabant, teſte Athenæo lib. 1. Horatius:

Ter purè lecto poterunt recreare libello.

hoc eſt ſæpiùs & diligenter. Putabant veteres Gentiles tribus filis texta triplici colore licia etiam in magicis vim habere, & ſacrum & ratum & efficacem eſſe numerum, docet Adagiographus Chil. 2. cent. 9. adag. 5.

Efficacitas terni numeri. Eraſmus.

EX CAP. EOD. V. XV.

ADAG. CCCI. Ambulare ſub ſole, cum adoleſcente ſecundo.

Omnes ambulant cum adoleſcente ſecundo.

AIt Salomon, à v. XIII. Nam neceſſarium eſt totum ſimul locum exhibere, vt adagium intelligatur, & connexio Salomonis. *Melior eſt puer pauper & ſapiens, rege, ſene & ſtulto, qui neſcit prouidere in poſterum. Quòd de carcere catenáſque interdum quis egrediatur ad regnum: & alius natus in regno inopiâ conſumatur. Vide cunctos viuentes, qui ambulant ſub ſole cum adoleſcente ſecundo, qui conſurget pro eo. Infinitus eſt populus omnium, qui fuerunt ante eum: & qui poſtea futuri ſunt, non lætabuntur in eo. Sed & hoc vanitas & afflictio ſpiritus. Cuſtodi pedem tuum*, &c. Secutus eſt ex parte LXX. ex parte Symmachum, qui clariſſimè interpretatus fuit hunc locum: habes verſionem eius apud D. Hieronymũ, qui hoc loco quatuor proponit interpretationes, 1. R. Barachiæ, de veteri & nouo in nobis homine.

Symmachus.

Quatuor interpretationes.

I. Barachi.

II. Thaumaturgi, de ſene ſtulto qui regno pellitur; & paupere adoleſcente, qui ex vinculis ad regnum promouetur. III. Laodiceni, vt opinor Apollinaris, de viciſſitudine rerũ humanarũ, & ſtultitiâ eorum, qui hanc ignorantes, caducis quaſi magnis & perpetuis delectantur, & poſtea comperiunt ſerò, quãtoperè fuerint decepti. IV. Origenis & Victorini, *pauperem* & *ſapientem* eſſe Chriſtum: *ſtultum regem* & *ſenem*, eſſe diabolum. per *populos* verò, priorem intelligi Iudęorum primitias Chriſtum ſequẽtes: per ſequentem verò Iudæos incredulos, qui tẽpore nouiſſimo ſunt adhæſuri Antichriſto, & non lætabũtur in Chriſto. & his dictis nos deſerit B. Hieronymus, more ſuo locis difficilioribus commemorandi dicta ceterorũ, & ſententiam ſuam vel non interponẽdi, vel dumraxat inſinuãdi: & hoc loco mihi videtur adhæſiſſe D. Thaumaturgo, vt & Campenſis fecit, & hæc ſola eſt litteralis: nam Laodiceni & Barachiæ ſunt tropologicæ; Origenis & Victorini eſt allegorica, quam Albinus & Salonius ſequuntur. Olympiodorus verò cõtendit hîc litterali ſenſui locũ non eſſe, quia nemo poteſt omnes homines corporeis oculis videre, qui ſub ſole ambulãt. Lenis ratio: nã locutio eſt ordinaria, *omnes* pro, pleriſq; eorũ qui in illo loco. Quid cẽſeant recẽtiores nõ æquè mihi curæ eſt. illud Olympiod. benè aduertit comparationem *ſapiẽtis pueri*, & *ſtulti ſenis* proponi, vt quãto præſtet Sapientia ſtultitię intelligamus. Propoſuerat v. 10. cũ ſeq. & con

II. Thaumaturgi.

III. Laodiceni.

IV. Origen.

Hieronymi mos in locis difficilioribus.

Olympiodorus.

Lenis ratio eius. Omnes pro pleriſque.

Sapientiæ pretium.

CCCI. & confutarat eos, qui ſolis freti diuitiis amicitiam & commercia hominũ faſtidiebant, oſtẽdens quàm hæc eſſent vtiliora ipſis diuitiis. Nunc oſtendit etiam ſecundùm ſe diuitias & dignitates ſæculi prorsùs inutiles eſſe, & quibus nemo queat confidere, etiamſi ſint ampliſſimæ, quales ſunt Regum, quibus nec iucundæ nec firmæ ſunt, niſi adſit ſapientia. cuius tanta vis eſt, vt etiam in puero & paupere, quæ duo contemptui & periculis maximè expoſita ſunt, propter experientiæ, & clientelarũ defectum; tamẽ optabilior & præſtantior ſit; quàm ſtultitia in Rege & ſene, quæ duo propter experientiam & potẽtiam ſolẽt firmiora & honoratiora videri. cui ſimile quid dixit Prou. 19. v. 1. *melior eſt pauper, qui ambulat in ſimplicitate ſua, quam diues torquens labia ſua & inſipiens.* nempe qui (vt hìc dicitur) *neſcit prouidere in poſterum*, hoc eſt, præcauere viciſſitudinem rerum, iuxta Symmach. Cur autem præſtantior ſit ſapientia, etiam in puero & paupere, reddit rationem duplicem, vnam ab ipſa viciſſitudine petitam, v. 14. ſæpè cõtingere vt Reges fiant, iuuenes & pauperes, propter ſapientiam atque virtutẽ, vt Dauid, etiam ex ipſis ergaſtulis fœtidiſſimis (Hebr. eſt *de domo fœtorum*) educti, vt in Ægypto Ioſeph Gen. 41. Sic Olympiod. & in Pannoniâ memoriâ recenti Matthias Hunniades, poſtea Coruinus: & his annis Demetrius in Moſcouia. Cõtrà verò Rex grandi ætate, & opibus excellens, euectus ad regnum (nam Hebr. נולד *nolad* à *ialad*, ſignificat *creatum & factũ*: & ſic *natus* ſumitur Iob 11. 12. & ita LXX. & Chald. hìc.) vitio ſuo, à ſubditis regno auito depellatur, & inopiæ malum perſentiſcat; vt olim Dionyſius Syracuſanus. & patrum noſtrorum æuo Chriſtiernus Rex Daniæ, mitto Beliſarium, de quo Ioann. Tzetza in epi. 4. Chiliad. quia Rex nõ fuit, ſed Iuſt. Imp. patricius. Nec porrigo *regni* vocem ad omnem copiam & voluptatem: vt nec cum viro docto, inopiam, ad omnem ærumnam: iſta paupertatem conſequitur; illa verò diuitias; ſed voces ſunt proprie accipiẽdæ. Nec reſtringo locum ad *iuuenem*, qui natus eſt Regi: quanquam neque hunc excludo; etſi minùs aptè illi conueniat, quòd agatur de puero paupere; nec ſatis verè *pauper* dici poteſt, quamdiu non regnat. An Delphinus Franciæ, Princeps Hiſpaniæ, aut Dux Barrenſis aut alij Regum primogeniti, pauperes? ſed hũc includo in aliis: fieri enim poteſt vt inuiſus ſtulto parenti, non eo ſit loco apud patrem, quo debebat eſſe. De omnibus ergo accipio. Mox enim tranſit Salomon è genere ad ſpeciẽ, huiuſmodi nobis indicans, vt dicti ſui in verſ. 13; reddat alteram rationem verſ. 15. petitam ab ipſa populi & maximè aulicorum leuitate. Nam etſi non deiiciatur Rex ſenex Regno, & etiamſi ſtultus non eſſet, neque illi periculum immineret, ne à regno deturbaretur; & fœlix videatur nato hærede regni: ex hac ipſa tamen lætitiâ pullulat mœroris & infœlicitatis ſtolunculus. Nam hæres regni vocatur *adoleſcens ſecundus*, non quòd alius ſit adoleſcens prior, ſed quia iſte adoleſcens eſt ſecundus in regno, reſpectu patris qui prior regnat, cui defuncto ille ſucceſſurus. appellatio itaque *ſecundi* non cadit in nomen *adoleſcens*, ſed abſolutè capitur. Nec nouum eſt, *ſecundus* pro ſucceſſore vel herede, ſup. verſ. 8. *vnus eſt & ſecundum non habet*: hoc eſt, orbus, & caret hærede; vt ipſemet explicat, ſubdens,

Diuitiæ & dignitates ſæculi quãti ſint.

Autoris ſententia.

Adregnũ propter virtutem euecti, pauperes quãuis & iuuenes.

Olymp.

Matthias Hunniades.

Demetrius in Moſcouia.

Dionyſius Syracuſanus.

Chriſtiernus rex Daniæ, Beliſarius.

Secundus pro ſucceſſore.

non filium, nēn fratrem. ſic loquitur Oedipus; *Ad quem ſecundùm regna reſpiciunt mea.* In hoc inquam gaudio mœror & infœlicitas ineſt non exigua. Fieri enim egomet vidi, in rebellione fratrum meorum, Abſalonis, & poſtea Adoniæ; ſic naturâ comparatum eſt, vel hominum cõſuetudine introductum, vt fluxa ſit ſubditorum fides, nec firma ſatis beneuolentia erga reges iam ſeniores; quia malunt vt plurimum gratificari regni hæredi iuueni, & in eum ſunt proniores, quem ſperant mox ſucceſſurum, & diutiùs regnaturum, & futurũ munificentiorem. Vidit Hiſpania ſæculo ſuperiore exemplum in Ferdinando Catholico ſeniore, & Philippo 1. Archiduce iuniore, quando Nobilitas ferè tota illum deſeruit, vt huic adhæreret. res nota ex hiſtoriis Marinæi, Nebriſſenſis, Pulgarij, & aliorum. Igitur *Ambulare cum adoleſcente ſecundo*, vim habet adagij, ſicut Pompeij adhuc iuuenis dictum apud Plutarchum in Pompeio, quod non Cinnæ (fefellit citantem Eraſmus Chiliad. 3. cent. 3. adag. 15.) ſed Sullæ ingeſſit, triumphum neganti, ὁ δὲ Πομπήϊος οὐχ ὑπέπτηξεν, ἀλλ' ἐνορᾶν ἐκέλευε τὸν Σύλλαν, ὅτι τὸν ἥλιον ἀνατέλλοντα πλείονες, ἢ δυόμενον προσκυνοῦσιν. ὡς αὐτῷ μὲν αὐξανομένης, μεμιμένης δὲ τὴν μαραινομένης ἐκείνην τὸν δυνάμεως. *Pompeius verò nihil ideo trepidauit, verùm reputandum dixit Sullæ, ſolem orientem plures, quàm occidentem adorare: indicans ſuam quidem creſcere, illius verò vinui & marceſcere potentiam.*] hoc vulgo celebrari cœpit & omnium ſermone teri, tanto priùs vſurparum verbis aliis noſtro Salomoni. Hoc Regum & Principum nouorum ſtudium pulchrè propoſuit extremo lib. 3. Dipnoſoph. Timotheus Mileſius,

οὐκ ἀείδω τὰ παλαιὰ, κραιὰ γὰρ ἄμα κρέσσω.

υἱὸς ὁ Ζεὺς βασιλεύει, τὸ παλαιὸν δ' ἦν Κρόνος ἄρχων.

Non cano priſca, noua enim ſimul meliora.

Iuuenis Iupiter regnat, ſenex verò Saturnus olim imperabat.

vide Adagiographum in Chiliad. 2. cent. 1. ada. 85. *Saturnia lema.* Apud Lucan. lib. 8. Lentulus hoc ſenſu; Lentulus Pompeio ſuaſit, vt in Ægyptum confugeret,

Nil pudet aſſuetos ſceptris. mitiſſima ſors eſt

Regnorum ſub rege nouo .....

etenim, vt canit Papinius lib. 1. Thebaid.

. . . qui mos populis, venturus amatur.

Verumtamen hanc quoque ſpem, plerunque fallere, & vanitate plenam eſſe oſtendit Salomon. vers. 16. Sicut enim fuerũt infiniti, qui hac ſpe obliterato amore in auum, adhæſerunt patri, quem nunc faſtidiunt, ſeni; & nũc ſunt non pauciores qui prę ſene malũt iuuenẽ eius ſucceſſorem: ſic cùm filius iſte ſenuerit, rursùs alij adhærebunt primogenito eius: interdum etiam ſpe ſuâ fruſtrabuntur, cùm vel filius ante patrem morietur, vt Abſalon ante Dauidem, Criſpus ante Conſtantinum; vel ſimul cum patre, vt cum Saule Ionathas; vel ſuperſtes patri, ad regnum non perueniat, vt Adonias; vel ad regnum perueniẽs, non Pater patriæ, ſed vexator, dilapidator, tyrannus euadat; vt Roboam, filius Salomonis; & alij de quibus verum & aptum votum vetulæ Sicilienſis, orare ſe Deos pro præſentis Dionyſij Tyranni vitâ, ne vt ipſe malo, ſic ipſi deterior ſuccederet. lege Valer. Max. lib. 6. cap. 2.

Vſus ſum exemplis, Abſalonis, & Adoniæ; quia in vers. 15. iam non agi

Ferdinandus. Philippus 1. Archidux. Marinæi Hiſtoria & aliorum.

Pompeij dictum.

Solem Orientẽ adorare plures quàm Occidentem.

Athenæus.

Lucanus. Suaſor Põpeio fugæ in Ægyptũ, Lẽtulus.

Votum pro Dionyſij tyranni vita.

CCCII. agi de sene stulto, sed de Rege sene sapiente censui, qualis Dauid fuit: Caietanus & alij qui vers. illum de sene ac stulto capiunt, viderint quo pacto citra calumniã in Dauidem, his exemplis vtantur. cùm Dauid senex quidẽ, sed optimus & sapientissimus fuerit. Alia difficultas est in connexione vers. huius 16. hoc sensu intellecti, cum sequenti vers. 17. *Custodi pedem tuum ingrediens*, &c. Quod etsi possit videri nonnihil alienum ab instituto meo, tamen quia video sub his aquis gigantes gemere, & vt appareat litterali, quem dixi sensu nostri adagij, omnia bene cohærere, breuiter hoc labore defungar.

Difficultas in connexione v. 16. cum 17.

Autoris solutio

Dixerat, quàm sit inconstans status regnantium; eo quòd adeò variæ, vagæ, fluxæ sint affectiones subditorum: & quoniam hæc incõstantia, propter originale peccatum, est quasi congenita & insita humanæ imbecillitati, idcirco suggeri remedium ægritudinis, & monet quo pacto valeamus constantiam consequi nobis & aliis, si Deum vt oportet religiosè colamus; à quo solo largienda, & tribuenda, si ad eum recurrentes ritè petierimus; ritè petemus, si quod subsequitur fecerimus, nempe, *Custodi pedem tuum*, &c.

EX CAP. V. VER. II.

ADAG. CCCII. Multas curas sequuntur somnia.

Multas curas sequuntur somnia.

SEnsum clarè reddidit, cùm sit Hebraicè, כי בא החלום ברב ענין *Ki ba hachalom berou hhinoin.* Pagni. *quia venit somnium* (Arias, *veniens* sub. est) *in multitudine occupationis*, Arias, *negotij*. Campens. *diurnæ curæ gignunt somnia*. LXX. ὅτι παραγίνεται ἐνύπνιον ἐν πλήθει περισπασμῶν. *quia aduenit somnium in multitudine solicitudinis*. Symmach. ἀπολήψει ὄνειρος διὰ πλῆθος ἀνομίας. *accidet somnium propter multitudinem iniquitatis*. ergo עניין hîc pro curis & sollicitudinibus, quibus animæ quies tentatur, distrahitur, & abripitur, & perturbatur, positũ: quod Symm. *iniquitatem* vocat, quasi dicas afflictionem, molestiam, &, vt alibi dicitur, pessimam occupationem. Sensus nõ obscurus est: nam subaudiẽda comparationis nota, quam solet Salomon reticere, nũc ait; sicut is qui multis curis interdiu distrahitur, is noctu multa somniat vana, & absona, & minimè cohærentia: sic qui multa garrit & effutit, præsertim de rebus à cognitione nostra longè remotis, (vt de Deo) necesse est, vt incidat in multa absurda & varios errores. sic Hier. & ferè Olympiod. Quod attinet ad nostrum adagium: inde pẽdet quòd cùm Aristoteli, vt alibi doctũ à me, nihil aliud sit insomniũ, quàm affectio & opus interni sensus, ex asseruatis in sanguine & spiritibus, vitæ imaginibus, quibus liberiùs & diligentiùs mens intendit, quàm interdiu, vt pote solutior, & magis vacua à perturbationibus, & curis diurnis mirũ non est, si sicut citharâ vehementiùs pulsatâ aliquãdiu postea fides nescio quid fritinniunt; sic dormientibus exhibeat imaginatio species sollicitudinũ diurnarũ. vt obseruatũ à Diuis patribus S. Basil. ho. in ps. 33. & Nysseno in c. 5. Cant. ad illud sponsæ: *Ego dormio, cor autẽ meũ vigilat.* vers. 2. Memini me Notis in Claudianum, Commẽtariis in Tragœdiam Octauiæ, & Disquisitionibus Magicis, de hac re non obiter egisse, sed locus hic postulat vt ideo hîc, sed copiosiùs, ex sacris prophanisque scriptoribus probem, vt habeat lector vno in loco.

Hieron. Olymp.

Insomniũ quid sit Arist.

S. Basil. Nyssenus

nec parcam labori meo, vt parcior sim verbis citandis. gratius opinor erit sitim leuare pleno hausto, quã adspergine quadam guttarum modicè & ad modicum refrigerari.

Tertull. Tertullianus lib. de animâ cap. 45.

Insomniorum causa. rationem petit *à non modicis iactationibus animæ, quæ negotiosa est, & exercita semper perpetuitate motationis. quod diuinuatis & immortalitatis est ratio. Igitur cùm quies corporibus euenit, quorum solatium proprium est, vacans illa, à solatio alieno non quiescit, & si caret operæ membrorum corporalium, suis vtitur.* Hæc somniorum in genere physica causa est: sed peculiaris diurnarum curarum, est

Thaum. quam ex Aristotele proposui. Thaumaturgus hic, ὥσπερ ἡ φρονίσει ψυχὴς πενίλαις παρέπεται ὀνειράτων παντοδαπὴ φαντασία, οὕτω καὶ ἀφροσύνη φλυαρία σύνεζυγται. *Sicut etiam curas animæ varias, multiplex somniorum imago subsequitur; sic etiam stultitiæ verborum nugacitas coniuncta est.*

Gregor. Nyssen. Gregor. Nyssenus lib. de opificio hominis cap. 13. *Est & aliud somniorum quoddam genus, quod pro morum cuiusque varietate formatur. Sunt enim alia hominis fortis, alia timidi imaginationes nocturnæ: alia temperantis, aliáque intemperantis somnia: alia homini auaritiæ inexplebili, alia liberali per somnum obiiciuntur. Atque visa hæc, nequaquam mens, sed expers illa rationis in animo affectio informat. Nam quibus quis adsueuit diurno studio, eorum in somnijs etiam simulacra fingit.*

D. Greg. Naz. D. Gregorius Nazianzenus, carmine de vitâ suâ post med.

ἀντὶ δέ μοι κτεάνων καὶ ἀρχαλέων ἀρυμάδων,
οἵ μοι καὶ ἐννυχίοισι κακοῖς ἐρέθουσιν ὀνείροις,
φροντίσιν ἠματίοις γὰρ ἐμοὶ ἐρέθουσιν ὀνείροις.

Billius. Billius;

Ac pro magnificis opibus miserôque tumultu
Qui me nocte etiam per inania somnia vexat,
(Visa etenim curas referunt nocturna diurnas.) &c.

S. Ambros. l. 2. de virgin. in prin. *cùm quiesceret corpus, vigilare animus; qui frequenter in somnis aut lecta repetit, aut somno interrupta continuat, aut disposita gerit,* &c. S. Hieron. Albin. & alij idem hîc notant, inter quos Olympiod. asserit accipi posse vt adagium, sensu quem ex Thaumaturgo adscripsi. Venio ad prophanos. D. Hier. Albinus. Olymp. Attius.

Attius in Bruto;

Res, quæ in viâ vsurpant homines, cogitant, curant, vident;
Quæ, agunt vigilantes, agitántque, ea si qui in somnis accidunt,
Minus mirum est. . . . .

Plato. Somnia, vigiliæ dormientium: spes. somnia vigilantium. Plato dicit Sõnia esse vigilias dormientium: spes verò somnia vigilantiũ. tribuũt illi S. Basil. epist. 19. ad Nazianz. & Ælian. l. 13. variæ hist. c. de spe: sed Aristoteli tribuit Laërt. l. 5. potuit ille à magistro sumpsisse.

Lucretius. Lucretius l. 4. de rerum naturâ.

Et quoi quisque fere studio deuinctus adhæret,
Aut quibus in rebus multùm sumus ante morati,
Atque in qua ratione fuit contenta magis vis;
In somnis eadẽ plerũq; videmur obire
Caussidici causas agere, & componere leges:
Endoperatores pugnare ac prælia obire:
Nauta contractum cum ventis degere bellum:
Nos agere hoc autem, & naturam quærere rerum
Semper, & inuentam patriis exponere chartis.
Cetera sic studia, atque artes plerumque videntur
In somnis animos hominum frustrata tenere.

Describit

Seneca. Describit hoc ipsũ in Herculis cæde perpetratâ soporati quiete noster Tragicus; & cõparatione illustrat.

En fusus humi saua feroci
Corde volutat somnia: nondum est
Tanti pestis superata mali.
Clauaque graui lassum solitus
Mandare caput, quærit vacuâ
Pondera dextrâ, motu iactans
Brachia vano; nec adhuc omnes
Expulit æstus: sed vt ingenti
Vexata noto, seruat longos
Vnda tumultus, & iam vento
Cessante tumet.

Petronius Arbiter. Idem in Octauiâ:

Quæcumq; mẽtis agitat infestus vigor,
Ea per quietem sacer & arcanus refert
Velóxque sensus, &c.

imitatur Attium: sed Lucretium Petronius Arbiter;

Somnia quæ mentes ludunt volitantibus vmbris,
Non delubra Deum, nec ab æthere numina mittunt;
Sed sibi quisque facit. Nam cùm prostrata sopore
Languent membra, quies & mens sine pondere ludit.
Quicquid luce fugit, tenebris agit.
Oppida bello
Qui quatit, & flammis miserandas sæuit in vrbes:
Tela videt, versásque acies, & funera regum,
Atque exundantes perfuso sanguine campos.
Qui causas orare solent; regésque forúmque
Et pauido cernunt inclusum corde tribunal.
Condit auarus opes, defossúmque inuenit aurum.
Venator saltus canibus quatit: eripit vndis,
Aut premit euersam perituro nauita puppim:
Scribit amatori meretrix: dat adultera nuntio:
Et canis in somnis leporis vestigia latrat.
In noctis spacio miserorum vulnera durant.

Claudianus. Vtrumque vincere conatus Claudianus præfatione in V I. Honorij consulatum:

Omnia quæ sensu voluuntur vota diurno,
Tempore nocturno reddit amica [quies
Venator defessa toro cùm membra reponit,
Mens tamen ad sylua, & sua lustra redit.
Iudicibus lites, aurigæ somnia curru,
Vanáque nocturnis meta canetur equis.
Furto gaudet amans, permutat nauita merces,
Et vigil elapsas quærit auarus opes.
Blandáque largitur, frustrà sitientibus agris,
Irriguus gelido pocula fonte sopor.
Me quoque Musarum studium, sub nocte silenti,
Artibus assiduis sollicitare solet.

Nonnius. Ex Græcis recentior, sed priscis non inferior maiestate aut inuentione Nonnius μέ. Dionysiac.

ἀντίτυπον γάρ
ἔργον ὅσσ᾽ τιλέει τὶς ἐν ὕπνῳ, νυκτὶ δοκεύει.
βυκόλος ὑπνώων κεραὸς βόας εἰς νομὸν ἕλκει.
δίκλυα θηρητῆες φαείνεται ὄψις ὀνείρου.
γεωπόνοι δ᾽ εὕδοντες ἀροτρεύουσιν ἀρούρας, &c.

ait, *in somno nobis exhiberi antitypum exemplar operis perfecti. Etenim qualia quis interdiu peregit, talia cum noctu conspicere. Bubulcus dormiens cornigeros in pascua boues agit. Retia venatoris oculus somnians videt. Agricultores etiam dum quiescunt, aratro terram subigunt, &c.* Confirmant idipsum historici. Herodotus in Polymnia; πολλαχῇσι δὲ τοι μάλιστα ἐνθα

εἰώθασι αἱ ὄψεις τῶν ὀνειράτων τὰ τῆς ψυχῆς σφαλίζειν. *consueuerunt ipsa somniorum visa, plerunque frustrari, ob ea quæ quis interdiu mente agitauit.* Plutarchus verò in Hannibale, de illius somnio differens, negat mirandum fuisse, si intentæ Hannibalis curæ cogitationésque vehementes, quibus ille vigilans bellum Italicum agitabat, quasdam nocturnas peperissent species, nunc victoriæ, nunc cædis & incendij, aliarúmque belli calamitatum similitudinem præ se ferentes. Fieri enim interdum, sicut orator inquit, vt cogitationes sermonésque nostri pariant aliquid in somno tale, quale de Homero scribit Ennius; de quo videlicet sæpissimè vigilans solebat cogitare, & loqui. Non adscribo verba Græca, quia codex Græcus editus hac vitâ caret, & multi suspicantur Donatum Acciaolum eius potiùs authorem, quàm interpretem fuisse. Hinc fit vt piorum & proborum meliora ac pacatiora sint somnia: improborum molesta & dira: docent Plato lib. 9. de republ. in prin. Aristot. lib. 1. Ethic. c. 13. & Plutarch. lib. de profectu morum. Vnde inferunt Cassianus & alij spirituales magistri, lasciua somnia, signum esse animi nondum castitatem mentis assecuti. Quod in Sapphûs epist. Naso, in Æneide 4. Maro de Didone expressit. Lege Macrobium lib. in somnium Scipion. cap. 3.

Plutarc. Hannibalis sõmia & nocturnæ species.

Ennius de Homero cogitare solitus & loqui.

Piorũ & proborũ meliora somnia: improborum contra. Plato. Arist. Plutarc. Cassian.

Naso. Virgilius Macrobius.

Sit primus adagij vsus, cùm quis volet dicere aliquem multa somniare vana, quia vanis; sana, quia sanis interdiu distinetur: iuxta illud quorumdam ex sententia, *sanus somniat, qua volt.* hoc est, quæ auidè expetit. II. Cùm alicui volemus persuadere vt sapientiæ aut virtuti alicui incumbat, possumus dicere, fac illam in somnis videas: aut è contrà si studiosum aliquem illius significare, dicendo, hûic etiam per somnum apparet virtus illa. Hoc mihi subolet in hoc versu Ennij;

Nec quisquam σοφίαν, sapientia quæ perhibetur,
In somnis vidit, priusquam discere cœpit.

quia qualia studia, talia somnia.

I. I. Vsus.

II. Vsus; cùm volumus significare, hominem non debere vanis pollicitationibus credere, vel attendere nugacibus rebus aut verbis; iis enim deludi homines perinde ac insomniis. Sic Olympiodorus.

Olymp.

IV. Ne fidem præstemus insomniis. hunc sensum elicit Antiochus in Pandecte hom. 84. secutus versionem non Symmachi, sed LXX. vt patet ex loco. Confirmatur infer. v. 6.

IV. Antiochus.

V. Ne de rebus diuinis & Deo temerè aut multa loquamur. Sic Hieronym. & Olympiodor.

V. Hieron. Olymp.

EX EODEM CAP. VER. VI.

ADAG. CCCIII.

Vbi multa sunt somnia, plurimæ sunt vanitates, & sermones innumeri.

Somnia multa multæ vanitates.

Siue Hebræa, siue Lxx. aut Symmachum, quem noster secutus, adspicias; rectè traditum à Ioan. Fero, conclusionem esse superiorum, qua monemur, nõ temere, nec passim attendere ad somnia. Non negat quædã à Deo immitti, qui sciebat se in somnis sapientiæ donum accepisse: sed ab inani Gentilium oniropoliâ, cui nimis etiam hodie quàm multi dediti, dehortatur. Siracides cap. 34. v. 2. hæc eleganter detestatur; *vana spes & mendacium viro insensato, & somnia extollunt imprudentem*

Sensus adagij.

prudentè. Quasi qui apprehẽdit vmbrã, & persequitur ventum: sic & qui attendit ad visa mendacia. Postea sequitur noua disputatio, qua probat, mundum nõ à somniis aut fortuitis casibus, aut verbosis gentilium disputationibus pẽdere, aut gubernari, sed à Dei prouidentia, cui non obstat, quòd sæpè boni tyrannorum violẽtiâ premantur v.7.& seq. quanquam possunt etiam dependere ex præcedentibus & sententiâ D.Hieronymi; quam Caietan. videtur sequi. Contra somniorum obseruatores Albius Tibullus;

Tibullus.

Somnia fallaci ludunt temeraria nocte:
Et pauidas mentes vana timere iubent.

Comicus quidam Græcus;

ψευδεῖς ὄνειροι χαίρετ'. οὐδὲν ἦτε ἄρα.

Mendacia somnia valete. Nihil enim eratis.

Somnus, Veri pessimus autor. Astrampsychi & aliorum de somniis cõmẽtarij. Luciani nugæ. Sẽtentia autoris.

Ideo somnus vocatur à nostro, *veri pessimus author.* Astrampsychi, Artemidori, Magmedis, & similium de his commentarij, digni sunt, qui Luciani veris narrationibus, hoc est nugis nugacissimis, annumerentur. De hac re disserui lib.3. mag. disq.

Monemur adagio, non credere insomniis.

ADAG. CCCIV. Excelso excelsior est alius.

EX EODEM CAP. VERS. VIII.

Excelso excelsior est alius.

Senſus adagij.

PRouerbium hoc frænũ est impotenti potentiæ principum, magistratuum, dominorum: quo iubentur timere Deũ, qui se timeri volunt. Potentiorem esse à quo potentes potenter tormẽta patientur. Possunt isti. Quid possunt? vitam eripere. Potest phalangium & scorpius. Sed vbi quem occiderint, quid vltrà queunt? timeant eum qui cùm hoc corpus vitâ priuauerit, potest animam mittere in gehennam, vbi sempiternum excrucietur. Insuper etiam in hac vitâ *vniuersæ terræ rex imperat seruienti.v.8.*

Seneca.

Seneca in Thyeste:

Vos quibus rector maris atque terræ
Ius dedit magnum necis atque vitæ,
Ponite inflatos, tumidósque vultus.
Quicquid à vobis minor expauescit.
Maior hoc vobis dominus minatur.
Omne sub regnò grauiore regnum est.

Non potuit clariùs Salomonis sensus explicari: vbi dixi quædã in cõmentar. Nec putent differendam semper pœnam in futurum. Nam & qui prædantur, sæpe hîc fiunt præda, & qui vorant, ab aliis deuorantur. Chaldæi Iudæos in captiuitatem abduxerunt, Chaldęos Persæ subiugarunt, Persas Macedones, hos Romani euerterunt, Romanos Gotthi & Vandali vastauerunt, Vãdalos in Africâ, Gotthos in Hispaniâ Sarraceni sibi subdiderunt, Sarracenos tandem Astures. Cantabri, Celtiberi debellarunt. Sic Deus celeri turbine regna versat. Difficultatem præbet, quod hodie legitur in Hebræo *leschadeh* לשדה quod vertunt *agrum* vel *agellum*, Cãpens. Arias & alij, pro *imperat*, & sic videntur legisse Lxx. & Latina versio vetus, quam posuit S. Hieronymus, qui non incommodè explicat. Nolo vos morari varietate interpretationum, quæ, nisi conciliẽtur, incertiorem lectorem dimittunt: & quid

Monarchiarum subuersiones & deuolutiones.

Difficultas lectionis.

Proba verſio.

quid opus? proba noſtra verſio eſt, quam Symmachus confirmat, ὅτι παντὶ αὐτὸς ὁ βασιλεὺς τῇ χώρᾳ εἰργασμένῃ, *ſuper omne ipſe eſt rex regioni cultæ*, & ſanè mutatione (ר) in (ד) potuit noſter legiſſe per (ד) & (ש) lene, tunc foret ad verbum, *in univerſa terra rex* (ſub. regnat vel exiſtit) *ad imperandum ei cui ſeruitium exhibetur.* Quod quid aliud quàm inſuper *univerſæ terræ rex imperat ſeruienti?* Idem inſinuarat cap. 3. 17. vbi poſtquam dixerat ſe in loco iudicij impietatem, & in loco iuſtitiæ iniquitatem vidiſſe, ſolatur ſe, quia tempus futurum, quando iudices Deus iudicabit, quando *Deus in medio Deorum ipſos Deos* (hoc eſt, iudices) *iudicabit.* pſal. 81. 1. Nec enim vllum alium à ſe poſuit ſuper orbē, neque conſtituit ſuper terram, qui eam moderetur, & iuxta vias ſingulorum reſtitueret, Iob 34. 11. & 13.

Hieron. & alij. Hunc ſummum imperatorē Deum intelligunt Hieronymus, Olympiodorus, Albinus, & alij multi hîc, & S. Athanaſ. apolog. de fuga ſua ſub finem.

EX EODEM CAP. VER. IX.

ADAG. CCCV. Auarus non impletur pecuniis.

Auarus non impletur pecuniis.

TRitum adagium (mitto ſacros ſcriptores, qui plurimi) paſſim apud non ſacros. Seneca lib. 2. de benefic. *Nunquam enim improba ſpei, quod datur ſatis eſt: & maiora cupimus, quo maiora venerunt: multóque conciliatior eſt auaritia, in maiorum opum congeſtu conflata: vt flamma infinito acrior vis eſt quo ex maiore incendio emicuit.*

Seneca.

Lucilius. Lucilius;

Nam ſi, quod ſatis eſt, homini id ſatis eſſe poteſſet,
Hoc ſuo erat. Nunc, cùm hoc non eſt, quid credimus? potrò
Diuitias vllas animum mî explere poteſſe?

& alibi:

Denique vti ſtulto nil ſit ſatis, omnia cùm ſint.

& Mimographi incerti, in Senecæ epiſt. 109. Seneca.

Deſunt inopiæ multa, auaritiæ omnia.
Is minimo eget mortalis, qui minimum cupit.
Quod vult habet, qui velle, quod ſatis eſt, poteſt. Varro.

Varro in Eumenidibus;

Denique auarus
Quis ſanus? cui ſi flet terra & traditus orbis;
Furando tamen, ac morbo ſtimulatus eodem,
Ex ſeſe ipſe aliquid quærat, cogátque peculi.

Claudius in Ruffinum; Claudianus.

Non Tarteſſiacis illum ſatiaret arenis
Tempeſtas pretioſa Tagi, non flagua rubentis
Aurea Pactoli; totúmque exhauſeris Hermum,
Ardebis maiore ſiti,

auri & gemmarum quæ ferunt alueo ſuo hi fluuij. ſubdit;

Quò vaſane ruis, teneas vtrumque licebit
Oceanum: laxet vtilos tibi Lydia fontes:
Iungantur ſolium Cæſi, Cyrique tiara,
Nunquam dines eris.

Copioſus in hoc argumento noſter, Hercule Furente;

Hic nullo fine beatus
Componit opes, gaza inhians,
Et congeſto pauper in auro eſt.

& in Oetæo,

Cupit hic gaza implere ſinem:
Nec tamen omnis plaga gemmifери
Sufficit

CCCV.

Sufficit Istri, nec tota sitim
Lydia vincit; nec qua Zephyro
Subdita tellus, stupet aurato
Flumine clarum radiare Tagum;
Nec si totus seruiat Hebrus,
Ruráque dines cingat Hydaspes;
Intráque suos currere fines
Spectet toto flumine Gangem.
Auidis, auidis natura parum est.

Lucanus. Lucanus patruum secutus libro 7. Pharsal.

Sed non impleuit cupientes omnia mentes,
Quicquid fodit Iber, quicquid Tagus extulit auri,
Quodque legit dines summis Arimaspus arenis.

Horatius. Horatius præiuit Senecæ, lib. 3. od. 24. secutus eum Anicius, olim à me citatus non semel, lib. 2. de consolat. metro. 2. & lib. 3. metro. 3. cuius verba priora potestis hic à Lorino petere. Accedant alij, Iun. Iuuenalis;

Iuuenalis.

Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit.

Ausonius. Ausonius;

Quis dines? qui nil cupiat. quis pauper? auarus.

Ouidius. Ouidius lib. 1. Fastor.

At postquam fortuna Iœi caput extulit huius,
Et tetigit summo vertice Roma Deos;
Creuerunt opes, & opum furiosa cupido:
Et, cùm possideant plurima, plura petunt:
Quærere vt absumant, absumpta requirere certant:
Atque ipsa vitiis sunt alimenta vices.
Sic, quibus intumuit suffusa venter ab vndâ,
Quo plùs sunt potæ, plùs sitiuntur aquæ.

Neque tamen huius in parte ratio obscura, quoniam crescit cum copiis inopia, & cum diuitiis indigentia. *Vbi enim multa sunt opes, multi & qui comedunt ea: & quid prodest possessori, nisi quòd cernit diuitias oculis suis?* ait noster inf. v. 10. vt pauper indiget decem, sic dines centum, Rex mille. videas hæc egregiè disputantes Cyrum, & Pheraulã lib. 8. Cyripædiæ. & hic quidem ostendit se non esse feliciorem, quòd multa possideat, nec vllo modo bibere, comedere, dormire iucundiùs quàm cùm erat pauper; sed hoc adeptum, vt plura necesse sit custodire, plura aliis tribuere, & cum curis plura sibi sint negotia. *Nunc enim* (ait) *famuli cibum multi à me petunt, multi potum, multi amictus, alij indigent medicis,* πολλοὶ μὲν οἰκέται σῖτον αἰτοῦσι, πολλοὶ δὲ πῶν, πολλοὶ δ' ἱμάτια. οἱ δὲ ἰατρῶν δέονται: & tandem concludit, ἀνάγκη δέ τοι ἐστὶν τὸν πολλὰ ἔχοντα, πολλὰ καὶ δαπανᾶν, καὶ εἰς θεούς, καὶ εἰς φίλους, καὶ εἰς ξένους. ὅστις δ' ἂν ἰσχυρῶς χρήματων ἥδεται, δεῖ ἴσθι, τοῦτον καὶ δαπανῶντα ἰσχυρῶς ἀνιᾶσθαι. *Necesse est etiam qui multa possidet, eum multum facere sumptum, & erga Deos, & erga amicos, & erga hospites. Qui ergo valde pecuniis delectatur, certo hunc scito etiam valdè tristari si sumptum faciat.* Certè nec diuiti plus vno est ore quo vescatur, aut ventre, quem infarciat. aliis ergo hæc asseruat. *Ipsas* (inquit Cyrus) *pecunias cùm domi plurimas habeant, neque comedunt plus quàm ferre possunt, frangerentur enim: neque pluribus vestimentis induuntur, quàm ferre queunt, alioquin suffocarentur.* οὔτε ἐσθίουσι πλείω, ἢ δύνανται φέρειν, διαρραγεῖεν γὰρ ἄν. οὔτ' ἀμφιέννυνται πλείω, ἢ δύνανται, ἀποπνιγεῖεν γὸ ἄν.

Xenophon. Cyri & Pheraulæ disputatio.

Diuiti non est plus vno ore aut ventre, aliis sua asseruat.

EX EODEM CAP. VERS. XV.

ADAG. CCCVI. Laborare in vẽtum.

Laborare in ventum.

COnuenit cũ Hebræo & LXX. multa sanè adagia iam habuimus à vehto ducta, quibus omnibus labor irritus significatur, Iob 6.26. *In ventum verba proferre.* vide suprà, & Prou. 10. 24. *ventum pascere.* Item Prouerb. 11.29. *ventos possidere.* Præterea Prou. 27.16. *ventum tenere manu*, sic vsus Suidas, ἀνέμους χωρηγῆν, *ventos agricolare.* & S. Nazianzenus in epist. citante Lorino, ὡς αὔραις τὶς μᾶλλον πιστεύειν, ἢ χάρμαν τοῖς κατ' ὕδατος ἢ ἀνθρώπων εὐημερίᾳ. *vt ventis potius fidendum sit, & litteris inscriptis aquæ, quàm hominum prosperitati.* Vnde *ventis se credere* veteribus temeritatis indicium. Virgil. 5. Æn.

Suidas. Ventos agricolare. Naz. Lorin. Virgil.

Æneam quid enim credam fallacibus austris?

Seneca in Medea; audacem nimium pronunciat, qui fragili rate, perfidum mare sulcans,

Seneca.

Animam leuibus credidit auris.

Iuuenalis;

Iuuenal.

I nunc & ventis animam committe.

Vnde *ventis se credere* veteribus temeritatis indicium. Virgil. 5. Æn. ciectitio fœtu hominis; qui lucem non vidit, hoc est, mortuus ciectus fuit: (patet ex textu) cõparatio subditur, quia diues iste auarus, frustrà censendus in lucem editus, quantumvis dixerit; quia hoc non est viuere, non frui partis. Viuere enim veteribus idem quod vitâ & opibus vti.

Viuere quid appellent veteres.

Quò mihi diuitiæ, si non conceditur vti?

Varro ἀεὶ φιλοπαιγμόνως; *Properate viuere pueri, quas finit ætatula ludere.* In veteri marmore Romano,

Varro. Vetus marmor.

Sed quid ego hæc cerno, mea sunt hîc ossua in olla
Condita. vine hospes dum licet, atque vale.

& cuidam auaro Martialis,

Martial.

Viuere cras serum est, Posthume, viue hodie.

Petronius,

Petron.

Ergo viuamus, dum licet esse bene.

& illud alterius; *Amici dum viuimus, viuamus.*

Frustrà ergo *venit* (nam hunc vers. 4. de auaro cape cùm Thargumæo Costi, Caietano, Titelman. & Fero, & Campensi,) qui nec sibi nec aliis: & *pergit ad tenebras*, quia ignotus ipsi sibi moritur, qui sui curam non gessit; & quoad alios, *obliuione delebitur nomen eius*; non erit in benedictione eius memoria, sed omnium detestatione damnata alludit ad morem damnãdi memoriam eorum, qui de repub. malè meriti, de quo dixi in Octauiam. Vide, cur præferendus huic abortiuus? Scio quosdam similitudinem ponere, quia vterquè careat sepulturâ. Sed licèt minùs solemnis, sepultura tamen concedebatur infantibus; docui olim Placidij locum explicans, & versum Rutilij comment. ad Troades 511. & abortiuos terra tegi solitos verisimile; sed sinè vllo solemni ritu, & velut bruta, tantùm

Mos dãnãdi malè de Repubi. meritos. Placidij locus. Rutilij. Abortiui terra tegi soliti.

EX CAP. VI. V. III.

ADAG. CC-CVII. Melior illo abortiuus.

Melior illo sit abortiuus.

טוב ממנו הנפל
Tou mimmenu hannephel
Bonum præillo abortiuum.

SIc LXX. ἀγαθὸν ὑπὲρ αὐτὸν τὸ ἔκτρωμα. Nihil indigemus medicorum placitis, ἔκτρωμα. & *abortiuus*, in genere debent accipi de omni

Abortiuus Ἔκτρωμα.

tùm ne tabe & putredine nocerent aliis. Talem sepulturam non adimit diuiti auaro, nec etiam ceterorum hominum vulgarem; sed eam quæ splendida est, & testis beneuolentiæ propinquorum: cui & nominis & rerum præclare gestarum adsit elogium. D. Hieronymus exponit sepulturam, ipsam memoriam sibi partã egregiis operibus post mortem propagandam, qua sui memoriam ab iniuriâ mortalitatis asseret: quod confirmat Costi Thargũ, in multis plenior, quàm Ariæ Mõtani. Hanc explicationem nonnulli sequuntur ex recentioribus, & cõfirmat, quoniam talis sit vsus sacræ Scripturæ: in qua ad significandum ab aliquo post mortẽ nominis sui memoriam propagandam, dicitur *sepulcrũ fore in gloria*; sicut de CHRISTO Isai. 11. 10. *& erit sepulcrũ eius gloriosum*, id est sepultus atque mortuus viuet in gloriâ apud homines: contrà, ad significandam à morte nominis obscuritatem, dicitur de aliquo, quòd carituras sit sepulturâ, Ierem. 22. 19. *sepulturâ asini sepelietur*, id est ignobilis & obscurus iacebit. De phrasi non multum cum illis pugnem, maximè quo ad locum d. v. 29. de quo tamen agetur posthac: de loco Isaię sequor eos, qui simpliciter de Domini sepulcro sunt interpretati, vt dixi in prælectionib. Isaiæ. Et hîc præfero propriam sepulcri acceptationem, cum ipso etiã D. Hieronymo, Thaumaturgo & aliis. variis enim ex causis potest accidere vt diues iste solenni sepultura careat. vel quia apud exteros mortuus, dum impiger extremos ad Indos currit, per mare, per ignes diuitias quærens: aut apud suos mortuus, nec ipse sepulcrũ ausus construere, aut de sumptu funebri prospicere; nec hæredes eius studiosi vel amici vlli beneuoli existãt

D Hier. expositio.

Arias Mont.

Phrasis Scripturæ.

Isaiæ locus.

Comparantur ergo in his abortiuus & auarus, quia frustrà natus vterque, cùm finem nascẽdi neuter adeptus: quia neuter solem vidit, abortiuus calamitate; auarus cùm sic vixerit, quasi non viueret, & nũquam lucẽ nisi mœstus adspexit. solet enim sacra Scriptura lucem & solem pro lætitiâ sumere. Sed in eo præfertur abortiuus, quòd vt bona, sic nec mala vitæ vlla sit perpessus; auarus verò bonis vitæ caruit. ætatem verò suam in mille malis & ærumnis transegit.

Cõparatio abortiui & auari.

Abortiuus auaro præclarus.

Caietanus hîc more suo carpit nostrum interpretem: tum quia posuit, quod non sit in Hebræo, *distantiam boni & mali*; tum quod non posuerit, id quod habetur in Hebræo, *requies isti præ isto*. Sed pro nostro est Chaldæa Paraphrasis vtraque, & quædam exemplaria Græca: Sanè noluit noster verbum verbo reddere, sed quod obscurissimè dictum fuit in v. 5. *& non cognouerit requies huic quam illi* clarissimè explicuit; *requiem*, ἀνάπαυσιν, נחת *nachath*, exponẽs *distantiam*, hoc est, cognitionem siue experientiam discriminis quod est inter possessi boni & possessi mali perceptionẽ, frutionémque. Præterea Clarius nostram versionem retinuit. Nónne quiete opus est ad huius discriminis cognitionem experimentis assequendam?

Caietan.

Vers. 5. explicatus.

Clarius.

Vsus prouerbij satis se prodit, nẽpe dici de vehementer infœlici, vili, & despicabili, quod deterius sit abortiuo; quem nec ipsa mater videtur dignata vtero retinere, & maturare. Hebræa vox נפל significat *caducum*, & *deciduum*; & lætissimè porrigitur ad omnia immatura, mutila, reiectanea, & consputatilia. vt Num. 12. 12. Aaró pro Maria sorore quam lepra operuerat, orat, ne fiat *vt abortiuum quod proiicitur de vuluâ matris suæ*. Nimirum quia leprosi

Vsus adagij.

Hebrææ vocis extensio.

Num. 12. 12.

Leprosi eiicie-

rum eiectio è cœtu hominum.

eiiciebantur à cœtu hominum, sic vt abortiuum ex vtero; & sicut hoc solet plerumque membris & pulcritudine mutilum ac deformatum esse; sic Maria, lepræ voracitate vix humanam speciem retinebat, vt benè Abulensis. nam Oleaster locum malè accepit. Origenes hom. 7. in Num. circa med. ostendit abortiuum non dici bonum, nisi respectu maioris mali, vt minùs malum. Iob 3. 16. *sicut abortiuum absconditum non subsisterem, vel, qui concepti non viderunt lucem.* puto duplicem esse descriptionem, vnam abortiui statim mortui vt natus, & ideo à matris vtero statim terrâ contecti: alterâ, abortiui mortui in vtero priusquâ nasceretur. vtrouis modo significat se futurum minùs infœlicem, & despectum à suis. *Non videre lucem* ibi non significat cæcum natum, sed mortuũ, sicut mortuos luce cassos, solemus vocare. nec aliter intelligas quod ps. 57. 9. secundùm Hebr. 57. v. 9. vertit D. Hier. *quasi abortiuum mulieris, quod non vidit solem*, iuxta puncta quæ nunc habentur, & quæ secutus Thargum & Rabbini recentiores, & etiam Aqu. Symm. & Theodotion. Verùm vt nostri verterunt. ἔπεσε πῦρ ἐπ' αὐτοὺς, quoniam aliis punctis legerunt נפל אשם *naphal escham, cecidit ignis eorum.* Sensus tamẽ repugnat, si dicamus *abortiuos* comparari, quia sicut abortiui de vtero ad tumulũ. (Iob 10. 19.) trãsferuntur; sic impios ait malè natos ad fœlicitatem: hoc est, cùm non cœperint fœlicitatẽ oculis cernere, statim diuinâ vindictâ obrui, & velut in vtero bonæ fortunę exstingui. Aliter D. Paulus 1. Cor. 15. 8. *Nouissimè autem omnium tanquam abortiuo, visus est & mihi:* ὡσπερεὶ τῷ ἐκτρώματι. exponunt alij cum D. Anselmo & S. Thoma, quia non qua ceteros facilitate, sed vi quadam & nisu eum CHRISTVS pepererat. alij, quòd ex Synagogæ vtero quasi eiectus: sed hoc secundum illi nihil detraheret. priori obstat, quòd sæpè minori nisu mulieres abortiuum, quàm maturũ partum pariunt. Cẽseo, Apostolum vt se mox minimum Apostolorum & Apostolatu indignum ait; sic hoc ipso nomine vilitatem suam indicare voluisse: q. d. si me adspicio, ceteri sũt maturi fœtus, digni qui solẽ iustitiæ exortum viderent, ego quales fructus decidui, quos vix tandem cursu peracto sol oriens obiter inuiseret. Theophylactus, *Quia se indignum Apostolici muneris functione dicit ac reiectitium* (hoc est dignum reiici) *sic seipsum nominauit, seu imperfectum & immaturum quantum ad apostolicam dignitatem & authoritatem attinet.*] Oecumenius vult se vocare embryonem eadẽ de causa: cùm enim dixisset, *Modesti animi hoc verbum est*, ταπινοφροσύνης μὲν τὸ ῥῆμα subdit; ἔστι δ' ἔκτρωμα, ἤγουν ἐξάμβλωμα, καὶ ἐμβρωθρίδιον ἤγουν τὸ ἀτελὲς ἔμβρυον, τὸ ἀμορφον. ἐνταῦθα καὶ ὁ ἐν πᾶσι τέλειος Παῦλος ὁ ποσῶς καὶ πηλικοῦτος, ὡς μὴ μορφωθεὶς ἐξ ἀρχῆς τῷ Χριστῷ πίστει, ἔκτρωμα φησὶν ἑαυτὸν διὰ ταπινοφροσώνης ὑπερβολὴν. *Abortiuum autẽ est, siue exambloma, & embrothridion, siue imperfectus embryo siue fœtus informis. In hoc & in omnibus perfectus Paulus, cùm talis ac tantus esset, eo quòd non à principio fuisset ad* CHRISTI *fidei exemplar formatus, abortiuum vocat se ipsum, per quandam superexcellentem siue excedentem humilitatem.* Vtrique præit S. Chrysost. hom. 28. quos secutus, vt adagialem locutionem accepi.

Oleaster. Origenes.

Iob 3. 16.

Duplex descriptio hic ex sententia autoris.

Theoph.

Oecumenius.

Ps. 57. 9.

Locus 1. Cor. 15. 8.

D. Anselm.

EX

CCC-VIII. ADAG. CCC-VIII. Omnis labor hominis in ore eius.

EX EODEM CAP. VER. VII.

Omnis labor hominis in ore eius.

Sensus adagij.

KAl-khamal haadem lephinu. כל עמל האדם לפיהו *omnis labor ipsius hominis propter os eius.* LXX. πᾶς μόχθος ἀνθρώπου εἰς στόμα αὐτοῦ, vt noſter. Docemur, mortalium curas, ſollicitudines, laboreſq; omnes, quos in conquirendis diuitiis inſumunt, non alio ſolere fine ſuſcipi, quàm vt corporali huic vitæ neceſſaria comparent, vt habeãt quod ori ingerant, & venter egerat. D. Hieron. Hieronymus; *omne quod laborant homines in hoc mundo, ore conſumitur, & attritum dentibus ventri traditur digerendum: cúmque paululum gulam delectauerit, tandiu videtur tribuere voluptatem, quamdiu gutture cominetur. cum verò in aluum tranſierit, deſinit inter cibos eſſe diſtantia.*] ſic etiam capiunt Chaldæus Coſti, Olympiodor. Liran. Campenſis, & alij hìc. Vnde conficta fabula Menenij quondam *indignatas reliquas corporis partes, ſuâ curâ, ſuo labore ac miniſterio ventri omnia quæri; ventrem in medio quietum, nihil aliud quàm datis voluptatib. frui: conſpiraſſe inde, ne manus cibum ad os ferrent, nec os accipere datum, ne dentes conficerent*, &c. Liuius lib. 2. Hinc ab Epimenide homines voraces & otioſi vocari *ventres pigri*, quod B. Paulo placuit, ad Titum. hinc venter à Perſio vocatur *magiſter*, quòd etiam picas doceat ſuum χαῖρε.

Liranus. & alij. Fabula à Menenio conficta. Liuius. Ventres pigri. Perſius. Venter magiſter dictus. Hebraiſ.

Alij malunt hoc noſtro loco eſſe Hebraiſmum, vt appellatione oris demenſum cuique debitum ſignificetur, hoc ſenſu: omnis labor inſtituitur, vt quotidianus nobis victus comparetur, de qua phraſi dictum ſuprà, Geneſis 47. 12. Hebr. eſt *ad os parvuli.* noſter, *cibaria ſingulis.* Exod. 16. 16. *colligat vnuſquiſque ad os ſuum*, noſter, *quantum ſufficit ad veſcendum.* Leuit. 25. 16. *ad os multitudinis annorum*, vbi noſter, *quanto plures anni.* Deuter. 21. 17. vbi noſter, *dabit ei duplicia.* Hebr. eſt *dabit ad os duplex.* Volunt ergo iſti nouatores hoc loco explicari poſſe, Deus vnicuique certum laborum demenſum aſſignauit ad os eius: hoc eſt, iuxta perſonæ, ætatis, ingenij donorum corporiſve viriũ rationem. Verùm hæc expoſitiõ longè petita videtur, nec benè cohæret præcedentibus. Noſtra verò optimè, nam adhuc alia ratione flagellat auaros diuites, à fine opũ. Opes (ait) inſtitutæ ſunt, & quæri ſolent, vt ſuppetat victus: auarus autem etiam hoc fine ſe priuat quia tam deeſt illi quod habet quàm quod non habet. Alioquin etiam homo reuera pauciſſimis indiget. Quod plura cupit, naſcitur opinionis errore, & deſiderij vaniſſima orexi.

Alia expoſitio minùs probata.

EX EODEM VER. X

ADAG. CCCIX. Anima hominis non implebitur.

Anima non implebitur.

CVpiditatem exponunt Campenſis & alij: ſanè *anima* ponitur, pro deſiderio, ſicut pſal. 16. 12. *Ne tradideris me in animas tribulantium mé*, ideſt, ne permittas me deſideriis illorum. De hac auaritiæ inſatiabili cupiditate dictũ prouerb. 30. 15. & ſup. c. 5. 9. vide ſup. & adag. 305. iis addi poteſt ratio, hoc oriri inde, quia præſentibus cõtenti non ſumus, & vnicuique fœlicior ac pinguior aliena conditio videtur.

Senſus adagij.

Horatius. Ideo ſapienter Horatius ſat.1.hanc inſatiabilem cupiditatem auarorum inſectaturus,præmittit vt cauſam vitij,hanc humanam inſtabilitatem,qua,

nemo,quam ſibi ſortem
Seu ratio dederit, ſeu fors conceſſerit, illâ
Contentus viuat, laudet diuerſa ſequentes.

& epiſt.14.

optat ephippia bos,..optat arare caballus.
Quam ſcit vterque, libens, cenſebo exerceat artem.

Pindarus. vt ait Pindarus.

ἐν ἅρμασιν ἵππος, ἐν ἀρότρῳ βοῦς.
In curribus equus,in aratro bos

Vide adag.

Quam quiſque nouit artem, in hac ſe exerceat.

S.Baſil. De ipsâ cupiditatis inſatiabilitate diſertiſſimè declamat S.Baſil. hom. ſuper illo D. Lucæ 12. *deſtruam horrea mea.6.* & ad eos qui cupiunt diteſcere hom.7.& in diuites auaros. 8.necnon Ant. Meliſſa ſer.34.& 35.

EX EOD. CAP. VER. IX.

ADAG. CCCX. Melius eſt videre, quod cupias, quàm deſiderare quod neſcias.

Melius eſt videre quod cupias quàm deſiderare quod neſcias.

OPtimè noſter ſenſum expreſſit,gnarus,quod Hebr.dicitur *viſio oculorum*, *mareh hhenaym* מראה עינים ſignificare ipſum præſens obiectum quod quis videt & poſſidet; illud verò *praire animũ*, מהלך נפש *mehaluch-nepheſch* ſignificare,animi, hoc eſt deſiderij,contentionẽ vagãtis circa obiectafutura incerta,modò hoc,modò illud cõcupiſcẽdo;& interea non fruendo præſentibus, dum vano ac ridiculo conatu quod non habet, & an conſecutus ſit, ignorat, velut aues volantes, aut fugitiua Tantali poma venatur. facile eſt Symmachi verſionem conciliare. Nam προσλέπειν, poteſt accipi pro προσβλέπειν, *intueri, aſpicere*, id quod coram ſe poſitum.& ἑαυτῶν ἀνταῤῥοπίᾳ, eſt *ambulare arbitratu ſuo* potiùs quàm certâ ratione,ſicut ille,hoſpitem ferri quocunque deſiderij tempeſtas rapuerit. Lxx. quoque conſentire docet Lorinus: confirmat eandem expoſitionem vtrumque Thargum. obſcuritas tamen Lxx. fecit vt Patres hic admodum varias interpretationes ſequantur, quarum pleræque myſticæ ſunt. Nec admodum quadrant noſtræ verſioni. Puto cum recentioribus,Caietano, Vatablo,Clario Lorino noſtro,quem poſui,ſenſum eſſe literalẽ, & quidem cũ Clario Campenſi & Legionenſi, eſſe dicta in perſonâ auari, qui reſpondeat iis quæ Salomõ v.8.dixerat,ſcilicet diuitẽ non plus conſequi ex cõgeſtis domi theſauris,quã pauper ex ſtipe quæſita, nempe quotidianum victum. Eſto (infert Flauius iſte) adhuc ingens diſcrimen eſt. Fœlicior dives, quia multo melius eſt poſſidere & intueri penes te id quod cupis, nẽpe res quibus ad victũ indiges; quàm quærere quotidie diurno tuo victui quæ ſint neceſſaria, quia poſſidẽs ea caret ſollicitudine quærendi, & poteſt vti cùm lubet: pauper verò hac torquetur,& præterea de euẽtu plane incertus eſt. Reſpondet Salomon nihilominùs hoc eſſe vanum,& cruciatum. quia auari non audent vti præſentibus, dum cauent ne in poſterum indigeant:ieiunãt, de craſtino ſolliciti, & metuũt ſemper ne parta deficiãt. Hanc vanitatem & Spiritus præſumptionem CHRISTVS inhibuit, dicens, Matth. 6.v.vlt. *Nolite ergo ſolliciti eſſe in craſtinum. craſtinus enim*

Lorinus. Obſcuritas. Lxx. Variæ interpretationes. Caietan. & alij. Auctoris ſẽtentia.

dies

CCCX. *dies sollicitus erit sibi ipsi. Sufficit diei malitia sua.* Disputans contra hoc hominum genus Horatius sat.3.eorum, quod habemus præ manibus, responsum proponit.

Horatius.

... quidam memoratur Athenis
Sordidus, ac dives, populi contemnere voces
Sic solitas. Populus me sibilat, at mihi plaudo
Ipse domi, simul ac nummos contemplor in arcâ.

& mox refellit ostensâ vanitate sententiæ. Nostrum adagium celebre fuit, & est hodie. Hispani dicunt, *meior es paxaro en mano, que buytre que vuela.* vulgò; *Plus valet in manibus passer, quàm altituolans grus.*

Procopius Procopius lib.1.belli Gothici, *vetus dictum vocat, præsentibus rebus vt consulatur.*

Plato. Plato in Gorgiâ dicit, sibi necesse iuxta vetus adagium, τὸ παρὸν εὖ ποιεῖν; *quod adest, boni consulere.*

Cratinus Cratinus in Pylæâ.

ἄνδρες σοφὸς χρὴ τό γε παρὸν πρᾶξαι καλὸν
εἰς δύναμιν ἐντίθεσθ.

Sapientium est virorum, vti quod adest boni,
Tanquam bonum sit, consulant pro viribus.

Homerus. Homerus Odyss.

ἔστι δαμόνιε ξείνων, καὶ τέρπο τοῖς δέ,
οἷα πάρεστι. θεὸς δὲ τὸ μᾶλλον δώσει τόδ' ἑκάστῳ,
ὅππηνον ᾧ θυμῷ ἐθέλει. δυνάται γὰρ ἅπαντα.

Hospes sume cibum, & quorum data copia, latum his
Pasce animum. Nam sors dabit hæc, rursum illa negabit
Vicunque est animo lubitum. Valet omnia quippe.

Athenæus Incertus apud Athen.li.10.sub fine,

ὁπὶ τοῖς παροῦσι τὸν βίον διάπλεκε,

Quæ præsto sunt in hisce vitâ nectito,

vel,

Ex iis quæ adsunt vitæ rationem explica.

Alexis ibidem, ἐν φιλάσῳ,

Verùm ego quandoquidem adsunt quæ oportet,
Odi supervacua.

ἀλλ' ἔγωγε τῶν τὰ δέοντα ἔχειν,
τὰ περιττὰ μισῶ -- Theocriti Cyclops ad caprimulgum,

Theocritus.

τλῶ παρέουσαν ἄμελγε, τί τον φίυγοντα διώκεις,

Præsentem mulgeto, quid insequeris fugientem.

Hesiodus; Hesiodus.

Νήπιος ὃς τὰ ἕτοιμα λιπὼν, τ' ἀνέτοιμα διώκῃ.

Stultus, qui non prompta sequens, iam prompta relinquit.

Leno in Adelphis; dicenti Syro,

Pecuniam in loco negligere, maximum interdum est lucrum,

ait; *Ego spem pretio non emo.* item;

Verum ego numquâ adeo astutus fui,
Quin quicquid possem, mallem potiùs auferre in præsentia.

Pindarus Isthmi. od. 8. τὸ πρὸ πόδος ἄριστον ἀεὶ, τὸ χεῖμα πᾶν. Pindarus.

Omne quod præsens est, semper melius est.

Euripides, Bacchis; Euripides

μεγάλα διώκων, τὰ παρόντ' οὐχὶ φέρει.

Qui magna sectatur, non fruitur præsentibus.

B.Nazianzen.in distichis; Nazianzenus.

χρείσσων τροφὴ σύμμετρος εὐπορημένη,
ἢ δεῖπνος ἀζρὸς ἐν ἔπλασι τίσι ὄναρ.

Præstat cibi parabilis pauxillulum,
Quàm visa cœna delicata in somnio.

Quid aliud hæc auari desideria, quâ vigilantis somnia? nisi malis vocare *carnis vmbram*, quam dum canis Æsopicus consectatur hiante rictu veram perdidit. Certè sapientiæ est, Dei donis sapienter vti; sed & hoc Dei munus est. Vide suprà cap.3.13. Auaridesideria, vigilãtis somnia, carnis vmbra.

EX

ADAG. CCCXI. Sicut sonitus spinarum ardentiũ sub olla.

EX CAP. VII. V. VII.

Sicut sonitus spinarum ardentium sub olla.

Senſus adagij.

SIgnificatur hoc adagio vanitas & breuitas lætitiæ ſtultorum, & eorum qui adulari ſibi ab illis amãt: de quibus potiſſimùm loqui, poſtulat connexio: nec putandus Thaumaturgus alio ſenſu poſuiſſe, quàm Lxx. & Hebræus. Olympiodorum, & Symmachum, non excuſo. Cetera petite ex dictis ſuper pſal. 117. 12. & ſuper pſal. 57. 10. Campenſis pro *ſpinis* ſtipulas vertit.

Olympiodorus.

Campenſis.

ADAG. CCCXII. Melior eſt finis &c.

EX EODEM CAP. VERS. IX.

Melior eſt finis orationis quàm principium.

In ſapiẽtiæ Salomonis libris omnia dicta ſibi inuicem cohærere, vt annulos in catena & contrà.

QVi putant omnia in ſapientiæ Salomonis libris dicta ſibi inuicem cohærere, ſicut ſolent annuli in catenâ, faciliùs hoc dicunt, quã probant. Nec dum vidi, qui omnia probè connectere potuerit: nec author ſim vlli, hunc laborem vt aſſumat, ne Siſyphi ſaxum aduerſo monte ſurſum voluat. Qui ad aliud extremum refugiunt, & ſcopas omnia putant diſſolutas; viderint ne dum ſuæ quærunt ignauiæ præſidium., Spiritui ſancto demant, quod in omnis diſciplinæ traditione præclariſſimum eſt, ordinis laudem. Mediâ gradiendum via. Hoc quidem loco bellè cuncta cohærent. Oſtenderat v. 8. quantum damni viris optimis det calumnia; vt aliàs ex profeſſo diſſeram, non inexpertus. Nunc addit, idcirco non debet ſapiens ab inſtituto recedere; ſed animo forti calumnias huiuſmodi ſuſtinere. Nullam eſſe cauſam idoneam cur ideo vir ſapiens atque iuſtus conturbetur, quòd quia vera dixit & vtilia, & ideo pepererit odium, videat ſe calumniis peti vel premi. Oculos referat non in primam faciem atque incurſum malorum, qui videtur formidandus; ſed in rei exitum atque terminum, qui longè alius futurus, cùm illa mendacio nixa euaneſcent, & lætiora ſuccedent. Hoc enim omni virtuti proprium, vt habeat initia aſpera & difficilia, radicem amaram, fructus dulces: & maximè tamen patientiæ; cui certè proprium eſt dulcorare fellitiſſima. dum (ait ille)

Senſus adagij.

Virtutũ initia aſpera.

Sed leuius fit patientiâ,
Quicquid corrigere eſt nefas.

Qui enim eſt *patiens*, Hebraicè, *erech ruach* ארך רוח longanimus, tardus ad iram, qui exitium rei patienter exſpectat, melior eſt arrogante, Hebraicè, *mighebah* מגבה *quàm elatus*, Lxx. *excelſum ſpiritu.* Symm. ὑψηλοκάρδιος, ſignificant, hominem irritabilem, qui ſtatim irâ impellitur ad vindictam, vel rixam, vel ad carpendum alios, iuxta Campenſem; nam horum omnium affectuum radix eſt ſuperbia. Quoad potui complexus ſum varias ſententias, quarum ego nullam reiicio, ſed omnes admitto. Nam illud, *nam melior eſt patiens arrogante*, poteſt accipi, vt cohærens præcedenti. q.d. Suſtine patienter calumniam, & exſpecta quò res vertet: noli præceps ferri ad vindictam, vel non neceſſariam defenſionem. Caue deſperes, vel animum deiicias: pati, vincere eſt: melior eris, & tibi fœliciùs ſic omnia ſuccedent. Poteſt etiam

Variæ ſẽtentiæ.

Senſus adagij.

CCCXII. Sensus adagij.

etiam accipi vt comparatio, sicuti melior est exitus rei quàm principium, sic melior est superbo patiens: aut, conuersione simplici, sicut melior est finis siue exitus rei, quàm principium, sic patiens arrogante. comparatio est in eo, quòd elatus solet tantùm attendere principium rei; patiens verò consummationem.

Oratio pro quouis negotio. Hebraïs.

Latina vox *oratio* ponitur pro quouis negotio; non quòd oratio soleat significare immediatè rẽ vel factum; sed verba ipsa, quæ in sacra Scriptura ponuntur sæpè ex Hebraïsmo, pro quolibet negotio vel factõ. Exo.2.14. *quomodo palã factum est verbum istud.* Luc.1.27. *Non erit impossibile apud Deum omne verbum.* & 2.16. *cognouerunt de verbo.* secundùm nonnullos. nam ego etiam his locis propriè capio. ideo Chaldæus hîc transtulit quodcumque negotium, & Græcum λόγος hoc admittit, & ratio eadem in factis & rebus aliis, quæ in verbis locum habet. ideò bene interpp. qui de dictis, factis, & rebus, *orationem* accipiunt. In omnibus enim finis principio potior est.

Dimidium facti, qui benè cœpit habet,

Hesiodus. auctore Hesiodo; sed totum, qui finiit. vetus dictum, *finis coronat opus.* quia vt vulgo dicitur,

Omnia tunc bona sunt, clausula quando bona est.

Ouid. Ouidius;

Exitus acta probat. . . .

Cicero. Cicero scribit alicubi, Deos primis minari extis, bene promittere secundis. Pindarus Pyth.od.10.

Pindar. γλυκὺ ἀνθρώπῳ τέλος.

Dulcis homini finis.

Herod. Herodot.l.7. μὴ ἅμα ἀρχῇ πᾶν τέλος καλαφαίνῃ. *Non simul cum initio finis conspicitur.* Matth.10.22. *Qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit,* Luc.24. à v.13. habes parabolam; qua damnantur, qui cùm benè cœperint ædificare, non possint consummare. Paulus ad Heb.3.v.6. dicit nos domum esse CHRISTI, *si fiduciã & gloriam spei, vsque ad finem, firmam retineamus.* Bona ratio additur in Thargumæo Cosli, *Nam rei vestibulo indicari nequit, quis tandem exitus consequatur: at rei optima euentu facilè homini perspicitur, quid sit auspicatus.*] Porrigi hoc potest ad ipsam hominis vitam: in quâ & ipsâ;

. . . . . vltima semper
Exspectanda dies homini; dicique beatus
Ante obitum nemo, supremâque funera debet,

ex prudenti Solonis responso. Arboreus refert ad Scholas & auditores; vt non audiant tantùm præludia, sed finem lectionum, si velint proficere. vtile præceptum: sed quotusquisque obtemperat? Ceteras Patrum sententias petite à Lorino.

Solonis prudens respõsio, Arbor.

Lorinus.

EX EODEM CAP. VERS. XVI.

Noli esse iustus multum.

ADAG. CCCXIII. Noli esse iustus multum. Multum pro nimiùm.

MVltum in Hebræo positum pro nimiùm: vt benè Chaldæus. Iustitia quidem capi potest, vt est generalis virtus, omnes in se cõtinens: nam in omnibus verum est, ne quid nimis: vt peccatur defectu, peccatur etiam excessu. res nota, & vide Lorinum. Mihi videor duo aduertere. Primò, Salomonem agere nomine *iustitiæ* de omni virtute quæ practica sit; nomine *sapientiæ*, de omni speculatiuâ. Secundò, improbare duntaxat vitium quod est in excessu, & non quod in defectu, vt malè accepit Chaldæus.

Lorinus. Sensus adagij.

tertiò fortè nō ſolùm tam agere de verâ iuſtitiâ, aut ſapientiâ, quàm de extrinſecâ illius oſtentatione, quâ quis conatur videri iuſtus, & ſapiés; nā illi vitio affectatæ iuſtitiæ, ſolet ſeueritas nimia & truculentia morum eſſe coniuncta: quod ſubinſinuat Thaumaturgus, de apparente iuſtitia: & nota eſt illa ſacræ Scripturæ interpretandæ regula, multa in eâ dici, non iuxta id quod erat reiſpâ, ſed iuxta id quod hominum opinione tale reputabatur: quam fusè explicat Martinez lib.9.hypotyp. reg. 2. Sanè in ſequenti membro, pro *neque plus ſapias*, Heb.eſt, ad verbum, *ne te ſapientem efficias*; quod poteſt dupliciter accipi. Primò pro ne videri velis, ne oſtentes, ne iactes. Secundò, ne coneris fieri ſapientior, ſeu plus ſapere, quàm decet.

Sacræ ſcripturę interpretandę regula.

Martin.

Sequentis mēbri ſenſus.

Riſu explodenda potiùs, quàm refellenda verbis mihi ſemper viſa quædam interpretatio Iudaica hoc loco. quidam R. Moyſes lib.1. Deuteron. ſui tit. de moribus cap.3. occaſione huius loci ſubſannat ieiunia Chriſtianorum, & putat hîc vetari ne ad veteris legis abſtinentias aliæ adiiciantur. Reſpondet Paulus Burgenſis par. 2. Scrutinij d.4. cap.8. non valere illius argumentum, quoniam arguit de diſparibus. Salomonem agere de iuſtitiæ virtute, quæ per exceſſum corrumpitur, hunc verò Moyſen agere de virtute temperantiæ. Non placet reſponſio. nam etiam temperantiæ virtus exceſſu corrumpitur, vt cùm quis mortem ieiunio accerſit. Melius reſpondeas, falſo præſupponere veram hîc agi de ieiuniis legalibus, aut modum excedere, qui illa commutat in Chriſtianā ieiunia. Nos autem noſtra non adiicimus, ſed illis noſtra ſufficimus. quia legem Euangelio non iungimus, ſed illa legalia cærimonialia reiicimus.

Iudaica interpretatio explodēda & irridēda.

Paulus Burgēſis.

Reiicienda quoque aliorum Hebræorum fictio, qui in verſu præcedenti pereuntem *iuſtum* exponunt Nadab & Abiu Leuit.10. & *impium diu viuentem* eſſe Manaſſem: qui præterea futuris miſcent, & illud, *vidi* æquiuocè prorsùs intelligunt. Nugantur etiam licèt ingenioſius, qui in Midras de Moyſe eleganti parabolâ id enarrant. lege Galatinum lib.6. de arcan. cap.10.

Hebræorum alia fictio eiicienda.

Aliæ nugæ. Galat.

Chriſtianorum interpretationes, vt ſemper ſic hoc quoque loco, grauitate, & aptitudine præſtant. difficile tamen eſt benè explicare, quo pacto detur in functione iuſtitiæ exceſſus, quâ virtus eſt, nimiam eſſe non poſſe: nam virtus, vt virtus, non eſt nimia: ſi nimia, qua nimia, non eſt virtus: quia non ſeruat mediocritatem, in quâ ſita omnis virtus. Tamen virtutem dici nimiam, quatenus quæ niſi fuiſſet nimia, virtus fuiſſet, & quia nimia fuit, virtus eſſe deſiit; adhuc vocari virtutem, non quia talis eſt, ſed quia illi quæ talis erat, vitium accidit, quo deſiit eſſe virtus, & facta eſt exceſſus vitioſus. vt vox, *nimis*, non tam ſignificet ipſam virtutem, quàm contrarium virtuti vitium in exceſſu poſitum. Hoc poſito in ſingulis iuſtitiæ ſpecialis (de qua peculiaris eſt difficultas) ſpeciebus, facilius erit vitium exceſſus reperire.

Chriſtianorū interpretatio.

In functione iuſtitiæ quomodo exceſſus.

Virtus vē dicatur nimia.

Vocis, (nimis) expoſitio.

Iniuſtus erit iudex in Punitiua iuſtitiâ, ſi nimiâ lenitate minùs graues pœnas exigat quàm reip. iniuria & commodum depoſcant, quia non licet ipſi communem iniuriam remittere: aut ſi nimia iuris ſcripti vel non ſcripti obſeruantia, præfractiùs, omni epicikiâ reiectâ, nullam adhibens æquitatem, pœnas legales nunquam remittat:

Exceſſus in iuſtitia punitiua.

CCC-VIII. mittat; incidet in excessus vitium, & dicetur nimis iustus. quia *summum ius summa iniuria est.* Quoad

Distributiua. distributiuam iustitiam, quæ exigit æqualitatem, non arithmeticam, sed geometricam, & considerat dignitatem, non numerum; Si plus tribuat quàm accipiens meretur, etsi non faciat accipienti iniuriam, & sæpe nec competitori; tamen inique facit non seruans æqualitatem, sæpè quoque iniuriam facit reip. & hic versatur vitium in excessu iustitiæ: sicut foret in defectu, si minùs tribueret, vel non tribueret quod meretur.

Cõmutatiua. Denique in commutatiua iustitia, quæ exigit æqualitatem arithmeticam, non geometricam, quæ quantitatem rei & non personæ qualitatem attendit; versatur enim inter lucrum & damnum; in hac nimis iustus erit, qui sibi minùs tribuit, aut accipit, lucri, & plus damni; peccabit enim in excessu, quòd plus alteri lucri tribuat quàm iusta commutatio postulabat: si verò vni plus lucri, quàm alteri, & huic plus damni quàm illi; aut sibi plus lucri quàm alteri tribuat, non modò vitiosa erit commutatio, sed etiam iniuria. Sic ergo putandùs hoc Ecclesiastes præcipere;

Mens Ecclesiastæ. Si iudex es & vindex scelerum constitutus, noli sic te gerere, vt nullam adhibeas æquitatem. Si munus tuum est præmia aut emolumenta distribuere; caueas tantopere timeas digno denegare, vt tribuas etiam indigno; vel è contra dum metuis dare indigno, deneges dare digno. Si denique aliquid commutas; caue ne tantopere metuas non satis lucri alteri tribuere, vt tibi ipsi damnum inferas; vel si iudex sis, timeas tantopere, vni parti nocere, vt propterea noceas alteri. Sic ferè hæc explicat Franciscus Valesius de sacrâ philosophiâ cap. 67. Sit ergo hic primus vsus, in iustitiâ propriè sumptâ, ac verâ, vt sũpsit S. Leo epi. 92. ad Rusticum Episcopũ in prin.

Vsus adagij.

II. De apparenti iustitiâ seu hypocrisi videmur vsuri rectè contra eos, qui cùm sint ipsi criminosi, in se lenes, in alios sunt seueri iudices, & omnia ad amussim exigunt: qui non norũt compati defectibus alienis. Hispani dicunt; *quieren la iustitia pro casa agena, y no por la suya.* Sic sumunt Hieronymus, Albinus, Salonius hîc. D. Augustinus tracta. in Ioan. 95. Auctor Quæstionum veteris & noui testam. q. 15. Ferrandus Diaconus in Paræneticâ reg. 16. & omnibus prior Thaumaturgus, χρὴ δ' δίκαιον ὄντα, μὴ πάνυ τοιοῦτον εἶναι δοκεῖν, *oportet verò eum qui iustus est, non admodum talem esse videri.* quod etiã Nazianzeno placuit, mox citando.

II. Hieron. & alij.

III. Contra indiscretas pœnitentias, & immodicum feruorem, qui sæpe decipit, & præcipiat, dum quis plus facit, quàm potest; sic accipiunt D. Bernard Carthusianus & Blesensis citati à Lorino.

III. D. Bern. & alij.

IV. De quauis virtute morali: nam nulla est, quæ non sit posita in mediocritate; cuius si quis externũ opus, sine modo vel amet, vel exequatur, nimis iustus dicitur.

IV.

V. Quintò contra Pharizæos superbè præsumentes se peccato vacuos; & Pelagianos iustitiam voluntatis viribus, sine Dei gratiâ, tribuẽtes; vt capit D. August. d. tract. 95. & Nouatianos lapsis pœnitentiam denegantes, contra quos intorquet hoc Salomonis telum D. Ambrosius lib. 1. de pœnitent. c. 1.

V. August. D. Ambro.

VI. Erit vsus contra superstitiosos explicante D. Hieronymo li. 16. in cap. 57. Isaiæ.

VI.

VII. Contra illos qui nimis rigidi sunt conseruatores & exacto-

VII.

res sui iuris. sic exponit Isidorus Pelusiota his verbis; *Quandoquidē quo sensu illud dictum sit,* (Noli esse iustus multum,) *à me tibi exponi cupis, duplicem horum verborum interpretationem esse arbitror, nempe vt vel hoc significent; noli ius tuum seuerè ac rigidè persequi: verùm per bonitatem id exsuperare. Iustum enim est, ab alio minimè ledi: philosophicum autem, acceptam iniuriam æquo animo ferre:* μὴ γίνου ἀκριβὴς ἰχνεύτης, ἀλλ' ὑπέρβαινε τοῦτο τῇ ἀγαθότητι. δίκαιον μὲν γὰρ τὸ μὴ ἀδικεῖσθαι. φιλόσοφον δὲ τὸ ἀδικούμενον φέρειν.

VIII. VIII. Denique, modum in omni re, seu medium virtutis iter tenendum: quia virtutis excessus & defectus, à rectâ viâ abducentes, in peccata desinunt: sic B. Greg. Nazianz. disertissimè id exsequens Orat. de moderatione in disputationib. seruanda, quæ est nu. 27. hæc altera est Isidori expositio lib. 3. epist. 320. ad Isidorum Diaconum, vbi addit fures huius sententiæ fuisse veteres, vnum qui dixit, μέτρον ἄριστον, & alterum, qui μηδὲν ἄγαν. illud est, *Modus optimus*, istud; *ne quid nimis*: quod me monet vt manum tollam de tabula. vide Adag.

B. Greg.

Isidorus.

EX EODEM CAP. & VERSV.

Ne plus sapias quàm necesse est.

ADAG. CCCXIV. Ne plus sapias quàm necesse est.

Val tithchakam iother,
ואל-תתחכם יותר

Ne sapiens efficiare amplius, subaudi, quam par est aut addecet; seu, vltra modum, vt vertit Campensis.

LXX. μηδὲ σοφίζου περισσά.

Noli argumentari plusquam oportet.

Cyprian. Hieron.

Voce *argumentandi* vertunt illud σοφίζου. D. Cyprianus, & Hieronymus. Et hinc, quia vt plurimùm vsurpatur in malum, possumus vel dè propriè accipere, vt dictum præcipuè contra illos, qui captiosis & ostentatoriis argumentis, quærunt doctrinæ ac sapientiæ laudē, quod sophistarum, Gorgiæ, Protagoræ, & similium peculiare vitium fuit; vt apparet ex Dialogis Platonis, vbi Socrates eos refellit contrario dicendi genere, quo volebat vel simulabat velle videri insçius & ignarus sapientiæ. Præstat nihilominus & satius accipere vocem pro ipso conatu & studio & functione sapientiæ: vt acceperunt plerique Patres, monita varia hinc eliciētes, quæ singula vsūm aliquē præbent.

CCCXIV. Sensus adagij.

Plato.

Argumentationis vox vt accipiēda hic,

I. Vsus adagij. S. Cypri.

S. Cyprianus lib. 3. testimon. ad Quirin. num. LIII. hinc probat, Dei arcana prospici non posse: & ideo fidem simplicem esse debere, & addit similes sententias; vt Eccles. 3. 22. *altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris.* Isai. 3. 9. *Væ qui arguti sunt in semetipsis*, vt ipse vertit.

II. Thaumaturgus.

S. Thaumaturgus exponit, ἄγαν σοφὸν καὶ ὑπερμέτρως, ὅπως μή τι παίσας, πολλαπλασίονα ἁμαρτήσῃ. *ne quid nimis sapiens, & supra modum: ne si quâ in re offenderit, multis partibus grauiùs peccet.* quibus verbis non suffragatur ignorantiæ affectatæ, sed damnat affectatam sapientiæ existimationem: quæ meretur sæpiùs labi, & grauiùs puniri: qualis est sapientia Gērilium, & filiorum huius sæculi, qui plus vident filiis lucis: de qua accipit Tharg. Chald. *nec sapiens fias sic amplius iuxta sapientiam improborum, & ne discas vias eorum.*

III. Olymp.

Non longè hinc abit Olympiodorus: *Nimia sunt ac plura necessariis, quæcunque sunt extra limites sacræ doctrinæ. Inquit ergo, Quæcunque nostram ad vtilitatem diuinus sermo nobis voluit esse occulta, ne solliciti simus ea inquirendo. Hæc enim perscrutari, stupor est quidam, phreneticæ mentis vitium.*

Adhuc

CCC. XIV. Adhuc aliter & aliter B. Salonius: qui interrogante Veranio, *quo modo ſapit homo plus quàm neceſſe eſt?* reſpondet; *quando ſuperbè ſapit: unde monet Apoſtolus,* Noli altum ſapere, *(id eſt noli ſuperbe ſapere)* ſed time. *Ille etiam plus ſapit, quàm neceſſe eſt, qui ea vult intelligere, quæ non poteſt comprehendere, neque penetrare.*] hoc vltimum etiam placuit Alcuino.

IV. B. Salonius. Rom. 11.

V.

VI. Nazian. D. Nazianzenus d. orat. 26. circa princip. videtur ſicut præcedens dictum de iuſtitiâ ad actionẽ, ſic hoc de ſapientia ad ſermonem ſiue orationem referre; præcipi namque cenſet, vt nec feruentiores, nec ſegniores in his ſimus, quàm oportet; nam licèt hæc ſpeciem habeant virtutis, non eſſe tamen. Par enim iuſtitiæ atque ſapientiæ detrimentum adferre, aciem, tam in actione, quàm in ſermone, animi impetum, vt pote qui à bono, & virtute, propter exceſſum excidat. Hũc enim defectus & exceſſus peræquè labefactant, nõ ſecùs ac regulam additio aliqua aut ſubtractio. Nemo igitur ſapientior ſit, quàm conueniat, nec lege exactior, nec luce ſplendidior, nec normâ rectior, nec præcepto diuino ſublimior. Id verò nos cõſequi poſſe; ſi modeſti & compoſiti eſſe curemus, &c. In Græco codice eſt oratio XXIII. huc ſpectantia ſunt; τύτω δηλαδὴ τῷ φαινομένῳ δεξιῷ καὶ οὐκ ὄντι. φησὶ δ' βλέπων ἑτέρωθι, μὴ γίνου δίκαιος πολὺ, φησὶ, μηδὲ σοφίζου περισσὰ. τὸ γὰρ αὐτὸ καὶ περὶ δικαιοσύνης, καὶ περὶ σοφίας πάθος, θερμότης περὶ φράσιν καὶ λόγον, ἔξω τοῦ καλοῦ, καὶ τῆς ἀρετῆς δι' ὑπερβολὴν πίπτουσα. ἢ καὶ τὸ ἐνδέον, καὶ τὸ ὑπερβάλλον ὁμοίως λυμαίνεται, ὥσπερ καὶ τῷ κανόνι πρόσθεσις ἢ ὑφαίρεσις. μηδεὶς οὖν ἄκρου πλέον ἢ καλῶς ἔχει, σοφὸς, μηδὲ τῷ νόμῳ νομιμώτερος, μηδὲ λαμπρότερος τοῦ φωτὸς, μηδὲ τῷ κανόνι εὐθύτερος, μηδὲ τῆς ἐντολῆς ὑψηλότερος, ἕως ἂν τοῦτο πῶς, ἐὰν εἰσδύσῃ κόσμον, &c. Tertullianus alluſit ad hoc Salomonis dictum in carmine ad ſenatorem, licèt paullò aliter: docet tamen æquè hominem ſtulteſcere exceſſu ac defectu ſapientiæ: Tertull. alluſio.

Indulge dictis, ſapientia non placet alta.
Omne quod eſt nimium, contrà cadit, Unum operatur
Et calor, & frigus; ſic hoc, ſic illud aduſſit.
Sic tenebræ viſum, ſic ſol contrarius auferit:
Et pariter laedunt feruens gelidúmque lauacrum.
Eſcâ alitur corpus, corpus corrumpitur eſca:
Vimá, ſuam minuit, ſi quid protenditur vltrà.
Denique ſi ſedeas, requies eſt magna laboris:
Si multum ſedeas, labor eſt. Maro namque poëta.
Pro pœna poſuit, ſedet, æterníque ſedebit
Infelix Theſeus. Semper nocet vtile longum.
Prandia longa nocent, ieiunia longa fatigant.
Sic nimiùm ſapere, ſtultum facit improba ſecta.
Me Dea ſic docuit, Moderamen amabile, dixit.

Secta vocat ſapientiam vanam idololatrarum, maximè Iſiacorum. Confirmant ſententiæ ipſorum Gentilium. Martialis.

Quiſquis plus iuſto non ſapit, ille ſapit.

Euripides Bacchis, τὸ σοφὸν, ἡ σοφία. *ipſum ſapere, ſi nimium, non eſt ſapientia.* Euripides.

Idem Antiopa;

ἓν ἀζήμιον

γνώμην ἐνεῖναι τοῖς σοφοῖς λίαν σοφὴν.

Non damno caret, si mens nimis prudens ineſt prudentibus. Nam & ſcrutatores diuinorum ſecretorum, à gloriâ opprimuntur: & nimiæ litteræ ad inſaniam redigunt: & nimij acuminis acies facilè obtunditur; & præſumptio propriæ ſcientiæ, ſolet ſuperbiam adferre, ac pertinaciam quandam, & cum eâ continuam ſollicitudinem, & interdum inſomnia; quibus homo verè hebetatur, obſtupeſcit, & fit ſimilis externato. Ideo benè vocis Hebrææ *thiſchomem* תשומם latitudinem interpretes variis vocibus exponunt: Symma. Lxx. & noſter voce *obſtupſcendi*, Pagninus. Symmachus, *angendi*; Pagninus, Caietan. *pauendi*; alij, *deſolandi*: quod tamen frigidè Caietan. accepit, pro à conſultoribus deſeri: quaſi deſolari hominem, ſit ſolùm relinqui.

EX EODEM CAP. VERS. IV.

ADAG. CCC-XV. Melior eſt canis viuus leone mortuo.

Melior eſt canis viuus leone mortuo.

SIc etiam Lxx. & fons Hebræus. Solus Symmachus, κυνίζων βέλτιόν ἐστιν ἢ λέοντι τεθνηκότι. *Cani viuo melius eſt quàm leoni mortuo.* Quod reſtrictius eſt, quia ſpectat ad ſolã fœlicitatem: noſter & ceteri generaliùs cenſuerunt eſſe dictum, de quauis præſtantiâ: quanquam certè quocumque quis præſtat alteri, hoc ipſo quoque fœlicior illo dici poteſt. Ideo benè ad ſenſum Campenſis, aliquid habet ampliùs. Conueniunt Hebræi, Græci, & Latini interpretes ſignificari prouerbiali hac locutione, præferendum viuentem viliorem, mortuo, qui dum viueret, præſtantior habebatur. Verumtamen quo ſenſu præferendus, & quâ ratione, non conueniunt. Falce alienâ hîc ſententias demeſſas, meo labore in faſciculos colligabo, in ordinem aliquem redigens, non incommodum.

Sententiæ variæ ab auctore collectæ.

Sunt, qui velint hæc eſſe verba hominum impiorum, & carnaliũ, quorum ſpes omnis in hac vita eſt, & cenſent vana eſſe quæ de futura traduntur; aut ſi non cenſent vana, tamen illa non magni pendunt, præſentibus ineſcati: qui hoc dicto ſeipſos & alios exhortentur ad fruendum voluptatibus. ſic exponit B. Gregorius Thaumaturgus his verbis: Thaumaturgus.

Γινώσκω ἤ νῦν ὡς ἀφρόνων ταῦτα ἐνθυμήματα καὶ πλάναι καὶ ἐξαπάτη, καὶ πολλὰ λέγουσιν, ὡς δ ἀπόντων οὐκ εἶναι τέλεον, καὶ περιμπλέον τὸν ζῶντα τῷ τεθνηκότι, κἂν ἐν σκότῳ κείμενον ᾖ, κἂν κυνὸς τρόπον, ἢ βίον διαπρεύσαι, ἢ λέοντα τὸν τεθνηκότα.

Nunc verò proſpectum habeo, ſtultorum eſſe has cogitationes, & fraudes ac impoſturas. Ac multis verbis illud occinunt, eum qui mortem obiit penitùs interire: ac viuentem, etiamſi tenebris obſitus iaceat, mortuo præferendum eſſe; inſtar canis qui quandiu viuit, præſtantior eſt leone mortuo.] adſcripſi verba Græca, quoniam Latina Metaphraſis etiam vltimæ editionis operum Thaumaturgi hoc loco mutila eſt. Hæc ſententia placuit etiam Titelmanno & Lorino.

Communior opinio.

Communior tamen opinio eſt, accipientium hæc vt verè & à ſapiente in propriâ perſonâ enunciata; quæ ſententia & ipſa benè cohæret. Nam quos poterat ad deſerendum ſapientiam inducere cõmunis bonis ac malis rerum viciſſitudo

Senſus adagij.

ciſſitudò in hac vitâ, & ipſius vitæ tandem abrumpendæ neceſſitas; hos retinet, & ad virtutem adhortatur, diſſimili poſt hanc conditione. Docens, & malis pœnas, & bonis præmia repoſita. Ideo debere eos, qui hîc degunt, illud conari, vt præmium accipiant, & ſupplicia euadant: debere inquam tempus, quo mereri aut pœnitere poſſunt; non negligere. *quia melior eſt canis*, &c. Obſeruatio vtrique ſententiæ vtilis eſt, ſolere ſacram Scripturam mortem vitæ præferre, & mortuos viuis, quando agit de vitæ incommodis & perturbationibus, vt ſub cap. 4. v. 2. & 3. *Et laudaui magis mortuos, quàm viuentes: & fœlciorem vtroque iudicaui; qui necdum natus eſt, nec vidit mala, quæ ſub ſole fiunt.* Tunc enim mors conſideratur vt portus, vita vt tempeſtas procelloſa: de quo noſter in Agamemn.

Obſerua. tio in ſacra Scriptura quando mortem vitæ præfert, & contra.

Seneca.

Heu quàm dulce malum mortalibus,
Vitæ dirus amor! cùm pateat malis
Effugium, & miſeros libera mors vocet,
Portus æternâ placidus quiete.

Verùm quando ſacra Scriptura ad vſum & fructum bonorum huius vitæ, item ad ſpem futurorum, ad merita bonorum operum, vel ad pœnitendi ſpacium attendit, tunc mortui viuis poſtponuntur, quia mortuis hæc omnia mors adimit: quod fit hoc loco. Cuius variæ ſunt expoſitiones.

I. Franc. Georg. Venetus. Vna nimis carnalis Fran. Georgij Veneti in Problematibus; qui vult hîc agi de brutis & ſignificari animã bruti perire. Hæc ſententia reiicitur. Quia nihil attinebat de brutis eâ de causâ hoc inferi. Deinde quia hoc neque cum præcedentibus, neque cum ſubſequentibus cohæret: nec rationes quæ ſubiiciuntur, beſtiis poſſunt accommodari. Quare benè viderunt ceteri metaphoricè nomine *leonis* & *canis* homines ſignificari.

II. Caiet. Idcirco nimis etiam generalis eſt interpretatio Caietani, quodcumque viuens etiam viliſſimum præſtare cuicumque excellentiſſimo mortuo. Nam hoc referri poteſt etiam ad bonitatem entis moralem, de quo non eſſe accipienda hæc verba iam pridem rectè monuerat Dionyſius Carthuſianus. Tam enim præcedentia quàm ſequentia poſtulant, vt de bonitate morali hominum hæc intelligantur. ſed nec de illa tam generalem locutionem Caietani admitterem, propter id quod dicam de quincta explicatione. Dion. Carth.

III. Vnde infertur etiam non eſſe litterales expoſitiones, quæcumque comparationẽ inſtituunt inter homines, & angelos; vt Eucherius faciebat qui cap. 5. de Spiritualibus formulis, per *canem viuentem* intelligit quemlibet peccatorem, adhuc viatorem; per *leonem mortuum* verò, diabolum, cui ſalutis nulla ſpes ſupereſt. Repugnat, quod hîc agitur de iis, quibus ſemel moriendum fuit. v. 4. item quòd amor, odium, inuidiæ quoad dæmones, non omnino perierunt, vt dicitur v. 6. III.

IV. Propterea minùs etiam probo quartam explicationem cuiuſdam Hebræi, quam reiicit D. Hieronymus hîc, & habetur in Midras, & refellitur ab Hadriano, nempe, quemlibet Doctorem legis, viuum, meliorem eſſe Moyſe ipſo iam mortuo. Ego blaſphemum id puto.

V. Nec placet etiam alia quorumdam explicatio, qui extendunt iſtud de mortuo, ad ipſos etiam homines

CCC-XV. mines iam beatos, nam si loquuntur in sensu (vt scholæ loquuntur) cõposito, repugnant dicto CHRISTI, *Maior inter natos mulierum Ioanne Baptista nemo est: qui autem minor est in regno Dei, maior est illo.* Luc.7. 28.& Matth.11.11.

VI. Si verò loquuntur in sensu diuiso, quatenùs qui nunc viuit, potest ad maiorem perfectionem peruenire,eâ ad quam iam mortuus beatus peruenerat, vt ponunt ex aliorum sententiâ Diuus Hieronymus & Alcuinus, & tenuit Arboreus: fatebor id aliquando accidere posse, sed non fatebor Salomonem ad hos raros casus attendere; qui videtur generaliter de mortuis & viuis hominibus loqui. Nam quas præmisit, & quas subdit rationes, omnes sunt generales, & ordinariâ lege veræ sunt. Denique quis vnquam admiserit, vel concesserit, vlli viuentium maiorem perfectionem eâ quam nunc obtinet Diua virgo? posset Deus absolutâ potentia conferre: non nego. Sed sani interpretis sacræ Scripturæ non est ad huiusmodi insolita & inaudita recurrere. Sit ergo ratum,comparationem institui in fœlicitate ac bonitate morali hominum inter se.

D.Hieronymus. Alcuinus Arbor.

VII. Tunc adhuc quidam conferunt duos corporaliter viuos, sed vnum humilem, peccatorem se agnoscentem, & habentem se pro mortuo, & pœnitentem, & ideo in oculis suis se *canem* reputat *mortuum*, Deo tamen viuit: alium verò iustum superbum, qui gloriatur de suis meritis, & confidit in suâ iustitiâ, qui videtur sibi *viuus*;& ideo vocetur *leo mortuus*, quia in oculis Dei talis est. Sic B. Drogo Episcopus Hostiensis tomo 2. Biblio. Patrum serm. 1. & B. Salonius hîc. Exemplum habes *canis vini* in publicano, *leonis mortui*, in Pharizæo, Lucę 18.hęc mihi non parum probatur, vt bonum dicti nostri exemplum ac vsum præbens.

B.Drog. B.Salonius.

VIII. Magis tamen placet mihi comparari peccatorem cum peccatore. Nam sicut Leo sæpe in sacra Scriptura est symbolum præstantium virorum,& CHRISTI; tamen interdum significat Diabolum & eius membra; & sicut canis vile & abiectum animal solet vt plurimùm denotare immundos, voraces, inuidos, & aliis vitiis inquinatos,tamen nonnunquam adhibetur ad significandum virtute aliquâ præditos: quod si vllo loco obtinet, hoc certè vt obtineat, ipsa singulis addita epitheta postulant.

Leo quorũ symbolum.

Leonis & canis vocum adaptationes.

IX. Itaque instituta comparatione inter peccatores duos, variæ adhuc sunt sententiæ, R. Salomon putat per *leonem* significari rapacem, per *canem*, voracem. Sed non intelligo cur vorax viuus, sit melior rapace mortuo? nisi sit, quia ille vomitum solet resorbere, hic rapinas omnino perdidit. Quod frigidum valde. Nam eodem iure rapacem viuum, voraci mortuo; & voracem quoque viuum eidem prætuleris. Non erat itaque cur hanc sententiam nobis Liranus & Vatablus obtruderent.

R. Salomon.

X. Post vtrumque Thargum Isidorus Clarius censuit reprehendi illos qui discrimen prouidentiæ diuinæ tollunt, quo ad impios & probos; negantes aut his beatitudinem in remunerationem fore, aut illis supplicia scelerum subeunda. Et hos dici à Salomone damnandos, si non resipiscant ab hac dementia, interea dum viuunt. Nam si in hac sententiâ decesserint, de illis conclamatum, & quod addit Thargum Cosli, hos *mortuos nullo numero futuros*: hoc est

Isid. Cla.

est, nullius pretij, sibi aliis inutiles. facilè videtis rationes additas non nisi violenter & durè admodum huic sententiæ accommodari posse.

XI. Vatablus. Propius accedit Vatabli alia ex Hebræis quibusdam expositio, idcirco *viuos mortuis* præstare, quia dum viuunt, possunt & sibi & aliis benè consulere. Sibi, si respiscant; aliis exemplo suo & exhortatione atque bonis consiliis: quorum neutrum possunt mortui: & quia viuis sunt inutiles mortui, ideo se mortuis nullos adiungere, sed sperni eorum amicitiam. Quo ad prius membrum coincidit in Clarium, & fauent Liran. atque Dionysius. Quoad posterius membrum, nullo modo id recipio, tum quia mortuos (nisi reduplices, quatenus mortui sunt, cum Caietano) viuis omnino inutiles esse, præfractè negandum. Hæretici fauet hæreticis hæc propositio. Nec verisimile aut probabile est, Salomonem hoc loco de amicorum aut sociorum multitudine vel paucitate quicquam cogitasse. fefellit Hebraismus. alios, Hebraismi quem etiam LXX. retinuerunt ignorantia: putabant *Ki-mi asher ieuuchar el kal hachaiim* כי-מי אשר יבחר אל כל החיים, quod ad verbum sonat, *Nam quis vnus* (seu aliquis) *adiungatur* (vel eligatur) *ad omnes viuentes*. Seu vt LXX. *τὶς ὃς κοινωνεῖ πρὸς πάντας τοὺς ζῶντας, quia quis est qui communicet in omnes viuentes*: illi & secus disputarunt, & sequiùs acceperunt, de coniunctione aliorum ad illos: cùm sensus sit satis apertus, *neminem vnum cunctis viuentibus* coæuum esse, seu conuiuere cunctis mortalibus, qui inuicem succedunt.

XII. D.Aug. Alia adhuc est explicatio Auctoris inter opera D. Augustini, libri Quæstionum veteris ac noui testamenti q. 39. per *leonem mortuum* intelligi apostatam à fide; per *canem viuentem* intelligi quemuis Gentilem, etiam qui nunquam conuersus, sed conuerti potest.] Certum est hanc ad allegoriam pertinere, & deriuatam ex sequenti.

XIII. D.Hier. Receptior allegoria est celebris illa D. Hieronymi per *panem viuum* intelligi adoptatũ populum Christianum; per *leonem mortuum* indicari reiectam Synagogam Iudæorum: quod magnificè idem Sanctus ibi prosequitur. Eius assecla sunt Olympiodor. & alii. Olympiodorus, Salonius, & Alcuinus. Petrus quoque Blesensis, diligentiâ Ioannis Busæi nostri superioribus annis in lucem emissus, serm. 30. ex quo peti potest elegans forma cuilibet Confessori aut Doctori, à sæculi tenebris ad religionis lucem transeunti, hoc adagium nostrum accommodandi.

XIV. Cuius (vt semel finiam) litteralem interpretationem puto aliam, quæ placuit etiam Olympiodoro, Alcuino, & vtrique glossæ, similitudinem petendam, ab vno peccatore verè mortuo; & ab alio peccatore verè viuo, nempe præferendum iustum hominem pauperem, & vilem, ab omnibus contemptum, *viuum*; diuiti nobili, proteruo, ac superbo, in peccatis *mortuo*. hunc propter superbiam, *leonis*; illum, propter vilitatem *canis* nomine exprimi. Non repudio.

XV. Autoris sententia. Putarim tamẽ simplicissimè quoque capi posse de quolibet paupere, indoctóque & vili *viuo*; qui dicatur præstãtior seu melior quouis diuite, erudito, & honorato dum viueret, sed nunc *vitâ cassо*, & præscinderem à peccatore, ac iusto; & rationes etiam ipsas generaliter accipere, vt videntur ad litteram accipiendæ. Nam simpliciter loquendo leo iã *mortuus*, nullius est pretij, & planè omni ludibrio expositus,

IX. Græca epigr.

vt docetur epigrammate Græco, de cadauere Hectoris, cui Græci insultabant.

βάλλετε νῦν μὴ πότμον ἐμὸν νέμεσις, ὅτι καὶ αὐτοὶ
νεκρῷ σώματι λέοντος ἐφυβρίζουσι λαγωοί.

Martyr Morus,

Proiicite meum Danai post fata cadauer:
Non metuunt lepores defuncti membra leonis.

Alciat. Sed pressior Alciatus,

Distrahite vt libitum est. Sic cassi luce leonis
Conuellunt barbam vel timidi lepores.

Erasmus. Erasmus etiam in adag. *Mortuo leoni insultant lepores.* idem in, *barbam vellere.* Huc spectant alia adagia, quæ alibi attigi, vt Plauti illud in Rudent. *Mortuus pluris pretij est, quàm ego sum*; & quod in Persa seruus alteri dicit, *Non Hercle, te metuam mortuum morticine.* Rationes Salomonis sunt: Prima, quia *viuentes sciunt se esse morituros*, & ideo possunt se ad iter illud longum & perpetuum præparare: *mortui verò nihil nouerunt amplius*, hoc est, nihil quicquam eorum quæ hîc aguntur de nouo, nisi ipsis reueletur, nihil horum præter ea quorum species secum detulit anima, valdè se hîc plerique torquent. puto, per *mortuum* significari potiùs conditionem hominis secundùm corpus, quàm secundùm animam: & sic etiam sequentes rationes accipi posse. Non quòd illa quæ remouentur, competant tunc cadaueri, sed quoniam competebant olim toti composito, cuius hoc est cadauer; & sic facilè respondetur obiectionibus hæreticorum; quas hinc conantur elicere, contra purgatorium, & contra preces pro mortuis, & contra Sanctorum veneratione & inuocationem, de quibus disputandum, non hoc loco.

Plautus.

Salomonis rationes. I.

Locus multos torquès.

Hæreticorum obiectiones.

Secunda: quia *non habent vltra mercedem*, etiamsi benè operari possent, tamen meritoria illa opera non essent, eo quòd sint extra merendi statum; Hoc sensu verum est dictum veteris poëtæ, puto Theocriti; II. Theocrit.

ἐλπίδες ἐν ζωοῖσιν, ἀνέλπιστοι δὲ θανόντες.

Sperandum est viuis, non est spes vlla sepultis:

Scilicet corporibus. nam animæ hominum non sepeliuntur. Et huc spectat illud vulgatum, *Dum spiro, spero.* confirmat Sapientia cap. 13. 10. *Infelices autem sunt, & inter mortuos spes illorum est.* Spes illorum nulla est, sicut mortui dicuntur non esse, & proindè nec spem habere. Dum spiro, spero.

III. Tertia ratio, quia mortuorum *memoria obliuioni tradita est.* Hispani dicunt; *oluidado como muerto.* Cauendus hîc Caietanus, dum ait hanc rationem procedere suppositâ sententiâ de æternitate mundi. cauendus, inquam, quia quod contra fidem est, non potuit à Salomone præsupponi. Possent hoc dicere qui verba ista impiis tribuunt: sed Caietanus tribuit Salomoni disputatiuè loquenti, in personâ suâ; Neque adhuc necessaria talis suppositio, quia sapiens loquitur de eo quod fieri consueuit, non de rarò accidentibus, vt etiam in sequenti ratione. Caietani cauenda expositio.

IV. Quarta ratio, quia si capiat vt ego: de corpore, de omni amore, odio, & inuidiâ, verum est quod dicitur, hæc cessare; quia cadaueta nec amant nec oderunt, nec inuident: illis verò nec inuideri solet: nec amari consueuerunt, quæ digna sunt omni auersatione & fugâ, propter putredinẽ & putorem. (quò refero illud Apostolij adagium malè intellectum Apostolius.

CCCXV. Mortuus iacet pedens. Cùm mortuis non nisi laruæ luctãtur Plin. Aristoph. Sophocl.

lectum hactenus, *Mortuus iacet pedens.*) nec odio haberi decet, iuxta varias veterum adagiales gnomas, *vt cum mortuis non nisi laruas luctari,* dictum Munacij Planci apud Plinium in Præfatione Histor. naturalis. item apud Aristophanem in Auibus, τοὺς τεθνηκότας ἀποκλείνειν, *mortuos ingulare.* Sophocles in Antigona,

—τὸν ἀλκὴ τὸν θανόντ' ἐπικλαυτῶν.

—*Quæ fortitudo est mortuum necare rursum?*

Demosth. Homer. Virgil.

Mortuis non conuiciandum, docet Demosthenes contra Leptinem. & Homerus;

οὐκ ὀσίη κλαμύνοισιν ἐπ' ἀνδράσιν εὐχετάασθαι.

Non sanctum est viris interfectis insultare.

Nam vt noster Maro cecinit;

Nullum cum victis certamen & æthere cassis.

Si verò velis etiam de animâ sopitâ hæc accipi, dicendum, nón agi de amore Dei vel proximi, qui ad caritatem spectat; neque de odio aut inuidiâ, quæ caritati virtuti Theologicæ repugnant. nam constat iustorum animas post mortem esse ornatas illa virtute; damnatorum verò deformari etiam istis vitiis; sed agi hîc, de amore, odio, ac zelo prout sunt affectiones quædam illorum qui simul degunt ac versantur in hac vita: quarum affectionum vicissitudo nulla est inter mortuos ac viuos; quæ affectiones oriri solent ex vita sociali, & actionibus, atque negotiis huius sæculi, quæ sub hoc sole à viuis geruntur. ideo hoc subdit pro præcedentis dicti ratione. Vnde etiam satis colligitur, quorum negotiorum eos antè gnaros esse negauit: nempe eorum quæ nihil ad eos iam mortuos spectant. Hæc mea de obscuro loco sententia, quam sat breuiter, si sat clarè, proposui.

EX EODEM CAP. VERS. VIII.

Omni tempore sint vestimenta tua candida.

ADAG. CCCXVI. Omni tempore sint vestimenta tua candida.

CAndidum hoc loco nõ significat splendidũ, vt putauit Cãpensis, sed album, Hebr. est. לבנים *Leuanim*, Græcè LXX. λευκὰ. non enim agitur de magnificẽtiâ, sed de puritate. *alba* enim vestis hoc loco eadem quæ *pura*, Tibullo, & Virgilio, & aliis Latinis; Tibullus. Virgil.

Hic ait 12. Æneid.

—*puráque in veste Sacerdos*, &c.

vbi Seruius in fragmẽtis; *puram* exponit non funestã nec pollutã, sed quæ idonea sacrificaturis: & Paulus ex Festo, non obsitam, nõ funestam, non fulguritam, non maculam habentem. vno verbo dicas prorsùs mundam ab internis & externis inquinamẽtis. Tibullus eleg. vlt. lib. 1. Seruius. Festus.

—*Hunc purâ cum veste sequar.*

& lib. 2. eleg. 1.

—*discedite ab aris,*
Queis tulit hesternâ gaudia nocte Venus.
Casta placent superis: pura cum veste venite,
Et manibus puris sumite fontis aquam.

Albæ vestes in triũphis & conuiuiis.

Scio *albas* etiam in triumphis & in cõuiuiis solemnes fuisse, & eâ de re disserui in speculo Mariano, Orat.

Oleum.

Verũ sicut quod de *oleo* sequitur, refero ad hilaritatẽ conuiuialẽ; sic istud ad sacrificiorũ ritus. Nõ enim mihi placet cũ B. Thaumaturgo, & qui egregiè dilatat D. Hieron. aut cum Titelmano, hæc etiam omnia tribuere impiis hominibus ad vũ-

Thaumaturgus. Hieron. Titelm.

IV. luptates adhortantibus, ſicut faciunt Sap.2.hic enim nihil nos vrget ſic interpretari:& cùm hîc agat Eccleſiaſtem, tutius eſt, quæ poterunt aliter intelligi,ad carnalẽ ſenſum non deflectere, vt quàm pauciſſima ſit quibus incauti queant offendi. Neque ſic interpretando, vlla vis adagij ineſſet.Vt nec in alia quorumdam explicatione, qui ſine vllâ Metaphorâ hæc capientes, autumant nos adhortari, ad lætum atque pacatum rerum atque honorum vſum, quoad amictum & quoad victum.q.d. cum Dei benedictione,bonis tibi ab eo conceſſis vtere modeſtè & lætanti animo. hunc ſenſum agnoſcit Olympiod. vt litteralem.hoc ſequuntur Ferus, Vatablus,Mercer.& alij.iuxta hunc ſenſum nullum erit adagiũ;& eum grauiter reprehendit S.Cyril.Alex. lib.de adorat. in ſpir.14. his verbis; *Puto autem, & quidem rectè, nunquam virum ſapientiſſimum Salomonem, ad has nugas peruenturum fuiſſe, vt ſuaderet nobis veſtium ſplendore pueriliter oblectari.* vides hanc ſententiam viſam Cyrillo nugacem & puerilem.

Et quidem quem Olympiodorus myſticum vocat ſenſum, quoad iſtud & ſeq. de *oleo* dictum: ego cenſeo verè literalem ſenſum eſſe. Nam in metaphoricis locutionibus non eſt myſticus ſenſus,ſed litteralis, qui per metaphoram ſignificatur; non enim grammaticum ſenſum, hoc eſt,verborum ſonum nudũ,debemus capere pro litterali,ſed cum ſimul cũ metaphorico, vt docui prolegom.in Cant. Iſagog. cap. 4.quod niſi quis attẽdat,ne ille nobis in omnibus parabolis, & metaphoris ſenſum à Spiritu S.intentum ſemper ſubtrahet, & vmbram pro veritate,ſonum verborum pro ſenſu ſemper amplectetur.

Itaque hic cẽſeo nobis præſcribi virtutes,quibus ſemper nos doceat amiciri, & primo exhibere nos sẽper decet puros & immaculatos,vt Deo quotidie poſſimus nos ipſos in odorem ſuauitatis offerre: quoad proximos verò, iubemur ſequentibus verbis de *oleo*,illis exhibere miſericordiæ opera,& bono exemplo prælucere.Sic exponunt,Chaldæus vterque; & R.Salomon: ex Patribus plerique. D. Hieronymus lib. 1.contra Iouinianum poſt medium exponit de veſtimento virginitatis, ſecutus Ambroſium in exhortat.ad Virgines etiam poſt med.non quòd cẽſuerint de ſolis virginibus capiẽdum, nam vterque alibi latiùs hoc porrigunt: ſed quia potiſſimùm in virginibus candor iſte conſideratur, qui per matrimonium non deſinit eſſe candor & mundities corã Deo; ſed tamen deſinit eſſe candor Virgineus,hoc eſt,ſummus. Sic D. Ambroſius intelligendus. Sanè in fragmento de fide reſurrectionis, prope medĩu, vertit ipſemet, *Omni tempore munda ſint veſtimenta tua*; & vlteriùs extẽdidit.Hieronymus prę terea hîc explicat; *habeto corpus mũdum, & eſto miſericors.* item; *caue ne quando pollutis veſtibus induaris.*S.Cyrillus Alexandr. d. lib. 14. de adorat.in ſpiritu; vult vitæ ſplendidæ, vitam velut ablutam, & ab omnibus ſordibus liberam comparari:& ſic præcipi nobis vt Chriſtum & nouum hominem induamus. Sicut nunquam nudi ſine veſtibus incedimus, ſic nunquam à nobis vllâ vitæ parte debere abeſſe caritatem & innocentiam.Innocentiam quoque exponit Innocent.3.lib.de myſter.miſſæ c.14.munditiã autẽ.c.51.

Olympiodorus, *hoc eſt* (inquit) *actiones & opera, quæ virtutis normam ſequuntur: necnon tradita nobis indumenta per lauacri regenerationem; quæ procul dubiò candida aſſeruantur*

per

R.Salon. & alij. Hieron.

Ambroſ.

Olympiodor.

S.Cyrill.

Olimpiodor. Literalis ſenſus nõ myſticus.

S.Cyrill. Alex.

Innoc. III.

Autoris ſententia.

CCC-XVI.

per omne tempus, quo à peccatorum sordibus abstinemus. Candida quoque dicitur habere vestimenta; qui lauat per singulas noctes lectum suum, *& lactymis suis* stratum suum rigat, *ita sordes peccatorum per lacrymas tergens.*] ecce duplex lauacrum animæ vestium, primum baptismatis; secundum pœnitentię. de primo accepit etiam S. Cyrillus Hierosolymitan. cate. myst. 4. D. Hieronym. in cap. 3. Zachar. De secundo Philo Carpathius in c. 4. Cant. v. 8.

S. Cyrill. Hieron. D. Hier. Philo Carpathius.

Salonius; *per vestimenta virtutes designantur, quibus anima vestitur & ornatur. & sensus est: quæcumque bona egeris, sint munda & pura, vt possint Deo esse accepta.*]

Salonius.

D. Greg.

D. Gregorius lib. 9. in Iob. c. 18. scribit *vestimenti* nomine hoc terrenum corpus exprimi, quo induta anima tegitur: & sensum verborum istorum esse; *membra corporis à sordidis actibus munda.*

Alcuinus.

Alcuinus hîc; *habeto corpus mundum & castum:* Isychius lib. 4. in Leuit. cap. 14. *vestimenta* vult esse *actiones mundas.* Opera munda exponit etiam Innocent. 3. serm. 2. de templi dedicatione.

Isychius.

Innoc. III.

Philonis Carpathij verba sunt; *Licèt* nemo sine peccato viuat, nec infans vnius diei; *licèt scriptum sit*, si dixerimus, quia peccatum non habemus, veritas in nobis non est: *&*, stellæ non sunt mundæ in conspectu eius: *item* in multis offendimus omnes: *tamen, dum fidelis anima se à peccatis quotidie per pœnitentiam mundat, dum quotidie minora peccata lacrymis lauat, & à maioribus sibi cauet; quamuis peccat frequenter, nihilominùs per assiduam pœnitentiam perpetuò munditiam suam seruat. Hinc eidem alibi præcipitur:* sint omni tempore vestimenta tua candida, *& illud*, iustus ex fide viuit. *quamuis enim mox, vt peccat, à iustitiâ deuiet; tamen dum semper credit in eum, qui iustificat impium, & assiduè sub eius fide peccata sua deflet, per assiduas ablutiones iustitiam suam retinet.*] itaque iuxta Philonem iustitia est vestimentum, lauacrum pœnitentia.

Philo Carpathius.

Philo Iustitia, vestimẽtum: lauacrum, pœnitentia.

EX EODEM VER. VIII.

Oleum de capite tuo non deficiat.

ADAG. CCC-XVII. Oleum de capite tuo non deficiat.

CAmpensis & alij, qui hæc referunt ad vnguenta conuiualia, de quibus olim egi in Aduersar. Senecæ Thyest. vers. 945. & egerunt innumeri. nam, *cui non dictus Hylas?* illi nolunt de simplici *oleo* agi: ego sic de omni pinguedine siue sit naturalis, siue condîta. & vocem Hebræam *Schemen* שמן latè accipio pro vtroque. nam puto comparatione conuiualis vnguenti, quod lætitiæ indicium, significare spirituale oleum. tum quia non est credendus Salomon nos ad conuiuiale illud aduocare, quemadmodum Catullus Fabullum suum inuitat. quo argumento vsum hîc D. Cyrillum ostendi §. superiore. tum quia vix est vt possit quis semper ita vnctus ac delibutus incedere, quod est B. Salonij argumentum. Negari verò nequit שמן sæpe pro simplici *oleo* sumi; nisi velit nostrũ interpretem sæpè malæ versionis condemnare. Immo cùm toties *olei* mentio fiat in Sacra Scriptura, fortassis nusquam זית *Zaith* pro *oleo* capi potest; Nam duobus vbi de illo agitur locis, vtrumque nomen iungitur. Exod. 27. 20. & Deuteron. 8. 8. שמן זית *Schemen Zaith.* ex Hebraismo, *oleum olea*, sicut *vinum vinea* seu

De olei voce.

Catullus. D. Cyril.

B. Salon.

vitis. nuſquam verò memini me זית ſolum inueniſſe pro *oleo*, ſemper pro ipſa *oleâ*. Noſtrum verò, *azeyte* dictũ à *zaith*, quaſi dicas profluens ex *Zaith*, vel potiùs ex Arabico, *azaith*.

Autoris. ſententia. Malo itaque de pinguedine ſaltem in genere accipere, vel potiùs preſſe de ipſo *oleo oliuarum*, quæ communior Patrum ſententia eſt, verum adagij ſenſum atque vſum proponentium, videlicet, moneri nos vt iugiter miſericordiæ operibus dediti ſimus. Dico *dediti*, quia cenſeo *caput* hîc metonymicè poſitum pro ipſa perſona. q.d. nũquam, à te deficiat: ideſt, nunquam ſis ſine hoc affectu, ne deſinas velle miſericordiam exhibere proximis: non deficiat miſericordia à corde tuo. noſter ideo illud על *Hhal* accepit pro *de*, ſeu, *à* quod frequens. Thargum; & *bonitas tua non deficiat*. S. Hieronymus; *eſto miſericors*. & poſtea proprietates *olei* ponit, *lumẽ alere*, & *feſſorum reſoluere laborem*. Nimirum prius pertinere putandum ad opera miſericordiæ ſpiritualia, poſterius ad corporalia.

Senſus adagij.

S. Hier. variæ expoſitiones.

Iſych. D. Hieronymi diſcipulus. Iſychius D. Hieronymi diſcipulus ex hoc loco probat miſericordiam oportere continuam eſſe & permanentem, lib. 6. Leuit. cap. 23. & lib. 7. cap. 24.

Rupertus. Rupertus lib. 3. in Exod. cap. 27. explicat, *oleum* de capite, *id eſt charitas de corde tuo*, non deficiat.]

B. Salon. B. Salonius; *Per oleum deſignatur opus in miſericordia, id eſt, eleemoſynâ, vel certè ſpiritualis lætitia. & eſt ſenſus, nunquam deficias ab operibus ſpiritualis miſericordiæ, & ſemper habere ſtude ſpiritualem lætitiam.*

Olymp. Olympiodorus, de eleemoſynâ capit, ſed *caput* myſticè Chryſtiũ interpretatur, *qui ſibi ipſi collatas accepturos eſt, quaſcunque pauperibus eleemoſynas conferemus. Ne itaque deſiſtamus caput hoc noſtrum perungere oleo miſericordiæ, hoc eſt, Chriſti pauperes, & egenos miſericordi affectu protegere.*]

Sic etiam Albinus & gloſſa interlinaris & alij, de miſericordiâ.

Albinus.

Liranus; *de capite*, id eſt, de mente tuâ, quæ eſt caput virium animæ. idẽ placuit Dionyſio Carthuſiano.

Liranus. Dionyſ. Carth.

EX EOD. CAP. VER. XVI. ET VER. XVIII.

Melior eſt ſapientia fortitudine: melior eſt ſapientia quàm arma bellica.

ADAG. CCC-XVIII. Melior eſt ſapiẽtia fortitudine, & quàm arma bellica.

RAtionem reddit Prou. 20. v. 18. *Cogitationes conſiliis roborantur: & gubernaculis tractanda ſunt bella.* & cap. 24. 5. *Vir ſapiens fortis eſt: & vir doctus, robuſtus & validus. Quia cum diſpoſitione initur bellum: & erit ſalus, vbi multa conſilia ſunt.* contra dictum à Lyrico; lib. 3. od. 4.

Vis conſilî expers mole ruit ſuâ.

Apud Homerum Agamemnon Neſtores plures optat, quàm Achilles; quia hic fortitudinis, ille ſapientiæ laude pollebat. Secuti iudicium Regis ceteri Græci, quando Vlyſſi arma Achillis, vt Græcorum præſtantiſſimo adiudicarunt, vt narrant Pindarus, Sophocles, & Ouidius. Nam Homerus & Cointus Smyrnęus iudices Troianos atque Mineruam faciunt. Hoc iudicium cum Græco epigrammatario velut iniuſtum calumniantur multi, & Alciat. emblemate 28. improbat, non ex iure, ſed ex poëſi. Sententiam hîc probat Spiritus Sancti. quare ceſſent deinceps humanæ argutiæ. Fateor non agi de ipſa fortitudine, quæ virtus eſt; & ſumi pro potentia, vt patet ex Hebræis

Agamemnon plures Neſtores optat quàm Achilles.

Pindarus, & alij. Iudiciũ Vlyſſis contra Aiacem.

CCCXVIII. Sensus adagij.

bræis & Græcis vocibus ; itaque non virtus virtuti, sed virtus componitur opibus ac robori. Alibi etiam comparantur ipsi sapientes cum robustis ac potentibus, & præferuntur vt vtiliores reipub.d. cap.24.ver.5. & Sap. 6.ver.1. *Melior est sapientia quàm vires*, hoc est, quàm potentia humana, aut opes aut robur corporis, & *vir prudens, quàm fortis.*] qui versus hodie in Græcis codicibus etiam Vaticanis deest. Probat hoc Ouidius lib 13. Metamorph. vel potiùs apud Nasonem prudens Ithacus se præferens Telamoniadæ robusto; & postquam iudicio Diomedis, dixerat

——pugnacem sapiente minorem
Esse, nec indomita deberi præmia dextra.

Ouidius. addidit;

— tibi dextera bello
Utilis, ingenium est quod eget moderamine nostro.
Tu vires sine mente geris: mihi cura futuri est.
Tu pugnare potes, pugnandi tempora mecum
Eligit Atrides. tu tantum corpore polles,
Nos animo: quamóque ratem qui temperat, anteit
Remigis officium; quanto dux milite maior,
Tantum ego te supero. nec non in corpore nostro
Pectora sunt potiora manu: vigor omnis in illis.

Xenoph. Euripid. Confirmant ista Xenophanes Colophonius, & ab eo mutuatus Euripides; dum reprehendunt grauissimè Græcorum stultas leges, quæ inutili hominum generi athletis & agonistis magna præmia decreuerunt, ob corporis velocitatẽ & fortitudinem, eáque docẽt præmia sapientibus potiùs viris proponenda largiendáque. Fragmenta vtriusque poëtæ nobis conseruauit promus condus huiusmodi bellariorum Athenæus lib. 10. Dipnosophist. circa princip. quæ ad rem sufficient. ea Latinè sic reddidit Dalechãpius; ibi commemoratis luctæ, quinquertij, pancratij præmiis, ait Xenophanes Colophonius in elegiis. Athenæ.

— qui hac tamen adipiscitur omnia,
Minùs quàm ego dignus est.
Nam robore & virorum & equorum
nostra præstantior est sapientia.
Verùm admodum inconsultè legibus
hoc est sancitum; neque iustum est,
Corporis anteponere vires bonæ sapientiæ.
Non enim si pugil optimus è populo
quiuis vnus sit,
Nec si quinque certaminum peritus,
nec si luctator egregius,
Nec si pedum celeritate vincat, quod
virium documentum
Præfertur omnibus quæcunque in
illo publico certamine experiuntur.
Sic enim futura non sunt in ciuitate
leges aquiores,
Nec vel leuem quandam lætitiam
ciuitas est perceptura,
Quòd ad Pisæ margines victor quisquam sit declaratus.
Non enim recessus vrbis ideo pinguescunt.

q.d. non ideo vrbis opes inde fœliciores aut ampliores efficiuntur. Euripides verò in primo Autolyco sic se habent,

Ecquid enim feliciter luctatus, ecquid
pedum celeritate pernix,
Aut discum in sublime tollens, aut
malas feriens probè,
Coronam adeptus, patriæ suæ ciuitatique prodest?
An verò cum hostibus pugnaturi
sunt, in manibus
Discos habentes? aut scutis, dum pedibus
Currunt, hostem sunt aliquando patriâ ejecturi?

Sic

IX. Sic nemo delirat, qui ad ferrum propius
Consliterit: Æquum igitur sapientes homines atque bonos
Foliis coronari, & si quis ciuitatem optimè
Regit temperatus ac iustus vir:
Qui oratione suâ prana facinora submouet,
Rixas atque seditiones compescit. hæc scilicet
Sunt & toti ciuitati decora, & vniuersæ Græciæ.

Euripid. Græcè sic Euripides;

τὶ γὰρ παλαίσας εὖ, τί δ' ὠκύπους ἀνὴρ,
ἢ δίσκον ἄρας, ἢ γνάθον παίσας καλῶς,
πόλει πατρῴᾳ σέφανον ἤρκεσεν λαβών;
πότερα μαχοῦνται πολεμίοισιν ἐν χεροῖν
δίσκους ἔχοντες, ἢ δι' ἀσπίδων χερῶν
δείσαντες ἐκβαλοῦσι πολεμίους πάτρας;
Οὐδεὶς σοφήσου ταῦτα μωραίνει πόλας
κακὰς. ἄνδρας οὖν ἐχθρῶν σοφούς τε καὶ δικαίους
φύλλοις στέφεσθαι, χ' ὅστις ἰσχύει πόλει
κάλλιστα σώφρων κ' δίκαιος ὢν ἀνήρ.
ὃς γε μύθοις ἔργ' ἀπαλλάσσει κακὰ
μάχας τ' ἀφαιρῶν κ' στάσιν. τοιαῦτα γὰρ
πόλει τε πάσῃ, πᾶσι θ' ἕλλησιν καλά.

Xenoph. Xenophanes verò.

....ταῦτα γ' ἄπαντα λάχοι,
εὐκ ἐὼν ἄξιος ὥσπερ ἐγώ. ῥώμης γὰρ ἀμείνων
ἀνδρῶν ἢ δ' ἵππων ἡμετέρη σοφίη.
ἀλλ' εἰκῆ μάλα τοῦτο νομίζετε. οὐδὲ δίκαιον
προκρίνειν ῥώμην τ' ἀγαθῆς σοφίης.
οὔτε γὰρ εἰ πυκτὴς ἀγαθὸς λαοῖσιν ἔσ' εἴη,
οὔτ' εἰ πενταθλεῖν, οὔτε παλαισμοσύνην.
οὐδὲ μᾶλλον εἰ ταχύτητι ποδῶν τόσσον ἵστ' ἀρίστη
ῥώμης ὅσσ' ἀνδρῶν ἔργ' ἐν ἀγῶνι πέλει.
τίνεκεν οὖν δὴ μᾶλλον ἐν εὐνομίῃ πόλις εἴη,
σμικρὸν δ' ἄν τι πόλει χάρμα μίνοιτ' ὀπὶ τῷ.
εἴ τις ἀεθλεύων νικᾷ πίσεα παρ' ὄχθας.
ἐ γὰρ παίνῃ ταῦτα μύχους πόλεως.

Stobæus. Apud Stobæum verò concinunt alia serm. 52. concinunt alia ex Sophocle, Agathone, & Euripide. Agathon,

γνώμη ὃ κρεῖσσόν ἐστιν ἢ ῥώμη χερῶν.
Sapientia verò melior est quàm manuum valentia.

Sophocles;

γνῶμαι πλέον κρατοῦσιν, ἢ δεινὸς χερῶν.
Rationes præpollent robori manuum.

Euripides;

γνώμη γὰρ ἀνδρὸς, εὖ μὲν οἰκεῖσθαι πόλεις,
εὖ δ' οἴκους, εἰς τ' αὖ πόλεμον ἰσχύει μέγα.
σοφὸν γὰρ εὐβούλημα τὰς πολλὰς χέρας
νικᾷ. σὺν ὄχλῳ δ' ἀμαθίᾳ, πλέον κακὸν.
Viri prudentia facit vt inhabitentur ciuitates,
Itémque familia, & ad bellum magnum eius momentum:
Consilium enim sapienter initum multas manus
Vincit: imperitia verò cum multitudine maius malum.

Idem,

ἀεὶ γὰρ ἄνδρα σκαιὸν ἰσχυρὸν φύσει
ἥσσον δέδοικα τ' ἀσθενῆς τε κ' σοφοῦ.
Semper enim virum imperitum & robustum corpore
Minùs timeo quàm imbecillum & sapientem.

ῥώμη

ῥώμη δ' ἀμαθὴς πολλάκις ἥττητ βλάβλη.

Robur cum imperitia ſæpius damnum paris.

Vſus adagij. I. Veniamus ad loci noſtri tractatores, vnde colligere licebit adagionis vſum. Primus erit quãdo fortis vir ſed iniuſtus, imbecilli ſed probo ac ſapienti conferendus. Sic Chaldæus Thargumiſta fuſior, quẽ Coſtus edidit; *Iuſtorum prudentia, fortitudine & viribus improborum longè præſtantior eſt. illorum enim ſapientia & meritum, & ſe & ſuos liberat: ſcelerati autem robur, cuius animus, tantâ fortitudinis ſuæ fiducia efferitur, vt ad pœnitentiam non redeat cum perdu ſolum.*]

II. Secundus vſus aptior erit, ſi iuſtũ prudentem, ſeu ſapientem imbecillum; cum iuſto forti ſed imprudẽti ac ſtolido comparemus, vt Neſtorem cum Aiace, vel Achille.

III. Tertiò, *ſi ſapientia vires potentiæ populari præponamus*, vt facit Thaumaturg. ἐγὼ δ' κ) πάνυ συγκρίνω τ ἐν σοφίᾳ ἰσχὺν ταύτης τ δυνάμεως δημώδες.

IV. Quartò, veteris, & omnium aptiſſimè, in comparatione ſapientis viri pauperis contempti ab omnibus, & ſtolidi potentis ac gratia & laude vulgi florentis; quales quotidie videmus. non in aulis tantùm Principum, ſed etiam in academiis, & ſubſelliis iudicũ. hæc eſt interpretatio D. Hieronymi, & Albini, & optima.

D. Hier. V. Quintò, ſi compares fortitudinem virtutem cardinalem, cum ſapientiâ quæ eſt donum Spiritus S. Sic Dionyſ. Carthu. verùm hoc myſticum eſt, nec videtur ſatis apta comparatio.

VI. Sextò, allegoricè per *ſapientẽ pauperem*, CHRISTVM; per *ſtolidum potentem* volunt intelligi Diabolũ, S. Hieron. Anſelm. Laodunenſ. & alij.

Anſelmus Laod. Obiectio Olymp. Obiicit ſe his omnibus Olympiodorus; & negat hunc locum accipiendum, quaſi per comparationẽ dicatur. quia non compararet Salomon ſapientiam cũ ſtultitiâ. debet enim comparatio fieri inter ſimilia non inter contraria. Reſpõſio facilis eſt, non inſtitui comparationem ſtultitiæ cum ſapientiâ, ſed viri fortis ſeu potẽtis ſtolidi cum viro paupere & contẽpto ſapiente, nõ quatenus ille ſtolidus eſt, ſed quatenus potens eſt; vel certè totum illud coniunctim; in quo ſimilitudo aliqua inter fortitudinẽ & ſapientiã; nam illa bonum quoddam corporis; hæc animi eſt bonũ. quòd verò illi adiuncta ſit ſtultitia, huic autẽ imbecillitas, id accidentarium eſt.

EX EOD. CAP. V. XVIII.

Qui in vno peccauerit, multa bona perdet vnguenti. ADAG. CCC. XIX. Qui in vno peccauerit, multa bona perdet.

VEchote echad ieauad touah harbeh וחוטא אחד יאבד טובה הרבה Quod etiam poteſt verti; *Peccator vnus perdet multum bonum*, hoc eſt, plurimum boni, vt Campenſ. & poteſt accipi tam de rebus (vt noſter) quàm de perſonis, vt alij malunt.

LXX. κ) ἁμαρτάνων εἷς ἀπολέσει ἀγαθοσύνην πολλὴν, *& peccans vnus perdet bonitatem multam.* & D. Hieronymus notat, in Hebræo legi poſſe, *& qui peccat vnum, perdet bonitatem multam.* Symmachus, vt noſter, ἀγαθὰ πολλά. quod optimè cohæret præcedentibus: nec nouum eſt in maſculino neutrum intelligi: Chaldæus, *Vir peccator vnus, qui eſt in generatione, occaſionem adfert, vt perdatur bonum multum* (ſeu magnum) *ex mundo* (vel ex ſæculo) hoc eſt, vt ſui temporis hominibus multum mali prauitate illius obtingat. vel fortaſſis intelle-

D. Hier. Symma.

xit vt alij Hebræi, in lib. Sanctificationũ, propter peccatũ vnius Adami, periisse ipsi & toti mundo multum boni, quia ipse & genus humanum iustitiâ originali priuati. sic etiam R. Salomon, & Galatinus l. 6. de arcan. c. 6. verùm hæc interpretatio mystica est, non litteralis.

R. Salon. Galat.

Litteraliter & generaliter exponit Thaumaturgus; ἀφροσύνη τὸ ἔνος, πολλοῖς κίνδυνον ἐργάζεται, κἂν πολὺ δ' καταφρόνητον ᾖ. *stultitia autem vnius multis periculum accersit, etiam si multis leuis & contemptibilis sit.* Quod sequor, etenim egerat de vtilitate sapientiæ belli tempore: Solere plus vtilitatis in remp. promanare ab vnius viri sapientiâ, quàm à robore multorum. certè id probant in Syracusarum obsidione Archimedes; secundo bello Punico Fabius Maximus; in bello Epirotico Appius Cæcus: & vt aliquid depromam ex sacris litteris, vna mulier sapiens Abelam seruauit 2. Reg. 20. à v. 16. Nunc itaque hoc argumẽto à contrario ostendere volens, subiicit rationem vniuersalẽ (vt accipio) quæ illud peculiare dictum etiam probat. q. d. ideo melior est sapientia armis bellicis; quia frustrà sunt arma foris, nisi sit consilium domi, & sicut vnius sapientia salus est multorum, sic vnius culpâ aut errore sæpè multum boni perditur, & multi probi dispereunt. Dixi vniuersim positum prouerbium, quia particulare dictum, vniuersali ratione satis comprobatur; & tunc adagio ampliora spacia panduntur: vt sit simile illi prorrito, *vnus stultus proiicit lapidem in puteum, & mille sapientes non extrahunt.* refert Caietanus.

Thaumaturgus. Autoris sẽtentia. Ab vnius sapientia plus vtilitatis quã à robore multorum, exẽpla.

Adagij escensio.

Nam primò procedit ad probandum, eum qui in bello vel semel neglexerit sapientiam, aut in minimo aberrarit, omnes retro victorias perditurum, cuius rei testis Attilius Regulus, primo; & Hannibal secundo bello Punico. dici solet Hispanicè *por vn clauoua herradura; por vna herradura, vn cauallo; por vn cauallo, vn cauallero, por vn cauallero se pierde vna batalla, y por ella vn Reyno.* defectu claui solea, defectu soleæ equus, defectu equi miles, defectu militis prælij, iactura prælij regnum amittitur.

Secundò pacis etiam tempore, vnus inconsulto vel fraudulento cõsilio reip. statum solet subuertere. *Sunt enim* (ait Ferus) *& in bello & in pace ferè semper tales pestes, qui conturbent omnia. Senator aliquis benè consulit, mox alius nebulo cuncta peruertit; cui etiam frustra repugnatur, quia plerumque peior pars vincit meliorem.* Lege quæ narrantur 3. Reg. 17. vbi vnus Cusai fraudulento consilio res Absalonis præcipitauit. & 3. Reg. 12. vbi consilium iuuenum decem tribus Roboamo ademit. vide adag. sup. II.

Tertiò sæpè fit, vt vnius delictum multi luãt, nõ modò, quia vt ait ille,

Quicquid deliranı Reges, plectuntur Achiui;

& quia, *Vnius ob noxam & furias Aiacis Oilei*, naufragium passã Græcorum classis; & propter Dauidis superbiam in censu populi, pestis in populum desæuiit, 2. Reg. 24. sed etiã iuxta vetus dictum Hesiod. III.

πολλάκι γ' ξύμπασα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἀπωρεῖ.

Sæpe mali mala facta viri populus luit omnis.

quod iusto Deus iudicio solet permittere, cùm à magistratibus delicta dissimulantur; vel etiam aliis de causis, vt cùm populus Israël fugit acceptâ clade: quia filius Charmi auream regulam & coccineum pallium ex anathemate furatus fuit. Iosue cap. 7.

Quartò

IV. Quartò in ſingulis hoc contingit. qui propter vnum mortale peccatum gratiam Dei amittit, & omnium bonorum operum meritum, & ſic reus damnationis æternæ conſtituitur. ideo, fortè ad Salomonẽ adſpiciens B. Iacobus dixit, cap. 2. v. 10. *Quicumque autem totam legem ſeruauerit, offendat autem in vno, factus eſt omnium reus*; &, vt ait Ezechiel, *omnes iuſtitiæ eius quas fecerat, non recordabuntur.* cap. 18. 24. Sic B. Hieronymus, Olympiodorus, Albinus. Nonne vnum in aggere foramen, diluuij & eluuionis agrorum cauſa? vis occidere, nihil opus vulnera vulneribus accumules; vnũ ſuffecerit. Habet? peractum eſt. ſcintillula poteſt incendio domum inuoluere. Euripides, *Μικρὸν γὰρ ἐκ λαμπτῆρος Ἰδαῖον λίπας Πρήσειεν ἄν τις.. Parua enim facula Idæ cacumen Incenderit aliquis..* ipſam Iouis volucrem funiculus de vngue detinet inuitam. vt corporeas, ſic ſpirituales quadrigas Aminadab, vnus peccati inſertus rotis paxillus ſufflaminat. Actiaco bello velis remiſque volantem liburnicam, palmaris piſciculus remoratur.

Hieron. Olymp. Albinus. Euripid.

V. Quinctò poteſt ad exempli contagionem referri. nam peccata velociter inueniunt imitatores, ac longè latéque proſerpunt. eſt Strabi & Olympiodori. Vna ouis totum gregem inficit ſcabie; modicum fermentum totam maſſam corrumpit.

Strabus. Olymp.

VI. Denique docemur, fœdo aliquo lapſu etiam præſtantiſſimorum virorum vitam reliquam, purè & laudabiliter trãſactam defœdari: quod contigiſſe ſcimus ipſimet Salomoni. ideo Eccleſiaſticus poſtquam excurrerat in laudes Salomonis; ſubdit inclinaſſe femora ſua mulieribus, & ideo dediſſe maculam in gloriâ ſuâ. cap. 47. 22. Sanè huius dicti rationem reddi ſequ. verbis; *muſcæ morientes perdunt ſuauitatem vnguenti*; & bonæ vitæ odorem illic intelligunt nonnulli; quia bonæ vitæ odor comparatur vnguento ſuprà cap. 7. 2. *Melius eſt nomen bonum, quàm vnguenta pretioſa.* Huc referunt Arboreus, & alij, qui ſic facilè continuant hunc verſum cum ſequenti. Vt tamen verum fatear, malo continuare cum aliis, accipiendo generaliter, quia ſemper verum eſt, minimis defectibus maxima bona amitti, & ingentia damna incurri.

Arbor. Autoris ſententia.

EX CAP. X. VER. I.

Muſcæ morientes perdunt ſuauitatem vnguenti.

ADAG. CCCXX. Muſcæ morientes perdunt ſuauitatẽ vnguẽti.

OPtimè reddidit ſenſum verborum Hebraicorum;

זבובי מות יבאיש ויביע שמן רוקח

Zebubei maueth iabeiſch vabbiabb ſemen rokeach. quis ferat Latinè transferentem,

Muſca mortis fœtere faciet, vaporare faciet vnguentum pigmentarij.

conſultius planè ſenſum fideliter reddere, quàm Latinas auriculas tot Hebraiſmorũ ſpinis fauciare. LXX. *μύῃαι θανατῶσαι σαπρίσει σκλασίαν ἐλαίου ἡδύσμαλ&. Muſcæ morientes putrefaciunt compoſitionem olei ſuauitatis.* Complutenſes libri & Regij, *muſcæ mortuæ*, nam habent θανῶσαι, & hoc videntur ſequi Schol. Græca, *μυῶν θάναλ& σήψει ἔλαιον εὐῶδες μυρεψῶ. muſcarum mors putrefaciet oleum benedolens vnguentarij.* Hieron. vertit *muſcæ morituræ*, vt & Optatus mox citãdus, item D. Auguſt. quod magis fauet lectioni Romanæ & Aldinæ, θανατῶσαι. quæ eſt etiam S. Epiph. Olympiodori interpres vertit *mortificãtes*: neſcio quid inuenerit in Græco.

Thaumaturgus de iam mortuis expoſuit. nam ait: ᾗ γὰρ μῦαι ἐμπεσοῦσαι μύρῳ ᾗ ἐναποπνιγεῖσαι, ἀχήμονα τὴν ἡδίστην ἐκείνου χρῖσιν ἐργάζονται, τῷ τε ὄψει, ᾗ τῷ χρίειν ἐργάζον). *Etenim muſca in vnguentum prolapſæ & ſuffocatæ, indecorum ſuauis illius liquoris aſpectum, & vnctionem reddunt.* nam illud putrefaciunt contage ſuâ, & excitant bullulas quaſdam putredinis indices, & tetro imbuunt odore, & ſic inutile reddunt inunctioni. In quo metaphorico ſenſu omnes conſentiunt. Paraphraſis Campenſis; *ſicut muſcæ in vnguentum quantumvis fragrans collapſæ, ſi illic moriuntur, vnguentum corrumpunt, & bullis velut ſcabie obducunt.*] Quod ad Hebræam dictionem, *muſca moriis*, attinet, duas patitur interpretationes, vtramque ſacræ S. conſentaneam. nã & actiuè poteſt dici *muſca morifera*, ſicut dicimus, *vaſa mortis*. pſ. 7. 14. & paſſiuè promuſca certò moriturâ, ſicut dixi mus *filios mortis* 1. Reg. 20. 31. & alibi. de muſcis quibuſdã lethalibus agitur in libro Ariſtotelis (niſi titulus mendax) de admirandis auſcultationib. & Sap. 19. 10. quales fuiſſe Ægyptias quartæ plagæ, cenſent Ioſephus l. 2. antiqui. Philo, Toſtat. & alij, vide Pererium diſputat. 6. in c. 8. Exo. Si de huiuſmodi muſcis loqueretur, tunc non tantùm ſenſus eſſet deſtruere vnguentum, ſed etiã illud venenare: quod notandũ pro myſticis ſenſibus, de dæmone, & eius membris, qui exemplo & conſiliis alios necãt, & ſic videntur intellexiſſe Thargumæi. Probabilius eſt *muſcas mortis* paſſiuè hic dici, quod confirmat Lxx. & noſtra verſio; quæ meliùs, *morientes*, quàm, *mortuas*: quia ſtatim vt inciderunt, etiã priùs quàm emoriantur, vnguentũ incipiunt corrumpere. Parui momenti eſt, quod pro *perdunt*, nonnulli legerint, exterminant, vt Salonius, Optatus, Hieronymus, Auguſtinus; non ex noſtrâ, ſed ex veteri verſione.

Muſca, minutum, importunum, & debile animalculum eſt; ideo placet vniuerſim interpretari adagium cum Lorino noſtro, de quouis graui damno, quod ex re ſæpè minimâ creatur, vt dictum §. præcedenti; & ſub hac vniuerſali expoſitione, admitto vt inadæquatas, omnes illas de damnis belli paciſque tempore, incuriâ, malis conſiliis, exemplo prauo, lethali culpâ, aut deformi lapſu irrogatis. ad ſingula enim poſſumus vſurpare. *Muſca morientes*, &c. Lorinus noſter Patrum ſententias accuratè collegit, paucas addam, ab ipſo relatis.

Senſus adagij. Lorinus.

Patrum ſententiæ. I.

B. Salonius ait, verè Salomonem ſpirituales muſcas intelligere; *dæmones, vitia, & peccata, hæc enim omnia exterminant hic ſuauitatem vnguenti, id eſt gratiam S. Spiritus.*] de dæmone conſentiunt Eucherius de ſpiritualibus form. cap. 5. de peccatis verò etiã leuibus Bernard. ſerm. de triplici cuſtodia, manus, linguæ & cordis: & Bleſenſis l. de Iob. c. 2.

B. Salon.

Eucherius Bernard.

Bleſẽſis

Hebræa dictionis duæ interpretationes.

Muſcarũ lethaliũ genus. Ariſtot. & alij.

Thar. gum.

Salonius, & alij.

II. Chaldæus vterque per *vnguẽtum* nomen bonum, per *muſcas* cordis concupiſcentiam intelligunt: quod de concupiſcentiis ſanè diſertiùs dilatat D. Bern. ſer. 44. in Cant.

II.

III. Iudæos conantes corrumpere & perdere CHRISTVM ac nomen eius, quod ſponſa vocat *oleum effuſum* Cant. 1. interpretatur Olymp.

III.

Olymp.

IV. Omnes hæreticos deprauantes verbũ Dei & fidei dogmata, ſed interim immorientes, voluit Epiphanius: qui refellens Archonticos hære. 40. qui baptiſmum deteſtabantur: ὡς μῦαι θανατῶσαι, σαπεῖσαι σκληρίαν ἐλαίου ἡδύσματος ὡς ὁπὸ τύπου καὶ τὸ ὁμοίων αὐτοῖς ἡ παραβολὴ τῆς ἀκκλησίας εἴρηται. μῦαι γὰρ εἰσὶν ἀληθῶς θανατῶσαι καὶ θάνατον ἐμποιῆσαι, καὶ

IV.

Epiphan. Archõtici baptiſmum deteſtãtes,

CCC. XX. καὶ σαπρίζεσθαι τὸ μυρεψικὸν ἔλαιον τῆς ἡδύσματος, τὰ ἄχια τῆς θεᾶς μυήσεια τὰ ἐν τῷ λουτρῷ ἡμῶν εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν κεχαρισμένα. Deinde subdit quædam de scarabæis, quibus eosdem simillimos ostendit. Quæ posui, sic Latinè reddita. *Velut muscæ immorientes, & olei odorati compositionem vitiantes, quemadmodum de iis parabola apud Ecclesiasten dicta est. Muscæ morientes ac mortificantes, ac putridum reddentes vnguentarium oleum condituræ, nempe ipsa sancta Dei mysteria in lauacro nobis ad remissionem peccatorum gratiosè concessa.* Idem de Donatistis tradidit D. Augustinus lib. contra Fulgentium Donatist. cap. 14. imitatus Optatum Mileuitanum li.vlt. contra Parmenian. De omnibus verò hæreticis Rupertus lib.2.de diuin. offic.cap.4.pòst, *Vnguentum* intelligens verbum Dei infectum ab hæretica doctrinâ, secutus DD. Hieronymum lib.2. contra Pelag. & Chrysost.hom.in psal.22.

Donatistæ. D.Aug. Optatus Mil. Rupert. Hieron. Chrys.

V. V. muscas esse tribulationes, insultationes, & inimicorum blasphemias, quæ solent patientiæ oleum vitiare, docemur à Bernardo serm.in feria 4.hebdomadæ maioris.

V.

VI. VI. ad impuras & importunas cogitationes, quæ impediunt orantem, & deuotionis vnctionem corrumpunt, refert D. Gregorius lib. 18. moral cap. 24. his verbis; *Ægyptus, qua huius mundi speciem tenet, muscis percutitur. Musca enim nimis insolens, & inquietum animal est. In qua, quid aliud quàm insolentes cura desideriorum carnalium designantur, vnde aliàs dicitur*; Muscæ morientes perdunt suauitatem vnguenti: *quia cogitationes superfluæ, quæ assiduè in animo carnalia cogitante & nascuntur & deficiunt, eam suauitatem qua vnusquisque intrinsecus per Spiritum vnctus est, perdunt: quoniam integritate eius frui non permittunt.* & Innocentius III. *vnguentum* censet esse deuotionem orationis, quam muscæ, hoc est importunæ cogitationes, tollunt. Sic ille serm.in die cinerum.

VI. D.Greg.

Innocentius III.

VII. Rupertus lib.1.in Exod.ca. 34. illam Ægypti muscam & istam Salomonis, censet esse superbiam.

VII.

VIII. De otiosis, qui alieno labore victitant, & alios deprauant, vt sunt parasiti, quos *muscas* vocatos patet ex Athenæo lib. 6.vide adag. *muscæ.* 23. Chiliad. 4. cent. 7. Item leones & scorta apud Plautũ in Curculione, & Truculento, & quod illis nomen imposuit S.Franciscus, desides religiosi; quos alij sumpto ex Marone vocabulo *Ignauum pecus fucos* appellant. Vide Blesens.serm.51.

VIII. Athenæus Plautus, S.Franc. Desides religiosi.

IX. Capi potest de quibusdam rerum alienarum nimis curiosis arbitris & scrutatoribus, qualem suum patrem describit malè feriatus adolescens in Plauti Mercatore:

IX.

Musca meus pater est, nihil pote illum clam haberi.

Nec tam sacrum est, aut profanum quicquam, quin adsit ibi illico.

Passim inuenias, qui omnibus se ingerunt, cuncta rimantur, cuncta percunctantur; quid Iuppiter Iunoni in aurem dixerit.

X. Contra illos torqueatur, qui improbitate sua & peruicaciâ sæpè redeunt, & imprudentia pertendunt euincere patientiam atque pudorem, quamuis victi confusi, repulsi. Homerus in bonum detorsit, de viro pugnaci;

X.

Homerus.

...ᾧ οἱ μήτε θάρσος σθένος τε ἐπῆεν, ἤτε ᾧ εἰρομένῳ μᾶλλον χόδος ἀνδρομέοιο, ἰχανᾶς δακέειν.

Erasmus;

Atque illi vim musca intra præcordia

dia misit,
Quæ quamuis de pelle viri sit sæpè repulsa
Assultat morsura tamen.

Muscas depellere

Hinc trito prouerbio, dicitur *muscas depellere*, qui irrito labore conatur impedire talium improbitatem, aut custodire & tegere, quod

Aristoph.

nequit. Sic interpretor illud Aristophanis in Vespis, non solùm de otioso, at etiam serio, sed irrito, labore.

ἀλλὰ φυλάττει δὰ χειρὸς ἔχον ἢ τὰς μύας ἀπαμύνειν.
Sed custodit ad manum habens, & muscas ipsas abigit.

XI. Albinus Hieron.

XI. Denique cum glossa ordinaria, Albino, & D. Hieronymo ad quotidianæ conuersationis & morum contagia, quando multi iuuenes probi vnius mali & nequam alloquio & consuetudine corrumpuntur. vt pleniùs docebo ad illud B. Pauli 1.Cor.15.13.*corrumpunt bonos mores colloquia prava.* Sufficiat

Varro.

nũc illud Varronis apud Nonium, *Sæpè vnus puer improbus atque impurus inquinat gregem puerorum.*& aliud

Iuuenalis

Iuuenalis,sat.2.

. . . dedit hanc contagio labem
Et dabit in plures, sicut grex totus in agris
Vnius scabie cadit & porrigine porci,
Vuáque conspectâ lineorem ducit ab vnâ.

EX EODEM CAP. VERS. II.

ADAG. CCC-XXI. Cor sapientis in dextera eius, & cor stulti in sinistra eius.

Cor sapientis in dextera eius, & cor stulti in sinistra eius.

Leu chacam limino velev kesil lismolo. לב חכם למינו ולב כסיל

לשמאלו *Cor sapientis ad dexteram eius, & cor stulti ad sinistram eius.* Sic Lxx. *καρδία σοφῦ εἰς δεξιὰν αὐτῦ, καὶ καρδία ἄφρονος εἰς ἀριστερὰν αὐτῦ.* Caue subaudias situm, vel positum. nam eodem situ cor vtriusque vergens ad læuam thoracis cratem, in qua situm, teste Olympiodoro nec intelligas de vi motiuâ corporis. Nam vtrique incipit à parte dextrâ, & tendit ad læuam. sed intelligas de motu quodam morali, sapientis cogitationes, dicta, factáque omnia vergere, ac tendere ad dexteram, stulti verò ad sinistram. Quid hoc, inquies? ductum adagium à manus dexteræ natura, quæ ad res agendas, ordinariè magis decorè, celeriùs, & aptiùs admouetur (vide Aristot. lib.2.de cælo, & lib. de incessu animal. cap.4.) Hinc fit vt res decoras, & aptas, item actiones, & ipsas personas soleamus *dexteras* vocare: item quæ contra sunt, *sinistras*: manum etiam dexteram docti à nutricibus pueri vocant *pulchram*: & sinistram vocant *scæuam* seu *turpem*. Denique sacra Scriptura beatos ad dexteram damnatos ad sinistram collocat. Pererius in c.48. Gene. num.5. notat ex sacra Scriptura. Octo *dextera* significationes, ex quibus duæ tres nobis hîc vsui esse possunt. vna *dexteram* vsurpari pro eo quod est bonum, rectum, sanctum: *sinistram*, pro malo, varo, & improbo. Iuxta illud prou.4.v.27. *vias quæ à dexteris sunt, nouit Dominus: pernersa verò sunt, quæ à sinistris sunt*, de quo vide suprà. Alia est, *dexteram* significare vera, maxima & æterna bona; *sinistrã*, temporalia hęc, falsa & minima. Tertia, significari per *dexteram* actiones, verba, cogitationes, honestati, prudentiæ, & sanctitati consentaneas: per *sinistram*, easdem denotari improbas, inhonestas, ac imprudẽtes, quæ

Cor vergens ad lævum. Olymp.

Sensus adagij.

Aristot.

De dextræ & sinistræ vocibus.

Pererius. Octo dexteræ significationes.

quæ quòd incautè, ineptè, & intempestiuè fiant, non consueuerũt nisi infœliciter cedere; vt contrà illæ aliæ, prosperè succedunt.

Variæ expositiones huius loci.

Hinc ortæ variæ expositiones huius loci, omnes vtiles humanæ vitæ, & instituto accommodatæ.

Ioann. Ferus. I.

Ioannes Ferus quatuor ponit: prima est; sapientem habere imperium cordis sui, & ei dominari, & illud nosse moderari; & ideo vti sapientiâ pro loco & personis & tempore, prout videt illud benè vel malè cessurum: stultum verò non esse compotem suæ mentis, pati se abripi cordis affectibus. Itaque de tali verum erit,

Fertur equis auriga, nec audit currus habenas.

Equi sunt affectus, qui refrenari debẽt & compesci; habenæ, sapientia. Caro nostra currus, animus auriga. videtur mihi Thaumaturgi explicatio, huc pertinere. ὁ μὲν γὰρ σοφὸς ἑαυτὸν ὅλον δεξιὰ τῶν πραγμάτων ὁδηγεῖ, ἄφρων δ' εἰς ἀριστερὰ ἀπονένευκεν, οὐδ' ἴσὸν ὅτι καλῶν ὁδηγῷ πραγμάτων ἀφροσύνη χρήσεται. *Sapiens quippe ad res dexteras sibi ipsi dux est, stultus autem ad sinistras propendet, nec vnquam ad res praclaras duce stultitia vtetur:* hoc est, directrice stultitiâ perueniet numquam.

II.

Secunda est, sapientem omnia cum iudicio & sapienter, aptè ac peritè aggredi, ageréque: stultus verò perinde ac si ratione careret, omnia incommodè, inopportunè, & immodicè auspicatur, & agit. hæc valde litteralis est, quorumdam Neotericorum. Et nisi fallor hoc vult Pintus Dialog. li. de amicitiâ. c. 18. cùm tradit cor sapiẽtis in dexterâ collocari, vt sciẽtiam reuocet ad opera bona: sicut CHRISTVS lucernas iubet in dextris geri Luc. 13. 35. metaphoricè gestu significans ipsam actionem seu potiùs actionis dilectionem & intentionem. Confirmat Olympiodor. scribens cor hîc pro intellectu ac mente accipi; & hunc sapienti quidem vergere semper in dexteras virtutis & laudabiles partes: stulti verò in sinistras ferri, & quæ facilè culpari possint.

Pintus

Olymp. Cor pro intellectu & mente.

Litteralis expositio.

III.

Tertia, cum verè sapientem esse, qui sapientiam suam ex verbo Dei comparauit; quod velut dextera est, qua cuncta sapienter ac fœliciter absoluuntur: stultos verò esse, qui rationẽ carnis, tantùm sequuntur, quæ sinistra manus est, & infœliciter operatur. vt hæc ex secundâ, sic ex hac quarta quasi nascitur.

Quarta, sapientem semper cogitare, quę sancta, honesta, bona sunt, & ad futuram vitam pertinent, quæ per *dexteram* significantur; stulti verò sola temporalia & præsentia, & quæ reuera mala sunt, cogitãt: quia in sacra Scriptura per *dexteram* bona, per *sinistram* mala significantur. Hæc placuit Maldonato in cap. 5. Matthæi; & est communior Patrũ, vt S. Hieronymi hîc, quẽ vt lector intelligat, sciendum, Diuum illum, dum negat iustum habere *sinistram* sed in eo totum esse *dexteram*, metaphoricè loqui, & voluisse ideo iuxta eamdem metaphorã, CHRISTVM Dominũ, abstinuisse nominare *sinistram*, Matth. 5. 39. vt mali nomen significatiuum; sed nominasse dũtaxat *alteram* adspectu ad maxillam, & non ad *dexteram*. vt vel valdè suspicer in verbis Hier. ab aliquo sciolo additam vocẽ dexteræ, aut si Diuus ita scripsit; *sed alteram dexteram*, censeo adhuc in figurata locutione, & alteram *dexteram* vocari præparationem animi ad geminationem iniuriæ pacatè & patienter perferẽdam. q.d. si quis tibi maxillam corporis depalmarit, age, interiorem animi maxillam præbe.

Maldonatus. S. Hierõ. negat iustum habere sinistram.

Locus Matth. 5. 39.

Sinistra nomen mali significatiuum.

Fer

Fer patienter iniuriam, & paratus esto iterum accipere. Non est nouũ animæ membra tribui, vt caput, cor, manus, pedes, &c. Non igitur tantùm piè, sed etiam verè hoc dixit Hieronymus. Nec obstat ei D. Lucas cap. 6. 29. qui *maxillam* meminit, *sinistram* verò aut *dexteram* non nominat. Nec refert, cùm certum sit de animi potiùs præparatione, quàm genæ præbitione actum vtrobique. Hoc posito sequitur in D. Hieronymo alia obseruatio, nusquam in sacra Scriptura *dexteram* improbari; quando dextera opponitur sinistræ tantùm; sed quando dextera opponitur vt alterum extremum ipsi medio, veluti Prou. 4. v. 27. *Ne declines in dexteram, neque in sinistram.* tunc enim *declinatio dextera* accusatur, quia virtutes in medio sunt, & nimietas omnis in vitio est. Illic ergo moneri ne plus sapiamus, quàm necesse est, quia hoc foret, nó dextrè, sed sinistrè sapere. sapientè ergo tradit, sẽper de futuro sęculo cogitare, quod ducit ad dexteram. Qui verò insipiens est, de præsenti, quod positum est in sinistra. Quæ quidem secutum Virgilium dicere;

Dextera quæ magni diuis sub mœnia ducit:
Hac iter Elysium nobis, at sæua malorum
Exercet pœnas, & ad impia Tartara mittit.

addit Lactantium ex literâ Pythagoræ idem præclaro in opere probasse. Locus extat hodie lib. 6. instituț. de vero cultu cap. 3. D. Hieronymum secutus fuit Rupertus Abbas tom. 1. lib. de timore Domini c. 12. Alcuin. interlinearis & alij.

Secundam sententiam cum hac quarta miscuit non ineleganter B. Salonius: *per* cor *designatur intentio* seu, *cogitatio*: *per* dexteram *manum opus bonum*; *per* sinistram *verò malum.* Cor *igitur* sapientis in dextera eius, *quia intentio & cogitatio viri sapientis ad hoc tendit, & ad hoc laborat, vt semper bona operetur, quatenus in die iudicij, ad dexteram Domini, id est sorte iustorũ, stare mereatur, & cum ipsis in æternâ beatitudine gloriari.* Cor *verò* stulti in sinistra illius, *quia & mala quæ cogitat, & malis operibus accumulat: in die iudicij a sinistris, id est in sorte reproborum ponentur, & cum eis in æternum punientur.*] Ad hanc facillimè reducitur explicatio Chaldææ Paraphrasis, per *dexteram* studium legis, per *sinistram* acquirendi diuitias auri & argenti, intelligi. Sed & alia D. Hieronymi epist. ad Principiam, qua explicat psal. 44. indicari CHRISTVM totũ in dextris; Antichristum totum in sinistris esse.

Alia obseruatio. D. Hier. De voce dexteræ.

Chaldæa paraphrasis.

Virgilius.

Lactantius.

Rupertus.

B. Salonius.

EX EODEM VERS. III.

Cum ipse insipiens sit, omnes stultos æstimat.

ADAG. CCC-XXIII. Stultus omnes stultos æstimat. Diuersæ interpretationes.

AMbiguitas Hebraici sermonis ואמר לכל סכל הוא *veamar lakol sachal hu. & dicit omnibus stultus ipse*: peperit diuersas interpretationes, quæ nihil adagiale continent, excepta nostrâ, & Symmachi, qui teste D. Hieronymo vertit; *sed & in vitâ stultus cùm ambulat, ipse insipiens suspicatur de omnibus, quia stulti sunt.* Habent Hispani simile; *el ladron piensa que todos son de su condicion.* Posses etiam Lxx. huc inflectere, si dicas, ὁ δὲ λογίζεται πάντα ἀφροσύνη ἐστὶν, *& quæ cogitabit omnia stultitia sunt*, si de factis alienis, & ipsius iudicio interpreteris, hoc modo, cùm ipse mente præposterâ sit, & à rectâ ratione deuiet, quæcumque aliena trutinat

CCC-XXII. ac animo versat, omnia censet non stulta modò, sed ipsam esse stultitiam. Quæ est hoc loco Patrum Latinoru Hieronymi, Albini, glossæ, Lirani, ceterorum. Carthusianus optimè loquitur, & adfert similia huic adagio, quo probatur, plerumque solere homines de suo ingenio ceteros iudicare. *Causam* (inquit ille) *huius tam erronei iudicij impiorum, tangit Seneca; Omnis affectus* (inquit) *habet, vt in quo ipse insanit, ceteros furere putet. Hinc Sancti Patres, Cassianus & Climacus, dicunt: quòd qui alicui passioni aut vitio subiacet, pronus est alium de eodem vitio aut passione iudicare.* Suetonius in Nerone, refert, eum, cùm esset mortalium impurissimus, persuasissimum habuisse neminem hominum pudicum esse, aut vlla sui corporis parte purum. Sic videlicet qui regio morbo laborāt, bile per oculos diffusā, cuncta iudicant lutei coloris esse; qui per dioptram viridem cōtuentur iis omnia virescunt. *Sic* (ait Ferus) *qui caput habet verriginosum, omnia circumposita circumrotari existimat: se verò interim in capite suo omnia habere tranquilla, cùm tamen contrarium accidat.* Sic nauigantibus, nauis stare, ripæ & litora moueri; & vnde ipsi receesserunt, vrbes portúsque recedere videntur.

Hoc loco à Midras nostra versiō magis quàm Caietani, Vatabli & aliorum roboratur.

Hieron. & alij.

Seneca

Sueton.

Ferus.

Caiet. Vatab.

ADAG. CCC-XXIII. Qui dissipat sepē, mordebit eum coluber. Malum consiliū consultori pessimum.

EX EODEM CAP. VERS. VIII.

Qui dissipat sepem, mordebit eum coluber.

VArijs adagijs in parabolis ostēdit, malum consilium in caput authoris plerunque recidere, & solere fraudulētos, insubsessas, quas pararunt aliis, sæpè incidere. dixi multa ad ps. 7. 16. vbi eadem sententia est, vide suprà. isto vero adagio potissimū significat, quæ legibus & religione recepta sunt, non esse temere aut facilè mouenda loco. nam hæ sunt politiæ & Ecclesiæ sepes; & de his vetus veriuerbium est Xenophontis, *Omnes mutationes rerumpub. mortiferas esse.* Mirè contra Neuatores nostros conspirant hic interpretes, consentientes per *colubrum* hîc intelligi vel Satanam, vt R. Salomon, vel præsens supplicium inexspectatum, vt infrà v. 11. *si mordeat serpens in silentio*; & Amos 5. 20. *mordeat eum coluber.*

Sensus adagij.

Xenoph. Omnes mutationes rerū publicarū mortiferæ.

Colubri interpretatio hoc loco.

Chaldæus (vt hinc ordiar) Ariæ, intelligit improbum insidiatorem; sed alter Costi, sceleratum Regem, hoc pacto; *Respondens autem summa Dei iustitia sic loquitur: Priores illi hoc omne asciuerunt sibi, non aliter atque is, qui in bivio cuniculum: aut fossam egit, in illam autem necessitate offendit: & populus qui Dei mandata transiliit, superatā & traiectā mundi maceriā in manus sceleratī regis incidet, qui eum serpentis more dentibus petet.*] simplicissimè Thaumaturgus, similè vult esse præcedenti, verūmque sic explicans; *εἰ δέ τις ἑτέρῳ ὀπίσω ἐλθὼν δόλον, κλωθεῖν αὐτὸν ὃς ἑαυτῷ πρώτῳ, καὶ μόνῳ ἑαυτῷ ἐπιβουλεύσας, ἕτερον ἐφυλάξατο, ὃ δὲ κἀκείνων ἄλλα ἀσφαλέστερα, ἀκριτέστερος θεοῦ δίκαιος. Si quis verò alteri insidias moliatur, imprudens sibi ipsi primo & soli insidias struit. Qui autem alterius securitatem euertit, in serpentis morsum prolabetur.* Sepes ergo pro securitate posita. D. Hieronymus monet ex parte simplicem mysticum hîc esse intellectum: simplicem intelligens, quem ex Thaumaturgo habetis: mysticum mox his verbis ipse tradit. *Sepis macerieque euulsio, Ecclesiastica dogmata sunt, & institutio ab Apostolis Prophe-*

Ariis.

Thaum.

Sepes pro securitate.

D. Hier. Mysticus est sparsi & simplex intellectus hoc loco.

tisque fundata, quæ qui dissoluerit & voluerit præterire, in eo ipso quo negligit à serpente pecuitur: de quo serpente & in Amos scriptum est: Si descenderit in infernum, mandabo serpenti, & mordebit eos.] vtrobique est *nachas*, נחש Ab obseruatione curiosâ & insidiis deductum nomen, ideo Diabolo, & peccato præclarè conuenit. Olympiodorus: *sepes anima lex est diuina, & metus, veraque legalium sensuum cognitio. Qui ergo legem contemnit, & diuina præuaricatur mandata; qui falsâ cognitione decidit in peccatum, cuius opifex est ipse callidus serpens; iste incautus & diuinâ cassus gratia, morsus serpentis perpetietur.*

Nachas.

Olymp.

Litteralis expositio.

Est & alia litteralis expositio, eũ, qui septa agri alieni violat, vel terminos transfert aut euellit, sibi ipsi & suis rebus periculũ creare, ne similia vel grauiora etiam ab aliis vel vi, vel dolo, vel iudicis sententiâ perpetiatur. Sic etiam sequens versiculus potest intelligi.

EX EODEM CAP. VERS. IX.

ADAG. CCC. XXIV. Qui trãsfert lapides, affligetur in eis.

Qui transfert lapides, affligetur in eis.

BEnè transtulit Hebraismum, *Proficisci faciens lapides, dolore afficietur in eis.* LXX. ἐξαίρων λίθους, διατονηθήσεται ἐν αὐτοῖς. *Qui subtrahit lapides, dolore* (vel, *labore,*) *afficietur in eis.* Aquila μιλατιδῶν λίθους ἀπαδήσεται. *qui transfert lapides, dilacerabitur.* Symmachus μετιεμένων λίθους κακωθήσεται. quod verti potest, *qui lapides in altum erigit vel suspendit, malè torquebitur*, aut *malè afficietur.* ex his possunt elici multæ interpretationes.

Variæ interpretationes de sensu adagii.

Vna est communis omni versioni, quam in quibusdã Fran. Riberæ schedis repperi; nec reticebo. Hoc & seqq. adhuc dicta putat de illis, qui sepes dissipant, vt idem diuersis similitudinibus exponatur. qui enim sepes dissipant, iidem transferunt lapides, & ligna, & noua ædificant. Sed communiùs ista capiunt vt diuersa ad eundem scopum tendẽtia, laboris damnosi. sicut enim qui sepem destruit, laborat, & laboris præmium refert damnum; sic etiam qui ligna imprudenter secat, & qui lapides loco dimouet.

Potest adhuc hæc actio transferendi lapides aliter & aliter accipi. Iuxta Symmachum: qui lapides eleuat, & quasi suspendit in aëre; cui lapis reuolutus exitium vel infert, vel saltem minatur, vt Tantalum fingunt imminentis saxi formidine iugiter cruciari. Athenæus l. 7. dipnosoph. ait, Tantalũ voluptati deditum fuisse, & supplicium narrat ex poëtâ descriptore reditûs Atridarũ ab Ilio in patriam: Tantalum cùm in Deorum consortium fuisset admissus, à Ioue optionẽ accepisse petendi quicquid vellet; Tãtalum verò, qui voluptatibus non satiaretur, petiisse eas perpetes cum vitâ Diis simili. Iouem voti improbitate indignatum; concessisse quidẽ quod petierat; sed ne appositis frueretur, verùm vt anxius & mœstus semper esset, super caput eius saxum ingens suspẽdisse; cuius metu prohibeatur, eorum quę apposita sunt, quicquam capere. ὅπως ᾖ μηδὲν ἀπολαύῃ τῶν παρακειμένων, ἀλλὰ διατελῇ ταραττόμενος, ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς ἐξάρτητον αὐτῷ πέτρον, δι' ὧν ἡ δαὶς τῶν παρακειμένων τυγχάνει. Hinc nota adagia, *Lapidem Tantali alicuius vertici admouere*, quo vsus Pindarus, pro metũ incurrere mali imminentis. & *saxum pauescere capiti imminens.* quo vsus Euripides; & *excutere Tantali saxum* capiti impendens, quod memorat Suidas habes

Symm.

Tantali pœna.

Athen.

Tantali votũ imprudens.

De Tantalo adagia.

bes verba apud adagiographum in adag. παντάλεων λίθον, Chilia. 2. cent. 9. num. 7. Virgil. 6. Æneid. hoc supplicium transtulit in Lapithas,

Virgilius.

.... Ixiona, Pirithoúmque;
Quos super atra silex, jamiam lapsura, cadenti
Imminet assimilis, &c. de quibus accipiendum illud quod ipse Tantalus ait in Thyeste; adhuc inexplicatum,

Seneca.

.... quisquis exeso iaces
Pauidus sub antro; quique venturi times
Montis ruinam....

Tunc locus noster doceret metum continuum supplicij malis esse præmium sceleris.

II. Secundò de magno labore, quo lapides in altum eleuantur, qui sæpe relabuntur, & opprimunt ruinâ, ad laborem huiusmodi irritum alludunt poëtæ in pœna Sisyphi vnus optimè noster;

Sisyphi saxum.

.... & ceruicibus
His his depositum degrauet fessas manus
Saxum senis perennis Æolij labor.

in Hippolyto.

Hinc de graui & irrito conatu prouerbij in morē vsurpauit Lucretius,

... aduerso nixantem trudere monte
Saxum; quod tamen à summo iam vertice rursùm
Volui tur, & plani raptim petit aequora campi.

III. Tertiò, qui lapides in altū proiicit, seu iaculatur in alium, in cuius verticem recidunt. vt Pr. 26. 27. *qui voluit lapidem, euertetur ad eum*; nempe qui voluit in alium vt eum obterat; pernicies quam alteri molitur, in ipsum reuoluetur. Adagium vetus refert Plutarchus,

Plutarch.

ὃς ἄλλῳ κακὰ τεύχει, ἑῷ κακὸν ἥπαρ τεύχει,
Damna parans alij, proprio parat hepati damna.

Ex Hesiodo in ἔργ.

τῷ δ' αὐτῷ κακὰ τεύχει ἀνὴρ ἄλλῳ κακὰ τεύχων.
ἡ δ' κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη.
Ipse sibi mala fert alium qui ladere quærit.
Consultum malè, consultori pessima res est.

à Græcis ad Romanos peruenit, sed serò: Græci ab Hebræis edocti. Lege adag. *Malum consilium.* nu. 14. Chil. 1. cent. 2.

Recentiores quidam hîc solum laborē considerarunt, quibus præit Greg. Neocæsarienſis, Paraphrasis Campensis, qui proiicit lapides, fatigabitur sæpè iaciendo.] sed præstat cum labore periculū iungere, vt dixi, cum Lyrano, Feróque.

Greg. Neocæs. & alij.

Quid sibi voluerit Thargū Ariæ hoc loco; *Qui adorabit statuas lapidū, angustiabitur in illis, & qui adorabit statuas lignorum, comburetur in illis:*] ne quis putet ad imagines sanctorū pertinere, & quia video hoc ignorari à multis, explicabo verbis alterius Thargū, nēpe Costi; verba sūt; *Inquit verò rex & propheta Salomon. Compertum habeo Manassem Iezekiæ filium, eò scelerum deductum iri, vt simulacra & lapides adoret; quare in manus regis Assyriorum veniet, qui cum frænis domabit: quia vel ab ipsis radicibus sermones legis, in tabulis lapideis exciſos, euulserat: cuius sceleris nomine pœnas certè daturus est. Rabsacas quoque illius frater futurus est vt ligneas* IV. *imagines adoret. & de verbis legis (quæ in arcâ ex lignis Setim fabrefactâ, donata & descripta erant) deçedat, cuius gratiâ, per manus Angeli Domini, igne cremabitur.*] pergit vt solet hæc omnia non ad morum præcepta, sed ad prophetias Salomonis referre, cui multa in Midras similia sūt. sed mihi nō arridēt, nec satis cohærēt. Hieron.

Sanctus Hiero. more suo hîc doctissimè digreditur, & mysticè ex-

plicat parabolam dupliciter Primò lapides trãsferre, qui hæreticã fraude peruersus, viuos Ecclesiæ lapides de Ecclesiã aufert, & subtrahit, qui sibi magnum malum accersit. Secundò in bonum, nempe lapides transferre quemlibet Episcopum, qui iuxta mandatũ legis de domo leprosã lapidem abstulerit; hoc est, facinorosum contumacem excommunicarit: talis enim, si veri pastoris habet viscera, hoc ipso affligitur, quia cogitur sic animaduertere, dicens cum Apostolo, *quis infirmatur, & ego non infirmor?*] melior est prior, quam secutus etiam Alcuinus, & glossa interlinearis.

VII.

Alcuinus.

Olympiodor VIII.

Olympiodor. suggerit alias duas: de persequente sanctos, vt fecere tyranni martyrum occisores: & de persecutoribus seu oppressoribus Ecclesiasticæ immunitatis & reditum Ecclesiæ; tales enim soluere quæ priùs erant benè constructa, & lapides auferre, & ideo miseros angi, dolere, periclitari.

IX.

EX EODEM VER. IX.

Qui scindit ligna, vulnerabitur ab eis.

ADAG. CCC-XXV. Qui sciudit ligna, vulnerabitur ab eis.

PRo *vulnerabitur* Hebr. est יסכן *issichen*, quod alij vertunt *periclitabitur*, seu *discrimini se exponet*, quod placuit LXX. & Abenezræ: alij *calefiet*, vel, *excalescet*: Chaldæus, *comburetur*. Campens. *semiet quam ea res habeat difficultatis.*] Illud *excalescet* placuit Dauidi Kimchio. & confirmãt quidam ex Arabico sermone, suspicãtes *excalescere* esse metaphoram pro *subire periculum*; sicut Latini *calidum* & Græci θερμὸν pro *periculoso* sumunt, & ab eadem radice dicũt Chaldæi *paupertas* vocari *meschẽ*, quòd multis sint periculis exposita, & ideò

Dauid Kimchius. Excalescere. Caldũ, vt sumãtur.

sensum esse; Qui in administratione publici muneris sicut materiarius faber nodosos stipites exasciat; sic ipse indomitũ vulgus in aptum ordinẽ redigere, & omnia ad amussim vult dedolare, ille se in manifestũ periculum coniicit. addo, & vix sine vulnere abibit. sicut accidit his qui ligna scindunt, vt facilè manũ saucient. Sensu ergo hæ versiones cõueniũt; & potest, licèt obtorto collo, huc rapi alia quorundã Nouatorum versio, *aspergetur ab eis*; qui minùs acuti, volunt סכן *sachan* idẽ esse cum נסך *nasach*, *aspersit*. Haut dubiè noster optimè vertit ad sensum, explicans ipsum periculum in quo versatur ligna scindens. LXX. vim vocis retinuerunt.

CCC-XXV. Sensus adagij.

I.

Cõstat, adagio significari periculum labori iunctũ; de labore probat *scindẽdi* vox, de periculo, *vulnerãdi*. ideo neutrũ hìc ab altero separãdũ.

II.

Vnum iam vsum exhibui. Secũdus est, nõ esse schisma faciendum, etiamsi in vnã fide & eadem traditione maneat, qui recedit. Sic B. Cyprianus ex hoc loco lib. 9. Testimon. ad Quirin. cap. 86.

III.

Tertiò, D. Hier. cẽtet, ligna infructuosa, esse hæreticos; conscindẽtẽ verò esse illum qui gladio sermonis sui hos ferit; & hunc in magno peculo versari quamvis sit prudens, & doctus vir, nisi diligẽter attenderit.

IV. D. Hier.

Insinuat periculum D. Hieronymus; sed quod sit illud, discès ex Olympiodoro, nempe nasci ex non proba nec sincera sacræ Scripturæ interpretatione. *Qui sine* (inquit) *sinceritate doctrinã, veluti ferro quodam vtens, scindere ac comminuere aggreditur diuinas scripturas, quasi ligna quædam benè olentia: si forte deciderit, & aberret ab intentione Spiritus sancti, neque secundum legislatoris mentem rectè ac fideliter eas interpretetur, sed à ratione procul exorbitet, in magno est periculo, ne in*

CCC. XXV. *perniciosas hæreses impingat.*] Vtemur ergo, quando reprehendemus eos, qui vel temere & imparati cũ hæreticis disputant (secundùm Hieronymum) vel qui sacræ Scripturæ quos volunt, sensus affingunt, vt ea, quod non intendit Spiritus sanctus, dicere videatur. Malum hodie nimis commune.

V. Longiùs adhuc progreditur B. Nilus in ascetico, ita scribens, *proverbium item illud, rei periculum ostendit, Scindens ligna periclitabitur in eis si ferrum exciderit. Qui enim rationis aciem, tanquam securi res fecerit, & quæ concutienda sunt à coniunctione separarans, vera bona à falsis se iungere profitetur, nisi recto vndique rationis iudicio vtatur, periculum adit, ne scandalum audientibus præbeat*, &c. bibliothe. Patr. to. 5. col. 319.

VI. Glossa litteralis. Glossa litteralis de iis accipit, qui hæreticos, vt membra putentia rescindũt gladio Ecclesiæ:] sed intelligo, nisi faciãt iuridicè, & vt decet.

VII. Liranus. Liranus de his qui se exponunt occasionibus peccatorum. paulò remotiùs.

VIII. Dion. Carth. Dionysius Carthusianus, eos qui credentes scandalizant, & pusillos à bono cœptò auertunt, & sic à CHRISTO præscindunt, hos nunc incidere in vulnera vitiorum, passuros deinceps vulnera infernalium suppliciorum.

IX. Ferus. Ferus adhuc dupliciter. I. scindere ligna eos, qui præpositi ceteris vitia corrigunt, qui nunquam carent periculo. II. ligna scindere, qui proximum calumniatur: hunc enim sæpè succumbere.

X. XI. Titelmanus. Denique Titelmannus accómodatè ad litterã exponit, de illo qui vt alteri damnum inferat, arbores ipsius cædit, siue, vt furto subducat, siue, vt proximũ fructu arboris dominum priuet; hũc sæpe lædi, vel à suâ securi, si cum Lycurgo, proprio illam cruri impingat; vel ab arbore in eum recidente; vel à ramo inflexo, sed se surrigente, & manum vel faciem lacerante, & interdum excutiente oculum.

Summa, indicatur neminem sine suo detrimento aliis damnum inferre solere.

EX EODEM CAP. VERS. X.

Si ferrum hebetatum fuerit, multo labore exacuetur.

ADAG. CCC. XX. VI. Si ferrũ hebetatũ fuerit, multo labore exacuetur.

COllegi seu excerpsi ex ipsis verbis nostræ versionis. *Si retusum fuerit ferrũ, & hoc non vt prius, sed hebetatum fuerit, multo labore exacuetur, & post industriam sequetur sapientia.*] quæ quàm sapienter sint ex Hebræo tantùm non verbo tenùs & quoad sententiam fideliter reddita; docet diuersitas, & obscuritas inintellecta ceterarum versionum; אם קהה הברזל ואתו לא פנים קלקל וחוליים יגבר יתרון חכשיר חכמה *imkehah habarzel vehu lo panim kilkal vachaialim iegabber veiethron hachascheir chochmah.* Caietani Iudæus; *Si obscuratum est ferrum, & ipsius non facies illustrata: & fortitudo roborabit, & excellentia rectitudinis sapientiã.*] & explicat nõ minùs obscure vt solet; [*Quãta* est vis rectitudinis insinuat ex rectitudine ferri obscurati rubigine, dicendo; quòd si ferreũ instrumentũ obscuratũ fuerit rubigine, quãuis facies eius non illustretur, fortitudo tamen viriũ ferri roborabit ipsũ instrumentũ ferreũ vt intelligamus, quòd nõ ex fulgore superficiei, sed ex fortitudine roboratur instrumentũ ferreũ: simili quoque modo sapientia non roboratur splendore gloriæ, sed excellẽtia re-

Versionũ varietas & obscuritas. I. Caietan.

ctitudinis. Et intendit per hanc parabolam insinuare, quod non est mirum, sapientes obscurari & subiici stultis, quia carent robore rectitudinis. rectitudo enim firmat *sapientes.*] Oedipo nunc opus est, vt sphingem hanc aperiat, quæ ista ferri rectitudo, item quæ alia hominis firmans sapientiam; & quomodo hæc cum ceteris cohæreant.

Eius improbata similitudo.

Nam connexio Caietani, non potest placere nisi simili palato eius, qui margini addidit, *pulchra similitudo.* Sit tibi, non depereo, ne sequentia quidem.

II. Pagninus.

Pagninus vertit; *si hebetatum fuerit ferrum, & huius aciem non terserit, vires roborabit scindens: & excellentia est sapientiæ super alia, quòd absque dolore rectum faciat hominem.*

III. Arias Montanus.

Verùtamen Ariæ Montano non satisfecit, & ideo corrigit: *Si fuerit hebetatum ferrum, & ipse non facies terserit: & vires roborabit: & præstantia rectificandi, sapientia.* Mihi ad huiusmodi ænigmata, non splendet acies ingenij, nec lubet multùm cruciari.

IV. Isid. Cla.

Minùs obscurè Isidorus Clarius: *Si retusum fuerit ferrum, & huius acies non canduerit politie, prævalebit exercitus, & excellentiùs diriget se per sapientiam.* In scholiis verò duas suæ versionis exhibet interpretationes, vtrãq; pertinentẽ ad sapientiæ commendationem. Vna est, *Per* sapientiam exercitus plus agat, quàm per instrumẽta ferrea: nam si illa obtusa fuerint, & rubigine obducta, vt iam nihil prosint ad tutelam: adhuc sapientia tutabitur eos qui illam possident. Altera verò, Si retusum fuerit ferrũ, quo secãt ligna quamtumuis fortibus multùm negotij exhibebit: sapientia verò difficiles alioqui res, sæpe faciles *reddet.*] Neutra istarum accedit ad nostram versionem.

Interpres, qui inseritur Vatabli excerptis, cùm videret in Hebræo mera esse ænigmata, nisi quædam subaudias, qui mos est gentiũ Orientalium, censuit illa sibi inserenda contextui, sed [ ] distincta, meliùs si etiam charactere dispescisset sic; *cùm ferrum hebes fuerit, nec facies ei polita* [exercitium postulat] *exercitus* [etiam requirunt aliquem] *qui reddat eos fortiores, sed maiore studio aptare conueniet sapientiam.* sed ipse Vatablus etiam quædam inserens ita vertit; *si obtusum ferrum, & ipse* [findens] *non terserit vtrumque latus, tunc vires* [scindentis] *euincet* [ferrum]: *at excellentia rectificationis* [siue industriæ] *est ipsa sapientia:* & postea pro omni cõmentario notat, *Hîc tria* sunt, industria, opus, & agens. Industria siue sapiẽtia comparatur securi rubiginosæ, quæ est inutilis. q.d. tum plurimum valet industria, cùm adiunctã habet sapientiam. propiùs ad nostrum accedit Campensis, qui sic; Si *retusum* fuerit ferrũ, quo secant ligna, quantumuis fortibus, multum negotij exhibebit: sapientia verò difficiles alioqui res, sæpè faciles *reddet.*] ita se expediunt nostri rabbinophili, & hanc sapientiam tam vberem suis admiratoribus propinant. Habeãt, hauriant: si lubet etiam sequantur hîc Chald. Tharg. Nam vterque consentit. Adscribam ex copiosiore, quia sententia pia est, & vsui poterit esse concionaturis. Verba sunt;

VI.

VII

VIII.

Quo die in peccatum prolapsus est populus Israël, indurarunt etiã, & velut ferrum riguerunt cæli, ne aquam pluuiam demitterent: neque tamen generatio illa Dominum deprecata est: quo factum est, vt vniuersus orbis fame frangeretur. Verùm vbi primùm se ipsos receperunt, & conuentus habuerunt

CCC. XXVI.

runt suos, & affectibus imperare cœperunt, principesque ad postulandam à Domino beneuolentiam præfecerunt; illis cœlum, propter dignitatem & decorum sapientiæ illorum, omnia ex animi *voto tribuit.*]

Nilus. Elisæi historia. Metaphora.

Targumæi. Videntur Targumæi sic vertisse, quemadmodum LXX. qui nec ipsa ad verba se astrinxerunt hoc loco, vtrouis modo legas; siue ἐὰν ἀκονίσῃ τὸ σιδήριον, καὶ αὐτὸς πρόσωπον ἐτάραξε. καὶ δυνάμεις δυναμώσει καὶ εὐθυωρία τῷ ἀνδρὶ ἡ σοφία. *Si excideris ferrum, & ipse faciem turbauit, & fortitudines confortabit, & abundantia viro non sapientia:* vt legitur in Vaticanis libris, quibus quoad prius membrum, fauent Cyprianus sup. & Olympiodorus: quo ad prius & posterius etiam S. Gregor. Thaumaturg. Aldina editio, prius membrum non connectit cum præcedētibus, verùm cum sequētibus. quod consentaneum nostræ versioni, & sic etiā coniunxit D. Hieron. secundùm vet. edit. inchoans sentētiam, *Si retusum fuerit ferrum,* & sic etiam Reg. & Complut. libri. In seqq. verò est discrimen, nam Reg. & Complut. habent εὐθυωρία τῷ ἀνδρὶ σοφία. *& abundantia viro cuius sapientia,* Aldini, καὶ εὐθυωρία τοῦ ἀνδρὸς σοφία, *& abundantia viri sapientia.* alij libri; τῷ ἀνδρείῳ, *ipsius robusti.* D. Hieronymus in commentario dicit eos vertisse, *& superfluâ roboratus sapiētiâ.* sed in textu vulgatæ antiquæ ponit; *& reliquum fortitudinis sapientia:* cetera ista confirmant magis nostram versionem, quàm illam Vaticanam; sed illud *superfluâ roboratus sapientia* eam astruit. Symmachus pro nostrâ est perspicuè, προήκει δὲ ὁ γοργόμενος εἰς σοφίαν, *procedit autem qui vigorem adhibuit ad sapientiam.* Nam vigor nihil aliud est quàm viuida & iugis industria, ab ocio, & inertiâ, & intermissione remota. LXX. cùm dixerunt ἀκονίσῃ, causa fuerunt vt Nilus d. loco & alij Græci hic recurrerent ad historiam Elisæi: puto Metaphorâ vsos, & dicere voluisse, ferrum excidisse, non è manubrio, sed acie suâ, hoc est, debilitatam eius aciem. Nam perspicuè hoc significat קהה, quod fortasse sis primus ex Patribus aduertens. Diuus Hieronymus vertit *retusum,* & hinc sententiam fuit exorditus. Deinde καὶ αὐτὸς verterunt genere masculino, capientes הוא; quod noster & vetus interpres censuerunt pro neutro positum, longè meliùs: & illi ad faciem ipsius scindentis לא-פנים קל retulerunt, quæ conturbata fuerit propter vitium ferri animaduersum: noster autem ad faciem siue splendorem ferri, quia iam ferrum, non vt priùs splendidum & acutum, sed hebes & rubiginosum fuerit factum, cuius ambæ superficies non læues nec politæ, nec detersæ. Nam Hebræa ad verbum sonant, *& ipsius facies non detersit;* scilicet, findens passus fuit ignauia suâ aciem securis hebetari & rubiginem contrahere, Tertio, quòd Hebr. est וחילים יגבר Lxx. & *fortitudine confortabitur,* verterunt, noster, vt intelligatur de cuius fortitudine agatur, nempe de exercentis ferrum robore, clarissimè explicuit *multo labore exacuetur,* q. d. si tamen illud ferrum velis pristinæ aciei reddere, & quod deforme ac nullius vsui est, velis restitui splendori & robori, quo pollebat in dissecando, consequeris tuo labore. Fortis esto, poli, leuiga, vtere diligenter ac strenuè, fiet quale fuerat. Denique vltima verba, ויתון הכשיר חכמה meliùs reddit illa lectio Græca, quę ad vulgatā nostrā propiùs accedit, quæ nō accipit εὐθυωρία in vitio, sed in laude, pro magna

Cyprian. Olymp. S. Greg. Thaumaturgus.

D. Hier.

magna industria, cui adhibitę restat merces ipsa sapientia. In hoc cóueniunt vetus versio; & noua D. Hieronymi. Nã quod in veteri dicitur, *& reliquum fortitudinis sapientia*, sensus est, & adhibitâ fortitudine reliqua est sapientia. iuxta illud D. Pauli 2. Tim. 4. 8. *Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui: in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ.* hoc autem luculentissimè nostet; *& post industriam sequetur sapientia.* Nam commodè possunt Hebræa reddi, & *excellentia rectà tendes seu ducet ad sapientiam.* Summa, comparatio inest; sicut ferrum restituitur vsui & splendori diligenti industriâ ipsius materiarij; sic animus industriæ vigore peruenit ad ipsam sapientiam, vt vertit Symmachus.

D. Hier.

Summa sensus adagij.

Obseruãda hic.

Ex his quædam velim obseruari. Primò, quanto præstantior sit nostra versio, ceteris omnibus. Secundò, in hoc versiculo, priore membro prouerbium poni, quod per similitudinem (nam subaudienda, vt passim, nota comparationis. q.d. *& ita post*, &c.) indicat sensum prouerbij, quid illo voluerit innuere.

D. Hier.

Faciunt pro hac explicatione Latini tractatores, imprimis D. Hieronymus, cuius aurea verba mihi hoc loco religio est non adscribere. Sic ait. [*Si se* aliquis viderit per negligentiam amisisse scientiam scripturarum, & acumen ingenij eius fuerit obtusum, & conturbatus (*sequitur vers.* L x x.) nequaquam manserit, qualis esse, iam cœperat. (Euenit quippe interdum, vt cùm modicum scientiæ quis habuerit, elatus in superbiam, discere desistat & legere: & paulatim ex eo quòd nihil ei additur, subtrahatur, & vacuum disciplinis pectus remaneat: ferrúmque quod acutum fuerat hebetetur. Ocium enim & desidia, quasi quædam rubigo sapiétiæ est.) *Si igitur quis hoc passus fuerit, non desperet remedium sanitatis*: sed vadat ad magistrum, & rursum instruatur ab eo, & post laborem, & industriam, sudorémque nimium, valebit sapientiam recipere, quam amiserat. Hoc est, quod in Hebræo significantiùs dicitur; *& fortitudinibus corroborabitur*: id est labore, & sudore, & industriâ & quotidiana lectione sapientiam consequetur: *& fortitudo ipsius habebit hunc finem vt recipiat sapientiam.*] sequuntur hoc Alcuinus, & glossa interlinealis, attendentes ad connexionem litteræ.

CCCXXVI.

Alcuin.

Vsus adagij.

Certum autem est adagio locum esse in omni quoque virtute recuperandâ, quæ semper difficilis est; vt docet Liranus, & Carthusianus, & Titelmannus.

Liranus. Carthusianus. Titelm.

Neque in recuperatione tantùm, sed in omni quoque scientiarum, & virtutum acquisitione, quæ omnes diligentiam, laborem, & industriam requirunt, hæc verò adhibentibus, licèt fuerint ingenio obtusiore, nunquam desperandum, vt exemplo Cleanthis hoc loco monet Arboreus. Historiam dabo ex Laertij lib. 7. ait fuisse ingenio obtuso ac tardissimo, sed eam tarditatem labore, studio, ac diligentia vicisse. Nam vt haberet vnde Zenoni magistro vacaret interdiu, solitum noctu pro mercede aquam haurire, & agrum fodere. Propter tarditatem ingenij asinus, & pistillus hebes; propter indefessum studium alter Hercules dicebatur. Ita & pulcherrimos plurimósque libros conscripsit, & Zenoni solus, cùm plures eius essent laude digni discipuli, successit. Quod igitur

Cleãthis exemplũ in tarditate ingenij superanda.

Eius cognomina.

CCC-XXVI. Zenoni succedit.

igitur exemplo, idem adagio docemur, omnia vincí improbo labore; quo Græcum prouerbium dictitat,

Antiphanes.

Deos bona omnia vendere, θεοὶ τ' ἀγαθὰ τοῖς πόνοις πωλοῦσι. Antiphanes.

Seneca.

τῆς ὀπωρείας πάντα δίκαια γίγνεται. Latè hoc tractat Seneca de Irâ, iuxta receptum Periandri dictum,

Periandri dictũ. Laërtius. Erasmus.

μελέτη πάντα δύνασθαι, *exercitatio cuncta potest.* refert Laërtius lib.1. lege adagiographum Adag.53. Chiliad. secundæ, cent.11. πολλαῖσι πληγαῖς δρῦς στερὰ δαμάζεται. *Multis ictibus quercus rigida domatur*, & vitia paullatim exstirpantur omnia, sicut caudæ equinæ pilos paulatim euellimus, si vnum, mox alterum pergas vellere: contrà crescit virtutum numerus, & fit aceruus maximus, si paulum pauxillo adiicias, idque frequenter facias. sic enim:

καὶ δαμὰ τὸν ἔρδοντ', τάχα καὶ μέγα καίτι γένοιτο.

Mox magnum quiddam tibi adiicietur & ingens.

vide adag. 94. & 95. Chil.1. cent.8. certè fabricãdo fabricare, canendo musicam, militando militarem artem, scribendo scribere, & ἀπὸ τοῦ λέγειν τὸ λέγειν, *dicendo, dicere* discimus:

Plin. Iunior.

& Plinius iunior lib.6. epist. scribit, se multos vidisse, paruo ingenio, litteris nullis vt benè agerent, agendo consecutos. Verùm etiam illud (ait

Cicero.

Cicero lib.1. de oratore) peruersè dicere, homines peruersè dicendo facillimè consequi. Vide Adag. *dicendo dicere discunt.* 30. Chiliad.1. cent.6.

Oeconomicus & Politicus adagij vsus Ferus.

Hæc ethica. Oeconomicum & Politicum vsum Ferus indicat, ita scribẽs: Pertinet etiam hoc ad consolationem eorum, qui sunt in administratione rerum. Mundus est ferrum rubigine cõsumptum. Sicut igitur ingens labor est rubiginosum ferrum exacuere: sic miserum & calamitosum est, in regno mundi res publicas vel domesticas administrare. si igitur es in magistratu siue pater familias, cogita te habere ferrum rubiginosum. Fac quod potes, & non ideo cessa, quia non omnia expolire potes. Nunquam enim tam benè agitur in rebus humanis, vt non plurimum malorum relinquatur.] Procliue sit idem flectere ad superiores religiosarum familiarum, apud quas regularis disciplina inueterauit.

Alia adaptatio.

EX EODEM CAP. VERS. XV.

Labor stultorum affliget eos, qui nesciunt in vrbem pergere.

ADAG. CCC-XXVII. Labor stultorũ affliget eos, qui nesciant in vrbem pergere. Hebraismus.

NOn poterat noster benignis Latinorum auribus ingerere Hebraismum, *stultorum qui nescit*: quem LXX. & Symmachus, & recentiores quidã satis durè retinuerunt. ideo prudentissimè sensu eodẽ vertit, *qui nesciunt.* melius etiã vertit *pergere*, quàm ἀπελθεῖν, *abire*, Symm. Omnes conueniunt adagium esse, quo & crassa æque supina stultitia describitur, & damnum eius simul proponitur, aptissimo sensu, & connexione. dixerat quædam incommoda insipientiæ, & pergit illa recensere: primùm quæ ipsi nocent insipienti, hoc versu, pòst quæ aliis; maximè si stulti præsint, & ad clauum sedeant reipublicæ.

Sensus adagij.

Ducit itaque hoc loco comparationem, à viatoribus, qui vrbem aliquam adeuntes, si viam rectam & compendiariam ignorent, per multa viarum dispendia facientes iter, per loca sæpe confragosa, & paludosa, & senticosa, per intuta & imperuia, se inani nonnunquã, sem-

per molestissimo labore discruciant: qui si rectum nouissent iter, sine periculis & ærumnis, eò quò tendebant, breui & facili viâ peruenissent. Porro in illis verbis vltimis prouerbium inesse, *Qui nesciunt in vrbem pergere*, monent Abrahã Ezræ filius, & Vatablus: neque negari potest, propter similia adagia Gentilium, qui manifestarij fures sunt Sacræ Sapientiæ: vt cùm Aristophanes & Aristoteles vsurpant *totâ errare via*, vide adag. 48. Chiliad. 1. cent. 1. vel *à ianua aberrare*, vt hodie apud Aristotelẽ initio 2. Metaphys. legitur θύρας: sed legendus auctor Adagiorum in, *Quis aberret à ianuâ*, adag. 36. Chiliad. 1. cent. 6. Quod certè simillimum est dicto nostro, quo volunt Abenezra & Vatablus & Saa significari eos qui arduas quæstiones tractant, cùm tamen ignorent res etiam pueris notissimas. sed addere debuerat, & ideo valdè fatigantur. Ad omnes enim imperitos & insipientes pertinet, & porrigi debet; quotquot quia rei agendæ vel explicandæ rationem ignorant, vel non, vel ægrè tandem assequuntur, quod, si methodum, & rectam nouissent viam, facilè & citò potuissent assequi. huius autem vitæ & methodi magistra est sapiẽtia: omnes enim artes & negotia sua habent initia & adminicula necessaria, quorũ beneficio in negotij arcẽ, aut artis culmen quis deducatur: alioquin multa mouens, nihil promoueas, Facetissimè Plautus: *viam qui nescit qua perueniat ad mare, eum oportet amnem quærere comitem sibi*; hoc est, necesse est longissimo circuitu eò tendere. & huc tendunt omnes quas vidi explicationes; & sunt quasi exempla, in quibus adagio locus est; alia aliis aptiora, cuncta tamen vtilia.

Abrahã Ezræ filius. Vatabl. Aristop. Aristot. Abenezra. Vatabl. Saa. Plautus.

Vterque Thargũ accepit de illis qui adeò sunt stupidi, vt nec adire quidem eos discant, à quibus disciplinam quærere debebant. Thtarg.

D. Thaumaturgus solummodo; oculis & tota facie malè habiturum dicit hominem, qui nescit εἰς τὴν ἀγαθὴν προβεβηκέναι πόλιν, *in bonam ciuitatem proficisci*: sed quam *bonam* vocet cogitandum relinquit. puto illam quam describit vers. 17. oppositam *malæ*, de qua v. 16. D. Thaumaturgus.

D. Hieronymus hos stultos docet fuisse philosophos & hæreticos, ciuitatem verò hanc esse Ecclesiam & Sacram Scripturam: disertissimè & eruditissimè sic scribit: [*Lege* Platonem, Aristotelis reuolue versutias: Zenonem & Carneadem diligentiùs intuere, & probabis verum esse quod dicitur: *Labor stultorum affliget eos*. Veritatem quidẽ illi omni studio quæsierunt: sed quia non habuerũt ducem & præuium itineris, & humanis sensibus rati sunt se cõprehendere posse sapientiam, ad ciuitatem minimè peruenerunt. De qua in Psalmo 72. dicitur, *Domine in ciuitate tuâ imaginem ipsorum dissipabis*. omnes enim vmbras & diuersas imagines atque personas, quas sibi variis dogmatibus induerũt, in vrbe suâ Dominus dissipabit. De qua & alibi scribitur, psal. 45. *Fluminis impetus lætificat ciuitatẽ Dei*. & in Euangelio; Matth 5. *Non potest ciuitas abscõdi supra montem posita*. & in Esaiâ 26. *ego ciuitas firma, ciuitas quæ oppugnatur*. Siquidem hanc veritatem, & sapiẽtiæ ciuitatẽ, cũ firma sit, & robusta, omnes sapientes sæculi, & hæretici impugnare conãtur. Et quod de philosophis diximus, hoc idẽ & de hæreticis sentiendũ, quòd frustrà laborent, & affligãtur in studio scripturarum, cùm ambulent in deserto, & ciuitatem inuenire non valeant. de quorum errore & psalmista cõmemorat, dicens, psal. 106. *errauerũt in deserto*.

CCC. XXVII

serio, & in inaquoso, viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt.]

Albinus Flaccus.

Albinus Flaccus; scribit posse intelligi aut generaliter de omnibus stultis, qui ignorant Deum, & nesciunt in ciuitatem catholicæ pacis pergere; aut specialiter, vt D. Hieronymus, de hæreticis, & philosophis; vt & Strabus, & Interlinealis.

D. Hier.

Strabus.

Olymp.

Olympiodorus de vtraque Ecclesiâ, etiam triumphante: Hæc (*ait*) fermè cuncta stultis contingunt, propterea quòd *minime norint pergere in ciuitatem*, hoc est, optimæ ciuitatis normam sibi ad viuendũ proponere, neque persequi volunt Ecclesiæ simplicẽ fidem, pulchrámque pergere in ciuitatem, super cœlestem scilicet Ierusalem, cuius opifex & autor est Deus.] hoc est, vt benè Dionysius Carthusian. nesciunt per fidem & caritatem incorporari Ecclesiæ militanti, & sic ad triumphantem, patriam beatorum, tendere.

Dionys. Carth.

Caiet.

Caietanus, vt continuet cum sequentibus, & non auellat à præcedentibus, explicat satis durè. Non solùm lingua eorũ mala, sed etiam labor eorum malus describitur, vtpote faciens laborare eum, qui nesciuit ire ad ciuitatem. Carpitur enim princeps qui latebrosam fecit vitam ad ciuitatem quasi in munimine ciuitatis. Huiusmodi enim labor stultitiæ attribuit: quoniam viam ad ciuitatem decet esse patentem, & nociuus est illis, qui huiusmodi latebras nesciendo, pergere volunt ad ciuitatem. Et in hoc vno labore, intellige omnes similes labores stultorum indecentes & nociuos.] hoc vltimum sequor, vt planum ac verum: latebrosam illam viam, quâ fortassis ad fossas militares alluserit, aliis relinquo, qui volent hæc circuire.

Autoris sentẽtia.

Isid. Cla.

Isidorus Clarius exponit: Qui rationem ciuiliter viuendi ignorant. quod verbotenus sumptum à Campensi.

Moring.

Moringi (quem nondum vidi) explicationem & alia quoque pete à Lorino in Comment.

Lorinus.

Ioan. Ferus, *ingredi in* ciuitatem censet esse, omnia sua rectè ordinare, omnia ad Deum (quem præ oculis habeant) referendo, & in ipso solo requiem quærendo. Secundò, dicit posse locũ intelligi de spiritualibus exercitiis; quę non ob aliud nobis tam grauia vidẽtur, quàm quòd non cogitamus supernam patriam. Econtra piis hominibus omnia leuia sunt, quia cogitant futura præmia.] sed hoc fusiùs prosequitur Francis. Titelmannus.

Ferus.

Fr. Titel. mannus.

EX EODEM CAP. VERS. XVIII.

In pigritiis humiliabitur contignatio, & infirmitate manuum perstillabit domus.

ADAG. CCC. XXVIII. In pigritiis humiliabitur cõtignatio, & in infirmitate manuũ perstillabit domus.

CAmpẽsis Paraphrasticè; *ignauia domini domus soluetur contignatio: & pigritiâ eius fiet, vt arceri non possit pluuia,*] clarè satis. Sæpè iam egit in Prouerbiis contra desidiam: addit nunc aliud malum, procrastinationem in remediis adhibendis. Si domus sarta tecta negligãtur, corrumpentur paullatim stillicidiis imbriũ tecta, trabes, parietes, quibus debilitatis, nec pondus ferre valentibus, tecto, & parietinis desidẽtibus, ruit totum ædificium. posterius membrum ratio est prioris. *Infirmitas manuum*, significat manus remissas ac dissolutas, *vn hombre flaxo y maniquebrado*, quales sunt manus pigrorum otiosæ, ideo LXX. ἀργίαν.

Procrastinationis damna.

Infirmitas manuum, quid significet.

X. CCC. XXVII

& *contignatio* ipsum domus culmen, quod inclinatur & depressum subsidit. Omnes conueniunt, hac paroemia significari domum spiritualem, cuius etiam ruina prouenire à desidiâ, & remediorum neglectu; siue quia tantùm procrastinat illa, siue quia simpliciter contemnit adhibere. Monemur principiis occurrere, ne mala per longas moras inualescant, & postea serò paretur medicina. Sedulus paterfamilias, si vel minimum vitiũ domus, vt minutissimæ pluuiæ illapsum per imbrices, tegulasve cernit, statim occurrit incommodo: deses contrà minima negligens, tandem videt contignationem fatiscere, & ædes cum fragore corruere. Idem vsuenit in spirituali ædificio: quod triplex intelligere possumus, vnũ animæ propriæ: secundum familiæ, quod sunt liberi: tertium, sæculare reipub. & religiosum Ecclesiæ militantis. ad hæc capita reuocantur omnes interpretationes.

Sensus adagij.

De singulari vnius cuiusque ædificio, capiunt sequentes; primo Chaldæus Ariæ, hanc pigritiam declarans, de obseruatione legalium neglectâ. vera erat ante legalium abrogationem. Diuus Hieronymus ait, domum hanc esse habitationem quæ nobis in cœlis præparata est; hanc si pigri sumus & ad bona opera tardiores, nobis concidere [hoc est, nos amittere ius ad illam] & nos omni desuper nimborum & tempestatum turbine obrui. nisi fallor mens Hieronymi est, nos non valituros debellare & vincere tentationes & vitia iam inueterata, quæ passi sumus nimiùm adolescere. Albinus verba ponit D. Hieronymi. Interlinealis accipit de statu mentis cuiusque; quod rectè Olympiodorus pertractat; *In parabolâ* nos erudit, hortans ne contemnamus operari bonum, ne spiritualis nostræ *domus*, hoc est, animæ, *contignatio*, id est firmæ ac connexæ rationes, *humilientur* & corruant, ita vt domus ipsa perstillet, defluentibus vndique vitiis conturbata: atque ita, si quas habebamus priùs virtutes, ex desidia & inertia amittamus. Oportet ergo assiduè inspicere hanc nostram domum, neque solùm ea respectare, quæ benè hactenus gessimus: sed oculos ad *contignationem*, hoc est, supremum finem, *erigere*.] Sic etiam intellexit Ioan. Cassianus collat. 6. cap. vlt. & ex hoc loco docet neminem subitò corruere, & alia Sacræ Scripturæ loca idem cõfirmantia adducit. non decet eius verba, quamuis multa, præteriri, quia scriptor vtilissimus, & morum præclarus formator, à paucioribus, quàm par est, etiam religiosis, legitur: *Lapsus verò* quispiam, nequaquam subitaneâ ruinâ corruisse credendus est: sed, aut prauæ institutionis deceptus exordio, aut per longam mentis incuriam paulatim virtute animi decidente, & per hoc ipsum sensim vitiis increscentibus, casu miserabili concidisse. Prou. 16. sec. LXX. *Ante contritionem enim præcedit iniuria, & ante ruinã mala cogitatio.* quemadmodum domus nunquam ad ruinam subitaneo procũbit impulsu, nisi aut antiquo vitio fundamenti, aut longa inhabitantium desidiâ, stillicidiis primum paruissimis penetrantibus corrupta sensim fuerint munimenta tectorum; quibus per vetustam negligentiam in maiorem modum patefactis atque collapsis, riuatim post hæc influit pluuiarũ imbriúmque tempestas. Eccl. 10. *In pigritiis enim humiliabitur contignatio, & in segnitie manuum stillabit domus.* Quod animæ spiritaliter euenire idem Salomon

Cassian.

Variæ interpretationes.

Chald.

Ariæ.

Hieron.

Albinus.

Olymp.

CCC-XXVIII. lomon aliis verbis ita designat: Prou.27.secundùm LXX. *stillicidia*, inquiens, *eiiciunt hominẽ in die hiemali de domo sua.* Eleganter ergo mentis iniuriam domati comparauit, tectóque neglecto: per quam primò quidẽ velut minutissima quædam penetrant ad animam stillicidia passionum, quæ, si velut parua ac lenia negligantur, corrumpunt tigna virtutum, & post hæc influũt imbres largissimi vitiorum; per quos *in die hiemali*, ideſt in tempore tentationis, ingruente impugnatione diaboli, expelletur mens de habitatione virtutum, in qua scilicet aliquando circumspectam diligentiá retinens, velut in domus propriæ possessione *requieuerat.*] Non potuit luculentiùs explicari. cùm trabs concidit, inspice: inuenies interiùs carie consumptam. neque nauigium subitò fatiscit pódere, priùs per neglectas rimulas salsi fluctus se penetrarunt. Verùm illa comparatio domûs & animæ, nec gentilibus fuit ignota: fors mutuati, vt alia. Certè in Mostellaria Philolaches ait,

Plautus.

Nouarum esse ædium arbitror similem hominem,
Quando hic natus est.

addit similitudinem, quæ Salomoniæ tam similis, quàm ouum ouo simile est.

Ædes quom extemplò sunt paratæ,
expolitæ,
Factæ probè, examussim,
Atqui vbi illo immigrat nequam homo, indiligens,
Cum pigra familia, immundus, instrenuus,
Hic iam ædibus vitium additur,
Bona cùm curantur malè
Atque illud fit sæpe, tempestas venit,
Confringit tegulas, imbricésque; ibi
Dominus indiligens, alias reddere
ne volt;
Venit imber, lauit parietes, perpluunt;
Tigna, putrefacit aër operam fabri.
Nequior iam factus est vsus ædium,
Atque haud fabri culpa, sed magna pars
Morâ hæc induxerunt. Si quid nummo sarciri potest,
Vsque dum maneant, nequeid faciunt, donicum
Parietes ruunt. ædificantur ædes totæ: denuò.

Audi nunc quo se & ingenium hisce ædibus simillimum ostendat.

Posteaquam immigraui in ingenium meum,
Perdidi operam fabrorum illicò, oppidò,
Venit ignauia. ea mihi tempestas fuit,
Ea mihi aduentu suo grandinem, imbrémque attulit,
Hæc verecundiam mihi, & virtutis modum
Deturbauit, detexitque me illico,
Post illa obtexere eam negligens fui,
Continuò pro imbre amor aduenit,
Is vsque in pectus permanauit, permadefecit
Cor meum. nunc simul res, fides, fama, virtus
Decúsque deseruerunt. ego sum in vsu
Factus nimio nequior. atque ædes polita
Hæc tigna humidè putent: non video mihi
Sarcire posse ædes meas, quin tota
Perpetuò ruant, quin cum fundamento,
Perierint.

II. Interpretatio Chaldæus Costi.

Secundam interpretationem de liberis insinuat Chaldæus Costi his verbis, vt ipse quidem vertit; *In studio legis & mandatorum vir animo fractus, liberis orbatur suis.* Sic sanè non rarò liberos per domum, procrea-

tionem ædificandi voce Hebræi ſolent vſurpare,& docui comment.in Geneſ. quin & Plautus loco citato Moſtellariæ,dicit,parétes eſſe fabros,filios ędes à fabris illis cõſtructas,vide act.1.Sce.2.hęc domus ſolet & ipſa ſtillicidiis corrũpi incuriâ vel indulgentiâ parẽtũ,qui cùm puerorũ caſtigare leuia peccata negligunt, cauſa ſunt vt tandẽ in flagitia prorumpant, quæ carnificis operam requirãt. Huc ſpectat patibulandi apologus, qui matri propter hanc negligentiam, ſpecie oſculi,nares mordicus abſcidit.

Parétes, ſunt fabri. filij, æ les à fabris illis conſtructæ.

III. Tertiò hæc ad regimen reip. & ad Principes ac magiſtratus pertinere, quorum deſidia ſolent ſtatus regnorum & ciuitatum collabi, referunt, ſeriei contextus accommodatiſſimè, Lira.Dionyſ. Caiet. Vatablus,Ferus & alij. Ad Eccleſiam denique optimè. D. Hieronymus, his verbis;[*Melius* poteſt ſuper Eccleſiâ accipi : quòd per negligentiã Principũ, omnis eius corruat altitudo:& ibi vitiorum illecebræ sũt, vbi regimen putatur eſſe *virtutum*.] ſequuntur hoc Alcuinus, Interlinearis,& Dionyſius Carthuſian.

Lira.nus. Dionyſ. & alij.

IV.

Alcuinus, Interlin. Dionyſ. Carth.

EX EODEM VERS. XIX.

Pecuniæ obediunt omnia.

ADAG. CCC. XXIX. Pecuniæ obediũt omnia.

VEhakeſeph iiahhaneh eth-hakol והכסף יענה את־הכל, vbi quidam vertunt, *& argentum exaudiet omnia.*(ſic kimchi, Pagnin. & Cornelius)alij, *reſpondebit omnibus.* (ſic Arias,& Mercerus.) alij,*ſupplebit, ſuppediabit,inuenire faciet.*(ſic Abenezra Campenſ.Clarius,& Vatablus.)eodem ſenſu. Sic enim indicat res omnes quodammodo poſtulare argentum, & pro eo ſuas operas, & ſeipſas polliceri; & ſolú argentum illis omnibus ſatisfacere,& voti ſui compotes reddere.Nec ab hoc ſenſu longè recedunt, qui aliam vocis *iianah* ſignificationem ſecuti, vertunt,*pecunia ſubiget* (vt textus Vatabli) vel, *humiliabit omnia*, vt Caietanus.Nam & hæc dominatum pecuniæ denotãt.Noſter peritè admodũ & ſapiẽter verbo vſus,quod omnes ſignificationes verbi Hebræi exhauriret. LXX. quoque; ἡ δὲ ἀργυρίῳ ταπεινώσει ὑπακούει τὰ πάντα. *& argento humiliatione obedient omnia.* hoc eſt, humiliter.quod tamen multis libris deeſt,vt Compl.Aldin.Reg.& Hieronymo.videtur tamẽ legiſſe Thaumaturgus.Symmachus; ἀργύριον δὲ εὐχρηστήσει τὰ πάντα, *argẽtum vtile erit ad omnia.* Pro noſtro *obediunt*, eſt illud Ariſtophanis in Pluto,

Ariſtoph.

ἅπαντα τῷ πλούτῳ γὰρ ἐσθ' ὑπήκοα,

Omnia enim diuiti ſunt obedientia.

Duæ hîc ſunt ſententiæ:quidam accipiunt hoc vt dictũ ab ipſo Sapiente,deteſtante φιλαργυρίαν,etiam præcipuorum. q. d. eos qui deſidiâ & ignauiâ ſua iacturam rei familiaris paſſi ſunt; poſtea fieri diuitum ridiculos &ſcurras;ciſque parasitari,& ingluuici ſuæ implẽdæ cauſa, eò vilitatis deſcendere, vt rebus omnibus abutentes, ſe argẽto duci quocumque patiãtur,& exigui pretij cauſa turpiter & abiectè quęuis facere ſuſtineant. Sic ad verbum S. Greg.Neocæſarienſis; ἐκπηδᾷ ἀργὸς οἷον ἐλαφρῶς χλιδασαὶ γενόμενος, καὶ εἰς ἑαυτῶν λαιμαργίαν, τοῖς πᾶσι χαλεχῶμενος, ἀργυρίῳ ἀγόμενος, ἵνα ὀλίγα πιμπλάς, πάντα αἰσχρῶς, καὶ ταπεινῶς πρᾶσσειν ἑαυτὸν ἐάσῃ. Aliter malis etiã tribuit Olympiodorus: *Qui ſegnius*,inquit, ſeſe habẽt ad capeſſendas virtutes,ad ſolã voluptatem oculos animúmque cõuertũt, occupatúrque circa id quod hominum quamplurimi ſuauelætúmque opinan

Duæ huius loci ſẽtentiæ. I.

S.Greg. Neoc.

Olym. piodor

Senſus adagij.

opinãtur, palámque iactitant comparari pecunias oportere, cùm argento dicant omnia *subiecta*.] Sed & D.Hieronymus, referens ad improbos concionatores, qui blanda & placentia adferunt, vt inde ditati voluptuentur, & aliis imperent.

D.Hier.

Secũda sententia capit in bonã partem: exhortari ad curam diligẽtem rei domesticæ, & ad laborẽ; qui solus pecuniã parabit, sine quâ careas rebus ad vitam necessariis; cũ qua omnibus affluas. nam hæc vna tibi omnium instar erit, & hæc omnia externa præbebit. Vt rouis modo intelligas, adagio locus erit de diuitiarum potentiâ, quas ideo Hebræi vocant חיל *Heilam*, qua voce significant *fortitudinem*, & etiam *diuitias*, ideo noster Miche.4.v. vlt. *fortitudinem* vertit. Sed prou. vlt.29. *diuitias* vertit, vt & Chald. d. v. vlt. & Sophon.1.v.13. vbi noster *fortitudinem*. quia fortes sunt, & quiduis efficiunt, ait Ribera. [*Pecuniæ* inopia (ait Caietã.) multis priuat: pecuniæ copia, quasi subiicit omnia emẽdo, donando, conducendo, *construendo*]&c. planè in togâ, & in sago potest pollétque, non vi suâ, sed hominum cupiditate, quæ facit vt verũ sit Verris dictũ, *Nihil tam sanctum, quod non violari, nihil tam munitum quod non expugnari pecunia possit*. dicerat homo rapacissimus ex oraculo patris sui Diaboli, qui Philippo Macedoni, consulenti de victoriâ, responderat;

Ribera. Pecuniæ copia & inopia, quid faciant.

Verris dictũ de pecunia.

Oraculũ Philippo redditũ. Pecuniæ vis.

Ἀργυρέαις λόγχαισι μάχου, καὶ πάντα νικήσεις.

Argenteis hastis pugna, & omnia vinces.

Diodorus;

Diodorus.

τῷ ἀργυρίῳ καταστήσεις τὰ σύμπαντα.

Argento subiiciet simul omnia.

Thucydides, & alij.

idẽ Archidami dicto ex Thucydide, Menãdri, Aeschyli Sophoclis, & aliorum probaui olim comment. ad illud Senecæ in Thyeste vers.603. quam etiam lectionem illi meritò contra impetum docti & amici viri defendi. non repeto, sed addo his similia perpauca ex Stobæo serm. 89. Theognis;

Seneca.

Theognis.

ἀλλὰ χρὴ ταύτην γνώμην πάντας καλεῖσθαι,

ὡς πλοῦτος πλείστων ἔστιν ἄνδρα σόφον.

Sed oportet omnes hanc sententiam comprobare,

Omnibus maximam potestatem diuitiis comparari.

Euripides,

Euripides.

κεῖνο δ' ἰσχὺς μέγα πλοῦτος,

Ingens autem vis est diuitiarum.

Item;

πάλαι μὲν οὖν ὑμνεῖται, ἀλλ' ὅμως ἐρῶ·

τὰ χρήματ' ἀνθρώποισι τιμιώτατα,

δύναμίν τε πλείστην τὴν ἐν ἀνθρώποις ἔχει.

Iam olim quidem vulgò iactatur hoc dictum, non tacebo tamen,

Pecunias hominibus pretiosissimas esse,

Et momenti plurimum inter mortales habere.

Philemon Comicus;

Philemon.

τὸ τῆς Ἀμαλθείας δοκεῖς εἶναι κέρας,

οἷον γράφουσιν οἱ γραφεῖς κέρας θεᾶς;

ἀργύρειόν ἐστι τοῦτ' ἐὰν ἔχῃς, λέγε,

πρὸς τοῦτ' ὃ βούλῃ, πάντα σοι γενήσεται,

φίλοι, βοηθοί, μάρτυρες, συμμαχίαι.

Putásne Amaltheæ cornu eiusmodi esse,

Quale pictores cornu bonitatis depingunt?

Argentum est. quod si habueris, petas

Ab ipso si quid voles, omnia tibi adsunt,

Amici

Amici auxiliatores, testes, domuum multitudo.

Vides hîc expressũ illud Hebræũ, *Iahhaneh, respondit:* & illud Ouidij,

—dat census honores,
Census amicitias,

Denique Diphilus;

ἰσχυρότερον κρίνω τὸ χρυσίον πολύ,
τὰ πάντα τοῦτῳ τιμνεῖται, καὶ πράττεται.

Aurum longè validissimum esse puto.
Per ipsum enim omnia scinduntur, & conficiuntur.

Hæc omnia iuxta sæcularem dicta sapientiam & vulgi opinionẽ. Vera sententia, corporalia omnia obedire pecuniæ, iudicio insipientium, qui vident illa omnia pecuniis acquiri posse, sic D.Thom.1. 2.q.2. a.1. ad 1. in his verò iudiciũ sapientum debet præualere, qui minimam virtutem præferunt opibus maximis. Aurum decet homini non præesse, sed subesse. Caritas, aurum optimum; Dei verbum, argentum præstantissimum est; his numisma boni vsus opera misericordiæ expensi, si imprimas, poteris quidquid voles à Deo impetrare. Vide D.Hieronymum & Olympiodorum: sic fermè hoc dictum meliore sensu exponentes, tum verum adagium erit.

Vera loci sententia.

D.Th.

Aurũ hominẽ subesse non præesse debet.

D.Hier. Olymp.

EX EOD. CAP. V. VLT.

ADAG. CCC-XXX.

Aues cæli portabunt vocem, & qui habet pennas, annunciabit sententiam.

Aues cæli portabũt vocẽ tuã, & qui habet pennas, annũciabit sẽtẽtiam tuam.

SEnsu conuenit cum Hebræo, quod ad verbum, *quia auis caelorum faciet ire vocem, & alipotens annunciabit verbum.* nempe quo sensũ animi tui clam declarasti. De sensu agamus, quem etiam LXX. eodem modo expressêrunt. Quidam tractatores quasi diuersa membra acceperunt, distinguentes inter aues cœli, & eum qui pennas habet, & mouentur numeri diuersitate; non attendẽtes ad Sacræ Scripturę morẽ, quo singulare ponitur pro quibuslibet illius speciei. quare noster, ne quid mysterij in ea diuersitate suspicaremur, quod vtrobique Hebraicè & Græcè est singularis numeri, modò singulari modò pluratiuo expressit.

Chaldæus Ariæ Montani vt de vino & eodem accepit; [*Etenim* angelus it volans in aëre cœli, velut aquila alata, & nunciat sermones qui fiunt in latibulo omnibus habitatoribus *terræ.*] vbi quod quidam *Malacha* מלאכא interpretãtur *nuncium*, non placet, propriè namque accipiendum patet ex altero Thargum Costi, quod docet, qui iste angelus sit, & quæ hæc aquila pennata, sẽtẽtiâ Thalmutica & Cabbalistica, quam Thargumæi illi sequuntur, verba sunt, [*Raziel* enim angelus omni die super montem Horeb clamat, & in vniuersum orbẽ vox eius pẽruagatur. Elias quoque Sacerdos magnus, velut aquila maximis alis prædita volans, aërem & cœlos perlustrat, & quæ occultè facta sunt, omnibus terram inhabitantibus defert, & *renunciat.*] Similę commentum est Gentilium de fama, quæ Æneid.4.

Chaldæus Arię Mont.

Thargũ Costi.

Nocte vŏlat cœli medio, terræque per vmbram.

Stridens.... cur nocte? quia occultissimas quasque latebras, & thalamorum arcana ruspatur, & captat secretissima quæque.

Volucres cœli (ait Olympiodorus) sunt qui putent esse animam, vel spiritum nobis insitum; habentem verò

Olymp.

verò *alas*, spiritum sanctum, qui apparuit in columbæ specie, quique omnia complet & omnia nouit; aut ipsos sanctos *Angelos*.] hoc de anima, non conuenit textui; de Spiritu sãcto videtur non satis piè nec decore dici, facere illum quasi præconem & spiritum administratorium: angelis verò bonis, qui norunt quidem omnia dicta nostra, & sensus animi verbo aliquo expressos, sed tamen delatorum vice non fungũtur, nec accusatorum apud Principes, quibus homines maledixerunt, non conuenit locus iste; verùm nec tertia explicatio ab Olympiodoro alus tributa, satis placet, qui *habentem alas* pro Diabolo accipiendum dicunt: *volucres* verò *cali*, parentes Diabolo aëreas potestates: quod nõ satis placet, nisi de Diabolo per mẽbra sua hæc propalante accipiãtur. nam ipse per se non consueuit.

Potentem hunc intelligere Deum, & CHRISTVM Dominum, vt voluit D. Hieronym. hîc, & Rupertus lib. 2. in Leuit. cap. 22. hæreticorum maledicentiam reprimens; & de angelis ea in cælo promulgantibus, mystica est expositio.

D. Hier. Rupertus.

Mystica expositio.

Quidam per istas *volucres* intelligũt adulatores in facie, & post tergum detractores & delatores fratrum: qui curiosissimi sunt in scrutanda vitâ aliorum, talpæ in suâ. de quibus accepit Pineda in Iob cap. 21. 31. & contra quos hîc post alios multa Lorinus.

Pineda.

Lorinus.

Breuiter; sentiendum, non duo hîc membra proponi, sed vnum tantùm, & posterius esse prioris iterationem. hoc censuit S. Gregorius Næocæsarien. nisi priorem partem de angelis Deo renunciantibus; posteriorem de hominibus ad Principem deferentibus, intellexerit. verba sunt; τῷ δὲ μόνῳ, καὶ πλησίῳ, καὶ μεγάλῳ βασιλεῖ, ἄγγελοι ὀξεῖς καὶ ὑπόπτε-

S. Greg. Neocæs.

ροι ἅπαντα διακομίσαι, πνεύματικὴν ὁμοῦ καὶ λογικὴν τελοῦντες ὑπηρεσίαν. *Etenim soli, & diuiti, & magno Regi nuncij celeres & pennati omnia perferunt, spirituali simul & rationali officio fungentes.*] verùm vt de solis angelis Dei nunciis acceperit magis propende.

Idem censuit Olympiodorus, relictis aliorum explicationibus suã proponens huiusmodi; [*Ne regi* neue diuiti impreceris, ac ne in penetralibus quidem. Tua namque maledicta excurrens fama deferet ad illius aures, cui tu malum imprecatus *fueris*.] Reges enim infinitos habent coryczos, quibus pro auribus, oculis, manibus vtantur. Vnde inualuit prouerbium, *Regum manus, oculos, aures longissimas* esse, & eas multas quidem. Vide adag. *Multæ Regum aures atque oculi.* & aliud, *Longæ regum manus.* Chil. 1. cent. 2. adag. 2. & 3.

Olymp.

Regum manus, oculi, aures, long.

Ad rem adhuc propiùs accessit D. Hieronymus, [*Hyperbolicè* accipiendum, quomodo solemus dicere ipsos parietes, quibus conscijs loquimur, quæ audierint non *celaturos*.] Sic etiam Alcuinus. sequitur Richelius & addit; sic CHRISTVM dixisse Pharisæis; *Si hi tacuerint, lapides clamabunt*, & prophetam; *lapis de pariete clamabit.* Sic etiam accipiunt Caietan. Ferus, Titelmann. Campensis.

D. Hier.

Alcuinus Richelius. Luc. 19. Abac. 2.

Caietan.

Sensus est, illud tandem reuelandum vel inopinato maximè euentu. Belgis adagium est; *corui delictum prodent.* veteribus id significatum illo, *Ibyci grues*, inde natum, quòd cùm in latrones incidisset Ibycus, & eum occidere festinarent, grues præteruolantes obtestatus est testes essent crudelitatis. nec inani obsecratione. nam non diu postea per grues proditũ facinus. Cùm enim Corinthi latrones in foro versa-

Ibyci grues.

rentur, præteruolantibus gruibus, vnus alteri insusurrat, *ecce Ibyci vltores.* excepta vox ab astante: & interrogatus ille, quid sibi hoc dicto voluisset, hæsitare primò, mox inconstanter respondere, denique & fateri. sic (vt ait Ausonius)

Ibycus vt periit, vindex fuit altinolans grus.

Plutarch. auctorem Plutarchum, & Antipatrum refert adagiographus Chil. 1. centur. 8. nu. 22.

Plutarch. Cape aliud simile ex Plutarcho de serâ Numinis vindictâ, ante medium;

Ὁ δὲ βίασος ὡς ἔοικεν ἀπεκλονὰς τὸν πατέρα τὸ ἑαυτοῦ, πολλῷ χρόνῳ ἐλάνθανεν, ὕστερον δὲ τῶν ξένων ἐπὶ δεῖπνον ἐλθὼν, χελιδόνιον πτὰ νεοττιὰν τῇ λόγχῃ νύξας κατέβαλε, καὶ τὰς νεοττὰς διέφθειρε. λεγόντων δ' αὐτῷ εἰκὸς τὸ παρόντων, ἄνθρωπε τί παθὼν ἔργον οὕτως ἀλλόκοτον ἔπραξας; οὐ γὰρ, ἔφη, μὰ πάλαι καλαπαρυῤῥῦσιν αὗται ψδὸς καὶ καταβοῶσιν, ὡς ἀπεκλονότο τὸ πατέρα; θαυμάζοντες δὲ οἱ παρόντες τὸ λόγον, ἐμήνυσαν τῷ βασιλεῖ, καὶ τὸ πρᾶγμα ἐξελεγχθέντο, ἔτισεν ὁ βίασος τὼ δίκιν,

Bessi parricidiū. Ex proprio ore tacita cō fessio. Quæ sic vertit Pirckeymerus;

Bessus verò cùm proprium interfeciset patrem, multo delituit tempore, at quum aliquando ad hospites cœnatum pergeret, hirundinum nidum hastâ impellens deturbauit, pullósque pedibus contriuit. Cúmque, vt parerat, astantes dixissent; qua causa homo impulsus rem tam nefandam perpetrare ausus es? Nonne, respondit, iam diu falsum aduersum me ferunt testimonium, clamántque proprium me occidisse patrem? Præsentes verò cùm admiratione ducti verba ad regem detulissent, réque diligentiùs discussa esset, meritas Bessus pœnas pependit.]

S. Basil. De canibus procliue sit idem ostendere. nam ideo S. Basilius εἰς τὼ ἑξαήμερον hom. 9. de illis prodidit; ἤδη δέ τινες ὑπὸ θερμῷ τῷ πάθει, καὶ ὁδηγοὶ τοῖς ἐκζητοῦσι τὸς φονέας ἐγένοντο, καὶ ὑπὸ τῶν δίκιν ἐχθαίρας τὸς κακούργους ἐποίησαν. *Nonnullos adhuc recenti cade duces fuisse illis qui latrones inquisierunt, & ad pœnam maleficos rapiscerunt.* Posset ex Plinio & alijs. sufficiat narratio D. Ambrosij, dictum Basilij exemplo confirmantis Hexaem. lib. 6. [*Antiochiæ* ferunt in remotiori parte vrbis crepusculo necatum virum, qui canem sibi adiunctam haberet. Miles quidam prædandi studio, minister cædis extiterat, rectus idem tenebroso adhuc diei exordio in alias partes concesserat. iacebat inhumatum cadauer, frequens spectantium vulgus astabat, canis questu lacrymabili domini deflebat ærumnam. Fortè is, qui necem intulerat, (vt se habet versutia humani ingenij) quo, conuersandi in medio authoritate præsumpta, fidem ascisceret innocentiæ, ad illam circumspectantis populi accessit coronam, & velut miserans appropinquauit ad funus. Tum canis sequestrato paulisper questu doloris, arma vltionis assumpsit, atque apprehensum tenuit, & velut epilogo quodam miserabile carmē immurmurans vniuersos conuertit in lacrymas, fidémque probationi detulit, quòd solum reuuit ex pluribus, nec dimisit. Denique perturbatus ille, quòd tam manifestum rei indicem, neque odij, neque inimicitiarum, neque inuidiæ, aut iniuriæ alicuius poterat obiectione euacuere, crimen diutiùs nequiuit refellere. Itaque quod erat difficilius, vltionem persecutus est, qui defensionē præstare non *potuit.*] Hactenus B. Ambrosius.

Canes vindictâ de latronibus persequentes. Plinius. Ambro.

Ex

EX CAP. XI. V. IX.

ADAG. CCC-XXXI. Mitte panem tuũ ſuper tranſeũtes aquas.

Mitte panem tuum ſuper tranſeuntes aquas.

HEbraicè eſt שלח לחמך על-פני המים *Schallach lachmecha bhalpenai hammaim.*

(Mitte panem tuum ſuper facies aquarum)

& LXX. ἀπόστειλον τὸν ἄρτον σοῦ ἐπὶ πρόσωπον τοῦ ὕδατος. (Mitte panem tuum ſuper faciem aquæ.)

Hinc primò patet, temerarios eſſe, qui pro *ſuper*, ſubſtituunt *ſubter*, vt concionatorio ſuo conceptui adminiculentur. Secundò nihil neceſſe hîc reſtringere de eleemoſynâ danda remigibus, vel nautis, cum Thargumæis; vel ad eleemoſynam naurigio mittẽdam abſentibus, cum Caietano, quaſi minùs poſſit itinere terreſtri. Tertiò, non cogi nos *ſuper* accipere pro prope, vel iuxta, cum B. Hieronymo & aliis, quid opus impropriè, cùm poſſis propriè interpretari? Vtuntur verbo *mittendi*, pro iaciendi, propter aquarum metaphoram; voce *ſuper*, quia vult ſignificare nõ demergi ad fundum, ſed fluitare; voce *tranſeuntium*, vt opponat aquis ſtatiuis, in quas iacti panes non ita videntur Domino perituri, ſed poſſunt extrahi & recuperari. Denique per *aquas* poſſunt ſignificari miſeriæ multæ & variæ, ſicut pſ. 17. 17. & 65. 12. *miſerias* autem emphaticè pro ipſis miſeris. ſic autem homines aquis decurrentibus comparantur, Pſal. 57. 8. *ad nihilum deuenient tanquam aqua decurrens.* Senſus ergo adagij non eſt de eo quod ſeminatur prope riuos aquarũ, aut in terrâ fertili, quoniam illud nec videtur perire, nec poſt multa tempora colligitur; ſed eius recipiendi, & intra breue tempus, & cum fœnore, ſpes maxima adfulget. verùm ſenſus eſt de conferenda, & quaſi abiicienda (ſtultorum iudicio) eleemoſyna, in locum, vnde in hac vitâ, recuperandi ſpes ſit nulla, ſicuti cùm in rapidos fluctus cibus mittitur, qui prono delatus alueo, nos fugit. ideo enim additur, quamuis tunc perdi videatur, tamen *poſt tempora plurima*, hoc eſt, tandem tandem in alterâ vitâ, poſt finem ſæculi inde recipies, quò manus pauperum detulerant. Sic Hiſpani de inutili ſumptu vſurpant, *como quien lo echa el rio abaxo.* Hæc interpretatio veruſtiſſima, ſimpliciſſima, clariſſima eſt. D. Gregor. Neocæſar.

Senſus adagij.

D. Greg. Neoc.

Κοινωνεῖν γε μὴν ἄρτου καὶ ἀναλημάτων, ἃ πρὸς τὸν βίον ἀνθρώποις, δίκαιον. εἰ γὰρ καὶ παραυτίκα τισὶ δόξεις ἀπολλύναι, ὥσπερ ὕδατι τὸν ἄρτον παραδιδοὺς, ἀλλ' οὖν ἀφιόντος τοῦ χρόνου, οὐκ ἀνόνητός σοι φανεῖται ἡ φιλανθρωπία.

Iuſtum eſt autem, eg nti, panem & ea, quæ ad vitam tuendam neceſſaria ſunt, impertiri. Quamuis enim id ſtatim perdidiſſe quibuſdam videaris, quemadmodum ſi panem in aquam conieciſſes: tamen progreſſu temporis nequaquam infrugifera tibi apparebit beneficentia.]

Gregor. Theol.

Gregorius etiam Theologus in funebri orat. patris ſui poſt med.

Καὶ τοῦτο δή φαίνεται, τὸ χεῖναι πέμπειν τὸν ἄρτον ἑαυτοῦ καὶ καθ' ὕδατος, ὡς ὃ θησαυρισόμενον, καὶ δὲ ἀπολύμενον τῷ δικαίῳ τούτων ἐξέλασιν. ἀλλ' ἐνταῦθα καταστήσονται, οὗ πάντα κεῖνται τὰ ἡμέτερα, καὶ ἀναστήσονται ἐν καιρῷ· κἂν ἡμεῖς μὴ τοῦτο νομίζωμεν.

Atque huc pertinere videtur, quod ſcriptura inquit, panem in aquam quoque mittendum eſſe: non enim fore, vt diſtrahatur aut pereat apud iuſtum harum rerum æſtimatorem, ſed eò peruenturum eſſe vbi omnia noſtra collocabun-

Per aquas quid ſigni ficetur interdum.

cabuntur, atque in tempore occurrent, vicumque aliter existimemus.] Sic vertit Billius, addens totius loci plenam interpretationem ex Eliâ Cretensi, quæ tam excellens est & apta, vt quid illi debeat addi, aut cur à me prætermitti debeat, nõ satis intelligam. ait Elias in comment. ad Nazianzenum: [*Hoc quoque* locus ex eo Salomonis libro desumptus, qui Ecclesiastes inscribitur, illud probat, non debere eos, qui eleemosynam faciunt, curiosiùs inuestigare, an quispiam alendus ac misericordiâ complectendus sit necne, verùm simpliciter omni petenti dare. Quisnam autem hic Salomonis locus est? *Mitte*, inquit, *panem tuum in faciem aquæ, quoniam in plenitudine dierum tuorum inuenies eum.* Hoc autem loco per *panem* eleemosynæ gratia significatur, nimirum à præcipuâ parte (panis quippe magis, quã alia omnia, humanã vitam tuetur:) per *aquam* hominũ multitudo. Quemadmodum autem, qui panem in pelagus mittit, in incertum quidem mittit, nec, quam in partem fluctus eum trahat, exploratum habet; interim tamen ab eo, cui omnia nota sunt, perspicuè cernitur, eiúsque omnipotenti cognitione comprehenditur: eodem modo is etiam, qui non hæsitante aut dubio animo misericordiam, iis qui quærũt, præbet, nunc quidem, quisnam sit, qui accipiat, minimè agnoscit; verùm in multitudine dierum, hoc est in futuro sæculo, & agnoscet, & panem illum in Domini manu inuenier, ostentantis, ac dicentis; Matth. 25. *Esurui, & dedisti mihi manducare*: ac lætitiâ & exultatione perfundetur, amplissimis bonis exigui illius frustuli loco fruens, quod in pauperum (qui figurato sensu *aquæ* dicuntur) faciem misit. Quod autem familiare sit sacræ scripturæ hominum multitudinem *aquas* appellare, hinc patet: psalmo 143. *Libera* enim *me*, aiebat is qui in spiritu psallebat, *de aquis multis.*]

Elias Cretensis.

CCC-XXXII Aquarũ vocis acceptio.

D. Hieronym. ad cap. 55. Isaiæ, capit de pane spirituali verbi diuini, omnibus communicando: quod mysticum est.

D. Hier.

Vt duo Gregorij sic etiam explicat Salmeron. to. 5. tract. 16. in principio; nisi quòd de mercede in hoc sæculo & in futuro capiat, quemadmodum & Manuel Sa, & Lorinus cum Thargumæis.

Gregor. Salmeró. Sa. Lorinus.

EX EODEM. CAP. VERS. II.

Da partem septem, necnon & octo.

ADAG. CCC. XXXII. Da partẽ septem, necnon & octo. Lorinus.

ACtum agam, si hoc loco post Lorinum, coner sententias numerare: tam diligenter hoc præstitit. Monebo duntaxat, quid de illarum plerisque mihi videatur. Thargumæorum de satione bina in anno, longè petita est, dura, nec satis cohærens.

Mystici quoque sensus plerique non video quomodo cohærent litteræ: vt ille Hebræorum de circumcisione & Sabbato seruãdo; & multorum Patrum, de non prorsùs reiiciendâ veteri lege, & nouâ prorsus amplectendâ: quid enim vel præcessit aut sequitur de nouo vel veteri testamento; aut quid hæc ad eleemosynam, etiam spiritualem? sic possemus adferre omnia in quibus aliquid boni continetur, & numero septenario, vel octonario recensentur. Non reiicio, quia DD. Ambrosij, Hieronymi, Augustini, Salonij, Albini est: sed contendo esse accommodatitium potiùs quàm

Mystici sensus

D. Amb. & alij.

alle

CCCXXXII Allegoria Patrum interpretatio. Septem. Octo.

allegoricum. Magis allegorica est interpretatio & accedens ad seriem contextus, aliorum Patrum, per *septem* spacium huius vitæ, per *octo* resurrectionis & futuræ vitæ tempus significari, vt isto per bonorum operum, maximè misericordiæ, merita, ad illius retributionē perueniamus. Hanc Lorinus tribuit DD. Gregorio Nazianzeno, orat. 43. & 44. Gregorio Magno hom. 16. in Ezech. Petro Blesensi epist. 121. Olympiodoro, & Philippo Solitario. 3. Dioptræ cap. 8. Addo Isychium lib. 4. in Leuit. c. 13. & lib. 7. c. 25. & Innoc. 3. serm. 1. in Domi. Lætare.

D. Greg. Naz. Gr. Magnus. Petrus Blesensis & alij.

Alios quatuor aut quinque Hugonis Carensis sino præterfluere: vt & Cassiani, & Ausberti, & aliorum.

Literales interpretationes.

Venio ad litterales; Liranus haut dubiè fallitur, quia contra librorū fidem *partes* legebat, & ideo *septem* & *octo* in accusatiuo accepit, de ipsis datis, non de personis quibus dandum: & falsi, quotquot illum secuti. Etiam Arborensis. Attendere oportuit ad Hebræum (שבעה) & Græcum τοῖς: quod nec satis attendit Clarius & alij, qui *septem* & *octo* ad dies vitæ retulerunt, quasi foret, per omnes dies vitæ.

Arbor. Clarius.

Caietan.

Sensus Caietani, quem his verbis proponit, *Fortè tunc* temporis familiare erat Iudæis eleemosynarijs pascere pauperes septem, ob reuerentiam diuinarum actionū, quæ septem diebus describuntur à Moyse, supputato Sabbato quietis: sicut modò consueuerunt multi pascere pauperes duodecim in memoriā duodecim Apostolorum. *Da* itaque *partem* mensæ tuæ pauperibus *septē*; hoc est, decreto numero pauperum *& etiam octo*, hoc est, & si alius supervenerit pauper, da ei etiam partem: ita quòd siue decretus numerus pauperum, siue aliquanto maior numerus adfuerit, da partem ciborum & *potum illis*: hoc est merè coniectaneum. Nam de hac consuetudine Iudæorum, nec ille quicquam probat, nec ego quidquā inuenio. Deinde reiici meretur, quod tantùm admittit, paullo plures quàm septem, quasi plures illis paullo pluribus Sapiens excluserit.

Duodecim pauperum alimentū in memoriam duodecim Apostolorū.

Interpretatio reiicienda.

Similiter reiicienda interpretatio, quæ nos vocat ad numerum conuiuarum, iuxta vetus prouerbium, *Septem conuiuium*, sin plures, conuicium; quibus septem, si rex conuiuij accedat, octo legitimum conuiuium faciant. Scio quę de hac re prodita; sed & illud variatum apud gentiles in hoc numero, & priùs obtinuisse, ne vel infra Gratiarum, vel supra Musarum numerum adhiberentur: præterea illud apud Romanos Græcósque vsum habuit, apud Iudæos, quod sciam, nunquam, quibus Salomon potissimùm concionabatur: denique ad conuiuia hunc locum, qui de quauis eleemosyna est, restringere, nimis festiuum est.

Litteralis & vera expositio.

Quare retineamus, vt verè & literalem, & vnicam adagij expositionem grauissimorum virorum eleemosynam, conferēdam in quotquot se obtulerint indigentes, fideles, infideles, dignos, indignos, sine personarum adspectu, sine meritorum scrutatione: quod CHRISTVS confirmauit Luc. 6. 30. dicens, *omni petenti te tribue*. Nec sine causā his numeris vsus, vt omnes indicaret.

Septenarius & octonarius numerus.

Nam septenario perfectos, octonario imperfectos significauit; vt solet sacra Scriptura. de septenario constat, de octonario docui commentar. cant. 6. ver. 7. ex Ruperto, Honorio, Nysseno, & Guilhelmo.

Thaum. Sensus adagij.

Thaumaturgus hìc breuiter vult moneri nos, vt etiam *liberaliter elargiamur, pluribúsque nostras facultates*

Nazian. diuidamus: δίδωμι δὲ ἀφειδῶς, καὶ μίεσιν τὰ ταυτὸ πλείοσιν. Nazianzenus autem dictâ funebri; tradit, parentem suum in pauperes liberalissimum, non tantùm hanc legem Salomonis seruasse; dignis & indignis præbendo; sed etiam superasse, quia hoc ipsum læto & hilari faciebat animo: vbi Elias in

Elias in com. commentar. scribit, Nazianzen. quos numeros in orat. de amore erga pauperes, de præsenti & futurâ vitâ intellexerat; eos nunc de ipsis pauperibus hominibus accepisse: & ad patrem retulisse, qui ex CHRISTI præcepto omni petenti largiebatur; gnarus *multò satius esse, ob eos qui digni sunt, indignis quoque largiri; quàm dum metuimus ne de indignis benè mereamur, dignos beneficio fraudare.* πολλῷ γὰρ βέλτιον εἶναι, διὰ τὸς ἀξίες ὀφέγειν καὶ τοῖς ἀναξίοις, ἢ τοὺς ἀξίους ἀποστερεῖν, φόβῳ τῶν ἀναξίων. Paucis

Demost. Olymp. mutatis ex Demosthene, vt Billius ibi notauit. Olympiodorus; *Inquit* ergo, *confer eleemosynam in*

Fr. Ribera. *omnes homines.*] Franc. Ribera in cap. 5. Miche. num. 60. docet, sacræ Scripturæ consuetudinem esse, quando ad septem adiicit adhuc alium numerum, infinitos significari. hæc interpretatio placuit Titelmanno, Fero, Vatablo, Saa & Lorino hîc, Viegæ

Titelmannus & alij. in cap. 1. Apocal comment. 1. sect. 5. Baradio lib. 9. concord. cap. 3. circa finem & aliis.

Vide infer. adag.

Septem & octo.

EX EODEM CAP. VERS. III.

Si ceciderit lignum ad austrum, aut ad aquilonem, quocumque loco ceciderit, ibi erit.

ADAG. CCC. XXX. III. Si ceciderit lignum ad austrum, aut ad Aquilonem, in quocumque loco ceciderit ibi erit.

LXX. sic: Καὶ ἐὰν πέσῃ ξύλον ἐν τῷ νότῳ, καὶ ἐὰν ἐν τῷ βορρᾷ, τόπῳ ἧ πεσεῖ τὸ ξύλον ἐκεῖ ἔσαι. Planè conuenientes cum nostro, vt non sit necessaria alia versio, vt nec fonti Hebræo, Chaldæum vtrumque Thargumæum hîc insuper habeo: nugantur. Conueniunt omnes, ista cum superioribus cohærere: sed non eodem connectunt modo. Quidam volunt hoc versu duas similitudines contineri, quibus suadeatur beneficentia in omnes proximos. Primam esse à nubibus, quæ cùm imbre plenæ sunt, cum in terras quas libet indistinctè effundunt, idque spontaneè, & largè: sic debere diuitem in egentes quoslibet profusum esse. Alij verò aliter comparationem instituunt, præmium spectantes; non debere vereri, ne largiendo exhauriatur, nubes considerent, quas cùm se exonerarint, iterum Deus implet vt rursus effundant: sic Deum certaturum cum liberalitate tua. [Lege gesta Tiberij imp. 2. apud Baron. annal. 583. & vitam Ioannis Alexandrini apud Surium tom. 1.] Præterea præmium nubibus grauidis non dissimile, copiosos gratiarum Spiritus sancti influxus etiam in hac vitâ: & postea retributionem æternam. Huc enim verisimile spectare secundam comparationem; quam

Duæ loci similitudines.

Baron.

Surius.

CCC. XXXIII.

quam etiam diuersimodè accipiunt.

Quidam simpliciter: vt corpus seu truncus arboris, quocumque ceciderint, ibi inuenientur; sic in quemcumque collatum fuerit beneficium, ibi erit, ibi inuenietur. Aquilonis enim & Austri nomine solis vti, quia soliti Hebræi, ad has mundi partes, ceteras referre. Mihi hæc non placet, quia Nouatorum, quia valde demissa est.

Expositiones. variæ. Aquilonis & Austri nomine ceteræ partes intellectæ.

Clarius aliter, nempe; Fructus ligni siue arboris, quocumque loco ceciderit, siue in plagâ Australi, siue in Aquilonari, erunt qui colligant illum; sic vbique locorum inueniuntur pauperes, in quos possit collocari beneficium.] æquè serpit, nec humo caput attolit. Fuit etiam Campensis.

Clarius.

III. Communis & vera explicatio est, digna Salomone, hortari nos, vt bene faciamus dum possumus, exemplo arboris, quæ dum viuit, & stat, huc illuc vento mouetur & præbet æstuantibus vmbram, esurientibus fructum, vbi verò securibus excisa iacet emortua, ad nihil vtilis est, quàm ad materiam fabrorum vel ignis alimentum. Sic nisi faciat homo eleemosynam, dum hîc viuit, post mortem nullum illi benè merendi spacium vel locum fore. Quo in statu illum mors deprehenderit, in eo permansurum perpetuò. Siue ceciderit ad Austrum, hoc est in gratia Dei decesserit (nam animæ purgatorij illæ hîc comprehensæ) siue ceciderit ad Aquilonem, hoc est, cùm peccato mortali mortuus fuerit, & ideo pœnis gehennæ addictus: prout vulgo dici soler, *vbi te inuenero, ibi te iudicabo.* Hæc ex sententia Patrum, quorum ego nonnullos citabo, vt soleo.

Diuus Hieronymus tertio loco; [*Quantum* ego (ait) existimo, semper in bonam partẽ accipitur Auster. Vnde & in Cantico canticor. dicetur *exurge Aquilo*, hoc est, recede & abi, *& veni Auster.* Lignum igitur, quod in hac vitâ corruerit, & conditione mortalitatis fuerit incisum, aut peccauit antè dum staret, & in Boreæ parte postea ponitur: aut, si dignos Austro fructus attulerit, in plagâ iacebit Australi. Nec est aliquod lignum, quod ad Aquilonẽ non sit aut ad Austrum.] & in primo loco dixerat, [Vbicũq; tibi locum præparaueris, futurámque sedem, siue ad Austrum, siue ad Boream, ibi cùm mortuus fueris, *permanebis.*] perspicuè *Austrum* pro beatorum sede, Aquilonem pro damnatorum carcere sumens. Sequitur Albinus, addita ratione, quia omnis homo bonus vel malus morietur. Sed apertiùs adhuc B. Salonius his verbis, [*Per lignum* homo designatur: quoniam vnusquisque est quasi lignum syluæ generis humani. Per *Austrum*, qui est calidus ventus, designatur requies paradisi. Per *Aquilonem*, qui est frigidus, designatur inferni supplicium. & est sensus, vbicumque sibi homo locum ad futuram sedem præparauit, siue *ad Austrum, cùm ceciderit* (id est mortuus fuerit) in requie paradisi & gloriâ regni cœlestis permanebit in æternum. Si verò malè viuendo, sibi locum præparauerit *ad Boream*, instrni pœnas luet in sæcula sæculorum.] Idem licèt aliis verbis tenuit Olympiodorus: nã quod de CHRISTO & Diabolo addidit, magis confirmat, quàm labefactat hãc explicationem. Idem hîc vtraque

D. Hier. Cant. 5.

Auster pro beatorum sede. Aquilo pro damnatorũ sede. Albinus. B. Salonius.

Olymp.

glossa,

glossa, Liran. Vatablus, & alij. Idem asserunt D. Gregorius lib. 12. Moral. cap. 4. & fuse D. Bernard. in paruis serm. 49. & Innocent. li. de eleemosyn. cap. 6. & D. Thom. 2. 2. q. 13. ar. 4. ad 3.

Liran. Vatabl. & alij.

Solummodo video reprehendi dictum D. Hieronymi, quatenus ait, Austrum semper in bonam partē accipi: & varia sacræ Scripturæ loca D. Hieronymo obiici, quasi nō more sacræ Scripturæ potuerit *semper* pro plerumque vsurpare vel potiùs ad mentem loci, quem tractabat D. Hieronymus regulam statuit, nempe cùm de spiritualibus præmiis vel noxis agitur, & eæ horum ventorum oppositorū pugna significantur: quod in illorum, quæ obiiciunt, locorum nullo sane locum habet. Nam Luc. 13. 29. vt orbis tantùm cardines, non vt vtiles vel damnosi proponuntur. psal. 47. 3. Ezech. 1. 4. tantùm Aquilonis; Ezech 27. 26. tantùm fit Austri mentio, vt venti procellosi: Ierem. 13. v. 19. & 20. fit vtriusque mētio, sine vllâ eorum oppositione. Demum psal. 125. 4. potiùs in bonā partem Auster sumitur, vide Genebrardum & alios; & licèt in malam reflectas, tamē ibi solius Austri mētio. Licuit ergo mihi in cant. comment. Cant. cant. 4. v. 16. hanc D. Hieronymi verissimam regulam sequi. Aquilonis verò vocabulo Zephyrum & Fauonium intelligi posse nullus dixi. Nego inquam id in meis reperiri. Egóne Zephyrum & Fauonium ponerem vt vētos diuersos? egóne Occidentalem ventum cum Septentrionali confunderem? mera hæc est chorographiæ ignoratio. Nec potest in d. v. 16. Fauonius nomine Aquilonis intelligi; nec vllum memini hoc prodidisse, nec vllum id dicentem produxi.

D. Hier. reprehēsus.

Semper pro plerunque

Austri & Aquilonis acceptiones.

Vsus adagij futurus, quando immutabilis, & irremediabilis ruina cuiuspiam significanda.

CCCXXXV. Vsus adagij.

(Pone hic mysticum sensum ex Galfrido in allegoriis.)

Mysticus sensus. Galfrid.

EX EODEM CAP. VERS. IV.

Qui obseruat ventum, non seminat: & qui considerat nubes, nunquam metet.

ADAG. CCC. XXXV. Qui obseruat vētū, non seminat, & qui cōsiderat nubes, nūquam metet.

VErbis nihil apertius: & omnia Hebræo fonti ac versioni Lxx. sūt valde consentanea. Paraphrasis Campensis; *Qui obseruat curiosè ventum, non seminabit, & qui metuet nubes, non metet.* ductum ab agricultura prouerbium contra procrastinatores, ac nimis cautos; qui statum tēpus elabi sinunt, propter exiguas molestias, & leuia impedimenta, vel inanes metus ex superstitione ominosâ, aut vanâ, & nimis curiosa obseruatione astrorum. vt intelligunt Chaldæus ac D. Ggreg. Neocæs. & Isychius lib. 6. in Leuit. cap. 19. Athanas. in Synopsi. Columella vetus dictum rusticanum refert lib. 2. de re rusti. cap. 11. *Fauonium operiri, lenti est agricolæ.* Hoc pulcrè explicat loco isto Olympiodorus. Vulgò dicitur; *Qui metuunt virgulta, nunquam se in syluam penetrent.* Facit hoc ad œconomiam, & ciuilem ac militarem scientiam. Prudenter, alias non admodum prudens, magnus Rex Xerxes apud Herodotum lib. 7. *Non omnia reformides, nec singula peraquè consideres. Nam si velis in rerum consultatione, omnia perinde considerare: nunquam aliquid efficias.*] Procrastinatoribus istis,

Sensus adagij.

D. Greg. Neoc. Isychius Columella. Vetus dictum de lento agricola. Olymp.

Xerxis prudens dictum, quanuis non minimùm prudētis

CCC-XXXIV. Procraſtinatio damnoſa.

iſtis, & nimiùm in reſoluendo lentis, qui ſemper cum Thalete dicunt, ὥρα πρὸς; *nondum eſt tempus*: tandem elapsâ omni commoditate, accidit, vt ſerò cùm dolore cogantur dicere ἤδη πρὸς, *non amplius eſt tempeſtiuum*. Hiſpani aiunt;

Quien tiempo tiene
y tiempo pierde:
tiempo le viene,
que ſe arrepiente.

Fronte capillata, poſt eſt occaſio calua.

Cùm à ſuperioribus hæc dependeant, quibus nos Sapiens adhortabatur ad eleemoſynæ largitionem, quam ſeminandi voce atque parabolâ ſolet ſacra Scriptura indicare, vt pſ. 111.9. *diſperſit* (vt ſemen) *& dedit pauperibus.* 2. Cor. 9. 6. *Qui parcè ſeminat, parcè & metet: & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet.* item Gala. 6. v. 8. & 9. hinc facilè patet, hoc adagio hortari ad liberalitatem, & perſtringi ſordidos, quibus ſemper aliquid prętexitur, ne dent eleemoſynam. hæc autem duo eſſe ſolent præcipua, metus ne ipſi indigeant, quod refutatum ſup. v. 2. & curioſa inquiſitio, ſitne dignus, petens cui conferatur, nec ne; an venturum tempus magis opportunum. nam ſic dum iſta deliberas, perdis ſationis tempus, nec in alterâ vitâ inuenies quod metas. Sic D. Hierony. & Olympiod. & Albin. & Clarius, & Liran.

Senſus adagij.

D. Hier. & alij.

Adagij extenſio.

Poſſunt iſta extẽdi ad ſpiritualem eleemoſynam, prædicandi & docendi: contra eos, qui metuunt non habere frequens auditorium, vel applauſum popularem, vel etiam timent diabolum, aut eius membra, ne quam mali calumniam aut perſecutionem excitent. ſic D. Hieronymus & B. Salonius, & Albinus.

B. Salon. Albin.

Immo & ad omnia bona opera, iuxta D. Greg. Magnum lib. 27. Moral. cap. 5. ſic ſcribentem: *Per nubes* mobilitas humanæ mentis exprimitur, ſicut Salomon ait; *Qui ventum obſeruat, non ſeminat. & qui conſiderat nubes, nunquam metit. Ventum* proculdubiò, immundum ſpiritum; *nubes* verò, ſubiectos ei homines appellat; quos toties huc illúcque impellit & reuocat, quoties tentationes eius in eorum cordibus ſuggeſtionum flatibus alternat. *Qui igitur ventum obſeruat, non ſeminat:* quia qui tentationes futuras metuit, cor ad bona opera non proponit. *Et qui conſiderat nubes, non metit:* quia is, qui ante humanæ mutabilitatis terrorem trepidat, mercedis æternæ retributione *ſe priuat.*] placuit etiam Salonio, & Carthuſiano.

D. Greg.

Salonius Carthuſ. Gloſſæ.

Vtraque gloſſa has duas ſententias in vnam commiſcet.

Arboreus ad profeſſores humaniorum litterarum detorquet, ſed inuitâ Minerua: nam ratio quam addit, de auditorum frequentiâ, omnium ſcientiarum profeſſioni communis eſt.

Arbor.

Meliùs Titelmannus & Ferus, moneri nos ne quolibet impedimento facilè dimoueamur à bene inchoatis, aut ne bene inchoemus, ſed vt oblatâ opportunitate, ſine omni dilatione aut excuſatione bonum operemur.

Titelmannus. Ferus.

EX EODEM CAP. VERS. VI.

Mane ſemina ſemen tuum: & veſperi ne ceſſet manus tua.

ADAG. CCC-XXXV. Mane ſemina ſemen tuũ: & veſperi ne ceſſet manus tua.

NVlla neceſſaria hîc conciliatio cum LXX. vel Hebræo textu. probè conueniunt. perſiſtit in metaphorica locutione de agricolâ.

Chaldæi ambo.

Nimis carnales hîc sunt Chaldæi ambo: qui ad liberorum sationem retulerunt, de qua nullum antè verbum factum, nec subsequitur vlla mentio. Melius in Bereschith Rabba cap. 25. R. Akiba, [*Si fuerint* tibi discipuli in adolescentiâ tua, instrue quoque discipulos in senectute tuâ: nescis enim quos illorum asscribet tibi Deus, vel vtrùm omnes erunt simul *boni*.] refert Galatinus lib. 5. cap. 13. sed est mystica interpretatio de eleemosynâ spirituali, quâ etiam nostrum multi tradiderunt, de continuâ professione vel prædicatione capientes, vt Hugo Carensis.

Galatin. Mystica interpretatio.

Duo sationis tempora.

Rusticis, maximè Iudææ incolis, duo in anno sationis tempora fuerunt, vt & nobis hodie; vnum seminis præcocis, πρώϊμος; alterum, serioris, ὀψίμος, Symmacho. Sacra Scriptura vocat *matutinum*, & *serotinum*. & quia diei duæ partes manè ac vesperi, anni vero mane est illa prima satio, vesper ista postrema; sicut & vitæ nostræ termini iuuentus ac senectus: ideo omne vitæ tempus hac metaphorâ comprehensum intelligimus. Et perinde esse quod dicitur, ac si moneremur, & statim incipere, & nunquam desinere ab opere bono. nam licèt proximè intelligamus de eleemosynâ seu beneficentiâ cum D. Hieronymo, Albino Caietan. Liran.

Sensus adagij.

Hieron. & alij.

Tamen cum iisdem, Hieronymo, Albino, Olympiodoro, Interlineali, Titelmanno & Fero, ad omne opus bonum siue corporalis, siue spiritualis beneficentiæ, decet extendere sententiam: & intra duos terminos inclusum totum vitæ tempus intelligere. B. Salonij verba sunt. [*Docere* vt nullo tempore, nulla ætate à bonis operibus cessemus: & nostram matutinam iustitiam vesper inueniat, & vespertinam materiam iterum Sol ortus accumulet. In adolescentia pariter & senectute virtutum copia nos semper Deo commendet, semper in bonis operibus *exerceamur*.] Quare non placent quidam Nouatores, qui separant ista duo. Subsequens tamen ratio diligenter consideranda, vtroque tempore serendum: quia nescimus vtra satio meliùs prouentura; & an ambæ simul vni messi bonæ correspondebunt. Hoc est, quia nos latet, prioráne an posteriora opera bona, magis Deo placitura; & an ambo simul ad gratiam Dei promerendam necessária, siue an ambo simul Deo placitura & neutrũ seorsim. sic Caietan. & Arboreus. Nam *oriri* hîc est fœliciter prouenire, ἀνατέλλει, *proficiet*, Aquila. Vel sanè secundùm LXX. aut si vtraque satio fœliciter dirigatur seu ad frugem bonam perueniat, multo id melius tibi futurum. καὶ τὰ δύο ὁμοῦ τὰ ἀγαθά. *aut si duo inidipsum*, (hoc est, simul) *bona*. Hebr. est, ואם-שניהם כאחד טובים *Veim schenehem keechad touim. & ambo ipsa sicut vnum, bona.* id est meliora vno solo. quia certius & securius hoc lucrum. Ouidius;

Nouatorum sententia.

Ouidius.

Nec satis est liquidis vnicus hamus aquis.

Plautus, in Bacchidibus;

Plautus.

Cogitato, mus pusillus quàm sit sapiens bestia,
Ætatem qui vni cubili nunquam commisit suam.
Quia si vnum ostium obsideatur, aliud perfugium gerit.

& Terentius alicubi, (Commodius esse duplice spe vtier.) his adde quæ dicta adagio, *Ne soli*. §. 298.

Terent. Duplici spe vti.

EX CAP. XI. VER. I.

Tempus afflictionis.

ADAG. CCC-XXXVI. Tempus afflictionis seu dies mali.

IEmei harrahhah יְמֵי הָרָעָה *Dies mali*, & sic nonnulli libri Latini hoc loco continent. vetus versio; *dies malitiæ*, vt LXX. αἱ ἡμέραι τῆς κακίας. & eodem sensu Symmachus, τῆς ἡμέρας τῆς κακώσεώς σου, vt noster: nisi quòd censeam articulos ambos esse emphaticos: *illi dies illius afflictionis*, hoc est, vt exponit Campens. *pleni malis*; nempe qui sunt Ilias, thesaurus & panegyris & mare malorum (vt quatuor Græcorum adagia misceam) in quibus tristia tristibus semper miscentur, & vt concatenati labores, molestiæ molestias excipiunt: & vt ait Æschylus in Supplicib.

Ilias, thesaurus, panegyris, mare malorũ, 4 proverbia.

κακῶν δ' πλήθει σταμὸς ὡς ἐπέρχεται,
ἀθῆς δ' ἄλυσον πέλαγος, ἢ μάλ' ἄπορον,

seu, vt ait interpres,

Agmen malorum fluminis ritu irruit,
Veluti pelagus altum, vt à fundo vacet,
Nec sine periculo navigetur maximo:

immo potiùs vt in Hippolyto coronato dixit Euripides,

Euripid.

τοσοῦτον ὥστε μὴ ποτ' ἐκνεῦσαι πάλιν.

Vnde meditandi nulla spes affulgeat. nam hîc quidem *mors* portus est, & *liberari ab ipsa*, vitâ absolui. Vnde receptæ locutiones vt *ætas bona*, dicatur adolescentia, senectus verò *ætas mala*, & à malis senectutis, omnes molestiæ, odium, tædium, *senij* nomine comprehendantur, vt ex Latinis scriptoribus operis sui vestibulo docet Nonius Marcellus. vnum illud Plauti sit pro omnibus; è Menæchmis;

Aetas bona. Aetas mala.

Nonius Marcellus. Plautus.

Pernicias deserit, consitus sum
Senectute, amictum gero corpus, vires
Reliquere, vt ætas, mala merx est ergo.
Nam res plurimas cùm aduenit, adfert:
Quas si autumem omnes, nimis longus fermo sit.

autumare conati complures, qui senij miserias scriptis prodiderunt: sed quamuis omnium Gentilium, poëtarũ, oratorum, philosophorũ, Græcorũ, Latinorúmque docta dicta in vnum congeras; nihil par dabis, aut quod nõ multo sit inferius descriptioni symbolicæ Regis sapientissimi. Nam hanc esse, vt communiorem, docet Lorinus; sic & germaniorem loci huius expositionem: id patet ex sequentibus; *quoniam ibit homo in domum æternitatis suæ*; & posteà; *reuertetur pulvis in terram suam, vnde erat; & spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum.* v. 7. & quia ipse D. Hieronymus, cùm nequeat omnia de die iudicij exponere, de die mortis vel externâ senectute exponit.

D. Hier.

Fuisset in his Symbolicis, quorum multa saliuæ sunt adagialis, multa adferendi, non inerudita, occasio. præoccupata sunt à Lorino nostro, cuius scrinia non compilabo, sed dumtaxat leui brachio defungar, & addam derelicta. describit itaque hominem decrepitum, capularem silicernũ, notis, vt vult Caietanus, sedecim, illum vide. difficiliora exequar ex Leuino Lemnio, Augusto Thuano, Io. Camp. Ioan. Fero, & aliis paucis; quos non citat Lorinus. & suis quæque locis reponam, præter Thuani versus, qui discerpti, multum amitte-

Lorinus. Caietan. Augustus Thuanus & alij.

rent gratiæ. Sic ergo canit in suâ Metaphrasi Ecclesiastæ;

Mente Deum memori supplex venerare parentem,
Dum licet, & turgent vernanti sanguine venæ:
Dum nondum aduersis vrgens angustia rebus
Instat, & annosi reuolutis orbibus ævi
Tempora decrepitam nondum adduxere senectam,
Quæ nequeas vllo decerpere gaudia sensu.
Antè oculis senio quàm caligantibus, igne
Deficere extincto Sol aureus, astra latere,
Lunáque per claram videatur hebescere noctem.
Ante oculis piceo quàm restagnantibus imbre
In nebulam sese concretus colligat humor;
Custodésque domus, veluti circum ilia costa
Luxata molis tremulæ compage, dehiscant;
Cruráque deficiant: rarique per ora molares
Iam quassata tremant; clausíq́, hebetata fenestris
Lumina detrectent acceptam reddere lucem.
Antè vel angusti obstructis quàm faucibus oris
Attritu dentis crepitum maxilla recuset
Edere; vel pœnè insomni quàm nocte peracta
Ad matutinæ, vix orto Sole, volucris
Consurgas: cùm surdas nablia ad aureis
Nequicquam argutos referent pulsata sonoreis.
Cùm loca celsa senex cerebro trepidabit adire
Perculso, metuéque via se credere longæ:
Cùm, sub vere nouo ceu floret amygdalus alba
Conspicienda coma, sic toto vertice canos
Induet; atque leuis locusta ferre nequibit
Pondus, vt infirmis humeris ac viribus impar:
Sumendique cibi, potúsque amittet orexim
Paullatim, quippe illi æternum habitanda locatur
Iam domus, & tristi totam bacchata per vrbem
Prafica, multa gemens impleuit compita cantu.
Antè etiam exhausta quàm se vertebra medulla
Contrahat; incuruo qua tanquam argentea dorso
Porrigitur, costáque secat lumbósque catena.
Quæque tegit summas, velut aurea capsula, partes
Corrupto dispulsa crepet membrana cerebro.
Sic memor vsque Dei per florem puberis ævi
Dum licet, ante tibi quàm margine fontis in ipsa
Hydria frangatur, fractóque volubilis axe
Optatos putealis aqua rota desit ad haustus:
Puluis & in terram soluatur vt ante, &c.

Nunc singula percurramus:

VERS. II.

Antequam tenebrescant Sol & Lumen, & Luna & Stellæ.

Sensus: antequã obtenebrescant Lumen Solis, Lunæ & stellarũ. accipio de influxu & motu cœlorum atque

CCC. atque ſiderum; quæ medio lumine & circumlatione ſua, tam varios in hiſce ſublunaribus creaturis effectus cient, quàm experimur. Et alludit ad duplicem mundum; quæ in ſenio maioris contingent, ea metaphoricè accommodans decrepitæ minoris mundi ætati. Vtitur *obtenebreſcendi* vocabulo, vt intelligamus, quæ priùs lætitiam & ſanitatem homini influebant; ea poſtmodum morbos & afflictiones, & mœrores influxu ſuo allatura, non ipſarum vitio aut defectu; ſed imbecillitate, atque impotentiâ ſuſcipientis, quæ, vt par erat, humores illos nequit deficiente calore conſumere. & ideo ſubdit de nubibus poſt pluuiam. Miſcui varias expoſitiones, vt puto non incommodè: quia puto primo loco generalem proponi cauſam, à quâ deinceps cetera illa mala propagentur. Nam non eſſe continuationem ſeriei in hoc eruditiſſimo doctiſſimi ſapientis diſcurſu, nullus mihi perſuadebit. Cæterùm inter Hebræorum expoſitiones præcellit hoc verſiculo illa Chaldæi, quam Montanus edidit, à quâ non diſſentit Thargũ Coſti: accedit ad eã R. Salomon, etiam hæc ad faciem hominis referens, quæ cùm in iuuentute nitida ſit, in ſenectute obnubilatur rugoſitate: *ſolem* eſſe ſplendorem faciei; *luce* narem ſignificari; *lunâ* animam ſeu halitum; *ſtellis* maxillas quas Syri *malogranata* faciei appellent. Sed in his vltimis Iarrius nugatur; magis etiam illo Abraham Ezræ filius, qui lucem crepuſculi intelligit, cum ſol non eſt in noſtro hemiſphærio, mane paullo ante quàm oriatur, & veſperi paulloante quàm occidat, horâ (ſic ait) & horæ triente, horas æquales ſumendo. ſolitũ facit, ineptit quoties vult aſtrologari. Ioann. Ferus, *Antequam lucem huius mundi relinquere cogaris.* Vel, *antequam infortunia turmatim adueniant. Lux enim felicitatem, tenebræ afflictionem, vel infortunium ſignificant, vt pſal. 111. exorum eſt in tenebris lumen,* &c. Leuinus Lemnius lib. de herbis biblicis cap. 47. & Valeſius lib. de ſacra phil. c. 66. hunc locum explicat totum de oculis, qui ſenio confectis cæcutiunt, caligine & lippitudine vitiantur, ita vt vix ſolem, lunam, & ſidera queant conſpicere.] Mihi non placet hæc expoſitio, quia de oculis ſeorſum dicetur poſtea.

Eccleſ. XII. XII. XXX. VI. Ioann. Ferus. Leuinus. Lemnius.

Variæ expoſitiones.

Hebræorum expoſitiones.

Iarrius. Abrahã Ezræ Filius.

Et antequam reuertantur nubes poſt pluuiam.

Campenſis, *Caligo obtegat oculos tuos:*] ſcilicet quia nequeunt influxus illos corrigere, aut decoquere humores, cibos potúmque; neceſſe eſt ingenerari vapores crudos, qui à ventre, ſtomacho, totóque corpore, caput perentes, perpetuas quaſi coryzas, & alios catharros procreant. Iuuenibus catharri facilè ſanantur, materiâ deficiente; & prævaleſcente, qui eas abſumit, calore, & ſic ſerenitas illis redire ſolet: in ſenibus calor iſte languet hebétque; & ideo nequit ſuccedentes ſibi inuicem vapores abſumere, ita ſemper pluuium illis caput, & nunquam ſerenum. Continuo hoc depluuio, ſoluitur paulatim contextus & robur totius compagis corporeæ, & ex vliginoſo ſolo fruticant lethalia venena ſubſequentia. Mutuatus hîc quædam ſum à Caietano, & Valeſio; ſed reddo illis ſortem cum fœnore.

Ferus; [*In iuuentute* eſt quædam viciſſitudo gaudij, & redit poſt tempeſtatem ſerenitas, poſt tribu-

lationem lætitia. Senibus autem etiã post pluuiã redeunt nubes, hoc est, ablato vno malo, adest aliud, & est perpetua quædam tribulatio. Senium rarò serenum est, & pluuiarum *expers*.] bona haut dubiè tropologia. Sequitur

VERS. III.

Quando commouebuntur custodes domus.

Cõmoueri, pro contremiscere. Custodes hic qui vocẽtur. Vim robusti qui hic.

Commoueri hic est contremiscere iuxta Chaldæum. Nonnulli Hebræi putant, *custodes* vocari quatuor facultates, quibus vita cõtinetur, vim attractiuam, vim concoctiuam, vim retentiuam, & vim purgatiuam; & per *viros robustos* tres alias facultates, eã quã alimur, eam qua gignimur, eam qua imaginamur: citat Abenezra. sed ipse per *domus custodes*, mauult intelligi manus & brachia, quòd ea non solùm suo officio; vt cetera quæque membra suo, fungantur; sed insuper totum corpus, id est, reliqua membra, custodiant, & protegant, ne quid illis noceat. Hæc sententia placuit etiam Clario, Vatablo, Fero, & Saa. Sed alij Hebræi costas capiunt, quia corporis reliquam concauitatem, & ventris mollitudinẽ protegunt ac seruant, & ipsa vallant intestina. De costis Hieronymus, Albinus, Lemnius & alij. Mihi videtur domus materialis vti similitudine, vel arcis potiùs bellicæ, cui & vigiles sint, & custodes, & firma fundamenta. Hæc igitur contra externos hostes, custoditur foris, aut in turri locatis vigilibus, ac propugnatoribus: sustinetur verò à fundamentis imis. Illi defendunt ne irruant extrinsecus aut irrumpant hostes. hæc etiam, cùm irruperint, sustinent molem ædificij ne concutiatur vel corruat. Sic corpori nostro, quod animæ domus est, sunt vigiles & custodes seu propugnatores quodammodo extrinseci, nempe caput vt specula, manus & brachia vt milites, costæ & ilia vt mœnia & munitiones: itaque *custodum* nomine hæc omnia quasi foris exstantia & prodeuntia extra domum, bustũ videlicet corporis, intelligo, & interpretationes aliquot coniungo. Adhuc enim generalia quædam proponit incommoda, descensurus mox ad magis peculiaria, quis autem nescit, senibus propter caloris naturalis debilitatem, & cibos incoctos, & exhaustos spiritus animales, & cerebrum refrigeratum, & secundùm propriam substantiam desiccatum, multis verò crudis humoribus grauatum, exiguam vim in neruos motiuos influere; & ideo frequenter caput, & brachia & corporis compagem totam contremiscere, à frigore interno, vt in febri querquera? Hoc ergo dicit, &, si lubet, en tibi Tropologiam Abbatis Galfridi, qui quæ litterali sensu de corpore dicta, trãsfert ad partem meliorem, vitio & desidiã senescentem, cuius custodes commouentur, quando non sicut solebant, indigna quæque arcent ab ingressu. [*Ad* hoc enim fuerãt constituti, vt mens considerãs considerantem se Deũ, timeat incongrua cogitare, & gehennã timens, timeat prauis affectionibus locum dare, & æterna cælúmque desiderans, timeat aliquid indignum recipere in intentione. Habet enim *domus* nostra, quæ est mens nostra, *vestibulum* cogitationis, *palatium* affectionis, *thalamum* intentionis: & ad singula opus est custodibus & ostiariis. Obseruet igitur fores *vestibuli*, intuitus & reuerentia inspectoris occulti, ianuam

Clarius. & alij.

Hieron. & alij Autoris sẽtentia.

Tropologia Galfridi.

ianuam *palatij*, timor inferni; ostium *thalami* desiderium *regni*.] sequitur

Et nutabunt viri fortissimi.

Campens. *membra quibus nunc valemus, viribus destituta fuerint*] porro *nutabunt* vera lectio: quidam libri *nutabuntur*; hinc alij prauiter, *mutabuntur*. Tremorem sequitur nutatio, hunc ruina. Custodes trepidant, fundamenta nutant, & nutando incuruantur, vt L x x. & sic errant à perpendiculo, vt vertit Aquila, & tãdem pereunt, vt & Symmach. vertit. Quidam pèr *custodes domus* poplites, per *viros fortiss.* intelligũt lacertos, cum Thargumæis: præstat per *viros* hosce fortitudinis (sic est Hebr.) intelligere tibias ac crura; nam hæc in senibus cùm incedunt, nutant & velut distorquentur, quia firmiter & rectè nequeunt gradiri; hoc significat Hebræum *peruertentur*. de cruribus, & tibiis quæ sunt quasi columnæ ac bases, quibus ista corporis moles innititur, intellexere Hieronymus, Albinus, Bonauentura, Ferus; minùs aptè Lemnius *pedes*, nisi tibias & genua simul comprehendat. Tropol. Galfridus: *nutabunt à priori constantiâ. quia nemo repentè fit turpissimus. Cauenda sanè commotio & nutatio, quæ ruina quadam origo & perditionis accessio est.*] Sequitur

Custodes domus, poplites. Viri fortes, lacerti.

Hieron. & alij.

Tropologia Galfridi.

Et otiosæ erunt molentes in minuto numero.

Athanas. Mystica expositio.

Athanasius in synopsi mystice & aliter explicat, quàm alij Patres; dicit enim, *Prophetas Euangelistas & doctores in hoc mundo esse tanquã* molentes *vnicuique alimoniam, per doctrinam, videlicet pietatis scientiam: molentes tandem in consummatione sæculi otiabuntur. Tum enim non docebunt amplius instar molentium, sed quisque secundùm acta iudicabitur.*

Ἐν ᾗ καὶ οἱ προφῆται καὶ οἱ ἀγγελικαὶ καὶ οἱ διδάσκαλοι εἰσὶν, ὥσπερ ἀληθοῦσες ἑκάστῳ προφῶ διὰ τῆς διδασκαλίας, τῷ εἰς εὐσέβειαν γνῶσιν. διτινες ἀληθοντες, ἀρξωνται λοιπὸν ἐν τῇ συντελείᾳ. οὐκ ἐτι γὰρ ὡς ἀληθοντες διδάξουσιν αὐτοὶ, ἀλλ' ἐκ τῶν πράξεων ἑκάστου ἡ κρίσις γίνεται.

Litterali sensu non dubitandum significari dentes maximè molares; qui in senio propter radicis siccitatem aut excidunt, aut atteruntur: ita vt vel aliquando nulli, aliquando pauciores fiant, & hi ipsi infirmi, debiles, putrescentes & maxillis siccioribus egrè inhærentes, alueolis iam dilatatis; & ideo tardiùs ac minùs solito molunt, & sic diminuunt demensum molitrinæ suæ, vt Hebræi transitiuè exponunt משׁן *mihhitu, diminuerunt*, L x x. ὠλιγώθησαν, vt noster. Meliùs proculdubio. De dentibus etiam capiunt Hieronym. Chald. Albin. Ferus, Lemnius. Litteralissẽsus. Hieron. & alij.

Galfridus suam Tropologiam prosequitur his verbis; [*Molentes*, id est cogitationes timoris & spei: quibus tanquam animæ dentibus debet cibus comminoli, vt vtiliter possit in conscientiæ stomacho digeri. Vbi altera mola subtrahitur, altera, frustrà relinquitur: vnde etiam prohibet lex, ne qua illarum pro pignore auferatur. Prodessent enim huiusmodi cogitationes, si plures essent: sed quia raræ, ideo etiam otiosæ. Contingit autem hoc iis, qui non meminerunt creatoris, vt ex aliquâ occasione interdum quidem, sed inefficaciter cogitent, quæ priùs solebant cogitare vtiliter dum *frequenter*.] sequitur

Et

Et tenebreſcent videntes per foramina.

Agitur de auribus, & ore, ideo nihil neceſſe eſt *videntes* capere pro *ſentientes*, & ad omnem ſenſum iſta
Caiet. porrigere, cum Caietano. Propriè ſermo eſt de oculis. Hebr. ארבות dictum ab inſidiando; certè oculi per orbiculatos ſuos cancellos, vt per foramina, & aliis inſidiantur, & ſibi poſitas inſidias ſpeculantur. Potes foramina, potes feneſtras interpretari, vt & Græcum ὀπαὶ. Per hæc foramina vi ab optico neruo acceptâ oculi proſpiciunt; qui in ſenibus obſcurãtur, & hebetantur.
Leuinus Lemn. Leuinus Lemnius illo ca. 47. [*Tunc viſus* imminuitur, atque oculi, qui velut ex cauernulis, atque animi feneſtris proſpectant, deficiunt & obſcurantur: aut conniuentibus atque collapſis palpebris, earúmque muſculis, minutim ac velut per nebulam vident, qui vix in platea
Fr. Valeſius. obuium *diſcernunt*.] Fran. Valeſius d. cap. 66. [*Cauſa eſt* debilitas facultatis eius quæ in cerebro reſidet, & in vtramque partem per neruos mittitur; & inſtrumentorum ineptitudo. Nimirum ſiccitate, & excrementorum congeſtione craſſeſcunt ſenibus ſucci oculorum, & membranæ anteriores dureſcunt, & corrugantur. Vnde (accedente præcipuè ſpirituum inopiâ) fulgor amittitur. Nonnullis etiam obturantur nerui *optici*.] Porro ſcienter & ſcitè his damnis oculorum, aurium, ſtomachi, vocíſque, præmiſit dentium iacturam, velut cauſam horum effectuum. Nam vbi pauci
Dentium iactura quàm noxia. dentes, & ij debiles, malè cibus maſticatur, & quaſi crudus in ſtomachum dimittitur: hinc crudorum multitudo humorum omnia corporis membra & ſenſuum organa malè afficient. Conſiderat eumdem in animâ morbum Galfridus; *videntes per foramina* eſſe, qui nunc neglectis propriis aliena curioſè ſcrutantur: aut qui priùs ſubtiliter ſpiritualia intuebantur, nunc affectionibus languentibus, etiam cogitationibus obtenebrari, & obtuſiùs *contemplari*.] Sequitur Galfrid.

VERS. IV.

Et claudent oſtia in platea.

Quàm hæc variè explicentur, petes à Lorino. Non placet ad o- Lorinus.
ſtia domus atque plateas vrbis referre, cum Chaldæis & Kimchi: nam à domo tantùm petitur ſimilitudo, agitur verò de metaphoricâ corporis humani domo: ideo præſtat ad corpus, cum Auenezrâ & aliis referre. Communior ſententia Labia oſtiadicta.
eſt, per *oſtia* ſignificari labia, quæ certè rariùs & lentiùs ſenes aperiũt; quia (inquiunt) rariùs & lentiùs comedunt. Alij iungunt cum ſequenti, ſed non bene referunt ad ipſam dumtaxat locutionẽ. Potiùs Auctoris ſententia.
arbitror iſta duo diuidenda: vt prior locus pertineat ad ciborum viam (quod vidit Campẽſis) poſterior ad reſpirationis. Arbitror enim verba Salomonis de ore & de gulâ ſeu œſophago, & de arteriâ ſimul debere intelligi; inter quæ ſpacium intermedium videtur quædam platea, quæ hinc & inde ſuas fores habet: nempe exteriùs ipſa labia, inter ἐπιγλωττίδα, laryngis mea tui ſuperpoſitam, aſperæ arteriæ operculum, vt vocat Cicero; & Cicero.
ex Hippocrate Macrobius lib. 7. Macrob.
Saturnal. cap. 15. dicit quaſi clauſtrum mutuum vtriuſque fiſtulæ, ciborum videlicet & ſpirituum: nam vtrique operculum eſt.

Totum

CCCXXXVI. Platea oris. Plinius.

Totum ergo illud ſpacium vocatur platea: & omnia hæc oſtia in ſenibus clauduntur, vt ſtatim oſtendã, ſi priùs aſcripſero verba Plinij multum lucis his oſtiis infundentia: ſunt lib. 11. Nat. hiſt. c. 37. in medio, iuxta veterem lectionem: [*Opercula* eius (*ſcilicet epiglottidis*) gemina, duabus interpoſita fiſtulis. Exterior earum appellatur *arteria*, ſpiritu ac voce illa meante ad pulmonem, atque cor pertinens (for. pertingens.) Hanc operit epulando, ne, ſpiritu & voce illac meante, ſi potus cibúſve in alienum deerrauerit tramitem, torqueat. Altera interior, appelletur ſanè *gula*, quà cibus atque potus deuolant. tendit hæc ad ſtomachum, is ad ventrem: hanc per vices operit, cùm ſpiritus tantùm aut vox commeat, ne reſtagnatio intempeſtiua alui *obſtrepat.*] pro duobus ergo oſtiis, hæc vna eſt melior lingua. Vtræque fores in ſenibus clauſæ dicuntur, quia rariùs & ſegniùs aperiuntur, reſpectu œſophagi, quia vix ſenes poteſt cibum capere, defectu orexis & appetitus, qui languet in illo ætatis veterno; & debilitatione organorum, quibus ventriculo cibus præparatur, & ingeritur; & frigore ipſius ventriculi malè concoquentis: reſpectu verò arteriæ, quia ſegnius eſt piſtrinum in molendo. id ſignificat dicens;

Epiglottidis operculã.

In humilitate vocis molentis,

hoc eſt, iu demiſſo & exili molæ ſonitu. q.d. clauſa erunt oſtia plateę, & exiguum mola ſonitũ dabit. Mola hæc eſt ipſe ſenex comedendo cibum molens. Sicut enim mola in piſtrino ſonitum edit vehementiorem, quando & inſtrumenta ſunt aptiora, & venti, aut aquæ, aut brachiorum impellentium vis validior, & ideo benè molit; quando hæc deficiunt, & ægrè molit, mala ſtrepitum edit exiliorem: ita iuuenum benè & auidè comedẽtiũ vox validior; ſenum verò vix valentium comedere vox imbecillior eſt, ſpirituum & arteriæ imbecillitate. Hanc verã loci explicationẽ puto, quam alij inſinuarunt magis, quàm expreſſerunt: quoad priùs quidem membrũ. Nam de poſteriore multi conueniunt. Ioan. Ferus, *Ora ſenum*, quæ panis molẽdina ſunt, non multum edunt ſtrepitum: Non poſſunt clamare nec loqui: immo vix trahunt *ſpiritum.*] Leuinus Lẽnius; [*Tunc fauces* ægrè cibũ deglutiunt, occulto ob ſiccitatem gulæ meatu, ac tramite, per quem alimenta in ſtomachum deferantur, dentibus etiam inualidis, infirmis, exeſis, qui cibo elaborando atterendóque non gnauiter *inſiſtunt.*] omiſit mẽbrum poſterius, omnia referens ad alteram fiſtulam qua cibi commeant: cõtrà de ſolâ vocis tenuitate accepit Valeſius, cuius cauſam ducit tũ ex debilitate facultatis quę thoracẽ mouet, quæ expirationem ſufficientem ſenibus denegat; tum ex dentium paucitate; quia ſpiritus plectro dentium non repercuſſus effluit, & ideo minùs ſonat cui malo vt ſuccurrant, comprimunt introrſum labia, q. vacua dentium loca ſic obturaturi. Sed & Caietanus cuncta detorſit ad ſpirituum receptaculum, & inde naſcentem vocis exilitatem: cenſet enim oſtia pectoris deſignari; & pectus plateam vocari, vnde & Plato, inquit, à latitudine pectoris nũcupatus eſt Plato. feſtiua alluſio vocis Græcæ à Latinâ, Platonis à platea: (ſed Græcè hîc ἐν ἀγορᾷ) & pectus pro plateam intelligendum, quia Plato à lath pectore nomen mutuatus. Quid? quòd ipſe Plato, teſte Timotheo in lib. de vitis, ἰχνύ

Vera loci explicatio.

Io. Ferus.

Leuinus Lẽnius.

Valeſius.

Caietan.

Platonis etymon.

Plato gracili voceſus; Timoth.

Alexander. ἰχνόφων & gracili voce fuit, quantumuis lato pectore. Alexander in διαδρομαῖς, propter totius corporis egregium habitum, διὰ τὴν εὐεξίαν, Platonis nomen accepisse tradit. Platonis. Neanthes à frontis latitudine, ὅτι πλατὺς ἦν τὸ μέτωπον, lege Diogenem Laert. lib. 3. Neanthes. Frontis in Platone latitudo. Diogen. Laert.

Nó placet admodũ hoc loco Galfridi sensus mysticus: [*Claudent ostia in plateis*, vbi nihil occultum. Latere enim cupient, & inaniter sperabũt in euidenti, in publico vbi omnes facilè deprehendunt. *In humilitate vocis molentis*, ideſt, in malo studio aliena bona conterentis, & *comminuentis*.] sequitur, Galfridi. sensus mysticus.

Et consurgent ad vocem volucris.

Hanc inediam cõsequũtur insomnia, vt vel nequeant somnum capere, vel eum breuem ac leuem capiant senes; adeò non profundum, vt vel passerculi vel alterius auiculæ voce excitẽtur. Si indicaret causam esse vrinæ importunam egerẽdæ necessitatem, cur addit *ad vocem volucris?* Si de galligallinacei cantu loquitur, qui etiã iuniores solet excitare, cur LXX. τῇ φρυδίᾳ, & Hebręi צפור *tsippor* dixissent, quæ voces vel *passerculos* nostros, vel alias etiam auiculas (vt Campensis & alij significant. Ferus; [*Non solum* grauiter loquuntur, sed etiam ægrè dormiunt. quia ex siccatis humoribus, id quod fit in senibus, deest radix & causa somni. Somnus enim habet suum pabulũ ex humoribus. Senex igitur facilè *excitatur*.] Intellige de humoribus cibi ac potus sufficiẽtis & benè cõcocti. nã crudi & indigesti, quibus senes abũdant, somno non conducunt. obruũt, nõ recreant. Leuinus Lẽnius; [*Tunc* somnus tenuis est & exilis ob cerebri siccitatẽ: vt senex ad auiculæ sonitum *expergiscatur*.] Valesius etiã admittit hanc cerebri siccitatem, sed adiungit etiam dolores vrinæ, distillationũ, & aliarum corporis senilis affectionum, quæ posterior ratio vera, sed non videtur ad eam Salomon his verbi attendisse. Leuinus. Lẽnius. CCCXXXVI. Valesius.

Galfridus mysticè; [*Inaniter* gloriantes in testimonio famæ, nõ propriæ conscientiæ: & miseri, qui non cogitant quã volucris & volatilis sit; *consurgent*, inquã, ideſt eleuabuntur, *ab humilitate*, scilicet quã antea simulabant. Qui enim occultè detrahũt, vt opportunitatẽ sibi inuenisse, & priùs demissũ continuò leuant caput. *Vox* est *volucris*, blanda videntur, exultant; exaltare vocem, sed nequã adulatio quædam trãsitoria prosperitatis & fallacia diuitiarum, de quibus sapiens ait; *Quia facient sibi pennas & auolabunt*. Quia verò ad *vocem huius volucris consurgunt*, ad carmen cœleste infeliciter *obsurdescunt*.] nam sequitur; Galfridi. mysticus sensus.

Et obdurescent omnes filiæ carminis.

Non potest melior adferri commentarius verbis D. Hieronymi: *obmutescere*, siue vt meliùs habet in Hebræo, *surdescere filias carminis*, aures significat: quòd grauior senum auditus fiat, & nulla inter voces sci re valeant discrimina, nec carminibus delectari: quod quidem & Berzellai loquitur ad Dauid nolens transire *Iordanem*.] Assentior D. Hieronymo. Campẽsis obscurè; *perierint omnia organa cantus*. nec placent hîc dissidia recutitorũ, vt Chaldæorũ, qui *labia* exponit: de illis iam satis actũ cùm de voce, vt Abenezra, qui *guttur*. nam de illo actum; guttur potiùs est mater cantilenæ, vt Kimchi, qui in lib. radicũ sumit de arteriâ vocali; (sed obstant eadem) hîc verò organa musica; sed Mercerus vrus D. Hier. Aures filiæ carminis dictæ. 2. Reg. 19. c. Autoris sẽtentia. Guttur mater cãtilenæ. Mercerus.

CCC. XXX. VI.

vnus Nouatorũ vult omnia intelligi quæ concentui & muſicæ deſeruiunt, ſiue ſint vocis ſiue inſtrumentorum. Verùm cùm reliqua omnia de membris vel partibus corporis ſint, cur vnũ iſtud eximamus; Nam Hebraiſmus *filiæ carminis*, non minùs aptè quadrat auribus; vide Lorinum. Lorinus. Non obſtat vetus verſio, quæ habebat *obmuteſcent.* accipiendum enim eodem ſenſu; qui ſurdi naturâ, vt plurimùm muti: & ideo non ineptâ tranſlatione dicitur *obmuteſcere auris*, ad ſonos quos æquè percipit ac ſi non ederentur. Non obſtat quod LXX. vertunt ταπεινωθήσονται, *humiliabũtur*; quia ſurdis auribus etiam altiſſimi concentus depreſſa & inconcinna alloquia videntur. Non obſtat denique Hebræum ישחו *iiſchachu*, *deprimentur.* nam ſicut manu depreſſa impeditur audire, ſic ſenum aures degrauãtur (videre eſt in canibus & aſellis) & ſimul obſurdeſcunt. vt dici poſſit à noſtro cauſam effectu explicatam fuiſſe. Aquila vtrumque cõplexus, vt indicaret ſenes nec percipere cãtũ, nec ipſos canere: quod poſterius Io. Ferus. anteà ſatis indicatum. Ioann. Ferus; [*Aures* dicuntur filię carminis, quia verſantur in carminibus, & audiũt canticum. In ſenectute autem flacceſcunt & obſurdeſcũt. Id quod ingens malum eſt, non poſſe amplius audire *verbũ Dei*, &c. hoc vltimum Leuinus Lemnius eſt myſticum. Leuinus Lemnius nó benè reſtrinxit ad ipſum cantum decrepitorum; *Tunc* offuſcatur vox, & ſtridet ariditate exaſperante vocalem arteriam, prorsúſque ad cantillandum eſt *inidonea.*] quod non conuenit noſtræ verſioni. Eadem Surditatis cauſæ. cauſa eſt ſurditatis aurium quæ oculorum hebetudinis, ſpirituum inopiâ, congeries excrementorum, humorũ craſſorum redundantia; & Valeſius. præterea (iuxta Valeſium) quia ſic contabeſcit internus & congenitus aër, addo quia tympanum ipſum induratur.

Adiiciamus aliquid Pſychiatriæ ex Galfrido, *Obſurdeſcent ſicut aſpides* (inquit) quæ alteram aurem infigunt terræ, alteram obturant caudâ: dum hinc quidem obediunt carni, inde verò peccant in ſpe, & ſibi tamen de confeſſione vltimâ blandiuntur. *Filiæ carminis*, id eſt, deuotæ affectiones, quæ priùs oriebantur ex carmine promiſſæ iucunditatis. Hoc carmen apud Ezechielem legitur ſcriptum, cum lamentationibus huius vitæ; quæ bonis & malis reperiuntur eſſe communes. Vnde etiam vita ipſa à fletu incipit, & cum illo væ maledictionis æternæ. Ab his quippe lamentationibus alius ad carmẽ tranſitus, alius ad væ, id eſt alius ad veram lætitiam, alius ad perpetuam *maledictionem.*] ſequitur in textu;

Galfrid.

VERS. V.

Excelſa quoque timebunt: & formidabunt in viâ.

Campenſis; *Tunc è cœlo metuens malum in ſe caſurum; & terrores eos, quacumque inierint, inuadent.*] Ego explico; Senes metuent modò alta conſcendere, propter capitis vertiginem, & poplitum imbecillitatem; ſed etiam per plana loca iter facere formidabunt, quia cuncta illis difficilia opera, periculoſa videntur; necubi cadant, aut impingant, aut aliquid ſupernè in caput decidat, aut, ne nimiùm fatigentur. Somnium eſt quod de inſomniis & imaginatione quidam Hebræi comminiſcuntur; ſenes inter ſomniandum videri ſibi in locis editis, vt montibus, vel tectis domorum, verſari; & expaueſcere

Timor ſenum.

Hebræorum nugæ de inſomniis ſenum.

ne delabantur. Delapsi etiam à vero hîc, quotquot exponunt, cùm ambulare cœperint senes, caput moueri, nutare, & quasi casum timere. Nam non benè *Excelsa* capiunt in recto; cùm sit quarti casus. Ideo etiam hic errat Ferus, exponens, *caput*, humerósque vel superiorem animæ partem; Valesius quoque *mentem* accepit. verùm melius sentit postea (idē Ferus) cùm subdit; *Senes* semper incedunt more timentium, horrēt eminētiora saxa, colliculos, omninóque lento gradu, & timidè *incedunt*.] Lemnius aliam timoris causam addit; [*Ad leuissimum* strepitum expaueſcit, totúlque meticulosus ac pauidus semper sibi aliquid imminere, ac è sublimi delapsurum metuit, sic vt non temere per compita & plateas ingrediatur, nisi subinde *respectet*.] Cur adeò meticulosi ad omnia senes, causa principalis est caloris defectus, sanguine ob spirituum penuriam frigidiore. Galfridus pergit de elatis, hoc modo; *Nec in ipsa* elatione suâ, qua renuūt humiliari sub timore Dei poterunt esse securi: quamlibet enim elongentur à viâ vitæ, non carebunt sollicitudine *& timore*.] Sequitur apud nostrum;

Feri error.

Postea ab ipso emendatus.

Lemn.

Galfrid.

Et florebit amygdalus.

Turpis Rabbinorum expositio.

Reiiciendæ sunt hîc quoque porcorum siliquę; hoc est, Rabbinorum peripsemata; de membro virili, de coxâ, de natibus decrescētibus; quæ habes apud Pagnin. in שקד *Schakad* & in נוץ *Nutz*. Nec probo Abenezram, qui שקד capit vt Toar pro facilitate custodiendi, & aduigilandi, vt vitam in hoc mortali corpore tueatur, quasi in *ianets* יאץ *florebit* א sit radicale verbi נאץ *auersatus est*; vt sit sententia, sese negliget, & custodiam sui auersabitur; non curabit sibi cauere, & tueri valetudinem, & corpusculum suum conseruare: verùm hoc foret nutz & *naets* נאץ cōfundere, quod non vitauit Caietanus, suâ illâ longè petitâ interpretatione, scilicet senem despicere cibos omnes quos oportet mandere: & ita hoc ad sensum gustus pertinere. An dentes gustus sensorium? certè non quòd mali gustus tales cibi, sed quòd dentibus officiant, minùs grati sunt senibus.

Caietan. longepetita interpretatio.

Optimus est sensus, de festinâ canitie, vt exponit Hierony. Albinus Ferus, Valesius. Lemnius, Campensis, Thuan. & alij à naturâ arboris petitum nomen, quia hæc & festina est in floritione, & fructu indicat anni sterilitatem vel feracitatem, & ideo solet esse Symbolum instantis mortis, quia senectus mortem indicat; sicut amygdalus instantem ætatem. quò alludit Ierem. 1.12. vbi Deus minatur Symbolo virgæ amygdalinæ (legi possunt, quæ quondam dixi & scripsi Floridâ Marianâ, prima de Natiuitate Deiparæ.) se supplicia populo suo acceleraturum. Sic hoc loco *florebit amygdalus*, idē est, quod senectus inopinatò obrepens, etiam priùs quàm putabatur, caput canis asperget, radix est נוץ *floruit* seu *gemmauit*, inde *nitsim* & *netsanim*, *flores*: in יאץ א est pro iod. Sic cecinit Sophocles in Electræ principio, οὐδ' ἀνανθεῖ σουσιν ὧδ' ἠδισμένον, *nec suspectum habebunt ita floribus tinctum*. Fr. Valesius vbi suprà: *causa* maciei est redundātia pituitæ in alimento proprio partium circa cutem ob debilitatem naturalis *caloris*.] Macrobius ait, canos albedinem trahere ex similitudine coloris quem habet humor ex quo gignuntur.

Autoris sententia.

Florebit amygdalus.

Fr. Valesius. Macrobius. Senes vnde albedinem trahant.

Allegoriæ de voce amygdali.

Allegorias *amygdali* multas hîc Lorinus ponit. Nam Salonius & Petrus Lōbardus; cuius verba sunt: *Amygdalus* ista Christus est. *amygdalus* enim tria habet, *corticem, testam, nucleum,*

Lorinus. Salonius P. Lombaus.

CCC. XXXVI.

nucleum:& Christus in tribus consistit substantiis. In eo quippe est *cortex* carnis, *testa* mentis, *nucleus* diuinitatis. *Cortex* amaritudinem habet; *testa* fortitudinem, *nucleus*, dulcedinem. Sed quando floruit hæc amygdalus? in resurrectione; quæ siccata & mortua visa est *in morte*.]

Galfrid. Galfridus autem; *Amygdalus* nux longa est, quæ spes æternitatis, quia nihil longius. *Florebit* in specie pietatis, nõ fructificabit in virtute, quia sola inde impinguabitur *locusta*.]&c.

Innominatus. Similia habet quidam Innominatus; *Amygdalus* est nux lóga, cuius specie simul & nomine, intelligetur spes æterna. Non enim de facili in nuce, sicut in pomo pertingitur ad saporem. Quòd si in nuce spei quædam similitudo, æternitatem innuit longitudo. Huiusmodi arbor frondet in sermone, frondet in spe, fructificat in opere & *veritate*, &c.] Sequitur,

Et impinguabitur locusta.

Cãpensis Caietani minus honesta & absurda interpretatio. Campensis, *nuabunt pedes*] non benè. Nollem Caietanus tam tenax esset Hebræi sermonis, vt ad absurdas propterea & parùm honestas decidat interpretationes. hìc quia *Sabal* propriè est *aggrauari* & onerari, seu oneri esse; ideo vertit, *onerabitur nates*, & vult esse defectum qui consistat in onere natium, hoc sensu, tã graues fieri senibus nates, vt vix surgere *possint*.] ridiculum, cùm hæc ætas magis sit depygis, vt

Lucilius. Difficultas surgendi in senibus. Lucilius loquitur; & macie soleat esse confecta: difficultas autem surgendi à neruorum & musculorum difficultate nascatur, propter quam etiam locustà impositâ Hebræi senem grauari dixerunt; quam loci huius sententiam R. Dauid autumabat. Præterea *locustæ*, *nates* non debuit præferre, falluntur enim, qui in חגב *Chagab* putant (ח) positum pro (ע) quasi foret עגב *Hhagab* falluntur primò (vt obiicit Abenezra) quia Hebræis non est consuetudo mutandi alias litteras quam *Aheui* אהוי, quarum nulla est (ח) aut (ע) deinde quia עגבות *Hhagaboth* non Bibliorum, sed Rabbinorum vox est, *nares* significans. Itaque vel *plantam* cum Chaldæis vel *talum* cum Abenezra; vel potiùs cum LXX. Hieronymo & nostro *locustã* oportet vertere: quod etiam Vatablo & Clario placuit; & habes Leu. 11. 22. & quæ cõmunior interpretatio est, per *locustam*, senum tibias & crura intelligere, quæ in senibus humorum affluentiã, & podagrico morbo solent intumescere, & ideo grauari, & cute densiore ac relucente, ac lutescente locustæ speciem quandam præferre.

Hieron. Vatabl. Clarius.

Cõmunior interpretatio.

Locusta quid in senibus intelligatur.

Allegoricè Salonius & Petrus Lombardus per *locustam* intelligunt Gentiles, per *capparim* Iudæos.

Allegor. Salonius P. Lombardus. Cappar.

Tropolog. Innominatus; [*Falsus* (ait) testis *locusta* vocatur, non modò quòd ore noceat, sicut illa, sed quòd nullatenus loco stet, vt locusta. Siquidem à cõtrario huiusmodi obtinuit nomen, quod minimè certã in loco vno hinc inde saliens habeat stationem. Sic nimirum falsus testis circumit & tergiuersat, certum non habens fundamentum veritatis cui innitatur. Et quid tam falsum est, quid tam fallax, quàm *gloria vana*?]

Tropol. Innominatus. Locusta falsus testis cur dictus.

Galfrid. Hoc vltimo insinuat alteram explicationẽ, quã tradit Galfridus, ita scribens; *Impinguatum* cor contemplationis saltus dare nõ poterit. Vnde *incrassatus est dilectus*. Locusta leuitas est vanę glorię, vel detractores & adulatores, ore nocẽtes, nec loco stantes: quia qui verum dicit, nõ *laborat*.] locus est mendosus, sequitur:

Locustæ acceptiones.

Locus mẽdosus.

Et dissipabitur capparis.

Debilitabitur, siue abolebitur, aut profligabitur, concupiscentia, vel appetentia auiditatis, non

modò Cereris,& Bacchi(vt volunt Campensis & alij) sed & eius quæ sine his friget, venerearum rerum. Hebraice : *Vethapher haauiionanah* ותפר האביונה teste Mercero melius vertitur *dissipabitur*, quam *dissipabit*. nam secundùm nostram versionem nihil est necesse quicquam subaudire. de alterâ voce quàm incerti sunt Hebræi, disce ex Thesauro Pagnini in voce אבה. Sanè quod R. Adonim vult *Abionah* dici quasi *Ebionah*, *pauperculum*, reiicit Abenezra,& quod ipse censuit *Abionah* positum pro *Binuh*, vt (ה) sit addititium & significet *intelligentiam*, id meritò videtur aliis alienius. Sequamur potiùs D. Hieronymum, qui scribit; ambiguam esse vocem, & significare, vel amorem, desiderium, seu concupiscentiam. Fortè hoc nomen *Abionah* impositum herbæ ab eius effectu, quia excitat appetentiam, etiam Veneris, teste Auicennâ. Sanè Baal Aruch docet sic à Rabbinis vocari *Capparim*. quare meritò LXX. hîc verterunt καὶ διασκεδασθῇ ἡ κάπαρις, quod noster expressit, approbante Aquilâ & Theodotione melius quàm si cum Chaldæo aut aliis, prohibeberis à concubitu, vel irrita erit concupiscentia. Salomoni enim propositum hîc symbolicè loqui.

Capr. Abionah. D. Hier. Aquila. Theod.

Capparim, inter calidas herbas numerat Aristoph. Athenæi lib. 1. & bulbis adiungit qui salaces sunt. Clearchus Athenæi lib. 14. idcirco rectè Hebræi commune nomen ipsi *cappari* & *concupiscentiæ* indiderunt. Leuinus Lemnius ita explicat; *Tunc* peribit appetitus, qui ferè capparis condimento irritari solet, totúmque rerum carnalium desiderium *abolebitur*.] Ioannes Ferus; *Capparis* enim est herba luxuriam *prouocãs*.] Vide Ioan. Ferdinandum lib. 3. Thesauri cap. 34. certè amaritudinem habet ac salsedinem quæ libidinis propria.

Capparis inter calidas herbas. Athen. Cappari & concupiscentiæ comune nomen Leuinus Lemnius.

Galfridus mysticè; *Capparis*, vt aiunt, splenèticos curat purgando melãcholiam, sicut caritas fraterna malitiam. Est ergo sensus, *capparis dissipabitur*, id est, fraterna caritas dissoluetur: quæ per *capparim* designatur: quia herba vel arbuscula est, & in parietibus oritur, per quam fraterna vnanimitas *intelligitur*.] certè quando hæc dissipatur, congregationes, familię, sodalitia, ciuitates dispereunt. Sequitur;

Galfridi mystica interpretatio. Fraterna charitas per capparim designata.

Quoniam ibit homo in domum aternitatis suæ.

Aliter Gentiles, aliter Christiani *de sepulchro* sentiebant. illi sepulchra perpetua distinguebãt à tẽporariis: quia in his corpora licebat ad tempus inferre, eo finito desinebant esse sepulchra. Christiani ex hoc loco Salomonis, aliquando *sepulchra* vocarunt *domum* vel *sedem aternam* aut perpetuam, vt S. Paulinus epist. 35. ad Pammachium, de sepulcro quod emerat Abraham, Genes. 23. ait eum *emisse agrum sepulchro, id est, non temporalem, sed aternam possessionem*. Vsus eodem loquendi genere Sidonius lib. 2. epist. 8. vbi lege commentarium Sauaronis. Nec Sidonius, nec Paulinus alio sensu id dixerunt, quàm Salomon; neque hîc vel illi de animæ sede mihi videntur sensisse, hoc est, de regno cælorum, vel inferis. nam sedem ab Ephrone non emit fidei pater; Salomon etiam & præcedentibus, & sequentibus de morte ac malis corporis disseruit. de corporis ergo sede locutus. Sed quomodo? nonne sepulchrum corpori domus temporaria? est quidem: sed Sacra Scriptura solet æternum vocare עולם *Hholam*, quod diuturno tempore tale futurum, aut cui non aliud

Sepulcri acceptiones. S. Paulin. Sidon.

CCCXXXVI. aliud simile successurum, Exo. 21. v. 6. *erit ei seruus in seculum*, quod Horat. dixit, *seruiet æternum.* Sepulcrum vltima est domus corporis; nec in aliam illud migraturum; quod tempus vocauit sup. 118. *dies multos.*

Caietan. Caietan. vt aliquid noui adferat, vertit, *mundi sui*: sed doceri vellem vbi vox Hebræa *mundum* significet. LXX. εἰ ὅτι, & hoc placuit omnibus Græcis & Latinis veteribus, & Pagnino, Ariæ, Vatablo; Campensi, Clario, ceteris Hebraizantibus. Sēsus itaque Salomonis; hæc omnia (saltem quædam singulis) quæ dixi, euenient homini decrepito, quia mors illi imminet, quia breui deferendus ad sepulcrum. Sunt prænuncia mortis aurem seni vellentis. Ferus; *Sepulcrum* dicitur æternitatis, quia homo illuc vadit, & inde non reuertitur: cogit autem hic locus omnia prædicta intelligere de *senectute.*]

Pagninus, & alij. Sensus loci. Ferus.

Mystica Galfridi expositio.

Mystice ad mores Galfridus; [*Obliuiscitur* enim (inquit) se esse in tabernaculo, errando, tendit in *domum seculi* huius, quam amando quasi fingit æternam. *Suam* dicit, non verè, sed quam sibi ipse fecit. Misera domus rea conscientia, cuius fundamentum obstinatio, tectum simulatio; paries anterior negligentia, posterior impœnitentia; dexter paries ingratitudo beneficiorum, sinister impatientia tribulationum. Vtrimque enim aduersùs eum, qui salutem nostram in rebus quærit vtriusque, velut obiecti parietibus claudimur; si ingrati ad beneficia, duri ad flagella *fuerimus.*] Sequitur in textu;

Et circuibunt in platea plangentes.

Præficæ, fiticines, & alia lugētiū turba, funus comitata per vicos, à domo quam paucis annis viuus incoluit, ad sepulcrum, domum quam mortuus, angelicā ad vsque tubam, inhabitabit. *Circuibunt*, funus circantes: simpliciter accipio, nec opus more bacchantium discursus per plateas nec ad rogum discursiones imaginari. Gentilium isti ritus fuerunt, ad quos Salomonem non arbitror respexisse. De præficis & fiticinibus Iudæorum, egi suprà: de amicis lugentibus res nota vel ex Genes. v. 10. Luc. 7. & aliis locis. ab Hebræis acceperunt Athenienses. nam Solon sic voluit sepeliri, & funus suum cum gemitu celebrari; ab his Romani didicerunt, apud quos tamen id liberum: quare iussit Ennius;

Gētilium ritus in funere.

Solonis sepultura.

Ennius.

Nemo me lacrymis decoret, nec funera fletu
Planxit. cur? volito viuus per ora virum.

Galfridi interpretationē hîc prætermitto. nā vt cœpit verbis præcedentibus, pergit longiùs à sæpe relictâ semitâ deuiare. Sequitur;

Galfridi curiosa interpretatio.

VERS. VI.

Antequam rumpatur funiculus argenteus, & recurrat vitta aurea; & conteratur hydria super fontem, & constringatur rota super cisternam.

B. Hier. Albinus.

Rectissimè admonuit cū B. Hieronymo Albinus reuerti Salomonem ad superiora, & post grande hyperbaton, quod ab eo loco interiecerat, in quo ait; & *memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, antequam veniat dies malitiæ*, & nunc cœptam sententiam simili fine concludere, dicentem, *Antequam rumpatur funiculus argenti*, &c. Vult ergo hîc subaudiri, *memento creatoris tui antequam*, &c. Sed quæ ista quatuor; quæ

quæ iubet præueniri *memoriâ creatoris*? quatuor sunt comites mortis, vel potiùs quatuor, quorum quodlibet idoneum est iudiciũ morientis. Nihil aliud ergo hoc vers. dicit, quàm memento creatoris tui antequam moriaris: post mortem enim tempus promerendi nullum tibi supererit. hoc elegantissimis comparationibus & symbolis exornat.

Quatuor comites mortis. Sensus loci.

Rumpatur funiculus argenteus.

Duæ explicationes. Funiculus argẽteus quid hic.

Duæ hîc sũt explicationes ceteris celebriores, vna communior Hebræorum, *funiculum argemeum* esse filum spinæ dorsi, à cerebro ad nares vsque protensũ, per octo nodos atque iuncturas, quod quia medulla alba plenũ, *argenti* nomine insigniri: in morte exhaustis naturalibus facultatibus concatenationem dissolui, nempe compages nodorum in sacrâ spinâ elongari seu summoueri ab inuicem. hoc indicat Hebræo ירתק *Ierachek*, nec repugnat aliorum codicum lectio, *Ierathek* ירתק, cuius radix est *Rathok* רתוק catena, & in Niphil significat dissolui, seu, vt sic dicam, deãnellari, aut discatenari, iuxta Kimchium qui probabiliùs hîc loquitur, quàm vel Iarchi, vel Abenezra.

Leuinus Lemnius medicus

Placuit hæc sententia Leuino Lẽnio medico cuius en verba, *Designat* spinalis dorsi medullam (Belgæ *hoorinck* vocant) quæ ex cerebri substantia argenteo splendidóque colore producta, vt etiam in brutis animantibus conspicitur, à basi capitis, hoc est capitis parte posticâ, vno producto per quatuor & triginta vertebra (qui & spondyli dicuntur) ad os caudæ, quod ad anũ desinit, porrigitur. Quum autem istæ spinæ, seu dorsi contextus; cui costæ, velut curuatæ trabes, adhæresc̃unt, atque affixæ sunt, sit vel vt carina (nautæ *Kiel* vocant) cui totius nauigij moles incumbit: tota vis, robur, fortitudo, ac munimentum humani opificij & structuræ, in spinæ eiusdem medullâ consistit: sic vt scitè Salomõ homini imminere interitum prouũciet, quando illam conuelli, vel rumpi, vel dissolui contingat, sub confracti argentei funiculi metaphorâ: quod instante morte *euenit*.]

Idem sentit Fran. Valesius. ego in rebus physicis ab eorum sententiâ non facilè discessionem facio: non tamen crediderim omnibus morientibus hanc esse mortis comitem. Campensis, censet idem, & addit hac medullâ vel minimum læsa necessariò hominem mori.

Fr. Valesius. Cãpens.

Altera sententia est Caietani, per *funiculum argenteum* quatuor humorum in homine temperamentum seu colligationem, quæ vocetur *funiculus* propter colligationem, *argenteus* cõparatione animæ significatæ per *vitam auream*.

Caietan.

Paulo aliter Ferus; *Funiculus argenteus* est harmonia, qua elementa & membra colligantur in corpore, quæ rumpitur *in morte*.]

Ferus.

Certè in illâ quatuor humorum harmoniâ vita dependet: & ideo fortassis qui *vitam* hîc interpretantur, intelligendi de hoc filo vitæ, hoc est, de cõtinuatione eius vt exponit glossa interlinealis. ad quod filũ poëtæ alluserint, cùm finxerunt tres Parcas, mortalis vitæ spacij netrices; singulis nascẽtibus vellus siue stamẽ nere, albũ fœlicibus, infelicibus atrum. de albo agitur, vt sciamus nullum esse, quod non tandẽ, sicut à texente tela (vt aiebat Ezechias Rex) præscindatur. Videri possunt quæ de his Parcis & earum velleribus olim dixi Commentar. in Senecæ Medeam v. 14 & in Herculis furentis v. 180.

Parcarũ stamẽ album & atrum.

11. Cõparatio siue Symbolũ est:

Et

Et recurrat vitta aurea;

Campensis; & *diffluat pingue illud aureum.*] Hebraicè est ותרץ גלת הזהב *verbaruit gullath hazabab.* Lxx. καὶ σωλῆβῃ τὸ ἀνθέμιον τῆ χρυσίν. *& conteratur vitta aurea.* σωλεῖβῃ habent codex Vaticanus, & Albinus; σωθλιβῃ, Regius & Complutensis, hoc est, *comprimatur.* Pro Vaticanâ lectione videtur Chaldæus, & Symmachus: quomodo legerit Thaumaturgus, nequeo conii. cere. Olympiodori interpres vertit *conteratur*, Cyrilli Hierosolymitani interpres catech. 15. *recurrat*, vt semper D. Hieronymus. & sanè hoc probum esse, negari nō potest, nisi negetur authoritas vulgatæ versionis. Scio recentiores Hebræos & eorum sequaces, malle, *conteratur*, quia deducunt תרץ à רצץ *retzatz.* duplicato ץ quod ipsis est *frangere* seu *conuertere*; vnde Belgicum *rotzen*, & Hispanum *rossar.* Sed reuera Caietan. & alij malè confundunt רצץ cum שבר *schabar*, *frangere*, cùm ea distinxerit Isaias 42. 3. qua in re sc cum pugnat Mercerus hìc in commentar. & additionibus ad Pagninum. D. Hieronymus cum nostro deduxit à רוץ rutz, quod significat *currere.* D. Hieronymus hanc *vittam auream* vult esse animam, eò quod corpus vt vinculum quoddam pretiosissimum retinet, ne diffluat aut collabatur, & *recurrere* exponit, redire ad eum qui dedit illam, hoc est, qui creando infudit, & infundendo creauit; quæ sententia placuit etiam Albino & glossæ interlin. Caietano, & Ferò.

Mercerus. D. Hier.

Vitta aurea quid hic.

Pro *vittâ* Græci ἀνθέμιον, quam vocent plerique de camæmeli flosculo radiato accipiunt. Non nego, posse: non tamen recedo à nostro qui *vittam*, quam etiam Cyrillus agnoscit. & *electū aurum* Suidas & Hesychius interpretantur, & teste Budæo dictum quasi ἀνατιθέμενον, quod significat ἀνατιθημι *reponitorium.* Hinc mihi sententia commodissima elucet, qua D. Hieronymi explicatio conciliabitur cum aliis. Nā Sanctus metonymicè animam interpretatur, ipsam *vittam*; scilicet meningem seu repositorium cerebri, quo eatenùs anima contineri intelligitur, quatenus eâ dissolutâ, & instar vittæ priùs constrictæ, apertâ, ipsum quodammodo cerebrum & cum illo animam effundit. ducta metaphorâ de vittis, quibus aureæ comæ mulierum constringuntur, quæ si vittæ vincula reducas, statim dispersæ humeris innolitabunt: sic hominis cerebro effluente in totū abit succus ac humor vitalis. Cùm verò Latina lingua non patiatur Hebræam enallagen pluralis cum singulari, & גל *gol*, vnde *gullath*, quodlibet rotundatum vas significet; luculenter vertit *vittam*, indicans de hominis agi capite, æquè ac si *lenticulam* vertisset, vt alibi fecit; vel *vrnam*, aut *fontem aureum* cum aliis; de his enim statim sequitur. Quod de meninge dictum, intelliges ex Fran. Valesio, qui sic, *vitta aurea* vocatur meninx tenuis, siue cerebri inuolucrum: ea enim vt vitta quædam totum cerebrum ambit, constringit & continet. Vocatur verò ea, non ob colorem aurea; sed ob vtilitatem, quasi pretiosa. Est enim adeò, vt multi medicorum censeant, non sine magnis argumentis, ad illam potiùs quàm ad cerebri substantiā, pertinere sentiendi principium. Ea adhæret adeò indissolubiliter cerebro, vt eo siccato atque imminuto, vt in senibus euenit, contrahatur ac corrugetur. Qua causa fit vt cerebrum & meninx recurrant à cra-

Suidas Hesychius Budæus.

Hieronymi explicatio cōciliata cū aliis.

Metaphora.

Fr. Valesius.

Vitta aurea.

Ἀνάθεμα

Cyrill.

neque illud *contingant.*] hinc ille concludit nasci caluitium, & hoc putat denotari. Frigidè hoc vltimum, nã multi calui viuaces sunt. Signa mortem concomitantia potiùs describuntur. Ideo potiùs de meninge hac rupta (vt dixi) acceperim: sicut & Chaldæus, dicens, *Sit confractus vertex tuus in capite* tuo. & Symmachus, καὶ ἐλαθῇ τὸ σφυρεῖς, καὶ συντριφθῇ: *& percussus fuerit orbis & conuulneratus.* Olympiodorus, *thecam* verò *auri* intelligimus nostrum *cerebrum.*]

Theca auri.

Obiicies, de morte naturali agere Salomonem, non de violentâ, quæ saxo, balistâ, vel securi in caput impactis, etiam adolescentes abripit. & quotusquisque senum sic moritur? occurro, comparationem esse, & sufficere hanc mortis proximæ causam idoneam fore, si meninge propter nimiam ariditatem, vel aliam corruptionis eius causam dissoluta & rupta, cerebrum veluti per rimas effluat.

Leuinus Lemn.

Leuinus Lemnius vult hac figurata locutione, cor vitæ fontem designari, à quo arteriarum riui (vt ab hepate venarum propagines) producãtur, qui & spiritus vitales, & rubicundum sanguinem secum deferunt, membraque fouent & irrigant.] Hæc interpretatio non conuenit nostræ versioni, licèt eam recipiat Hebræa vox גלה.

Quod verò nonnulli per *funiculum argenteum & vrnam auream* (sic vertunt) cibum & potum intelligunt, quibus vita hominum assiduè conseruatur, & quæ ad vitam tuendam argento & auro sunt pretiosiora, id verò non cohæret cum præcedentibus.

III. Comparatio est, *& conteratur hydria super fontem*; siue vertas *vrceum*, cum Caietano, siue cadum cum aliis, voce Hebræis, Græcis Latinisque communi, perinde est. Quod attinet ad sententiam, assentior D. Hieronymo, post comites mortis, describi ipsam mortem, hac sequenti comparatione: nam sequenti versu subditur ipsa cadaueris resolutio, & animæ post separationem reditus ad creatorem suum. Sunt ergo ista duo symbola seu ænigmata mortis, quia sicut hydria testacea quæ conteritur, & rota per quam de lacu, cisternâ, vel puteo hauritur & attollitur aqua, si confracta fuerit, desinunt aquam haurire, & potum animantibus, vel terris irrigationẽ præbere: ita cùm ruptus fuerit *funis argenteus* (hoc est, harmonia humorum corporis dissoluta) & *vitta aurea* recurrerit, (hoc est, anima corpus deseruerit) peribit homo, & actiones eius, quæ vel compositi, vel corporis solius sunt, planè intercipiẽtur. Hieronymum sequitur Albinus, & Mercerus, quoad hoc, vt putent hæc duo vltima esse mortis ænigmata, nec laborandum vt singula singulis partibus corporis adaptentur.

Mortis symbola.

Hieron. Albinus. Mercerus.

Alij tamen malũt singula singulis mẽbris respondere. vidi, qui diceret *hydriam* esse venas, quarũ cor principium est; *lenticulam auream* seu vittam, esse sanguinẽ in corde scaturientem, qui vitam præbeat & sensum; *rotam*, caput; *cisternam*, cor & hepar sanguinis & vitæ fontem; & corde exstincto cerebrũ quoque superiore locatum parte deficere.] sed confundunt præcedentia cũ sequẽtibus. Tharg. ambo, & Abenezra per *hydriam* intelligunt folliculũ fellis, qui receptaculum est flauæ bilis. alij alia. citat eos Lorinus, cui addo Ferum. qui exponit antequã cesset anhelitus vitæ. [*Fons* dicitur hîc cor, à quo procedunt spiritus vitales, sicut aquæ viuidæ ex fonte. *hydria* est compago ceterorum mẽbrorum,

Thargumi. Abenezra. Lorinus. Ferus.

CCC-XXXVI Fons. hydria quid hîc. Leuinus Lemnius

borum, recipiens vitam à corde, quæ conteritur super fontem, quia moritur *cum corde.*]

Leuinus Lemnius præiuit Valesio, sed & ipsi D. Bonauentura. Lemnij verba sunt; *per hydriam* autem vel vnam, quæ *conteritur iuxta fontem* vel scaturiginem: renes intelligit & vesicã meatúsque vrinarios; qui fermè in senibus collapsi, & in angustum contracti, non præstant officium, sic vt accelerati interitus causam *præbeant.*] hæc interpretatio melior est ceteris, ad partes corporis referentibus. Sequitur,

Et confringantur rota super cisternam.

Olymp.

Pro *confringantur* LXX. σωτροχάσῃ, *connoluatur*, hoc est, vt Olympiodorus explicat, conuoluendo frangatur, & decidat in ipsam cisternam; quod fieri solet, quando funis quo rota regitur, transcurrit, vel circumuoluitur rotæ, iuxta D. Hieronymum. Ita nulla hîc dissensio est pro priore illa quam paullò antè secutus sum D. Hieron. & Albini interpretatione: hîc est Olympiodorus, inquiens, [*Rota* accipitur pro nostrâ hac vitâ ob reuolutiones ac motus, iuxta illud, *vox tonitrui tui in rotâ.*] Certè etiam D. Iacobus sic vitam & tempus nuncupauit, *rotam natiuitatis*, cano. suæ cap. 3. 6.

Rota, pro hac vita.

Psal. 76. 19.

Rota natiuitatis.

Leuinus Lemnius ponit aliam quandam versionem, nempe, *conquassetur & corruat currus fractis rotis in foueam*, quæ est versio Campensis, tunc esset metaphora alia, sed mihi videtur etiam aliena, nec placet etiam expositio, indicari *caput*, quod ferè moribundus inclinari solet; & in humeros deuolui. Est autem caput rotundum & globosum, quod vt *rota* versatilis quaquauersum mouetur dextrorsum, sinistrorsum, nunc in pronam, nunc in supinam partem; cui mouendi & sentiẽdi facultas attributa, ex eóque spiritus animales orti per corpus diffunduntur, ac motum sensúmque neruis impertiunt: imminente autem morte caput primum labascit ac corruit (vt in oculis perspici potest, qui omnium primò moriuntur, aut mortis indicium proferunt) ac totum corpus in præceps rapit, fractísque omnibus membris, vt axe currus aut vehiculi, omnem corporis structuram in foueam *deiicit.*] Sic ille, sed de capite priùs iam egerat.

Leuinus Lemnius

Ferus.

Ferus; [*Rota* caput est: vel *rota* stomachus est & alia membra quæ præstant corpori alimenta.]

Rotæ acceptiones.

Caietan.

Melius Caietanus, censuit agi de respiratione. Quoniam *expirare* & respirare (inquit) assimilantur rotæ, eò quod instar circularis motus fiant ad puteum pulmonis, quæ rota frangitur, cùm deficit *respiratio.*

Hæc de loco verè obscuro & ænigmatico breuiter dicta sufficiant.

EX EODEM CAP. VER. XI.

Verba sapientium sicut stimuli, & quasi claui in altum defixi.

ADAG. CCC. XXXVII. Verba sapientiũ sicut stimuli, & quasi claui in altum defixi.

LXX. λόγοι σοφῶν ὡς τὰ βάκτρα, καὶ ὡς ἧλοι πεφυλαγμένοι: *Sermones sapientium quasi stimuli, & quasi claui planati.* πεφυτάμενοι, habent libri Vatica. Complu. & Regij. & qui verterunt πεπηγότες, & D. Hieron. & alij. Aldini habent πυρωμένοι, non nulli πεπυρωμένοι, candentes, ignitĩ; & sic legit Olympiodorus, & explicat tales fortiùs impingi ac profũ-

diùs penetrare. Romanam quoque lectionem confirmat Thaumaturgus; ait enim sibi exploratum τὰ τῶν σοφῶν παραγγέλματα, ἢ διατίθεσθαι τὰ σώματα βακτηρίᾳ, ἢ ἥλῳ ἐμπεφυτευμένα, *non minùs sapientum praeceptis animos exstimulari, quam solent corpora stimulo aut clauo confixa ac perforata.*] commendat nobis parœmia sapientum sermones, idque duplici metaphorâ, priore ducta ab aratoribus, qui stimulo excitant boues pigros ad arandum, & etiam non pigros dirigunt: nam nos tales esse & stimulis indigere indicat.

Camp. (sic Campensis.) posteriore, petita à fabris, qui quod firmum & fixum esse volunt altè defixis clauis iungunt ac stabiliunt. priorem metaphoram indicant Lxx. suâ versione. & Hebræum *darbonoth* דרבנת propriè significat *aculeos* qui in extremo baculi sunt ad exstimulãdas bestias; מלמד *malmad* potius est ipse baculus seu virga, cui stimulus infixus.

Sensus adagij. Sensus ergo est, sermones verè sapientum non esse comparatos ad inanem gloriam, aut ad adulationem; sed esse aptos ad desidiam expellendam, & ad errores corrigendos, & ideo non Placentinos, sed Veronenses, hoc est, veros ac salutares. & quia diuinę veritati inhęrent, qua nihil fortius est, etiam penetrare non superficiem (id est auriculas) sed ipsam mentem & animam, cui semel impacti malleo spiritus tam ægrè inde euelluntur, quàm claui, quibus infixis asseres compinguntur, quę altera est comparatio. Quod non tantùm spectat ad ipsam sacram Scripturam & traditiones Ecclesiæ, de quibus potissimùm accipitur; sed etiam ad Orthodoxorum Patrum vnanimes expositiones. Ideo enim subditur: *quæ per magistrorum consilium* (quidam libri, *concilium*) *data sunt à pastore vno.* Nempe à CHRISTO, vt exponit Ezechiel cap. 34. v. 23. *Suscitabo super eas pastorem vnum, qui pascat eas, seruum meum Dauid: ipse pascet eas, & ipse erit eis in pastorem.* quis enim hìc Dauid, nisi CHRISTVS? nam Dauid alter iam pridem ante Ezechielem obierat. Illud porro *quæ*, optimè posuit noster, vt non ad clauos, sed ad *verba* דברי referamus. Ideo minùs rectè qui interpretantur, *tanquam claui habentes collectiones*: id est, claui crassiores, habentes capita inter se collecta, qui valuas sic adnectunt, vt diuidi nequeant, quo concors sententia patrum etiam significaretur. Hebræi quoque qui ad verba referunt, dissentiunt. Quidam explicant, verba sapientum quæ sunt Domini, & authores collectionum, hoc est, hinc inde collecta & congesta in vnum volumen: alij paullo clariùs, verba magistrorum, qui collectis hinc inde sententiis, libros compegerunt. Nimis certè anguste.

Caiet. Caietanus vult indicari discrimẽ quoddam, nempe verba sapientum assimilari stimulis exteriùs pungentibus; *authores* verò *congregationũ* (sic ipse vertit) clauis intima penetrantibus cum fixione. *Authores* verò *congregationũ* dici, qui à Deo supremo pastore & vnico ad hoc missi & deputati, vt fuerunt in lege naturæ Abrahã; legis scriptæ tẽpore, Moyses, iudices, prophetæ; tẽpore legis gratię CHRISTVS, Apostoli, & eorũ successores in Ecclesiâ Catholicâ.] Benè sic hæreticos excludit Caiet. qui licèt suas habeãt congregationes, non tamen vnum caput, neque successionem. Illud tamen quòd distinguit *authores congregationum*, à *verbis sapiẽtum*, nõ possum probare. Non enim cõgruit nostrę versioni, quæ coniungit illa: nã dicit ab vno pastore, per magistrorũ consilium, quasi

Authores congregationum hic.

CCC. XXX. VII.

CCC. XXX VII

quasi per successionem continuam ac traducem Ecclesiasticam, data & communicata fidelibus esse, & hæc ipsa verba, non solùm stimulis sed etiam clauis esse similia.

Sanè ipsi Patres Orthodoxi vt Thaumaturgus, Hieronym. Alcuinus, Salonius, Olympiodor. & alij hîc ita acceperunt, & passim profitentur se quæ docent à maioribus suis accepisse, nec alia docere quàm acceperant. Inprimis S. Dionysius Areopagita initio cœlestis hierarchiæ (quã integro vindiciarũ Areopagiticarum libro contra Ios. Scaligerum Caluinistam defendi) primùm inuocat IESVM; paternam lucem, quæ est, quæ vera est, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum; per quam ad Patrem primum seu originarium (vt sic dicam) lumen accessum habemus ad sanctissimarum scripturarum *intelligentias.*] non quomodocumque, aut proprio ingenio, aut fiduciâ eloquentiæ aut eruditionis vniuscuiusque; non, non, longè aliter; *Ἐπὶ τὰς τῶν ἱερωτάτων λογίων παλιμπαραδότους ἐλλάμψεις ὡς ἐξιτὸν ἀναδιδόντα, καὶ τὰς ὑφ' αὐτῶν συμβολικῶς ἡμῖν καὶ ἀναγωγικῶς ἐκφανθείσας*, &c. *Ad sacratissimarum scripturarum intelligentias, prout illas à patribus accepimus, contendas pro viribus pergamus, & quas illi nobis vel symbolicè, vel anagogicè tradiderunt cœlestium spirituum distinctiones & ordines, in quantum possumus speculemur.*] idem ex Clemente Romano, Irenæo, Gregorio, Nazianz. Basilio, Hieronymo, Cassiodoro. Vincẽtio Lirinensi & Conciliis Ephesino ac Florẽtino docet Fra. Ribera proœmio commentarior. in Aggæum; & disertissimè contra Caietanum nominatim declamans Melchior Canus lib. 7. locor. Theolog. ca. 2. post conclusionem quinctam à numero 10. qui & hæc concilia, & alia & plures Patres allegat. illic legantur, nolo eius scrinia compilare.

S. Dion. Areop.

pag. 2.

Clemẽs Rom. & alij.

Fr. Rib.

Melch. Canus.

Summa, huiusmodi clauis, in fidei & morum integritate ac virtutum studio continemur ne deficiamus; significatum idem fuisse per *clauos* quibus laminæ templi iungebantur tabulis cedrinis templi, docet Fran. Ribera cap. 22. lib. 1. de templo nu. 4.

EX EODEM. CAP. VERS. XII.

Faciendi pluros libros nullus est finis.

ADAG. CCCXXXVII Faciedi libros plures nullus est finis. Vives ad dagij ex vulgo. Mercatus.

SOlet vulgò iactari in eos, qui libris componendis & edendis operam nauant: sed vere vulgò & à vulgo, quod mirandum non est, si perperam conuicietur melioribus, certè longè aberrant à Salomonis mente. Si libri omnes superflui qui post hoc dictum editi aut conscripti: quid faciunt toti nouo testamento? quid Prophetis? quid libris historiæ sacræ? Si ad solam sacram Scripturam se restringũt, quid eius tractatoribus Græcis & Latinis? Si ad hos, quid scholasticis Theologis. quid philosophis? Horum tamen negare nequeo perstringi ex parte loquacitatem, ex parte dissensionem. non excuso, sed damno, cuius contages serpsit in tot hæreses.

Quæ scriptio improbanda.

Non scriptio quælibet damnatur, sed primò loquacitas & diffusio calami, in qua si non peccatum, (rarò deest) ociositas tamen, nugacitas, & magna pretiosi temporis iactura. sic censuit S. Gregorius Thaumaturgus in Metaphrasi, *nonnullos sapientissima illa documenta, ab vno pa-*

S. Greg. Thaum.

flore & magistro accepta, quasi, ex vno ore omnes atque concordes daturos, creditam sibi doctrinam copiosius & persuasibilius exponentes, δολοῦσι δέ τινες τὰ σοφὰ ἐκείνων δόγματα, παρ' ἐνὸς ἀγαθοῦ καλόντος πειμένου καὶ διδασκάλου, ὥσπερ ἐξ ἑνὸς στόματος ἅπαντες αὐτοῖς συμφώνως ἀκριβέστερον τὰ προδόντα ἐπηγγείλωντο. hinc patet, damnati eos qui differētes & non vnanimes doctrinas chartis illinunt, Lutherani, Caluinistæ, Suuenfeldiani, Catabaptistæ, & similia prodigia solo igne expianda. Addit verborum multorum nullam vtilitatem esse, nec se cuiquam authorem futurum, vt ea, quæ minùs conuenit, inutili operâ conscribat, ex quibus præter inanem laborem nihil commodi percipiatur.]

D. Hier. tres interpretationes.

Libros damnat etiam non dissētientes, sed λόγων πολλῶν, quorum fructus *κάμειν εἰκῆ*. D. Hieronymus tres ponit interpretationes, quæ singulæ probæ sunt, & omnes in vnam possunt commisceri.

I.

I. *Moneri* nos ne à maiorum auctoritate discrepemus: alioqui quærenti alia multa, infinitus librorum numerus occurret, qui pertrahet ad errorem & legentem multa frustrà faciat laborare.

II.

II. Vt breuitati studeamus, & sensum magis sectandū quàm verba, aduersùs philosophos, & sæculi huius doctores qui suorū dogmatū falsitates conantur asserere varietate ac multitudine sermonum.

III.

Vnū volumen quid appellet S. Scripturæ Ps. 18. b. Esai. 29. d.

III. Moris esse scripturarum: quamuis plures libros, si inter se non discrepent, & de eadem re scribantur, *vnum volumen* dicere. Si quidem & euangelium, & *lex Domini immaculata conuertens animas*, singulariter appellantur, cùm plura euāgelia & multa sunt mandata legis. Sic & *volumen* in Esaiæ sermone signatum, omnis scriptura diuina est, & vno capitulo libri Ezechiel Iosnésque vescuntur. Saluator quoque omnium retrò Sanctorum vocibus prophetatus, ait; *In capitulo libri scriptum est de me.* Iuxta hunc igitur sensum arbitror nunc præceptum, ne plures libri fiāt. Quicquid enim dixeris, si ad eum referatur, qui *in principio erat apud Deum, & Deus erat verbum*, vnum volumen est, & innumerabiles libri, vna lex, vnum euangelium nominantur. Quòd si diuersa & discrepātia disputaueris, & curiositate nimiâ huc atque illuc animum deduxeris, etiam in vno libro multi libri sunt. Vnde dictum est, *ex multiloquio non effugies peccatum.* talibus igitur *libris non est finis.* Bonum enim & veritas certo fine cōcluditur: malitia verò atque mēdacium sine fine sunt: & quanto plus requiruntur, tanto maior eorum *series nascitur.*] Consentiunt Alcuinus, Liran. Arboreus, & alij, nisi quòd hi potissimùm intorquent contra ipsos scriptores, nam

Ezech. 2. d. Apoc. 10 d. Ps. 39. b Ioan. 1. 2.

Eccli. 20. 2.

Alcuinus. Liran. Arboreus.

. . . . . *tenet insatiabile multos*
Scribendi cacoēthes. . . . .

quod certè strictioribus adhuc legibus par esset cōērceri. ne quid non recognitū à Censoribus edatur in lucem; & malâ manu si quid editum, expurgetur. Catholici pectoris hoc votum est: at Ios. Scaligeri in elencho dictum; *Expurgatorios indices habere, Marranorum est:* hæretico, & à recta fide apostata, digna gnome est.

Expurgatorij indices habendi.

Alij etiam doctrinam Salomonis lectoribus vtilem, & quidem meritò, censent. Prudenter Ioan. Ferus: *Qui ab vno* illo *libro* scripturæ sacræ discedit, & ad *multos illos*, hoc est, ad varia hominum commenta se conuertit, is nunquā perueniet ad verum *finem*, qui Deus est: vel nunquam perueniet ad veram scientiam. Sicut Paulus ait; *Semper discen-*

Io Ferus

2. Tim. 3. 7.

tes

CCC. XXX-VIII. *tes, numquam ad scientiam veritatis pertingunt*, qui omni vento doctrinæ mouentur. Sicut igitur, non temerè quæuis esculenta, citra delectum, palato admittimus, nisi antea simus per omnia certi; sic quoque, immo multò diligentiùs curandum est, ne quaslibet quorumlibet nugas tuâ lectione digneris. Primum enim illud tantum corporis periculo agitur: alterum verò *illud anima.*] Sic ille, quo prior Olympiodorus, enumerat genera voluminũ, à quibus nos arcet Salomon; *Nempe* I. *Gentilium volumina & monumenta*, qui scilicet alter alterius euertunt & impugnant sententias, sempérque inter se grauissimum bellum gerunt. II. hæreticorum inuicem dissidentiũ libros. III. recentia Iudæorum volumina & secũdaria, (hoc est, Deuterotica Thalmudistarum) quæ infinita sunt prope, & fabulis conferta. Dum enim scripturas nouis quibusdam figuris interpretari student, in ridiculas fabulas & genealogias conuersi sunt, & traditiones ediderunt à sententiâ scriptoris longè *aberrãtes.*] de his vltimis lector adire poteris Nicolai Serarij nostri Commentarium de Rabbinis: de hæreticis res nota & expedita, & Ecclesię calculo itidem probata; de Gentilium libris, non æquè moderatio in his & delectus non penitus fuga consulitur. dixi fusè in Præfatione Tragici Syntagmatis ad æternâ dignum memoriâ Læuinum Torrentium, patriæ meæ tum Episcopum.

Olymp. Libri à quibus arcet Salomon. Nicol. Serarius. De Gentilium libris legendis.

Addo dumtaxat eruditi & pij Patris sententiam: Isidorus is est Pelusiota, lib. 2. epist. 3. ad Timotheum; quem excitans ad sacræ Scripturæ studium, commemoratâ eius dignitate, vtilitate, dulcedine, concludit, *ex sæcularis sapientiæ externâ eruditione tantum nobis instar apicula colligendum, quantum ad nostram philosophiam conducit: reliquum valere iubendum,* ὅσον μὲν ἦν χρήσιμον εἰς τὴν καθ' ἡμᾶς φιλοσοφίαν ὠφέλησεν παιδύσεως, ὥσπερ ἡ μέλιττα ἀνθέμων. τὸ λοιπὸν ἄπαν χαίρειν ἔα. Finem facio cum Quinctiliani monito lib. 10. institutionum Oratoriar. cap. 1. *Optimis assuescendum, & multâ magis, quàm multorum lectione, formanda mens, & ducendus est color.*] Isid. Pelusiotæ monitum. Quintil.

Lectori

Lectori saluere.

NEC DVM statuere possum ex hoc libro colligere adagiales vllas locutiones, necne deceat. est enim adeo sublimis Metaphorarum & comparationum dignitas, vt vias in vsum quotidianum deduci debere, nonnullis fortassis videantur. Si tamen corticem litteræ considceremus, & morem pastorum agricolarúmque, è quo petita omnia; compellimur aliqua depromere in vsum communem; quæ cum debitâ reuerentiâ piè & ornatè possint vsurpari. faciam vt delicati, qui non singula de penu copiosa, sed quædam; non vorant abliguriúntve, sed lambunt & delibant: indicabo dumtaxat magis obuia, & quæ in commentariis dicta, tantùm indicabo; quæ ibidem prætermissa, nunc exhibebo in similitudine explicandâ breuior, (quid ne cesse bis crambem?) in vsu & accommodatione proponendâ diffusior futurus, hoc illius loci non erat: hoc istius peculiare.

ADAGIALIA EX CANTICO CANTICORVM.

EX CANTICO CANTIC. CAP. I. VER. II.

Oleum effusum nomen.

ADAG. CCC-XXXIX. Oleum effusum nomen.

PROBI, & docti qui sibi dumtaxat sapiunt, & sub modio lucernam abscondunt, *vnguentum* & *oleum* dici possunt, non magis quàm nardi onyx probè obsignatus, ne euaporet. Qui laborant humano generi prodesse industriâ & labore suo, si faciùt ambitione icti, ne *oleum* quidē sunt, quia in se ipsos contracti, minimè vt *oleum* diffunduntur: vel si diffundantur, amurcam ipsimet retinent, & Deo fœtent, vt cœnum & cloaca superbiæ mephytiimbuta. Si non suam, sed Dei gloriam; non opes terrenas, sed fauissas in cœlis de caritate in proximos thesaurizare sibi satagunt; conuenit in illos adagium de nomine vt oleum per orbem diffuso. Verè hoc sensu verum,

Vnguentū oleū effusum qui dici possint.

Vsus adagij.

verum est, licèt alio sensu, dictum mordax, quod lenio, Satyrici;

Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter.

Ego, inquis, gloriam non quæro. Vide, ne magis quæras; dum videri vis posse, & nequis. Vide ne magis quæras; dum lates, non tam vt non extollaris; quàm ne prodas inopiã ingenij, iudicij, eloquentiæ, & eruditionis tuæ. Sunt, qui se nequiter humiliant; hoc ipso superbissimi, quòd humiliari reformidãt. [*Nemo* (inquit vir disertissimus suo tẽpore Cyprian. delas Huelgas Cistercienſis Monachus, hoc loco) qui non sit sacrarum litterarũ prorsùs rudis, *odorẽ* in litteris sacris, figurato sermone, & nominis claritatem, & celeritatem, & splendorem significare dubitabit. Paulus posteriori ad Corinthios epistolà, *Bonus odor* CHRISTI *sumus.* Et iterum: *odorem suum manifestat per nos omni loco.* Vnde & cùm cuiuspiam famam exploramus, Latinè nos *odorari* dicimus: & *bene olere*, & *malè olere* eos, qui aut optimo nomine, & præclarà fama sunt, aut qui aduerso morbo infamiæ *laborant.*]

Cypri. delas Huelgas.

Odor, quid in sacris literis significet.

Odorari. Bene olere.

Hoc oleum in vasis est, quando manet in propriâ cõscientiâ, effunditur, quando ad proximos promanat. lege Origen. hic hom. 1. & Aug. super psal. 140. Hier. in c. 14. Osee. Gregor. hoc loco & in Iob. lib. 35. cap. 13. & Isych. 2. in Leuit.

Origenes & alij.

EX EODEM CAP. VERS. IV.

ADAG. CCC-XL.

In odorem vnguentorum currere.

In odorẽ vnguẽtorum currere. Vsus adagij.

CVr non possimus vsurpare de illis, qui bono exemplo permoti aliorum ad virtutem contendunt? nonne pro adagiis celebrantur illa Gentilium, *vultures ad cadauer*, (de quo alias) *muscæ ad mulctra, mures ad caseum*, & similia de triuio; quæ inde deducta; quòd bruta pleraque videamus odore non minùs quàm visu attrahi. de vmbris canibus res nota est vel experientiâ venatorum: & L. Varius;

Seu canis vmbrosam lustrans Gortynia vallem,
Si veteris potuit cerua comprendere lustra;
Sauit in absentem, & circum vestigia lustrans,
Æthera per nitidum tenues sectatur odores.

Vultures ad cadauer.

Muscæ ad mulctra.

Mures ad caseum.

Bruta odore attracta.

Vmbri canes.

hãc laudem Laconicis canibus Seneca tribuit in Hippolyto; magis decorè, quàm Thyest. act. 3. *Vmbro:* quoniam Atreus vix *Vmbriam* nouerat; nisi more Latino *vmbrum* pro quouis odorisequo cane (*podenco* Hisp.) posuerit. De Panthera scribit Plinius; quæ capitis toruitate terret quadrupedia, capite occultato, odoris suauitate allicere, & attrahere, ac deuorare. lib. 8. cap. 17.

Laconici canes. Senecæ locus Thyestæ act. 3.

In Panthera suauitatis odor.

Propius est quod de formicis hac ipsa ætate expertus sum, & ponderat accurratè, quem pauloantè laudaui, Cyprian. Monachus: [*Formica* (inquit) inter insecta minutissimũ animal, ad cuius contemplationem nos mittit author epithalamij huius, odore vnguentorum excitata, turmatim ex hortis in apothecas vnguentariorum se cõfert. Qua in re grauiter increpat, minutissimum animal & contemptibile, humani animi ignauiam & crassitiem. Formica enim tantâ est sagacitate, tantáque industriâ, vt ea quæ sibi ad degustandum videntur commodissima, longissimè odoratu percipiat: tam sollicitè ad ea festinet & properet, vt rebus fruatur cupitis: cùm homines bonum suum, vt maximè

Cyprian. monachus Cister.

Odoratus in formica.

vtile & salutare: ita etiam & delectabile, adeò non percipiant, vt nihil minùs videantur curare, quàm ad illud festinare & pergere. Pudendum est sanè, ceteras animantes brutas (vt canes venaticos & vultures) solo odore excitatas & impulsas, quasi furibūdas ad extremum vsque anhelitum currere, donec assequantur quæ maximè cupiunt: hominem verò tantâ esse socordiâ & negligentia, vt neque tot diuinis odoramentis excitatus, ad sponsum, hoc est ad summum bonum, sibi propositum & destinatum, vnquam *festinet.*] Hactenus ille Asiatica facundiâ.

Cōparatio animantiū odorem sectātiū, cum homine.

EX EODEM CAP. VERS. V.

ADAG. CCC. XLI. Nigra sed formosa. Næuos amatæ excusat amans. Theocrit.

Nigra sed formosa.

AMantium quidē mos est, næuos amatæ excusare, & in laudem vertere. Theocritus eidyll. 6.

. . . . . ἦ γὰρ ἔρωτι
Πολλάκις ὦ Πολύφαιμε, τὰ μὴ καλὰ καλὰ πέφανται.

Amori enim frequenter ô Polyphæme non pulcra pulcra sunt visa.

Plato de republ. dialog. 5. cum qui verè aliquid amat, scribit, non partim amare, partim non amare, sed totum amare, ac proinde totum laudare, ipsa adeò vitia excusare, extenuare, dissimulare: eum qui simus sit, gratiosum iudicare; si aquilinus, regium appellare; si medius inter ista, concinnum admodum videri; fuscos, viriles; candidos, Deorum filios nominare. Lucretius lib. 4.

Nam hoc faciunt homines plerumque cupidine cæci,
Et tribuunt ea, quæ non sunt his commoda verè.
Multimodis igitur prauas turpesq; videmus
Esse in deliciis, summóque in honore vigere.
Nigra, melichrūus est: immunda & fœtida, acosmos:
Casia, Palladion: neruosa & lignea, dorcas;
Paruula, pumilio; charitum mia, tota merum sal:
Magna atque immanis, cataplexis, plenáque honoris.
Balba, loqui non quit; trauli, mutia, pudens est.
At flagrans, otiosa, loquacula; Lampadion fit.
Ischnon eromenion tum fit, quum viuere non quit
Præ macie: rhadine verò est, iam mortua tussi.
At lamia & mammosa, Ceres est ipsa ab Iaccho.
Simula, Silena ac Satyra est, labiosa, philema.
Cetera de genere hoc longum est si dicere coner.

μελιχρως· ακοσμος· παλλαδιον δορκας χαειτων μια καταπλεξις παυλιξ λαμπαδιον ισχνον ερομενου λαμια ραδινη σιλλων φιλημα

Multóque magis crebrum est suam ipsorum deformitatē, vel aliâ corporis dote, vel animi virtute velut obtegere ac velare, aut si ne id quidem ad manum, extenuare; vt Corydion ille tacitè suum colorem;

Nec sum adeò informis, nuper me in litore vidi:
Cum placidum ventis staret mare.

item,

Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur.

Theocritus idyllio sexto; Theocrit.

καὶ γάρ ἦν οὐδ' εἶδ' ἔχω κακὸν, ὡς μελέοντι, &c.

Etenim sanè neque formam habeo malam, vt me dicunt.

ex eodem fonte hausit Ouidianus Cyclops;

Certè ego me noui liquidáque in imagine vidi

Nu

CCC. XLI.

Nuper aquæ, placuitq; mihi mea forma videnti.
Nec mea quòd duris horrent denſiſſima ſetis
Corpora, turpe putà, &c.

Plura prætereo. quod ad rem maximè pertinet, Sapphûs Leſbiæ, non præteribo: Phaoni ſic abſéti ſcribit;

Sappho.

Si mihi difficilis formam natura negauit:
Ingenio forma damna rependo mea.
Sum breuis: at nomen, quod terras impleat omnes,
Eſt mihi: menſuram nominis ipſa fero.
Candida ſi non ſum: placuit Cepheia Perſeo
Andromede, patriæ fuſca colore ſuæ.

paruam & fuſcam ſe fatetur, ſed non expertem Gratiarum, ἄχαριν; nec ideò non formoſam.

Nec nimis alba ſolent placere, ſi deſint cetera. Horatius ſerm. 2.

Candida, rectáque ſit, munda hactenùs, vt neque longa
Nec magis alba velit, quàm det natura, videri.

Battus Theocriti Eidyll. 10. amicam ſuam: quæ aliis exſucca & maciléta & Sole aduſta videbatur, melli nouo colore ſimilẽ vocat, & violæ ac hyacintho cõparat, qui flores licèt nigri, tamen ad coronas deligantur.

. . . σύεγν καλέοντί τυ πάντες
ἰσχνὰν ἀλιβαυσον, ἐγὼ δ' μόνᾳ μελίχλωρον.
Καὶ ἴον μέλαν ἐστὶ, καὶ ἃ γεραπὰ ὑάκινθος.
Ἀλλ' ἔμπας ἐν τοῖς στεφάνοις τὰ πρῶτα λέγον.

ex quo loco partim Lucretius; verbis citatis, partim Virgilius

. . . Quid tum ſi fuſcus Amyntas?
Et nigræ violæ ſunt, & vaccinia nigra.

S. Bernardus in Cant. ſerm. 25. *Non omne quod nigrum eſt, continò & deforme eſt. Nigredo enim verbi cauſa in pupilla non dedecet. Et nigri quidem capilli candidis vultibus etiam decorem augent & gratiam.*]

Quod quo pacto verũ eſſe queat, curiosè Cyprianus Ciſtercienſis docet hoc loco; *Platonicos* magno conſenſu affirmare, pulchritudinem etiam corpoream, alibi eſſe quęrendam & inueſtigandam quàm in ipsâ corporis mole, quum ſit res potiùs ſpiritualis quàm corporea. Quamuis enim corporea pulcritudo ſit optimus corporis habitus, qui debitâ quantitate & qualitatum omnium ſymmetriâ conſiſtat: tamen eſt qualitatis quoddam genus vix explicabile, certè anonymon; niſi velis cum pleriſque *ſalem*, aut *gratiam* nuncupare: quæ potiſſimùm in rebus pulcris eluceat, quia neſcias quo pacto ſemper ferè

Cyprian. Ciſtere. Platon. Corporea pulchritudo quæ.

Gratior eſt pulcro veniens è corpore virtus.

hæc amoris proprium obiectũ cenſetur. Hinc fit, vt corpora quædam omni ex parte abſoluta, ſi priorem illam ex ſolo corporis habitu petitã ſpeciem adſpicias; venuſtatis tamen expertia omnino cenſeantur: cõtrà verò alia coloris, aut ſtaturæ aliquo defectu prędita, maximè tamen decora, atque venuſta iudicentur, & facillimè intuentium animos abripiant, & accendant. Non fuit neſcius hujus philoſophiæ Veronenſis epigrammatarius, qui candidam, rectam, procerámque fœminam; formoſam negat, eò quòd iſta ſpiritualis pulcritudo deficeret.

Catull.

Quintia formoſa eſt multis; mihi candida, longa,
Recta eſt: hæc ego ſic ſingula cõfiteor.
Totum illud, formoſa, nego. nam nulla venuſtas,
Nulla in tam magno eſt corpore mica ſalis.
Leſbia formoſa eſt: quæ cum pulcherrima tota eſt,

Tum omnibus una omneis surripuit Veneres.

Locum Grammatici non intellexerunt, certè nihil huc attulerunt dignum acumine Catulliano; ne mastinorum quidem ille catulus Gallicanus, quantumus sagax. Intellexit, quem dixi patrum memoriâ Cistercienſis, & rationem reddidit; quia gratia illa in pulcris corporibus instar salis est, qui cibis aut cõdimentis gratissimum præbet saporem. Nascitur autem (quãtum arbitror) gratia ista ab animâ ipsâ; quæ, cùm lucidissima sit, in corpus materiale radium quemdã sui splendoris *transfundit.*] Hactenus ille. sed qualis iste radius? ipse ex Cabalistis & Porphyrio censere videtur aliquid esse corporatum: ego magis propendeo in aliam partem, vt sit quiddam incorporeum, quo capitur animus incorporeus. Qualem illecebram tribuit Poppeæ Tacitus; Cleopatræ Plutarchus in Antonio. Sed de hoc aliàs. Nunc sufficerit ostendisse, vsum adagij esse, quoties indicamus; hominem dignum amari ob animi virtutes, etiamsi sit formâ despicabili. Contrarium illi, *pulcher sed stolidus*; aut illi, *caput sine pectore* confirmat quod subditur.

Gratia in corpore instar salis.

Radius pulchritudinis an corporalis an incorporeus.

Poppeæ & Cleopatræ illecebræ. Tacitus. Plutarc. Vsus adagij.

EX EODEM CAP. & VERS. V.

ADAG. CCC. XLII. Tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis.

Tabernacula Cedar, & pelles Salomonis.

NOn pauci nec indocti hæc à Salomone dicta volunt quadã geminatione, vt sponsa se assimilet geminaculis Arabum seu Cedarenorũ. II. pellibus Salomonis. Et dicunt, Reges Nomadum siue Cedar, quæ incolunt tentoria siue papiliones habuisse, toris ob solis æstum, imbres, ventos, & reliquas aëris iniurias, adustos & horridos; intùs verò, aureo & argenteo, & gemmarũ atque colorum ornatu splendidos & magnificos; idémque afferunt, de tentoriis Salomonis, quibus vtebatur sub dio venationi vacans. ita Cosmas Damianus, Vatablus, Dionysius, & alij.

Cosmas Damian. Vatabl. Dionys.

Ex quorũ sententia adagium foret simillimum illi quod ex Collectaneis Græcorum petitum, non incelebre est, *Sileni Alcibiadis*; de illis, quę in speciem, & primâ, quod aiũt, fronte vilia & contemptibilia videntur; interiùs tamen ac propiùs contemplanti, amorem, admirationem, ac reuerentiã excitant. Secundò de hominibus, qui habitu & vultu minùs præ se ferunt, quàm intùs & in animo clausũ habent. Aiunt Hisp. *debaxo de sayal ay al.* Tertiò de ipso hominis corpore; quia in vasis fictilibus circũferimus thesaurũ. 2. Cor. 4. 7. corpus enim luteum receptaculum est diuinæ imaginis, nempe animæ rationalis & immortalis.

Sileni Alcibiadis. Vsus adagij.

EX CAP. I. VER. VI.

ADAG. CCC. XLIII. Vineam autem meam, &c. Ludouicus de Sotomayor. Sensus adagij.

Vineam meam non custodiui.

VIr multæ lectionis & diligẽtię Lud. de Sotomayor. in fusissimo suo commentario hîc pag. 182. vult hanc sententiam esse prouerbialem, referríque posse ad quamlibet rem propriam nobis, quam tamẽ negligimus acminimè curamus, tum enim nos eleganter & prouerbialiter dici vineam nostram non custodisse, licèt vineam nullã possideamus. Fatetur tamen postea nihil necesse huc confugere, cùm sponsa videatur verè vineam aliquam habuisse. Ego censui quid viro docto visum

CCC. XLIII. visum fuerit, hîc non prætermittendum.

EX CAP. II. VERS. XV.

ADAG. CCC-XLIV. Capite vulpes paruulas.

Capite vulpes paruulas.

DOcemur malorum principiis obstare; maximè cùm de hæreticis & similibus facinorosis humano generi noxiis, quorum sermo & exemplum serpit vt cancer, agitur. Initiò (inquit hîc Cyprianus Cistercienſis) hæresibus, tyrannidi, hypocrisi, Madianitis, & Moabitis, & coniuratis omnibus occurrendũ est, & remedium tempestiuè adhibendum: ne forsan parua scintilla erumpat in vastissima incendia, quę nullâ humanâ industriâ restingui possint, iuxta poëticum illud,

Cyprianus Cistercienſis.

Ouidius. *Principiis obsta, sero medicina paratur,*
Cum mala per longas inualuere moras.

Vide verba Nazianzeni, orat. 2. de Theolog. post princ. Experti sumus in Belgio, quando tales esse se professi Ceusij milites Lummeiani; qui pro flammulis militaribus, & pro pennis galerorum, vulpinas caudas gestitabant. Lentitudo & cunctatio crescere & adolescere permiserat pestem, quæ iam per annos plus quadraginta grassatur. Sapientes agricolæ locustarum semina pedibus obterunt; hortolani campe in ipsis folliculis, priusquam erumpant, resecare & interimere consueuerunt.

ADAG. CCC-XLV. Lilium inter spinas. Vsus adagij.

EX EODEM VERS. X.

Lilium inter spinas.

VSurpatur de iis qui inter malos boni, inter hæreticos Catholici. sic Origenes lib. quarto homiliarum homil. 3. & Ambros. serm. 5 in psal. 118. Sic Nazianzen. hortat. ad Virginem, ait illam esse rosam inter spinas. I.

EX CAP. IV. VER. I.

Oculi columbarum.

ADAG. CCC-XLVI. Oculi columbarum. Vsus adagij. Clemens Alex. Tertull.

PAlam est, & docui quondam in commentario, sumi, de sanctè simplicibus, & innocuis; & castis; quod confirmant Clemens Alex. Strom. lib. 2. & Tertullian. in princ. lib. contra Valentinian. de quo plura ad illud, *simplices sicut columbæ.* Cistercienſis accipit de prudentiâ Christianâ, quæ opponi solet prudentiæ filiorum huius sæculi, [*Cùm duplex* (inquit) *sit prudentia, altera animalis hominis, altera verò spiritualis, maturo satis consilio sponsæ prudentiam commendans nomine oculorum, eosdem oculos columbinos* appellat: *Oculi* (inquit) *tui columbarum.*] *Sunt filij huius sæculi prudentiores filiis lucis in generationibus suis*, vt CHRISTVS dixit: sed est hoc genus prudentiæ cum astutia quadam coniunctum: imo potiùs astutia quàm prudentia sit appellanda. Nam prudentia illa, quæ hominem spiritualem, venustum & pulchrum debeat efficere, cum syncéritate columbinâ debet esse coniuncta: alioquin sponsus turpem illam animam iudicabit, quæ prudentiam illam est assecuta. CHRISTVS R.N. cùm discipulos ad inuulgandas Euangelicas leges primò mitteret, ad prudentiam istam amplectendam, vehementer illos hortatur. *Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ.*] Quibus ergo casti, sinceri, fideles oculi sunt, Cistercienſis expositio. Luc. 10. Matt. 10.

Oculi columbarum qui dicantur habere.

dicuntur habere *oculos columbarum*; qui in meliorem partem (quæ possunt) detorquent, alieni à lasciuiâ, à contemptu, à suspicione, à malitiâ & perfidiâ: denique quorum recta est intentio, qui minimè nequam sunt Matt. 6. vide D. August. 2. tracta, de sermo. Domini in monte, & lib. 4. contra Iulian. cap. 4. Iuuencus,

Iuuenc.

Simplicitate tamen puras superate columbas.

Sic virgo dum intacta manet &c.

Horti minùs casta interpretatio. Hesych. Theodorus impius.

Minùs castè Græci Latiníque prophani scriptores *hortum*, κῆπον vocarunt, id quo mulieres. Hesychius, κῆπος· τὸ ἐρώδειον γυναικεῖον, *pecten muliebre.* vtitur Theodorus impius apud Laërtium ioco de Pallade, & vetus epigramma lusit in voce,

Quæ meus hortus habet, sumas impunè licebit:
Si mihi tu dederis, quæ tuus hortus habet:

Victor. Saltus obseptus. Plautus. Λειμωνὰ. Euripid.

De quo Victorius lib. 26. Var. lect. cap. 10. Sic etiam *saltum obseptum* villicus Plauti, & λειμῶνα Cyclops Euripidis vsurpauit. Nimirum nihil adeo castum, quod non inceset nequitia Poëtarum. Ab hortis huiusmodi conseptis, sed incustoditis, prouerbialem senarium veteres deduxerunt:

γλυκεῖ ὀπώρᾳ φύλακος ἐπιλοιπότος.

Pomum suaue est, tunc vbi custos abest.

Pindarus

Sed talibus occinendum illud Pindari in Isthm. od. 6. τὸ δὲ παρ' δίκαν γλυκὺ, πικρότατα μίνυ τελευτᾷ, *Id quod præter æquum dulce est, amarissimus finis manet.* At noster sponsus semper adest sponsæ, quam sepsit duplici custodia (vide commentar. nostrum hîc sect. 1.) vni sibi illam despondit, virginem castam; cuius fœcunditas ex solo sponso, & veri liberi sunt testes maternæ pudicitiæ. Ideo dicitur etiam *fons*, sed *signatus*; cuius participes nulli sunt alieni. *Fontis, putei, cisternæ* nomine in sacra Scriptura intelligi aliquando legitimam vxorem, patet ex prouerb. 5. v. 16. *bibe aquam de cisternâ tuâ, & fluenta putei tui,* &c. vicissim de ipsis viris dictum alibi; de meretrice; *sicut viator sitiens, ad fontem aperiet os suum, & ab omni*

Fons, puteus, cisternæ, interdum de vxore.

De meretrice.

EX CAP. IV. VERS. XII.

ADAG. CCC-XLVII. Hortus conclusus, fons signatus.

Hortus conclusus,
Fons signatus.

Sensus adagij.

EOdem spectant, indicantia prorsùs benè custoditam pudicitiam. Hebraicè,

גן נעול *gan naabhol*
מעין חתום *maabhaim cathum,*

Hortus seris obseratus, & fons etiã sigillo obsignat⁹. Sepes & macerias feris, seras foribus arcendis adhiberi, notum est: nec minùs, solitos veteres sigillo annulari, quæ seruata sibi volebant, omnia obsignare, Supersunt hodie annuli multi tales non paucis locis; & viri docti, Lipsius, Læuinus & alij exhibuerunt. Lipsius (si commemini) in Selectis; Torrentius commentariis in Suetonium, & recens scriptor Belga (nomen excidit in Dactylothecâ.) Virginitatem seu castitatem interpretor *hortum conclusum*, cui etiam Catullus comparauit;

Lipsius. Torrentius.

Hortus conclusus, virginitas. Catullus

Vt flos in septis secretus nascitur hortis,
Ignotus pecori, nullo contusus aratro,
Quem mulcent auræ, firmat sol, educat imber, &c.

CCC-XLVIII. *omni aqua proximâ bibet*, Eccleſi. 26. 17. atque ita fortaſſis ſumendum illud obſcœnum dictum,

Quas aliter ſumas, hoſpes, habebis aquas.

Lucillius. Quod attinet ad epithetum *ſignatus*, etiam Lucillius alicubi eo-
Virgo ſignata. dem ſenſu *virginem ſignatam* dixit, integram à viro, cuius non imminutus pudor, nec ſigillum Virgineum deintegratum.

EX CAP. V. VERS. XII.

ADAG. CCC. XLVIII. Lacte lotus.

Lacte lotus.

Abbas Hortolanus. ABbas Hortolanus, cēſet comparationem peti à columbis: [*Quæ* poſtquā ſe lauerint primò in riuulis aut alueis aquarum non ſtagnantium, quæ putridæ & lutulentæ eſſe ſolent, ſed fluentium, quæ puriſſimæ & limpidiſſimæ: iterum ſe abluunt lacte in pleniſſimis lactis fluentis, inquit, aut iuxta Hebræum *in plenitudine*, hoc eſt, in vaſis lacte pleniſſimis, iuxta quæ ſedent, quod etiam magis proprium eſt. Columbæ enim amant lauari in patentibus vaſis, rapidos autem *refugiunt alueos.*] Ego, quid apud Perpinianenſes fiat neſcio, nullibi vidi vel audiui cymbia lactis plena exponi columbarum lotioni. Nimia hæc profuſio lactis, nec credibilis, niſi & illud credas,

Colūbæ lacte lotæ.

Flumina iam lactis, iam flumina nectaris ibunt.

Senſus metaphoricus. Sed omnia hæc Metaphoricè capienda, vt vel miram copiam ſignificent, vel munditiei & candoris magnitudinem. De priore ſunt illa, *terra fluens lacte & melle*, Exod. 3. 17. & paſſim: aut, *qua fluit rivis lactis*, Num. 16. 14. *inundationem maris quaſi lac ſugens.* Deutero. 33. 19. hoc eſt, merces per vndas maris maxima copiâ, facilitate, & ſecuritate importantes. *ſe paparan como leche todas las riquizas y trato.* & in apocrypho 4. Eſdr. 2. 19. *duodecim fontes fluentes lac & mel.* Ioël. 3. 18. *colles fluent lacte*, Iob. 29. 6. *lauabam pedes meos butyro.* Eſt enim quale, *lauabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine vuæ pallium ſuum.* Geneſis 49. 11. Mundities verò & candor indicantur, ibid. v. 12. *Pulchriores ſunt oculi eius vino, & dentes lacte candidiores.* Thren. 4. 7. *nitidiores lacte.* Sic hoc loco capiendum *lacte lota*, vt docui in commentario Cantic. quod confirmat Ciſtercienſis, his verbis; [*Aduertendum*, columbam, vt author eſt Marcus Varro, inter ceteras volucres eſſe mundiſſimū: adeò vt conſulat columbaria ſingulis menſibus eſſe vertenda: aquā præterea puram quæ influat, vnde & bibere & lauare ſe poſſit. Et Columella, Totus (inquit) locus calce polliri debet, albo tectorio, quoniā eo colore præcipuè delectantur hę volucres. Illud verò non minùs eſt annotandum, columbas inter ceteras volucres magnoperè delectari defluētium aquarum conſpectu; ob eámque cauſam iuxta aquarum plenitudines, ſiue iuxta fluenta aquarum, & fluminum alueos interdum verſantur. Quid verò ſi ad munditiam & candorem huius auiculæ, addas candorem lactis? quàm videbitur munda coloris albi columba, quæ ſit *lacte lota*, vt inquit Salomon? Id autem dicitur per hyperbolen & exaggerationem.] Hæc Cyprianus. Legionenſis autem Luiſius; [*Lacte lota*, quod dicit, periphraſis eſt coloris albi: conſtat autem, columbas albas, & decore & ſpecie præſtare cæteris.

Colūbæ amant fluenta.

Cyprian.

Luiſius.

Vnde

vnde & in psalmo sexagesimo septimo : *columba argentea*, hoc est, candida, pro pulcherrima columba *ponitur.*] Eodem modo interpretati Vatablus, Agathius, & reliqui.

Columba argentea. Vatabl. Agathius.

alius veterum, quod sciam, meminerunt. vide commentarium meum hoc loco.

EX CAP. VI. VERS. III.

Thirsa pulchrior.

ADAG. CCC. XLIX. Thirsa pulcrior.

HOc adagium ex Hebræo fonte nonnulli eliciunt, in quo יפה כתרצה *Iaphah kethirtzah*, accipientes *thirtzah* vt nomen proprium vrbis Thirsa, quod, cùm fiat repugnantibus Lxx. & vulgatâ nostra versione, pridem monui non satis solidum videri. Quia tamen id patitur Hebræus contextus, si solum adspicias, hîc adscripsi. De hac re ita scribit Cosmas Damianus: [*Juxta* Hebræum est, *pulcra es amica mea vt Thirsa.* confert enim hoc loco sponsus sponsam insigni illi vrbi in edito monte sitæ; qua ante conditam Samariam pro Regiâ vsi sunt reges Israël, vsque ad Zambri. Is enim, vt sacra refert historia, emit montem Samariæ à Somer duobus talentis argenti; ibíque ædificauit ciuitatem, quam de nomine Somer, eius montis Domini, appellauit Samariã. Ea porro vrbs *thirsa* siue *therfa*, quod suauem significat, vocata videtur, propter magnifica ædificia quæ habuit, optimum situm, regium splẽdorem, principum reliquorúmque ciuium diuitias, insignem cultum, ac populi *frequentiam.*] hæc ille. quæ de vrbis magnificentia & amœnitate dicit, fieri potest vt vera sint. Mentio fit vrbis tantùm vt in monte sitæ, & regiæ Israëlitarum Iosue 11. & Reg. 3. nec Iosephus, nec

Cosmas Damian.

3. Reg. 16. 23.

Therfa ciuitas.

Ioseph.

EX EODEM VER.

Pulchra suauis & decora sicut Ierusalem.

ADAG. CCCL. IV. Pulcra, suauis, & decora sicut Hierusalem. Sensus adagij. Vrbis Ierusalem decor, & commẽdatio.

SI fas, certè aptiùs deducas ex Lxx. & nostro hoc adagium, de re numeris omnibus absoluta, v. g. de muliere, vel animâ potiùs gratiis referta. Ciuitas enim illa fuit perfecti decoris vt vocat Ieremias, Thren. 2. 15. De cuius ornatu, diuitiis, splendore, & omnium rerum abundantia, & munitionibus, ferè incredibilia referunt: certa tamen Strabo lib. 15. Plinius lib. 5. cap. 14. Iosephus lib. 8. belli Iudaici, Hegesippus, & alij: & descripserunt ea nostris temporibus accuratè plenâ tractatione Adrichomius, & noster Villalpandus commentar. in Ezechielem, & breuiter Martinus Brioneus in descriptione terræ sanctæ. Quanta quæso & qualis fuisse existimanda, quæ typus regni cælestis, supernæ illi ac diuinæ regiæ nomen tribuit, vt à veteri, noua Hierusalem vocetur? Apocal. 21. & Tobiæ 13.

Strabo, & alij.

Ierusalẽ typus regni cœlestis.

Huiusmodi possent etiam colligi varia,

Pulchra vt luna,
Electa vt sol,
Terribilis sicut castrorum acies ordinata,
Oculi sicut piscinæ in Hesebon.

cap. 7. v. 3. & similia, dicam de duobus tantùm difficilioribus nonnihil.

EX

EX CAP. VII. V. IV.

ADAG. CCC. LI. Nasus sicut turris Libani.

Nasus sicut turris Libani.

Metaphoricam locutionem esse, nemo non videt; explicui in commentario. duas interpretationes alias suggerit Cyprianus Cistercienſis; vnam simplicem de rectitudine & æqualitate; alteram metaphoricam de fortitudine. De priore sic scribit:

Me aphora. Duæ interpretationes. Cyprian. Cistercié sis.

[*Hebræi* arbitrantur, Salomonem *turrim Libani* appellare, eam quæ esset sita in extremitate terræ promissionis, propter impetus & incursus Syrorum, quorum erat metropolis Damascus: qui frequenter populo Israëlitico fuerunt infensi hostes & inimici. Assimilatur *nasus* sponsi huic *turri*, non magnitudinis causa, sed dispositionis potiùs. Erat enim turris Libani, non quemadmodum turris Dauid, siue arx Sion ædificata cum propugnaculis, siue mergulis, aut eminentiis: sed æqua erat, plana, & perpolita, & in altitudinem tantisper acuminata. Quæ omnia si ad nasum sponsæ transferantur, facile sit deprehendere, qua in re venustas huius similitudinis *suasit*.]

Turris Libani. 1. Paral. 27.

Ego verò, vel id non deprehendo. nam nasi nec longitudo, nec altitudo, nec ossea durities, nec nimia rectitudo satis commendantur, tenuis & decora inflexio, nonnihil obunca præfertur, & fortitudinis atque audaciæ melius indicium censetur: mediocritas quoque non magnitudo probatur: & quæ de *turris* formâ differit, coniecturâ, non auctoritate vetustatis fulciun. tur. Sacra Scriptura tantùm testatur in Libano ædificasse. 3. Reg. 9. 19. & 2. Paral. 9. 6. hîc verò inter cetera fit mentio *turris*: sed qualis ista turris fuerit, non additur. Nec verisimile est, mergulis, & mœnianis cæterisque ascensûi prohibẽtibus destitutam fuisse. Pergit Cisterc. deinde.

Nasi cõpositio gratior.

[*Sed vt* hæc vera sint, mihi videtur similius vero, vt quamuis dicẽdi figura sumatur à turri Libani, quæ contra Damascum respiciebat, quę esset structa ad rerũdendos impetus hostium, Salomon voces istas *Libani* & *Damasci* vsurparit potiùs propter etymologias vocum, & significantias, quàm propter res ipsas aut ipsarum rerum naturas. Ad eruendum proinde sensum germanum huius loci, est vehementer aduertendum, dictionem Hebraicam *aph* אף significare nunc quidẽ faciem, nunc verò nasum. *Nasus* autem in sacris litteris, indignationẽ aliquando, iram, vindictam, fortitudinem, & audaciam significat. Est igitur sensus, *nasus tuus*, aut audacia ipsa, instar *turris Libani*: vt nomine *turris* ingentẽ sponsæ fortitudinem intelligas. *Libanus* autem significat candorem; vt tota sponsæ audacia quæ in naribus vultúque apparet, depugnet ad tuendum animi candorem, pulchritudinem, venustatem, vitæ innocentiam, & integritatem; quæ illi à condito orbe contigit, per fidem in semẽ illud benedictũ, vt superiùs diximus. Audacia autem sponsæ se exerit maximè *aduersus* ciuitatem *Damascum*: vt per *Damascum* iuxta nominis etymologiam, saccum sanguinis intelligas, carnem scilicet & sanguinẽ, vel sãguinem & corpus. Est enim sponsæ fuitque ẽper grauis proposita dimicatio ex turre Libani aduersùs carnem & sanguinẽ, aduersùs principes & potestates tenebrarum, quasi dicas aduersùs Syros.] hæc ille plenè profectò & vbertim.

Ephes. 6.

Vsus adagij.

Tunc vsus adagij futurus de iis qui fortiter pugnant cõtra carnem, sanguinem, & spiritales nequitias. Quod manibus quàm naso melius conueniret. nasus enim non ad pugnandum, sed ad odorandum attributus animantibus. Ideo malim accipere de sagaci prouidẽtiâ, & scientiâ (vt sic dicam) peritiáque discernendorum spirituum, instinctuum, suggestionum. confirmant hoc tradita per Cosmam Damianum hoc loco.

Autoris sẽtentia.

[*Hac*, inquit, hyperbolicâ & quãtumuis in speciem impropriâ comparatione appositissimè commendatur exactum Ecclesiæ, quæ extremis temporibus erit, iudicium: ad cuius mentis nasũ Dei scientiâ repurgatũ diuinus spiritus certas perferet, rerum & consiliorum, quæ hostes captabũt, notas; quemadmodũ tractus per purgatas nares corporis purus aër ex rebus odoratis certas species & natiuos odores in cerebrum vsque infert. Vnde illa velut ex altissima speculâ *terris in Libano*, hoc est, in Christo, sita, Syrorum insidias, & quæ Christi, magni Salomonis, hostes antiquissimi, sed omnium potentissimus Antichristus, suis inferre parant ciuibus, ingentibus suæ prædicationis clamoribus & monitis prodat, ac ne incauti illi opprimantur, tempestiuè *moneat*.] Sic ille.

Vt persistam in vsu adagij: alio, quem insinuaueram, indicatur hæc prouidentia & sagacitas debere esse *in Libano*, in dealbatione, hoc est, sinceritate & veritate, non in odio, calumniis, suspicionibus, aut temerariis iudiciis, quæ falsos odores perferunt, & suauitatem etiam fragrantissimarũ virtutum adulterãt.

Deccem si lectorem priuem vtilissimis hoc loco Dionysij Carthusiani monitis, quibus quæ dixi astruentur. verba doctoris à Deo illuminati sunt sequentia.

[*Per nasũ*, quo inter malos & bonos odores discernitur, *virtus discretionis* insinuatur: quæ vtique virtus alta & præclara est valdè; & *contra Damascum*, idest, sanguinolentũ & vitiosum hunc mundum, opponit se: quoniam inter spiritalem & carnalem distinguit suauitatem ac voluptatem; definiens à sensualibus, fœdis ac caducis abstinendum esse oblectamentis: quoniam vana & vilia sunt in se; à spiritualibus ac diuinis voluptatibus & consolationibus impeditiua, imò ad infernalem pertrahentia acerbitatẽ, atque æternalem illam beatificæ fruitionis increatæ dulcedinis auferẽtia voluptatem. Non enim possumus modò gaudere cum sæculo, & deinceps regnare cum Christo: sed huic capiti oportet nos conformari, de quo ait scriptũ: *Nonne hæc oportuit pati Christum & ita intrare in gloriam suam?* Idcirco oportet & nos per multas tribulationes intrare in regnum cœlorum. Iugiter ergo vigeat in nobis naris saluberrimæ discretionis, & quando occurrerit nobis delectabile aliquid, aut iucundum; protinus instar canum diligentissimè odoremur, an verè expediat, an sit odor aut suauitas eius animæ refectiua, an potiùs sub mellis specie infectiua; &, si sit, protinus fugiamus ab ea, in ipsis quoque solatiis, & ludis, & recreationibus licitis, ab omni superfluitate dissolutionéque cordis abstineamus: quatenus qui gloriatur in Domino glorietur: & obseruemus quod scriptum est, *Post concupiscentias tuas ne eas, & à voluptate tua auertere.* Hier. 6.

EX

EX EODEM CAP. VERS. VLT.

ADAG. CCC. LII. Mandragoræ dederunt odorem suum. Mandragora. Mandragoram bibere. Submandragora dormire.

Mandragoræ dederunt odorem suum.

DE huius herbæ & floris naturâ dixi multa in commentariis: ab eâ veteres nonnulla deduxerunt adagia; *Mandragoram bibere*, & sub *mandragora dormire*. de quibus consulendus adagiographus. Possumus & nos ex verbis sapientissimi regis istud addere;

הדודאים נתנו ריח

Hadduda im nathenu reicha.

μανδραγόραι ἔδωκαν ὀσμήν.

Mandragoræ dederunt odorem:

Tresmãdragoræ effectus præcipui. Vsus adagij. nimirum omnia à vi pomorum istorum petita. effectus præcipui tres, quare & vsus triplex esse poterit.

I. Vt significemus aliquos in negociis gerendis obdormisse, segnes ac remissos esse, stupidos ac fere sensus expertes: quod si ad iudices, magistratus, præfectos, præpositos peculiariter accommodes, licebit iuxta quorumdam distinctionem dicere, *mandragoræ dederunt odorem suum in portis nostris*. nam in portis iudicia exercebantur, & conciones habebantur, & contractus plerique firmabantur.

II. De amore fascinatis.

III. De copiosâ alicubi prole.

Cyprian Cistere. Cypriani Cistercienses scripta vix trans Pirenen nora: ideo libenter eius verba transcribo in aliorum gratiam; sunt ista; [*D. Augustinus* lib. 22. contra Faustum Manichęum multa dicit de naturâ huius herbæ, excutitque nunquid accepta in escâ sterilibus fœminis fœcunditatem pariat: sed quicquid sit de sententia D. Augustini eo in loco, multa à peritis authoribus de naturâ huius herbæ traduntur. eam appellabat Pythagoras *anthroponorphon*, Zoroastes *Diamon*, Magi *Hemonias*, siue *Gonogeonas*. Romani *terrestria* siue *canina mala* appellãt. Sunt qui *Circeam* vocẽt, nomen illi à Circe facientes: quoniam credebatur radix eius amatoriis veneficiis vtilis esse. Mandragora alter mas, alter fœmina. De vi autem aut efficacia herbæ huius pauca quædam accipito. Primo creditur herba ista apta generationi. huc fortè spectarũt magi, cùm eam *Gonogeonam* appellarunt; & filtris etiam idoneam satis declarant, qui eam *Circeam* dixerunt, quasi sit conciliãdis amoribus accómodatissima. Tum verò tertiò illius potus somnũ incutit grauissimũ; adeo, vt abierit in prouerbium, *Mandragoram bibisse*. vt auctor est Demosthenes in 4. Philippica, *μανδραγόραν πεπωκέναι*, hoc est, *mandragorã biberunt*. & Lucian. in Timone, *ὑπὸ μανδραγόρᾳ καθεύδεις, sub mandragora dormis*. Et de Demosthenis laudibus dicitur, ab illo solitos excitari Athenienses, velut ex mandragora dormientes. Ex quibus facilè liceat colligere, tribus potissimùm in rebus mandragoram commendari. Primò ad parandam fœcunditatem. Secundò ad conciliandos amores. Tertio ad incutiendum grauissimum soporem. connumeratur enim à Græcis inter hypnotica *medicamenta*.]

Mandragoræ naturæ. Nomina. Vis. I. II. III. Demost. Tribus commẽdata mãdragora. Hesychij locus. Iuppiter Μανδραγόρας. Venus Μανδραγορῖτις. Suidas. Μανδραγόρων. Μανδραγορίζειν.

Hesychius idem confirmat, & addit, Iouem quidem vocatum *μανδραγόραν*, & Venerem *μανδραγορῖτιν*. de Venere non dubito, propter effectum consimilem. Sopit illa sensus, vt hæc. de Ioue, hæsito. fortè cum Mandrone confudit. nam Suidæ *μάνδρων* nomen proprium. Eidem verbum *μανδραγορίζειν* pro *poculum è mandragoræ vino præbere*,

Μανδραγορίζομένη. bere, vnde de somniculoso comœdia Alexidis μανδραγορίζομένη, quasi dicas *multam mandragoram potans* aut *præbens*.

De somniferâ hac vi etiam adagium in Iuliani apostatæ epistolis occurrit, sensu contrario, de hominis vigilantissimo, *non videri multum mandragoræ bibisse*; οὐ φανεῖται πολὺν πάνυ μανδραγόραν ἐκπεπωκώς. quod contra protulit Suidas de veternoso, φανεῖται πολὺν τὸν μανδραγόραν ἐκπεπωκώς. Athenæus lib. XI. ex Xenophontis Symposio refert, vinum curas & molestias sopire, sicut mandragoras, homines; hilaritatem excitare, vt oleum flammam.

Nō multū mandragoræ bibisse. Suidas.

Athæn. Xenoph.

EX CAPITE VIII. VERS. VI.

ADAG. CCC-LIII. Fortis vt mors.

Fortis vt mors.

Mortis fortitudo.

DE mortis fortitudine patet, tum quia sensus exteriores corporis omnes ab omni proprio & naturali appetitu & functione reuellit: (sic D. Gregorius;) tum quia post latam à Deo legem omnes superat, & fortissimis quibusque dominatur (sic Theodoretus,) canit Horatius,

Horat.

Pallida mors æquo pulsat pede pauperum tabernas
Regúmque turres.

Nihil certius, quicquid natum est, debere mori. *Morte tamen fortior caritas*, Roma. 8. 38. Sed amore carnali mors fortior, quæ illum tollit atque extinguit. Lege triumphum mortis, in triumphis Franc. Petrarchæ. bene Horatius, *mortem indomitam*, Virgilius *duram* vocauit.

***

EX EOD. VERS. VI.

ADAG. CCC-LIV. Dura ficut infernus.

Dura sicut infernus.

DOcui in commentariis, *infernum*, שאול propriè capi debere. Meliùs conuenit inferno, quàm sepulcro durities ista, quæ immisericordiæ & inexorabilitatis affectum quendam significat ab animatis sumptâ translatione: & hoc indicat comparationis pars altera de zelo, seu æmulatione parcere nescia. Prou. 6. 34. *Zelus & furor non parcet in die vindictæ, nec acquiescet cuiusquam precibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima.*] nec minor durities animi muliebris zelotypiæ thyrso vulnerati. Seneca in Oetæo,

Seneca.

O quàm cruentus fœminas stimulat dolor,
Cùm patuit vna pellici & nupta domus!
Scylla & Charybdis Sicula contorquens freta
Minùs est timenda: nulla non melior fera est.

Idem Medeâ:

Nulla vis flamma, tumidíque venti
Tanta, nec teli metuenda torti;
Quanta cùm coniux viduata tedis,
Ardet, & odit.
Non vbi hybernos nebulosus imbres
Auster adnexit, properátque torrens
Ister, & iunctos vetat esse pontes,
Ac vagus errat.
Non vbi impellit Rhodanus profundum;
Aut vbi in riuos nimbis solutis,
Sole iam forti medióque vero
Tabuit Hæmus.
Cæcus est ignis stimulatus irâ,
Nec regi curat, patiúrve frenos.

Haud

Haud timet mortem, cupit ire in ipsos

Obuius enses.

Vbi in Aduersariis vers. 581. ex Euripide, Ouidio & aliis similia notaui. Sed nullus hanc vim æquè efficaciter expressit ac Spiritus Sanctus, per Salomonẽ. quis enim dolor, quæ ninium solutarum rapiditas, quæ vis citatorum imbrium; aut torrentium impetus, aut excrescentium amnium exundationes, quæ ventorum flabra, quæ flammarum incendia, quæ Scylla, quæ Charybdis, quæ ferarum immanissimarum fames atque crudelitas, cum Orci insatiabili fame, ac animarum assiduâ cupiditate, & inexorabili sæuitiâ poterit comparari? Ideo Seneca in Hippolyto,

Orci fames & crudelitas. Seneca.

Regni tenacis dominus & tacita Stygis.

Nullam relictos fecit ad superos viam.

didicerat id à Paullo, nam simile est illi quod Abraham in Euangelicâ historia respondet epuloni; *Inter nos & vos magnum chaos firmatum est: vt hi qui volunt hinc transire ad vos, non possint, neque inde huc transmeare,* Luc. 16. 26. Ideo ergo *durus* dicitur *infernus*, quia (vt ait Guilhelmus Angelicus in Cant.) nulla vi ab his quos semel ipse susceperit; superatur, vt euadatur; nec vllis miserorum blanditiis mollitur, vt parcat vel mitiùs puniat: nullâ vi vel metu vincibilis, nullis etiam blandimentis flexibilis. Horatius:

Durus infernus cur dicitur. Guilhelmus Angelicus.

Horat.

Victima nil miserantis orci.

idem vocat Plutonem *illacrymabilem*, & Virgilius *immitem*. hic adde quæ habes de inferno, loco 34.

ADAGIALIA SACRA
EX LIB. SAPIENTIÆ.

EX CAP. I. XIV.

ADAG. CCCLV. Inferorũ regnum.

Inferorum regnum.

PONE vt habes de inferno, loco trigesimo quinto, in iis quæ antè scripsimus.

EX EODEM CAP. VERS. XVI.

ADAG. CCCLVI. Manibus & verbis accersire.

Manibus & verbis accersire.

PArœmialis (inquit Lorinus nostet) oratio videtur, manibus & verbis aliquem aliquidve accersere: hoc est diligenter, sedulò, magnâ curâ, & peruestigatione: sed ineptè quidam, pro *verbis*, ponunt *pedibus*: quis enim pedibus accersit? alia vis est, manibus pedibúsque aliquò tendere, sicut velis remísque: quanquam si accersere pro attrahere sumas: possent hæc etiã sic intelligi, vt dicitur quis mortẽ manibus pedibúsque attrahere, qui ruit in exitium, vel in aliud malum, vnde adagio ille Homericus.

Sensus adagij.

αὐτὸς ἑαυτῷ κακὸν ἕξει.
Perditus accersitum malum quærit.

Ventus Cæcias. De quo Chil.4.cent.2.nu.5.talis solet comparari vento Cæciæ,qui nubes ad se attrahit. vnde aliud prouerbium natum,

καθ' ἑαυτὸν ἕλκων, ὥστε καικίας νέφος,
Sic mala sibi ipsi,vt cacias nubes, attrahens.

Alij vsus adagij. Potest etiã de bonis, & de qualibet re in vtramque partem vsurpari,vt docet parœmiographus Chiliad.1. cent.5.nu.62. cui certè pleraque de accepto referenda, quæ nonnulli adducunt,in eius tamen vitulà arant,& pro gratiâ vocant consarcinatorem, non attendentes id propriũ collectioni adagiorũ; alienum à commentariis.Nostrum adagium poterit etiam in bonũ vsurpari,sed frequentiùs, in malum, quia mala crebriùs ingruunt. Nam mala vel non quærẽtibus obuia;bona,etiam quærentibus auia & refuga sunt.

Erasmus, malè tractatus.

EX CAP. II. VERS. III.

ADAG. CCC. LVII. Fumus, vestigiũ nubis & nebula. Sensus adagij.

Fumus, vestigium nubis & nebula.

DIci patet de re valdè fragili, incõstante & transitoriâ. nam ad vitæ humanæ breuitatem indicandam sacra Scriptura vsurpauit. *Transibit vita nostra,tanquam vestigium nubis, & sicut nebula dissoluetur, quæ fugata est à radiis solis, & à calore illius aggrauata.* præmiserat paullo antè similem locutionem de fumo, dicens,anhelitum (quo vitam significat,similẽ esse fumo, *fumus flatus est in naribus nostris* v.2. καπνὸς ἡ πνοὴ ἐν ῥισὶν ἡμῶν. vbi subauditur nota comparationis,ἡ πνοὴ ὡς καπνὸς,*flatus sicut fumus* infer.cap.5.25. *tanquam fumus qui à vento diffusus est.*psal.36.20.*deficientes tanquam fumus deficient.* & ps. 101.3. *defecerunt sicut fumus dies mei.*

Fumus est.

Seneca in Troadib. πνοὴν describit, Seneca.

— *cum profugo spiritus halitu*
Immistus nebulis cessit in aera.

loquitur eodem sensu, quo hîc impij: & mox subdit duas has Salomonis comparationes,

— *vt calidis fumus ab ignibus*
Vanescit spacium per breue fordidum.
Vt nubes grauidas, quas modò vidimus,
Arctoi Borea dissipat impetus:
Sic hic quo regimur spiritus effluet.

Homerus;

— ψυχὴ δ' ἐκ χθονὸς ἠΰτε καπνὸς ὤιχετο τετριγυῖα.

ait, *animam in terram descendere turbatã instar fumi.* πνεῦμα vocauit Plato ponens pro halitu seu respiratione. vide commentar.nostrum in Troad.chor.2.Sic *vapori* comparant alij, qui & ipse fumo simillimus. Iaco.Canon.4.15. *Qua est enim vita vestra? vapor est ad modicum parens.* Alia comparatio est Iob.7.9. *Sicut consumitur nubes & pertranssit.* & cap. 30.10. *abstuliste quasi ventis desiderium meum: & velut nubes pertranssit salus mea.*hoc est,celerrimè.Isa.60.8.iunctis verbis S. Maximi,serm.70. *leuis* enim est nubis epithetum,Isai.19.1. quod verissimum, maximè sub auroram. Osee 6.4. *misericordia vestra quasi nubes matutina, & quasi ros mane pertranseuns.* quia ros sole superueniente statim perit. [*Sicut enim* nubes(ait Rob.Holcot lect.16.de inferioribus eleuatur calore cœlesti, & ascendit,volátque in altum ad tempus;& quandoque in suâ altitudine circumfertur,& agitatur huc,illuc,nè sine quiete;& tandem iteratò in terram resoluta descendit:ita homines in vitâ præsenti oriuntur de terrâ,

Plato. Vapor. Nubes. Rob. Holcot.

eleuan

CCCLX. eleuãtur ad dignitates & honores, vbi circumagitantur & fatigantur, & inquietantur, & tandem de dignitatibus decidunt, & in terram *conuertuntur*.]

Nebula. S.Bonauentura, de nebulâ sic explicat:[*Est reliquiæ* nubis. *nubes* enim ex vapore grossiori & depressiori consistit; *nebula* verò ex rariori[*qua*] scilicet nebula [*fugata est à radius solis*] calore continentis aëris adunãte partes, & fugante partes frigidi vaporis. [*Et à calore illius aggrauata*] eodem calore frigus nubis ad interiora fugante, & sic per accidens partes illius nebulæ condensante, & sic aggrauante, in aquam postea resoluente, Iob. 37.21. *Subito aër cogatur in nubes, & ventus transiens fugabit eas.*

EX CAP. III. VER. II.

ADAG. CCCLVIII. Fortitudo nostra lex iustitiæ. Prouerbiales locutiones. Hesiodus. χειροδίκαι.

Fortitudo nostra lex iustitiæ.

SIc legendum: & est qualia multa prophanis, vt, *sit pro ratione voluntas.* item, *ius est in armis.* item, *lex manuum.* item, *ferrũ rex.* item, *Mars Rex.* talis pingitur Mezentius cui dextra pro Deo, & similes quos Hesiodus χειροδίκας vocat, quasi *ius sibi manu dicentes.* vide Erasmi adag.

EX CAP. IV. VERS. III.

ADAG. CCCLIX. Spuria vitulamina dabunt radices altas. Vsus adagij.

Spuria vitulamina non dabunt radices altas.

VSurpari potest de omni consilio & negotio improbo, item de hæreticorum sectis & doctrinis nouis, vt sit non absimile sententiæ Gamalielis; *Si est ex hominibus consilium hoc aut opus, dissoluetur: si verò ex Deo est, non poteritis dissoluere illud.* Act. 5.32. nostræ sententiæ similis est Eccl. 23.35. de adulteræ liberis; *Non tradent filij eius radices, & rami eius non dabunt fructum.* & 40.15. *Nepotes impiorum non multiplicabunt ramos, & radices immundæ super cacumen petræ sonant.* Græcè est, ὁρμὴν μοχθηρὰν οὐ δώσει ῥίζαν εἰς βάθος. *ex spuriis stolonibus non dabit radicem in profunditatem.* Triplicem inuenio lectionem hoc loco versionis nostræ: quidam libri habent, *adulterinæ propagines*; alij *plantationes*; alij *vitulamina.* D. Augustinus li. 2. de doctr. Christianâ cap. 12. sic scribit: Triplex lectio versionis. D.Aug.

[*Quia* μόχθος Græcè *vitulus* dicitur, μοχθίσματα quidam non intellexerunt esse *plantationes*, & *vitulamina* interpretati sunt. Qui error tam multos codices præoccupauit, vt vix inueniatur aliter scriptum: & tamen sententia manifestissima est, quia clarescit cõsequẽtibus verbis. Namque, *adulterinæ plamationes non dabunt radices altas*, conuenientiùs dicitur, quàm *vitulamina*, quæ pedibus per terram gradiuntur, & non hærent radicibus. Hanc translationẽ in eo loco etiam cetera contexta *custodiunt.*] Sic D. Augustinus. eius sententiam secuti Hugo, Strabus, Carensis, Lyranus, Holkot, Richelius. Hugo, Strabus, & alij.

Solus D. Bonauentura prudenter admodum & verè monuit, Rabani & omnium antiquorum textum habere *vitulamina*, nouos verò libros ex D. Augustino retinuisse *plamationes.* addit idem doctor Seraphicus, S. Ambrosium in quadam epistola scripsisse, *vos estis nobilia vitulamina*: hoc est plantationes. Si quæras vocis analogiam; respondet; [*Vitulamen* sunt plantæ infructuosæ, quæ nascuntur iuxta truncum vitis. vnde dicitur vitulamen à vite. Vel secundùm D.Bonauentura. S.Ambrosius.

quos

quosdam dicitur à vitulo, quia talis planta nascitur in terra vitulis seu bobus *arata*.] Posterior hæc ratio non est probabilis admodum priori Franc. Lucas annotationi obiicit tunc dici debere *vitilamen*, sicut *vitiligo*. Certè Græcis μόχθος promiscuè *vitulum*, & *stolonem* significat; & inde μόχλημα, pro *surculo* seu (vt vocat Plinius) *pullulo* plantulæ nouellæ (Hesychius Μοχλήματα, τὰ νεόφυτα.) hoc loco Græcus posuit pro frutificatione inutili, quam Plinius lib. 17. cap. 1. tradit *stolones* vocari; fortassis quasi *stolidos surculos*. hoc adspectu, cùm videret noster interpres à *vitulo* deduci vocem *vitulari*, quæ lætitiâ diffluere & lasciuire significat; à *vitulo* (quasi Latinis ambigua vox foret sicut μόχθος Græcis) formasse vocem *vitulaminis*; qua certè cõmodè redditur τὸ μόχλημα. Nec *vitulamen* dicenda vox Latinis inaudita, vt ait Iansenius. Placuit enim summis viris, S. Ambrosio (quem citat S. Bonauentura.) vt puto indicans locũ epist. 7. ad Simplicianũ, verbis paulum mutatis.) & B. Optato Mileuitano lib. 4. contra Parmenian. Donatistam; &, qui hîc retinuit D. Hieronymo. quibus viris, quod caput est, hæc lectio est codicum Complutensium, Regiorum, & Romanorum. ideo non credendum fratri Didaco Ximenio Ariæ, authori Vocabularij Ecclesiastici, qui satis audacter recedit à vulgatâ hac versione, & lectione, dicens hîc iuxta Græca pro *spuria vitulamina* vertendum *adulterina plantationes*. nec causæ quidquã adfert. De hac re legi quoque potest Lorinus hîc.

Fr. Lucas. Μόχθος. Μόχλημα. Plinius. Hesych. Iansenius. Ambros. Bonauentura. Optatus Mileuit. D. Hier. Didacus Ximenius improbatus. Lorinus.

EX CAP. V. VER. CX.

Lanugo quæ à ventre tollitur,
Spuma gracilis quæ à procella dispergitur.
Memoria hospitis vnius diei prætereuntis.

ADAG. CCC-LX. Lanugo quę à vẽtre tollitur, &c.

ADagialia tria quæ quòd non meminerim à me alibi explicata, & ad idem tendentia, nempe vsurpata de rebus vanis, & statim pereuntibus, vix momento duraturis; dicenda pauca de singulis.

Lanugo quæ à vento tollitur, Græcè,

φερόμενος χνῶς ὑπὸ ἀνέμου.

Iansenius vult χνῆς magis *pulueres* significare quàm *lanuginem*. probat, quia noster sic reddidit psal. 1. v. 4. possem cõuertere argumentũ, *lanuginẽ* potiùs significare, quia sic vertit hoc loco, sed sequela validior est, vtrũque significare, quia vnum vno, alterũ altero loco reddidit. ps. sanè 34. 5. Isai 17. 13. & 41. 15. & Osee 13. 3, cõstãter vertit *pulueres*; sed de Isai. & Osee locis non miror, quia ex Hebræo יבש *Moiz* in ps. locis vnã vocis significationem materiæ accommodatiorem delegit: hîc aliam, de qua Hesychius χνάς· ὁ χνῶς τῆ γενείαν ἀρξαμένου. (primæ barbæ productio.) confirmant Didymus & Pollux quiad poma quoque retulit. seu ad lanuginem fructuum, vt & alij veteres, Aristophanes in Nubibus, & Virgilius in Georgicis. Sicut & πάππους Græci de his accipi potest & de pappis, seu floccis leuissimis, qui adnascũtur extremis quibusdam floribus, vt carduo & aliis: his comparari volunt

Iansenius. χνῆς. Hesych. Didymus. Aristoph. Virgilius.

CCC-LXI.

volunt carnis fragilitatem Strabus, D.Bonauentura & alij:tum, quia carnis fragilitas a vento ęgritudinis vel molestiâ corporis citò tollitur. tum quia omnis caro fœnum, & sicut flos agri gloria eius,Isai.49.10. tum quia sicut terra tribulos & spinas germinat homini, Genes.3. gignit curas & tentationes;tum quia sicut lanugo derasa genas nudas relinquit, sic ista florem à quo marcescente abrepta.

Robertus. Holkot. Lanugo.

Robertus Holkot lect.67.[*Lanugo* in proposito dicitur(inquit)quod stat super capita quarumdam herbarum flore desiccato: & habet similitudnem aliquo modo ad lanam: & ideo vocatur lanugo. ista lanugo quando est sicca, statim à modico vento tollitur,& relinquit extremitatem herbæ quasi caput rasum. Sicut patet super florem marcidum & desiccatum herbæ quæ vocatur dens leonis, & super capita carduorum.

IBIDEM.

ADAG. CCC. LXI. Spuma gracilis quæ à procella dispergitur.

Spuma gracilis quæ à procella dispergitur.

GRæca quo ad sententiam probè consentiunt, & πάχνη licèt sæpe *pruinam* significet,tamẽ aptiùs vertas *spumam*, quàm cum Nannio *ninem tenuem*. hæc enim non indiget procellâ,sed statim vt in aquam incidit, dissolvitur. spumam verò maris aut fluuiorum, eadem agitatio fluctuũ quæ illam genuit,etiam huc illuc impellendo dispergit. Vt meritò Strabus, D. Bonauentura, Robertus, & alij veteres per *spumam* censuerint significari ambitiosam gloriam; quam gignit fouens animi iactantiam hominum fauor vanissimus, & laudes immodicæ; eadem tamen studia huc illuc more procellæ differunt, & tandem obruunt. Osee.10.7. *transire fecit Samaria regem suum,quasi spumam super faciem aquæ*;hoc est,vt elegit,sic statim necauit,& succidit. vide LXX.

πάχνη

Strabus.

Rupertus. Vsus adagii. Homo bulla.

Notat Rupertus ibi typicè designari, hæresiarchas breui tempore duraturos. Ad hoc non est alienum adagium, *homo bulla*,de quo iam sæpe dictum.

IBIDEM.

ADAG. CCC. LXII. Memoria hospitis vnius diei prætereuntis. Sensus adagij.

Memoria hospitis vnius diei prætereuntis.

DE re quæ vix vestigium imprimit.nam hic vix admissus dimittitur,& cum discedente abit recordatio.Non credis?redi post paucos dies;& narra te ibi pridie hospitatum,negabit stabularius,se tot superuenientibus vllius meminisse. sic fluctus fluctum elidit;nubes nubem. Etiam Ciceroni in Catone, Vita nostra hospitio similis. Sacra scriptura nos omnes pro viatoribus & peregrinis habet. versamur, vt in domo alienâ, & precariâ.nec datur cõsistere,sed quotidie de vitâ ad mortem transimus; nec vita est aliud quàm lubrica & præceps via. vide Hebr.11.vers.9.13.

Cicero Vita hominis hospitio similis.

Cupio lectorem non doctiorem modò, sed meliorem his legendis effici: quare morum magistros sermone barbaros, sed monitis præclaros, nihil pudet nec piget interdum accersere. Robertum igitur accipite mundi & mali hospitis comparationem presse stilo æui illius prosequentem.

Robert.

[*Mundus* est hospitator, qui quotidie nouos homines receptat,

V. & emittit à domo: Eccl. 1. *Generatio præterit, generatio aduenit, terra autem in æternũ stat.* Talis hospitator multa
I. facit. Primò, vsum domus, & vtensilium suorum concedit hospitibus,
II. sed non dominium. Secundò, successiuè idem diuersis vendit: mundat enim cameram, & denudat, vt hospes emat paleam: & cùm recesserit hospes, cameram iteratò denudat, vt alias eadem emat paleas de nouo. Tertiò, non permittit
III. hospitatum meliora emere extra hospitium suum. vnde licèt sit melius vinum, meliores auenæ, & melior panis, in vicino hospitio quàm ibi, non licet hospitato illa comparare, sed postquam hospitium suum acceperit, quicquid necessarium est
IV. ab hospite suo emit. Quartò, hospitator pulcherrimum vultum facit, & obedienter per omnia deseruit, sed in fine strictissimum computum exigit. Quintò, hospitem
V. recedentem, & non reuersurum, perpetuæ tradit oblitioni.

Sic I. Ista quoque quinque facit mundus homini. vsum enim rerum mũdanarum concedit homini, non dominium. Vnde nihil secum permittit asportare, sed cum illis cum quibus intrauit, cum illis exibit. Eccles. 5. *sicut egressus est nudus de vtero matris suæ, sic reuertetur, & nihil auferet secum de labore suo.* Miserabilis prorsùs infirmitas: *quomodo venit, sic reuertetur.* 1. Tim. 6. *Nihil intulimus in hunc mundum: haut dubium*
II. *quia nec auferre possumus.* Secundò, idem successiuè vendit diuersis: sic mundus eandem dignitatem, idem officium; idem manerium successiuè vendit diuersis. Tertiò, non per-
III. mittit hominem gaudiũ cœli emere, nec delicias extra mundum existentes, licèt sint meliores quàm ipse habeat. Non enim vult lex mundi, quòd homo largiatur eleemosynas, sed quòd expendat potiùs circa delicias & pompas. Vnde Gregorius 14. Moral. cap. 13. *Desiderium cœlestium nescium, qui cor in terrenis voluptatibus defigunt.* Quartò, facit IV. homini quem decipere intendit, optimum vultum, sicut CHRISTO fecit Iudas quando eum prodidit. Vnde Augustinus in epist. ad Dioscorum, & est epist. 69. *Mundus iste periculosior est blandis, quàm molestis: & magis cauendus est cùm se allicit diligi, quàm cùm se admonet cogítque contemni.* Seruit homini ad nutum, dat senatum, dat diuitias, & amicitias: sed in fine strictissimum computum exigit de impensis. Vnde Augustin. in Confession. *Cuius rei gratia militatis? Maiórne poterit spes vestra esse in mundo, quàm vt amicis mundi sitis? & ibi quid nisi vas fragile plenum periculis? & per quot pericula peruenitur ad maius periculum? pereant hæc omnia, & dimittamus hæc vana & inania, & conferamus nos ad solam inquisitionem eorum, quæ finem non habent. Vita hæc misera est. mors incerta subitò subrepit: & post hoc negligentiæ supplicia luenda sunt.* Quintò V. hospitem recedentem perpetuæ oblitioni tradit. Eccli. 11. *malitia horæ obliuionem faciet luxuriæ magnæ: & in fine hominis denudatio operum illius.* & Sap. 2. *Nomen nostrum obliuionem accipiet, & nemo habebit memoriam operum nostrorum.*] Hactenus Ropertus. .Greg. Augusti.

EX CAP. VI. V. VII.

ADAG. CCCL. LXIII. Potentes potenter. Vsus adagij.

Potentes potenter tormenta patientur.

PRæcessit; *Iudicium durissimum in his qui præsunt fiet.* His verbis, vtendum quando tyrannorum retunden

CCC-LXIII. tundenda licentia, & oppressiones imbecilliorum ac pauperum reprehenduntur. idem repetit v.9. *Fortioribus autem fortior instat cruciatio.*

Epôva ἐρεύνα quamlibet *scrutationem* significat, sed quia sermo est de quæstione qua veritas tormentis exsculpitur, benè vertit *cruciationem.*

Applicatio alia adagij. D.Hier. S.Macar. Procop. Sunt qui velint dictum de iis qui pluribus a Deo beneficiis & gratiâ maiore donati fuerunt. vt D.Hieronymus lib.2. contra Iouinian. S. Macar. ho.29. Procop.in Isai fol.4. licèt hoc verum, magis tamen conuenit litteræ quod dixi, & tenuere

S.Cypri. Lactant. Damian. S.Cyprianus lib.3.testim.num.112. eleganter Lactantius lib.5. cap.24. & Petr.Damianus epist.ad Blancam Comitissam cap. 12. Nolo multa coacernare, celebris est

Plato. Platonis sententia in Gorgiâ, quam etiam

Eusebius Eusebius laudauit, lib.12.de præparatione Euangeli.Latinè cap.3.Græcè fol. 339. è quo

Seneca. Seneca sumpsit, inducens vnum tyrannorum de inferorum iudicibus eadem asserentem Theseum, tutiore loco, quàm Virgilius fecerat, concionantem;

Vidi cruentos carcere includi duces,
Et impotentis terga plebeiâ manu
Scindi tyranni. quisquis est placidè potens,
Dominúsque vitæ seruat innoxias manus,
Et incruentum mitis imperium regit,
Animæque parcit; longa permensus diu
Fœlicis æui spacia, vel cœlum petit,
Vel lata fœlix nemoris Elysij loca.
Iudex futurus, sanguine humano abstine,
Quicumque regnas. scelera taxantur modo
Maiore nostra.

Regum videlicet. Vide in Hercul. Fur. vers.736. Non enim, qui omnium Dominus est, vultum cuiusquam adspicit aut reformidat. hic v. 8. & Coloss.3.25.& 1. Reg.16.7. aurei sunt licèt inculti rythmi vulgati,

Iudicabit iudices iudex generalis.
Neque quicquam proderit dignitas Papalis
Siue sit Episcopus siue Cardinalis,
Reus condemnabitur. nec dicetur, Qualis?

Piè & sapienter more suo de re totâ S.Bonauentura, [Verè *horrendè* (inquiens) *apparebit vobis* prælatis. *quoniam durissimum in his qui præsunt fiet.* durum quidem, quia male intrauerunt; durius, quia malè vixerunt; durissimum, quia malè rexerunt: vel, durum propter peccata subditorum; durius, propter peccata ministrorum; durissimum, propter multitudinem & enormitatem p priorum peccatorum. Duriùs nientur prælati quàm ceteri. Primò, I. ratione commissi, secundùm illud Luc.12. *cui plus commodauerint, plus petant ab eo.* Secundò, ratione peccati, quia ceteris paribus grauius est peccatum Prælati, quàm subditi. Ieremi. 5. *ij magis fregerunt iugum*, &c. Tertiò, ratione damni, quia scilicet alios suo exemplo corrumpunt. Greg. *Cum pastor per abrupta graditur, necesse est vt in præcipitium grex sequatur.* Quartò, ratione scandali, quia Ecclesiam scandalizant. vnde Malach.2. *scandalizastis plurimos à lege.* Quintò, ratione iudicij, quia scilicet hic non iudicantur, secundùm illud psalmi, *Tibi soli peccaui.* &c. & ideo in futuro simul & totaliter duriùs iudicabuntur, secundùm illud 2. Machab. 6. *Non enim sicut in aliis Dominus patienter exspectat, vt cùm iudicij dies aduenerit, eis in plenitudine puniat.* Sextò, ratione officij, quia etiam officium indignè exercendo peccant.

S Bona. Prælatorum duriot punitio. II. III. Gregor. IV. V. VI.

Rom. 2. *in quo alium iudicas, teipsum condemnas.*] cuius non autes ad hæc tinniant?

D. Bern. D. Bernardus multa de hac re

Robert. lib. 2. de considerat. & plurima hîc Robertus ex variis lect. 77.

EX EOD. CAP. VI. VERS. XV.

ADAG. CCC. LXIV. Assidere foribus.

Assidere foribus.

Sic significabant aliquem adesse præsentissimum. docui fusè ada. *In foribus*, vbi multa.

EX CAP. XI. VER. XVII.

ADAG. CCC. LXV. Per quæ quis peccat, per hæc & torquetur.

Per quæ quis peccat, per hæc & torquetur.

Δι' ὧν τις ἁμαρτάνει, διὰ τούτων κολάζεται. De hac talionis vicissitudine iam sæpiùs actũ, & facilè probatur ex sacra Scriptura Genes. 9.6. de homicidis. Exod. 21.23. de vulnere. de Adonibezech homines mutilante Iud. 1.6. de Sabbati violatione Ezech. 22. vers. 8. de blasphemo Nicanore, 2. Machab. 15.33. de patibulo Aman, Esth. 7.9. & 16. 18. Agag in frusta conscinditur. 1. Reg. 15. 33. falsi Susannæ testes lapidantur. Daniel. 13. 61. *qui inebriat, inebriabitur.* Prou. 11. 25. *prædator præda erit, contemnens contemnetur, spernens spernetur*, Isai. 33.1.2. & *spoliator spoliabitur*, Abac. 2.8. vide plura adag. *In malum quod alteri pararis incidere.* Hoc verò loco de Ægyptiis probatur, quia propter submersos in aquis infantes, ipsi corruptis aquis siti perierunt, & propter adorationem vilium brutorum, à vilissimis brutis interfecti: pro cuius pœnæ explicatione duo hîc notanda vocabula κνώδαλα & τὰ λοιπά, quod noster vertit *bestiæ superuacuas.* vers. 17. optimè. nam verum non videtur, quod Scholiastes Aristophanis, & Hesychius & alij quidam ad aquatilia, maximè marina restringunt, propter etymologiam incertissimam, ἀπὸ τοῦ κνίζειν ἐν τῇ ἁλὶ, *quòd in salo mouentur:* nam & vermes & insecta omnia, reptilia Platoni & Nicandro, & volatilia eidem Nicandro, & boues Æschylo, & feræ siluestres Homero, & omnes bestiæ quas terra & mare alit Hesiodo, & omne ferarem genus Oppiano κνώδαλα dicũtur. Ideo puto hoc loco nostrum à voce bestiarum, sola reptilia excluisse, quę *serpentum* nomine comprehendit, vt aspides, crocodilos, &c. *bestiarum* verò appellatione, apim, arietem, ibin, canem, simiam, &c. de Simiâ. Furiis numen Ægypti docet Iuuenalis: de ceteris sic D. Bonauentura hoc loco, *colebant Ægyptij Æsculapium sub specie serpentis, Mercurium sub specie canis, Iouem sub specie arietis, Apim sub specie bouis.*] Optimè quoque vertit τὰ λοιπὰ, *superuacuas*, alludens ad Hebręum nomen idolorum אלילים *elilim, inania*, vana, & nulli vsui. vnde & D. Paulus 1. Cor. 8.4. dixit idolum nihil in mundo esse: & noster vocat *inutilem lapidem.* Sap. 13. 10. & 18. & *rem supernacuam.* cap. 15. 10. quæ qui coluerunt, digni fuere vt ab animalium variorum, & noxiorum multitudine consumerentur; & quidem eorum quæ nihil penduntur, muscarum, cinyphũ, locustarum, ranarúmque: explicat ca. 12. v. 24. *Etenim in erroris viâ diutiùs errauerunt, Deos æstimantes hæc quæ in animalibus sunt superuacua, infantium insensa*

Κνώδαλα ὡς τὰ λοιπὰ. Scholiastes Aristoph. Hesych.

Κνώδαλον etymon. Plato, & alij.

Κνώδαλα.

Simia; numen Ægypti. D. Bon.

Adagij. exempla

CCC. LXVI. Iansen.

insensatorum more viuentes. Propter hoc tanquam pueris insensatis iudicium in derisum dedisti, &c. Vide Iansenium hîc.

Sicut in sereno glacies, soluuntur peccata. accipio de glacie nondum in crystallum indurata; sed qualis est pruinæ, ex voce Græca. infrà, Sap. 19.20. *facile dissoluebatur, sicut glacies.*

EX CAP. XV. VER. X.

ADAG. CCC-LXVI. Luto vilior. Sensus adagij. Plautus.

Luto vilior.

DE vilissimo, & conculcari dignissimo dicitur. Sic enim hîc sumuntur & Iob. 27.16. & 41. 21. psalm. 17.43. Ideo de lenone Plautus in Pœnulo:

Neque peior est alter vsquam gentium
Quam herus meus est, neque tam luteus, neque tam cœno collitus.

IBIDEM VERS. XII.

ADAG. CCC-LXVII. Vita ludus.

Vita ludus seu *lusus.*

DEducitur ex opinione hîc posita, & est grauissimorum authorum. Pone ex Lorino hîc, fol. 551.

EX CAP. XVI. VERS. VLT.

ADAG. CCC-LXVIII. Glacies hybernalis. Sensus adagij.

Hybernalis glacies.

AIt; *ingrati enim spes, tanquam hybernalis glacies tabescet: & disperiet tanquam aqua supernacua.* sunt duæ locutiones prouerbiales de re planè fluxa & nullius durationis. nempe

χειμάδι & πάχνη:
Hybernalis glacies,

Nam hæc ad primos tepores soluitur; *exiguo radio solis calefacta*, vt ait v.17. vel ipsâ serenitate, Eccles. 3.17.

IBIDEM.

ADAG. CCC-LXIX. Aqua supernacua. Dionysius: Horat.

Aqua supernacua.
ὕδωρ ἄχηνον.

DE iumentis planè intelligit, quæ vel superflua effluit (hic Dionysius) vel deorsum effunditur, quæ statim vel diffluit, vel a terra sorbetur. Sic c.11.16. dixit *bestias supernacuas*, quod erat Græcè κάδηλα ἐντελῆ. bestiæ vilissimæ & nullius vsus, & cap.12. v.24. quæ in animalibus sunt supernacua, ζῶα ἄτιμα, *animalia despectibilia & sine honore.* sic cap.13. 10. *lapidem inutilem* dixit. Sicut Horatius sat.8. *inutile lignum.* habes & *terram supernacuam* c.15.20.

Hæc autem secunda similitudo satis indicat *hybernalem glaciem*: in primâ non opponi vernali, vt aliquamdiu subsistentem; quod Carensis & Holcotius opinati: sed hybernæ mentionem fieri, quia hac tempestate frequentior est glacies; sicut flores vernos, & soles æstiuos vocamus.

EX CAP. XVIII. VERS. XVI.

ADAG. CCC-LXX. Cælum è terra attingere.

Vsque ad cælum attingebat stans in terra.

GRæcè paullò nunc aliter; ὡς ἐγὼ μὲν ἵστατο, βεβήκει δὲ ἐπὶ γῆς, *cælum quidem attingebat, descenderat autem in terram*; vt Arias &

Nobilius verterunt. Durissimè Isidorus Clarius, *& peruenit, cœlum quidem attingebat, in terram.* Melius Vatabli notis inserta versio; *cælum partim attingens, partim solo insistens.*

Patet hyperbolen adagialem esse, qualis illa Maronis;

Caput inter nubila condit,

De re excelsissima & altissimè se attollente: & illa Horatij,

Sublimi feriam sidera vertice.

Sensus adagij. Sed præterea significari volunt pœnam ineuitabilem, omnia pertingente ipso angelo percussore. Sic S. Bonauentura, Robertus, Liranus, & Carensis. Item Dei imperium & sermonem omnia impleuisse quæ Deus vellet, tum in cœlo, tum in terrâ. Sic Iansenius. Vide Lorinum hîc.

S. Bonauentura. Robert. Liranus. Carensis.

ADAG. CCC. LXXI.

EX CAP. XIX. VERS. XX.

Bonam escam.

Ambrosij cibi genus.

VBi nos habemus, *bonam escam*, Græcè est ἄμβροσίης τροφῆς γένος: *Ambrosij cibi genus*, de manna, qui cibus angelorum, panis de cœlo, esca diuina, sermonem fieri, consentiunt D. Bonauentura, Carensis, Liranus, Robertus, Clarius, Dionysius & Iansenius.

D. Bonauentura. Martial. Et capit Ambrosius cum duce Roma dapes.

Adagialis locutio est, *Ambrosius cibus*; de cibo dulci, nam teste Eustathio ἀμβρόσιος deducit ab ἀμβροσία, vt à dulcedine ambrosiæ intelligamus cibum dulcem (*bonam escam*: sic noster intellexit) vocari τροφὴν ἀμβροσίην. Hesychius ad hunc locum & manna respiciens, scripsit ἀμβροσία, θεῖα, θαυμαστὴ τροφή. *Esca admirabilis & diuina.* Inde Gentiles, etsi confundant sæpè, vt plurimum tamen Deorum potum, *Nectar*; ci-

ἀμβρόσιος. Hesych. Ἀμβρόσια. Nectar, potus deorum: Ambrosia cibus.

bam verò *Ambrosiam* vocarunt, quòd immortales & diuos, diuinus & immortalis deceat cibus (nam vtrumque significat quoque ἀμβρόσιος.) Ibycus scripsit, Ambrosiam τὸ μέλι κατ' ἐπίτασιν ἐνιαυτοσίαν ἔχειν γλυκύτητα, τὸ μὲν μέλι λέγων ἐννέατον εἶναι μέρος τῆς ἀμβροσίας καὶ τὸ ἥδιστον: *melle nouies maiorem dulcedinem habere, inquies, mel nonam esse partem Ambrosiæ, quod ad voluptatem attinet.* Auctor est Athenæus. Eadem phrasi Lyricus, Quincta parte nectaris imbuisse. & auctor Cyprij poëmatis; rosæ florem vocat *nectareum*, & calices eius *ambrosios*, apud Athenæum lib. 15. Ouidius 1. de Ponto,

Ibycus. Ambrosia dulcedo. Melnona pars Ambrosiæ. Athenæus. Quincta parte nectaris imbuere. Horat. Ouidius.

Nectar & Ambrosiam, latices, epulasque Deorum.

Hinc quem volebant indicare diuino ingenio, & dulci sermone præditum, dicebant *dignum ambrosia.* Cicero lib. 2. de Oratore, adducit festiuum Catuli dictum de ineptis oratoribus *præter Crassum fœnum alios esse oportere*: ipse verò de eodem Catulo ait, eum cùm hoc diceret iocatum, præsertim cùm ita diceret ipse, *vt ambrosia alendus videatur.* Vtrumque adagium inde pendet, quòd *similes habent labra lactucas*, & illi pecudibus, hi cœlitibus comparandi. Si fœnum, brutorum pabulum, & *fœni* nomen carni tribuitur in sacra Scriptura, quid, qui carnis alēdę studiosi, nisi brutales mãna sacrosanctæ Eucharistiæ figura, & hęc cibus diuinus, omnem spiritualis dulcedinis saporem exhibens; qui *ambrosiâ alendi*, nisi qui Spiritu carnis opera mortificant, quorum in cœlis conuersatio, & Deo digna sunt studia? vtinam Sacerdotes hoc diuino calicis nectare, & immortalis panis Ambrosiâ digni habiti, ad salutem non ad iudicium quotidie sumamus. *Amen.*

Dignus. ambrosia. Cicero. Catuli dictum. Ambrosia qui alendi.

ADAGIA

ADAGIALIA EX LIBRO ECCLESIASTICI.

EX CAP. II. VERS. XV.

ADAG. CCC-LXXII. Duabus viis terrã ingredi. Vsus adagij.

Duabus viis terram ingredi.

BENE Ianſenius, Peccator *ingrediens duas vias* aut *terram ingrediens duabus viis*, is eſt qui duobus Dominis ſeruire ſtuder, quique, vt ait Elias, *claudicat in duas partes*, nec rectè & conſtãter cũ Deo ambulat: propterquod & Paulus monet, *greſſus rectos facite pedibus veſtris, vt ne claudicans quis erret.*] Paulus de Palacio: ſi vnicâ via in cœlum contendimus, benè nobis eſt. Hæc eſt via Euangelij, via fidei, via iuſtitiæ. Sed ſi partim Deo, partim idolis ſeruimꝰ, vt olim fecere Samaritani, terrãm ingredimur duabus viis. Idipſum eſt, ſi partem Euangelij ſequimur, cum Eccleſia Romana, partem cum hæreticis. Transferri etiam hoc poteſt ad eum, qui rectè credit, malè verò agit. Nam & is terram ingreditur duabus viis.] Hæc ille. Sed antiquos audiamus.

I. 3. Reg. 18. Rom. 5. Paulus de Palacio.

II. Reg. 17. III.

IV.

V. D. Gregor. lib. 1. Moral. cap. 11. [*Sunt* nonnulli qui in bonis quæ faciunt, ſimplices non ſunt: dum nõ in his retributionem interiùs, ſed exteriùs fauorem quærunt. Vnde benè per quendam ſapientem dicitur: *Va peccatori ingredienti terram duabus viis.* Duabus viis peccator quippe terram ingreditur, quando & Dei eſt, quod opere exhibet, & mũdi quod per cogitationem *queri.*] Placuit hoc etiam Rabano & Strabo, ſed addunt alios vſus, qui facit mala, & ſperat bona: item, qui carnis ſectatur opera, & Spiritus ſanctificationem ſe arbitratur perficere in timore. Denique vt Dionyſius Rickelius ait, qui nititur apparenti bono, & exiſtenti malo.

Rabanus Strabus. VI. VII.

Dionyſius Rickelius. VIII.

Reuera melior eſt Gregorij expoſitio. Nam ſapiens non tam loquitur de illo, qui opinione ſuâ fallitur, quàm de illo qui quas ſcit duas eſſe & repugnantes vias, ingreditur. Hoc eſt (vt ait Saa) qui ingreditur vnam bonam, & alteram malam. Talis deterior eſt ſerpente amphisbena, de qua Lucanus libro 9.

Lucanus.

Et grauis in geminum vergens caput amphiſibæna;

Quorum capitum vnum eſt ad caudam; alterum eſt ad collum, teſte Plinio libro 8. capite 23: corpus tamen in arcum flectit, vt vna ſerpat via. *Capite* (inquit Solinus c. 30.) *vtrinque ſecus nitibundo ſerpit tractibus circulatis.* Contra hos Salomon, prou. 28. 18. *qui ambulat ſimpliciter, ſaluus erit: qui peruerſis gradibus*

Amphiſbæna. Plinius.

Solinus.

CCC. LXXIII.

II. *duur viis, concidet semel.* & Siracides c.3.28. *Cor ingrediens duas vias, non habebit successus, & prauus corde, in illis scandalizabitur.* Similis futurus duos sectanti lepores, qui neutrum capit. Sententia illa versus 28. non habetur in Græco; & multi Latini libri *prauicordius* vnâ voce, quod Caren. & Fran. Lucas amplectuntur.

Carensis. F. Lucas.

Benè hoc loco Palacius & vtiliter ita scribit [*Bona* mater integrũ non diuisum vult filium; licèt quæ se matrem fingebat, diuidi filium optaret. Ita Deus integrum cor, non diuisum vult. Ita dicente Moyse, *Dominus solus dux eorum fuit, neque erat cum eis Deus alienus.* Ergo non licet tibi Dagonem habere cum Arcâ. Non licet terram duplici semine seminare, non licet vestem lanâ & lino contexere. Non licet arare in boue *& asino.*]

3.Reg 3. Deut.23. 1.Reg.5. Leuit. 19. Deut.22.

Quidam libri habent *requiem* pro *successus:* sed hæc est germana lectio quam amplexi Rabanus, Strabus, Carensis, Lyran. Dionysius, & acutè explicuit Palacios his verbis; [*Tu volebas* frui bonis bonę & malę vię: at neque his frueris, neque illis. Nam fruentem te bonis, quæ in malâ viâ esse videntur, auocat bona via: & dulcedini tuæ in malo, bona via felleum amarorem inspergit. Ita contra fruentem bonis viæ bonæ via mala reuocat, & dulcedine bonæ viæ frui, ita vt decet, nõ sinit. Hoc declarat amplius auctor per verba sequentia: *& prauum cor in illis scandalizabitur.* id est, ingrediens simul viam bonitatis & malitiæ, scandalizatur & offenditur ex vtraque. Nam gaudens in bonâ, torquetur in malâ: contrà gaudentem in malâ, bona *contristat.*] Simillima his sunt quædam veterum: vt, *Qui duos insequitur lepores, neutrum capit.* quia dum vni ingruit, alter elabitur. ὁ δύο πῶλους διώκων, ἑτέρου καλαμᾶται. De duplici commodo quod quis affectat; de quo etiam illud est, δυοῖν ἐπιθυμήσας, ἑτέρου ἔτυχες. *ambo concupiscens, neutrum assecutus es.* Item in homines insidæ amicitiæ, & fidei ambiguæ, scamma Laberij iaci solitum, *duabus sellis sedere.* habes apud Macrobium in Saturnalibus: vbi volens Cicero carpere Cæsarem, quòd passim multos in Senatum asciscceret, adeò vt quatuordecim gradus eos non caperent: inter quos vnus Laberius; illi venienti Cicero, quòd cum in consessum non reciperet, prætexuit, *se recepturum nisi angustè sederent:* mordaci sale vicissim perfusus à Laberio fuit, *Atqui solebas* (inquit) *duabus sellis sedere.* significans nec Pompeio, nec Cæsari fidum fuisse: sed cum fortuna variasse fidem. Si sunt adagia *duabus sedere sellis*, & *duos venari lepores:* cur minùs *duas ingredi vias?*] Reperio quoque perfidos ac proditos *claudos* vocari solitos, vt in illo Timocreontis, ὡς ἐγὼ μόνα κέλουεις. ἔντι καὶ ἄλλαι ἀλώπηκες. *Non ego solus claudus, latent & vulpes aliæ.* Plutarchus citat in Themistocle.

Rabanus & alij. Palacius. Qui duos sequitur lepores neutrum capit. Scamma Laberij. Duabus sellis sedere. Macrobius. Cicero Cæsarẽ carpens. A Laberio mordaci sale vicissim perfusus.

EX CAP. III. VERS. XXII.

ADAG. CCC. LXXIII.

Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris.

Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris

GRæca lectio hîc varia est. Quidam libri, χαλεπώτερά σου μὴ ζήτει ἀναιδῶτος, καὶ ἰσχυρότερά σε

CCC-LXXIII. οὐ μὴ ἐξέτασι ἀφροσύνη. *Difficiliora te ne quæras sine sensu, & fortiora te ne exquiras cum stultitia.* Sic Complut. & Regij: alij verò, vt Vaticanus, non habent illa duo ἀναιδέστως & ἀφροσύνη, quæ nec noster legit, & putem ab aliquo addita, cui sententia durior, sic mollienda videbatur.

S. Cypri. & alij. Certè non legerunt ea SS. Cyprianus lib. 3. testim. num. 53. Alexander Episcopus Alexandrin. in epist. ad Alex. citatus à Theodoreto lib. 1. histor. Eccles. cap. 4. nec ipse Theodoret. in Cant. Canticor. fol. 427. qui etiam omnes vt noster ὑψηλότερα, hoc est, *altiora*, non χαλεπώτερα, vel βαθύτερα, hoc est, *profundiora*, legerunt.

Vsus adagij. Solet vsurpari contra illos, qui arcana diuinitatis scrutantur, cùm fides nostra simplex esse debeat (sic Tertullian. & Alex. & Thodoret.) qui scrutantur superuacuè, quæ ratiocinando non possunt cognoscere. Vnde Ecclesiastes 7. 1. *Quid necesse est homini maiora se quærere?* Sic Raban. & Strab.

Vide Lorinum. Eôdem recidunt verba Carensis; [Docet fugere curiositatem inquirendo subtilia & inutilia. Vnde inuitat ad humilitatem intellectus, quę appellatur sobrietas intellectus Rom. 12. 3. *Non plus sapere, quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, & vnicuique sicut Deus diuisit mensuram fidei.* Retrahit autem nos à curiositate, primùm per altitudinem eorum, quæ curiosi solent inquirere. Vnde dicit *altiora te*, id est, quæ sunt supra intelligentiã tuam. psalmista dicit; ps. 130. v. 1. *Domine non est exaltatum cor meum: neque elati sunt oculi mei. Neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus super me.*] *Altiora* vocat, quæ transcendunt intellectum, & quanto magis intelliguntur, tanto minùs apparent. Vnde Psalmista, *accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus.* psalm. 63. 8. *Fortiora* verò dicit, quæ scrutantium oculos reuerberant, & ad inferiora retundunt. Prou. 25. 27. *perscrutator magis opprimetur a gloriâ.*] Hactenus Hugo Cardinalis, verissimè. Hugo Cardinalis.

Sed manet difficilis quæstio, quo igitur pacto Philosophos, Astronomos, & Theologos tuëmur, qui quæ in cœlis, & supra cœlos ac angelos sunt, quærunt, scrutantur, peruestigant? vidit Paulus de Palacio, & ex Apostolo Paulo secat Gordium nodum: quia Apostolus illam mensuram sumit fidei, de cuiusque membri functione. Membra quæ suum actum seruat, non quærere se altiora; quæ alterius membri functiones vsurpant, se altiora quærere: auri licet conari audire exactissimè, oculo videre perspicacissimè; sed nec oculo licet audire velle, nec auri videre. Ita planè si Doctores & Prælati Ecclesiæ de rebus fidei diligentissimè inquirant, non altiora quærere: licet enim res fidei sint altiores lumine naturali, & proinde nobis quatenus homines hoc lumine tãtùm præditi: non tamen sunt altiores, quatenus lumine fidei sumus illustrati, si hoc sit muneris nostri, & sumus Ecclesiæ membra ad hanc functionem in spirituali isto corpore constituta. Idcirco laicus & idiota scrutatur altiora & fortiora se si arcana Trinitatis, prouidentiæ, incarnationis scrutatur: Doctor & Prælatus non scrutantur talia, quia hanc mensuram fidei & gratiam Dei ad hoc acceperunt, quia lumen gratiæ diuinis rebus, si non actu, virtute saltem commensuratur. Ita Palacios. Difficilis quæstio soluta. Paulus. Palacio.

Negari tamen non potest, quin in hac ipsa functione modus, & sobrietas sit seruanda. hoc enim

verba Dauidis & Salomonis paullò ante citata persuadẽt. hoc Theodoretus, Alexander, Cyprianus, suprà censuerunt. omnibus etsi non æquale, commune tamen est periculum elationis, temeritatis, curiositatis; & in suâ quisque functione quis immodicè versari non minùs, quàm de suo dolio inebriari potest. Ideo plerique Patres Paulli locum contorquent in eos omnes qui curiosè & superfluè in fidei mysteria inquirunt, non contenti iis quæ fides eis à Domino data, & talentum concessum diuinitus, permittunt. quæ certè radix est errorum & hæresum cunctarum. sic S. Irenæus lib. 5. cap. 20. Augustin. epist. 47. Gregor. hom. 13. in Ezech. & S. Anselm. in epist. ad Roman. Quanquam mihi quoque probabilior & accommodatior contextui videtur, explicatio S. Basilij lib. de regulis contractioribus, Paulum ibi non tam de inuestigatione curiosâ quæ est intellectus, quàm de vsurpatione muneris & officij alieni agere, quod eo loco præclarè monuit Nicolaus Grandis (quem vide) & eum secutus Toledus Cardinalis.

Theodoretus & alij. Paulli locus. S. Irenæus & alij. Autoris sẽtentia. Nicolaus Grãdis. Toledus Card.

..... nemo se tutò diu
Periculis offerre tam crebris potest.
Quem sæpe transit casus, aliquando inuenit.

Vulgò tritum, hydriam tamdiu ad fontem commeare dum frangatur. fieri nequit, quin assidue aleam iacienti, aliquando damnosi canes subsiliant. Ideo Iason prudenter ait Medeæ;

Quin ipsa casus sæpè iam experios time.

Prouerb. 11. 27. *Benè consurgit diluculò, qui quærit bona: qui autem inuestigator malorum est, opprimetur ab eis.* talem Græci vocant φιλοκίνδυνον.

Carẽsis.

Non benè Carensis restringit adagium ad inuidos, qui aliena infœlicitate lætantur. Puto generalem esse sententiam (sic Iansen.) primùm contra eos, qui obstinati sunt in peccato, & homines duri cordis, quod describit S. Bernard. lib. 1. de considerat. ad Eugen. cap. secundo. Deinde, contra illos qui nimis curiosi in rebus diuinis, de quibus paullo ante egit, qui facilè ruunt in errores periculosos. III. qui non curant effugere peccatorum occasiones, Liran. & Dionysius, & Palacios. IV. Qui pœnitentiam differunt in aliud tempus, & more coruorum *cras, cras* crocitant; qui sæpè sine pœnitentiâ moriuntur.

Iãsenius. Sensus adagij. S. Bern. Liran. Dionys.

Porrò hoc adagio fũdatur, quod habes cap. 12. vers. 13. meritò neminem misereri eorum, qui sponte sua & gnari conuersantur cum improbis, qui illos postea grauiter lædunt & euertunt. *Quis* (ait) *miserebitur incantatori à serpente percusso, & omnibus, qui appropiant bestiis?* & fabula Satyri, de quo in florilegio Græco: qui ignem voluit exosculari & arripere; & se grauiter ambussit.

Satyri fabula.

EX EODEM CAP. VERS. XXVII.

ADAG. CCC. LXXIV. Qui amat periculũ, in illo perbit.

Qui amat periculum, in illo peribit.

Ὁ ἀγαπῶν κίνδυνον, ἐν αὐτῷ πεσεῖται. vel, vt alij libri, ἐμπεσεῖται, incidet.

Sicut auis (ait Liranus) *volans circa laqueum*; adde, papilio circa candelam accensam. Seneca,

Seneca.

EX CAP. IV. VERS. XXXII.

ADAG. CCC. LXXV. Ne coneris cõtra ictum fluuij.

Ne coneris contra ictum fluuij.

Μὴ βιάζου ῥοῦν πολαμοῦ. *Ne vim inferas cursui fluminis.* Cum dixisset, *Noli resistere contra faciem potentis*, subdit apud nostrum interpretem, id quod dixi; sed in Græcis libris adagium nostrũ alio positum loco, minùs commodè. vnde colligitur etiam, vulgatũ interpretem, meliori vsum codice, quàm qui hodie reperiuntur. Libri autem Regij & Complutens. hoc loco mendosè habent, *fulminis*. patet ex Græco. Porro adagium esse patet ex D. Nazianzeni epist. 57. ad Eudoxium rhetorem, qua docet vnicuique naturæ suæ semina sequenda, & iuuenes iis artibus imbuendos ad quas propendent. quia,

Naturam expellas furcâ, tamen vsque recurret;
Et mala perrumpet furtim vestigia victrix.

ita locum hunc accommodat his, qui inuitâ Minerua, hoc est vim inferentes naturæ suæ, studio alicui incumbunt. [*Porro* (inquit) non esse vi cohibendum fluminis cursum, parœmia quoque ipsa *docet.*] haut dubiè adspectu ad Siracidem. τὸ γὰρ μὴ βιάζεσθαι ῥοῦν ποταμῶ, καὶ ἡ παροιμία παιδεύει.

Sensus adagij. Nazianz.

II. Secundò, & aptiùs loco nostro, licebit vti contra eos qui vitia inolita, aut populi contumaciam, præfractè & violenter volunt perrumpere, aut expurgare. quibus considerandum illud Titinnij;

Titinnij dictum.

Sapientia gubernator nauim torquet, non valentia.

Quantumuis enim quis potens & robustus sit, siue, vt loquebantur veteres, viratius aut viriatus sit; frustrà erit: nisi norit priùs nonnihil concedere & paullatim flectere; & more periti coci, ahenum magnum quando feruit paullà cõfutare truâ, verbis scilicet animos commotos lenire, & pedetẽtim obtinere. Alioquin nihil minus imminet, quàm Pentheo à Bacchis, aut Roboamo à decem tribubus. Auis nostris Heluetij, nobis Belgæ exempla præbuerunt. [*Existimo* (inquit Palacius) *ictum fluuij* esse ardens populi votum, contra quod non esse conandum docuit Samuel, cùm, populo iniustissimè Regem petenti, *cessit*, 1. *Reg.* 8.] hoc monet infer. cap. 7. 7. *nec te immittas in populum.* intellige concitatum, tumultuantem, furentem. quia hoc periculosissimum est. Palatius.

III. Tertiò. Contrario verò sensu accepit Carensis: vt moneri populum ne principi resistat: & fluuio comparari Principem; quia [*Sicut* fluuius non conscendit montes, sed tantùm in decliuia fluit, & quanto maiorem vallem inuenit, tanto fluit impetuosiùs: ita Princeps in bonos qui sunt montes Dei, vindictam non exerit; sed in malos tantùm, qui sunt valles sordium: & quanto sunt peiores, tanto acriùs debet Princeps in eos sæuire. Vnde Rom. 13. 4. *Principes non sunt timori boni operis, sed mali: vis autem non timere potestatem? bonum fac: & habebis laudem ex illâ: Dei enim minister est in bonum. Si autem malum feceris, time: non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est, vindex in iram ei, qui malum agit*]

IV. Quartò. Liranus *fluuium* capit de Dei vindictâ & punitione, cui frustrà resistatur.

V. Malo vniuersim accipere quintò cum Dionysio, vt moneamur

non pertendere cõtra malum quod non valemus euadere aut ſuperare. *Durum eſt enim contra ſtimulum calcitrare*, & immoderata audacia meritò vituperatur.] Vide Euripidem in Troadib. verſ. 102. Salluſtius: [*Fruſtrà niti*, & nihil aliud laborando, quàm odium quærere, extremæ dementiæ *eſt*.] quod placuit D. Hier. Ouidius,

Euripid. Salluſt. D.Hier.

Stultus, ab obliquo qui cùm diſcedere poſſit,
Pugnat in aduerſus ire natanter aquas.

Idem;

Obſequio vincuntur aquæ, nec vincere poſſis
Flumina, ſi contra quàm rapit vnda nates.

EX CAP. VI. V. III.

ADAG. CCC-LXXVI. Lignum aridum in eremo.

Lignum aridum in eremo.
Ξυρὸν ζύλον.

HOdie Græcis libris deeſt *in eremo* : facit autem ad ſenſum. nam tale lignum in loco ſolo nulli omnino vſui ſeruit, ne ad combuſtionem quidem; niſi caſu, & rariſſimè. quis enim eius cauſa petat eremum? Prætere in eremo deſtitutum eſt hoc lignum omni humanâ culturâ, & ideo non ſupereſt vlla ſpes reſtaurationis per ſimi appoſitionem, paſtinationem aut irrigationem. Sanè etiam alibi idcirco impij myricæ indeſerto comparantur. Ierem. 17.6. *Erit enim quaſi myrica in deſerto, & non videbit cùm venerit bonum: ſed habitabit in ſiccitate in deſerto, in terra ſalſuginis & inhabitabili.*

Communi conſenſu dicitur lignum aridum de re ſterili, infructuosâ, & inutili, vt Iſai. 56.3. *& non dicat Eunuchus, ecce ego lignum aridum*, hoc eſt, ſum ſterilis & orbus. ſic etiam ſumo Ezech. 20.47. *comburam in te omne lignum viride & omne lignum aridum.* hoc eſt, iuſtos & iniuſtos. Primariò pertinet adagium hoc ad ſuperbiæ vitium, quod hominem priuat robore gratiæ, verba etiam docta & proba facit marceſcere, vt caduca folia, & opera quæ priùs bona fecerat, mercede euacuat, & relinquit nos exhauſto omni animæ virore, & deuotionis ſucco aridos, & à Deo vitæ fonte derelictos. Præceſſerat figura huius dicti in rege Nabuchodonoſor, Danielis cap. 4. nam, qui fuerat priùs comparatus arbori magnæ, *ſublimi atque robuſtæ, cuius altitudo pertingebat in cœlum, & aſpectus eius in omnem terram, & rami eius pulcherrimi & fructus eius nimius*; verſ. 18. propter ſtultitiam ſuperbiæ, in deſertum inſtar beſtiæ eiectus; *folia*, hoc eſt, ſplendorem Regum, *& fructus*, hoc eſt, opera regia & adminiſtrationem amiſit, & fuit vt deſerti *lignum aridum*, familiaribus, amicis, ſubditis, & omni humano auxilio deſtitutus lege) diſt. cap. 4. Idem dici poteſt de ipſa gente Iudæorum in cæcitate ſuâ remanente; quibus ſceptrum, fides, ſapientia, potentia, libertas diſperiit: ſic videtur accipere Salmeron tomo 10. tract. 32. Idem de quouis peccatore donec peractâ pœnitentiâ iterum reuiuiſcat. Sanè hoc loco CHRISTVS Dominus dixit Luc. 23.31.

quia ſi in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?

Vſus adagij.

Salmer.

vide Salmeronem ſuprà.

EX

EX EODEM CAP. VERS. X.

ADAG. CCC-LXXVII. Amicus ſocius menſæ. Senſus adagij. Ollares amici.

Amicus ſocius menſæ.

φίλῳ κοινωνὸς τραπέζων.

DE falſis & veris amicis ſæpe iam egimus: ſed quia hoc 6. capite verſibus pluſculis præclariſſimum habemus veræ amicitiæ encomium, & falſæ vituperationem, viſum nonnulla hîc confertim tradere ex profanis ſcriptoribus, quæ illi mutuati ex ſacris litteris. vnicũ eſt adagium, quod præfixi, cui ſimile vulgatum, *ollares amici*, deductum ex antiquo; ζῆ χύτρα, ζῆ φιλία, *feruet olla, viuit amicitia.* Hos variis nominibus perſtrinxerunt comici Græci. Eupolis vocat, τοὺς ἐπὶ τάγηνον καὶ μετ' ἄειστον φίλους, *amicos iuxta ſartaginem, & inter prandium*; Menander proximè ad Siracidem τραπέζης φίλους: Crates eleganter concinnata voce συγκαταπωσιφάγους, quaſi dicas conuiuiepulones, quòd inter epulas regis ſui dictis omnibus annuãt, vt gnatho Terentianus de ſe fatetur. Theognidis verſus adfert & laudat Nazianzenus epiſt. 160. inter nouas, dicens ἐπαινῶ τὸ Θεόγνιδος ὅς τῳ μίχει πότων καὶ σωτηρίας φιλίαν ἐνὶ ἐπαινῶν ἐπαινεῖ τῳ ἐπὶ τῶν πραγμάτων, τὶ γράφων:

Feruet olla, viuit amicitia. Eupolis. Menander. Crates. Nazian.

Πολλοὶ παρ' κρητῆει φίλοι γίγνονται ἑταῖροι,
Ἐν δὲ ταπεδαίῳ πράγματι παυρότεροι.

Ad calices multi ſeſe profitentur amicos,
Rebus at in dubiis rarus amicus erit.

Theon. *Illud Theognidis, probo, qui cùm eam amicitiam, quæ vltra pocula & ſocietatem minimè ſe porrigit, haud quaquam laudet, eam contrà quæ in rebus elucet, laudis verti, his verbis vtens:*

D. Gregor. Nazianzen. in Tetraſti. 45.

πατῦ φίλον νόμιζε μηδὲν ἄξιον, ὃν οὐ
κρατῆρ ἐδαίξε, καιρῦ δὲ ζᾶ. λπ.

Fidis amicis nil puta præſtantius,
Quos caſus aſper extulit, non pocula.

Plutarc. de his multa Plutarchus lib. de diſcrimine adulatoris & amici, & ex eo atque aliis poſt Iunium Hornanum centur. 6. adag. 47. author lib. 2. conuiuial. antiquita. cap. 4. Docemur hoc verſ. vt & præcedenti. 9. non eſſe veram amicitiam quam neceſſitas, vtilitas, aut voluptas cõciliant; ſed quam virtus, ſanctitas, & honeſtas conglutinant, quod docuere Ariſtoteles lib. 8. Et hic. c. 4. Cicero in Lælio, & d. Ambroſ. lib. 1. offic. c. 32.

Iunius Hornanus. Vſus adagij. Ariſtot. Cicero. Ambro.

Ceterę gnomæ præſtantes ſunt: *conſiliarius ſit vnus de mille.* σύμβουλος ἐν εἷς ἀπὸ χιλίων. *v. 6. conſiliarij*, ſed ſenſus eſt idem: cum plurimis quidem pacem & concordiam colendam, ſed ex multis vnum ſeligendum, cui arcana cordis noſtri pandamus, & cuius vtamur fideliter conſiliis. Theognis rationẽ reddit:

Tu verò ne amicis communica cum omnibus,
Pauci ſanè ex multis fidelem habent mentem.

VERS. XIV.

Amicus fidelis, protectio fortis: qui inuenit illum, inuenit theſaurum.

φίλῳ πιστὸς σκέπη κραταιὰ ὁ δὲ ἐυρὼν αὐτὸν,

Claudianus.

σῦφερ θησαυρὸν.

Claudianus,

Non sic excubiæ, non circumstantia pila,
Aurum vt tutatur.

Passim sapientes docent, amicos esse tutissimum Principum præsidium, vt Isocrates ad Nicoclem, Plutarchus in præceptis gerendæ reipub. & Plinius in Panegyr. Traiani noster in disceptatione cum Nerone, dicenti: *Ferrum tuetur Principem,* respondet, *melius fides*, Octau. vers. 450. vbi similia protuli in aduersar. ex Xenophonte, Herodiano, Qu. Curtio, & Tito Liuio. Exempla suffecerint ex sacris: Abraham, qui Lothum vinculis exemit, Genes. 14. Ionathas, qui Dauidem insidiãti Saulo subtraxit, 1. Reg. 20. Cusai Arachites, qui decepto Absalone, vitæ periculum à Dauide depulit, & recuperati regni momentum fuit, 2. Reg. 17. ô magnum & pretiosum thesaurum. Ferunt Alexandrum magnum quærenti vbi thesauros depositos haberet, amicos ostendisse. Meritò. nam tempore necessitatis inde poterat sumere. Ratio idonea exstat apud Cardinalem Carensem: quia cùm amicitia faciat omnia communia, restat, amicis vt vnam voluntatem sic communes esse diuitias. *Si cor nostrum*; hoc est, voluntas nostra, *vbi diuitiæ;* (ait CHRISTVS Matth. 6.) etiam *vbi cor, illic diuitiæ nostræ:* cor autem est vbi cor amici: ergo diuitiæ nostræ, vbi diuitiæ eius.

Amici principũ præsidiũ. Isocrates Plutarch Plinius in Pan. Principẽ melius tuetur fides quã ferrum. Amicorũ fidei exẽpla.

Alexãdri dictum. Thesauros Alexander vbi repositos haberet. Cardinalis Carensis.

VERS. XVI.

Amicus fidelis, medicamentum vitæ & immortalitatis.

φίλος πιστὸς φάρμακον ζωῆς. hodie enim non exstat posterius illud, *& immortalitatis*; sed noster legit in suis libris, & verissimum est. Nam fidus amicus, monitis, consiliis, & correptionibus, & exemplis facit, vt alteripse æger animo conualescat, & à vitiis emergat, & ad veram virtutem perueniat, quæ vera animæ vita est; & ita præstat amico, vt nunc per famam, in futuro per gloriam semper viuat. Menander;

Quærendus ægro medicus est vt corpori,
Sic est amicus mentis ægritudini.
Nam verba amica sunt medela, commoda.

Certè vix vllum vulnus in hoc mundo accipimus, quod non amicorum ope atque alloquio soleat sanari aut leniri.

EX CAP. VII. VERS. XXXVII.

Gratia dati in conspectu omnis viuentis.

χάρις δόματος ἐναντι παντὸς ζῶντος.

ADAG. CCC. LXX. VIII.

Gratia dati in cõspectu omnis viuentis.

PVto monerì nos vt omnibus viuentibus quoad possumus, hilariter & gratis eleemosynam largiamur: non repudio tamen aliorum sensum, qui adagialis foret, dona cunctis esse grata. Prior expositio est Rabani, Strabique & Palatij. Secunda Palatij & Iansenij, & similis illi,

Senſus adagij.

Rabanus & alij. Palacius.

Munera crede mihi placant homines que Deosque:
Placatur donis Iuppiter ipse datis.

Tertia expositio est: Gratia doni tui ad omnes perueniat, *omni petenti te tribue* Luc. 6. 30. est Palacij. veteres Liran. Carens. & Dionysius coniungunt non satis commodè

Liran & alij.

cum

præcedentibus, vt sit sensus, in die iudicij reprehendēdā nobis coram cunctis eleemosynæ nostræ gratiam. Corrumpunt textum, qui *datur* cum Lirano; vel barbarè cum aliis, *datus* in patrio casu legunt.

Sed ad mentē Salomonis propior est sensus aliorum, qui non agnoscunt adagium, & volunt vel de solà agi morte, vt Liran. hic. D. Hieronymus epist. ad Cyprianum, tomo 3. quæ incipit, Prius te Cypriane. Vbi sic scribit; [*Ad hunc* sensum pertinet illud, quod dicitur, *Memento mortis tuæ, & non peccabis.* Qui enim se recordatur, quotidie esse moriturum, contemnit præsentia, & ad futura *festinat.*] Plato in Phædone testatur præcipuam philosophorum meditationem circa mortem versari, vt ea sit quasi clauus nauis, quem dirigit gubernator, in puppi sedens. vel de omnibus quatuor nouissimis; morte incerta, iudicio iusto, gehēna & gloria æternis. morte nihil terribilius, nihil iudicio horribilius, nihil gloriā desiderabilius, nihil intolerabilius gehenna. de his accipiunt hoc loco Carensis, Dionysius & alij; sed & S. Chrys. ho. 2. in 2. ad Thessal. potissimum de gehennā dictum vrget.

Ad mētē Salomonis propior sensus. Hieron. Liranus. Plato Præcipua philosophorum meditatio. Carēsis. & alij.

Indesinenter (inquit) de illa loquere, ne quandoque in eam incidas. non potest fieri, vt omnia de gehennā sollicitè cogitans, citò peccet. Etenim audi admonitionem optimam. *Memor* (inquit) *esto nouissimorum tuorum, & in æternum non peccabis.* Nequit anima pœnas metuēs non esse ad delinquendū cunctabunda. Timor enim, siquidē robustus fuerit in animo ac flagrans, nihil in eo mundani relinquet. Si enim sermo de gehennā factus ita humiliat, & pauidū reddit, an cogitatio de illa animis perpetuò inmorata, animā non quovis igne magis expurgabit? Regni non ita recordemur vt gehēnę. Timor enim promissione potētior est & efficacior, &c.

Λεγέσθω συνεχῶς σοὶ ἀὐλὴς, ἵνα μηδέποτε ἐμπέσῃς εἰς ἀὐλὴν. οὐκ ἴσχυ χολὴ μεριμνῶσαν σὲ γέενης ἀμαρτεῖν ταχέως

EX EODEM CAP. VER. XL.

ADAG. CCC. LXXIX. Memorare nouissima.

In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua.

Sub *operibus* dicta & cogitata comprehende. Nam eadem est ratio, & Græcè habes λόγοις. Duæ sunt explicationes: quarum vna est adagialis, nempe illorum, qui capiunt de singularum rerum exitu & fine; iuxta vulgatum illud,

Duæ explicationes.

Quicquid agas, sapienter agas, & respice finem.

Ita Dionysius Halicarnassensis lib. 8. antiquitat. affirmat, viros prudentes, priusquàm aliquid aggrediantur, priùs eius exitum sibi considerandum censere; τὸ τέλος αὐτῶ πρῶτον σκοπεῖσθαι δεῖν σκοπεῖν. Hoc vulpes Æsopica caprum monebat, qui in puteum descenderat, vnde postea nequibat egredi. Eadem vestigia ad Leonis specum considerans, negabat eò sibi properandum, vnde nulla retro tenderet: quo argumento Flaccus ait inductum se ne iudicia vulgi probaret.

Dion. Halicarn.

Horatius.

Quòd sime populus Romanus fortè roget cur
Non, vt porticibus, sic iudiciis fruar iisdem,
Non sequar ac fugiam quæ diligit ipse vel odit:
Olim quod vulpes ægroto cauta leoni
Respondit, referam: quia me vestigia terrent
Omnia te aduersum spectantia, nulla retrorsum.

ταχέως, ἄκουε γὰρ τῆς ἀρίστης ἀξιώσεως: μιμνήσκει φησὶ, τὰ ἐσχατά σου, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα οὐ μὴ ἁμάρτῃς. οὐκ ἔστι ψυχὴν δεδουλῶσθαι ὥσπερ ἐνθάδε, μὴ ἐκπεσεῖν εἶναι δεῖ, τὰ πλημμελήματα. φόβος γὰρ ἐναγκάζων διανοίᾳ ἁδὲν ἀφίστι κοσμικὸν εἶναι ἐν αὐτῇ. εἰ γὰρ λόγῳ δεῖ ἀνθρώπους χαλινοῦν οὕτω ταπεινοῖ καὶ συστέλλει, λογισμὸς διαπαντὸς ἐνοικῶν ταῖς ψυχαῖς, οὐχὶ πανὸς πυρὸς μᾶλλον ἐκκαθαίρει ψυχήν; βασιλείας μὴ οὕτω μνημονεύομεν ὡς γεέννης: μᾶλλον γὰρ ὁ φόβος ἰσχύει τῆς ἐπαγγελίας, &c.

S.Chrys. Non negat B.Chrysostomus perfectius esse moueri spe gloriæ, quã metu gehennæ; sed contendit, imperfectioribus, nempe plerisque (populo enim cõcionabatur) efficaciores stimulos addere metum inferni, quàm spem regni cœlorum: & ideo efficaciorem illius quàm huius plerisque esse recordationem. Certè mortis cogitatio, si à iudicio & retributione post illam, præscindatur improbis, facile fuerit incentiuum vitiorum, vt patet ex Epicureorum, & atheorum deliriis, tum apud prophanos, tum apud sacros Scriptores, Isai. 56. vlt. & Sap. 2. statim ab initio multis versibus; & ex more Ægyptiorum conuiuiali, quẽ hîc refert Iansenius. Idcirco crediderim D. Hiero. loco citato *mortis* nomine etiã ea quæ mortem necessariò comitantur, comprehendisse.

Iansen.

An ergo (inquies) nunquam peccaturi, qui horum memores sunt? non hoc vult Sapiẽs, sed dumtaxat; remedium efficacissimũ fore hanc memoriam ad non peccandum: [*Nisi* (verba sunt cedro digna Mich. Palacij) aliunde tyrannicus affectus peccandi eam impediat, vt theriaca remedium pestis est, nisi à vehementissimo humoris veneno impediatur. Ergo cùm duo sint retinacula, quibus homo à præcipitio peccati cohibetur; timor

Mich. Palacius.

scilicet mali, & amor boni; quid poterit magis hominem continere in officio, quàm timor sũmi mali, ideſt inferni; & amor summi boni, ideſt paradisi? Rectè ergo dicit, hæc cogitare prohibet hominem ne peccet. Porro licèt filiale sit amore boni cohiberi à malo, seruile verò ab eo cauere timore mali; cósultissimè tamen author vtrumque dixit: vt si amor boni hominem non continuerit, certè mali timor contineat. Quia nonnunquam fumus concupiscentiæ adeò offuscat flammam caritatis, vt (nisi ventus timoris fumum dissiciat) tota domus tenebris peccati *obruatur*.]

Denique noli putare huc pertinere adagium quod ex Solonis dicto colligunt, qui

Respicere extrema iussu spacia vltima vitæ;

Hoc enim eo potiùs spectat vt ab exitu rem spectemus, de quo alias, nũc lege Adagiograph. in illo. *Finem vita spécta*, chil. 1. cent. 3. n. 37.

EX CAP. IX. V. XIV.

Vinum vetus & amicus antiquus.

ADAG. CCC-LXXX. Vinum vetus & Amicus antiquus Amicus fidus.

ADagiũ est de amico fido. patet ex hoc loco, vbi traditur; *ne derelinquas amicum antiquum: nouus enim non erit similis illi. vinum nouum, amicus nouus: veterascet, & cum suauitate bibes illud.* prou. 27. 10. *Amicum tuum, & amicum patris tui ne dimiseris.* docet Isocrates ad Demonicum; *liberos vt opum ita paterna amicitia haredes succedere.* coniunctim sumo Salomonem de eo qui & nobis est amicus, & patris amicus fuit: cuius videlicet fides probè explorata. Solonis monitũ. Solon apud Laërtium admonet, *amicos non citò parandos, quos autem paraueris non reiiciendos:*

φίλως

CCCLXXX.

φίλους μὴ ταχὺ κλῶ. οὓς δ' ἂν κλίνῃ, μὴ ἀποδοκίμαζε. lib. 1. Plautus, *Quàm veterrimus homini optimus est amicus.* Vnde Cicero in Lælio, *veterrima quoque amicitia, vt vina quæ vetustatem ferunt, debent esse suauissima.* Vetus dictum; *vinum vetus, veteres amici.* inde petitum quòd vinum nouum æstus commouet, vetus molestias sedat. Sic noui amici sæpe feruidi, sed molesti & importuni: veteres sedati, sed placidiores. Comparationem eandem reperias Alexim Comicum vsurpasse, apud Athenæum lib. 2.

Vetus dictum.

Athenæus.

Ομοίωταl Θ ἄνδρωπος οἴνῳ τὴν φύσιν
τρόπον τίν' ὄζιν, τὸν γὰρ οἶνον τὸν νέον
πολλὴ γ' ἀνάγκη καὶ τὸν ἄνδρ' ἀποζέσαι.
πρῶπον ἀφυβρίσαι τε ἀπαυθῆσαι. πάλιν,
σκληρὸν γενέσθαι δεδήκμασαl' καὶ τὸν δ' ὧν λέγω
τούτων, ἀπάνlων, ἀπαρυθένlα πῶ ἄνω
ταύτῳ ἀνοίαν ἐπιπολάζουσαν πολὺ
πόπιμον γενέσθαι, καὶ χλασῦνας πάλιν,
ἢ δώσ' ἅπασι τὺπίλοιπον θαλελεῖν.

Confirmat idem apud Athenæum Eubulus.

Hoc est interprete Dalechampio,

Est natura homo vino similimus
Quodam modo. nam vinum sicuti nouum
Necesse deferuere est, sic prorsùs & hominem.
Ac primùm quidem veluti florescentem aliis esse iniurium,
Post dirum fieri: hæc autem quæ dico omnia
Vigere cùm desierint, atque ille exhauserit
Stultitiam amentem, quæ supernè innatat,
Velut potiùs sit idoneus ætatem nactus bonam:
At in reliquum tempus degit gratus omnibus.

Pindarus.

Pindarus in Olymp. dicit vinũ vetus laudandum & flores nouos.

Hoc ergo dicitur, amicos veteres iucũdiores esse nouis, quia iam mitiores facti, instar vini quod defæbuit, & florere desiit. Vetustas autem hæc in amicitia, non ab ætate hominum singulorum, sed ab ætate amicitiæ. Nam senectus ipsorum hominum amicitiæ ineundæ aut fouendę minùsidonea propter morositatem, querimonias, & sordes esse consueuit. ideo adspectu ad hanc ætatem idem Alexis negauit hominem vino similem esse,

Similis adagij.

Alexis.

οὐδὲν γ' ἔοικ' ἄνθρωπος οἴνῳ τὴν
φύσιν.
ὁ μὲν γὰρ ὠπυηράσκων, ἀηδὴς γί-
νεlαι.
οἶνον δ' τὸν παλαιόταlον ασυλάζομεν.
ὁ μὲν διάκνει γὰρ, ὁ δ' ἱλαρὸς ἡμᾶς
ποιεῖ.

Vino nihil est hominis natura similis:
Senescens ille odiosus est:
Vini autem vetustissimi maxima est gratia.
Exhilarat nos vinum, offendit ac mordet senex.

Vini veteris & hominis veteris non est comparatio.

Mustum quidem dulce est, sed fæculentum & asperum; at vetus suauius & delicatius atque salubrius est. ideo Plutarchus in Sympos. & Macrobius in Saturnalibus prodiderunt, vini infantiam quæ prædulcis sentiatur, suauitatis induere proprietatem: lege Cælium Rhodiginum lib. 28. c. 37. de dulcedinis & suauitatis discrimine differentẽ. Sed quid opus aliis testibus, Luc. 5. vt Christus ait; *Nemo bibens vinum vetus, statim vult nouum, dicit enim vetus melius est.*

Plutarc. Macrobius.

Cælius. Rhod.

Vsurpare licet primò de amicis, vt dictum.

Vsus varijadagij.

II. De maiorũ traditionibus, à quibus nõ temerè recedendũ, nec mustea momenta nouantiũ admittẽda.

IX. III. Esse præferendam amicitiã Dei, amicitiæ mundi. nam Deus est vetus amicus, qui *dilexit nos ante mũdi constitutionem* (Ephes. 1.) neque vnquam deserit amicos in tẽpore malo. Mundus verò est amicus secundùm tempus suum, & non permanebit in tempore tribulationis, sed tum deserit & fit inimicus: suprà v. 6. v. 8. & 9. ideo, *nolite diligere mũdum, neque ea quæ sunt in mũdo: si quis diligit mundum, non est caritas patris in eo.* 1. Ioan. 2. v. 15. hoc est, nõ diligit Deũ.

Hugo Carensis. IV. Notat Hugo Carensis vinum nouum denotare nouitium vitæ religiosæ: vetus, veteranũ iam perfectum & defæcatum. ille legatur.

EX EODEM CAP. VERS. XVIII.

ADAG. CCCL. LXXXI. Lõgè abesto ab homine potestatẽ habente occidendi.

Longè abesto ab homine potestatem habente occidendi.

Vsus adagij. HAc sententia monet, ne Principibus familiares simus. capite verba primi Gandauensium Episcopi Domini; *Indicat leuissimam esse Principum offensionem* (hoc est, leuissimis de causis illos irasci solere) *eámque cum maximo coniunctam periculo.*] quo nihil verius est, nihil vsu regnorum omnium exploratius, nihil in annalibus contestatius, nunquam tamẽ desunt, nec deerunt, anlici Papiliones, ad vanum hũc fulgorem fauoris humani aduolantes, & se spõte excæcãtes, vt Democritus, qui teste Laberio, *clypeum*

Democritus vt spõte se excæcarit.

Constituit contra exortum Hyperionis, oculos
Effodere vt posset splendore æreo; ita radiis
Solis aciem effodit luminis.

Vide Gell. lib. 10. c. 17. Sic isti malè fulgentis splendore ambitionis malunt elucificare exitum ætatis suæ; quàm paucis contenti domi tutò & suauiter vitam transigere. Quo fructu? docet Siracides, vt si non occidantur, cõtinuò tamen mortis metu torquẽtur. ne leue putes, sæpè *peior est letho timor ipse lethi*, vt Seneca de bello. Si non metuit lethum, metuat causam necesse est. quis enim non in aliquo offendat? offensa leuis graui supplicio multari solet. Hoc indicat nosster. *Et non suspicaberis* (inquit) *timorem mortis* (non vereberis continuò.) *Si accesseris ad illum* (si tamen cum potente illo tibi vel electione, vel necessitate versandum) *noli aliquid committere, ne fortè auferat vitam tuam: communionem mortis scito.* Græcè explicatius, *μὴ πλημμελήσῃς*, ne vel leuiter in harmoniã aut cantu exorbites; indicãtne satis, nisi continuò placeas, & suauiter auriculas radas, te morti obnoxium, saltem paucis à naufragio digitulis remotum? quod magis adhuc insinuant verba sequentia.

Sæpe peior letho, timor lethi. Seneca.

Porro locutionem adagialẽ censui, propter vetus eiusdem sentẽtiæ prouerbium, *πόρρω διός τε καὶ κεραυνοῦ*, *Procul à Ioue pariter ac fulmine.* Expertus Ouidius ceteros admonet,

Procul à Ioue. Ouidius.

Viue tibi, quantúmque potes praclustria vita,
Sæuum praclustri fulmẽ ab arce venit.

Sicut in vulnere priùs apparet sanguis, quàm plaga; & priùs emicat fulgur quàm tonitru audiatur: sic apud impotentes iræ reges, priùs erũpit cõdemnatio quàm probatio, & sæpenumerò quis delatus perit priùs quàm coarguatur. Ideo inter adagia numeratur illud, *Maiorem vitato virum* ἄλκυ ἀπὸ μείζονος ἀνδρὸς. infrà c. 13. 12. *Aduocatus à potentiore discede.* Horatius;

Horat.

Dulcis inexpertis cultura potentis amici
Expertus metuet.

Dictum

Dictum est cuiusdam; *ad Potentes accedendum, vt ad ignẽ, non nimium propè, ne comburamur: neque nimium procul, ne non calefiamus.*] Videndus adagiographus in Adag. *procul à Ioue*, 96. cent. 3. Chil. 1.

Procul à Ioue.

EX EOD. CAP. V. XX.

In medio laqueorum ingredi.

ADAG. CCC-LXXXII. In medio laqueorum ingredi. Sensus adagij.

Ἐν μέσῳ παγίδων διαβαίνειν

DIcitur de periculorum multitudine, quæ tanta vt vix fieri possit, quin in aliquam eorum incidatur. Sic legimus D. Antonium vidisse mundum laqueis plenum, & audisse soli humili patere effugium. Quàm longè ab aulâ hæc virtus; tam remota est à Principum familiaribus vitæ securitas. Loquitur de iis quæ vt plurimũ accidunt. Si malo Principi placentia loqueris, incidis in laqueum mortis æternę; si vera sed displicitura, laqueũ indignationis eius non effugies. Si cum bono tibi res est, tot circumstantiis, tantà est opus circumspectione, ad saluâ pietate beneuolẽtiam conseruandam, vt vix possibile factu, certè rarissimum & difficillimum meritò censeatur: Et quantumuis bonus ac pius Princeps, semper tibi à laqueis diaboli, mundi, & peccatorum, in aulâ, quàm in caullâ, plus longè discriminis impendeat.

D. Antonij visio laqueorum.

Periculosa principum familiaritas.

D. Chrys.

D. Chrysostomus hom. 15. ad Pop. Antiochen. eloquẽtissimè transfert ad omnia huius vitæ pericula. primùm verò docet non dici *aspice*, sed *agnosce*. quia tectus est laqueus. quãdoquidem non apertè mors appareat, neque manifesta clades, sed vndique cooperta adiacet. Multâ ideo opus esse consideratione, & diligenti scrutatione. Sicut enim pueri terrâ laqueos, sic diabolus vitæ voluptatibus peccata circumtexit. Si vnus tãtùm & duo laquei forent, facilis esset custodia: nunc ipsorum multitudinem ostẽdere volens, non dixit, *iuxta laqueos pertransis*; sed *in medio laqueorum*. Vtrimque nobis voragines, vtrimque doli.

D. Aug.

D. Augustinus in ps. 141. Quid est *in medio laqueorum?* in viâ Christi. Et hinc laquei, & hinc laquei. Laquei à dexteris, laquei à sinistris. Laquei à dextris, prosperitas sæculi: laquei à sinistris, aduersitas sæculi. Laquei à dexteris, promissiones: laquei à sininistris, terrores. Tu in medio laqueorum ingredere, à viâ noli discedere, nec promissio te capiat, nec terror *elidat*.]

Qui se in familiaritate Principum vtramque muscipulæ caueam putet euasurum; fortè decipitur fiduciâ sui: si non decipitur; quis est hic, & laudabimus eum?

EODEM VERSV,

ADAG. CCC-LXXX. III. Super dolentiũ arma ambulare.

Ἐπὶ ἐπάλξεων πόλεων περιπατεῖν.

Noster,

Super dolentium arma ambulare.

SEnsu non dissidet à Græcis. nempe indicat quàm periculosa sit hæc cum potentioribus familiaritas: phrasis eadem quæ infer. cap. 13. 16. *cum subuersione suâ ambulare*, & quæ apud Horatium ad Asinium Pollionem,

Periculosa potentium familiaritas. Horat.

Periculosæ plenum opus aleæ
Tractas, & incedis per ignes
Suppositos cineri doloso. citaui aliàs.

Græca sonãt, *super pinnacula vrbium*, vel *in summis turribus*; vnde certè magnum lapsus periculum. solitos Iudæos in summis turribus verucula figere, quidam colligunt ex Iosephi lib. 5. de bello Iudaico cap. 4. ego

Verucula in summis turribus figentes Iudæi.

quia illa contra decidendi periculum potiùs poſita, magis putem ſimpliciter accipiendum, vt dixi, ſicut & illa Sibyllæ. (per ſcopulos & ſentes) apud Clementem in Protreptico. vide ſuprà ex Prouerb. 6.28.

Ianſen. Ianſenius ſuſpicatur noſtrum legiſſe ἐπ' ἀλγούντων πολεμικά, ſed Chryſoſtom. ſuprà legit ἐπὶ ἐπάλξεων πόλεων.

Ambulare ſuper arma dolentium, duobus modis exponit Ianſenius, I. ſuper vulneratos & proſtratos, & ideo gementes ac morti proximos. II. Super inſtrumenta & arma, quibus iam multos tyranni dolentes fecerunt, ſæuiendo in illos. Vtraque duriuſcula eſt. Meliùs Michaël de Palacio, ambulare inter pila & gladios hoſtium iratorum fremētium, & in cædem tuam ruentium. Pertinet ad Siracidæ inſtitutum quod

De monacho hiſtoria. idem his verbis recenſuit: [*Cùm* monachus quidam, martyrij amore ſuccenſus, ad Soldanum abiret, à Soldano rogatus, *Quorſum veniſſet?* reſpondit; *Vt mortem inueniam, veritatem tibi prædicando.* Tunc Soldanus:

Soldani dictum. *Ito ad Principes tuos. prædica illis veritatem, & mortem, quam apud me quæris, apud illos inuenies.*] Nimis verè.

colligitur ex operis perfectione; ſic tabula perfectè picta, laudatur pictor: ſi domus peritè exædificata, architectus commendatur. Sic Ianſenius. huic ſimile eſt illud Domini, *A fructibus eorū cognoſcetis eos.* Matth. 7.16. hoc eſt, ex operibus, de quo illic nobis grandis erit ſermo. Volūt ergo huius explicationis defenſores Liran. & alij, Hebræam hypallagen eſſe, quaſi dicat, *artifex in opere manuum ſuarum laudabitur.* vbi *In* pro (propter) vel (ſecundùm.) Sic Prou. 31.31. *laudent eam in portis opera eius.*

Ianſen.

Huc pertinent adagia, quibus docemur res præclaras aliena laude nō egere, ſed ſe ipſas ſatis cōmendare: *vt vino vendibili non eſt opus hedera appenſâ.* Vera virtus alieno præconio non indiget. ipſa ſibi teſtis & laudatrix idonea. Vbi rerum teſtimonium adeſt, verborum phaleræ ſunt ſuperfluæ. Plautus in Pœnulo;

Inuendibili merci oportet vltrò emptorem adducere.

Proba merx facilem emptorē reperit.

III. Tertio vſurpari poterit, vt indicemus ſolos artifices de artib⁹ ſeu operib⁹ artificioſis poſſe iudicare, iuxta illud Apellis, *Ne ſutor vltra crepidam.*

Apellis dictum. IV. Quarta expoſitio Carenſis, non ipſos artifices laudari in opere ſuo, ſed Deum iuxta illud; *Sic luceat lux veſtra corā hominibus, vt laudent patrem veſtrum qui in cælis eſt*; pietati conſentanea eſt, ſed nō cohæret cōtextui.

Duas primas cōnectit Richelius, opera laudē accipere ab artifice, vt à cauſa ſuâ; artificē laudari ex opere ſuo, tanquam ab effectu cauſam. Ita Deum artificē ſummum & increatum ex totius mūdi fabricâ, ordinatione, & pulchritudine cōmendari. Vnde Iſaias hortatur; *Leuate in excelſum oculos veſtros, & videte quis creauit hæc?* Et pſalmiſta fatetur, *Nō eſt ſimilis tui Domine, non eſt ſecundùm opera tua.* Verſatur in hoc argumento pſal. 18.

Richel.

Iſai. 31.

Pſal 85.

EX EODEM CAP. VERS. XXIV.

In manu artificum opera laudabuntur.

ADAG. CCC. LXXX IV.

In manu artificū opera laudabuntur.

Ἐν χειρὶ τεχνιτῶν ἔργον ἐπαινεθήσεται.

Variæ expoſitiones.

I. Palacius.

MVltipliciter exponunt. primò manus artificis præſtantis facit opus gratius & pretioſius, ſiue, operis præſtantia indicatur à manu artificis. v.g. pictura Apellis, ſigillū Scopę, ſtatua Polycleti. ita Palacius.

II. Secundò ipſius artificis præſtātia

EX CAP. X. VER. II.

ADAG. CCC-LXXXV Qualis rectoreſt ciuitatis, tales & inhabitã-tes in ea.

Qualis rector eſt ciuitatis, tales & inhabitantes in ea.

SImile illi quod præceſſit;

Secundùm iudicem Populi ſic & miniſtri eius.

Sed iſtud poſuit quia magis adagiale videtur, & longiùs porrigitur. Græcè habes:

Κατὰ τὸν ἡγεμόνα τοῦ λαοῦ, οὕτως καὶ οἱ λειτουργοὶ αὐτοῦ. καὶ κατὰ τὸν ἡγούμενον τῆς πόλεως, πάντες οἱ κατοικοῦντες αὐτόν. Nihil obſcuri aut ambigui eſt; nihil triti illo vulgi dicto, *Qualis rex, talis grex.* Græci Latiníque libri pleni ſunt dictis huiuſmodi. Platoni tribuit Cicero, & ait ſcriptũ diuinitus; *Qualeis in repub. Principes eſſent, taleis reliquos ſolere eſſe ciueis.*] & pluribus egit lib. 3. de legibus, vt enim cupiditatibus Principum & vitiis infici ſolet tota ciuitas, ſic emendari & corrigi continentiâ.

Plato. Cicero, Qualeis Princi-pes, tales ciues.

[*Permulti* imitatores Principum exiſtunt. Nam licet videre, ſi velis replicare memoriam temporum, qualeſcunque ſummis ciuitatis viri fuerunt, talem ciuitatẽ fuiſſe: quæcunque mutatio morum in Principibus extiterit, eandẽ in populo ſecuturã. Idque haud paulòeſt verius, quàm quod Platoni noſtro placet, qui multicorum cãtibus ait mutatis, mutari ciuitatum ſtatus. ego autem nobiliũ vita victúque mutato, mores mutari ciuitatũ puto. Quo perniciosiùs de repub. merentur vitioſi Principes, quòd non ſolùm vitia concipiunt ipſi, ſed ea infundunt in ciuitatem: neque ſolùm obſunt, quòd ipſi corrumpuntur, ſed etiam quòd corrumpunt, plúſque exemplo, quàm peccato *nocent.*]

Notat hoc Cyrus ſenior, & ideo *arbitrabatur, quam aliis cupiebat, eandem ſibi virtutis actionem eſſe debere. Nec enim fieri poſſe exiſtimabat, vbi ipſe minus foret, qualem eſſe deceret, vt alios ad illuſtres & probas actiones inflammaret.* Ἐνόμιζε δὲ τῷ αὐτῷ καὶ αὐτὸν ἄσκησιν εἶναι τῆς ἀρετῆς. οὐ γὰρ ᾤετο οἷός τε εἶναι, μὴ αὐτόν τινα ὄντα οἷον δεῖ, ἄλλους παρορμᾶν ἐπὶ τὰ ἀγαθὰ καὶ καλὰ ἔργα. Sic Xenophon de Cyri diſciplinâ lib. 8. in prin. Cyri ſenioris bona ſententia. Xenoph.

Antigonus etiam Rex Zenoni ſcribit apud Laërtium lib. ſeptimo, [*Qui Macedonum Regem erudiat, & virtute imbuat, eum ſubditos quoque ad fortitudinem & probitatem vnâ operâ adducere. Nam cuiuſmodi fuerit dux, tales vtplurimum ſubditos effici.* Ὁ γὰρ τὸν τῆς Μακεδονίας ἄρχοντα καὶ παιδεύων καὶ ἄγων ἐπὶ τὰ κατὰ ἀρετὴν, φανερός ἐστι καὶ τοὺς ὑποτελουμένους παρασκευάζων πρὸς εὐανδρίαν. οἵῳ γὰρ ἂν ὁ ἡγεμών ᾖ, τοιούτους εἰκὸς ὡς ὀλίγοις τοὺς ὑποτελουμένους. Antigoni elegãs dictum.

D. Gregorius Nazianzenus Apologet. orat. 1. [*Præſuli* primùm illud curandum (ait) vt argenti atque auri inſtar, omni ex parte excoctus ac defæcatus nihil adulterinum aut ſubæratum tinniat, nihílque deterioris materiæ flammáque acriore dignæ, in ſeipſo geſtet. Nam alioqui tanto grauius malum fuerit, quanto pluribus imperarit. Si quidẽ maior eſt ea improbitas, quę ad multos ſerpit, quàm ea, quæ in vno defixa hæret. Neque enim vel indelebilẽ tincturam pannus, vel fœtidũ aut ſuauem odorem res admotæ ita facilè contrahunt; vel exitialis quidam vapor tam facilè in aërem diffunditur, ac per aërem animantia occupat (quod quidem peſtis, & eſt,

& appellatur)quàm ſubditi Antiſtitis improbitate celerrimè impleri ſolent, & quidem multò faciliùs quàm *virtute.*] ita vertit Billius,quæ Græcè ſcripta;

Ὃν γε πρῶτον μὲν δήπου καθάπερ ἄργυρον ἢ χρυσὸν πανταχόθεν τρεφόμενον,καὶ ἐν παντοίοις καμποῖς καὶ πράγμασι, μισθαμοῦ κίβδηλον ἠχεῖν, ἢ ὑπόχαλκος, μηδὲ φέρειν ἐν ἑαυτῷ ὕλης τῆς χείρονος, καὶ θερμοτέρου πυρὸς ἀξίας. ἢ τοσούτῳ μεῖζον ἔσται κακὸν, ὅσῳπερ ἂν ἀρχὴ πλείονων. εἴπερ καὶ μείζων τῆς ἐπὶ ἴσα μένης πονηρίας, ἡ εἰς πολλοὺς ὀλώλουσα. ὁ γὰρ οὕτως ὥστε δυσσεποῦς βαφῆς μεταλαμβάνει ῥᾳδίως ὕφασμα,οὔτε δυσωδίας ἢ τῷ ἐναντίῳ τὸ πλησιάσαι, οὔτε νοσηρά τις οὕτως εὐκόλως ἀναχεῖται εἰς τὸν ἀέρα,καὶ διὰ τοῦ ἀέρος ἐμπλεῖ τοῖς ζώοις ἀτμὶς· (ὃ δὴ λοιμὸς δή τε καὶ ὀνομάζεται,) ὡς φιλεῖ τάχιστα τῆς τοῦ περιεστῶτος κακίας ἀναπίμπλασθαι τὸ ὑπήκοον,καὶ πολλῷ γε ῥᾷον, ἢ τῷ ἐναντίῳ, τῆς ἀρετῆς.] Seneca in Thyeſte.

Seneca.

Rex velit honeſta: nemo non eadem volet.

Plinius in Traiani Panegyrico; ratione etiam additâ idem ſentit; nec à Nazianzeno diſſentit, qui dumtaxat volnit vitiorum faciliorem & frequentiorem imitationem, Plinius & Seneca, vtrimque eſſe,non tamen æqualem. Verba Cæcilij ſunt:

Plinius. Paneg.

[*Flexibiles* quamcũque in partem ducimur à Principe,atque vt ita dicam,ſequaces ſumus.huic enim cari,huic probati eſſe cupimus, quod fruſtrà ſperauerunt diſſimiles: eóque obſequij continuatione peruenimus vt propè omnes homines vnius moribus viuamus.Porro non tam ſimiſtrè conſtitutum eſt, vt qui malum Principem poſſumus, bonum non poſſimus imitari. Perge modò Cæſar, & vim effectúmque cenſuræ tuum propoſitum, tui actus obtinebunt.Nam vita Principis cenſura eſt eáque perpetua: ad hanc dirigimur, ad hanc conuertimur: nec tam imperio nobis opus eſt, quàm exemplo:quippe infidelis recti magiſter eſt metus.Meliùs homines exemplis docentur;quæ imprimis hoc in ſe boni habent,quod approbant,quæ præcipiunt *fieri poſſe.*] Imitaturiunt principio aulici, poſt nobilitas alia,demum plebs tota;quæ quòd ceteris leuior, idcirco nominatim Claudianus de illâ,

Claud.

— *componitur orbis*
Regis ad exemplum: nec ſic inflectere ſenſus
Humanos edicta valent, quàm vita regentis,
Mobile mutatur ſemper cum Principe vulgus.

Quam Plinius cauſam retulit,prior Fl.Ioſephus ἀρχαιολογίας lib.8.cap.3. inſinuauit: Σωφρονίζεσθαι γὰρ τὰ ἀρχόμενα ἤθη, τοῖς ἡγεμόνων τρόποις, καὶ ὡς ἔλεγχον τῆς ἐκείνων ἀσελγείας τὴν αὐτῶν σωφροσύνην παρεμπίπτοντες, ὡς ἀρετῇ ταῖς κακίαις αὐτῶν ἕπονται. οὐ γὰρ ἔνεστιν ὑποδέχεσθαι δοκεῖν τὰ τῶν βασιλέων ἔργα, μὴ ταυτὰ πράττοντας. τοῦτο τοίνυν σωίβαινε καὶ τοῖς ὑπὸ ῥοβοάμῳ τεταγμένοις, ἀσελγαίνουσι καὶ παρανομοῦσι, καταδάζειν μὴ προσκρούσαι τῷ βασιλεῖ, θέλοντες εἶναι δίκαιοι.

[*Quandoquidem* ea eſt natura rerum humanarum vt cum Principum ac magiſtratuũ moribus etiam ſubditi deprauentur; quorum modeſtiâ,ceu normâ,corrigi debebant: & pro virtutibus vitia ſequantur: alioquin,niſi eadem quæ Reges faciant, improbare facta illorum videntur. Sicut ſub Roboamo contigit, populo leges ac pietatem egregiè contemnente,ne iuſtitię ſtudius Regem ſuum *offenderet.*] Accedat alia ratio, quia bonus Princeps ſummâ curâ bonos miniſtros conquirit; hi non ſinunt in ciuitate

fæces

CCC-CXXV. fæces aut sordes inolescere. Sic nimirum vnguentum bonum ex capite Aaron descendit in barbam, & Ps.132. se penetrat ad oram vsque vestimenti eius: sic ex sanitate capitis, sanitas in membra deriuatur: sic à solis claro iubare dies orbi toti communicatur.

EX EODEM CAP. VERS. XII.

ADAG. CCC. LXXX. VI. Rex hodie est, cras morietur.

Rex hodie est, & cras morietur.

Βασιλεὺς σήμερον, καὶ ἄνευον τελευτήσει.

Sensus adagij. CVm agatur de malis Principibus & tyrannis, significatur adagio; Principes, qui superbiâ elati, & auaritiâ stimulati, subditos opprimunt, vt Historiæ testantur, non diu à Deo sini regnare; ne potestate longo tempore abutentes, supra modum miseros subditos excrucient, & exhauriant. iuxta illud, *Non relinquet Dominus virgam peccatorum super sortem iustorum*, psal. 124.3. & illud, *Dux indigens prudentiâ multos opprimet per calumniam: qui autem odit auaritiam, longi fiant dies eius.* Prouerb. 28. 16. Sunt tyranni pestes & carcinomata generis humani, quod illis non minùs grauatur, quàm corpus gangræna. Deus itaque se gerit more prudentis medici, qui malum proserpens resecat, & exurit; & omni conatu nititur efficere, ne per moram longiorem ægritudo inualescat. ita Deus breuem hisce vitam esse statuit, ne fiant deteriores, & in dies difficilior sanatio reddatur. hoc enim volunt ista; *Omnis potentatus breuis vita. Lãguor prolixior grauat medicum. Breuem languorem præcidit medicus: sic & Rex hodie est, & cras morietur. Potentatus* pro potente tyranno ponitur, & ideo non pugnant hæc cũ eo quòd Dauid potentioribus lõgior vitam adscripsit ps. 89. 10. *dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni: si autem potentatibus, octoginta anni.* nam hîc de robustiore corporis constitutione non de dominio & sceptris est sermo. Spectat ad Siracidæ dictum chorus Tragicus Thyestæ;

Ima permutat breuis hora summis.
Ille qui donat diadema fronti,
Quem genu nixa tremuere gentes,
Crines ad nutum posuere bella
Medus, & Phœbi propioris Indus,
Et Daca Parthis equitem minati;
Quem dies vidit veniens superbum,
Hunc dies vidit fugiens iacentem.
Nemo tam Diues habuit fauentes,
Crastinum vt possit sibi polliceri.

EX CAP. XI. V. III.

ADAG. CCC-LXXX. VII. Breuis in volatilibus est apis, & initium dulcoris habet fructus eius.

Breuis in volatilibus apis est, & initium dulcoris habet fructus illius.

Μικρὰ ἐν πετεινοῖς μέλισσα, καὶ ἀρχὴ γλυκασμάτων ὁ καρπὸς αὐτῆς.

Tyranni generis humani carcinomata.

INitium noster posuit pro principatu, quia Græca vox vtrumque significat, & Hebraismus est *caput rei* pro præcipuo in illo genere: nã ראש illis quodcumque primum indicat: deinde fortassis legit γλυκασμάτα in singulari: quo ad sensum nihil interest: loquitur de naturali dulcedine non de artificiali, qualis saccari, secundùm Palacium: cui tamen nescio an crediderim, sacca

Mellis medulla.

saccarum melle dulcius. certè de re dulcissima veterum adagium fuit, *mellis medulla*. Sacra etiam Scriptura pro nobis est, quæ summam dulcedinem, melli consuevit comparare psal. 18. 11. *dulciora super mel & fauũ.* psal. 118. 103. *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo.* Eccl. 24. 27. *Spiritus meus super mel dulcis, & hæreditas mea super mel, & fauum.* Apoc. 10. 11. *In ore tuo erit dulce tanquã mel.* Et ne dubites, exsertè negat, non distinguens inter artificiosa & naturalia, cùm ait Iudic. 14. 18. *Quid dulcius melle?* Vide adag. *melle dulcius*, suprà. Denique saccarum ipsum artificiale, sed dulcedo arundini vnde conficitur est naturalis. Maneat ergo principatus dulcedinis mellificio. Non æquant artificiosa naturam, cuius artifex & author est Deus. hac volucri (si talis dicenda) nulla primo aspectu contemptibilior videãtur, ob exiguitatem. ideò finxere Cupidinem ab eâ ictum, cum lacrymis matri conquerentem

Saccarũ artificiale.

Apis exiguitas.

ἔφις μ' ἔπηξε μικρὸς,
πτερωτὸς, ὃν καλέουσι
μέλιτταν οἱ γεωργοί.

Anacreon.

Anacreon.

En ne minuta serpens
Pennata vulneravit,
Apem vocant coloni.

Sed tamen quàm corpore minuta, tam grandis est emolumento cerarum & fauorum. Similis Homerico moly, cuius radix nigra, flos lacteus. Vtrumque nos monet, ne aspectu externo, nec mole corporis homines metiamur; sed magis ex industriâ, & virtute, quæ in corpusculis minoribus maior inest, naturâ sic compensante corporis defectum (ita Iansen.) Nam (vt ait Cicero) *valentissimo quisque corpore longissimè abest à sapientia.* Verum enim in multis est illud poëtæ:

Sensus adagij.

Iansen.

Nulla in tam magno corpore mica salis.

& contrà,

Maior in exiguo regnabat corpore virtus.

& de Tydeo;

Ingenio pugnax, corpore paruus erat.

Cauendum ne contemnientes & aspernantes apiculam, mellis iacturam faciamus, iuxta illud Sapphus:

μήτ' ἐμοὶ μέλι, μήτε μέλιττα.

Neque mihi mel neque apis,

quod alio sensu tamen dictum videtur aliis. lege Adagium 62. Chil. 1. cent. 6. Hugo Carensis hoc loco mysticè accómodat primùm Christo. Secundò, Deiparæ Virgini. Tertiò, S. Ioanni Baptistæ. Quartò & fusissimè bonis prædicatoribus.

Hugo Carensis. Mystica adaptatio.

EX EODEM CAP. VERS. XXX.

ADAG. CCC-LXXX. VIII.

Ante mortem ne laudes hominem quemquam.

Ante mortẽ ne laudes hominẽ quẽquã.

Πρὸ τελευτῆς μὴ μακάριζε μηδένα.

NE *beatifices* est Græcè: hoc est, fœlicem prædices: sed hoc solet sumi generaliter pro laudare: quia qui vehementer laudant, solent pronuntiare beatum siue fœlicem, quem laudãt. Sic sumitur Gen. 30. 13. Prouer. 31. 28. Esaj. 3. 12. & sic capitur *beatificare* pro beatum dicere Iob. 29. 11. Isai. 9. 16. Iacob. 5. 11. Noster vsurpauit non eodem planè sensu, quo Gentiles, quibus hoc dictum frequens. Nam Gentiles dumtaxat de beatitudine siue fœlicitate huius vitæ intellexerũt; attendẽtes ad vicissitudinem rerum humanarum, & fortunæ inconstantiam, quia vt est in Nelei carmine;

Beatificare pro beatum dicere.

Topper fortuna commutantur hominibus.

ideo

CCCLXXXVII. De fœlicitate Solonis dictum, & aliorum. Herodo. Plutarch.

ideo Solon Crœso respondit se fœlicem nominare, cui Deus ad mortem vsque fœlicem vitæ cursum tribuisset. referunt Herodotus, Plutarchus & alij. Sed explicat optimè Plutarchus in Solone sapientiam Græcanicam, Ἡ τύχαις ὁρῶσα παντοδαπαῖς χρωμένον ἀεὶ τὸν βίον, οὐκ ἐᾷ τοῖς παροῦσιν ἀγαθοῖς μέγα φρονεῖν. οὐδὲ θαυμάζειν ἀνδρὸς εὐτυχίαν μεταζοίης χρόνον ἔχουσαν. πίπτει γὰρ ἐκάστῳ, ποικίλον ἐξ ἀδήλου τὸ μέλλον. ᾧ δ' εἰς τέλος ὁ δαίμων ἔστω πρὸς εὐ τελευτήν, τοῦτον εὐδαίμονα νομίζομεν. ὁ δὲ ζῶντι ἔτι καὶ κινδυνεύοντι ἐν τῷ βίῳ μακαρισμὸν, ὥσπερ ἀγωνιζομένου κήρυγμα καὶ στεφάνος ἐστὶν ἀβέβαιος καὶ ἀσφαλής.

Quæ vitam considerans varietati fortunæ exposita, non finit nos præsentibus bonis animos tollere, neque vllius suspicere fœlicitatem vicissitudini temporis opportunam. Futurum enim effert. vnicuique ex prouiso variæ conuersiones. Cui verò fœlicitatem Deus ex itu confirmauit, hunc beatum censemus. At viuentis adhuc & periculis exposita beatitudo, sicut in agone certantis præconium & corona, fluxa est & vana.]

Hactenus ex suâ sententiâ. nam quæ cecinit alias versu, puto ex eorum opinione fluxisse; qui iudicant, eos quibus opum copia, & corporis sanitas; & decora vxor, & florentium natorum multitudo, beatos meritò etiam in hac vitâ censeri; carmina refert idem Plutarchus in principio vitæ Solonis: quod visum illis quoque, quos Dauid refellit psalm. 143. 15. Post Solonem, passim Sophocl. uitus poetæ. Sophocles in Oedipo tyranno;

ὥστε θνητὸν ὄντ' ἐκείνῳ τῷ τελευταίαν ἰδεῖν
ἡμέραν ὑποστῆναι, μηδὲν ὀλβίζειν πρὶν ἂν
τερμα τοῦ βίου περᾷ μηδὲν ἀλγεινὸν παθών.

Proinde tu, quicunque mortalis fatus, semper diem
Vltimum considera: ac proinde neminem, antequam vltimum
Non dolore vllo fatigatus, nec ærumnis feris
Vitæ egressus terminum est, vnquam beatum prædica.

Item: Μή πω μέγαν εἴπῃς πρὶν τελευτήσαι' ἰδὼν.

Nondum appellato magnum antequam defunctum videris.

Dionysius tyrannus in Leda; Dionys. tyrannus.

θνητῶν δὲ μηδεὶς μηδέν' ὄλβιον ποτὲ
κρῖνε πρὶν ἂν τὸν εὐ τελευτήσαντ' ἴδῃ.
οὐ γὰρ ἀσφαλεῖ γὰρ τὸν θανόντ' ἐπαινέσαι.

Nullus vnquam mortalem beatum
Iudicet, antequam bene defunctum
viderit.
Mortuum enim laudare tutum est.

Ouidius in Metamorph. Ouidius.

.....vltima semper
Expectanda dies homini: dicique beatus
Ante obitum nemo, supremáque funera debet.

Furipid.

Omnium in hoc adagio creberrimus Euripides. nam in Cressis;

τὸν εὐτυχεῖν δοκοῦντα μὴ ζηλοῦτε, πρὶν
θανόντ' ἴδῃ τις, ὡς ἐφήμεροι τύχαι.

Tanquam beatus nemo laudetur prius
Quam luce careat. fors enim est mutabilis.

in Heraclidis:

βροτοῖς ἅπασι λαμπρὸς κηρύσσει μάντις
τὸν εὐτυχεῖν δοκοῦντα μὴ ζηλοῦν, πρὶν ἂν
θανόντ' ἴδῃ τις.

Mortalibus omnibus clarè enunciat
vt discant
Eum quibus beatus videtur, non beatum iudicare prius
Quam viderint mortuum.

In Troadibus; . . . . τῶν δ' εὐδαιμόνων
μηδένα νομίζετ' εὐτυχεῖν, πρὶν ἂν θανῇ.

& in Andromachâ,

χρὴ δ' ὅπου εἰπεῖν ὄλβιον οὐδένα βροτῶν,
πρὶν ἂν θανόντος τὴν τελευταίαν ἴδῃς
ὅπως περάσας ἡμέραν ἥξει κάτω.

Nemo beatus antè dici mortalium,
Quàm videris defuncti vltimam diem;
Quo pacto ea clausâ migrauit ad inferos.

A periculis ergo vitæ illi hoc deducunt: sed externa huiusmodi, quæ verè beatum, nec faciunt; ne vt desinat esse, possint efficere; minùs attendenda, & contra hanc opinionem Aristot. disserit Aristoteles li. 1. ad Nicomachum cap. 12. Sed nec ipse rem acu tetigit. nam ipsius quoque argumenta contra ipsum quis facilè retorqueat.

Diuinæ litteræ non attendũt ad hanc huius vitæ breuis, caducæ, variæ, quæ ad tempus est, fœlicitatem: sed ad eam quæ verè talis, quia immutabilis: nec alium verè laudandum putant, nisi qui hanc fuerit consecutus. Consequi pendet ab illo momento à quo pendet æternitas. si moritur homo, gratus Deo & acceptus, ille meritò fœlix, meritò laudãdus; cuius opus finis coronat. Dum hîc viuimus, ignari sumus, odio an amicitia digni simus, Eccl. 9. Nescimus etiam an qui nũc benè se gerit, velit aut possit in bono perseuerare. Ideo (ait Strabus) *stultum est laudare pugnantem, quasi iam victorem.* Vt benè pugnantem laudare possumus, dum certat: vt victorem, non nisi adeptâ victoriâ. Cùm laudamus viuos, non tam illos, quàm in ipsis Deum, qui gratiã dedit, laudamus. Isych. lib. 6. in Leuit. cap. 22. [*Sciendum* est autem, quòd quoniã mutabilis est nostra vita, mutationésque multas & voluntates suscipit, octaua die oblatio accepta, in sæculo scilicet futuro, sit, propter quod dixit Salomon, *Ante mortem ne laudes quenquam hominum.*] Melius adhuc Cassianus collat. 6. c. penult. Quod verò subditur,

Quoniam in filiis suis agnoscitur vir.

duplicẽ potest habere sensum: Nam quidam capiũt propriè, iuxta illud, *Parentum mores ex filiorum cognosci moribus*, de quo Ezec. 16. 44. & ideo nõ posse iudicari de parentum fœlicitate, donec iis mortuis videamus filios eorum probos & fœlices esse. hunc sensum Palacius & nonnulli Palacius, amplectuntur: sed contra eum sunt argumenta Aristotelis omnia d. ca. 12. Aristot. Et sanè si non laudandi parẽtes, donec cõstet de filiorum bonitate; certè exspectãda mors etiam filiorum. Quare prudẽter Rabanus, Li- Rabanus, ranus & alij, intelligunt per *filios* & alij. opera bona, quæ in diem obitus vsque continuat, iuxta illud Saluatoris Matth. 7. v. 16. *à fructibus eorum cognoscetis eos.*

EX EODEM CAP. VERS. XXXI.

Non omnem hominem inducas in domum tuam.

ADAG. CCCL. XXXIX. Non omnẽ hominẽ inducas in domum tuam. Sensus adagij. Aesopi apologus.

Μὴ πᾶσα ἄνθρωπον εἰσαγε εἰς τὸν οἶκόν σου.

SYmbolicum est ad omnem amicitiam, familiaritatem, fiduciam pertinens. Primò, ne quem temerè recipiamus ad hospitij aut cõmunis mensę iura. Notus Aesopi Apologus

CCC. LXXX. VIII. logus de ruſtico, qui anguem domi fouit. & Pythagoræ præceptum, ὁμορροίνους χελιδόνας μὴ ἔχειν, *ſub eodem tecto, hirundines ne habeas.* quia nullam adferũt domeſticis vtilitatem, ſed garritu moleſtæ, ſtercoribus defædãt domum, & nullâ hoſpitij relatâ gratiâ, hyeme recedũt: lege Plutarchum Sympoſ. decade octauâ. & aliud eiuſdem refertur Pythagoræ, γαμψώνυχα μὴ τρέφειν, *quæ unguibus aduncis ſunt,* hoc eſt, rapaces homines, *ne nutrias.* & paulò remotius, ex Æſchylo Ariſtophanes, in ranis;

Pythagoræ præceptum. Sub eodẽ tecto hirundinẽ ne habeas.

Ariſtop.

οὐ χρὴ λέοντ' ἐν πόλει τρέφειν.
μάλιστα δὲ λέοντα μ' ἐν πόλει τρέφειν.
Catulum ne alas leonis in republicâ;
Ac maximè ipſum ne leonem alas ibi.

quid enim aliud exſpectes mercedis, quàm vt ferociens diſcerpat te? arcentur ergo ſuperbi, crudeles, rapaces, garruli, & ſuſpicaces. Quid ergo? an hoſpitalitas non exercenda niſi in priùs perſpectos? Non hoc agitur. contrarium Loth, Abraham, & ſimiles docẽt; qui promiſcuè inuitabant, & excipiebant; Gen. 18. 3. & 19. 2. & ideo *latuerunt angelis hoſpitio receptis,* Heb. 13. 2. Sed ne ignotos recipiamus, vt familiariter & diu domi noſtræ verſentur: quia hoc periculi plenum; vt patuit in Herode, qui admiſſus ad familiaritatem Hircani, eum & liberos eius perdidit. Ioſephus. vt & Iugurtha Maſiniſſæ, apud Salluſtium.

Herodis & Iugurthæ pernicioſa familiaritas. Ioſephus Salluſt.

Secundò ne quem temerè ducamus in adyta domûs, vt illi theſauros, & ſecretiora quæque oſtendamus; quo nomine reprehenſus rex Ezechias 4. Reg. 20. & Iſai. 39. 6.

Tertiò ne ſinum cordis noſtri cuiuis facilè pandamus: hoc probant optimè ſequentia in contextu Siracidæ, de quibus ſtatim.

EX EODEM CAP. VERS. XXXII.

Perdix in cauea. ADAG. CCC-XC.

LAtini libri copioſiores hoc loco ſunt, quàm qui nunc inter manus, libri Græci, Latinè legimus; *Sicut enim eructant præcordia fœtentium,* (ſic habent codices. Pariſienſ. Louanienſ. Complutenſ. Regij. & Romani, & quotquot vidi mſſ. ideo non auſim amplecti alteram lectionem *fœtantium*, quam præfert Ianſenius) *& ſicut perdix inducitur in caueam, & vt caprea in laqueum.*] pro quibus omnibus Græcè tantùm eſt,

Perdix in cauea.

πέρδιξ ἐπῳδὸς ἐν καρτάλλῳ.
Perdix capta in cauea.

Tamen Lucius Papa in epiſt. 1. confirmat vulgatam noſtram interpretationem, & ponit omnes tres comparationes. de quarum explicatione multiplex & diuerſa interpretatio reperitur.

Lucius Papa.

Martinus de Roa lib. 3. ſingular. cap. vlt. contendit hoc verſu deſcribi ingenium inuidorum, & ſupplicium huius peruerſitatis addi. Nam ſicut malus & corruptus ſtomachus optimi ſaporis & odoris cibos ſtatim corrumpens, eos reddit acidos & fœtidos; ſic inuidi, virtutes aliorum, quia bona in mala conuertentes, inſidiantur, & in electis imponunt maculam, vt ſequitur verſ. 33. Et quemadmodum perdix, licèt verſuta ſit auis; & caprea, licèt viſu & celeritate polleat, tamen facilè capiuntur: ſic etiam ſuperbi & inuidi, in eo ipſo

Senſus adagij.

quod iudicant, condemnantur. nam auditores meritò censent, iis illos irretitos vitiis, quæ aliis affingunt. Item sicut perdix in caueâ cacabat, & cantu alias in retia pellicit, & sicut caprea illaqueata quæstu alias feras in retia eadem inducit: sic etiam inuidi hoc vnum curant, vt quibus vitiis ipsi sunt immersi, etiã alios immergant, vel saltem immersos faciant videri. Sed ipsi se produnt. & sicut qui pugnantes spectant, homicidâ effugiente, fit sæpè, vt ibi deprehensi ipsi pro reo capiantur.

Autoris sententia.

Fateor ingeniosam esse applicationem siue accommodationem: non tamen ad inuidos hæc restringenda, de quibus Siracides non agit, sed in genere de superbis (iuxta Græcum & Latinum contextum;) qui solent esse fraudulenti & noxij iis quibuscum versantur, non ex solâ inuidiâ, sed etiam ex iracundiâ, & prauâ ambitione, atque iracũdiâ, quia cupiunt semper ceteris præferri, & parem nullum ferunt: ideo nunquam possunt conquiescere, æstuant instar stomachi cibis cacochymici, qui grauatus malis humoribus mephytim eructat; sic isti nisi subinde erumpant in verba acida, mordacia, turgida, & indecora, videntur suffocari, & crepaturi cogitationum pessimarum pondere & numero. Sunt præterea similes animantibus illis, quibus etsi delicatè illa nutrias, tamen nulla quies, & in omnem partem se versant, donec erumpant, caueâ aut retibus se expediãt: sic superbi cor quamuis delicatè tractetur ab hospite suo, & beneficè habeatur, se torquet, & sollicitum est quo pacto cogitata perficiat: & ideo dolos omnes excogitat, & calũnias nectit, vt euertat hospitem suum, cuius opes & splendorẽ non fert. Superbus enim ille dolosus est, de quo dixit v. 31. *multæ enim sunt insidiæ dolosi*, pro quo Græcè est, Διαβόλου quod *calumniatorem* potes vertere. hæc explicatio est Iansenij & Palacij: qui etiam rectè ostendunt superbiæ adnatum, bona facta sequiùs interpretari, & laudabilia opera dictáque vituperare. Addit Palacios; *Quam hæc in nos quadrant, qui tot tamáque bona à Deo susceptа, in eius offensionem conuertimus?* Iuxta hunc sensum, nihil admodum peculiare sit de perdice, quod non coturnici, & ceteris auibus commune.

Iansen. Palacius.

Sed peculiarem rationem in his animalibus Patres exquirunt, vt Rabanus & Strabus, qui notant, similitudinem sagaciorum animalium & perspicaciorum poni, vt ostenderet, sæpe eos qui prudentes æstimantur, versutiâ hæreticorum capi; quorum corda (sic corrigendus Strabus) fraudulenter producunt dolosa consilia, vt quoscumque possint, in caueam erroris, & laqueum deceptionis præcipitent.]

Raban. Strabus.

Hugo Carensis, adhuc plura, quæ in concionatorum gratiam iuuat attexere verbis ipsius; Rectè autem comparatur perdici & capreæ superbus. Perdix enim ex voce nomen habet, vt dicit Isidorus: sic superbus ex vocibus adulantium nomen habet, siue famam sibi vsurpat. Item, perdix aliena oua fouet & furatur, vt dicitur Hieremiæ cap. 17. *fouit, quæ non peperit.* Sic superbus aliorum facta sæpè sibi attribuit: vt patet in scholaribus & magistris, qui sæpè scripta aliorum surripiunt, & quasi nouum opus publicant. Sed sicut in perdice; ita sæpè accidit in eis. Cùm enim perdix pullos de alienis ouis produxerit, statim vt vocem veræ genitricis audierunt, relinquunt perdicem, & reuertuntur ad veram

Hugo Carensis.

Perdicis & capreæ apta cõparatio cum superbo.

geni

CCC. XC

genitricem: sic auditores, qui cùm audierint illum, qui vera scripta códidit, relicto superbo, qui se de scriptis huiusmodi falsò iactabat, commendant illum, & istum vituperant. Item perdix est auis immundissima, & tamen à magnatis libenter comeditur: quia superbia natione cœlestis, &c.

Item capreæ similis est superbus: capreæ enim habitant in montibus: sic superbus semper mente & desiderio est in dignitatibus. Item caprea acutè videt, & superbus se reputat sapientem. Item caprea velocissimè currit, & superbus se omnibus præfert; vbicumque vacat dignitas, primus adest. Fœtidus autem dicitur superbus, quia de aliis nunquam nisi fœtida & spurca dicit. Et licèt author omne genus superbiæ hîc comprehendat, tamen duplicē superbiam specialiter sugillat. Vnā, quæ surgit ex opinione scientiæ, quam B. Bernardus vocat superbiam altam; quæ per *capream* designatur, de qua dicitur 1. Cor. cap. 8. *scientia inflat.* & aliam quæ surgit ex diuitiis; quam B. Bernardus vocat *superbiam imam*; quæ per *perdicem* significatur, de qua dicitur 1. Tim. 6. *Præcipe diuitibus huius sæculi, non sublime sapere.*]

D Bern.

Vbi quod de nomine perdicis ait B. Isidorus, aspectu Græcæ vocis dictum. Nam πέρδιξ ἀπὸ τῦ πέρδεσθαι, quoniam volando eum sonum imitatur. Quod immundissimam dicit, propter intemperantiam promiscuæ libidinis, de qua Plinius li. 10. cap. 33. à quo & illud traditur ad astum eius declarandum:

Perdicis etymon.

Plinius.

Perdicis astus.

[*Si ad* nidum (*auceps*) cœpit accedere, procurrit ad pedes fœta prægrauem aut delumben sese simulans subitóque in procursu aut breui aliquo volatu cadit vt fracta alâ aut pedibus. Procurrit iterum, iam iam prehensurum effugiens, spémque frustrans, donec in diuersum abducat à nidis. Eadem pauore libera, & maternâ vacans curâ, in sulco resupina, glebâ se tertæ pedibus apprehensâ, operit.]

Idem narrat Origenes ho. 4. in Hierem. & S. Basilius hom. exhortatoriâ ad baptismum, qui etiam ad se refert vidisse; & ne possis dubitare de qua loquatur aue, hom. 8. Hexaem. vocat *perdicem*: & D. Apostolus epist. 48. ad Irenæum: vbi docet per *perdicem* significari diabolum, quod confirmat li. 6. Hexaëm. c. 3. Vtitur ille voce hæretici, vt voce illicis, vt post Origenem docent DD. Hieronym. in c. 17. Hierem. & Augustinus lib. 13. contra Faustū cap. 12. qui adfert aliam proprietatem; *Perdix enim nimis contentiosum animal*, (inquit) *notum est, quanta assiduitate contentionis currat in laqueum. Non enim disputare amant hæretici, sed quoquo modo superare impudentissima peruicacia.* Experimur quotidiè. Quod certè superbis optimè conuenit; & quia tales hæretici, de hæreticis vsurpare licebit; *Sicut perdix inducitur in laqueum.* Hoc ergo sit vnum à perdice prouerbium sacrum: alterum ex Hieremia dabo postmodum.

Origen. Basilij locus.

Per perdicē diabolus significatus. D. Hier. August.

Perdix animal contentiosum.

Prophanæ litteræ, quòd meminerim, nullum præbent, vel vnum πέρδικος σκέλος, *perdicis crus*, vel *pes*. Nam Suidas πέρδικος πούς. De quo scio quid adagiographus Chiliad. 2. cent. 2 in loripedes quadrare: & à claudo caupone Aristophanis deductum. Retorserim potiùs ad eos, qui claudicationem simulant, mendicos, & similes planos, qualis Horatianus lib. 1. epist. 17. ad Sæuam, petita locutione, ab animalis astu, quem ex Plinio & aliis docui.

Perdicis crus vel pes. Suidas.

decet.

Parua enim facula cacumen Ida
Incenderit aliquis. Etsi quid vel vni
aliquando aperueris,
Id cines audient omnes, quod celandum fuerat.

EX EODEM CAP. VERS. XXXIV.

ADAG. CCC-XCI. A scintilla vna augetur ignis.

A scintilla vna augetur ignis.

Ἀπὸ σπινθῆρος μικρᾶς πλεθώσεται ἀνθρακιά.

A scintilla parua augetur pruna. Vatic. σπινθὴρ & πυρὸς, *scintilla ignis.*

Sensus adagij & vsus.

EXiguo discrimine. nam sensus est, vel ab vnâ scintillulâ solere ingens incendium excitari. Vsus, si quando ex minimis initiis, puta verbulo, suspicione, negligentia, mala ingentia; vt bella, cædes, inundationes, pestilitates, & similia nascuntur. D. Iacob. 3.5. *Lingua modicum quidem membrum est, & magna exaltat. Ecce quantus ignis, quàm magnam siluam incendit:* hoc est, quantillus ignis, seu, quàm exiguus. Beda. Beda: *Quantus* dicit, quàm modicus. Denique & codices sic habent, *Ecce modicus ignis.* Sicut enim à modica scintilla ignis excrescens, magnam sæpè syluam incendit, ita incontinentia linguæ, suis nutrita leuitatibus, magnam bonorum operum materiam, multos vitæ spiritualis fructus, vbi attaminauerit, perdit: sed & innumera plerumque quæ optima videbantur, locutionis folia *consumit.*] certè Græcè est Euripid. ἰσὰ ὁλίσον πῦρ. vt & Syriacè. Sic Euripides apud Stobæum serm. 39.

ἴσχω δὲ μηδεὶς πάνθ' ἃ σιγᾶσθαι χρεών,
μικρᾶς γὰρ ἐκ λαμπτῆρος ἰδαῖον λέπας
πρήσειν ἄυτις, κἂν πρὸς εὐτόποις ποτὲ,
πύθοιντ' ἂν ἀεὶ πάντες, ἃ κρύπτειν χρεών.

Nullus ea rescisci, quæ conticeri

Solon. Solon in Elegis; ἀρχὴ ἐξ ὀλίγων γίγνεται, ὥστε πυρὸς: *ex minimis principiis grandes nasci lites, vt ignis ex scintillulâ.* Isocrat. Vide Isocratē etiam contra Lochitem: Q. Curtius. Q. Curtius lib. 6. cap. 3. D. Hieronymus ad hæreses transtulit in c. 5. ad Galat. [*Scintilla* res parua est, & penè dum cernitur non videtur: sed si fomitem comprehēderit, & nutrimenta sui quamuis paruus ignis inuenerit, mœnia, vrbes, latissimos saltus regionésque consumit. Fermentum quoque, cuius ad aliam partem in Euangelio parabola temperata est, res modica videtur & nihili; sed cùm farinæ conspersum, totam massam Luc. 13. d. suo vigore corruperit, in illius vim transit omne quod mixtum est: ita & doctrina peruersa ab vno incipiens, vix duos aut tres primum in exordio reperit auditores: sed paulatim cancer serpit in corpore; & iuxta vulgare prouerbium, *vnius pecudis scabies totum commaculat gregem.* Igitur & scintilla statim vt apparuerit, exstinguenda est: & fermentum à massæ vicinià semouendum, secandæ putridæ carnes, & scabiosum animal à caulis ouium repellendum: ne tota domus, massa, corpus, & pecora, ardeat, corrumpatur, putrescat, intereant. Arius in Alexandriâ vna scintilla fuit: sed quia non statim oppressa est, totum orbem eius flamma *populata est.*] Sic nostris tēporibus Lutherus & Caluinus scintillæ fuerunt, & eorum incendium adhuc per Germanias, Gallias, Britanniam, Sarmatiam, Pannoniam, & Illyricum grassatur.

S.

CCCXCI. S. Gregorius Nissenus hinc docet, omne peccatum, quamlibet paruum ac leue videatur, cauendum. in Tetrastichis. 13.

S. Greg. Nissenus.

Omne peccatũ quãlibet paruum, cauendũ.

πανθὴρ ἀνάπτει καὶ βραχὺς πολλὴν φλόγα,
καὶ σπίρμ' ἐχίδνης πολλάκις διώλεσε.
σῦτ' οὖν ὁρῶν ἔκλινε καὶ μικρὸν βλάβῳ.
μικρὸν μὲν ὄζει, εἰς δὲ μεῖζον ἔρχεται.

Scintilla magnas parua flammas excitat:
Ac viperinum semen haud raro necat.
Ob idque noxam quamlibet paruam fuge.
Nam parua primùm sit licèt, crescit tamen.

Non crimen tantùm sed criminis vitanda occasio.

Nec ipsum tantùm crimen, sed criminis vitanda occasio, illud enim flammæ, hæc fumo simillima. Benè Plautus;

Semper, tu scito, flamma fumo proxima est.
Fumo comburi nil potest, flamma potest.

Liranus.

Seneca.

Fratrum reconciliatio.

reticis. Liranus de reconciliatis hostibus, qui foris simulãt amicitiam, intùs seruant rancorem: iuxta illud Senecæ; *Nunquam fidelem credas tibi, quem ex inimico amicum habueris.* loquitur de viris improbis. nam alioquin pernicioſa hæc doctrina, & humanæ societati nimis quàm noxia. Meliùs idem in Thyeste, de fratrum reconciliatione.

Nulla vis maior pietate vera est.
Quos amor verus tenuit, tenebit.
Iurgia externis inimica durant.

Omnes Christiani fratres sumus. vera itaque inter nos reconciliatio reperiatur. CHRISTVS imitandus, qui nos sibi reconciliatos, minimè cauet, minimè supectos habet. Nec nos inuicem diffidamus. stat fiducia cum prudentia. Cauere possumus, si quid suboleat. Falsæ reconciliationis exempla sunt Absalon Patri 2. Reg. 15. Tryphon Ionathæ 2. Machab. 13.

EX CAP. XII. V. VI.

ADAG. CCCXCI. Æramẽtum æruginat.

Aeramentum æruginat.

ὁ χαλκὸς ἰοῦται.

Vsus adagij.

Strabus.

ÆRei vasis ea natura est, vt quantumuis politum & extersum sit, nisi caueas, statim iterum ærugine inficiatur, sicut & ferrum rubigine, & agri squalore. Docet ergo Siracides, vsum adagij, nempe vt indicemus, improbos, licèt beneficiis victi aliquamdiu probè se gerant, mox tamẽ solere ad ingenium redire, & suis benefactoribus exitium moliri. Strabus accipit de hæ-

EX CAP. XIII. V. I.

ADAG. CCC. XCIII. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea.

Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea.

ὁ ἁπτόμενος πίσσης, μολυνθήσεται ἐν αὐτῇ. Vaticano deest, ἐν αὐτῇ.

Sensus adagij.

EXplicat ipse sapiens, superbo communicantem, superbię participem futurum. Nam sic homines qui natura sua φίλαυτοι sunt & αὐθάδοξοι, facilè à modestia & humilitate abducuntur: ideo superbia, sicut pix manibus adhæret, ita homini se afficiat & agglutinat. Idem esse de hæresi, filia superbiæ, docent glossa & alij de ceteris quoque vitiis verum. Dionysius Richel. hîc;

Cùm humana fragilitas sit prona

ad

ad mala, præſertim ad appetentiam ſui honoris ac voluptatis, propriorúmque commodorũ, faciliter ad ea allicitur: & familiares libẽter ad inuicem complacent ſibi, ſicque vnus moribus ſe cõformat alterius.

Cõſortia ſalubria, & noxia.

Vnde ſicut virtuoſorum ſapiẽtiúmque conſortia ſunt valde ſalubria: ſic ſuperborum, luxurioſorum, cupidorum, & iracundorum conſortia, prorsùs nociua ſunt, & vitanda. Hinc ſcriptum eſt in Prouerb. c. 13. *Qui cum ſapientibus graditur, ſapiens erit: amicus ſtultorum*, ideſt, in quorum) *ſimilis erit eis.* Idcirco Deus frequenter & diſtrictè prohibuit filiis Iſraël conſortia Chananæorum: quæ quia non vitauerunt, in idololatriam ceciderunt. Sic nunc innumerabiles ad diuerſa peccata mortalia ex prauorum ſocietate labuntur. Propter quod ait Pſalm. 17. *Cum electo electus eris, & cum peruerſo peruerteris.* Vnde & Salomon dixit; prou. 21. *Non ſis amicus homini iracundo, ne diſcas ſemitas eius, & ſumas ſcandalum animæ tuæ.*

Vulgare adagiũ eſt; *talis quiſque eſt, qualis is cuius conſuetudine delectatur.* Item; *Qui prope claudum habitat, diſcit claudicare.* Hiſpani, *Dime con quien andas, y dezirte he que mañas as.*

D. Leonis.

Aurea ſunt iſta D. Leonis ſerm. 4. in Quadrageſimâ: *inimicis autem crucis* CHRISTI *nullâ conſenſione iungamur; ne impiorum conſortio ſanctitas fidelium polluatur. Lux ſeparetur à tenebris, & fugiant filios Diaboli filij vernatis.*] Vide apud Æſchinem

Æſchines.

contra Timarchum ex Euripidis Phœnice.

Epictetus.

Epictetus quoque Enchiridij cap. 35. malorum conſortio bonos pollui, ſic docet.

* * *

EX EODEM CAP. VERS. III.

Quid communicabit cacabus ad ollam?

ADAG. CCC. XCIV. Quidcõmunicabit cacabus ad ollã?

Τί κοινωνήσει χύτρος πρὸς λέβητα, αὕτη γὰρ προσκρούσει, κἀκείνη συντριβήσεται. *Quid communicabit olla ad lebetem? ipſa impinget, & ipſa cõteretur.* Ordine conuerſo noſter, & obſcuriùs ſenſu eodem. Nam vtrobique docetur noxia ſocietas pauperis cum diuite, vt ollæ teſtaceæ cum lebete æreo vel ferreo periculoſa compulſatio eſt. Præceptum vtile contractibus & commerciis, item amicitiis ineundis & matrimoniis contrahendis, in quibus omnibus ſemper optimum, vt par pari, ne ſit (quod dici ſolet) *Leonina ſocietas.* Elegans eſt apologus adagij noſtri explicator, de ſimul nantibus ollis æneâ & luteâ. Auienus ex Æſopo, fabula 11.

Quid communicabit cacabus ad ollam? Noxia pauperis ſocietas cum diuite.

Leonina ſocietas.

Auienus.

Eripiens geminas, ripis cedentibus, ollas
Inſanis pariter fluuius egebat aquis.
Sed diuerſa duas ars & natura creauit:
Ære prior fuſa eſt, altera ficta luto.
Diſpar erat fragili & ſolida concordia motu.
Incertumque vagus amnis habebat iter.
Nè tamen eliſum confringeret area teſtam,
Irabat ſolitam longiùs ire viam.
Illa tamen, ne quid leuibus grauiora nocerent,
Et quia mille breui cum meliore fides;

Quam

CCC-XCVI.

Quamuis fecuram verbis me feceris, inquit,
Non timor ex animo decutiendus erit.
Nam me siue tibi, seu te mihi conse-rat vnda,
Semper ero ambobus subdita sola malis.
Pauperior caueat sese sociare potenti.
Námque fides illis cum parili melior.

Benè Auienus & ad mentem Siracidæ: vincitur tamen elegantiâ ab Alciato, & Faërno, qui referunt nõ multum absimili sẽsu ad adagium, *Aliquid mali propter vicinum malum*, de quo dictum aliàs: & extat apud Erasmum, Chil. cent. 1. Alciatus. Num. 32. Alciati emblema 165. est;

Raptabat torrens ollas, quarum vna metallo,
Altera erat figuli terrea facta manu.
Hanc igitur rogat illa, velit sibi proxima ferri,
Iuncta vt præcipites vtraque sistat aquas.
Cui lutea; Haud nobis tua sunt commercia curæ;
Ne mihi proximitas hæc mala multa ferat;
Nam seu te nobis, seu nos tibi conse-rat vnda;
Ipsa ego te fragilis sospite sola te-rar.

Faernus. Gabriel Faernus autẽ Latinissimè,

Duas trahebat amnis ollas, aneam
Vnam; alteram autem fictilem.
Sed aëna proprio prægrauata põdere,
Sibique porro præcauens,
Suadere cœpit anteeunti fictili,
Coniungi vt vellet sibi,
Quo rapidum aquarum sustineret impetum
Iunctis virimque viribus.
Cui fictilis: Tua, ait, mihi vicinitas
Non admodum placet, soror.
Nam siue te mihi vnda, siue me tibi
Prope adnatantem allíserit;
Vt sospitem te dura præstabit cutis
Fragilem meam sic conteres.
Sic, Potentiorum semper est vicinitas Potẽtiorum vicinitas.
Vitanda tenuioribus.

Cardami naturam potentiores referunt: ille herbarum adsitarum humorem, hi vicinorum tenuiorum pecuniolam exsugunt. Cardami natura. Ouidius. Ouidius de hac re multa more suo Tristium lib. 3. Eleg. 4. & inter cetera illud:

Nam quamquam soli possunt prodesse potentes,
Non prosunt; potiùs plurimùm obesse solent.

Præsertim hoc locum habet in dispari coniugio, vt docet alio apologo Ioras Rex Israël Amasiam, his verbis; *Carduus Libani misit ad cedrum, quæ est in Libano, dicens, Da filiam tuam filio meo vxorem. Transierúntque bestiæ saltus, quæ sunt in Libano, & conculcauerunt carduum.* 4. Reg. 14. 9. Disparia coniugij apologus. Aliter adhuc festiuissimus Plautus in Aululatia, de asino & boue equo. Plautus.

Venit hoc mihi in mentem Megadore, te esse hominem diuitem,
Factiosum, me item esse hominem pauperum pauperrimum:
Nunc si filiam locassim meam tibi, in mentem venit,
Te bouem esse, & me esse asellum. Vbi tecum coniunctus siem,
Vbi onus nequeam portare pariter. iaceam ego asinus in luto.
Tu me bo. magis haud respicias, gnatus quasi nunquam siem.
Et te vxor[illegible], & me meus ordo irrideat.
Neutribi habeam stabile stabulum, si quid dinoru[illegible] fuat.
Asini me mordicibus scindant, boues incursent cornibus.
Hoc magnum est periculum, me ab

aſinis ad boues tranſcendere.

Ouidius. Ouidius in epiſt. Deianiræ;

Quàm malè inæquales veniunt ad aratra iuuenci:
Tam premitur magno coniuge nupta minor.

De impari coniugio multa Tiraquellus. lege connub. 5. à num. 16.

Tiraquell.

EX EODEM CAP. VERS. XIX.

ADAG. CCC. XCV. Omne animal diligit ſimile ſibi. Senſus adagij.

Omne animal diligit ſimile ſibi.

Πᾶν ζῶον ἀγαπᾷ τὸ ὅμοιον ἀυτῷ.

HOc adagio & ſequentibus aliquot docet, quibuſcum familiaritatem & ſocietatem debeamus coniungere; nempe cum iis, qui ſimiles ætate, & morũ ac ſtudiorum inſtitutis. diſſimilitudinem namque his ſummopere inimicam eſſe. Res aperta, & quæ comparatione ſimilium tantùm prouerbiorum indiget. Sic inf. cap. 27. 10. *volatilia ad ſibi ſimilia conueniunt.* c. 37. 16. iubet ſanctos cum ſanctis conuerſari, *cuius* (ait) *anima eſt ſecundum animam tuam.* Seligam præcipua Gentilium. apud Platonem lib. 1. de repub. ſenex Cephalus, ait ſæpè conuenire ſe cum æqualibus vt conſeruent vetus Prouerbium, διασώζοντες τὴν παλαιὰν παροιμίαν, nempe quod Cicero expreſſit in Catone; *Pares cum paribus*, vt eſt in vetere prouerbio, *facillimè congregantur.* Theognis;

Plato. Pares cum paribus. Theognis.

πάντες μὰν τιμῶσιν ὅμως ἴσοι, οἵ τε καὶ αὐτὼν
Οἰκῶσιν χώρης, οἵτε παλαιότεροι.
Omnes hi ſeſe venerantur amántque viciſſim,
Vicini, æquales viribus, atque ſenes.

Ariſtot. Sed propiùs ad noſtrũ Ariſtoteles naturæ genius lib. 2. Rhetor. teſtatur: *Natura rebus inſitum: vt cognata & genere iuncta & ſimilia inuicem ament, & iungi gaudeant; homo homini, equus equo, iuuenis iuueni; & huc tendere veterum adagia,* (Æqualis æqualem delectat.) & (ſimile ſemper ſibi ſimili gaudet,) & (noſcit fera feram) & (graculus ad graculum) & *alia ſimilia.*

Prouerbiales locutiones.

Τὰ συγγενῆ ᾗ πρὸς φύσιν ἀλλήλοις ἐστὶν ἅπαντα τὰ συγγενῆ καὶ ὅμοια ἡδέα οἷς ὀπλοπολὺ, οἷς ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ καὶ ἵππος ἵππῳ, καὶ νέος νέῳ. ὅθεν καὶ αἱ παροιμίαι εἰρῶσθαι, ὡς ἥλιξ ἥλικα τέρπει, καὶ ὡς ἀεὶ ὅμοιον τὸ ὅμοιον, καὶ ἔγνω ᾗ ἦλθ ἦπερ, καὶ ἀεὶ κολοιὸς πρὸς κολοιὸν, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα.

Cicero in Lælio: *Sic hoc apparet in beſtiis, vt requirant & appetant, ad quas ſe applicent animantes, idque faciunt cum deſiderio, & cum quadam ſimilitudine amoris humani, quanto id magis in homine?* Agathon in Sympoſio Platonis, ὁ γὰρ παλαιὸς λόγος ὡὶ ἔχει, ὡς ὅμοιον ὁμοίῳ ἀεὶ πελάζει. *Vetus enim ſermo recte procedit, ſimile ſimili ſemper hæret.* Menander in lib. Plutarchi de diſcrimine amici & adulatoris, ſcitè admodum

Cicero. Agathõ. Menander.

γέρων γέροντι γλῶτταν ἡδίστην ἔχει,
παῖς παιδὶ, καὶ γυναικὶ πρόσφορον γυνή,
νοσῶν τ' ἀνὴρ νοσοῦντι, κ) δυσπραξία.
λιφθεὶς ἐπωδὸς δεῖ τῷ πειρωμένῳ.
Seni ſenilis lingua iucundiſſima eſt,
Puero puellus, mulier apta eſt mulieri,
Ægrotus agro; quẽ tenet ſors aſpera,
Multis malis exercito eſt accõmodus.

Epicharmus, teſte Alcimo apud Laërtium in Platone,

Epicharmus.

καὶ γὰρ ὁ κύων κυνὶ κάλλιστον εἶμεν φαίνεται,
καὶ βοῦς βοΐ, ὄρνις δὲ ὄρνιθι κάλλιστον, ὗς δὲ ὑΐ.
Etenim canis cani pulcherrimum quid eſſe videtur

Et

CCC. XCVI D.Greg. Nazianz.

Et bos bouì, asinus verò asino pulcherrimum, sus verò sui.

S.Gregorius Nazianzen.ad Africanū ep.64. τίσιν ἵπποι μάλιστα χαίρουσιν; δῆλον, ὡς ἵπποις. ἀετοὶ δὲ τίσιν; οὐχ ἄλλοις ἢ ἀετοῖς. κολοιὸν δὲ ποτὶ κολοιὸν ἴζάνειν, καὶ τῆς παροιμίας ἀκούεις. *Quibusnam equi maximè gaudent? non dubium quin equis. aquila verò quibus? non aliis quàm aquilis. graculum verò assidere graculo vel ex prouerbio discis.*

Theocr.

Theocritus Idyllio 9.

τέττιξ μὲν τέττιγι φίλος, μύρμακι δὲ μύρμαξ,
ἴρηκας δ' ἴρηξιν. . . . .
Formica grata est formica, cicada cicada,
Accipiter verò accipitri. . . . .

vide Adagiographum Chil.1.cent. 2.à numero 20. Vulgaria sunt, sed proba; *Aues concolores simul volitant.* &,

Conuenium pecudes, & iuncta pabula carpunt.

Item;

Rusticus agricolam, miles fera bella gerentem,
Rectorem dubia nauita puppis amat.

Eccles.27.10. *Volatilia ad sibi similia conueniunt.* vide infrà.

turali propensione, non tantùm totius ad totum, hoc est, animalis ad animal, vel hominis ad hominem (vt vulgo accipiunt,) sed etiam membrorum ad membra. (nam sic interdum *caro* pro membris, maximè quæ ad corporum coniunctionem pertinent. Leuit. 15.2.16.4.in Hebræo; & Ezech.23.20. etiam in Latino) vel saltem corporis ad corpus. sic caro sumitur Prou. 14.30. Dan.2.11.& passim. Eò spectat fabula de Androgyno in Platonis Symposio; & affectus amantium, manus cum manu consertio & compressio, labiorum cum labris coniunctio, corporis cum corpore. Vehementiam huius propensionis, Lucretius lib.4. & Plautus non semel describunt.

Sensus adagij.

Plato. Fabula de Androgyno.

EX EODEM CAP. VERS. XX.

ADAG. CCC-XCVI. Omnis caro ad similem sibi coniũgetur.

Omnis caro ad similem sibi coniungetur.

Πᾶσα σὰρξ κατὰ γένος συνάγεται.

NOster propter sequens futurum, censuit etiam hoc loco sibi hoc tempus exprimendum. nouerat enim futuri temporis verbis sacram Scripturam solere propensionem ad id de quo sermo est, indicare. hîc autem sermo est de na-

EX EODEM CAP. VERS. XXI.

ADAG. CCC-XCVII. Lupus agnocommunicabit.

Si communicabit lupus agno aliquando.

Τί κοινωνήσει λύκος ἀμνῷ;
Quid communicabit lupus agno?

SEnsus idem est. nam indicat inter bonos & malos non magis firmam aut tutam esse posse amicitiam, quàm inter agnum & lupum: Animalium mira quorumdam antipathia. de qua Plinius lib.10.c.74. Aristoteles lib.9.hist.c.1.sed Oppianus lib. 3. Cyneget. & Philes in Iambis referunt de oue & lupo, quod huc imprimis facit, etiam post obitum durare inimicitiam. Philes ita; Oppianus in 3. Cyneget.

Sensus adagij

Plinius. Aristot. Oppian. Philes.

εἰ δὲ λύκον δείρας, ῥινῶν ἀπελέκτηναιο
τύμπανον, ἀλλ' ἀχίλαδον διδυμάονα οἰκτε-

σίκαρτον,
μοῦνόν τοι μελὰ πᾶσι βαρύβρομον ἐνλαγεν ἠχὼ,
καὶ μοῦνον παλαγεῖ. τὰ δ' ἔυφρα πρόσθεν ἐόντα
τύμπανα σιγάζει, κώφησέ τε πᾶσαν ἰωλὴ.
καὶ φθίμβοισ γὰρ ὅτις φθίμβον λύκον ἐρρίσασι.

Si verò lupum deglubens ex corio confecias.
Tympanum sonorum Didymaum sterile,
Solum vtique inter omnia auciſonum clangit ſonitum,
Et ſolum ſtrepit: alia autem, ſonora quæ antea erant,
Tympana ſilent, compeſcúntque omne murmur.
Nam & mortuæ oues mortuum lupum timent.

De fidibus quoque lupinis traditum, ſi teſtudini vnam miſceas ouillis, has cùm ſimul pulſentur, obmutescere. quod & ſimilia refert Hieronymus Fracaſtorius opere doctiſſimo de Sympathiâ & Antipathiâ. Hinc intelliges Horatianum illud in Epod. od. 4.

Hieron. Fracaſtorius.

Horatij locus.

Rupis & agnis quanta ſortitò obtigit
Tecum mihi diſcordia eſt.

Significat enim nec morte finiendam. Varia prouerbia huc pertinent, vt Ariſtophanis in Pace:

Variapro uerbia ad hoc. Ariſtop.

πρὶν κεν λύκῳ οἶν ὑμφαγεῖν.
Priùs lupus ouem ducas vxorem.

Plautus in Pſeudolo,

Plautus.

Vt malis lupos apud oues linquere
Quàm hos domi cuſtodes.

Terentius in Eunucho,

Terent.

Sceleſto ouem lupo commiſiſti. Cicero Philipp. 3. *ô præclarum cuſtodem ouium, vt aiunt, lupum.* Suidas; πρὶν καὶ λύκῳ οἶν πεπαυδόσει. *priùs lupus ouē paſcet.* Omnia nata ex hoc diſſidio inſito à naturâ & ſpeciebus inſenſatis hæc animalia excitantibus; quod Homero quoque non ignotum Iliad. χ.

Cicero.

Suidas.

Homer.

ἐκ οἷς ὅτι λύσι καὶ ἀνδράσιν ὅρκια πιστὰ,
οὐδὲ λύκοισε καὶ ἄρνες ὁμόφρονα θυμὸν ἔχουσιν
ἀλλὰ κακὰ φρονέουσι διαμπερὲς ἀλλήλοισιν.

Fœdus vti non tutum homini ſanóque leoni,
Vtque quibus prorsùm concordia nulla lupíſque;
Sed ſemper cupiunt malè, séque odere viciſſim.

Quod autem Iſai. 65. 25. dicitur, *Lupus & agnus paſcentur ſimul*, myſticè intelligendum, vt ibi dicetur.

Iſaiæ locus.

EX EODEM CAP. VERS. XXII.

Quæ communicatio ſancto homini ad canem? . . . . .

ADAG. CCC. XCVIII. Quæ pax hyænæ ad canē?

EAdem ſententia & vſus eſt adagij Græci,

τὶς εἰρήνη ὑαίνῃ πρὸς κυνί;
Quæ pax hyæna ad canem?

Sic enim in Græco contextu, vbi vulgatus vertit: *Quæ communicatio ſancto homini ad canem?* haut dubiè ſecutus aliâ lectionē, neſcio quam. Ianſenius diuinat legiſſe τῷ ἀγίῳ, vel ὑγιαίνῃ pro ὑαίνῃ: & delet vocem *homini* legens tantùm; *quæ pax ſancti ad canem.* ſed ei repugnant codices Romani nunc emendati: quorum lectio eſt communis plurimorū librorum, & ſenſus hominē ſanctum nihil habere commune cum cane, hoc eſt, cum homine iniuſto & impudēti peccatore, à quo sēper ſummum illi periculum imminet. Hyænæ cum cane inimicitia naturalis nota eſt. nam huic illa tendit nocturnas inſidias, & incautum deuorat. Hyæna lupi colore propè eſt, ſed

Ianſen.

Senſus adagij.

Hyænæ cum cane inimicitiæ.

CCC. XCV-III- Aristot. sed hirsutior, & iuba non minore quàm equus, sed duriore ac setacea, per totum dorsum prædita est: Aristoteli lib.6. de nat. animal. cap.32. & lib.8. c.5. vbi etiam refellit fabulam androgynon esse; Ouidius. quam Ouidius amplexus li.15. metamorph. idem Aristoteles eodem c.5. tradit etiam *glanum* vocari, & moliri insidias homini; canes etiam hominis vomitionem imitando, illicere, capere, vorare. Plinius. Plinius lib. 8.cap. 30. *Sermonem humanum inter pastorum stabula assimulare, nomenque alicuius addiscere, quem euocatum foras laceret:* Item, *vomitionem hominis imitari, ad sollicitandos canes quos inuadat.*] Vide quæ Philes scribit. Oppianus Cyneget.li.3. ait *hyænam hostem esse catulis, validioribúsque canibus, noctu spatiari, & vagari, quia nocturnis tenebris oculis valet, diurnâ caligat luce; & si ex hyæna corio quis partem pedibus induxerit, magnum adeo canibus metũ incutere, vt etiam latrantes sic calceato obuij, desinant, & obmutescãt.*

τὼ δ' ἰχθρὼ σκυλάκεσσιν, ἀρειοτέροις τε κύνεσσι.
τὼ δὲ τε νυκτιτόρον, καὶ νυκτιπλανῆ τελέθουσαν,
οὕνεκά οἱ διὰ νύκτα φάος, σκότος ἄντα μετ' ἠώ.
. . . . τῆς μὲν διαμοίζας ἀεὶ ποσὶν εἰ φορέοις, φορέοις σκυλάκων μέγα δεῖμα κραταιῶν,
καὶ σε κύνες κείνοισιν ἐπεμβεβαῶτα πεδίλοις
ἄνλιον οὐχ ὑλακοῦσι, πάρος γε μὲν ὑλακόοντες.

Aelian. Orus Apollo. Solinus. Antipathiæ hyænæ cum cane, ratio. Similia prodidere Aelianus lib.7. animal. hist. c.22. Orus Apollo in Hieroglyph. cap. 2. & Solinus Polyhist. cap.30. vbi & aliud antipathiæ huius secretum refert, Plinianis addens, *canes si fortè venantes hyæna, dum sequuntur, umbram contigerint, latrare nequeunt voce perditâ.*] vide infrà.

EX EODEM CAP. VERS. XXIII.

Venatio Leonis onager in eremo.

ADAG. CCC-XCIX. Venatio leonis onageria eremo.

Κυνήγια λεόντων ὄναγροι ἐν ἐρήμῳ.

EXplicat adagium verbis sequẽtibus: οὗτοι νομαὶ πλουσίων πτωχοί. *Sic & pascua diuitum sunt pauperes.* Significat pauperes esse obnoxios rapinæ & iniuriis diuitum; nec ferè vim & auaritiam illorum dexteritate vllâ euadere: sicut nec asini syluestres celeritate leonum. Hac de re sic Oppianus d.li.3.postquam vocauit: Sensus adagij. Oppianus.

. . . . ἰῶστρυρον, ἠεροίνλα, κραιπνὸν, ἀελλοπόδλω, κρατερώνυχον, αἰπὺν ὄναγρον.

Pedibus valentem, aërium, pernicem, ventipedem, solidungulum, rapidum onagrum; & dixit illum fœno & herbis terræ vesci; subdit

ἀλλ' αὐτὸς κραιπνοῖς ἀγαθὴ βόσις ἑπτελέθουσι:

Verùm ipse validis iucundus cibus est feris.

Quanto magis leoni ferarum regi validissimo? hoc ergo dicit. Tenuiores prædam esse locupletum; Sensus agricolas militum; colonos dominorum; mechanicos & ceteros priuatos, scribarum, causidicorum, iudicum. Nimirum, vt canit Seneca. Seneca.

. . . . *factus præda maiori minor.*

Pro iure vires esse.

Similiter Varro, in satyra Margopoli; Varro.

Naturâ humanis omnia sunt paria.

Qui pote plus, vrget: piscis vt sepe minutos
Magnus comest, vt aues enecat accipiter.

Martial. Martialis,

Dente timetur aper: defendunt cornua ceruum.
Imbelles dama quid nisi preda sumus?

Alciatus. Obnoxia Infirmitas. Expressit idem Andreas Alciatus emblemate: cuius inscriptio. OBNOXIA INFIRMITAS, exemplo sardarum piscium, qui nec in imo, nec in summo mari securi; illic piscium; hîc volucrum esca.

Sardæ pisciculi nusquam tuti.

Piscibus aurata rapit medio aquore sardas,
Ni fugiant pauida, summa mariſq; petant.
Astibi sunt mergis, fulicisque voracibus esca.
Heu inuta manens vndique debilitas.

Ad tyrannos adaptatio. Polyb. Petr. Victorius. Muret. De piscibus idem confirmat & ad tyrannos transfert Polybius lib.15. histor. quem citat Petr. Victorius lib.6. var.lect. cap.8. probat etiam Muretus lib. var. Vide infrà & in Habac.cap.1.14.

EX CAP. XVII. VERS. XIV.

ADAG. CCCC. Aquam & ignem apponere. Carensis. & alij.

Apposuit tibi aquam & ignem.

Παρέθηκε σοι πῦρ καὶ ὕδωρ.

CArensis, Lyranus, Dionysius, Palacius, Iansenius, & Sa, exponunt contraria quæ sequuntur; nempe vitam & mortem, ideſt, præmium vitæ æternæ benè operanti: (hoc aquâ significari volunt quia refrigerat) & pœnam gehēnę, peccanti, quam aiunt indicari igne, quo damnati cruciantur. Possis etiã exponere omnia vitæ huius commoda; cuncta quibus quis indiget. q.d. omnia tua esse vsu voluit, & liberam facultatem dedit, vt illis arbitratu tuo vtaris; ita tamen vt si benè vtare, sint tibi ad vitam, si malè, sint exitio. Itaque arbitrij tui est eligere quod istorum velis. Antiquis *aquâ & igne expiari*, idem fuit quod omnimodis expiari: aquâ & igne interdicere, omnibus interdicere quæ ad vitam tuendam necessaria. Ouidius in Fastorum. 4.

Aqua & igne expiari, interdicere.

Ouidius.

Iunxerunt elementa Patres, aptúmque putarunt
Ignibus & sparsâ tingere corpus aquâ.
An quòd in his vitæ causa est; hæc perdidit exul.

§. 1. vers. capitalia, instit. de publ. indic. l. 1. in fi. D. de bon. poss. contra tabulas. Græcis, πυρὸς καὶ ὕδατος εἰργεσθω. Propter vitæ & victus communionem, ignem & aquam sponsus & sponsa tangere iubebantur. Auctores Varro lib. 4. de ling. Latinâ, Festus in voce *Aqua*, lib. 1. Seruius in lib. 4. Æneid. ad illud,

Ignem & aquâ cur sponsus & sponsa tangerét. Varro. Festus. Seruius Virgil. Plutarchus.

... Fulserê ignes & conscius æther
Coniugij.

& Plutarchus in Problem. Roman. cap. 1.

EX CAP. XVIII. VERS. VIII.

ADAG. CCCCI. Gutta aquæ maris & calculus arenæ.

Sicut gutta maris, & calculus arenæ.

Ὡς σταλὼν ὕδατος ἀπὸ θαλάσσης, καὶ ὡς ψῆφος ἄμμου.

ITa significant nullam inter aliqua proportionem esse, sicut rei immensæ cum minutissimâ, & infiniti cum finito nulla comparatio.

Patet

CCCI. Patet ex altero membro comparationis; *Sic exigui anni in die aui.* Sensus enim: quam ἀναλογίαν habet guttula aquæ vnica in toto mari, & calculus exilis cum vniuersâ arenâ; eam habet vitæ humanæ spacium cum æternitate. Sic ferè Cicero teruncium Crœsi gazis, lucernam soli opponit.

Sensus adagij.

Cicero Crœsi gazę.

Ouidius.

Plato.

vt ait Ouidius. Nemo idoneus magister antequam discipulus fuerit. Ex professo hoc docet Plato in Gorgiâ, & in Phædro. Breuiter Pindarus Olymp. ode 8.

Docere, ei qui didicit, facile est.

Stultum verò, non antea didicisse.

Leuiores namque & inconstantiores eorum qui bonas disciplinas non sunt experti, animi sunt. S. Naziauz. orat. 31. quam in multorum Episcoporũ cõsessu habuit: Nazian.

λάξις γὰρ οὐκ ἀρίστη διδάσκειν πρόλεγον, εἶτα μανθάνειν. negat *optimum ordinem esse priùs docere, & postea discere:* & plenius in Apologet. seu orat. 1. circa medium; *Alios docere aggredi, priusquam ipsi satis edocti simus, ac vt dici solet* in dolio discere, *hoc est in aliorum animabus pietatem meditari & exercere, valde stultorum aut temerariorum hominum esse videtur: stultorum, si ne inscitiam quidem suam agnoscunt: temerariorum, si cùm eam cognitam habeant, hoc tamen negotium aggredi non verentur.*

ὡς τὸ γε παιδεύειν ἄλλους ἐπιχειρεῖν πρὶν αὐτὸς ἱκανῶς παιδευθῆναι, καὶ ἐν πίθῳ τῷ κεραμίαν μανθάνειν, τὸ δὲ λεγόμενον, ἐν ταῖς τῶν ἄλλων ψυχαῖς ἐπιμελεῖσθαι τῆς εὐσεβείας, λίαν ἔοικε μοι φαίνεται ἀνοήτων ἢ τολμηρῶν. ἀσωφίστου μὲν, εἰ μηδὲ αἰσθάνοιτο τῆς ἑαυτῶν ἀμαθίας. θρασέων δὲ, εἰ καὶ σωφίζοιτο, κωλαλοιμῶσι τῷ πράγματι.

ADAG. CCC. CII. Ardoré refrigerabit ros.

EX EODEM VER. XVIII.

Ardorem refrigerabit ros.

Καύσωνα ἀναπαύσει δρόσος.

Natura deduxit, ad docẽdum, dulci alloquio tribulatos & anxios, sic refrigerari, quemadmodum solent segetes diurno æstu quasi exsiccatæ. Blanda verba benefici, sæpe plus iuuare quàm ipsũ donum. Similia sunt prou. 19. 12. Isai. 18. 4. Dan. 3. 50. vnde patet *rorem* de re valde salutari & grata vsurpari: vnde & *ros lucis* Isai. 26. 19. de quo infrà. eloquia dulci *rori* comparat Moyses; *imbri* verò comminationes, Deut. 32. 2.

Sensus adagij.

Vocis roris vsurpatio.

EODEM CAP. V. XIX.

ADAGIO CCCC-III. Antequã loquaris, disce. Vsus adagij.

Antequam loquaris, disce.

Πρὶν ἢ λαλῆσαι, μάνθανε.

Solet vsurpari in sciolos; qui volunt videri scire, quæ nesciunt, & affectant docere quæ nondum didicerunt; vt vulgò dicitur, *priùs esse conchæ, quàm canales.* cùm tamen aquam præbere nequeant, antequã in illorũ elicia fuerit deriuata;

Quódque parum nouit, nemo docere queat.

EX CAP. XIX. VER. III.

ADAG. CCCC-Qui citò credit, leuis est corde.

Qui citò credit, leuis est corde & minorabitur.

ὁ ταχὺ ἐμπιστεύων, κοῦφος καρδίᾳ.

Et de iis potissimùm agatur, qui temere credunt detractoribus,

bus, & proinde leuitatem imprudẽtis animi sui satis manifestant, & præterea vt minimum amicorum iacturam faciunt, à quibus ipsi propterea, vel illi ab ipsis alienantur: Generale tamen prouerbium est ad alias res omnes, maximè morum doctrinam pertinens, in quibus huiusmodi leuitas famæ, pecuniæ, carissimorum & non rarò vitæ dispendio luitur. Testis in Genesi Putiphar, & in Regum ac Iudith libris Absalon, & Holophernes. In historia prophanà, de Crispo Constantinus, ne referam plures: in fabulis Theseus de Hippolyto, Prœtus de Bellerophonte. *Citò* dicitur *credere*, qui non priùs discutit, & examinat quæ audiuit, sed ad credendum sine causâ mouetur, & animi quadam impellitur inconstantia ac leuitate; de qua dictum, *stultus vt luna mutatur*, Eccli. 27. 12. item vt de luna, *luminare quod minuitur in consummatione*. infr. c. 43. v. 7. Similis vitio, similis damno.

Sensus adagij.

Credulitas temeraria, quam noxia.

Citò credere quis dicatur.

Periculosissimum hoc vitium nimiç credulitatis est iis qui in dignitate constituti. vt enim legitur, in epist. Artaxerxis Esth. vl. v. 2. *Multi bonitate Principum & honore, qui in eos collatus est, abusi sunt in superbiam: & in tantum vesaniæ proruperunt*, &c. 8. & 6. & 7. gnarum huius rei D. Bernardum audite ad Eugenium l. 2. de consideratione, in calce libri;

Maximè periculosum credulitatis damnum in authoritate cõstitutis.

D. Bern.

[*Est item* vitium, cuius si te immunem sentis, inter omnes quos noui ex his qui cathedras ascenderunt; sedebis me iudice solitarius: quia veraciter singularitérque leuasti te supra te, iuxta Prophetam: facilitas credulitatis hoc est; cuius calli dissimæ vulpeculæ, magnorum neminem comperi satis vitasse versutias. Inde eis ipsis pro nihilo iræ multæ, inde innocentium frequens addictio, inde præiudicia *in absẽtes*.]

Thren. 2.

Vtile præceptum dat idem, quo possint dignosci vera à fallis, lib. 4. [*Clandestinas* & susurratas delationes non recipias, magis detractiones censueris. Et hanc velim generalem tibi constituas regulã; vt omnem qui palàm veretur dicere quod in aure locutus est, suspectum habeas. Quòd si te iudicante dicendum coram ille renuerit, delatorem iudices, non *accusatorem*.] hæc mens viri sanctissimi; scio non omnibus recepta tribunalibus, & esse causas cur in quibusdam criminibus minùs illa iure canonico probetur; quod supponit, iudices ipsos diligenter & circumspectè omnia quæ ad deferentem & delatum pertinent, considerare; nec omni Spiritui credere, sed probare si ex Deo sint, ne competat in illos dictum Sapientis, *Innocens credit omni verbo*, Prou. 14. 15. vbi Hebr. est פתי peth significat *nimis simplicem*, & *credulum*, Chald. exponit *schabra* שברא *insipientem*: Abenezra *indoctum*: Isidorus Clarius, *inexpertum*: & ita in malum sumunt Caietan. Arboreus, Baynus, Iansen. Peltan. & Saa & ita intelligendum. Lxx. ἄκακος, & nostri, *innocens*. Epicharmi statuæ fuit inscriptum epigramma.

Delatoris non accusatoris iudicium Locus B. Bernard.

Locus prou. 14. 15.

Isidorus, & alij.

Epicharmus.

εἴτι παρασάσει φαίθων μέγας ἄλιος ἄστρον,
καὶ πόντος πολαμῶν μείζον' ἔχει δύναμιν.
τοσοῦτον ἐγὼ σοφίᾳ περίχειν ἐπίσαμαι.

Quantum sol vincis sublimia sidera cæli,
Quanto vis pelago maior inest fluuiis.
Tantum ego profiteor sophiâ præstare Epicharmum

Tantã illi sapientiæ opinionẽ cõciliauit potissimũ dictũ illud celebre;

Nemos atque artus sapientia esse, non temerè credere.

lauda

CCCCIV.

laudatum à Q. Cicerone lib.de petit. cõsulatus.verba Clemens Alex. initio 4.Stromatum exhibet;ἀπιστεῖν ἄρδην ταῦτα τῶν ὁρισθῶν. Euripides in Helenâ;

Euripides.

—σώφρον' ἀπιστίας
οὐκ ἔστιν οὐδὲν χρησιμώτερον βροτοῖς.

Prudens diffidentia vtilis.

Prudenti diffidentiâ
Nihil quicquam est vtilius mortalibus.

Meritò prudẽtem requirit.Vt enim docet Seneca epist.3. *Vtrumque vitium est, & omnibus credere, & nulli: sed alterum honestius dixerim vitium, alterum tutius.*] Facile fateor in his quæ ad conuictũ amicorum, & secretorum communicationem pertinẽt.Longè aliud in rebus fidei,in quibus periculosius,vel non minùs periculosum nulli credere:cùm nec multa inuestigatio aut scrutatio tuta. Sapientissimus Bernardus vno proposito Petro Abaylardo, hoc omnium fermè hæreticorum præcipitium esse nos docuit, epist.190. ad Papam Innocentium.

Seneca. Omnibus credere & nulli,vitium.

In rebus fidei quod periculum.

Bern.

[*Quid magis* contra rationem, quàm ratione rationem conari trãscendere? Et quid magis contra fidem, quàm credere nolle quicquid non possit ratione attingere? Denique exponere volẽs illud Sapientis: *Qui credit citò,leuis est corde.* Citò crẽdere est,inquit,adhibere fidem ante rationẽ.Cùm hoc Salomon,non de fide in Deũ:sed de mutuâ inter nos dixerit,crudulitate.Nam illam,quæ in Deum est fidem B. Papa Gregorius,negat planè habere meritum,si ei humana ratio prębeat experimẽtum.Laudat autẽ Apostolos, quòd ad vnius iussionis vocẽ secuti sunt redemptorem. Sicut nimirum pro laude dictum:*In auditu auris obedivit mihi*:Increpatos èregione discipulos quod tardiùs credidissent.Denique laudatur Maria, quòd rationem fi-

Falsa explicatio Abailardi.

Psal.17.

de prævenit : & punitur Zacharias quòd fidem ratione *tentauit*.&c.

Quid ergo, dicat aliquis:Nonne leuitas etiam in doctrinâ fidei reprehenditur? Certè, & benè Iansenius etiã in his prouerbio huic locum esse fatetur. Scitũ enim illud, *vt iam non simus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ, in nequitiâ hominum, ad circumuentionem erroris.* Ephes.4.14. &, *Nolite omni Spiritui credere sed probate Spiritus, si ex Deo sint.*1.Ioan.4.14.Quod si vnquã fuit, hoc tẽpore maximopere fatagendũ, quo tot hæreses pullularũt. Nõ *citò credit*, qui supercertat semel traditæ fidei. Non *citò credit*,qui Ecclesiæ Romanæ quæ fundamentum & colũna veritatis est, sine hæsitatione,sine mora credit.Non *citò credit*, qui Spiritu sancto, cuius gratiâ moras nescit, intrinsecùs mouente credit. Nõ *citè credit*,qui certæ & indubitatæ reuelationi credit. Nõ *citò credit*, qui Ecclesiasticæ traditioni credit.*Non credere* (inquit Clemens d. lib.4.) *veritati adfert mortem, sicut credere,vitam.Contrà autem falsò credere; non credere autem veritati, trahit in exitium.*

Iansen.

Clemẽs.

Τὸ μὲν ἀπιστεῖν τῇ ἀληθείᾳ, θάνατον φέρει, ὡς τὸ πιστεύειν, ζωὴν. ἐμπαλιν δὲ τὸ πιστεύειν, τῷ ψεύδει, ἀπιστεῖν δὲ τῇ ἀληθείᾳ, εἰς ἀπώλειαν ὑποσύρει. & hoc sensu dixerat priùs, *Multa incredulitas bona facit, fides verò, mala.* πολλὴ ἀπιστία δίδ' ἐχειν ἀγαθὰ, πίστις κακά.

EX EODEM CAP. VERS. XII.

Sagitta infixa femori carnis.

ADAG. CCCCV. Sagitta infixa femori carnis.

Βέλος πεπηγὸς ἐν μηρῷ σαρκὸς.

GRæcis vnica lectio:cui quæ cõformis vera & germana est,*car-*

Eusebius Papa.

nis: prout citat Eusebius Papa epist. ad Ægyptios, quæ est secunda. *femur carnis*; id est, carneum, & ideo doloris magnitudinem hac voce voluit significare; qui non cessat donec telum excidat, vel euellatur.

Varia lectio. Caietis & alij.

Alij legũt *canis*, cuius lectionis meminere, & secuti videntur Carensis, Liranus, Richelius, Clarius, Palacius, Benedictus. Sed & glossa Interlin. quæ exponit de cõcupiscentiâ per Diabolum immissa animo peccatoris. Sententia eadẽ est, stultos non conquiescere, sed torqueri donec euomeat, quod de aliis mali audierint, vel ipso animo conceperint. Vti possumus de omni cura & sollicitudine, quæ miseros *coquit, & versat sub pectore fixa.*

Sensus adagij. & vsus.

EX CAP. XX. VERS. II.

ADAG. CCCCI. VI. Concupiscẽtia spadonis deuirginabit virginẽ. Vsus adagij.

Concupiscentia spadonis deuirginabit virginem.

Ἐπιθυμία εὐνούχου ἀπαρθενεύσαι παρθένον.

HVius prouerbij vsus esse poterit, de insidis custodibus, à quibus non immeritò credebatur decipiendos, qui cõmiserint. Solent enim Eunuchi deligi ad thalamorum, & gynæceorum custodiam, vt Persarum consuetudo docuit olim, narrante sacrâ Hesteræ historiâ c. 1. & hodie Turcarum tyranni soliti. Claudianus etiam in Eutropium canit. lib. 1.

Eunuchi ad thalamorum custodiã. Persarũ & Turcarum cõsuetudo eunuchos habendi. Claudiã.

—*cúmque omnibus vnica virtus*
Esset in eunuchis, thalamos seruare pudicos.

Item, de iisdem eutropius;

Præfecti sed adhuc gemmis, vestique dabantur
Custodes, sacróque adhibere silentia somno,
Militia eunuchi nunquam progressa cubile,
Non vitâ spondente fidem, sed inertia tantum
Mentis pignus erat.

Si fallant, & custodiæ creditam suæ ipsi per vim deintegrent, nónne scelestissimi? nonne miseri, qui ouem lupo commiserunt? tales esse Syracides indicat improbos iudices quibus Iustitię custodia & tutela à Deo commissa fuit. hos si præuaricent, *iudicũ constuprare* M. Tullius inquit. Ipsam quoque iustitiam virgineo habitu fingebãt, & Astræam vocarunt poetæ, & hieroglyptæ, & ex Hesiodo & aliis constat. Hinc Iansenius, & (vt solet) eo non citato ex eo tamen Palacius, notant multa. Iudices hoc adagio perstringi doceri. I. Iustitiã virginẽ esse, & ideo inuiolatam sic esse debere. II. Hanc virginem commissam esse ipsis in custodiam, vt nec ipsi violent, nec à quoquã violari patiãtur. III. Debere ipsos erga iustitiã esse instar spadonũ; quia sicut his natura, sic illis diuinæ & humanæ leges violationem hanc interdicunt. IV. Iudices à quibus institia deintegratur, stupri pœna dignissimos esse.

Iudiciũ constuprare. Cicero. Iustitiæ virginis habitu Astræa dicta. Iansen. Palacius.

Mihi videntur etiam prauorum dogmatũ prędicatores huc pertinere; maximè Lutherani & Caluiniani, quibus, cùm videri velint, se vni viro virginem castam Christo Ecclesiam despondisse; ipsimet thalamum hunc violant; qui benè spadonibus assimilantur: quia bonorum operum, quæ ad salutem requiri negant, ex sectæ suæ disciplinâ, steriles sunt.

Antoris sentẽtia.

Aliter adhuc Radulphus; [*Spadó* ad coitum non trahitur spe posteritatis. Scit enim se gignere nõ posse, sed ardore concupiscentiæ instigatur. Corrũpere itaque potest virginem,

ginem, imprægnare non potest. In hunc modũ, & qui ad proximi increpationem non vtilitatis alicuius consideratione ducitur, sed furoris sui impetu raptatur; dum sine mensurâ culpas vindicat, lædit, non subuenit: & cui semen melioris propositi infundere debuit, grauiùs *corrumpit.*]

EX EODEM CAP. VERS. XIV.

ADAG. CCCC. VII. Datus insipientis, inutilis. Sensus adagij.

Datus insipientis non erit vtilis.

Δόσις ἄφρονος οὐ λυσιτελήσει σοι.

MOre Sacræ Scripturæ *insipiens* ponitur pro improbo, & maximè auaro, vt patet ex sequẽtibus. Monemur accipere munera ab illis, qui vel sine delectu & iudicio largiuntur, vel qui (vt ait Plinius) vitiatis humanique muneribus, non tam sua dant, quàm aliena captant & corripiũt; vt faciũt fœneratores, hæredipetæ, & aulici vulturij. Priores illi prodigi, qua facilitate dant, eadem improperant, & sæpè repetunt. Posteriores ambitiosi vel auari, vel ampliora venantur, vel cupiunt te ad turpia aut iniusta obsequia vel intercessiones impellere. Leuiter licebit immurare dictum Sophoclis, qui ἐχθρῶν dixerat; si μωρῶν scribas, *μωρῶν ἀδώρα δῶρα, κ' οὐκ ὀνήσιμα. Stultorum dona, non sunt dona, nec quicquam iuuant.*

Plinius.

Sopho. cles.

Euripid.

Euripides in Medea;

κακοῦ γὰρ ἀνδρὸς δῶρ' ὄνησιν οὐκ ἔχει.
Improbi enim viri donum vtilitatem non habet.

D. Bern.

Memini me duo præclara exempla apud D. Bernardum legere, digna imitatione. lib. 4. de Consideratione ita scribit;

[*Dignum* nunc ad medium venire factum dulcis memoriæ Martini nostri. Nosti hoc, sed an memineris ignoro. Is Cardinalis presbyter functus aliquando legatione in Dacia, tam pauper remeauit, vt penè expẽsis & equis deficientibus, vix perueniret Florẽtiam. Ibi Episcopus loci donauit ei equum quo Pisas vsque vbi eramus tunc, peruectus erat. Postridie credo secutus Episcopus (erat enim illi causa cũ aduersariis, & agẽdi aderat dies) cœpit requirere suffragia amicorũ. Cúmque per singulos solicitaretur, ventũ est ad Martinũ. Fiducia erat maior in illo, qui non posset immemor esse recentis beneficij. Tum Martinus, Decepisti me, inquit, nesciebã tibi imminere negotiũ. Tolle equum tuum: ecce in stabulo est. Et horâ eadẽ resignauit illi. Quid dicis mi Eugeni? Nónne alterius sæculi res est, rediisse legatũ de terrâ auri sine auro, transisse per terram argenti, & argentum nescisse; donum insuper, quod poterat esse suspectum, illicò reiecisse?

Sed ó mihi locũ suauem, vbi incidit mihi occasio memorandi & nominãdi suauissimi odoris virũ! Episcopum loquor Gaufridum Carnotensem, qui legationem in partibus Aquitaniæ propriis sumptibus, strenuè administrauit, idque annos plures. Rẽ vidi, quã loquor ipse. Eram cum eo in terrâ illâ, cùm à quodam presbytero, præsentatus illi est piscis quem vocãt vulgò sturgionem; percũctatus legatus quãti vænierit, Non accipio (inquit) nisi acceperis pretium: & resignauit solidos quinque inuito & verecundo. Item cùm essemus in quodam oppido, Domina illius oppidi obtulit ei pro deuotione cum manutergio duas vel tres paropsides pulchras, ligneas tamen. Quas aliquamdiu intuens homo scrupulosæ conscientiæ, lau-

dauit eas, sed non acquieuit accipere. Quando argenteas accepisset, qui ligneas refutauit? &c.

Quàm dissimiles hodie, qui prouincias depeculantur: & cùm vacui & egeni venerint, Principum diuitias exiguo sibi tempore comparârunt; & contra quàm Noëmi pleni reuertuntur?

EX EODEM CAP. VERS. XXXI.

ADAG. CCC-VIII. Mutus in ore.

Mutus in ore.

DE Xeniis Iudicum loquês Syracides, postquam iis docuit Iudices excæcari, qua de re multis egi adagio 101. *Xenia excæcãt.* subdit, καὶ ὡς φιμὸν ἐν στόματι ἀποῤῥίπτει ἰλίγγους, *quasi frenum in ore auertunt correptiones*, pro quo noster vertit, *quasi mutus in ore auertit correptiones eorum.* De verborum sensu nulla controuersia est, indicari iudiciorum corruptelam propter dona, excæcari iudices ne videant quid deceat & æquum sit; elingues etiam reddi, ne damnent aut puniant noxios conuictos. Qua de re scitè Palacius hîc, iuxta Græcum fontem.

Sensus adagij.

[*Iudices* qui munera accipiũt, esse equum & mulum, quorum maxillas dona, velut chamo & freno cõstringunt. Iuxta Latinam versionem, Iudices donis excæcari; &, ac si essent muti ore, auertere correptiones eorum. ô misera dona quæ cæcos & mutos faciunt! Christus venit aperire oculos cæcorũ, & linguas mutorum, disertas facere: at dona cæcant oculos apertos, & mutas faciunt linguas disertas, ac proinde surdas faciunt patentes aures. Multa de his donis habent litteræ sanctæ, sed plus de hac re videmus in experientiâ, quàm legamus in bibliis. lege Exo. 23. & *Deutero.* 16.]

Isai. 35.

Difficile est nostram versionem tueri. Quidam vertunt *oris obstructio*, accommodatè ad Græcam vocem. Iansenius ait se in vno exemplari Latino inuenisse scriptũ. *quasi frenum in ore auertit correptiones eorum*; sed exemplar illud putarim fortè ab aliquo sic correctum ad Græcum contextũ, & ideo neque Complut. neque Regij neque Romani correctores eam lectionem receperunt. Fuit aliquando suspicio mihi nostrum interpretem accepisse φιμὸν peculiari significatione medicorũ, quibus φιμὸς seu φίμωσις significat *preclusionem* siue *obstructionem meatuum naturalium*; & vocabulum *mutus* accepisse pro obstructione locutionis in quarta declinatione, qua solet gaudere, vt ex voce *datus* & similiũ quę illi proprię quodammodo sunt; eo magis quòd non haberet Latinum substãtiuum & abstractum à, *mutus*, mobili. Voluerit ergo significare capistrationẽ vt sic dicam vel nexum oris. vel; si hoc non placet, attẽderit φιμὸν significare ipsam constrictionem & contractionẽ perarũ & sacculorũ, cùm toto superiore illorum ambitu in angustũ collecto funiculis retrahũtur. hac metaphora significet labia collecta & osculẽtio quasi damnatum; quâ Belgæ nostri dicũt *den muyl snocren*. Mutus ego foret κώφωσις, vitium quo quis surdus aut mutus fit: certè sicut qui natura surdi, etiã solẽt esse muti: sic iudex, quẽ pecunia obsurdescit, ne iustas preces audiat, simul mutus esse solet, ne quod iustum est decidat. Sic Græci personã quęnõ interloquitur in comœdiis, κωφὸν πρόσωπον vocant: tales sunt iudices muneribus corrupti.

Φίμωσις.

Mutus in quarta declinatione.

Φιμὸς.

Κώφωσις.

Strabus.

Strabus in Exodi c. 8. tradit, tria esse genera ranarum, vnum fluuiale & vocale; alterũ eius, quæ calamita dicitur,

Tria ranarum genera.

CCCC-VIII.

dicitur, de qua fertur, quòd si in os latrantis canis coniicitur, statim obmutescit: tertium eius quæ rubeta dicitur, eò quod in vepribus agat.] hanc ranam *calamitam* Carensis, Liranus, & Dionysius hîc aiunt ab effectu atque *mutum* vocari; suo de tali rana interpretātur. Sed Iansenius ait hanc nominis acceptionem carere solidâ auctoritate, & nō cōuenire Græcę dictioni. Posset, dictioni conuenire vt ostendi; si probari posset Latinis *Mutū* significare hanc ranam. Scio Nicandro nō incognitam *rubetam mutam*, quam vocat φρυνὸν ἄφθογγον: quia traditur eâ in turbam illatâ continuò silentiū fieri. Plinius author lib. 32. c. 5. Sed hæc specie distinguitur à *calamitâ*, quæ ipsa quidem muta est, vt docet idem Plinius lib. 32. cap. 7. mutos tamen in os iniecta canes, non magis facit, quàm bolus magnus aut pila, & quicquid loquendi viam obstruit.

Carensis & alij.

Mutus, pro ranæ specie.

Rubeta muta.

Plinius.

Quidquid de his fuerit, similitudinem vides duorum Græcorū dicteriorum, quorum eadem est sententia, vt quod de Demosthene pecuniis corrupto, ne contra Milesios diceret, iactatum, non anginam sed argentanginam pati, apud Plutarchum in Demosthene & Gellium lib. 11. c. 9. & quod in omnes ferebatur, qui pecuniæ causâ silerent; βοῦς ἐπὶ γλώττης, *bos in linguâ*. quo Theognis, Æschylus, & alij Græci vtuntur, lege Adagium 18. Chiliad. 1. cent. 7. vbi lege.

In Demosthenem dicteriū.

Argentāginam pati. Plutarc. Gellius. Theogn. Æschyl.

Lepidū festiuioris quàm sanctioris iudicis iocum narrat hoc loco Dionys. Carthus. his verbis; [*Narratur*, quòd quidam habens causam appropinquante die proferēdæ sentētiæ misit iudici bouē; quo cognito aduersarius misit coniugi iudicis pinguem vaccā. Coniūx itaque maritum suum traxit ad partem suam. Ventum est ad iudiciū. Quo instante cùm iudex inciperet loqui in fauorem causæ eius qui miserat vaccam, alter admirās clamauit: *Bos loquere*. Respondit que iudex, *Bos loqui non potest, quia vacca non simit*.] Nonne dignus cum suo acumine, qui ad triremes, ne dicam ad Echetum; mitteretur?

Dionys. Carth.

Festiuus iudicis iocus.

EX EODEM CAP. VERS. XXXII.

Sapientia absconsa & thesaurus inuisus.

ADAG. CCCC-IX. Sapiētia absconsa & Thesaurus inuisus. Sensus adagij.

Σοφία κεκρυμμένη καὶ θησαυρὸς ἀφανής.

DIcitur de re prorsùs infructuosa. Notanda verò hæc sententia, cui similia passim proferunt Sacræ litteræ, & prophanæ, contra eos, qui talentum à Deo acceptum, vt id impendant, in animarum salutem, in sudario seruant, aut in terram defodiūt; quos simili parabola Christus reprehēdit, Matth. 25. 24. & Luc. 19. 20. qui dixit Apostolis, non solere *accendi lucernam, & poni sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo sunt*. Matth. 5. 15. Rabanus; [*Admonendi* sunt (inquit) qui cùm vtiliter prædicare possint, immoderatā tamen humilitate refugiūt: vt ex minori consideratione colligant, quātum in maioribus rebus delinquāt. Si enim indigentibus proximis ipsi quas haberēr pecunias absconderent; adiutores proculdubio calamitatis extitissent. Quo igitur reatu constringantur, aspiciāt, qui dū peccantibus fratribus verbum prędicationis subtrahunt, morientibus mentibus vitæ remedia *abscondunt*.] Prouerb. 11. 26. *Qui abscondit frumenta, male*

maledicetur in populis. & cap.5. 16. *Deriuentur fontes tui foras,& in plateis aquas tuas dimide.* Aquæ ſtatiuæ putreſcunt,& ſubterraneæ peſtilentes ſunt, indicio piſcium ibi natorum, qui ferè letiferi. Dionyſius Senior cùm quendam è ciuibus accepiſſet aurum domi defoſſum habere, ad ſe deferri iuſſit: ſed cùm is exiguâ parte detractâ in alienam migraſſet vrbem,agrúmque emiſſet,illum accerſiuit, totúmque accipere iuſſit, vtpote qui diuitiis vti didiciſſet,neque vtile inutile redderet. author Plutarchus in Regũ apohthegmat. in princip. Sic digni forent talenti ſpiritualis abſcõſores,vt id quod acceperunt à Deo, ipſis auferretur, iuxta illud; *Qui autem non habet, & quod habet auferetur ab eo*, Matth.13. 12.Sic enim habet quaſi nõ habeat, cùm tam deſit ipſi & aliis quod habet, quàm ſi non habeat. liberali multa deſunt, auaro omnia. Simili adagio vſus Ptolomæus rex Ægypti initio ſecundæ ad Iudæos epiſtolæ; θησαυρὸς κεκρυμμένου καὶ πηγὴ σφραγισμένη, τίς ὠφέλεια ἐν ἀμφοτέροις; *Theſauri occulti, & fontis obſignati, quæ eſt vtilitas in vtriſque?* ex Ægyptia opinor diſciplinâ, vnde & auctor Eccleſiaſtici potuit didiciſſe.Cicero pro Archiâ poëtâ;*Pudeat illos,qui ita in ſtudiis ſe abdiderunt, vt ad vitam communem nullum fructum proferre poſſint.* Horatius od.9. lib.4. carminum;

Paullum ſepultæ diſtat inertiæ
Celata virtus.

Huc poteſt referri,quamuis alio dictum ſenſu. Huiuſmodi diuitias inutiles Lacedæmonios τυφλὸν πλοῦτον *cæcum Plutum* vocitaſſe docet Plutarchus in Lycurgo.Lucanus in carmine ad Piſonem;

Abdita quid prodeſt generoſi vena metalli,
Si cultore caret?

Græcorum vetus Prouerbium fuiſſe Lucianus in Harmonide tradidit;

οὐδὲν ὄφελος ἀπορρήτου καὶ ἀφανοῦς τῆς μουσικῆς.

Nihil vtilitatis ex occultâ & obſcura muſicâ.

Vnde Ouidius,

Tu licèt & Thamyram ſuperes atque Orphea cantu,
Non erit ignota gratia magna lyræ.

Vſurpauit & Nero apud Suetonium lib.3. cap. 30. paullo aliter; *Occultæ muſicæ nullum eſſe reſpectum*, aliter etiam Gellius lib.13. Noct. Attic.c.20. verbum vetus, *egregiam muſicam, quæ ſit abſcondita, eam eſſe nulli rei.* citantur ab Adagiographo Chil.1 cét.7.n.84. haud abſimile eſt quod Fabius dixit *orationem mente conceptam, niſi eloquaris, ſimilem eſſe gladio in vagina recondito.*

Non credas his contrarium eſſe quod dicitur Prouerb.10.14.*Sapientes abſcondunt ſcientiam.* Ab animo, & tempore hæc dependent. Bonâ mente, & tempore ſuo tegenda, vel detegenda. *Tempus* enim *tacendi,& tempus loquendi.* Eccl.3.7.illud, ſi neceſſitas proximi, vel vtilitas nulla, nec Dei gloria poſtulat te loqui; iſtud ſi quid horum exigat. Reus enim es ſilentij improbi,ſi taces cùm loquendum;nequete illud, λάθε βιώσας, excuſarit. Vnicuique Deus de proximo mandauit. eius imperium ſoluis, cùm taces iuſſus loqui. Hæc caritas ipſos illos priſcos anachoretas ſæpè in publicum ſcamma & puluerem contra tyrannos & hæreticos, ex latibulis ſuis, bona contemplationis paſtos gramina, produxit. Multos fallit nõ bonus animus. Qui honoris aut laudis propriæ cauſâ, docent, ſcribunt, concionantur; ambitioſi qui lucri temporalis cauſa; ſordidi, & auari ſunt. Ius vtilius latere, quia

ſibi

De Dionyſio ſeniore narratio.

Plutarc.

Locus Matth. 13 12.

Ptolomæi regis dictum.

Cicero.

Horat.

τυφλὸς πλοῦτος. Plutarc. Lucanus.

Ouidius

Neronis dictum.

Gellius.

Fabius.

sibi ipsis nocent,&,vt sorex,indicio suo pereunt:Qui,vt glorificent Patrem suum qui in cœlis est,vt ignaros doceant,dubios dirigant,errantes reducant, hi sapientes censendi. Legatur D.Bernard. serm.36. in Cantica.

Quos ad tacendum & latendum metus propriæ tenuitatis inducit: videant, ne subrusticus pudor illos decipiat; credant aliis de se potiùs quàm sibi: maximè si non suo viuunt arbitrio: his secura est obedientiæ Cynosura: interdum non ex humilitate,sed ex superbia(dum nimiùm verentur existimationis aliquam iacturam subire) metus iste pullulat. Qui solà detinentur ignauiâ;quid, nisi stimulis vt aselli sunt excitandi ? deterrimi sunt, quos retinet vtilitatis alienæ inuidia.perstringit eos Anaxandrides comicus extremo Athenæi lib.5.

Anaxandrides. Atheæus.

——ἀδονλω̃ ἔχει
ὁταν τις εὕρη καινὸν ἐνθύμημά τι,
δηλοῖ ἅπασιν, οἱ δὲ λέγ' αὐλοῖσι σοφοὶ,
πρῶτον μὲν οὐκ ἔχουσι τῆς τέχνης κρίσιν
εἶτα φθονοῦνται. χρὴ γὰρ εἰς ὄχλον φέρειν
ἅπαντ' ὅσ' ἄν τις καινότητ' ἔχειν δοκῇ.
——*volupe est*
Si quis nouum aliquod inuenerit excogitarit,
Omnibus patefacere.nam qui sibi soli sapient,
Primùm artis suæ nullum habent iudicem,
Deinde sunt inuidiosi. debet enim in vulgus efferri,
Quidquid nouitatis habet quidpiam.

Cerui Epiroticis similes,quos scribit Aristoteles lib. de admirandis auditionibus. cornu dexrum vi medica præditum præ inuidia defodere. Theophrastus li. de inuidis animalibus,& Plinius lib.8.histor.cap.32. ipse quoque Aristoteles lib.9.de nat. animant. cap.5. nisi quòd sinistrum ponit. de lyncibus similia Plinius lib.8.cap.38.& lib.37.cap.3.vrinam terrâ operire, ne lyncurium homines nanciscantur.Stellio tunicam ponit vt anguis., sed deuorat malignè homini illam inuidens.Plinius lib.30. cap. 10. E cerebro draconis gemma Draconitis fit,sed nisi capite viuentibus abscisso nunquá gemmescit inuidiâ animalis mori se sentientis, idem lib.37. cap. 10. de buffoniâ Gallis *crapaudine*.idipsum vulgò fertur.

Cerui Epiroticis. Aristot. Theophr. Plinius. De Lyncibus quæ narrantur. De stellione. Gemma draconitis. Buffonia

EX CAPITE XXI. VERS. II.

Quasi à facie colubri fuge peccata

ADAG. CCC. CX. Quasi à facie colubri fuge pec. catum, Sensus adagij.

Ὡς ἀπὸ πρεσώπου ὄφεως, φεῦγε ἀπὸ ἁμαρτίας.

PAlam est quid moneamur hoc prouerbio: abhorrere videlicet animo à peccatis, & eorũ occasiones ac pericula declinare.Nam hoc est ea fugere. contrà accedere est, immiscere nos,& auscultare suggestiones,& externâ specie pantherę, ac suaui Sirenum cantu allici; vt qui vel variegato serpentum splendore,vel dulci sibilo illecti, appropinquant eorũ speluncis,aut subsessis,& incauti vel spiris inuoluũtur, vel dente sauciantur,vel afflatu pestilenti occiduntur. Ideò qui sapiunt, etiam adspici timent. Sunt peccata, quæ fugiendo vincuntur meliùs quàm resistendo.

Hugo Carensis hoc loco, [*Melius* est fugiendo vitare, quàm re-

Hugo Carensis.

sisten

sistêdo vinci. Sunt quædã peccata, quæ tantùm fugiendo vincuntur, vt peccata carnis. Vnde 1.Cor.5.18. *fugite fornicationem.*& Loth dixerunt angeli, qui venerunt Sodomam: *Salua animam tuam. noli respicere post tergum tuum : nec stes in omni circa regione, sed in monte saluum te fac.* Genes. 19. Vnde quidam : Multo magis fugies peccatum quàm colubrum : si tibi carior est vita animæ, quàm corporis. fuge non solùm morsum,sed tactum,immo & accessum.parum est serpentem non sentire:periculosum est habere vel vicarium.] patet ex allegoriis vnde sumpsit. vbi sunt & ista Galfridi Abbatis.

Cort.vicinum.

[*Puto* non quæret de colubro & peccato,qui primam præuaricationem introisse meminit per serpentem.Lubrica res est, pectore & vẽtre graditur,plena veneno mortifero. *Anima enim quæ peccauerit, ipsa morietur.* Noli ergo sustinere,donec mordearis : mox vt videris, fuge: *fuge à facie eius*, ne exspectaueris morsũ eius.Ne dicas,quid mihi nocet,si proximus est coluber tantùm, & me non mordeat ; non occidat? Immo quod de colubro non dicerres,minùs dixeris de peccato. Nec accedentis lenocinia *feras.*] meritò hoc ait. accedit enim pedibus concupiscentiæ,quę nisi caput eius calces,nisi te subtrahas ab oculis eius, necat adspectu. B. Iacobus docet dicens;*vnusquisque tentatur à concupiscentiâ suâ abstractus & illectus. Deinde concupiscentia cùm conceperit, parit peccatum : peccatum verò, cùm consummatum fuerit,generat mortem.*c.1.v.14.

[*Colubri* vox non est restringenda ad certam anguium speciem:pertinet ad plura, maximè quæ solo aspectu necant,ideo dicit *à facie*;vita vel occursum solummodo videas, aut videare.Palaciꝰ de basiliſco cap-

Palacius.

pit, de quo lege tradita superiùs in adagio, *Regulus venena diffundet.* adde *Scytalem*, quæ tantâ refulget tergi varietate, vt notarum varietate videntes retardet, & quoniam reptando pigrior est;miraculo sui capiat stupentes,teste Solino Polyhist.cap.30.de alio Plinius lib. 8.c.21. [*Catoblepas* appellatur fera (*Æthiopiæ*) modica alioquin ceterisque membris iners,caput tantùm prægraue ægrè ferens:id deiectum semper in terram ; aliàs internecio humani generis,omnibus qui oculos eius videre, confestim *expirantibus.*] magis adhuc mirum, quod non tantùm de Gorgone Phorcij filiâ,poëtæ, vt Ouidius lib.4.Metamorph. prodidit:sed vnꝰ historicorum Alexander Myndius lib.2.hist. pecudum & quadrupedũ prodidit, reuerâ quædam animantia fuisse, quorum obtutu homineslapidescerent. refert eius verba Athenæus li. 5.fine,sunt autem.

Scytale.

Solinus.

Catoblepas.

Gorgo Phorci filia.

Ouidius.

Alexãder Myndius.

Animantiaquorũ obtutu homines lapidescerent.

Τὴν γοργόνα τὸ ζῶον καλοῦσι οἱ ἐν λιβύῃ Νομάδες, ὅπου καὶ γίνεται καλούμενον. ἔστι δὲ ὡς οἱ μὲν πλεῖστοι λέγουσιν, ὃν τῆς δορᾶς σημειώμενον περιβάτῳ ἀχίῳ ἔμοιον, ὡς δ' ἔνιοι φασὶ, μόχῳ, ἔχειν δ' λέγουσιν αὐτὸ τοιαύτην ἀναπνοὴν, ὥστε πάντα τὸν ἐντυχόντα τῷ ζώῳ διαφθείρειν. φέρειν δὲ χαίτην ἀπὸ τοῦ μετώπου καθημένην ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμούς, ὧν ὅταν μόνους διασπασμένη διὰ τὴν βαρύτητα ἐμπλέξῃ, κλείνει τὸν νοῦν αὐτῆς διωρηθέντα, οὐ τῷ πνεύματι ; ἀλλὰ τῇ γιγνομένῃ ἀπὸ τῶν ὀνομάτων φύσεως φορᾷ καὶ νεκρὸν ποιεῖ.

[*Gorgona* in Libyâ animal quoddam Nomades nominant, eodem tractu quo gignitur & Catoblepon, vt referunt multi ex pelle id adnotantes, oui syluestri simile; vt quidam asserunt, vitulo ; vsque adeo tetro & pernicioso halitu, vt quisquis occurrit,eum interimat iubam à fronte in oculos demit-

CCCC-X. ti, quâ vix ob grauitatem quassatâ & dimotâ, quemcumque intuetur aspectu necat, vitâque priuat, non anhelitu sed perlato natiuo veneno oculorum *aciei.*] Sic ille. quæ, si vera, habes simul luxuriæ typum exactum, & efficacem probationem physicæ fascinationis: de qua disserui in Magic. disquisit.

Vult autem videri vera idē Alexander, subdens modum quo in cognitionem ea fera veniret, & pellem asserens Romam perlatam Marij iussu, & in Herculis repositam templo Laurentius ibidem attestatur.

EX EOD. CAP. IX. VERS. IX.

ADAG. CCCC-XI. Quasi qui colligit lapides suos in hyeme.

Quasi qui colligit lapides suos in hyeme.

ὡς ὁ συνάγων ἐαυτῷ τοὺς λίθους εἰς χειμῶνα.

VEra lectio, quā Romani, Germanici, Veneti libri confirmant. secutus etiam fuit Isidorus Clarius. Adagiū competit in illos, qui stulto labore aliquid mohūtui, vnde nihil vtilitatis cōsecuturi. Sic accipiunt Rabanus, Strabus, Carēsis, Liranus, Dionysius, & patet ex priore membro, *qui ædificat domum suam impendiis alienis*, hoc est, bonis seu pecuniis aliorum, quas iniustè sibi comparauit, ideo de quatis patres illi accipiunt, iuxta illud Hier. 22.14. *Væ, qui ædificat domum suā in iniustitia*, &c. Tropologicè domus est cuiusque conscientia, hanc de alienis ædificant, & lapides in hyeme colligunt, qui de rapinis & fraude, aut vsuris, eleemosynam tribuunt (sic Carensis) Item qui ex temporalibus domum suam ędificant in terris, cùm temporalia Dominus vocet *aliena*, Luc. 16.12. Stultus est, quia quando hîc putabit habitare, vitâ per mortem expelletur. (ita Palacius) item hæretici qui testimonia sacræ Scripturæ ad probandum errorem suum prauo & alieno sensu accepta congregant. nam vindicta vltionis diuinæ dutitia nefandæ actionis dissoluetur, (Raban. Strabus, & Dionys.) Simile illi Plautino, *malè parta, malè dilabuntur.*

Isid. Clar. Vsus adagij. Rabanus. & alij.

Palacius. Rabanus. Strabus. Dionys. Plautus.

Potest autem Græcum (εἰς) & Latinū (*in*) referri vel ad tempus collectionis; quia stultè facit, qui tempore hyemali ædificat. nam ædificatio congelascente calce inutilis est, & citò collabitur non coalescente cæmento: (hæc cōmunior est.) vel posset referri ad finē collectionis, q. d. qui in hyemē colligit lapides, cùm potiùs ligna ad calefactionem colligere debuisset. Sed malo prius: licet faueat nōnihil alia lectio Græca; ὡς ὁ συνάγων ἑαυτῷ λίθους εἰς χῶμα ταφῆς αὐτοῦ. *quasi qui congregat sibi lapides ad tumulum sepulcri sui*: quæ est lectio Cōplutensis, & Regia, & eā secutus interpres qui Vatabli notis insertus. cuius etiam elegans est sēsus, quo pulchrā comparatione (inquit Iātenius) significatur, cū qui iniustè partis bonis domum sibi ædificat, veluti sepulchrum sibi parare. quia scilicet, propter iniustitiā suā, Deo vindicante, non diu superstes futurus in eā quam ædificat domo, sed in ea ipsa breui moriturus est, vt sit ei veluti sepulcrum *futurā.*]

Hūc referri posset illud Michęæ; 3.10. *Væ, qui ædificatis Sion in sanguinibus.* hoc est, peccatis. & aliud Habac. 2.12. *Væ qui ædificat ciuitatem in sanguinibus, & præparat vrbem in iniquitate.* & priùs v.6. *Væ ei, qui multiplicat non sua vsquequo & aggrauat ergà se densum lutum? Nunquid non repentè*

consurgent, qui mordeant te; & suscitabuntur lacerantes te, & eris in rapinam eis? & v.9. *Va qui congregas auaritiam malam domui suæ, vt sit in excelso nidus eius; & liberari se putat de manu mali.*

EX EODEM CAP. VERS. X.

ADAG. CCCC. XII. Stuppa collecta.

Stuppa vel *stipula collecta.*

Στύππιον συνηγμένον.

Vsus adagij.

ETiamsi non forent alia loca, satis hic ipse luculéter vsum adagij indicaret esse de re vili, quæ minimo negotio consumatur. Verba sacræ Scripturæ sunt: *Stuppa collecta synagoga peccantium, & consummatio eorum flamma ignis*, scilicet, *in perditionem*, εἰς ἀπώλειαν, vt additur in Græcis Complutens. & Regiis: sed deest Romanis, & sapit glossema. Stuppa propter ariditatem & raritatem celerrimè corripitur ab igne: & propter tenuitatem minimùm resistit flammæ; est etiam modici vsus, vtpote lini superfluum retrimentum. ideo veteres senem, iam viribus effœtum, exsuccum, marcidum, debilem trito proverbio *stuppæ* comparabant, dicētes στυπῖον γεγόντιον, *stuppeum seniculum*. Virgilius in Moreto,

Stuppeus seniculus. Virgil.

Et producit acu stuppas humore carentes.

Carent peccatores humore gratiæ. viles sunt corā Deo, fragiles planè, & qui hìc quidem flammis concupiscentiæ, in futuro verò flammis inferni celerrimè corripientur figura eorum est (iuxta Carensem) Dan. 3.46. *Non cessabant qui miserant eos ministri Regis succendere fornacē naphta & stuppa.*] fornax enim, infernus; ministri, diaboli; naphta, & stuppa, peccata sunt luxuriæ & auaritiæ.

Eucherius.

Eucherius in lib. de formis spiritualib. c. 8. tradit stuppę collectionē esse cœtum impiorum, qui propter vitia & peccata ad perpetuum incendium parati sunt. Crediderim *collectionis* fieri mentionem, vt intelligamus omnes peccatorum cōspirationes, fœdera, & amicitias, quātumuis multi, validi, potentes videantur; volente Deo, subitò non dissipari tātùm, sed etiam in fumum instar succensæ stuppæ abire. Inde sacra Scriptura vt significet facillimam ruptionem & dissolutionem colligationis, dixit de Samsone, eū septem neruaceos funes adhuc humētes, quibus vinctus erat, rupisse, *quomodo si rumpat quis filum stuppa tortum putamine, cùm odorem ignis acceperit*, Iudic. 16.9. Isaias etiam ait; *Et erit fortitudo vestra vt fauilla stuppæ, & opus vestrum quasi scintilla, & succēdetur vtrumque simul.*] hoc est, stuppa lini, vt Chaldæus exposuit, seu stipula lini, vt LXX. pulchre cap. 33.11. *concipietis ardorem, parietis stipulam: spiritus vester, vt ignis vorabit vos.* Verissimum hoc de hæreticis, quos intelligunt D. Hieron. Haymon, & alij ibi: nam & magistri & discipuli pariter pereunt, & omne opus eorum ignis pabulum est; videntur etiam ignem attrahere, vt magnes ferrum. Lege quæ scripsi Magicar. Disquisit. lib. 4. cap. 4. q. 4. sect. 3.

D. Hier. Haymō.

EX EOD. CAP. V. XVII.

ADAG. CCCC. XIII. Vas confractum.

Vas confractum.

Ἀγγεῖον Συντετριμμένον.

COmparat vasi fracto, cor fatui: quia neq; doctrinā neque con

CCCC-XIV. consilium, neque sapientiam potest continere, sed quicquid boni liquoris ei infunditur, id statim effunditur. Dicitur de homine futili, & nullius fidei, vel frugis. sic ille in comœdiâ,

Senſus adagij.

Plenus rimarum sum, hac illac effluo.

Hierem. 22.28. *Nunquid vas fictile, atque contritum vir iste Iechonias? Nunquid vas absque omni voluptate?* vocat *vas inane* cap. 51.34. Psal. 30. 13. *vocat perditum.* opponitur *vas vile* Sap. 13. 11. & Baruch. 6.58. qui ambo coniunxit ibid. v. 15. *sicut vas hominis confractum inutile efficitur, tales sunt & Dij illorum.* hinc intellige illud Ierem. 2.13. *Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ: & foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas.* hoc est, emerunt sibi idola. Nostrum locum Anselmus Laodunensis exponit: *Cor hæretici malitiæ stimulis vndique perforatum.* & reuerâ vt notant Liran. & Dionysius hoc meliùs intelligitur de malitioso & vitioso, de quo dictum, *In malevolam animam non intrabit sapientia:* Sap. 1.4. quàm de stolido & naturaliter fatuo. Plura infrà.

Ierem. locus 2.13.

Anselm. Laodun.

Liran. Dionys.

Quia fatuus non nouit loqui accommodata loco: tempori, personis, aut si talia sint quæ fortè loquitur, non nouit ea loqui ea moderatione, sale, & gratiâ, quâ oportet. D. Ambrosius lib. 1. de interpellatione Iob cap. 3. accommodat peccatori nolenti culpam suam agnoscere & fateri, cui peccatum in hac vitæ viâ dicit esse sarcinam. [*Quid* enim aliud (ait) est peccatum, nisi sarcina? quæ huius sæculi onerat viatorem, graui depressum fasce delicti, qui si nolit oneri subiacere, debuit audire dicentem: *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego vos reficiam.*] Anselmus Laodunensis hæretico accommodat, cuius prædicationem ait onerosam esse transeuntibus viam huius sæculi. Cardinalis Hugo censet ad omnes prædicatores pertinere, quorum prædicatio dura, aspera, indiscreta, impia, vel mendax, vel ipsorum vitæ non consentanea: talis enim non potest non displicere. Palacius refert ad sermones sordidos & scurriles. Sed præstat cum Dionysio, Lirano, Iansenio; ad omnes sermones etiam familiares fatuorum hominum, referre. Locutioni similes sunt aliæ, vt *Graue est saxum & onerosa arena: sed ira stulti vtroque grauior.* Prou. 27. 3. Item; *super plumbum quid grauabitur? & quod illi aliud nomen quàm fatuus?* Eccl. 22.17. vbi habes aliud adagium *plumbo grauius*, de quo statim, in seqq. tale illud Ciceronis de Senectute, *Onus Ætnæ graue.* paullò longiùs abit illud Lucilij, lib. 3.

Acc ommodatio adagij. Ambros.

Anselm. Laodun.

Cardin. Hugo.

Palacius.

Dionys. Liranus. Iansen.

Lucilius.

Vt aiunt, montes Ætnæ omnes, atque asperi Athones, dictum enim de ipsius vitæ asperitate, quam durum superare:

***

EX EODEM CAP. VERS. XIX.

ADAG. CCCC-XIV. Sarcina in via. Senſus adagij.

Sarcina in via.

Ἐν ὁδῷ φορτίον.

DIcitur de re vehementer ingratâ, molestâ, onerosa. talis enim reuera est stultorum narratio: contrà quàm dici solet. *Comes facundus in via pro vehiculo est.* Explicatur inf. c. 22. 18. *Arenam & salem & massam ferri facilius est ferre quàm hominem imprudentem & fatuum:*

EX EODEM CAP. VERS. XXIX.

ADAG. CCCC. XV. In ore fatuorum, cor illorum, &, In corde sapientũ os illorũ.

In ore fatuorum cor illorum, &, In corde sapientum os illorum.

Ἐν στόματι μωρῶν ἡ καρδία αὐτῶν, Ἐν δὲ καρδίᾳ σοφῶν, τὸ στόμα αὐτῶν.

Sensus adagij.

SIgnificat, stultos nihil eorum quæ sentiunt, posse reticere, & nihil aptè aut cordatè loqui. Cõtrà, Sapientes dicenda dicere, tacenda tacere; & eorum linguam à corde regi, non cor à linguâ. pendet & lucem accipit à præcedenti, *Labia imprudentium stulta narrabunt: verba autem prudentium statera ponderabuntur.* v. 38. Sic Salomon, Prou. 29. 11. *Totum spiritum suum profert stultus: sapiens differt, & reseruat in posterum.*

Plutarc. Proximè ad nostrum scripsit Plutarchus libro de garrulitate, quod in corde situm est sobrij, id in ebrij linguâ versari: τὸ ἐν τῇ καρδίᾳ τοῦ νήφοντος, ἐπὶ τῆς γλώττης ἐστὶ τοῦ μεθύοντος.

Palacius. Palacius: [*Tam* parum cor stulti ab eius lingua distare videtur, vt statim lingua hauriat, quod cor gerit. At sapiẽs trahit linguam ad cor, vbi moderatur quæ dicturus est. Planè stultus homo exterior est; ideo cor habet exterius in linguâ: at prudens interior homo est, ideo linguam reuocat *ad cor.*] hoc voluit, stultos non præmeditari quod loquuntur, sapientes verò prius deliberare & cor in consiliũ aduocare. Prou. 16. 23. *Cor sapiẽtis erudiet os eius, & labiis eius addet gratiam.* p. 36. v. 30. *Os iusti meditabitur sapientiam & lingua eius loquetur iudicium.* Sic explicant Liran. Carensis secundo loco, & hanc meliorem iudicat Iansen.

Liranus. Carensis. Iansen.

Accipite verba Richelij, qui doctiùs ceteris hoc loco; nam addit sequentia; [*Seneca* docuit, Priùs sermo veniat ad limã, quàm ad linguam.] Sanctus quoque Gregorius: [*Praui* (inquit) homines sicut in sensu sunt leues; ita in locutione præcipites: quia quod leuis mens concipit, leuior protinus lingua prodit. Narratur in vitis Patrum: Quòd fratres quidam cũ quodam sene perrexerunt ad sanctum patrem Antonium, & loquebantur nunc de ista, nunc de illa materia, attamen bonâ, prout animo occurrebat: senex autem tacebat: Qui cùm ad sanctum Antonium deuenissent, dixit beatissimus pater Antonius seni. *Bonos itineris tui comites inueneristi hos fratres Abba.* Respondit senex: *Boni sunt, sed domus eorum ostium non habet: quicumque vult intrat stabulum, & soluit asinum.* Oremus igitur cum Psalmistâ, *Pone Domine custodiam ori meo*, & dicamus, *Dixi custodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea.*

Richel.

Raban. Rabanus & Glossa interlin. referunt ad hæreticos & alios concionatores: quorum tota intentio fertur, non (vt sapientum) ad fulcrum veritatis, sed ad verborum fucum, phaleras, ornatum.

EX CAP. XXII. V. I. & II.

EX hoc loco colligitur Adag. duplex.

ADAG. CCCC. XVI. Lapidari lapide luteo, & boum stercoribus.

Lapidari lapide luteo.
Lapidari stercore boum;

Λίθῳ πρίασθαι μόνῳ ξυνετὸν εἶναι.
Βολίτῳ κοπρίων ξυνετὸν εἶναι.

Quo

CCCC. XVI. Quorum eamdem esse sententiam patet ex verbis adiũctis, quæ quòd Græcè luculentiora videntur, quibus ſiam cogor vtraque asscribere. Nostra versio; *In lapide luteo lapidatus est piger, & omnes loquentur super aspernationem illius. De stercore boum lapidatus est piger: & omnis qui tetigerit eum, excutiet manus.* Græcè: λίθῳ ἠρσιλαομένῳ συσελήθη ὀκνηρὸς, καὶ πᾶς ὀνειδιεῖ ἐπὶ τῇ ἀτιμίᾳ αὐτοῦ. βολὶτῳ κοπρίων συσελήθη ὀκνηρὸς, πᾶς ὁ ἀναιρήσων αὐτὸν ἐκτινάξει χεῖρα. *Lapidi conspurcato comparatus est piger: & omnis exsibilabit in ignominiam illius. Stercori boum de sterquiliniis comparatus est piger: omnis qui tollit illud, excutiet manum.*

Qui Græca non contulerunt cũ Latinis, veteres illi simpliciter de increpatione asperiore immo & de punitione dignâ pigritiæ atque segnitiæ sunt interpretati. q. d. piger dignus est, vt lapidibus luto immersis, & boum stercore lapidetur. D.Gregorius lib.15. Moral. cap.3. [*Qui Deum* sequi noluerit, ab amore æternæ vitæ pigrescit. & quoties rerum temporalium damno percutitur, ex his nimirũ affligitur, quæ iusti viri velut stercora contemnunt. Qui ergo ex terrenarum rerum percussione atteritur, quid aliud quàm de boum stercore *lapidatur?*] ergo D.Gregorio, *boues* sunt iusti; *stercora*, res temporales; quas D.Paulus ait sibi stercora fuisse, vt CHRISTVM lucrifaceret: *pigri* verò impij & superbi, & quotquot Deum frigidè diligunt; quorum, ait Iob 20.7. *Etsi caput nubes tetigerit, quasi sterquilinium, in fine perdentur.* S. Bernardus serm.2. de sanctis Petro & Paulo, *Stercora hæc boum* exponit fimum, hoc est, ait, verbum increpatorium, verbum improperij, hoc fimo aliquos impinguari, qui increpati benignè accipiunt, manſuetè respondent, libenter emendare conantur: aliquos verò peruertere fimum in lapides, & vnde debebant impinguari; inde lapidari, nempe qui exasperantur, excusant se aut contumaciter respondent, nec desidiam excutiunt. Idem in declamat. super illud, *Ecce nos reliquimus omnia*, sequitur explicationem D. Gregorij, stercoribus boum lapidari illum qui rerum temporalium & corporis sui nimiam gerit sollicitudinem. Vtramque explicationem ponit & dilatat Hugo Carẽsis.

D.Greg.

S.Bern. II.

Hugo Carẽsis. III.

Addit tertiam, propter obstinationem peccati, quod luteum & immundum est, grauiter & ignominiosè puniendum peccatorem, quæ est etiam Lirani, & Dionysij.

Liranus. Dionys. IV.

Quarta est Strabi, per *boues* intelligi Iudæos conuersos; per lapidem luteum, Gẽtiles; per pigrum, Iudæos pertinaces. hos ab ambobus illis ob pertinaciã irridẽdos. sapit allegoriã.

Strabus. V.

Quincta est Ioannis Ferdinandi, per *boues* intelligi prædicatores, qui verbo & exemplo multos lucrantur, nullis parcentes laboribus: horum comparatione pigrum in die iudicij lapidandum, quia neque stercori huiusmodi boum comparari mereatur.] Sic ille in Thesauro sacræ Scripturæ verbo *bos* nu. 5. Videtur miscere Græcum textum cum Latino. Isti conueniunt, boues esse typum prædicatorũ vt colligitur ex variis sacræ Scripturę locis prou.14. *Vbi non sunt boues, præsepe vacuum erit. vbi autem apparent plurimæ segetes, ibi manifesta est fortitudo bouis.* & Deut.25. *Non alligabis os bouis triturantis*: interpretante id S.Paulo, 1. Cor.9. Et comparatione probatur. Nam prædicatores iugum Domini iugiter portant, currum Ecclesiæ trahunt, peccatorum corda vomere linguæ sulcant, spinas & tribulos vitiorum euellunt.

Ioannes Ferdinandus.

semen diuini verbi serunt, duobus cornibus pugnant, scientiâ duorum testamentorum, vel vitâ & doctrinâ, cibum spiritualem ruminant, casti sunt & continentes.

Litteral. sensus. Verumtamen qui Græcũ textum cum Latino contulerunt, litteralem sensum existimant de veris pigris & de ignominiâ atque cõtumeliâ, quæ luteo lapide, & boum stercore significetur. Et Iansenius quidem tria notat. I. Luteum lapidem non significare eũ qui ex luto sit, sed lutulentũ seu luto pollutũ. hoc verissimum. II. Veram lectionem esse, *super aspernatione*. Hoc non sequor, quia codex Romanus, vt & Complut. ac Regius habent *super aspernationem*. III. Videri nostrum legisse, καταβλῆτι, à καταβάλλω, *iacio* seu *telis impeto*. Hoc valde incertum est, & minùs necessarium. nam potuit à συμβάλλω deducere, quod aliquando significat *simul iacere*, vt apud Theophrastum de causis plantar. lib. 3. συμβάλλειν τὰ χέδροπα εἰς τὰς νίας. *conijcere legumina in noualia*. Illis positis Iansenius vult sensum esse;

Iansen.

Theoph.

[*Piger* lapidatus est lapide lutoso aut stercore boum: siue dignus est qui huiusmodi sordibus impetatur & cõspurcetur: siue potiùs quia per suam socordiam ita est commaculatus, ac si lapide lutoso aut stercore boum esset impetitus. Proinde sicut omnes cum risu loquerentur de eo, qui tam fœdis rebus esset conspersus & conspurcatus, & qui tales contigisset, mox à sordibus contractis excuteret manus suas: ita omnes cordati de pigri aspernatione & vilitate loquentur cum detestatione, eius commercium fugient: & si quid ei commiserint curandum, idipsum mox manibus eius subtrahent, séque ab eis *eximent*.] Sequitur idipsum Palacius: vterque ergo volunt vim positam in comparatione sordium, quas ita lapidatus contraheret.

Non refello: puto tamen præcipuè hoc adagio iudicari ignominiam ingentem, & similem iis, qui ad catastam iudicis sententiâ proponuntur ab omnibus ridendi, & dicteriis & sordibus impetendi. Hispanis, *los que se ponen à la verguença, para que los digan baldones, y arrojen pellas de vasura*.

Auctoris sentẽtia.

EX EODEM CAP. VERS. V.

ADAG. CCCC-XVI.

Musica in luctu.

Μουσικὴ ἐν πένθει.

Musica in luctu.

PAlã est dici de re valdè incommodâ, & importuna, minimè apta tẽpori, locóve. Nam melodia nõ est conueniens lugentibus, (verbi gratia, mortuum) quia non sunt dispositi ad lętitiam. Rabanus & Strabus dicunt notari concionatores, qui in Ecclesia populi plausum & fauorem quærunt, & non potiùs conantur lacrymas & cõpunctionem excitare. Qui (ait Carensis) fabricant fabulas ad risum, & contra hos adducit duo sacræ Scripturæ loca, Ezech. 33. *Sedent coram te populus meus; & audiunt sermones tuos, & non faciunt eos, quia in canticum oris sui vertunt illos*. Nimirum, quia sine spiritu, faleratè, pomposè & iocosè proponuntur. & Eccles. 12. *In risu facium pœnæ & vinum*. Sed alia est loci sententia. Certè in hac vita est tempus lugendi & locus lacrymarũ, & *Beati qui lugent*. Ideo (ait idem) non rythmicè vel metricè prędicãdum, sed cũ fletu & gemitu. Hiere. 9. *Deducant oculi nostri lacrymas, & palpebræ nostræ defluant aquis. quia vox lamentationis audita est de Sion*.

Sensus adagij.

Raban. Strabus.

Carẽsis.

II. Censet Hugo reprehendi carmina

Hugo.

mina & cantilenas quæ olim in exequiis fiebant, adhibitis cantoribus & cantatricibus, 2. Paralip. 35. tibicinibúsque & tubis. Matth. 9. & Mar. 5. de qua re dixi commentar. in Herc. Fur. Senecę versu 85. Ne putes tamen ab eo reprehendi psalmodiam Catholicam; sed Iudaicam tantùm, vt patet ex eius verbis.

Ve, qui dicit ligno, expergiscere: Surge, lapidi tacenti. Tale dictum Æschyli in Choëphoris;

Æschylus.

χωφοῖς ἀυδῶ, καὶ καθεύδουσιν μάτην ἄκραντα βάζω.

Proverbiales locutiones.

Surdis cano, & inaniter hæc dormientibus
Cassa dico.

& aliorum similia. αἰγιαλῷ λαλεῖς. *Freto loqueris.* Plautus etiam Mostellariâ, Plautus.

Hic nescit quidem nisi fœnus fabulari vento.

Terentius;

Verba fiunt mortuo.

Horatius;

.... narrare putaret asello,
Fabellam surdo.

& Græcis, λίθῳ λαλεῖν, *lapidi loqueris.* & πρὸς τὸν τοῖχον λαλεῖς. *ad lapidem loqueris.* Vide Adagiograph. de his omnibus, chilia. 1. cen. 4. dormiens impeditâ habet sensuum exteriorum functionem: ideo nec videt, nec audit. igitur, Erasm.

Quid iuuat ad surdas si cantet Phemius aures?
Quid miserum Thamyram picta tabella iuuat?

Canit Ouidius. Ouidius.

EX EODEM CAP. VERS. VII.

ADAG. CCCC-XVII. Quasi qui conglutinet testam. Sensus adagij.

Quasi qui conglutinat testam.

Συγκολλῶν ὄστρακον.

DE re valde difficili, & vt plurimùm inutili dicitur, confractam testam sic conglutinare, vt rursùs liquorem conseruet. absolutè tamen fieri posse constat. Ideo dictũ de operâ vt plurimùm inani. tale Græcanicum adagium ἀὸν κολλύεις, *ouum conglutinas*, apud Diogenianum. Talis est labor, qui insumitur in erudiendo fatuo & derisore. prou. 9. 7. *Qui erudit irrisorem, ipse iniuriam sibi facit: & qui arguit impiũ, sibi maculam generat.* & 23. *In auribus insipientium ne loquaris: quia despicient doctrinam eloquij tui.*

EX C. EODEM VER. IX.

ADAG. CCCC-XVIII. Cum dormiente loqui. Sensus adagij.

Cum dormiente loquitur.

Διηγεῖται νυστάζοντι.
Narrat dormitanti.

DE inutili opera. Quia dormiẽs nec audit, nec intelligit quæ dicuntur. Tale illud Habac. 2. 19.

EX EODEM CAP. VER. XVIII.

ADAG. CCCC-XIX. Super plũbum quid grauabitur. Sensus adagij. Plũbum ferro grauius. Simpll. cius.

Super plumbum quid grauabitur.

Ὑπὲρ μόλυβον τὶ βαρυνθήσεται.

INdicat intolerabilem esse alicuius conuictum, aut insupportabile consortium. Nam plumbum vel ferro grauius esse docet Simpl. lib. 4. Physicor. & hîc fatuum comparat plumbo, meritissimè:

Quia homine imperito nihil est iniquius

quius;
Quî nisi quod ipse facit, nil rectum putat.

Ideo nec ipse alios, nec ipsum alij ferre queunt. Græcus contextus addit aliud prouerbium, *quod aliud illi nomen quam plumbum? καὶ τί αὐτῷ ὄνομα, ἄλλ' ἢ μόλυβδος*; vt legunt Cõplutenses & Regij; sed Vaticanus, vt noster *μῶρος fatuus*. Sic prouerb. 27.3. *Graue est saxum, & onerosa arena: sed ira stulti vtroque grauior.* vis videre quanto grauior fatuus seu peccator? Plumbum ferri potest, fatuus non potest sustineri. Plumbum in terrâ quiescit; fatuus ad infernum descendit. Deus fert omnia facile: de fatuo dicit, *laborauí sustinens.* Isai. 1. & tandem pondus in infernum excutiet. Palacius.

Plumbũ illi nomen.

Palacius.

EX EODEM CAP. VERS. XIX.

ADAG. CCCC-XX. Loramẽtũ ligneũ colligatum in fundamentum ædificij nõ dissoluetur.

Loramentum ligneum colligatum in fundamento ædificij non dissoluetur.

VAticanus liber, *ἐμάντωσις ξυλίνη ἐνδεδεμένη εἰς θεμέλιον, ἐν συσσεισμῷ οὐ διαλυθήσεται. Loramentum ligneum colligatum in ædificium in concussione non dissoluetur.* Complutens. & Regij *ἐμέντωσις* eodem sensu. Sed minùs vsitatâ voce: *ἐμάντωσις* propriè *connexio* est *corrigiarum* seu *lororum calcei.* Hesychius: *ἐμάντωσις, συνδεσμὸς τῶν κορυγίων τῆς ὑποδήματος.* Hinc transfertur ad lignorum immissorum colligationem, quæ fit tignis probè ferro fibulatis, & inter se connexis, ad parietum, maximè in angulis, firmitatem. Suidas; *ἐμάντωσις* est *δέσις ζύλων ἐμβαλλομένων τοῖς οἰκοδομήμασι.* Puto ex hoc loco. Noster aptissimè Græcos imitatus, sicut illis *ἀπὸ ἵμας* fit *ἐμάντωσις*, etiam censuit rectè à *loro* fiori *loramentum*: qua voce prior vsus Iustinus lib. 11. histor. de nodo Gordio scribens. Differt à *lorica* architectonicâ, quia hæc est exterior munitio: *loramentum* interna ipsis parietibus vt pote compages ipsa, & iugamenta lignea ædificio indita. Nam *fundamentum* hîc noster vsurpat pro ipso ædificij firmamẽtó seu connexione, quâ consistit firmum, non pro imâ parte & quæ sub terrâ, vt putasse videntur Liran. & Dionys. & alij. Patet ergo vsurpari hoc posse de quauis societate vnanimi, & charitatis loro benè colligatâ. Hinc mysticè locum accipientes Rabanus, Strabus, & Carensis, notant, per *ligna loramenti* fideles signari, qui dant fructum in tempore suo; per *ædificium*, Ecclesiam; per *fundamentum*, fidem CHRISTI, de quo 1. Cor. 3. *fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positum est: quod est* CHRISTVS IESVS. *vincula* verò esse caritatem, & doctrinam Apostolicam. Hoc ædificium indissolubile esse: cui nulla quassatio ventorum, aut imbrium procella potest prævalere, vide Matth. 7. v. 24.

Hesych.

Suidas.

CCCC-XXI. Loramẽtum. Eius etymon Iustinus. Lorica architectonica.

Vsus adagij. Mystica interpretatio.

EX EODEM CAP. VER. XXX.

ADAG. CCCC-XXI. Ante ignẽca mini vapor & fumus ignis inaltatur.

Ante ignèm camini vapor & fumus ignis inaltatur.

BReuiùs & clariùs Græcè, *πρὸ πυρὸς ἀτμὶς καμίνου καὶ καπνὸς*
Ante ignem vapor camini & fumus

Vsus

CCCC. Vsus adagij.

VSurpatur ad significandũ dissidia & rixas solere præcedere, cædes verò & bella subsequi. Pulchrè ait Iansenius, conuitia fumo; ignis cædibus comparatur; quòd cõuitia ex animo irato, velut fumus egrediantur: modicè tamen initio lædunt: sed animis hinc inde inflammatis iã arum incẽdia in cædes prorumpunt; quæ vt ignis omnia vastant & absumunt. Vis effectum effugere, cauc a causa, idem obtinet in omni peccati occasione.

Iansen.

Plautus. Plautus;

Semper tu scito flamma fumo proxima est:
Fumo comburi nihil potest, flammâ potest.

Socratis dictum. Socrates hon absimili facetiâ, cùm post multa verborum conuitia Xãthippe illum insuper aquâ perfudisset; *Sciebam* (inquit) *post tonitru, imbrem subsecuturum.*

Anagogia. Palacius. Anagogicè Palacius hîc: [*Antequàm* in inferno accendatur ignis in titionibus damnatorum, præcessit fumus peccatorum nostrorum: & ante sanguinem, quem Dei gladius educet ex miseris, præcesserunt eius minæ & maledicta contra peccata, & nostræ contra eum *contumelie.*]

EX CAPITE XXIII.

VERS. V.

ADAG. CCCC. XXIII. Gigãtea anima

Giganteam animam.

γιγαντιαῖαν ψυχήν.

NOster pro eo vertit, *omne desiderium.* haud dubiè aliam secutus lectionẽ. In Vaticanâ tantùm est ἐπιθυμίαν. & ita tantùm citat D. Augustinus de gratia & libero arbitrio c. 16. Sed in speculo de præceptis dominicis tom. 3. citat, *omne desiderium pravum.* Regia & Complutensis lectio adagium præbet, de homine profligato, & pessimorum desideriorũ, superbo & cunctis vitiis immerso, quales describuntur Gene. 6. quorum multa fuit malitia, & cũcta cogitatio cordis intenta ad malum omni tẽpore; qui corruperant viam suam super terrã, ibi v. 5. & 13. vnde *anguipedes* dicti à poëtis, vt alibi ex Macrobio docui. & Sap. 15. 6. *superbi Gigantes* vocantur: vnde Græcorum Prouerbium de his viribus freti suis, nullo consilio quidquis aggrediuntur, fas & nefas nullo habẽtes discrimine, γιγάντιον ἀπόνοια, *Gigãtum amentia.* vide Adagiogr. Chil. 4. cent. 10. n. 99. & quæ nos sup. adag. 430.

D. Aug.

Eccles. XXIII. Sensus adagij.

Anguipedes qui dicti. Superbi Gigãtes.

Gigãtũ amentia.

EX EODEM CAP.

VERS. XXI.

ADAG. CCCC. XXIII. Duo genera abũdant in peccatis, & tertiũ adducit irã & perditionẽ.

Duo genera abundant in peccatis, & tertium adducit iram & perditionem.

NE putes esse locutionem adagialem; qua docẽmur, nimis graue esse & veniâ indignũ, si quis idem peccatum sæpiùs iteret. q. d. ne bis tẽrque pecces. cuiusmodi multa sunt apud veteres: vt illud συγγνώμη τοῦ πρώτου ἁμαρτάνοντι. *Venia primum peccanti.* Pindarus Pyth. ed. 2. αἱ δύο ἁμαρτίαι φέρουσι τελέθοντι, *duo peccata pœnitionem adferre.* Cicero lib. 10. epist. famil. Planco scribit; [*Verùm* vt errare, mi Plance, potuisti (quis enim id effugerit?) Sic decipi te nõ potuisse, quis nõ videt? Nunc verò etiã erroris causa sublata est: culpa enim illa, *Bis ad eundem* vulgari reprehensa *prouerbio est.*] subaudi *lapidẽ*, vel ex D. Nazianzeno

Pindarus

Cicero.

sistédo vinci. Sunt quædã peccata, quæ tantùm fugiendo vincuntur, vt peccata carnis. Vnde 1.Cor.5.18. *fugite fornicationem.*& Loth dixerunt angeli, qui venerunt Sodomam: *Salua animam tuam. noli respicere post tergum tuum : nec stes in omni circa regione, sed in monte saluum te fac.* Genes. 19. Vnde quidam : Multo magis fugies peccatum quàm colubrum : si tibi carior est vita animæ, quàm corporis. fuge non solùm morsum,sed tactum,immo & accessum.parum est serpentem non sentire:periculosum est habere vel vicarium.] patet ex allegoriis vnde sumpsit. vbi sunt & ista Galfridi Abbatis.

Cort.vicinum.

[*Puto* non quæret de colubro & peccato,qui primam prævaricationem introisse meminit per serpentem.Lubrica res est, pectore & vẽtre graditur,plena veneno mortifero. *Anima enim quæ peccauerit, ipsa morietur.* Noli ergo sustinere,donec mordearis : mox vt videris, fuge: *fuge à facie eius*, ne exspectaueris morsũ eius.Ne dicas,quid mihi nocet,si proximus est coluber tantùm, & me non mordeat; non occidat? Immo quod de colubro non dicerres,minùs dixeris de peccato. Nec accedentis lenocinia *feras.*] meritò hoc ait. accedit enim pedibus concupiscentiæ,quę nisi caput eius calces,nisi te subtrahas ab oculis eius, necat adspectu. B. Iacobus docet dicens;*vnusquisque tentatur à concupiscentiâ suâ abstractus & illectus. Deinde concupiscentia cùm conceperit, parit peccatum :peccatum verò, cùm consummatum fuerit,generat mortem.*c.1.v.14.

[*Colubri* vox non est restringenda ad certam anguium speciem:pertinet ad plura, maximè quæ solo aspectu necant,ideo dicit *à facie*;vita vel occursum solum:ne videas, aut videare.Palaci⁹ de basiliſco capſt, de quo lege tradita superiùs in adagio, *Regulus venena diffundet.* adde *Scytalem*, quæ tantâ refulget tergi varietate, vt notarum varietate videntes retardet, & quoniam reptando pigrior est;miraculo sui capiat stupentes,teste Solino Polyhist.cap.30.de alio Plinius lib. 8.c.21. [*Catoblepas* appellatur fera (*Æthiopiæ*) modica alioquin ceterisque membris iners,caput tantùm prægraue ægrè ferens:id dejectum semper in terram ; aliàs internecio humani generis,omnibus qui oculos eius videre, confestim *expirantibus.*] magis adhuc mirum, quod non tantùm de Gorgone Phorcij filiâ,poëtæ, vt Ouidius lib.4.Metamorph. prodidit:sed vn⁹ historicorum Alexander Myndius lib.2.hist. pecudum & quadrupedũ prodidit, reuerâ quædam animantia fuisse, quorum obtutu homineslapidescerent. refert eius verba Athenæus li. 5.fine,sunt autem.

Scytale.

Solinus.

Catoblepas.

Gorgo Phorci filia.

Ouidius.

Alexãder Myndius.

Animantiaquorũ obtutu homines lapidescerent.

Τὴν γοργόνα τὸ ζῶον καλοῦσι οἱ ἐν λιβύῃ Νομάδες, ἔπου καὶ γίνεσθαι λέγουσιν. ἔστι δὲ ὡς οἱ μὲν πλεῖστοι λέγουσιν, ἐν τῇ δορᾷ σημειόμενον ἀκροάτῳ ἀχρῖον ἔμοιον, ὡς δ' ἔνιοι φασὶ, μόχῳ, ἔχειν δ' λέγουσιν αὐτὸ τοιαύτην ἀναπνοὴν, ὥστε πάντα τὸν ἐντυχόντα τῷ ζώῳ διαφθείρειν, φέρειν δὲ χαίτην ἀπὸ τοῦ μετώπου καθημένην ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμούς, ὧν ὅταν μόγις διασεισαμένη διὰ τὴν βαρύτητα ἐμβλέψῃ, κλείνει τὸν ὑπ' αὐτῆς διαφθέντα, οὐ τῷ πνεύματι ; ἀλλὰ τῇ γινομένῃ ἀπὸ τῶν ὀνομάτων φύσεως φορᾷ καὶ νεκρὸν ποιεῖ.

[*Gorgona* in Libyâ animal quoddam Nomades nominant, eodem tractu quo gignitur & Catoblepon, vt referunt multi ex pelle id adnotantes, oui syluestri simile; vt quidam asserunt, vitulo ; vsque adeo tetro & pernicioso halitu, vt quisquis occurrit,eum interimat iubam à fronte in oculos demit-

Palacius.

ti

CCCC-X. ti, quâ vix ob grauitatem quassatâ & dimotâ, quemcumque intuetur aspectu necat, vitáque priuat, non anhelitu sed perlato natiuo veneno oculorum *aciei*.] Sic ille. quæ, si vera, habes simul luxuriæ typum exactum, & efficacem probationem physicæ fascinationis: de qua disserui in Magic. disquisit.

Vult autem videri vera idē Alexander, subdens modum quo in cognitionem ea fera veniret, & pellem asserens Romam perlatam Marij iussu, & in Herculis repositam templo Laurentius ibidem attestatur.

EX EOD. CAP. IX. VERS. IX.

ADAG. CCCC-XI. Quasi qui colligit lapides suos in hyeme.

Quasi qui colligit lapides suos in hyeme.

Ὡς ὁ ξυνάγων ἐαυτῷ τὰς λίθους εἰς χειμῶνα.

VEra lectio, quā Romani, Germanici, Veneti libri confirmant. secutus etiam fuit Isidorus Clarius. Adagiū competit in illos, qui stulto labore aliquid mohūtur, vnde nihil vtilitatis cōsecuturi. Sic accipiunt Rabanus, Strabus, Carēsis, Liranus, Dionysius, & patet ex priore membro, *qui ædificat domum suam impendiis alienis*, hoc est, bonis seu pecuniis aliorum, quas iniustè sibi comparauit, idēo dequatis partes illi accipiunt, iuxta illud Hier. 22.14. *Væ, qui ædificat domum suā in iniustitia*, &c. Tropologicè domus est cuiusque conscientia, hanc de alienis ædificant, & lapides in hyeme colligunt, qui de rapinis & fraude, aut vsuris, eleemosynam tribuunt (sic Carensis) item qui ex temporalibus domum suam ędificant in terris, cùm temporalia Dominus vocet *aliena*, Luc. 16.12. Stultus est, quia quando hîc putabit habitare, vitā per mortem expelletur. (ita Palacius) item hæretici qui testimonia sacræ Scripturæ ad probandum errorem suum prauo & alieno sensu accepta congregant. nam vindicta vltionis diuinæ duritia nefandæ actionis dissoluetur; (Raban. Strabus, & Dionys.) Simile illi Plautino, *malè parta, malè dilabuntur*.

Isid. Clar. Vsus adagij. Rabanus. & alij.

Palacius. Rabanus. Strabus. Dionys. Plautus.

Potest autem Græcum (εἰς) & Latinū (*in*) referri vel ad tempus collectionis; quia stulte facit, qui tempore hyemali ædificat. nam ædificatio congelascente calce inutilis est, & citò collabitur non coalescente cæmento: (hæc cōmunior est.) vel posset referri ad finē collectionis, q. d. qui in hyemē colligit lapides, cùm potiùs ligna ad calefactionem colligere debuisset. Sed malo prius: licet faueat nōnihil alia lectio Græca; ὡς ὁ συνάγων ἑαυτῷ λίθους εἰς χῶμα ταφῆς ἑαυτοῦ. *quasi qui congregat sibi lapides ad tumulum sepulchri sui*: quæ est lectio Cōplutensis, & Regia, & eā secutus interpres qui Vatabli notis insertus. cuius etiam elegans est sēsus, quo pulchrā comparatione (inquit Iāsenius) significatur, eū qui iniustè partis bonis domum sibi ædificat, veluti sepulchrum sibi parare. quia scilicet, propter iniustitiā suā, Deo vindicante, non diu superstes futurus in eā quam ædificat domo, sed in ea ipsa breui moriturus est, vt sit ei veluti sepulcrum *futura*.]

Hoc referri posset illud Micheæ; 3.10. *Væ, qui ædificatis Sion in sanguinibus*. hoc est, peccatis. & aliud Habac. 2.12. *Væ qui ædificat ciuitatem in sanguinibus, & præparat vrbem in iniquitate*. & priùs v.6. *Væ ei, qui multiplicat non sua vsquequo & aggrauat ergā se densum lutum? Nunquid non repente*

consurgent, qui mordeant te; & suscitabuntur lacerantes te, & eris in rapinam eis? & v.9. *Væ qui congregat auaritiam malam domui suæ, vt sit in excelso nidus eius; & liberari se putat de manu mali.*

EX EODEM CAP. VERS. X.

ADAG. CCCC. XII. Stuppa collecta.

Stuppa vel *stipula collecta.*

Στύππιον συνηγμένον.

Vsus adagij.

ETiamsi non forent alia loca, satis hic ipse luculéter vsum adagij indicaret esse de re vili, quæ minimo negotio consumatur. Verba sacræ Scripturæ sunt: *Stuppa collecta synagoga peccantium. & consummatio eorum flamma ignis*, scilicet, *in perditionem*, εἰς ἀπώλειαν, vt additur in Græcis Complutens. & Regiis: sed deest Romanis, & sapit glossema. Stuppa propter ariditatem & raritatem celerrimè corripitur ab igne: & propter tenuitatem minimùm resistit flammæ; est etiam modici vsus, vtpote lini superfluum retrimentum. ideo veteres senem, iam viribus effœtum, exsuccum, marcidum, debilem trito prouerbio *stuppæ* comparabant, dicētes συπίου γεράντιον, *stuppeum senieulum*. Virgilius in Moreto,

Stuppeus senieulus. Virgil.

Et producit acu stuppas humore carentes.

Carent peccatores humore gratiæ. viles sunt corā Deo, fragiles planè, & qui hîc quidem flammis concupiscentiæ, in futuro verò flammis inferni celerrimè corripientur figura eorum est (iuxta Carensem) Dan. 3.46. *Non cessabant qui miserant eos ministri Regis succendere fornacē naphta & stuppa.*]fornax enim, infernus; ministri, diaboli; naphta, & stuppa, peccata sunt luxuriæ & auaritiæ.

Eucherius.

Eucherius in lib. de formis spiritualib. c. 8. tradit stuppę collectionē esse cœtum impiorum, qui propter vitia & peccata ad perpetuum incendium parati sunt. Crediderim *collectionis* hieri mentionem, vt intelligamus omnes peccatorum cōspirationes, fœdera, & amicitias, quātumuis multi, validi, potentes videantur; volente Deo, subitò non dissipari tātùm, sed etiam in fumum instar succensæ stuppæ abire. Inde sacra Scriptura vt significet facillimam ruptionem & dissolutionem colligationis, dixit de Samsone, eū septem neruaceos funes adhuc humētes, quibus vinctus erat, rupisse, *quomodo si rumpat quis filum stuppa tortum putamine, cùm odorem ignis acceperit*, Iudic. 16.9. Isaias etiam ait; *Et erit fortitudo vestra vt fauilla stuppæ, & opus vestrum quasi scintilla, & succēdetur vtrumque simul.*]hoc est, stuppa lini, vt Chaldæus exposuit, seu stipula lini, vt LXX. pulchre cap. 33.11. *concipietis ardorem, parietis stipulam: spiritus vester, vt ignis vorabit vos.* Verissimum hoc de hæreticis, quos intelligunt D. Hieron. Haymon, & alij ibi: nam & magistri & discipuli pariter pereunt, & omne opus eorum ignis pabulum est; videntur etiam ignem attrahere, vt magnes ferrum. Lege quæ scripsi Magicar. Disquisit. lib. 4. cap. 4. q. 4. sect. 3.

D. Hier. Haymō.

EX EOD. CAP. V. XVII.

ADAG. CCCC. XIII. Vas confractum.

Vas confractum.

Ἀγγεῖον Συντετριμμένον.

COmparat vasi fracto, cor fatui: quia neq; doctrinā neque con

CCCC-XIV.

consilium, neque sapientiam potest continere, sed quicquid boni liquoris ei infunditur, id statim effunditur. Dicitur de homine futili, & nullius fidei, vel frugis. sic ille in comœdiâ,

Senſus adagij.

Plenus rimarum sum, hac illac effluo.

Hierem. 22.28. *Nunquid vas fictile, atque contritum vir iste Iechonias? Nunquid vas absque omni voluptate?* vocat *vas inane* cap. 51.34. Psal. 30. 13. *vocat perditum.* opponitur *vas vile* Sap. 13. 11. & Baruch. 6.58. qui ambo coniunxit ibid. v. 15. *sicut vas hominis confractum inutile efficitur, tales sunt & Dij illorum.* hinc intellige illud Ierem. 2.13. *Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ: & foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas.* hoc est, emerunt sibi idola. Nostrum locum Anselmus Laodunensis exponit: *Cor hæretici malitiæ stimulis vndique perforatum.* & reuerâ vt notant Liran. & Dionysius hoc meliùs intelligitur de malitioso & vitioso, de quo dictum, *In maleuolam animam non intrabit sapientia:* Sap. 1.4. quàm de stolido & naturaliter fatuo. Plura infrà.

Ierem. locus 2.13.

Anselm. Laodun.

Liran. Dionys.

Quia fatuus non nouit loqui accommodata loco: tempori, personis, aut si talia sint quæ forte loquitur, non nouit ea loqui ea moderatione, sale, & gratiâ, quâ oportet. D. Ambrosius lib. 1. de interpellatione Iob cap. 3. accommodat peccatori nolenti culpam suam agnoscere & fateri, cui peccatum in hac vitæ viâ dicit esse sarcinam. [*Quid* enim aliud (ait) est peccatum, nisi sarcina? quæ huius sæculi onerat viatorem, graui depressum fasce delicti, qui si nolit oneri subiacere, debuit audire dicentem: *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego vos reficiam.*] Anselmus Laodunensis hæretico accommodat, cuius prædicationem ait onerosam esse transeuntibus viam huius sæculi. Cardinalis Hugo censet ad omnes prædicatores pertinere, quorum prædicatio dura, aspera, indiscreta, impia, vel mendax, vel ipsorum vitæ non consentanea: talis enim non potest non displicere. Palacius refert ad sermones sordidos & scurriles. Sed præstat cum Dionysio, Lirano, Iansenio; ad omnes sermones etiam familiares fatuorum hominum, referre. Locutioni similes sunt aliæ, vt *Graue est saxum & onerosa arena: sed ira stulti vtroque grauior.* Prou. 27. 3. Item; *super plumbum quid grauabitur? & quod illi aliud nomen quàm fatuus?* Eccl. 22.17. vbi habes aliud adagium *plumbo grauius*, de quo statim, in seqq. tale illud Ciceronis de Senectute, *Onus Ætna grauius.* paullò longiùs abit illud Lucilij, lib. 3.

Acc ommodatio adagij. Ambros.

Anselm. Laodun.

Cardin. Hugo.

Palacius.

Dionys. Liranus. Iansen.

Lucilius.

Vt aiunt, montes Ætnæ omnes, atque asperi Athones, dictum enim de ipsius viæ asperitate, quam durum superare:

* * *

EX EODEM CAP. VERS. XIX.

ADAG. CCCC-XIV. Sarcina in via. Senſus adagij.

Sarcina in via.

Ἐν ὁδῷ φορτίον.

Dicitur de re vehementer ingratâ, molestâ, onerosa. talis enim reuera est stultorum narratio: contrà quàm dici solet. *Comes facundus in via pro vehiculo est.* Explicatur inf. c. 22.18. *Arenam & salem & massam ferri facilius est ferre quàm hominem imprudentem & fatuum:*

EX EODEM CAP. VERS. XXIX.

ADAG. CCCC. XV. In ore fatuorum, cor illorum, &, In corde sapientũ os illorũ.

In ore fatuorum cor illorum, &, In corde sapientum os illorum.

Ἐν στόματι μωρῶν ἡ καρδία αὐτῶν, Ἐν δὲ καρδίᾳ σοφῶν, τὸ στόμα ἀυτῶν.

Sensus adagij.

SIgnificat, stultos nihil eorum quæ sentiunt, posse reticere, & nihil aptè aut cordatè loqui. Cõtrà, Sapientes dicenda dicere, tacenda tacere; & eorum linguam à corde regi, non cor à linguâ. pendet & lucem accipit à præcedenti, *Labia imprudentium stulta narrabunt: verba autem prudentium statera ponderabuntur.* v.38. Sic Salomon, Prou.29.11. *Totum spiritum suum profert stultus: sapiens differt, & reseruat in posterum.*

Plutarc. Proximè ad nostrum scripsit Plutarchus libro de garrulitate, quod in corde situm est sobrij, id in ebrij linguâ versari: τὸ ἐν τῇ καρδίᾳ τοῦ νήφοντος, ἐπὶ τῆς γλώττης ἔχει τοῦ μεθύοντος.

Palacius. Palacius: [*Tam* parum cor stulti ab eius lingua distare videtur, vt statim lingua hauriat, quod cor gerit. At sapiẽs trahit linguam ad cor, vbi moderatur quæ dicturus est. Planè stultus homo exterior est; ideo cor habet exterius in linguâ: at prudens interior homo est, ideo linguam reuocat *ad cor.*] hoc voluit, stultos non præmeditari quod loquuntur, sapientes verò prius deliberare & cor in consiliũ aduocare. Prou.16.23. *Cor sapiẽtis erudiet os eius, & labiis eius addet gratiam*, p.36.v.30. *Os iusti meditabitur sapientiam & lingua eius loquetur iudicium.* Sic explicant Liran. Carensis secundo loco, & hanc meliorem iudicat Iansen.

Liranus. Carensis. Iansen.

Accipite verba Richelij, qui doctiùs ceteris hoc loco; nam addit sequentia; [*Seneca* docuit, Prius sermo veniat ad limã, quàm ad linguam.] Sanctus quoque Gregorius: [*Praui* (inquit) homines sicut in sensu sunt leues; ita in locutione præcipites: quia quod leuis mens concipit, leuior protinus lingua prodit. Narratur in vitis Patrum: Quòd fratres quidam cũ quodam sene perrexerunt ad sanctum patrem Antonium, & loquebantur nunc de ista, nunc de illa materia, attamen bonâ, prout animo occurrebat: senex autem tacebat: Qui cùm ad sanctum Antonium deuenissent, dixit beatissimus pater Antonius seni. *Bonos itineris tui comites inueneristi hos fratres Abba.* Respondit senex: *Boni sunt, sed domus eorum ostium non habet: quicumque vult intrat stabulum, & soluit asinum.* Oremus igitur cum Psalmistâ, *Pone Domine custodiam ori meo*, & dicamus, *Dixi custodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea.*

Richel.

Raban. Rabanus & Glossa interlin. referunt ad hæreticos & alios concionatores: quorum tota intentio fertur, non (vt sapientum) ad fulcrum veritatis, sed ad verborum fucum, phaleras, ornatum.

EX CAP. XXII. V. I. & II.

EX hoc loco colligitur Adag. duplex.

ADAG. CCCC. XVI. Lapidari lapide luteo, & boum stercoribus.

Lapidari lapide luteo.
Lapidari stercore boum;

Λίθῳ περιαλοιφῆν ξυνελλύειν.
Βολίτῳ κοπρίων ξυνελλύειν.

Quo

CCCC. XVI. Quorum eamdem esse sententiam patet ex verbis adiũctis, quæ quòd Græcè luculentiora videntur, quibusdam cogor vtraque asscribere. Nostra versio; *In lapide luteo lapidatus est piger, & omnes loquentur super aspernationem illius. De stercore boum lapidatus est piger: & omnis qui tetigerit eum, excutiet manus.* Græcè: λίθῳ ὑρυλαμμένῳ συνεβλήθη ὀκνηρὸς, καὶ πᾶς ὁ συνιὼν ἐπὶ τῇ ἀτιμίᾳ αὐτοῦ. βολβίτῳ κοπρίων συνεβλήθη ὀκνηρὸς, πᾶς ὁ ἀναιρήσων αὐτὸν ἐκτινάξει χεῖρα. *Lapidi conspurcato comparatus est piger: & omnis exsibilabit in ignominiam illius. Stercori boum de sterquiliniis comparatus est piger: omnis qui tollit illud, excutiet manum.*

Qui Græca non contulerunt cũ Latinis, veteres illi simpliciter de increpatione asperiore immo & de punitione dignâ pigritiæ atque segnitiæ sunt interpretati. q. d. piger dignus est, vt lapidibus luto immersis, & boum stercore lapidetur. D.Gregorius lib.15. Moral. cap.3. [*Qui Deum* sequi noluerit, ab amore æternæ vitæ pigrescit. & quoties rerum temporalium damno percutitur, ex his nimirũ affligitur, quæ iusti viri velut stercora contemnunt. Qui ergo ex terrenarum rerum percussione atteritur, quid aliud quàm de boum stercore *lapidatur?*] ergo D.Gregorio, *boues* sunt iusti; *stercora*, res temporales; quas D.Paulus ait sibi stercora fuisse, vt CHRISTVM lucrifaceret: *pigri* verò impij & superbi, & quotquot Deum frigidè diligunt; quorum, ait Iob 20.7. *Etsi caput nubes tetigerit, quasi sterquilinium, in fine perdentur.* S. Bernardus serm.2. de sanctis Petro & Paulo, *Stercora hæc boum* exponit fimum, hoc est, ait, verbum increpatorium, verbum improperij, hoc fimo aliquos impinguari, qui increpati benignè accipiunt, mansuetè respondent, libenter emendare conantur: aliquos verò peruertere fimum in lapides, & vnde debebant impinguari; inde lapidari, nempe qui exasperantur, excusant se aut contumaciter respondent, nec desidiam excutiunt. Idem in declamat. super illud, *Ecce nos reliquimus omnia*, sequitur explicationem D. Gregorij, stercoribus boum lapidari illum qui rerum temporalium & corporis sui nimiam gerit sollicitudinem. Vtramque explicationem ponit & dilatat Hugo Carẽsis.

D.Greg.

S.Bern. II.

Hugo Carẽsis. III.

Addit tertiam, propter obstinationem peccati, quod luteum & immundum est, grauiter & ignominiosè puniendum peccatorem, quæ est etiam Lirani, & Dionysij.

Liranus. Dionys. IV.

Quarta est Strabi, per *boues* intelligi Iudæos conuersos; per lapidem luteum, Gẽtiles; per pigrum, Iudęos pertinaces. hos ab ambobus illis ob pertinaciã irridẽdos. sapit allegoriã.

Strabus. V.

Quincta est Ioannis Ferdinandi, per *boues* intelligi prædicatores, qui verbo & exemplo multos lucrantur, nullis parcentes laboribus: horum comparatione pigrum in die iudicij lapidandum, quia neque stercori huiusmodi boum comparari mereatur.] Sic ille in Thesauro sacræ Scripturæ verbo *bos* nu. 5. Videtur miscere Græcum textum cum Latino. Isti conueniunt, boues esse typum prædicatorũ vt colligitur ex variis sacræ Scripturę locis prou.14. *Vbi non sunt boues, præsepe vacuum erit. vbi autem apparent plurima segetes, ibi manifesta est fortitudo bouis.* & Deut.25. *Non alligabis os bouis triturantis*: interpretante id S.Paulo, 1. Cor.9. Et comparatione probatur. Nam prædicatores iugum Domini iugiter portant, currum Ecclesiæ trahunt, peccatorum corda vomere linguæ sulcant, spinas & tribulos vitiorum euellunt.

Ioannes Ferdinandus.

semen diuini verbi serunt, duobus cornibus pugnant, scientiâ duorum testamentorum, vel vitâ & doctrinâ, cibum spiritualem ruminant, casti sunt & continentes.

Litteral. sensus. Verumtamen qui Græcũ textum cum Latino contulerunt, litteralem sensum existimant de veris pigris & de ignominiâ atque cõtumeliâ, quæ luteo lapide, & boum stercore significetur. Et Iansenius quidem Iansen. tria notat. I. Luteum lapidem non significare eũ qui ex luto sit, sed lutulentũ seu luto pollutũ. hoc verissimum. II. Veram lectionem esse, *super aspernatione*. Hoc non sequor, quia codex Romanus, vt & Complut. ac Regius habent *super aspernationem*. III. Videri nostrum legisse, καταβλήτη, à καταβάλλω, *iacio* seu *telis impeto*. Hoc valde incertum est, & minùs necessarium. nam potuit à συμβάλλω deducere, quod aliquando Theoph. significat *simul iacere*, vt apud Theophrastum de causis plantar. lib. 3. συμβάλλειν τὰ χείροτα εἰς τὰς ῥίζας. *conicere legumina in noualia*. Illis positis Iansenius vult sensum esse;

[*Piger* lapidatus est lapide luteo aut stercore boum: siue dignus est qui huiusmodi sordibus impetatur & cõspurcetur: siue potiùs quia per suam socordiam ita est commaculatus, ac si lapide luteo aut stercore boum esset impetitus. Proinde sicut omnes cum risu loquerentur de eo, qui tam fœdis rebus esset conspersus & conspurcatus, & qui tales contigisset, mox à sordibus contractis excuteret manus suas: ita omnes cordati de pigri aspernatione & vilitate loquentur cum detestatione, eius commercium fugient: & si quid ei commiserint curandum, idipsum mox manibus eius subtrahent, séque ab eis eximent.] Sequitur idipsum Palacius: vterque ergo volunt vim positam in comparatione sordium, quas ita lapidatus contraheret.

Non refello: puto tamen præcipuè hoc adagio iudicari ignominiam ingentem, & similem iis, qui ad catastam iudicis sententiâ proponuntur ab omnibus ridendi, & dicteriis & sordibus impetendi. Hispanis, *los que se ponen à la verguença, para que los digan baldones, y arrojen pellas de vasura.* Auctoris sententia.

EX EODEM CAP. VERS. V.

Musica in luctu.
Μουσικὴ ἐν πένθει. ADAG. CCCC-XVI.

Musica in luctu. Sensus adagij.

PAlã est dici de re valdè incommodâ, & importuna, minimè apta tẽpori, locóve. Nam melodia nõ est conueniens lugentibus, (verbi gratia, mortuum) quia non sunt dispositi ad lętitiam. Rabanus & Strabus dicunt notari concionatores, qui in Ecclesia populi plausum & fauorem quærunt, & non potiùs conantur lacrymas & cõpunctionem excitare. Qui (ait Carensis) fabricant fabulas ad risum, & contra hos adducit duo sacræ Scripturæ loca, Ezech. 33. *Sedent coram te populus meus; & audiunt sermones tuos, & non faciunt eos, quia in canticum oris sui vertunt illos.* Nimirum, quia sine spiritu, faleratè, pomposè & iocosè proponuntur. & Eccles. 12. *In risu facium panem & vinum.* Sed alia est loci sententia. Certè in hac vita est tempus lugendi & locus lacrymarũ, & *Beati qui lugent.* Ideo (ait idem) non rythmicè vel metricè prędicãdum, sed cũ fletu & gemitu. Hiere. 9. *Deducant oculi nostri lacrymas, & palpebræ nostræ defluant aquis. quia vox lamentationis audita est de Sion.* Raban. Strabus. Carẽsis.

II. Censet Hugo reprehendi carmina Hugo.

mina & cantilenas quæ olim in exequiis fiebant, adhibitis cantoribus & cantatricibus, 2. Paralip. 35. tibicinibúsque & tubis. Matth. 9. & Mar. 5. de qua re dixi commentar. in Herc. Fur. Senecę versu 85. Ne putes tamen ab eo reprehendi psalmodiam Catholicam; sed Iudaicam tantùm, vt patet ex eius verbis.

Væ, qui dicit ligno, expergiscere: Surge, lapidi tacenti. Tale dictum Æschyli in Choëphoris;

Æschylus.

κωφοῖς ἀυδῶ, καὶ καθεύδουσιν μάτην
ἄκραντα βάζω.

Proverbiales locutiones.

Surdis cano, & inaniter hæc dorminentibus
Cassa dico.

& aliorum similia. αἰγιαλῷ λαλεῖς. *Freto loqueris.* Plautus etiam Mostellariâ,

Plautus.

Hic nescit quidem nisi fœnus fabulari vento.

Terentius;

Verba fiunt mortuo.

Horatius;

narrare putaret asello,
Fabellam surdo.

& Græcis, λίθῳ λαλέιν, *lapidi loqueris.* & πρὸς τὸν τοῖχον λαλεῖς. *ad lapidem loqueris.* Vide Adagiograph. de his omnibus, chilia. 1. cen. 4. dor-

Erasm.

miens impeditâ habet sensuum exteriorum functionem: ideo nec videt, nec audit. igitur,

Quid iuuat ad surdas si cantet Phemius aures?
Quid miserum Thamyram picta tabella iuuat?

Ouidius.

Canit Ouidius.

EX EODEM CAP. VERS. VII.

ADAG. CCCC-XVII. Quasi qui conglutinet testam. Sensus adagij.

Quasi qui conglutinat testam.

Συγκολλῶν ὄστρακον.

DE re valde difficili, & vt plurimùm inutili dicitur, confractam testam sic conglutinare, vt rursùs liquorem conseruet. absolutè tamen fieri posse constat. Ideo dictũ de operâ vt plurimùm inani. tale Græcanicum adagium ὠὸν κολλᾷς, *ouum conglutinas*, apud Diogenianum. Talis est labor, qui insumitur in erudiendo fatuo & derisore. prou. 9. 7. *Qui erudit irrisorem, ipse iniuriam sibi facit: & qui arguit impiũ, sibi maculam generat.* & 23. *In auribus insipientium ne loquaris: quia despicient doctrinam eloquij tui.*

EX C. EODEM VER. IX.

ADAG. CCCC-XVIII. Cum dormiẽte loqui. Sensus adagij.

Cum dormiente loquitur.

Διηγεῖται νυστάζοντι.
Narrat dormitanti.

DE inutili opera. Quia dormiẽs nec audit, nec intelligit quæ dicuntur. Tale illud Habac. 2. 19.

EX EODEM CAP. VER. XVIII.

ADAG. CCCC-XIX. Super plũbum quid grauabitur. Sensus adagij. Plũbum ferro grauius. Simpll. cius.

Super plumbum quid grauabitur.

Ὑπὲρ μόλυβον τὶ βαρυνθήσεται.

INdicat intolerabilem esse alicuius conuictum, aut insupportabile consortium. Nam plumbum vel ferro grauius esse docet Simpl. lib. 4. Physicor. & hîc fatuum comparat plumbo, meritissimè:

Quia homine imperito nihil est iniquius

CCCC. Vsus adagij.

VSurpatur ad significandũ dissidia & rixas solere præcedere, cædes verò & bella subsequi. Pulchrè ait Iansenius, conuitia fumo, ignis cædibus comparatur, quòd cõuitia ex animo irato, velut fumus egrediantur: modicè tamen initio lædunt: sed animis hinc inde inflammatis in arma incendia in cædes prorumpunt; quæ vt ignis omnia vastant & absumunt. Vis effectum effugere, cauc a causa. Idem obtinet in omni peccati occasione.

Iansen.

Plautus. Plautus;

Semper tu scito flamma fumo proxima est:
Fumo comburi nihil potest, flammâ potest.

Socratis dictum. Socrates lion absimili facetiâ, cùm post multa verborum conuitia Xãthippe illum insuper aquâ perfudisset; *Sciebam* (inquit) *post tonitru, imbrem subsecuturum.*

Anagogia. Palacius. Anagogicè Palacius hîc: [*Antequàm* in inferno accendatur ignis in titionibus damnatorum, præcessit fumus peccatorum nostrorum: & ante sanguinem, quem Dei gladius educet ex miseris, præcesserunt eius minæ & maledicta contra peccata, & nostræ contra eum *contumelia*.]

EX CAPITE XXIII.

VERS. V.

ADAG. CCCC. XXII. Gigantea anima

Giganteam animam.

γιγαντιδα ψυχην.

NOster pro eo vertit, *omne desiderium*: haud dubiè aliam secutus lectionem. In Vaticanâ tantùm est ἐπιθυμίαν, & ita tantùm citat D. Augustin. de gratia & libero arbitrio c. 16. Sed in speculo de præceptis dominicis tom. 3. citat, *omne desiderium pravum*. Regia & Complutensis lectio adagium præbet, de homine profligato, & pessimorum deliderio rũ, superbo & cunctis vitiis immerso, quales describuntur Gene. 6. quorum multa fuit malitia, & cũcta cogitatio cordis intenta ad malum omni tẽpore; qui corruperant viam suam super terrã, ibi v. 5. & 13. vnde *anguipedes* dicti à poëtis, vt alibi ex Macrobio docui. & Sap. 15. 6. *superbi Gigantes* vocantur: vnde Græcorum Prouerbium de his viribus freti suis, nullo consilio quiduis aggrediuntur, fas & nefas nullo habẽtes discrimine, γιγάντων ἀπόνοια, *Gigãtum amentia*, vide Adagiogr. Chil. 4. cent. 10. n. 99. & quæ nos sup. adag. 430.

D. Aug.

Ecclef. XXIII. Sensus adagij.

Anguipedes qui dicti.

Superbi Gigãtes.

Gigãtũ amentia.

EX EODEM CAP.

VERS. XXI.

ADAG. CCCC. XXIII. Duo genera abũdant in peccatis, & tertiũ adducit irã & perditionẽ.

Duo genera abundant in peccatis, & tertium adducit iram & perditionem.

NE putes esse locutionem adagialem, qua doceamur, nimis graue esse & veniâ indignũ, si quis idem peccatum sæpiùs iteret. q. d. ne bis tẽrque pecces. cuiusmodi multa sunt apud veteres: vt illud συγγνώμη τοῦ πρώτου ἁμαρτάνοντι. *Venia primum peccanti.* Pindarus Pyth. ed. 2. αἱ δύο ἁμαρτηλαῖαι φερτεραι τελέσσαι, *duo peccata punitionem adferre.* Cicero lib. 10. epist. famil. Planco scribit; [*Verùm* vt errare, mi Plance, potuisti (quis enim id effugerit?) Sic decipi te nõ potuisse, quis nõ videt? Nunc verò eriã erroris causa sublata est: culpa enim illa, *Bis ad eundem* vulgari reprehensa *proverbio* est.] subaudi *lapidẽ*, vel ex D. Nazianzeno

Pindarus

Cicero.

epist. ad Bosporium, *εἰς γὰρ τὸν αὐτὸν λίθον προσπίπτειν, τοῖς ἀνοήτοις μόνοις ἡ παροιμία δίδωσιν.* bis enim ad eundem lapidem impingere, solis amentibus paræmia tribuit.

Fuit ergo illa trita sermone paræmia, sed ab hoc Siracidę loco plane aliena. nam hîc Hebraismo vetitur, quo tria significat esse peccatorum genera, quæ præsentem Dei vindictam solent provocare, iracũdos, multiuolos, & adulteros: de quibus subdit sigillatim. Similis locutio est Prouerb. 6. 17. *Sex sunt quæ odit Dominus, & septimam detestatur anima eius.* ita capiunt hoc loco Carens. Ianſ. Palac. & alij. huc etiam refer infer. 25. 9. & c. 26. 5. 25.

Carensis & alij.

EX EODEM CAP. VER. XXIV.

ADAG. CCCC. XXIV. Homini fornicario omnis panis dulcis.

Homini fornicario omnis panis dulcis.

Ἀνθρώπῳ πόρνῳ πᾶς ἄρτος ἡδύς.

Sensus adagij.

INdicatur effrænis & multiuoli libido, vt Hispanicum adagio, *A buena hambre no ay pan duro.* hoc enim ipsum placet, quod vetitum Prouer. 9. 17. *Aqua furtiuæ dulciores sunt, & panis absconditus suauior.* Noster autem id clariùs adhuc describit, cap. 26. 15. de scorto non æquio, sed semitario loquens, *Sicut viator sitiens ad fontem os aperiet, & ab omni aquâ proximâ bibet, & contra omnem palum sedebit, & contra omnem sagittam aperiet pharetram, donec deficiat.* Exemplum inter mulieres Messallina apud Iuuenalem; & inter viros Alcibiades, qui nec matre, nec filiâ, nec sorore se abstinuit. Tã mollem, se in omnes fatetur Sappho, talem Propertius, talem se Naso, & ceteri lasciui Veneris assectæ: tales vtinam pauciores experientia quotidiana ostenderet, & vitium hæsisset in veterum poëtarum carminibus.

Messalina exemplum impudicitiæ Iuuenalis. Impudicitia Alcibiadis, & aliorum.

EX CAPITE XXV. VERS. XXVII.

ADAG. CCCC. XXV. Ascensus arenosus in pedibus veterani.

Ascensus arenosus in pedibus veterani.

Ἀνάβασις ἀμμώδης ὀπὶ ποσὶ πρεσβύτου.

VSurpat de viro taciturno, cui vxoris garrulitas triplici nomine grauis & importuna, tum quia garrulitas, tũ quia muliebris, tum quia vir taciturnus & amans quietis: sicut arenosus ascensus seni molestissimus: tum quia ascensus, tum quia arenæ fallunt vestigium, tum quia vestigium senile, quod minùs firmum. Glossa interlin. refert ad hæresis loquacitatem quæ Catholico viro est molestissima.

Vsus adagij.

Vxorum garrulitas.

EX EODEM CAP. VER. XXXIV.

ADAG. CCCC. XXVI. Non des aquæ tuæ exitum.

Non des aquæ tuæ exitum.

Μὴ δῷς ἔκβασιν ὕδατι.

Sensus adagij.

CLaritatis & energiæ causa noster addidit *tuæ.* q. d. quæ tibi commissa, quam cupis custoditam. Monemur licentiæ omnes rimas obstruere: sicut aquæ nulla rima permittenda. quia vel minima satis est, vt sensim tota dilabatur. Sic nec vir vxori, nec pater filiæ, nec magister

CCCC. XXV. Catéch.

giſter diſcipulis, nec prælatus ſubditis, nec nos nobis ipſis. Carentia *aquam* exponit doctrinam, *exitum* ſi diffluat à rectitudine. hanc in tribus conſiſtere, in fidei plantatione, & morum ædificatione, & vitiorum ſugillatione. ideo Hieremiam c.1. vt indicaret ſe inidoneum ad hæc tria prædicanda, ter A A A dixiſſe.

EX EODEM CAP. VERS. VI.

ADAG. CCCC. XXVII. Vaſa figuli probat fornax.

Vaſa figuli probat fornax.

Σκεύη κεραμέως δοκιμάζει κάμινος.

Fornax. *Fornax* in Sacra Scriptura ſolet tribulationem vehementiorem ſignificare, qualis eſt perſecutio tyrannica aut ſeruitus: vt, Deuteron. 4.20. *eduxit de fornace ferrea Ægypti*: quod repetit Salomon. 3. Reg. 8.11. & Ieremiæ 11.4. & docet B. Hieronymus in c.3. Daniel. Vnde D. Auguſtin. ſerm. 254. dixit, fornacem eſſe hunc mundum, in quo probantur boni ignetribulationis, vt aurũ.

Homer. D. Aug. Fornax, hic mundus.

Figulus, lutum, teſta, ad quid applicentur. *Figuli* autem nomine Deus; *luti & teſtæ*, homines ſignificantur, Ieremi. 18. per totum, Elai. 45. v. 9. & Eccleſ. 33.13.

Senſus adagij. Igitur hoc adagio docet, tribulationes indicium eſſe, qualis quiſque ſit; bonus? roboratur, & depuratur. malus? frangitur, & deterioratur. Sicut teſteum vas probum, ſolidatur; improbum calore crepat, & diſſilit. Sic ſup. 2.5. *In igne probatur aurum & argentum. homines verò receptibiles, in camino humiliationis.* Prouerb. 17.3. *Sicut igne probatur argentum, & aurum camino: ita corda probat Dominus.* Sap. 3.5. *Deus tentauit eos, & inuenit illos dignos ſe: Tanquam aurum in fornace probauit illos.* Zach. 13.9. dicit Dominus. *Ducam tertiam partem per ignem, & vram eos ſicut vritur argentum, & probabo eos, ſicut probatur aurum.* Cõtra etiam laus hominũ eſt inſtar fornacis; & oſtendit qualia ſint hæc vaſa figuli, Prou. 27.21. *quo modo probatur in conflatorio argentum, & in fornace aurum; ſic probatur homo ore laudantis.* quid nobis miſerius, quos vrunt proſpera & aduerſa, & quibus æqua periculoſa ſunt; laus & contumelia? in hac patientia, in illa humilitas tutum præſtabunt.

D. Bern. Quare D. Bernardus in lib. de gradibus humilitatis elegãter tranſtulit adagium ad eos qui ſimulatã humilitate fictè culpam cõfitentur: hos enim deprehendi ſi acriùs reprehendantur, aut ſeuerior illis pœnitentia iniungatur à prælatis.

EX CAPITE XXVII. VERS. VII.

ADAG. CCCC. XXVIII. Ruſticatio de ligno oſtẽdit fructum illius.

Ruſticatio de ligno oſtendit fructum illius.

Τεκτονικὸν ξύλου ἐκφαίνει ὁ καρπὸς αὐτοῦ.

Culturam ligni oſtendit fructus illius.

Vatabl. Nobil. Colum. Cicero. NEſcio cur recẽtiores interpretes, Vatab. Nobil. & alij vocem *ruſticationis* fugerint, quæ à ruſticando deducta propriè ſignificat culturę exercitiũ; qua & Columella & Ciceró vſi. Illud etiam non ſatis aſſequor cur noſter dixerit fructum arboris ab ipsâ ruſticatione oſtendi; niſi legerit καρπὸν, & γεώργιον acceperit in recto. Directè ſanè ſonat fructum arboris oſtendi ab ipsâ culturâ, & per conſequens etiam arborem indicio culturæ cognoſci,

Senſus adagij.

vt interpretantur nonnulli.

Palacius: *Bona* & diligens arboris cultura in lucem profert bonũ eius fructum: ita bona & diligens cogitationum cordis nostri cultura bonum verbum profert. Vt contrà, arbor neglecta, profert sterilem fructum; & cogitatio neglecta, verba aut mala aut stulta. Est enim cordis & oris cõsensus. Per os pronuntiabis de corde. Ligula, qua hauritur cor, est os; demum bonus homo de thesauro cordis sui profert *bonum*.] culturæ cordis primus fructus est cogitatio, deinde & verbum.

Autoris sententia. Si noster Græca legit vt nos habemus, putarim voluisse hac hypallage indicare vtrumque: nempe non tantùm ex fructus bonitate vel malitiâ, culturæ diligentiam, vel negligentiam manifestari, quæ est probatio ab effectu, quam vocant à posteriore: sed etiam vicissim ipsam culturam si diligens sit, promittere fructum bonum; si negligens, malum; quæ est probatio à causâ, quam vocant à priore.

Ad prius illud, & Græcum contextum pertinet illud Christi Domini: *Non est arbor bona, quæ facit fructus malos: neque arbor mala faciens fructum bonum. Vnaquæque enim arbor de fructu suo cognoscitur. Neque enim de spinis colligunt ficus; neque de rubo vindemiant vuam. Bonus homo de thesauro cordis sui profert bonum: & malus de malo profert malum: ex abundantiâ enim cordis vestri os loquitur.* Luc. 6. 45. Nam de fructus bonitate, qualitas arboris & culturæ deprehenditur; & genius atque character hominis ex verbis eius rectè deprehenditur. Menander;

Menand. ἀνδρὸς χαρακτὴρ ἐν λόγῳ γνωρίζεται.

Clemen. Alexand. Scitè Clemens Alex. lib. 2. Pædagogi cap. 5. πάντων γὰρ τὸ λόγων ἀπὸ διανοίας καὶ ἤθους ῥέοντων, οὐχ οἷόν τε ἐκ γελοίων τινὰς ἐπιθεῖναι λόγους, μὴ οὐχὶ ἐκ γελοίου ἤθους ἐπιρρέοντας· τὸ γὰρ, ἐκ δενδρέου καλοῦ ποιοῦν καρπὸν καλὸν πρέπει· ἀπὸ μὴ δενδρέου σαπροῦ, πονηρὸν καρπὸν καλόν· καὶ τοῦτο ἁρμόττον, καρπὸς διανοίας γὰρ ὁ λόγος ἐστίν. [*Cum enim verba omnia emanent ex cogitatione & ex moribus, fieri non potest, vt verba aliqua emittantur ridicula, quæ non præcedant à moribus ridiculis: illud enim:* Matth. 7. *Non est arbor bona, quæ facit fructus malos, neque arbor mala quæ facit fructus bonos: hîc quoque adaptandum. Semino enim est fructus cogitationis.*] Nazianzenus de Natali Domini; Nazianz. πονηρῶν σπερμάτων πονηρὰ γεώργια, *malorum seminum mala segetes*, vel fructus. & alibi Metaphoricè de vitiosis agens hominibus, ταῦτα πάντα τῆς πονηρᾶς τῆ νῦ γεωργίας ἐστίν. *hæc omnia prauæ cultus animi esse.* quibus posterius illud, quod innuit, vulgata comprobatur. Hic ergo duplex vsus prouerbij sit. De quo egregiè Carensis monet hypallagen esse, & doceri, sicut arborum fructificatio manifestat diligentiam cultorum: sic mores populi ostendere sedulitatem prædicatorum. Vnde Prouerb. 14. *Vbi plurimæ sunt segetes, manifesta est fortitudo bouis.* Duplex vsus prouerbij. Carẽsis.

EX EODEM CAP. VERS. X.

Volatilia ad sibi similia conueniunt.

ADAG. CCCC. XXIX. Volatilia ad sibi similia cõueniunt.

Πετεινὰ πρὸς τὰ ὅμοια ἑαυτοῖς καλιάνουσι.

Volatilia ad sibi similia diuertunt.

SImilia vocat, quæ speciei eiusdem: hoc sẽsu verũ quod geminum

CCCC. XXIX.

num his vulgò tritum, *Aues concolores simul volitant.* nam si de colore pennarũ sumas, sæpè falsum. colũbæ nigræ, nonne cum albis volitãt; *& à viridi turtur amatur aue?* alba, à pico Martio. Ideo *similia* dixit, vt intelligas genere, aut affectu; & de auitio non segregi; sed cõgregi. Sensum & vsum habes suprà adag. 395.

Anselm. Laodunensis. Anagogica expositio.

Anselmus Laodunensis anagogicè exponit, Sanctorum animas quotidie morientium donis Dei & virtutibus pennatas, sibi similibus angelis, in cœlis coniungi, Carensis tropologicè, contẽplatiuos & claustrales contemplatiuis & claustralibus localiter, mentaliter verò beatis in cœlo se aggregare, iuxta illud, *Conuersatio nostra in cœlis est*, Philip. 3. Litterali sensu de mercatoribus, qui ad nundinas celeriter cõuolãt: & sibi similibus aggregãtur. Exemplũm est: nam ad hos non oportet restringere. Aliud exemplum suggerit Auctor libri de singularitate clericorum: [*Stupeo* ad peruersitatis arbitrium, vt à clericis ad communitatem femina magis quàm masculus eligatur. Nunquid tantũ mulier vtilior est commodis clerici, quantum prodest masculus, vel puer masculo continenti? aut ipsa erit decens vtilitas, quam indecens communitas facit? Et vbi erit, quod Salomon ait; *Omne animal diligit simile sibi?* & iterum; *volatilia ad sibi similia conueniunt?*] Vide sup. 395.

Literalis

EX EODEM CAP. VERS. XI.

ADAG. CCCC-XXX. Leo venationi insidiatur semper.

Leo venationi insidiatur semper.

Λέων θήρᾳ ἐνεδρεύει. *Leo venationi insidiatur.*

NOster legit *dii* quod hodie deest, habet tamen efficaciorem sententiam. Nam significat continuum & indefessum studium crudelitatis, & voracitatis, quod optimè accomodatur peccato, vt hic: nec minùs eius instigatori Diabolo, à glossa interlineari, qui *tãquam Leo rugiens circuit, quærens quem deuoret* 1. Pet. 5. v. 8. *Venatio* metonymicè ponitur pro feris, quas venatur: & Græca vox etiam *ferum* significat. Carensis *religiosos* exponit quòd his maximè insidietur Diabolus. Habac. 1. *cibus eius electus.* Malo generaliter accipere de cũctis imbecillioribus, sicut explicui sup. ad illud; *Venatio leonis onager.* adag. 399. Præterea *Leonem* non de quibuslibet, sed de malis Regibus, Principibus, & Prælatis, accipio cum Iansenio. Etenim *Leo* ferarum rex est, subditis tamen sibi feris insidiatur, & eas venari studet, vt perimat, & carnibus earũ pascatur. Sanè non ociosum est, quòd Sacra Scriptura sic hieroglyphicum Leonis vbique ferè exhibeat, de superborum Principe Diabolo, & malorum Prælatorum, vt dixi apud Petrum, & Dauidem quoque psal. 7. 4. *ne quando rapiat vt Leo animam meam.* & 9. 10. *insidiatur in abscondito, quasi Leo in spelunca suâ. Insidiatur, vt rapiat pauperem, rapere pauperem dum attrahit eum. In laqueo suo humiliabit eum.* & 16. 12. *Susceperunt me sicut Leo paratus ad prædam.* & 21. 22. *Salua me ex ore Leonis.* Esther 14. 13. Assuerus vocatur *Leo.* mali quoque Reges Ierem. 2. & 4. & Ezech. 19. & 32. Prou. 19. & 12. *Sicut fremitus Leonis, ita & ira regis.* & 20. 2. *Sicut rugitus Leonis, ita & terror regis.* Miche. 5. 8. *quasi Leo in iumentis syluarum.* Et ideo patrifamilias, qui rex domi suæ, dicitur: *Noli esse sicut Leo in domo.* Eccles. 4. 35.

Sensus adagij.

Metonymia.

Leo de malis regibus, & prælatis.

EX EODEM CAP. VERS. XII.

ADAG. CCCC. XXXI. Stultus sicut luna mutatur.

Stultus sicut luna mutatur.

Ἄφρων ὡς σελήνη ἀλλοιοῦται.

Stultus sicut luna mutatur.

Literari, quid aliud, quàm mutari? præcedens cõparatio qua sapiens soli comparatur, non est in Græcis codicibus. Definire nequeo an D. Ambrosius & Maximus legerint vt noster, licèt suspicer sic vtrumque legisse. Ambrosius sic scribit Hexaem. lib. 4. cap. pen. Vnde & scriptura ait: *Stultus vt luna mutatur.* ideo Sapiens, non cum Lunâ mutatur, sed permanebit cum sole. Vnde non Luna est particeps stultitiæ, quia non Luna mutatur vt stultus, sed stultus *vt luna.*] Tamen hoc de sole sumpsit è psalmis, vt & Maximus statim citandus. De inconstantiâ hominis in virtute morum, & doctrinâ fidei vsurpari adagium patet ex eodem D. Ambrosio epist. 7. ad Simplicianum, vbi illud Stoicorum axioma, *quia omnis sapiens liber, omnis insipiens seruiat*, dicit multò hoc priùs Dauidis filium dixisse, tribuens Salomoni hoc dictum: *stultus sicut luna mutatur.* [*Sapiens* enim non metu frangitur, non potestate mutatur, non attollitur prosperis, non tristibus mergitur, vbi enim sapientia, ibi virtus animi, ibi constantia & fortitudo. Sapiens ergo idem est animo, non minuitur, non augetur, ex variis rerum mutationibus; nec, vt paruulus fluctuat, vt circumferatur omni vento doctrinæ; sed manet perfectus in Christo, fundatus in charitate, radicatus fide. Sapiens ergo defectus rerum ignorat, & varium animum nescit, sed fulgebit sicut Sol iustitiæ, qui in regno patris sui *fulget.*] de stulto contraria voluit subintelligi: alludens ad Lunæ deliquium, de quo d. cap. penult. disseruit: vt & B. Maximus sermone quo differit de Lunæ defectione, qui perperam S. Ambrosio ascribitur, & ponitur numero serm. 82.

D. Ambr. Maxim.

Vsus adagij. Stoicorũ axioma.

[*Hoc est* planè (ait) quod ait Sanctus Salomon, dicens: *Stultus sicut luna mutatur.* Mutaris enim sicut Luna, dum stultus & insipiens, qui Christianus fueras, incipis esse sacrilegus. Sacrilegium enim creatori committitur, dum imbecillitas adscribitur creaturæ. Mutaris ergo sicut luna, vt qui paulloantè fidei deuotione fulgebas, postea perfidiæ infirmitate deficias. Mutaris sicut luna, dum cerebrum tuum ita exinanitur sapientiâ, sicut lunæ obscuritas, te verò teterrimę mẽtis tenebræ inuadunt: atque vtinam, ô stulte, sicut luna muteris. Illa enim citò ad plenitudinem suam redit: tu ad sapientiam nec serò conuerteris. Ipsa velociter colligit, quod amiserat, lumen: tu nec tardè fidem recipis, quam negasti. Grauior ergo tua, quàm lunæ mutatio est. Luna defectum luminis patitur, tu salutis. Quàm benè igitur scriptum est de sapiente. Psal. 71. *Et permanebit cum sole.* Permanet enim Sapiens cum Sole; cùm constantia fidei permanet cum *Saluatore.*]

Nimirũ putans magico carmine Lunam obicurari, & clamore iuuari tuo.

D. Augustinus perspicuè legit vt noster, & aptissimè interpretatur de humanæ naturæ propter peccatum protoplasti, modò in peccata lapsu, modò ad meliora resipiscentiâ. capite ipsiusmet verba ex epist. ad Ianuarium, 119. cap. 5. [*Attende* nunc, quod in Prouerbiis legitur; *Sapiens sicut Sol permanet: stultus autem sicut luna mutatur.* Et quis

CCCC-XXX-VII. quis est sapiens, qui permanet, nisi Sol ille iustitiæ, de quo dicitur: *Ortus est mihi Sol iustitiæ*: & quem sibi non fuisse ortum in die nouissimâ plangentes impij dicturi sunt: Et, Sap. 5. *iustitia lumen non luxit nobis, & Sol iustitiæ non ortus est nobis?* Nam istum carnis oculis visibilem *solem, oriri facit super bonos & malos* Deus, qui etiam *pluit super iustos & iniustos.* Matth. cap. 5. Ducuntur autem semper ex rebus visibilibus inuisibilium cõgruæ similitudines. Quis est ergo ille *stultus*, qui *tanquam luna mutatur*, nisi Adam in quo omnes peccauerunt? Anima quippe humana recedens à sole iustitiæ, ab illa scilicet internâ contemplatione incommutabilis veritatis, omnes vires suas in terrena conuertit, & eo magis magísque obscuratur in interioribus ac superioribus suis: sed cùm redire cœperit ad illam incommutabilem sapientiam, quanto magis ei appropinquat affectu pietatis, tanto magis exterior homo corrumpitur, sed interior renouatur de die in diem, omníque lux illa ingenij, quæ ad inferiora vergebat, ad superiora conuertitur, & à terrenis quodam modo aufertur, vt magis magísque huic sæculo moriatur, *& vita eius abscondatur cum Christo in Deo.* 2. Cor. 4. Mutatur ergo in deterius ad exteriora progrediens, & in vitâ suâ proiiciens intima sua: & hoc terræ, id est eis *qui terrena sapiunt*, melius videtur, cùm *laudatur peccator in desideriis animæ suæ*, & *qui iniquè gerit, benedicitur.* Mutatur autem in meliùs cùm intentionem suam & gloriam à terrenis quæ in hoc sæculo apparent, paullatim auertit, & ab inferioribus ad superiora conuertit, & hoc terræ, id est eis *qui terrena sapiunt*, deterius *videtur.*] Sicut ergo Luna sensim crescit, sensim decrescit: sic & stultus paulatim deficere & paullatim solet proficere. XX. VII.

Phil 3.

Eccles. 10.

Psal. 9.

Videtur D. Augustinus hanc interpretationem ex parte mutuatus ab Origene tracta. 4. in Matthæ. vbi etiam citat vt Augustinus; *Sapiens sicut Sol permanet: insipiens autem sicut Luna immutatur.*

Ita etiam legit B. Bernardus serm. in Natiuitate S. Ioan. Baptistę; sed aliter exponit Lunam, de iis qui foris lucem tantùm, solem de illis qui etiam intus ardent. B. Bern.

[*Est* (inquit) tantùm lucere vanum, tantùm ardere parum, ardere & lucere perfectum. Audi quid dicat scriptura: *Sapiens permanet, vt Sol: stultus autẽ vt Luna mutatur.* Quia enim splendet luna sine feruore, modò plena, modò exigua, modò nulla videtur. Mutatum siquidem lumen nunquam in eodem permanet statu; sed crescit, deficit, extenuatur, annihilatur, & penitus non comparat. Sic qui conscientias suas, in alienis labiis posuerunt, modò magni, modò parui, modò nulli, secundùm quod adulantium linguis, vel vituperare placuerit vel laudare. At verò solis splendor igneus est, & cùm feruet, acriùs etiam oculis lucidior exhibetur. Sic sapientis ardor internus foris lucet; &, si non ei datur vtrumque, curat semper ardere magis, vt *pater eius qui videt in abscondito reddat ei.*] idem asserit, & eodem modo legit serm. de verbis Apocalyps. *signum magnum.*

Gentilibus adagium fuit, *mutabilior Erisichtonis Metrâ*, sed natum ex fabulâ: nostrum ex vero, *Mutabilior lunâ*: quale illud de homine instabili & errabundo, & nullius Mutabilior Erisichtonis metra.

certæ

Panagæa Diana.

certæ fidei, aut studij, *Panagæa Diana.* ἡ παναγαία Ἄρτεμις, non tantùm quia per montes & nemora oberrabat, aut quia modò apud superos Luna, apud nos Diana, apud inferos Hecata (anilia ista:) sed quia nunc pleno orbe, nunc cornuta, nunc obscura, nunc clara, nunc pallida, nunc rubra, nunc candida.

Tres præcipuas eius mutationes notat Plutarchus Problemate 23, πρώτη μὲν ὅτι κρύπτεται, σύνοδον ποιησαμένη πρὸς ἥλιον, δευτέρα δὲ ὅταν ἐκφυγοῦσα τὰς αὐγὰς τοῦ ἡλίου, καταφανὴς πρῶτον ἐπὶ δυσμῶν γένηται, τρίτη δὲ τῆς πρὸς τὸν ἥλιον αὐτῆς παντελοῦς γενομένης. *Primam cùm Solis congressa penitùs occultatur. Secundam, cùm Solis radios ac lumen elapsa ab occasu incipit apparere. Tertiam, cùm in orbem plenum se colligit, & plenilunium efficit.* Idem Problem. 76. quærens *cur nobiles in calceis lunulas gestarint?* inter alias hanc rationem reddit; *Hoc ipso superbos admoneri rerum humanarum instabilitatis: cuius rei Luna exemplo sit, neque ab obscuro primùm prodit: tum progrediens luce ac splendore os suum complet, & cùm clarissima facta sit, rursus defloreſcit, & ad nihilum redit.*

Lunulæ incalceis nobiliū.

Τὸν ὑπερηφάνους καὶ μεγαφρονοῦντας ὑπομιμήσκειν τὸν ἐπ' ἀμφότερα τῶν ἀνθρωπίνων μεταβολῶν παράδειγμα φερόμενος τὴν σελήνην ὡς ἐξ ἀδήλου πρῶτον ἐρχεται νέα, πρόσωπα καλλίσωσα καὶ πληρουμένη, εἶτ' ὅταν φῶς αὐτὴ ἐγγύτατα φανῇ, πάλιν διαρρεῖ κἀπὶ μηδὲν ἔρχεται.

Libro autem de curiositate post principium, Lunam homini, quoad hasce mutationes, ex comici cuiusdam iisdem versibus comparat: ζητεῖ τὰς ἐν σελήνῃ καθάπερ ἐν ἀνθρώπῳ μοιχείας, τὸ πρόσωπον κατιδόντα φῶς, &c. vt suprà.

Quare cur Luna, velut homo, subinde mutetur? vbi tantum luminis absumpserit? vnde rursùs, quod amisit, reparauit? &c.]

Vnde Luna dicta.

Μήνην Græcos vocasse per antiphrasim nonnulli volunt διὰ τὸ μὴ μένειν ἐν τῷ αὐτῷ, *quòd in eodem nunquam statu permaneat*; sed alij à μὴν deducunt: quia μὴν, hoc est, *mensis*, spacio curriculum absoluit.

CCCC-XXXI.

EX EODEM CAP. VER. XXIV.

Denudare amici mysteria, desperatio est animæ infelicis.

ADAG. CCCC-XXXII. Denudare amici mysteria, desperatio est animæ infelicis.

HAnc lectionem confirmat D. Augustinus in speculo. Græci libri variant. Vaticanus;

ὁ δὲ ἀποκαλύψας μυστήρια, ἀπώλετον.

Qui autem denundauit mysteria, desperauit.

Complutenses & Regij, ὁ δὲ ἀποκαλύψας μυστήρια ἀπώλεσε πίστιν. *Qui verò denudat arcana, perdidit fidem.* Vtraque lectio damnat eos, qui hæc verba detorquent ad damnum eius, cuius arcana fuerunt reuelata; quasi diceret, hoc tantùm molestiæ illi allaturum, vt agatur in desperationem; Hispan. *espara hazer desesperar vn desdichado.* Lege Martin. de Roa lib. 6. de singular. c. 12. Sed pertinet ad damnū quod ipse reuelator incurrit. Nā is omnino perdit fidem apud amicum: perdit etiam animam suam mortaliter peccando; perdit denique amicum quem adeò grauiter offendit, vt desperare debeat illum sibi recon

Martinus & Roa. Sensus adagij.

CCCC XXXIII. reconciliandum. Nam quamuis sit locus reconciliationi, post maledictum & rixas, sup. 22. 26. *Ad amicum etsi produxeris gladium, non desperes: est enim regressus.* Nam, *amicorum, vt amantium ira, amoris redintegratio est.* Sed omnibus à naturâ insitum diffidere proditoribus, & illos detestari. Prou. 20. 19. *Ei qui reuelat mysteria, & ambulat fraudulenter, & dilatat labia sua, ne commiscearis,* Horatius cauendum monet,

. . . . . *commissa tacere*
Qui nequit . . . . . .

Idem;

Arcanum neque tu scrutaberis vllius vnquam,
Commissumque teges, & vino tortus,
& ira.

Quorumdã interpretatio. Scio quosdam interpretari; multi maledicent ei qui amicum proditorem in gratiam receperit: sed hos Ianseni. meritò reiicit Iansenius. Alij, secretum pandere, esse hominum desperatorum: quod longè arcessitum.

ADAG. CCCC XXXIII. Qui in altum mittit lapidẽ, super caput eius cadet.

EX EOD. CAP. VER. XXVIII. & XXIX.

PLeraque sequentia, quòd explicarim aliàs, & sunt facilia, dumtaxat adscribam: omnium eadem est sententia, *Quod quis alteri malum molitur, in ipsum incidere.* lege adag. *Incidere in malum, quod alteri pararis*: vnum hoc explicandum verbis Chrysostomi:

Qui in altum mittit lapidem, super caput eius cadet.

ὁ βάλων λίθον εἰς ὕψος ἐπὶ κεφαλὴν αὐτοῦ βάλλει.

Anselmus Laud. Chrysost. Vniuersim verum, licèt Anselmus Laodunensis & Beatus Chrysostomus propriè exponant de blasphemis. Verba Chrys. in hom. 3. de incomprehensibili Dei naturâ to. 5. sunt: [*Contra* qui blasphemant Deũ, & pro nihilo putant, ipsi lædunt salutem & perimunt. Verissima namque illius sententia est, qui blasphemis inquit hominibus: *Lapidem qui sursùm iaciunt in excelsum, in ipsorum caput iaciunt, & contendunt.* Quemadmodum enim qui lapidem illò iaculatur, corpus cæleste non attingere, nedum lacerare potest, plagam autem suo capite excipit, cùm lapis eodem, vnde iaculatus est, redeat: ita qui beatam illam blasphemat substantiam, vt nunquam eam offendere potest: cùm longè potior atque excelsior sit, quàm vt aliquo affici possit detrimento: sic ferrum aduersùm animam suam acuit ac parat, cùm se ingratum Domino benè merenti *exhibet.*]

IBIDEM.

ADAG. CCCG XXXIV. Plaga dolosa dolosi diuidet vulnera.

Plaga dolosa dolosi diuidet vulnera.

GRæcè non est, *dolosi*: sed, πληγὴ δολία διαιρεῖ τραύμα, vel τραύματα.

Anselmus. Eodem tendit. Anselmus exponit; plagam quam quis dolo intulit alteri, ipsius inferentis vulnera peccatorum aucturum.

Carensis. Carẽsis, eum animæ simul & corpori vulnus illaturum, vt duplici contritione conteratur, & sit sicut diplois confusio eius

Sensus adagij. Liranus. Liranus, damnum alteri procuratum, multiplicandũ damnificanti.

Dionys. Dionysius explicat sententiam Glossæ interlinearis, hoc pacto; [*Lasio* aut damnũ quod homo fraudulentus dolosè infert proximo suo, ipsimet inferenti priùs nocere, & vul-

neta animæ eius augere ac dilatare. nam peccat mortaliter, & pœnam meretur *aternam*.] Eodem tendunt Palacius & Ianſenius. Nimis obſcurè qui vertit, *Ictus clandeſtinus vulnus infligit.*

Palacius. Ianſen.

ADAG. CCCC XXXV. Qui foueã fodit, incidet in eam.

IBID. VERS. XXIX.

Qui foueam fodit, incidet in eam.

Ὁ ὀρύσσων βόθρον, ἐμπεσεῖται εἰς αὐτόν.

VIde Adag. *Incidere in malũ quod alteri pararis.* Exemplũ narrat Euſebius lib. 9. Eccleſ. hiſtor. de Maxentio, qui cùm decipiendi Cõſtantini gratiâ naues dolosè connexas Tiberi impoſuiſſet, & pontibus doloſis inſtrauiſſet, ipſe incautus ruens in pugnam & pontes transiens, diſſolutâ compage, ſubmerſus interiit. ſic ille lib. 9. cap. 9.

Euſebius. Maxentij in Cõſtantinũ fraus in autorẽ redundãs.

ADAG. CCCC XXXVI. Qui ſtatuit lapidem proximo, offendet in eo. Senſus adagij.

IBIDEM.

Qui ſtatuit lapidem proximo, offendet in eo.

DEeſt Græcis codicibus. ſenſus facilis, quia loquitur de lapide poſito, vt proximus in eũ impingat. Locum habet contra illos, aut illas quæ vel qui dum conantur alios in ruinam perttrahere, ipſimet ruunt. Item qui ſcandalizat alium, mortis ſit reus.

* * *

ADAG. CCCC XXXVII. Qui laqueũ alij ponit, peribit in illo.

IBIDEM.

Qui laqueum alij ponit, peribit in illo.

Ὁ ἰχῶν παγίδα, ἁλώσεται ἐν αὐτῇ.

IDẽ aſſerit. Sic pſ. 9. v. 15. *In laqueo iſto quem abſconderunt, comprehenſus eſt pes eorum.* Quidam libri Græci ἁλεῖται, vt legit noſter, & S. Auguſtinus in Speculo. Porrò ſententiam horum quinque adagiorum ipſemet Siracides verſibus ſequentibus proponit, nempe his verbis ſignificari; *Facienti peſſimum conſiliũ, ſuper ipſum deuoluetur, & nõ agnoſcet vnde adueniat ei*, &c. vbi vox, *facienti*, indicat, non agi de illo qui conſulit, de quo eſt; *Malum conſilium conſultori peſſimum*; ſed de patratore malorum, & Græcè eſt ποιοῦντι πονηρὰ, *facienti mala.* vide Ianſenium.

Auguſt. Sẽſus adagij. Ianſen.

ADAG. CCCC XXXVIII. Lingua tertia.

EX CAP. XXVIII. VERS. XVI.

Lingua tertia.

Γλῶσσα τρίτη.

SIc legẽdum ex libris Vaticanis, non vt Compl. & Regij διὰ, *duplex. Tertia* legit D. Auguſtin. in ſpeculo. & in margine Vaticani addita interpretatio, τρίτη, τετρυπημένη, *perforata.* Neſcio quàm rectè, niſi ſi *perforatam* vocet, quia hinc inde perfluit, & vtrimque defert. ſed τρητὸς hoc ſignificatu artificiũ potiùs & ornatum ſpectat. Differunt lingua duplex, & lingua tertia.

Lingua duplex. Lingua tertia.

omnis

CCCC XXX VIII.

omnis lingua tertia etiam duplex est; sed non omnis duplex est tertia. quid illa significet, fusè dictum adagio, *as bilingue*. Quid hæc sit, non tam obuium. habes hoc loco & vers. 19. significari susurronem: qui inter duos interuenit, & vtrimque deferens ac detrahens iurgia serit. Chaldaismum volunt esse quidam, citant Eliam Germanum, & in prouerbiis Chaldæum pro susurrone solere vertere *linguam tertiam*. fateor me id nondum obseruasse. nam voces Chaldææ nec Leuit. 19. 16. nec Prou. 26. vers. 20. & 22. *tertiam linguam* significant. alia loca nescio. Ideo, cùm Ecclesiasticus Græcè scriptus sit, redeo ad Græcismum. Τρίτη pro τρίτη positum puto, vel τρίσση. Sanè τρίτος Græcis non tantùm dicit ordinem vt τρίτατος, *qui tertio loco est*; sed interdum, vt exponit Scholiastes Thucydidis, qui cum aliis duobus est, seu qui trium est vnus, ὁ μετ' ἄλλων δύο, siue primus sit, siue secundus, siue tertius: sicut cùm res in tres partes diuiditur, tertia dicitur quælibet earum: vnde iocus ambiguus Ciceronis, *emisse Seruiliam tertia deducta*. Quod nec Calepino ignoratum. *Tertius* ait *vltimus siue vnus ex tribus*. hinc enim *Tertiarium* pondus & stannum. Rabanus & Glossa referunt ad hæreticos. nam volunt hæreticam doctrinam significari nomine *linguæ tertiæ*, & sic dici, quia nec veteri, nec nouo testamento concordat. Sic etiam Laodunensis, & Carensis. Melius alij *tertiam* dici, quæ inter duos quasi mediam se inserit, & discordias serit inter illos. Sic Liranus, Dionysius, Ianssenius, & Palacius.

Τρίτος. Τέταρτος. Iocus Ciceronis. Tertius. Rabanus. Laodunensis, Carensis & alij.

Quidam illud B. Isidori lib. 1. sentent. cap. 3. obscurissimè dictum, *Sola enim Trinitas sibi integrè nota est, & humanitas à* CHRISTO *suscepta, qua tertia est in Trinitate persona*; huc referunt: & volunt CHRISTVM dici *tertiam in Trinitate personam*, quia ex tribus personis CHRISTVS solus se medium & mediatorem exhibuit conciliandę paci inter Deum & homines. Probant quia Isaiæ 19. vers. 25. *In die illa erit Israël tertius Ægyptio & Assyrio*. quod accipiunt de CHRISTO redempturo tam Assyrios quàm Ægyptios, & sic mediatore illorum, pacem impetrante vtrisque à Deo. Quàm vereor ne sit audacior æquo, & à verborum sensu, & serie ipsâ prophetiæ alienior hæc interpretatio. Nam DD. Cyrillus, Hieronymus, Procopius, ceteri Patres rectè de populo Israëlitico & de ordine tertio Isaiam acceperunt: & S. Isidorus potuisset quidem Hispanismo vti: quo *terciar* est intercedere, & *tercero* intercessor. Sed tertium illic dicit respectu personarum Trinitatis; & ideo potiùs tertiam personam, ni fallor, vnam de tribus intellexit.

Cyrillus. Hieron. Procop. Isidorus

Suspicor tamen adhuc locum mendosum, & legendum; *& humanitati à* CHRISTO *susceptæ, qui tertia est in Trinitate persona*, vt dicat, ea quæ ad mysterium Sanctæ Trinitatis pertinent, nulli satis plenè perspecta & nota creaturæ, nisi ipsi CHRISTO, qui licèt homo, tertia tamen in Trinitate persona: hoc est, vna ex tribus personis est. Sic *tertiam* vocat etiam lib. 1. aduersus Iudæos c. 4 nam quæ de tertia illis locis disserit Grialius, mihi non satisfaciunt.

Autoris sententia. Grialius.

neta animæ eius augere ac dilatare. nam peccat mortaliter, & pœnam meretur *aternam.*] Eodem tendunt Palacius & Ianſenius. Nimis obſcurè qui vertit, *Ictu clandeſtino vulnus infligit.*

Palacius. Ianſen.

ADAG. CCCC XXXV. Qui foueã fodit, incidet in eam.

IBID. VERS. XXIX.

Qui foueam fodit, incidet in eam.

Ὁ ὀρύσσων βόθρον, ἐμπεσεῖται εἰς αὐτὸν.

VIde Adag. *Incidere in malũ quod alteri pararis.* Exemplũ narrat Euſebius lib. 9. Eccleſ. hiſtor. de Maxentio, qui cùm decipiendi Cõſtantini gratiâ naues dolosè connexas Tiberi impoſuiſſet, & pontibus dolosis inſtrauiſſet, ipſe incautus ruens in pugnam & pontes transiens, diſſolutâ compage, ſubmerſus interiit. ſic ille lib. 9. cap. 9.

Euſebius. Maxentij in Cõſtantinũ fraus in autorẽ redundãs.

ADAG. CCCC XXXVI. Qui ſtatuit lapidem proximo, offendet in eo.

IBIDEM.

Qui ſtatuit lapidem proximo, offendet in eo.

DEeſt Græcis codicibus. ſenſus facilis, quia loquitur de lapide poſito, vt proximus in eũ impingat. Locum habet contra illos, aut illas quæ vel qui dum conantur alios in ruinam pertrahere, ipſimet ruunt. Item qui ſcandalizat alium, mortis ſit reus.

* * *

Senſus adagij.

IBIDEM.

ADAG. CCCC XXXVII. Qui laqueũ alij ponit, peribit in illo.

Qui laqueum alij ponit, peribit in illo.

Ὁ ἰχνῶν παγίδα ἁλώσεται ἐν αὐτῇ.

IDẽ aſſerit. Sic pſ. 9. v. 15. *In laqueo iſto quem abſconderunt, comprehenſus eſt pes eorum.* Quidam libri Græci ἁλεῖται, vt legit noſter, & S. Auguſtinus in Speculo. Porrò ſententiam horum quinque adagiorum ipſemet Siracides verſibus ſequentibus proponit, nempe his verbis ſignificari; *Facienti peſſimum conſiliũ, ſuper ipſum deuoluetur, & nõ agnoſcet vnde aduenerit ei*, &c. vbi vox, *facienti*, indicat, non agi de illo qui conſulit, de quo eſt; *Malum conſilium conſultori peſſimum*; ſed de patratore malorum, & Græcè eſt ποιοῦντι πονηρὰ, *facienti mala.* vide Ianſenium.

Auguſt.

Sẽſus adagij.

Ianſen.

ADAG. CCCC XXXVIII. Lingua tertia.

EX CAP. XXVIII. VERS. XVI.

Lingua tertia.

Γλῶσσα τρίτη.

SIc legẽdum ex libris Vaticanis, non vt Compl. & Regij δίστη, *duplex. Tertia* legit D. Auguſtin. in ſpeculo. & in margine Vaticani addita interpretatio, τρίτη, τετρυπημένη, *perforata.* Neſcio quàm rectè, niſi ſi *perforatam* vocet, quia hinc inde perfluit, & vtrimque defert. ſed τριτὸς hoc ſignificatu artificiũ potiùs & ornatum ſpectat. Differunt lingua duplex, & lingua tertia.

Lingua duplex.

Lingua tertia.

omnis

CCCC XXX VIII.

omnis lingua tertia etiam duplex est; sed non omnis duplex est tertia. quid illa significet, fusè dictum adagio, *os bilingue*. Quid hæc sit, non tam obuium. habes hoc loco & vers. 19. significari susurronem: qui inter duos interuenit, & vtrimque deferens ac detrahens iurgia serit. Chaldaismum volunt esse quidam, citant Eliam Germanum, & in prouerbiis Chaldæum pro susurrone solere vertere *linguam tertiam*. fateor me id nondum obseruasse. nam voces Chaldææ nec Leuit. 19. 16. nec Prou. 26. vers. 20. & 22. *tertiam linguam* significant. alia loca nescio. Ideo, cùm Ecclesiasticus Græcè scriptus sit, redeo ad Græcismum. Τρίτη pro τρίτη positum puto, vel τρίσση. Sanè τρίτος Græcis non tantùm dicit ordinem vt τρίτατος, *qui tertio loco est*; sed interdum, vt exponit Scholiastes Thucydidis, qui cum aliis duobus est, seu qui trium est vnus, ὁ μετ' ἄλλων δύο, siue primus sit, siue secundus, siue tertius: sicut cùm res in tres partes diuiditur, tertia dicitur quælibet earum: vnde iocus ambiguus Ciceronis, *emisse Seruiliam tertia deducta*. Quod nec Calepino ignoratum. *Tertius* ait *vltimus siue vnus ex tribus*. hinc enim *Tertiarium* pondus & stannum. Rabanus & Glossa referunt ad hæreticos. nam volunt hæreticam doctrinam significari nomine *linguæ tertiæ*, & sic dici, quia nec veteri, nec nouo testamento concordat. Sic etiam Laodunensis, & Carensis. Meliùs alij *tertiam* dici, quæ inter duos quasi mediam se inserit, & discordias serit inter illos. Sic Liranus, Dionysius, Iansenius, & Palacius.

Τρίτος. Τρίτατος. Iocus Ciceronis. Tertius. Raban. Laodunensis, Carensis & alij.

Quidam illud B. Isidori lib. 1. sentent. cap. 3. obscurissimè dictum; *Sola enim Trinitas sibi integrè nota est, & humanitas à* CHRISTO *suscepta, qua tertia est in Trinitate persona*; huc referunt: & volunt CHRISTVM dici *tertiam in Trinitate personam*, quia ex tribus personis CHRISTVS solus se medium & mediatorem exhibuit conciliandę paci inter Deum & homines. Probant quia Isaiæ 19. vers. 25. *In die illa erit Israël tertius Ægyptio & Assyrio*. quod accipiunt de CHRISTO redempturo tam Assyrios quàm Ægyptios, & sic mediatore illorum, pacem impetrante vtrisque à Deo. Quàm veteor ne sit audacior æquo, & à verborum sensu, & serie ipsâ prophetiæ alienior hæc interpretatio. Nam DD. Cyrillus, Hieronymus, Procopius, ceteri Patres rectè de populo Israëlitico & de ordine tertio Isaiam acceperunt: & S. Isidorus potuisset quidem Hispanismo vti: quo *terçiar* est intercedere, & *terçero* intercessor. Sed tertium illic dicit respectu personarum Trinitatis; & ideo potiùs tertiam personam, ni fallor, vnam de tribus intellexit.

Cyrillus. Hieron. Procop. Isidorus

Suspicor tamen adhuc locum mendosum, & legendum; *& humanitati à* CHRISTO *susceptæ, qui tertia est in Trinitate persona*, vt dicat, ea quæ ad mysterium Sanctæ Trinitatis pertinent, nulli satis plenè perspecta & nota creaturæ, nisi ipsi CHRISTO, qui licèt homo, tertia tamen in Trinitate persona: hoc est, vna ex tribus personis est. Sic *tertiam* vocat etiam lib. 1. aduersus Iudæos c. 4 nam quæ de tertia illis locis disserit Grialius, mihi non satisfaciunt.

Autoris sententia. Grialius.

ADAG. CCCC XXXIX. Sepi aures tuas spinis.

EX EODEM CAP. VERS. XXVIII.

Sepi aures tuas spinis.

Ἰδὲ περίφραξον τὸ κτῆμά σου ἀκάνθαις.
Ecce circumualla possessionem tuam spinis.

MAximi fecit noster interpres, & meritò, hanc adagialem γνώμην, quam adeò accuratè voluit explicatam. nam primò aduertit de oris peccatis agi, quæ contagionem diffundunt in eruditorum animos per aurium meatus. ideò quæ sit ista possessio indicauit, nempe aurium. Deinde etiam addidit de suo (nisi legerit, vt puto) causam præcepti, quæ saltem hodie in Græco non habetur, scilicet; *& linguam nequam noli audire.* tamen legit auctor epist. ad Demetriadem de Virginitate: & ipse Hieronymus epistola ad Celantiam de ratione piè viuendi, quæ tamen à quibusdam B. Paulino Nolano Episcopo adscribitur: sed non legit D. Ambrosius lib. 1. de offic. cap. 3. Horum verba, quia locum explicant, adscribere visum. S. Ambrosius ita scribit, consentaneè textui Græco; Ambros.

[*Et cui* nisi vnicuique nostrum scriptum est: *Sepi possessionem tuam spinis, & aurum & argentum tuum alliga, & ori tuo fac ostium, & vectem, & verbis tuis iugum & stateram? Possessio* tua mens tua est: *aurum* tuum cor tuum est: *argentum* tuum eloquium tuum est. *Eloquia Domini, eloquia casta, argentum igne examinatum.* Bona etiam possessio, mens bona: denique possessio preciosa, homo mundus. *Sepi* ergo hanc *possessionem* & circumuallato cogitationibus, munito *spinis* sollicitudinum, ne in eam irruant, & captiuam ducant irrationabiles corporis passiones, ne incursent motus graues, ne diripiat vindemiam eius transeuntes viam. Custodi interiorem hominem tuum. Noli illum quasi vilem negligere ac fastidire, quia preciosa possessio est. Et meritò preciosa, cuius fructus, non caducus & temporalis, sed stabilis atque æternæ salutis est. Cole ergo possessionem tuam vt sint *tibi agri.*] sumpta metaphorâ ab agricolatione; quia vt feræ furésque excludantur ab hortis aut agris, circumuallant septis, seminibus etiam iactis iniiciunt ramusculos spinosos, vt volucres seminiuoræ procul arceantur. CCCC XXX IX. Metap.

D. Hilarius in Psalm. 40. legit *possessionem*, vt Ambros. in offic. Sed idem Ambros. in psal. 118. serm. 22. legit vt noster; *Sepis* aures tuas spinis, vtinam & linguam spinis obsepias, ne loquaris quæ sæculi sunt. Et postea: Quibus tamen spinis sepias aures tuas, vt scriptura tibi dicit, nisi contrito corde & timore iudicij? Salubriter ista compungunt, stimulant ista, non vulnerant, licèt & vulnera vitia sint *amici.*] D. Hilar. D. Hieron.

D. Hieronymus consentaneè nostro textui explicat, grauissimè nos admonens non præbere detractoribus auditionem, d. epist. ad Celantiam sic scribit:

[*Tu verò* hoc malum ita effuge vt non modò non detrahas, sed ne alij quidem detrahenti aliquando credas. Nec obtrectatoribus auctoritatem de consensu tribuas: ne eorum vitium nutrias annuendo. *Noli* (inquit Scriptura) *consentaneus esse*

CCCC XXXIX. *esse cum derogantibus aduersùs proximum tuum, & non accipies super illum peccatum.* Et alibi, *sepi aures tuas spinis, & noli audire linguam nequam.* Vnde & beatus Dauid diuersas innocentiæ iustitiæque species dinumerans, de hac quoque virtute non tacuit, dicendo: *& opprobrium non* Psal.14. *accepit aduersùs proximos suos.* Propterea quod ipse non solùm aduersatur, sed etiam persequitur detrahétem. Ait enim: *Detrahentem secretò* Psal.100. *proximo suo, hunc persequebar.* Est sanè tale hoc vitium quod vel imprimis exstingui debeat, & ab eis qui se sanctè instituere volunt, prorsus excludi. Nihil enim tam inquietat animum, nihil est quod ita mobilem mentem ac leuem faciat, quàm facilè totum credere, & detractorũ verba temerario mentis assensu sequi. Hinc enim crebrę dissensiones, hinc odia iniusta nascuntur. Hoc est, quod sæpe de amicissimis inimicos facit: dum concordes quidem, sed credulas animas, maliloqua lingua dissociat. At contrà magna quies animi, magnáq; est morum grauitas, non temerè de quoquam sinistri quid audire. Beatúsque est qui ita se contra hoc vitium armauit, vt apud eum detrahere nemo audeat. Quòd si hæc in nobis esset diligentia ne passim obtrectatoribus crederemus, iam omnes detrahere timerent, ne non tam alios, quàm seipsos viles detrahendo facerent. Sed hoc ideo malum celebre est, idcirco in multis feruet hoc vitium, quia penè ab omnibus libenter *auditur.*] nihil verius; nihílque vtilius dici potuit.

Iulianus Capuanus. Auctor epist. illius de Virginitate, siue Iulianus Capuanus, siue Pelagius ipse idem affirmat his verbis; [*Non* minùs auribus, quàm lingua fugias detractionem. Scripturæ memor esto, quæ dicit: *Non eris consentaneus derogantibus aduersùs proximum tuum, & non accipies super illo peccatum.* Et alibi: *sepi aures tuas spinis, & noli audire linguam nequam.* Accusator est enim, auditor qui facit detractorem: qui si auertat aures, & vultum contrahat, ac oculos abnuendo contineat: malè loquentem tacens arguit, vt discat nõ libenter dicere, quod didicerit non libenter *audiri.*]

Sed & D. Cyprianus ita legerat epist. 55. ad Cornelium, fine, [*Per* Salomonem loquitur Spiritus sanctus: *Peruersus* (inquit) *in ore suo portat perditionem, & in labiis suis ignem* Prou.17. *condit.* Item denuo monet dicens: *sepi aures tuas spinis, & noli audire linguam nequam.* Et iterum: *Malus obaudit linguæ iniquorum: iustus autem non intendit labiis mendacibus.* Idem confirmat epist. 79. ad Florentium, quæ est de obtrectatoribus, & in epist. seu libro de vnitate Catholica, & lib. 3. testim. ad Quirin. cap. 95. vt videas melioribus codicibus Græcis vsum interpretem, quàm qui hodie habentur. Cyprianus

Possumus *spinas* interpretari, aculeos timoris Dei, & acrium reprehensionum, & memoriæ spinarum coronæ CHRISTI, iuxta Carensem, qui extendit ad adulatoria verba, vanas cantilenas, scurrilitates & similia; potissimùm habet locum in hæreticorum sermonibus. Auctoris interpretatio.

ADAG. CCCC XL. Ori facito ostia & seras verbis tuis facias stateram & frenos.

EX EODEM CAP. VER. XXIX.

Ori tuo facito ostia & seras. Aurum tuum & argentum tuum confla:
Et verbis tuis facias stateram, & frenos ori tuo rectos.

Sensus adagij.

DOcemur, imperium oris habere, vt cùm decet loquamur, & quando decebit, taceamus. Idem enim docemur ostiis quod statera; & frenis quod seris. Nisi quòd statera præterea docet, omnia moderatè & pensiculatè nos eloqui. Græcè diuersimodè leguntur ista, nam in Vaticanis libris deficit prius adagium, quod in aliis codicibus ita exprimitur;

καὶ τῷ στόματί σε ποίησον ζυγὰ καὶ μοχλούς.

Posterius sic;

τὸ ἀργύριόν σε καὶ τὸ χρυσίον κατάδυσον.
καὶ τοῖς λόγοις σὲ ποίησον ζυγὸν καὶ σταθμὸν.
καὶ τῷ στόματί σε ποίησον ζυγὸν καὶ μοχλόν.

Argentum tuum & aurum tuum alliga: & verbis tuis fac iugum & stateram, & ori tuo fac ostium & vectem.

Conueniunt alij libri in quibus de ostio, & vecte bis repetitur, & pro *iugo* & *stateră*, vox vnica est ζυγόσταθμον, quod dumtaxat significat *stateram*. Noster etiam legit adhuc aliter. Tanta semper in Græcis libris dissensio fuit. S. Hilarius ad psalm. 140. hæc adagia tractat, & videtur partim nostram confirmare, partim Vaticanam lectionem, locus est ad illud; *Pone Domine custodiam ori meo; & ostium circunstantiæ labiis meis.* S. Hilari.

[*Non* leuem (ait) custodiam ori orat apponi, *ostium* scilicet *circunstantiæ*: vt custodia illa non obseruatio sit aliqua, sed clausstrum. Periculosus enim linguæ & promptissimus lapsus est, & ex ea maledictum, periurium, mendacium, obtrectatio motu facili, & aditu patenti efferuntur. Oremus ergo nobis *ostium circumstantiæ*. In eo enim libro, qui nobiscum Salomonis inscribitur, apud Græcos autem atque Hæbræos, Sapientia Sirac hatur, ita monemur: *Ecce circumualla possessionem tuam spinis, argentum & aurum tuum constitue, & ori tuo fac ostium & seram, & verbis tuis iugum & mensuram.* Ostium & seram ori iussit apponi, ne esset facilis egressus. Iisdem autem verbis iugum mensurámque constituit, vt rationis iugo subdita, liberatâ per mensuram moderatione *penderent.*] Lingua lapsus periculosus.

S. Ambrosius serm. 22. in psalm. 118. etiam legit diuisum, vt Vaticanus habet, sed pro *statera* posuit *pondus*, sic citans: *argentum & aurum tuum alliga, & ori tuo fac iugum & pondus.* Alliga sensum tuum fide, taciturnitate alliga sermones tuos: impone iugum ori tuo, ne indomita ceruice verborum se iactet. Impone pondus, vt cauto omnia trutinemus *examine.*] Sed pleniùs citat locum d. cap. 3. lib. 1. de Offic. vt Hilarius, nempe vt citaui §. 439. & subiicit; S. Ambri.

[*Alliga* sermonem tuum, ne luxuriet, ne lasciuiat, & multiloquio peccata sibi colligat. Sit restrictior & ripis suis coërceatur. Citò lutum colligit amnis exundans. Alliga sensum tuum, ne sit remissus ac defluus, ne dicatur de te: *Non est malagma ponere, neque oleum, neque* Hai.

CCCC XLI. *alligaturâ.* Habet suas habenas mẽtis sobrietas, quibus regitur & gubernatur. Sit ori tuo *ostium*, vt claudatur vbi oportet, & obseretur diligentiùs, ne quis in iracundiam excitet vocem tuam, & contumeliam rependas contumelię. *Iugum* sit verbis tuis & *statera*, hoc est, humilitas atque mensura, vt lingua tua menti subdita sit. Restringatur habenæ vinculis, *frenos* habeat suos quibus reuocari possit. Ad mensuram sermones proferat, libra examinatos iustitiæ: vt sit grauitas in sensu, in sermone *pondus*, atque in verbis *modus*.] Hæc etiam accommodatè ad nostram versionem, quoad frenos: videtur Ambrosium imitatus B. Gregorius explicatione 4. psalmi pœnitentialis.

Verbotenùs.

[*Debemus* enim (ait) os nostrum claudere, & diligentiùs obserare, ne quis in iracundiam excitet vocẽ nostram, & contumeliam rependamus contumeliæ. *Iugum* enim in verbis nostris esse & statera præcipitur, vt omne quod loquimur & humilitate condiatur, & mensurâ ponderetur. Proferamus ergo sermones examinatos librâ iustitiæ, vt sit grauitas in sensu, modus in verbis, pondus in sermone. Nec priùs loquendo os operiamus, quàm expediat, sed examinemus verba nostra; si tacendum hoc, si dicendum aduersus hunc, si tempus sit sermonis huius, postremò si à virtute modestiæ non dissentiat. Nihil indecens, nihil inhonestum, nihil inuidum sonans *erumpat*.]

Locus Numer. 19.

Satis hæc planè: nec alienum quod mysticè Nu. 19. *Vas quod non habet operculum, nec ligaturã desuper, immundũ erit.* De multiloquis Græci dicunt, ἀθύρωλον στόμα: *os sine ostio.* *De frenis* benè Carensis, præcipi rectum moderamen consilij, modestiæ, & abstinentiæ, contra adulationem, detractionem, maledictum, præcipitationem, & *gastrimargiam.* Iob. 30. b. *Posuit frenum ori meo.* Vbi Gregorius. *Boni viri freno consilij refrenant præcipitationem verbi.*] Sequor denique Iansenium, & illud, *& verbis tuis*, &c. accipio q. d. Idcirco *confla*, vt inde verbis tuis facias stateram, &c.

Os sine ostio. Carensis.

Gregor. Authoris sententia. Iansenius.

EX CAP. XXIX. VER. XXVIII.

ADAC CCCC XLII. Initium vitæ hominis.

Initium vitæ hominis aqua & panis, & vestimentum & domus protegens turpitudinem.

Ἀρχὴ βίου ἀνθρώπου ὕδωρ καὶ ἄρτος, καὶ ἱμάτιον, καὶ οἶκος κρύπτων ἀσχημοσύνην.

NOstet *initium* solet more Græcæ vocis ἀρχὴ pro eo quod præcipuum est & potissimum vsurpare, sic vsurpat *initia prædarum*, 1. Reg. 15. 12. & posset capi, *initium sapientiæ timor Domini*, psal. 110. 10. & Eccles. 1. 16. *& initium saporis habet fructus eius.* cap. 11. 10. & hoc loco, & vbi hæc sententia reperitur infer. cap. 39. 31. Docemur, naturam modicis contentam esse, nec quærenda superflua. Claudianus:

Sensus adagij.

Viuitur exiguo melius. natura beatis
Omnibus esse dedit, si quis cognouerit vti.

Breuissimè Apostolus 6. Tim. 6. v. 8. *Habentes victum & amictum, his contenti simus.* Sub amictu, domum, sub victu, aquam & panem comprehendit: vt noster sub aqua & pane, omnem

omnem potum & cibum. Ideo inanis est obiectio quorumdam, lacte & pomis priùs homines vsos; nec melior solutio, ad adultos post peccatum restringens. Profecta hæc omnia ex Hebraismi ignorantiâ. Huic parœmiæ similia multa circumferuntur etiam apud profanos, quibus luxus & auaritia Christianorum condemnatur. Lucanus,

Lucanus.

. . . . *satis est populis fluuiúsque Cerésque*

Seneca epist. 25. *Panem & aquam natura desiderat: nemo ad hæc pauper est: intra quæ quisque desiderium suum clausit, cum ipso Ioue de felicitate contendat, vt ait Epicurus.*] intellectum id Epicuro, & neglectum nobis? si Christiani primi Essæi in Ægypto, etiam primitiæ nostræ id censuerunt. Nam Philo in libro quem pro Iudæis scripsit, postquam solos hominum vera libertate frui dixit, τὴν ἀψευδῆ μόνην ὄντως ἐλευθερίαν κεκτῆσθαι, subdit eos paucissimis egere, cùm omnem corporis & animi luxum detestentur. & lib. quo probat omnem probum liberum esse, clariùs, μόνοι γὰρ ἐξ ἁπάντων χειρὸν ἀνδρώπων ἀχρήματοι αὐτοὶ γεγονότες, ἐπιτηδεύσαι τὸ πλεῖον ἢ ἐνδεᾶ εὐτυχίας, πλουσιώτατοι νομίζονται, τῶν ἐλαχίστων καὶ εὐκολίαν ἀπέρ ἔστι, κέκτηνται πλουσίαν. *Hi enim soli ferè omnium hominũ sine pecuniis & sine possessionibus degentes, & propter vitæ institutum diuiores quàm ob rerum copiam, frugalitatem, & paucis viuendi facilitatem, vti est, abundantiã indicantes.*] Exstant hodie apud Philonem, & referuntur ab Eusebio lib. 7. præparat. Euangel. Sed & Chrysippus Stoicus vehementer commendabat quosdã Euripidis de frugalitate naturæ, & hominum prauo luxu versus, quos non iisdem planè citant verbis, sensu tamen non alio, Gellius lib. 7. capite 16. & Athenæus lib. 4. Gellius sic:

Seneca.

Epicurus.

Essæi.

Philo.

Vera libertate qui frui dicantur.

Eusebius. Chrysippus Stoicus.

Gellius. Athen. Euripidis versus.

ἐωθὲν δεῖ βροτοῖσι πλοῦν λυεῖν μόνον,
Δημήτερ' ἀκτῆς, σώματος θ' ὑδροχόον,
ἄτινα πάρεστι, καὶ πέφυκ' ἡμᾶς τρέφειν;
ἢν δ' οὐκ ἀκαρπεῖ πλησμονῇ, τρυφῇ δέ τοι
ἄλλων ἰδιτέων μηχαιᾶς θηρώμεθα.

Primo hemistichio caret Athenæus: cetera melius, Δήμητερ, & ὑδρυχόον: in tertio ἄστιν πάρεστι: in quarto, ἀναρκεῖ πλησμονῆς τρυφῇ γε τοι: in quinto διώρυμεν.

Nam quid mortalibus sit vsus præter duo hæc
Cereris munus, & poculum aquæ profluæ,
Quæ vbique præsto sunt, & naturaliter nos possunt alere?
Horum nobis satis non est satietas: præ luxu verò nobis
Aliorum eduliorum artificia venamur.

apud eumdem Capaneus,

τ' ἀρκεῖν ἐπαινῶ. ὁ γὰρ ὢν γαστρὸς βορᾷ
τὸ χρηστὸν οὐκ ἔναι, μετρία δ' ἐξαρκεῖν ἔφυ.

Quod satis sit laudans. non enim in ventris ingluuie
Vtile quod esset censebat: sed mediocria sufficere dicebat.

& alius alibi: *sibi sufficere ait frugalis mensa modica cibaria, quibus vita indiget: quicquid verò immodicum & intempestiuum, id se non admittere.*

ἄρκει μέτρια δαίσασθαι σώφρονος τραπέζης,
τὸ δ' ἄκαιρον ἅπαν ὑπερβάλλον τὰ μὴ σῴσαμαι.

Non vt edas vinere, sed vt viuas edere.

Verus cibi modus, non vt edas vinere, sed vt viuas edere. Ideo Socrates hoc se ab aliis differre dicti

CCCC XLII. Non vt edas viuere, sed vt viuas, edere. Socratis dictum. Pythagoreorũ sententia. Autoris interpretatio.

dictitabat, καθόσον εἰ μὲν ζῶσιν ἵν' ἐδίοσιν, *quòd illi viuerent cibi sumendi gratiâ*, ipse verò è contrà ἐδίη ἵνα ζῇ, *cibum sumeret vt viueret*. Pythagoreorum eadem sententia fuit, vt docet idem Athenæus suprà, & Ouidius libro 15. Metamorphoseos.

Restat in nostro Siracidà, quid vocet *domum* quæ *turpitudinem* protegat? non obscurum iis, qui sciunt apud Hebræos turpitudinis voce significata membra inhonestiora: quibúsque ad egestionem naturæ partim necessariam, partim connubialem, homines vtuntur: itaque hos actus nunc significat: ad quæ honestas quærit latibula. simul indicat habitationi quamuis humiles domos, tesqua, cauernas sufficere.

ADAG. CCCC XLIII. Appositiones epularum circũpositæ sepulcro.

EX CAP. XXX. VER. XVIII.

Appositiones epularum circumpositæ sepulcro.

Θύματα βρωμάτων παρακείμενα ἐπὶ τάφῳ.

Sensus adagij.

CVm dicat his similes esse copias, seu *bona abscondita in ore clauso*, vt noster legit, ἀγαθὰ κεκλεισμένα ἐπὶ στόματι κεκλεισμένῳ; pro quo Vaticanus, ἐκκεχυμένα, *effusa*, eodem sensu, indicat sensum adagij esse; operam ludere qui beneficium confert in nescientem eo vti; veluti si quis ori clauso cibum offerat, vel sepulcro epulas apponat: nam & prius membrum adagialis saliuæ est. *Os clausum* vocat adeò debilis & infirmi, vt ne aperire quidem possè videatur. Hoc sensu dicunt vulgò Hispani, *Dáme auas, quando no puedo masçallas.* Strabus adagium dicit esse *contra eos, qui talentum verbi abscondunt, quorum scientia est inutilis viuentibus* (sic corrige, pro virtutibus) *sicut epula mortuis & thesaurus.*] sequitur Liranus, sed benè notat alludi ad morem Gentilum, de quo more plura in hunc modum eruditè Cardinal. Hugo.

Strabus.

Liranus.

[*Tangit* morem antiquorum, qui olim sepulcris epulas apponebant, credentes quòd mortui inde comederent & meliùs haberent. Quod erat error, sicut de Bel, de quo dicitur Daniel. 14. *Nónne magnus Deus Bel, qui tanta comedit?* Et ita innuit author, quòd sicut illi peccant, qui sepulcris epulas apponunt: ita peccant, qui scientiam clausam tenent. Vnde Prouerb. 11. *qui abscindit frumenta in tempore famis, maledicetur in populis.*] eadem interpretatio placuit Carthusiano. Sed agi potiùs de ipso infirmo qui nequeat vti cibis vel delicatissimis & rarissimis (qui solent diligenter recludi) rectè obseruatum à Iansenio.

Iansen.

Quæstionem mouet Hugo an peccatum sit, cibos ad sepulturas proferre, vt videmus multis locis fieri. Respondet, peccatum esse offerre cum opinione illâ veterum, mortuos vesci aut delectari his cibis: meritorium verò, offerre vt cedant in eleemosynam pauperum, & eorum qui pro mortuis oraturi. probat ex Tobiæ 4. vers. 17. *Panem tuum & vinum tuum super sepulchrum iusti constitue, & noli ex eo manducare & bibere cum peccatoribus.* Solutio vera est: quam, vt & morem, tam fidelium quàm infidelium, adeò plene & eruditè noster Serarius probauit, commentario in Tobiam d. cap. 4. ad septimũ Tobiæ præceptũ, vt otiosum sit

Quæstio Hugo.

An peccatum cibos ad sepulturas offerre.

Serarius.

eadem hîc repetere. Lector adeat, & non pigebit adisse.

EX EOD. CAP. VER. XXI.

ADAG. CCCC XLIV. Spado cõplectens virginem, & suspirans.

Spado complectens virginem, & suspirans.

Εὐνοῦχος περιλαμβάνων παρθένον καὶ στενάζων.

Vsus adagij. VSus idem qui superioris, iuxta illud,

Quò mihi diuitiæ, si non conceditur vti?

Sic Salomon Eccles. 6. 1. *Est & aliud malum, quod vidi sub sole, & quidem frequens apud homines; vir cui dedit Deus diuitias, substantiam & honorem, & nihil deest animæ suæ ex omnibus quæ desiderat; nec tribuit ei Deus potestatem vt comedat ex eo.*]

Homerus. Tantali fabula. Hoc indicat Tantali apud Homerum 11. Odyss. fabula, quam optimè expressit noster Seneca in Thyeste.

Stat lusus vacuo gutture Tantalus:
Impendet capiti plurima noxio
Phineis anibus præda fugacior.
Hinc illinc granibus frondibus incubat
Incuruata suis fœtibus ac tremens
Alludit patulis arbor hiatibus.
Nec, quæmuis auidus, nec patiens mora,
Deceptus toties tangere negligit,
Obliquáque oculos, oráque comprimit,
Inelusisque famem dentibus alligat:
Sed tunc diuitias omne nemus suas
Demittit propius, pomáque desuper
Insultant foliis mitia languidis.
Accendúntque famem; quæ iubet irritas
Exercere manus: hau vbi protulit,
Et falli libuit; totus in arduum
Autumnus rapitur, siluaq; mobilis.
Instat deinde sitis non leuior fame;
Qua cũ percaluit sanguis, & igneis
Exarsit facibus: stat miser obuios
Fluctus ore petens: quos profugus latex
Auertit, sterili deficiens vado,
Conantémque sequi deserit: hic bibit
Alium de rapido gurgite puluerem.

Sicut iste Pelopis pater Spadonũ concupiscentia.
Quærit aquas in aquis, & poma fugacia captat;

Sic spado frustrà laborat in virgine; & quod ardet summopere, nequit patrare. Notum illud Pythiæ in comœdiâ, de spadonibus;

Vt pol ego amatores audieram mulierum esse maximos:
Sed nihil potesse . . . . . ob id

complexu virginis non tam voluptatem percipiunt, quàm dolorem, suspirium & gemitum, ex desiderij accensi propter naturæ impotentiam frustratione. Sanè ardentiùs eos concupiscere D. Chrysostomus quoque tradidit hom. 63. in Matthæ. sub medium. Dominus Iansenius exemplum aliud hic addit: quo censet locum pulchrè declarari:

D. Chrysostomus. Iansen.

(*Narratur* (inquiens) de quodam φιλοδόνῳ, cuius studium in vita fuerat, vt ventrem cibo potúque exquisitissimo expleret: quòd, cùm tandem eo morbo fuit correptus, vt nec stomachus quicquam admitteret, nec fauces transmittere possent; ita affectus ac præpeditus iusserit delicatissimum cibum vinúmque sibi adferri: quæ in mensâ, aut in lecto cum maximis desideriis suspiriisque molestissimis intuebatur, atque ita languens contabescénsque *mortuus est.*]

Exempla eorũ, qui quæ in vita nimis amarunt, etiam mortẽs tuentur volunt.

Noui quendam virum nobilem & dignitate conspicuum, lusorem totâ vitâ, ad extremum vsque spiritum iussisse chartas lusorias adferri, vt

CCCC XLIV. vt cùm ipse iam nequiret, alios ludentes adspiceret. Vah! quanta consuetudinis malæ & quàm dura tyrannis!

Strabus. Adagij explicatio. Liranus. Strabus accõmodat adagium adoratori idoli, à quo cultor nequit adiuuari. Liranus, defossori spiritualis talenti: Carensis, improbo prælato, Ecclesiam vel prælatiam duobus brachiis ambitionis & cupiditatis complectenti, & adspiranti ad maiorem dignitatem, vel opes ampliores, & ingemiscenti verbotenus, dicendo se dolere de strage animarum; nec tamen resignante quod indignè occupauit; nec remedium adhibente animabus quæ pereunt; nec alias CHRISTO gignente. cùm sciat Deutero. 23. scriptum; Locus Deuter. *Non intrabit eunuchus attritis, vel amputatis testiculis, & abscisso veretro Ecclesiam Domini.* [*Atteruntur* prælato testiculi, (ait) id est, verbum & exemplum, quibus generare debet, per ignorantiam; amputantur per malam vitam: abscinditur veretrum per *infamiam.*] Sic Cardinalis Hugo de Caro. Hugo de Caro.

ADAG. CCCC XLV. Lignum offensionis est aurum sacrificantium.

EX CAPITE XXXI. VERS. VII.

Lignum offensionis est aurum sacrificantium.

Ξύλον προσκόμματός ἐστι τοῖς θυσιάσθσιν αὐτῷ.
Lignum offensionis est sacrificantibus ipsi. s. auro.

VIdes vt Græca nubem tollant, quam Latina versio genitiuo casu, *sacrificantium*, obduxerat. Meo verò iudicio locum totum multis explicuit Paulus de Palacio, secutus ex parte Iansenium. Illius verba adscribam, quia nequeo prolixius dicere. Sensus: Paulus de Palacio.

[*Aurum* est lignum offensionis his qui ei sacrificant, & velut Deum venerantur. *Lignum offensionis* potest referri ad lignum super quo erat æneus serpens, quod, vt aspicientibus erat salutis occasio, ita & aurum occasio mortis. Credo tamen referri ad ligna ex quibus idola fiebant, de quibus multa Sap. 3, & Isai. 44. Vt ergo illa ligna erant offensionis causa adorantibus ea, ita & aurum. Quæris, quid sacrificet auaritia auro? planè cogitationes suas, affectus suos, opetas suas omnes. ideo auaritiam Paulus vocat *idolorum seruitutem*: Coloss. 3. 5.] Iuxta ipsum ergo sensus est, aurum est auaris pro idolo, & proinde, *lignum offensionis*; hoc est, in quod impingant & corruant sicut idololatræ in ligneis suis Diis. B. Petrus in 1. Can. 2. vsurpat *lapidem offensionis & petram scandali*, hoc est, occasionem ruendi in peccatum. Sic aurum natura bonum & vtile, causa est multis incidendi in animæ mortem, ita Liranus; qui & ipse cum Rabano, Strabo, Carensi, ac Dionysio, exponit *lignum offensionis*, de ligno scientiæ boni & mali, Genes. 2. quo protoplasti sperabant se similes Deo futuros. Gen. 3. Sensus adagij. Liranus, & alij.

Strabus. Allegoria Strabus ait, allegoricè posse accipi de doctrinâ hæreticorum, quæ splendore eloquentiæ nitet, & curiosos seducit. Carensis ad Sacerdotum opes videtur restringere: sed sermo etiam de laicis est. Carensis.

ADAG. CCCC LXVI. Ante grandinem præibit coruscatio.

EX CAPITE XXXII. VER. XIV.

Ante grandinem præibit coruscatio.

HOc ait (Lirano teste) frequenter accidit; vt cum tonitruo cadat grando, tonitruum verò semper coruscatio præcedat. confirmat Græca lectio; πρὸ βροντῆς καταῤῥάπτει ἀστραπή. *ante tonitruum festinat coruscatio*, siue *fulgur*. ideo quidā vertit, *vt fulgur præcedit tonitru*; & Iansenius mallet *tonitru* verti, quàm grandinem. Si Physiologiam dumtaxat attendas, constat, sacram Scripturam loqui iuxta id quod oculis nostris apparet: priùs enim cernimus coruscationem siue fulgur, quàm audiamus tonitru: re vera tamen & naturali ordine ipsum tonitru, quod est nubis collisio & ruptura, prius est fulmine, vt cum Aristotele lib. 2. & 3. Meteor. nō Stoicus tantùm Seneca lib. 2. nat. quæstionum; sed & Lucretius Epicureus docuit,

Iansenius

Arist. Seneca.

Lucretius

> .... *Tonitrum post fit vt auribus accipiamus,*
> *Fulmina quàm cernant oculi, quia semper ad aures*
> *Tardius aduenient, quàm visum quæ moueant res.*

dixi de hac re commentar. in Senecæ Herculem Oetæū vers. 326. Hoc si de *tonitru* capias secundùm Græcos. Nam si de *grandine* propriè dictà cum nostro, reipsa grādo sæpiùs subsequitur coruscationem.

Verùm quæritur, quid indicetur adagio? ex sequenti colligendum constat; est enim perinde ac si dicat: sicut ante grandinem præibit coruscatio; sic ante verecundiam præibit gratia. Palacius qui cum Iansenio legit, *ante tonitruum*: exponit, verecundiam maximè iuuenes decere, & sicut ante tonitruum sentitur coruscatio, licèt reuerà prius sit tonitruum quàm coruscatio: ita licèt reuerà prior sit verecundia quàm gratia, adeò tamen placet verecundia, vt oculis nostris præcedere videatur gratia verecūdiam, & præire, non sequi: & ideo pro reuerentia quam quis senibus exhibuerit, accessuram ei bonam gratiam. gratiosus enim videbitur & habebitur. Sed hæc interpretatio non conuenit nostræ lectioni de *grandine*; quam tuentur Rabanus, Strabus, Galfridus, Carens. Liranus, Richelius & Benedictus, & continent biblia Parisiens. Louan. Complutens. Regia, & Romana; & quinque manuscripti veteres bibliothecæ nostræ Salmantinæ. Nec vllum vidi impressum Latinum in quo haberetur *tonitruum*; nisi apud Clarium & Vatabl. qui ex Græco hoc reposuerunt.

Sensus adagij.

Rabanus, & alij. Paginus

Noster vsus aliis exemplaribus Græcis, in quibus χαλάζη, quod fortassis aliqui volentes corrigere Siracidem βροντῆς reposuerunt: non attendentes, quod prudenter Galfridus monuit, [*Attendendam* hìc nobis qualitatem prouinciæ, in qua scripsit; & in qua potissimùm coruscationes & tonitrua grando sequitur: sicut legimus signum fore de cœlo æstiuo tempore mugire *tonitrua*.] sic ille.

Galfridus

Notat Iansenius illud *ante verecundiam præibit*, sic intelligēdum, indiuiduas esse comites, & semper gratiam præsentem esse pudori atque verecundiæ, ita vt vbicūque sit verecundia, statim gratiam de se diffundat. Sicut in Ps. 88. v. 16. de Deo dicitur; *Misericordia & veritas præcedunt faciem tuā*, quia Dei sunt inseparabiles

Iansenius.

CCCC XLVI. rabiles antecambulones, & semper in omnibus Dei operibus relucent & manifestantur.

Cõparatio in eo posita, quòd sicut grando, sic etiam verecundia videtur res esse metuenda, saltem coniuncta cum timore: contrà coruscatio, lucem & lætitiam adferens in tenebris, est similis gratiæ, quæ hominem exhilarat & animo caliginem absterget. Sic ergo tristibus læta miscentur. Denique certum est agi de gratia apud homines, qua quis dicitur gratiosus. Adagium tamen multo se latiùs potest porrigere mysticis sensibus, quos hic Galfridus & Carensis diligenter suppeditant. Galfridi sunt ista:

Mystici sensus.

[*Admonet* sapiens quòd videns quis quòd præcedat coruscatio mul. tùm quidem lucida, sed breuissima, consideret quòd præëat transitoria claritas perpetuam confusionem, & horrorem æternæ damnationis lux impiorum breuis. Et benè ait, non veniet, vel aderit, sed *præibit*, & antequam veniat illicò præteribit. Exponens deinde quod dixerat, subdit quod intendebat: *& ante verecundiam præibit gratia.* O si illam æstimare possemus verecundiam futuræ reprobationis! qua cõuicti in iudicio impij, maximè qui pietatis speciem habuerunt, erubescent. Inde enim sibi interim blãdiuntur, qui peccant in spe, quòd videatur longè vltio à peccatoribus, à quibus magis longè est salus. Quare si sapis, non qualis interim veniat, sed quid præit æstimabis; quamlibet grata prosperitas post parum transiens, sed confusionem, quæ non similiter transeat, post se trahens. Et Dominus quidem reliquit post se benedictionem: mundus autem scorpius est & caudâ pungit, cùm inebriatus fueris, ponens quod *deterius est.*]

Idem etiam aliter de confusione peccati, quæ præcedit iustificationem, his verbis [*Cùm in* bonum omnia cooperentur electis, etiam quę videntur esse non bona: nulli mirum videri debet, si non semper interpretentur in malum, quæ videntur esse molesta. Grauis equidem est grando, sed tamen non inutilis est, præsertim si intempestiua non fuerit. Sic est spiritus timoris vtiliter affligens, & salubriter grandinans, vt ipsius percussione mens timorata frigescat. Nam & Dominus ait: *Vtinam te calidum, aut frigidum inuenirem.* Huiusmodi grando sensu grauis interim, sed vtilis est effectu, dum terram cordis constringit, & noxia perimit germina, vt vberiores bonorum operum proferat fructus. Et ipsam tamen eiusmodi grandinem præëat necesse est gratiæ coruscatio. Alioqui nec dolere, nec erubescere poterit anima semetipsam, nisi priùs illuminata per gratiam. Siquidem nec cauerí, nec horreri possunt vitia, nisi cognita. Quoties ergo dolere hominem, & confundi super peccatis suis, ac insolito quodam videris timore rigescere, quem lætari cùm malè fecisset, hactenus noueras: diuinam illi coruscationem nõ dubites affuisse, & præisse gratiam eiusmodi confusionem. Quia verò sola in nobis remunerat sua munera Deus, pro eâdem etiam verecundiâ rursus accedet gratia melior & iucundior quàm præcessit: vt quem priùs inuenerat Dominus timore frigidum ex illâ gratiâ præeunte, inueniat etiam amore calidum ex gratiâ accedente. non enim inuenit vel frigidum, vel calidum nisi quem ipse facit. Sic *ante grandinem* horribilis huius timoris

Frigidum vocat confusum & pœnitẽtẽ, calidum caritate ardẽtem.

præibit coruſcatio, id eſt, diuinæ illuminatio veritatis. Exponens ergo quod de coruſcatione, & grandine dixerat; *ante verecundiam* (ait) *præibit gratia.* Magna eſt erubeſcentia animæ pœnitentis: quia conuerſa & compuncta, velut in ſuis ſceleribus deprehenſa per coruſcationem, in quib. hactenus per diſſimulationem latuit, confunditur & erubeſcit. Alioquin væ ei, ſi erubeſcere noluerit & neſciuerit, ſi non fuerit confuſione confuſa; vt meritò ceſſet ei Deus iraſci, & coruſcationes ei immittere, quibus poſſit terreri & corrigi, &c.

Hugo Car. [*Ecce* ordo iuſtificationis (inquit Hugo) ex grandine coruſcatio; ex timore cognitio, ex cognitione ſollicitudo, ex ſollicitudine cõtritio, ex contritione confeſſio, ex confeſſione verecundia, ex verecundiâ reuerentia, ex reuerentiâ gratia bona (id eſt iuſtificatio) & ex hac gloria. Idem verò Cardinalis his coniungit alias accommodationes allegoricas, nempe:

Allegoriæ

III. [*Ante grandinem* Herodianæ perſecutionis in necem puerorum *præibit coruſcatio* illuminationis & adorationis Magorum. *Ante grandinem* Dominicæ crucifixionis, *præibit coruſcatio* miraculorum & vſus prædicationis. *Ante grandinem* extremi examinis, præbit *coruſcatio* prædicationis Enoch & Eliæ. *Ante grandinem* excommunicationis, *præibit coruſcatio* trinæ *admonitionis.*] Potes addere *ante grandinem* paupertatis, *præibit coruſcatio* luxus & prodigalitatis. *Ante grandinem* cædium & bellorum, *præibit coruſcatio* minarum & iracundiæ.

IV.

V.

VI.

VII.

VIII.

EX CAP. XXXIII. VERS. V.

ADAG. CCCC XLVII. Quaſi in procella nauis.

Quaſi in procella nauis.

Ὡς ἐν καταιγίδι πλοῖον.

SApit adagium, de eo qui inconſtans animo huc illuc circumfertur. Sic autem habetur in textu Græco Vaticano. Nam Complutenſ. & Regij habent πολλῶν, *in procellis multorum.* Sed noſter conſentit cum Vaticanis. Sic Alcæus apud Heraclidem; Senſus adagij. Alcæus.

τὸ μὲν γὰρ ἔνθεν κῦμα κυλίνδεται,
τὸ δ' ἔνθεν ἄμμες δ' ἐν τὸ μίσον ναὶ
φορεύμεθα σὺν μελάνᾳ,
χαμᾶνι μεχθιῦντες μεγάλῳ.
Alius enim hinc fluctus voluitur,
Alius inde: nos autem in medio cum naue
Agitamur atrâ,
Cum magna conflictantes tempeſtate.

Sio Senecæ Medea; Seneca.

Variámque nunc huc ira, nunc illuc amor
Diduxit: anceps æſtus incertam rapit.
Vt ſæua rapidi bella cùm venti gerunt,
Vtrimque fluctus maria diſcordes agunt,
Dubiúmque pelagus feruet, haud aliter meum
Cor fluctuatur, ira pietatem fugat,
Iramque pietas.

& in Agamemn.

.....fluctibus variis agor,
Vt cùm hinc profundum ventus, hinc æſtus rapit,

Incer

Incerta dubitat vnda, cui cedat malo.

Ouidius. Sed proximè Ouidius VII. Metamorph.

. . . . . vtq; carina
Quam ventus ventóque rapit contrarius æstus,
Vim geminam sentit, parétque incerta duobus:
Thestias haud aliter dubiis affectibus errat.

Proprium hoc peccatoribus. Peccatum & præcedit, & sequitur mentis instabilitas. Contrà iustus & sapiens ab hac procellâ non illiduntur.

ADAG CCCC XLVIII. Quasi rota carri & quasi axis versatilis.

EX EODEM CAPITE. VER. V.

Quasi rota carri & quasi axis versatilis.

Τροχὸς ἁμάξης, ὡς ἄξων φερόμενος.

Anacreō. ANacreon vitam & breuem & vicissitudini maximè obuiam rotæ comparat,

τροχὸς ἅμαπ@ ἡ εἶα
βίοτ@ τρέχει κυλισθείς:
Rota nam velut curulis
Properat volucris ætas.

Seneca. Seneca,

Rota præcipitis volvitur anni.

Sensus adagij. Adagium est de viro inconstanti, & qui circumfertur omni vento doctrinæ, quos Belgæ *molendina* vocant. Ianseni. [*Comparat* (ait Iansenius) fatui cogitationem axi versatili, hoc est tali axi qui simul cum rotâ cui infixus est, vertitur & mouetur: vt distinguatur ab axe fixo, circa quem immotum manentem rota circumagitur. Quia sicut illa assiduo motu circumagitur, idque summa cum celeritate: ita stulti cogitatio varia est, instabilis & vaga, velociter de vno in aliud *prolabens.*]

Prius de rotâ potest etiam aliter accipi, vt monet idem, de molestâ fatuorum loquacitate. Quia sicut rota currus sua reuolutione grauem edit & ingratum strepitum: sic & cogitata stulti, dum incondito sermone, & sine mente personant, auditorum aures & animos non magis oblectant, quàm asini rudentes solent. Posterius de axe versatili eleganter referas ad Reippub. vel Ecclesiæ rectores, qui deberent esse axes fixi, nec sinere se circumferri multitudinis instabilitate, qui quando cedunt, & abripi se sinunt, axi versatili sunt persimiles.

Carensis. Carensis adfert quædam non aliena. [*Rota* carri, quæ semper murmurat, & nunquam in eodem statu manet, & lutum calcat, & quãdo posterius eleuatur, anterius cadit. Psalm. 82. 14. *Deus meus pone illos vt rotam, & sicut stipulam ante faciem venti.* sup. 27. 12. *Stultus vt luna mutatur.* & Prou. 26. 14. *sicut ostiũ vertitur in cardine suo, ita piger in lectulo suo.* Sed hoc posterius paullo remotius est. Addit Dionysius: gratia & sapientia mentem firmant & defigunt in bonis: insipientia verò, passio & peccatum eam exagitant. Dionysius. Ideo ait Apostolus, *optimum est gratia stabilire cor.* Heb 13. Et in psalmo cantatur: *In circuitu impij ambulant.* Ps. 11. & in Esaia legitur: *Impij quasi mare feruens, quod quiescere non potest, & redundant fluctus eius in conculcationem & lutum.* Esai. 57. 20. Ideo sicut mola, cui nihil ad molendum imponitur, suo continuo motu consumit seipsam, sic cor humanum, cui nihil salubre infigitur, suis phãtasiis & cogitationibus vanis, desideriisque illicitis seipsum *interimit.*

EX

EX EODEM CAP. VER. VI.

ADAG. CCCC XLIX. Equus emissarius.

Equus emissarius.

Ιππος εις ἐχεῖαν.
Equus ad admissuram.

NOster *emissarij* vocem solet vsurpare pro admissario: quorum equorum summa lasciuia, petulantia, & contumacia est contra sessorem. Nam abripiuntur vi maxima, & feruntur in præceps, non audientes frenis neque calcaribus, quando noti odores adflauerint, & adhinnire gregalibus suis cœperint. Vtitur hoc significatu etiam Ierem. 5. 8. *Equi amatores, & emissarij facti sunt, vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebat*, vbi Hebraicè *meruzanim* מרוזנים duntaxat, quod Arias *pastos*, alij *saturatos* vertunt, Lxx. ὀπλομανεῖς, *equarum amore insanientes*: Chaldæus clarè *agiriasin acharin* אגריסין אחרין ego interpretor *emissarios detentos*, qui morâ magis accéduntur. à Chaldæa voce Hispani deduxerunt *garañon*. traductum etiam à Cicerone in Pisonem hominem libidinosum, *admissarius iste, simul atque audiuit à philosopho voluptatem tantopere laudari: nihil expiscatus est, sic suos sensus voluptarios omnes incitauit, sic ad illius hanc orationem adhinniit*, &c. Itaque nostro dicitur emissarius, qui Columellæ & aliis rei pecuariæ magistris admissarius: his ab admissurâ: nostro quia quasi liber ad generandam sobolem emittitur. Exemplum mihi nullum occurrit.

Ieremiæ locus.

Cicero.

Columella.

Vsus adagij.

Duo hæc sacræ Scripturæ loca duplicem vsum adferunt. Siracidæ, de φιλοκέρδους, quibus nulla nisi lucri cura, & virtus post nummos locatur. Agit de gnathonibus & similibus amicis fictis: qui suis familiaribus, non amicorum causâ, sed lucri sui gratiâ applaudunt: sicut admissarius adhinnit non sessoris aut equisonis sui gratiâ, sed cupiditate equæ visæ, vel odoratæ: sic Iansen. & Palacius. Domini Iansenij verba sunt, [*Videri* potest hæc parabola à Salomone dicta contra Doctores falsos, qui cùm videantur quærere auditorum suorum salutem, & bene illis velle, suum tantùm commodum & lucellum spectant: cùius amore quiduis docent, cuiuslibet se spe lucri accommodantes, vt nostra ætas in multis benè *declarauit*.] Iansenius.

Quid diceret, si nostros hîc cathedripetas cerneret omnibus ceruicem submittentes, prensantes, adulantes, corrumpentes, & velut adhinnientes? sed ego digitum ori, cum Sigalione. pergit ille: [*Certè* in tales benè quadrat hæc parabola: sicut & in aduocatos, & in procuratores, qui sine delectu causarum semper hinniunt, gaudent, & fautores se exhibent; cùm spes est consequendæ *vtilitatis*.]

Nicolaus de Lira progreditur adhuc vlteriùs, & accommodat malis prælatis Deũ sessorem ludificãtibus. Strabus de homine futiliq; sic exponit: [*Sicut* in iumẽto nulla est ratio, sic in falso amico nullus est æquitatis ordo. Sicut enim lasciuus hinnitu suo dominũ suũ & alienum non discernit: sic stultus & derisor non discernit hypocritam & fidelem amicum, sed per oris officia vtrique pandit æqualiter *secreta*.] Nicolaus de Lira.

Melius Carensis & Dionysius, quauis occasione arrepta derisorem, amicos & inimicos, notos & ignotos verbis & scommatibus lædere. Carensis. Dionys.

Hieremiæ verò locus pertinet ad

muli

mulieroſos, & venereos, vt eum Patres interpretati. Sanctus Irenæus lib. 4. cap. vlt. docet propter effrenem libidinem, equorum nomine compellatos. confirmant S. Baſilius homil. 10. exaëm. S. Hier. in Ierem. cap. 5. ex quo colligitur alia lectio Hebræa משכים *maſchim*, quod ait verti ἑλκοντες, *trahentes*. Theophylactus in Acta Apoſtol. cap. 10. deſcribens quid animalia Petro oſtenſa ſignificarent, ἵπποι ἀηλυμανεῖς, ἐπὶ τὰς φιληδόνους. *equi infeminas inſanientes, ad deditos voluptati*. Baſ. verba sūt;

S. Iren. S. Baſil. S. Hier. Theoph.

Ὁ ἀηλυμανὴς ὃν ἐστὶν ἵππος καὶ ἐπιμανόμενος; ἵπποι γάρ φησὶ ἀηλυμανεῖς ἐγενήθησαν, ἕκαστος ἐπὶ τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον αὐτοῦ ἐχρεμέτιζε. μετέθηκεν αὐτὸν ἐπὶ τῶν ἀλόγων φύσιν, διὰ τὸ πάθους ᾧ προσωμοιῶθη.

Inſano captiuus amore cuiuſpiam mulierculæ, non talis equus eſt furiali concitus æſtro: Equi, ait ſcriptura, inſani amatores mulierum facti ſunt: vnuſquiſque ad vxorem proximi ſui hinniebat. Se enim quis ad illius bruta animantis indolem transfert, cui vitioſa imitatione affinem ſe reddidit ac familiarem.] idem aſſerit D. Gregorius lib. 31. Moral. cap. 10. aliàs 18. ſic accipiens illud Pſal. 31. 9. *Nolite fieri ſicut equus & mulus*. Ezech. 23. 20. *fluxus equorum, fluxus eorum.*

D. Greg.

EX EODEM CAP. VERS. XV.

ADAG. CCCCL. Duo & duo, & vnum contra vnum.

Duo & duo, & vnum contra vnum.

Δύο δύο, ἓν κατὰ ἑνὸς ἕν.
Duo, duo, vnum contra vnum.

LIranus, Carēſis, Dionyſius, Clarius, Palacius legunt *duo contra duo*; & exponunt duo mala contra duo bona: vel duo elementa contra alia duo; vel ſupernaturalia & naturalia, contra alia naturalia & ſupernaturalia. Sed vera lectio eſt quam Rabanus ſecutus, & confirmant optimi libri; *duo, duo*: vel eodem ſenſu, *duo & duo*. Idem repetitur infer. c. 42. 25. *omnia duplicia, vnum contra vnum, πάντα διχᾶ, ἓν κατὰ ἑνός.*

Sēſus adagij & vſus

Indicatur elegās antitheſis rerum omnium, & diſſonātium harmonia ſuauiſſima, qua Deus hanc machinam cōpegit; & vti poſſumus quando diſſentientes bonorum de rebus adiaphoris viderimus opiniones. Vno nitimur teſte, ſed locupletiſſimo, B. Auguſtino, cuius hunc locum ponderantis lib. 11. de ciuitate Dei cap. 18. verba ſunt:

B. Auguſt.

[*Neque* enim Deus vllum, non dico Angelorum, ſed vel hominum crearet, quem malum futurum eſſe præſciſſet, niſi pariter noſſet, quibus eos bonorum vſibus commodaret, atque ita ordinem ſæculorum, tanquam pulcherrimum carmen, etiam ex quibuſdam quaſi antithetis honeſtaret.] & mox rhetoricorū antithetorum (Cornificius *contentionem*, Fabius *contrapoſita* vocat) exempla proponens ex B. Paulo, ſubdit: [*Sicut* ergo iſta cōtraria contrariis oppoſita ſermonis pulchritudinem reddunt: ita quadam nō verborum, ſed rerum eloquentiâ, contrariorum oppoſitione ſæculi pulchritudo componitur. Apertiſſimè hoc poſitum eſt in libro Eccleſiaſtic. hoc modo: *Contra malum bonum eſt, & contra mortem vita: ſic contra pium peccator. Et ſic intuere omnia opera altiſſimi: bina & bina, vnū contra vnum.*] Sed l. ad Simpliciānū, q. 2. citat; *Duo contra duo, vnū contra vnum.*

Franciſcus Valeſius cap. 75. Sacræ philoſophiæ, ſecutus deprauatā illam lectionem; *duo contra duo*, anxiè torquetur quo pacto id verum eſſe queat; cùm conſtet vnum vni

Franc. Valeſius.

Duo contra duo.

tantùm esse contrarium, quod etiam mathematicis rationibus demonstrat, & physicis & moralibus. Tandem censet in diuersa ratione plura vni contraria esse posse, & sic duo duobus, & vni quoque. I I. putat confirmari dogma quoddam Epicuri de ἰσονομίᾳ, hoc est, æquabili tributione, seu æquilibritate. Explicat eã his verbis [*Annotauit* Epicurus non ineptè, eam esse naturam rerum, vt omnia omnibus paria paribus respondeant, & similia similibus, & contraria contrariis: ita vt in singulis seruetur æqualitas, & respondentia quædam. Velut totidem esse quæ conseruent, & quæ interimant, atque corporeorũ, & corpore carentium, mortalium, & immortalium, & aliorum omniũ, quæ secundùm oppositionem dicuntur, esse quãdam æquabilitatem. Quam Galenus quoque in membris hominis, quæ secundùm opposita latera sita sunt, dextram dico & sinistram, animaduertit, mirúmque in modũ celebrauit, iustitiam naturę appellans. Nimirum nulla pars est in vllo laterum, cui non sit in altero opposita æqualis *altera*.] quod pergit: postea ostendere planè anatomicè. & vult hoc ab Ecclesiastico significari.

Galenus.

Certè constat in paruo magni mũdi clara esse vestigia: quippe magnus & admirabilis Deus in vtroque opere, in hoc voluit qualitatum primarum, & humorum hanc esse pugnam pacificam, & discordẽ concordiam; sicut in illo decentissimè:

Frigida nunc pugnant calidis, humentia siccis,
Mollia cum duris, sine pondere habentia pondus.

Sic in arbore Categoriæ semper inuenies duo opposita, in cunctis corporeis materiam & formam; in creaturis cæteris actum & potentiam; in homine corpus & animam, in ceteris quoque animalibus marem & fœminam.

EX EODEM CAP. VERS. XVI.

ADAG. CC. CLI. Qui colligit racinos post vindemiatores.

Quasi qui colligit acinos post vindemiatores.

Ὡς καλαμώμενος ὀπίσω τρυγητῶν.

IN Vaticano Græco multa hic desunt, & transposita multa. Regij & Complutens. libri habent, vt posui, quod notæ Vatabli pronunciant à nostro abusiue versum. quia καλαμώμενος proprie sit, *qui spicas legit*; ideóque Camerarius vertit, *stipulam legentes*. non satis pensiculatè. nam refellit eum vox τρυγητῶν. quis post vindemiatores colligit stipulam? confundere hoc quidem est vindemiã cum messe, quasi non ὀπίσω τρυγητῶν, sed ὀπίσω θερίζοντων foret. Deinde noster καλαμώμενος deduxit à verbo καλαμάομαι, quod non tantùm spicas legere, sed & oleas, & racemos, significat. docent Hesychius & Suidas, sumentes ex Lxx. quos Siracides secutus. Deuteron. 24. 20. Vbi noster, [*Si fruges* collegeris oliuarũ, quicquid remanserit in arboribus, non reuerteris vt *colligas*.] Lxx. ἐὰν ἐλαιολογήσῃς, οὐκ ἐπαναστρέψεις καλαμήσασθαι τὰ ὀπίσω σου: *si oleas legeris, non reuerteris vt iterum legas quæ relicta post te*. & Hieremi. 6. 9. καλαμᾶσθε, καλαμᾶσθε ὡς ἄμπελον τὰ κατάλοιπα Ἰσραήλ. *recemate, recemate quasi vineam reliquias Israel*. quid manifestius? Sanè sic etiã Heb. פאר *phaer* ambiguum est, quo Moses: & latè patens ערל *hhalal*, quo Ieremias vtitur.

Lectio mutila. Hesych. Suidas.

Sensus adagij facilis de ijs omnibus, qui post alios aliquid operis faciunt:

Sensus adagij.

CCCCLIII.

ciunt: item de iis qui nihil reliquiarum volunt superesse, siue in bonum, siue in malum: quod etiam dicunt *Spicilegium facere*. Sic Antigonus dicebat, *Alexandrum Asiam messuisse, se spicilegium facere*: ἐκεῖνος μὲν ἐθέρισε τὴν Ἀσίαν, ἐγὼ δὲ καλαμῶμαι. & B. Chrysostom. de sacerdotio vtrumque coniunxit, racemationem cū spicilegio, ἵνα βέλτιστα μὲν ἀντὶ τοῦ λήϊον πολλῷ τῷ καρπῷ νικήσᾳ καλαμᾶται καὶ τρυγᾷ δέη. Tertullianus in Apologet. cap. 35. *post vindemiā parricidarum racematio superstes.*

Spicilegiū facere. Antigonidictum. P. Chrys. Tertull. Vsus adagij.

Siracidæ exemplo poterit quis humilitatis causa vti de seipso: cùm nihil sit dictum, quod non sit dictum priùs. porrò D. Augustinum legisse quæ noster interpres posuit, patet ex quæst. 2. ad Simplician. in fine. to. 4. cùm citet; *quasi qui racematur post vindemiatores.* D. Aug.

EX EODEM CAP. VERS. XXV.

ADAG. CCCCLII. Cibaria, & virga, & onus asino.

Cibaria, & virga, & onus asino.

Χορτάσματα, ῥάβδος, καὶ φορτία ὄνῳ.

EXprimit vt cibū similem labris præbeamus, nempe pabula fœni. Ad quid vtile adagium etsi non obscurè Sapiēs ipse explicarit: commodissimum tamen iudico rem totam verbis Cardinalis Hugonis enodare. Sic ait:

Vsus adagij.

[Debentur *asino cibaria*, ne deficiat; *virga*, ne lasciuiat: *onus*, vt proficiat. Sic *seruo panis*, ne succumbat, disciplina, ne erret; *opus*, ne insolescat. Et verū est hoc tā de seruo corporali, quàm de seruo spirituali. Vtrique enim debetur *panis* sustentationis, non altilia; *disciplina* instructionis; *opus* satisfactionis aut supererogationis. *Moraliter.* Tam *seruus*, quàm *asinus* noster, est nostra caro, cui debetur *cibus*, ad sustentationem naturæ; *virga* disciplinæ, ad repressionem lasciuiæ. *opus* & *onus*, ad perfectionem pœnitētiæ. Prou. 26. *Flagellum equo & chamus asino, & virga in dorso impudentium.* Hispanis simili sensu prouerbium est *pan y palo.* & Aristoteles dixerat, *seruis eadem tria deberi*, nempe ἔργα, κόλασιν καὶ τροφήν. Moralis expositio. Aristot.

EX EODEM VER.

ADAG. CCCCLIII. Iugum & lorum curuant collū durum.

Iugum & lorum curuant collum durum.

Ζυγὸς καὶ ἱμὰς κάμπτουσι τράχηλον.

PLeniore noster vsus exemplari. Sensus apertus est, pertinaciam duriùs compescendam, & malum malo domandum; sicut equos loris, & tauros iugo domamus. tale illud Horatij. Sensus adagij. Horat.

Ira furor brevis est. animum rege: qui nisi paret,
Imperat. hunc frenis, hunc tu compesce catenis.

Apud Plautum in Asinaria petulans seruus tergo domini inquietans; *sic* (ait) *isti solent superbi subdomari.* Sic Psalmista, *In chamo & freno maxillas eorum constringe.* Plaut.

EX CAP. XXXIV.

ADAG. CCCCLIV. Apprehēdere vmbram.

Apprehendit vmbram.

Ὁ ἀρπάσας σκιᾶς.

VMbra nihil fugacius; docui adag. 312. ideo sententia diri- Sensus adagij.

gitur contra illos, qui vana ſtudia ſectantur. Sic Lucianus dixit, σκιὰν ϑηρᾶσθαι, *vmbram venari.* Pindarus, σκιὰν ὀνείρων, *vmbram ſomniorum*, referente Suida: quod dicitur, vel de rebus fugacibus & incertis, quas quis ſequitur; vel quærit, vel amat; vel vt (voluit Damaſcius) quando pro rebus, rerum quædam ſimulacra conſcribimus, aut amplectimur; ſicut fabulæ ferunt, Ixionem pro Iunone nubem. Adagium forte natum ex apologo Æſopi, vbi canis carnem rictu gerens, viſâ in flumine maiori vmbra, dum adhiat fictæ, veram perdidit. Sacræ Scripturæ locutio eſt actionem pro conatu ponere, vt hîc *apprehendit*, pro conatur apprehendere.

Pindar. Vmbra ſomniorum. Suidas. Damaſc.

Ixionis amplexus pro Iunone. Apologus Æſopi.

EX EODEM CAP. VERS. XXVIII.

ADAG. CCCC LV. Vnus ædificans, & vnus deſtruens. Vnus orans, & vnus maledicens.

Vnus ædificans & vnus deſtruens.
Vnus orans, & vnus maledicens.

Εἷς οἰκοδομῶν, καὶ ἄς καταλύων.
Εἷς εὐχόμενος, καὶ ἄς καταρώμενος.

Senſus adagij. PRopriè pertinent ad vnum & eumdem, ſibi ipſi contrarium, q. d. vnus & idem ædificans, & dirnens quod ædificarat: vnus & idem benedicens, & benedicta in maledicta conuertens, precans & conuicians. talis ille apud Horatium lib. 1. epiſt.

Horat.

Eſto alios aliis rebus ſtudiisq; teneri:
Idem eadem poſſunt horam durare probantes?
Nullus in orbe ſinus Baiis præluceat amœnis.
Si dixit dives: lacus & mare ſentit amorem
Feſtinantis heri; cui ſi vitioſa libido
Fecerit auſpicium, cras ferramenta Theanum
Tolletis fabri. lectus genialis in aula eſt?
Nil ait eſſe prius, melius nil calibe viſâ,
Si non eſt, iurat ſolis bene eſſe maritis.
Quo teneam vultus mutantem Protea nodo?
Quid pauperi? ridet mutat cœnacula, lectos,
Balnea, tonſores; conducto nauigio, aquæ
Nauſeat, ac locuples quem ducit priua tyrannis.
Si curatus inæquali tonſore capillos
Occurri, rides: ſi fortè ſubucula pexæ
Trita ſubeſt tunicæ, vel ſi toga diſſidet impar,
Rides. quid mea cùm pugnat ſententia mecum?
Quod petiit, ſpernit; repetit, quod nuper omiſit:
Æſtuat, & vitæ diſconuenit ordine toto:
Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis.

Deinde pertinet etiam ad illos qui in eadem peccata poſt pœnitentiam recidunt, & *vt ſus ad volutabrum luti* reuertuntur. hi pœnitendo ædificant vſque in cœlum; ſed peccando ædificium illud deiiciunt. pœnitendo ſibi benedicunt, iterum peccando ſibi maledicunt, hoc eſt, cauſa ſunt cur auditum à Deo, Venite benedicti, vel ite maledicti. Sic Palacius hîc. Denique pertinet ad illos, de quibus Galfridus ſic ſcribit;

[*Proficere* in aliquibus, & in aliis rurſus deficere, quis profectus? Sic eſt omnis cui creſcit benignitas erga proximum; ſed non ſimiliter charitas erga Deum. Cùm augetur

erga

CCCC LVI.

erga præpositos reuerentia, & non similiter erga subditos disciplina. Qui circumspectior solito in sermone, sed remissior inuenitur in opere. Qui magis obediens, minùs patiens. Qui maiori abstinentia castigat, & in seruitutem redigit corpus suum, sed minori custodiâ seruat *cor suum.*] Sic ille. de similibus ergo licebit dicere, *vnus ædificans, & vnus diruens*, &c.

Secundò, & magis ad mentem Siracidæ, de eodem cuius vna & eadem actio sibi ipsi quodammodo opposita; quo sensu multiplex exẽplum Iansenius proposuit. tales esse, qui eleemosynam faciunt de malè partis, & de alienis extruunt tẽpla, & in alia opera pia pecunias huiusmodi insumunt, cùm restituere, & creditoribus satisfacere teneantur, qui sacrificium offerunt de rapinâ. S. Gregor 3. p. pastoral. admoni. 22. II. Qui externo cultu Deo seruiunt, & interim in grauibus peccatis perseuerant. III. Contra sacerdotes, qui cùm sacrificando & prædicando ædificent, malâ suâ vitâ quod ædificarunt, rursùs destruunt. IV. Potest etiam referri ad diuersos, qui simul operantur, sed vnus soluit quod alter ligauit, diruit quod alter ædificauit, dissipat quod alter congreganit. Vt primò, qui cùm persistant peccare, neque suam vitam emendant, interea sacerdotum & piorum preces ambiunt: nam suâ vitâ sibi malè præcantur, & destruunt quod alius nititur ædificare pro ipsis orando. Secundò pertinet ad concordiam retinendam in rebus fidei & bonorum morum: nam quando mentes hominum in hisce discrepant, vnus alteri impedimento est, ne quid boni fiat, aut à Deo impetrent, quod toti congregationi necessarium est. Ideo Paulinum illud quibusdam religiosis regulis adeò commendatur, vt omnes idem sapiant, idem sentiant, neque diuersa doceant. Nam vbi cor diuisum, restat vt pereat.

IBID. VERS. XXX.

ADAG. CCCC LVI. Qui baptizatur à mortuo, &c.

Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangitur, quid proficit lauatio illius?

Βαπτιζόμενος ἀπὸ νεκροῦ, καὶ πάλιν ἁπτόμενος αὐτοῦ, τί ὄφελος ἐν τῷ λουτρῷ αὐτοῦ;

ILlud in medio insertum, & *iterum tangit eum*, satis indicabat nõ agi de baptismo Christianorum, qui semper habitus non reiterabilis: vnde etiam apparet Donatistas hoc loco more suo abusos, citando illum mutilum, quasi foret; *Qui baptizatur à mortuo, quid proficit lauatio illius?*] nec illud quidquam prodesse sententiæ postmodum damnatæ, SS. Agrippini & Cypriani de baptismo ab hæreticis collato; qua de re totâ noster Bellarminus tomo 2. libro 1. de Sacramentis in genere cap. 27. nec etiam S. Augustini explicationem horum verborum, qui ab hæretico baptizatur non baptizari à mortuo, sed baptizari à CHRISTO, aliter intelligendam, quàm vt permissiuè allatam; q. d. Si hæc, quam allegabant Donatistæ; foret germana lectio. Sed quoniam hodie constat illam fuisse mutilam; hanc ergo ob causam faciliùs cum Lirano, Rickelio, Palatio, Saa, Iansenio, respondetur; non agi nisi de baptismate Iudaico propter immunditiam le-

Donatistarum abusus.

Agrippinus Cyprian. De baptismo ab hæreticis collato Bellarm. & August. locus.

galem ex contactu humani cadaueris, & aquâ expiationis debebat conspergi, vt emendaretur, iuxta Num. 19.v. 11.cum seqq. Vbi Abulens. q. 15.& istud, ἀπὸ νεκρῦ, *à mortuo*, idem esse quod post mortuum, seu postquam tetigit mortuum, seu pro *ob mortuum*, id est, quia factus immundus tangendo mortuum. Sicut infer. 42.11. *à detractione in ciuitate.* sic suprà: *ab imprudenti persona.* 20. 24. vbi etiam Græcè est ἀπὸ. Sed & passim talia occurrunt, vide Saa in Phrasibus Scripturæ.

Saa.

Vsus adagij.

Vsui futurum iuxta Patrum interpretationem, de illis, qui cùm peccata per pœnitentiam eluerint, iterum mox illa committunt, infructuosa sibi reddentes salutaria CHRISTI remedia. Sic interpretantur hoc loco Rabanus, vtraque glossa, Carensis, & alij; ex D. Gregorio 3. p. curæ pastoral. admonit. 31. baptizatur à mortuo (inquit) qui mundatur fletibus à peccato: sed post baptisma mortuum tangit, qui culpam post lacrymas repetit.] habes idem in c. baptizantur. De pœniten. dist. 3. & idem S. Gregor. ad psal. 50. explicans illud *cor contritum & humiliatum Deus non despicies:* ita scribit, [*Illorum* ergo sacrificium Deus non accipit, qui lacrymis quidem se compunctionis abluunt: sed iisdem à quibus antè mundati esse videntur, peccatorum maculis in ea ipsa reuertentes sordescunt. De talibus scriptum est, *Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit mortuum, quid prodest lauatio eius?* Ille quippe lauatur à mortuo, qui per pœnitentiam mundatur à peccato. Quem si contigerit eadem quæ punierat iterando peccata committere, nihil contulisse videtur adhibita satisfactionis lauatio, quem maculauit inhonestiùs iterata facinoris *turpitudo.*] Isychius lib. 1. in Leuit. cap. 5. *tangere mortuum* exponit consentire peccatis alienis. Quod secutus Radulphus Flauiacensis lib. 3. cap. 4. Per *mortuum* significatur peccatum, eò quòd peccato anima moriatur. Vnde scriptum est: *Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit mortuum, quid proficit lauatio eius?* anima itaque immundum tangit, quando peccato alieno consensum iungit: id est, quando alieno exemplo corrupta, nutum voluptatis ad culpam inflectit.

Isychius.

Radulph. Flauiacē sis.

Anima quando immundū tangit.

EX CAPITE XXV. VER. XXXVI.

ADAG. CCCCLVII. Nubes pluuiæ in tempore siccitatis.

Nubes pluuiæ in tempore siccitatis.

Νεφέλαι ὑετοῦ ἐν καιρῷ ἀβροχίας.

DIcitur de re vehementer gratâ & vtili, secundùm omnes. tale illud, *torrens in austro*, ps. 125. 4. *conuerte captiuitatem nostram, sicut torrens in austro*: Hebr. כַּאֲפִיקִים בַּנֶּגֶב *kaaphikim bannegheb*, quod Chaldæus explicat, *quando abundant fluenta aquarum tempore siccitatis*, docens quid in Hebræo vocetur *meridies*, nempe terra australis, torrida & sicca, vbi aqua desideratissima, vtilissima, iucundissima: Australes etiam venti imbres adferre solent & niues soluere, vnde subiti torrentes. Sic fermè Theocritus Idyl. 1.

Locus ps. 125. 4.

Sensus adagij.

Theocritus.

ἆδιον ὦ ποιμὰν τὸ τεὸν μέλος, ἢ τὰ κατ' αχές
τὼν ἀπὸ τᾶς πίτρας καταλάσιται ὕφοθεν ὕδως.
Dulcius, ô pastor, tuum carmen, quàm resonans.

Illa

CCCC LVII. *Illa à petrâ distillat superbè aqua.*

quod alibi mellis similitudine declarauit: Idyl. 8.

ἁδὺν τὸ ϕῶμα τοι, καὶ ἱμερόϵν, ὦ Δάφνι, ϕωνὰ.

ῥᾴδιον μιλπομένῳ τὰ ἀκουέμεν, ἢ μέλι λείχειν.

Dulce quid os tibi, & desiderabilis, ô Daphni, vox.

Melius modulantem te audire, quàm mel lingere.

Ibidem;

ἁδὺ δὲ τῷ θέρϵι παρ' ὕδωρ ῥέον ἀϵθρισσιθῆν.

Dulce autem æstate apud aquam fluentem sub dio dormire.

Virgilius. Simul ambo Virgilius eclo. 5.

Tale tuum carmen nobis, diuine poëta,

Quale sopor fessis in gramine, quale per æstum

Dulcis aquæ saliente sitim restinguere riuo.

& mox:

Nam neque me tantum venientis sibilus austri,

Nec percussa iuuant fluctu tam litora, nec quæ

Saxosas inter decurrunt flumina valles.

EX CAP. XXXVII. VER. XXX.

ADAG. CCCC LVIII. Non omnia omnibus cõgeniunt.

Non omnia omnibus expediunt.

οὐ γὰρ τὰ πάντα πᾶσι συμϕέρει.

Sensus adagij. NOn omnia possumus omnes, ait ille. Nec quæ possumus, omnia licent, nec licent, quæ expediũt omnia, nec quæ expediũt vni, etiam alteri, nec eodem semper loco aut tempore. Propertius lib. 3. ad Mæcenatem.

Propertius. *Intra fortunam quæ cupis esse tuam:*

Quid me scribendi tam vastum mittis in æquor:

Non sunt apta meæ grandia vela rati.

Turpe est, quod nequeas, capiti committere pondus:

Et pressum inflexo mox dare terga genu.

Omnia non pariter rerum sunt omnibus apta:

Fama nec ex æquo ducitur vlla iuga.

& quæ sequuntur eandem in sententiam. digna cedro. Quod in cibis, id in reliquis studiis & occupationibus locum habet, debere vnumquemque, vires & ingenium suum trutinare. De illis prudenter Cornelius Celsus lib. 2. rei medicæ cap. 18. & 19. inter cetera: *Imbecillis hominibus, rebus infirmissimis opus est: mediocriter firmos media materia optimè sustinet; & robustis apta validissima est.*] Cornelius Celsus.

In conuiuio Sophistarum, quidam ex Anthippi scenâ coquus philosophatur festiuè, licèt non sine garrulitate, se conuiuarum institutum & mores attendere solere, & diuersis diuersa condimenta præparare:

ὅ τι ταῦτα προσάγω πᾶσιν ἀλλ' ἕξϵματα.

τὰ τϵταγμέν' ἑνθὺς ἔστί μοι πρὸς τὸν βίον:

& subdit quæ singulis obsonia proponat.

Cibaria non eadem omnibus offero:

In singulis id institutum vitæ mihi ea digesta sunt.

concludit tandem, *Se vbi vultum cuiusque conspexerit,*

Scire, quid ex ipsis quisque comesse velit.

ἰδὼν τὸ πρόσωπον γνώσομ' ὅ τι ἔστιν ϕαγεῖν

ἕκας-

ἑκας& ὑμῶν.

Alius in Dionysij Thesmophoro, coci boni & periti industriam cum arte comparat imperatoriâ, & de hoc ait;

στρατηγὸς πᾶς καλεῖθ' ὃς ἂν λάβῃ
δύναμιν, ὁ μὲν τοι δυνάμενος καὶν πράγμασιν
ἀναστρατῇ. αι καὶ λιαὸ ἐφαπτί 38,
στρατηγός ἐστιν, ὁ δὲ θάτερον.

Imperatorem vtique vocamus qui regendos exercitus
Accepit, qui prudenter in administrandis rebus potest
Versari, & quod ex vsu est perspicere,
Imperator is verus est: alius autem qui ducit copias.

Quare licet *trahat sua quemque voluptas*, & vt ait Siracides, *non omni anima omne genus placeat*, videlicet vitæ, studij, actionis, quia teste Persio,

Persius.

Velle suum cuique est, nec voto vivitur vno:

& authore Homero,

Homerus.

ἄλλῳ τ' ἄλλοισιν ἀνὴρ ἐπιτέρπεται ἔργοις,
Aliis alius vir operibus delectatur.

Tamen semper illud vnicuique attendendum, vtrúmne illud expediat animæ præsertim saluti. Quod Apostoli exemplo docemur, qui 1. Corinth. 6. 12. *Omnia mihi licent, sed non omnia mihi expediunt: omnia mihi licent, sed ego sub nullius redigar potestate.*

EX CAP. XXXVIII. VER. XXIII.

ADAG. CCCC LIX. Mihi heri & tibi hodie.

Mihi heri & tibi hodie.

Ἐμοὶ χθὲς καὶ σοὶ σήμερον.

VTibile, vt meminerimus cõditionis humanæ, mortis & iudicij extremi. Nam hoc inducit quasi dicentem nobis mortuum: [*cogita* qualis conditio mea, & quale iudicium in me exercuit: talis erit aliquando & tua conditio, & tale iudicium etiam tibi continget. Et ne illud in longum tempus differendum tibi promittas, quod heri mihi accidit, hoc ipsum tibi hodie exspectandum est, & euenire potest. Bene enim dicit *hodie*, & non dicit *cras*, vt quisque intelligat quemlibet præsentem diem sibi posse vltimum esse, iuxta illud;

Sensus adagij.

Omnem crede diem tibi diluxisse supremum. Sic Iansenius.] Quod in me iam completum est (ait Gloss. interlin.) tibi imminet. Benè tractatores omnes ad moriẽdi necessitatem referũt. Benè tamen magnus ille litteratorum Mæcenas Franciscus I. Francor. Rex Madriti captus vlteriùs extendit, ad omnem fortunæ vicissitudinem: cùm enim in pariete scriptũ legisset Caroli V. Imp. Symbolum, *plus vltra*, adscripsit, *Hodie mihi, cras tibi*: non succensuit victor, sed intellexisse se testatus, subscripsit, *Fateor me hominem.* Ite pares magnanimi Heroës: hic Fortunæ, tu superbiæ trophæum erexisti. Notum nescio cuius:

Iansenius

Franciscî I. dictum

Caroli V. symbolũ.

τἀυτά τοι πλανωμένη
πρὸς ἄλλοτ' ἄλλον πημονὴ τροπαζάνη.
Sic vagans aliàs ad alium transit infortunium.

EX

ADAG. CCCC LX. Sapientia scribæ in tẽpore vacuitatis.

EX CAP. EODEM VERS. XXV.

Sapientia scribæ in tempore vacuitatis.

Σοφία γραμματέως ἐν ἀνεσιμαίᾳ σχολῆς.

PAtet ergo ex Græco, quæ sit Latina lectio retinenda. illud etiam vacuitatem pro vacatione sumi, & tempus pro ipsa opportunitate. Sensus: Sapientiæ, maximè illius quæ si non sola, maxima tamen est, nempe Sacræ Scripturæ cognitio, acquirendæ necessarium esse otium opportunum. ab hoc otio scholas nuncupatas docet Festus; *Scholæ* dictæ sunt, non ab otio ac vacatione omni, sed quòd ceteris rebus omissis, vacare liberalibus studiis pueri *debent*.] hanc vacationem vocat *otium* Ausonius:

Sensus adagij. Festus. Scholæ vnde dictæ. Ausonius.

Græio schola nomine dicta est,
Iusta laboriferis tribuantur vt otia Musis

ex Græco σχολάζω, inquit Paulus Diaconus. Duplex certè est *otium*; vnum maximè studiis inimicum, vt & honestati, & virtuti omni; nam est malorum omnium mater. de quo suprà cap. 23. *multam malitiam docuit otiositas.* & Columella lib. 1. cap. 1. Catonis dictum; *Nihil agendo homines malè agere discunt*; vocat oraculum. meritò, quia teste Hesiodo lib. 2. 115.

Duplex otium. Paulus Diacon. Columella. Catonis dictũ, seu oraculum.

Aliud otium, de quo Scipio dicebat, se cùm eo frueretur, minimè otiosum; quod etiam leuioribus studiis necessarium; nam &

Scipionis dictum.

Carmina secessum scribentis, & otia quærunt.

maximè tamen contemplationi, & studio Theologiæ; de quibus illud Apostoli: *Nemo militans Deo, implicat se negotiis secularibus.* 1. Timo. 2. 4. Quod qui fideliter præstant, & hoc otio gnauiter vtuntur, dici nequit, quantum vel exiguo vitæ tempore præstare soleant: maximè, si duo illa adhibeant de quibus hîc planè ex tripode Nicolaus Liranus scripsit.

Nicolaus Liranus.

[*Tres* modos vocationis posse constitui. I. De quo hic primariò sermo, quo quis vacat ab aliis operibus necessariis victui comparando. II. Quo quis ieiunus & vacuus à cibo & potu, quia tunc magis viget intellectus ad scribendum ardua circa quæ versatur sapientia. III. Si sumatur de paupertate, vnde dicit Secundus Philosophus paupertatem esse scientiæ repertricem. Vnde videmus (inquit) quòd à longo tempore religiosi mendicantes plura scripserũt in Theologia, quæ est vera sapientia, quàm alij. & aliquando concurrunt istæ tres conditiones in vno eodémque scriptore.] Sic ille.

Tres modi vocationis.

EX CAPITE XXXIX. VERS. XVIII.

ADAG. CCCC LXI. Rosa plãtata super riuos aquarum.

Rosa plantata super riuos aquarum.

Ρ' ὁδοι ρυόμενον ἐπὶ ῥεύματος ὑγρῷ. Complut. & Reg.
Super fluxum humidum.

SEd Vaticanus pro ὑγρῷ habet ἀγρῷ, *agri.* hoc est, prope riuulos seu elicia sulcorum. Sensus idem est, de rosa copioso humore nutrita. Solet cõfessio siue laus explicari symbolis rerum quæ & visu pulchræ, & odoratu suaues, & vsu sunt vti-

lissimæ, vt hoc loco, primùm rosæ: deinde thuris; tertiò, lilij. Sic tribus istis comparatur Oniæ sanctitas infer. cap. 50. ver. 8. *quasi flos rosarum in diebus veris. quasi lilia quæ sunt in transitu aquæ: & quasi thus redolens in diebus æstatis. Quasi ignis effulgens, & thus ardens in igne.*] hæc in rosâ præcipua esse constat experientiâ, & dixi plurima in Floridis Marianis, Orat. addo nunc ex Achille Tatio illud Sapphus;

Oniæ sanctitas.

Achilles Tatius.

Εἰ τοῖς ἀνθεσιν ἤθελεν ὁζεὺς ἐπιθεῖναι βασιλέα, τὸ ῥόδον ἂν τῶν ἀνθέων ἐβασίλευε. γῆς ἐσὶ κόσμος, φυτῶν ἀγλάϊσμα, ὀφθαλμὸς δ' ἴων, λειμῶνος ἐύθημα, καλλος ἀχράαντον. ἔρωτος σύνεδρα, Ἀφροδίτῃ πρόξενοι, σὺν αἰδοῖ φύλλοις κομᾷ, σὺν κύτοις πετάλοις πνοφᾷ. τὸ πέταλον τῷ ζεφύρῳ γελᾷ.

Si floribus vellet Iupiter Regem imponere, rosa inter flores regnaret. Terra est ornamentum, plantarum decus, oculus florum, pulchritudo fulgurans, amorem spirans, veneris est conciliatrix, formosis foliis comata, nobilibus frondibus luxuriat, calyx zephyro ridet.

Anacreō. Anacreon vocat τὸ ῥόδον τὸ καλλίφυλλον, rosam pulchrifoliam, & mox alloquitur;

ῥόδον ὦ τέρεινον ἄνθος,
ῥόδον ἔρος μέλημα,
ῥόδα καὶ θεοῖσι τερπνά.
Rosa honor decúsque florum,
Rosa cura amórque veris,
Rosa cœlitum voluptas.

& alibi:

τέθηλε δ' ἀνθέων ἄνθος,
τέθηλε καὶ βροτῶν τὸ χάρμα
χαρίεντ' ἄγαλμα.
τέθηλε καὶ μέλημα μύθοις,
χαρίεν φυτὸν μεσῶν,
Rosa flos odórque Diuûm,
Hominum rosa est voluptas,
Decus illa gratiarum.
Rosa opus labórque vatum,
Est amica plumis musis.

& denique,

τέθηλε καὶ νοσοῦσιν ἀρκεῖ,
τέθηλε καὶ νέκυσιν ἀνύει,
τόθι καὶ χρόνον βιᾶται
χαρίεν ῥόδων ὄζος ἁπάντων
νεότητ' ἔχειν ὀδμῇ.
—nónne multis
Medicina certa morbis?
Defendit hæc sepultos,
Hæc tempori resistit:
Huius senectus suauem
Seruat iuuentæ odorem.

Auctor poëmatis Cyprij.

ῥόδου τ' ἐπ' ἄνθει καλῷ,
ἁβρῷ, νεοθαλεῖ....
Rosa pulchro flore,
Iucundo, nectareo.

Significat etiam rosa in Sacris litteris, Virginitatem & martyrium, illam candida, hoc rubicunda. Sic Ambros. lib. 1. de virgin. & Eucherius in Spiritualib. formulis. Illa copiosum gratiæ influxum exigunt, rosæ imbre fœcundantur. Nicander in Georg. apud Athenæum lib. 15.

Rosa pro virginitate & martyrio sumpta. Ambros. Eucher.

Nicander. Pone ex edit. Casaubo.

λειψωμεν κλήροισιν ἀνίξομαι νηματίοισιν,
αὐὴρ ἐς ἑξήκοντα πέριξ κομάοντα πετήλοις.
Alendas deinde rosas cœlestibus dimitte pluuiis:
Semper illæ augescent foliis circumcirca comantibus.

IBIDEM XIX.

ADAG. CCCC LXII. Quasi Libanus.

Quasi Libanus, &c.

De ipso thure capiendum, non de monte, patet ex cap. 50. ver. 9. Porrò hìc mutili sunt codices Græci, Complutenses & Regij: deest enim illis totum hoc; *Quasi Libanus odorem suauitatis haberes*; pro quo in Vaticano legitur; καὶ ὡς λίβα

CCCC LXII. ὡς λίβανος ἀναβάζετε ὀδμὴν. Nō excusat de morte capientes illud Virgilij,

Croceos vt Tmolus odores;

nam mons ille mittit eos, non spirat: & croci crescentis suauis odor, thuris nisi tusi & incensi nullus. Sic sumitur pro thure Libanus sup. 24. 21. *Quasi Libanus non inciſus vaporauit habitationem meam.* Græcè in Vaticano, ὡς λίβανος ἀτμὶς ἐν σκηνῇ, *& vt Libani odor in tabernaculo*, scilicet ipsum, vt Virgilius etiam locutus, *vaporans.* Complutens. & Regij ἄτμος, quod facilè mutari potuit ex ἄτομος, vt noster vertit. thus enim sponte profluens, & priori se lacrymæ immiscens atomum vocabāt; & censebant præstantissimum, authore Plinio lib. 12. cap. 14. vide Iansen. ad d. vers. 24.

Virgilius. Plinius.

Anselmus Laodun. Anselmus Laodunensis per *thus* hic intelligit odorem martyrij, quod atomo thuri non conuenit. Mallem cum Carensi de deuotione interpretari, siue de oratione, quæ cùm pura, & feruens, sicut virgula fumi fertur in cælum. Leuit. 2. 2. & 6. 5. & 24. [*Quomodo* autem in thure accipiatur oratio, quærens eius vim, perscrutánsque cognoscis. Vti quippe eo contra interiores passiones medici solent, oculorúmque ægritudinis curare vulnera: &, si quis incendens, fumum eius suscipiat, restringit accedentes ex infirmitate lacrymas. Hoc eodem modo oratio quoque plurima operatur. hæc quippe maximè animę passiones sanat: hæc etiam intelligibilium oculorum tollit vulnera, absoluens ab ignorantiâ, atque ex eâ quæ verè est ægritudo, id est, ex peccato lacrymas accedentes saluat. *Infirmatur enim quis in vobis*, ait Iacobus, *conuocet presbyteros, orent super eum, vngentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus*, &c. ita Isychius lib. 1. in Leuit. quem Radulphus sequitur. breuiter S. Gregor. in Cant. cap. 4. *Thus* pro oratione ponitur, sicut scriptū est, *Ascendat oratio mea sicut incensum in conspectu tuo.*] Vide quæ dixi Cant. 4. v. 6.

Carensis. Isychius. S. Gregor.

ADAG. CCCC LXIII. Florete flores quasi lilium.

IBIDEM.

Florete flores quasi lilium.

ἀνθήσατε ἄνθος ὡς κρίνον.

SEnsus qui duorum superiorum. de lilio fusè & non inaccuratè disserui Floridâ Marianâ primâ: & quis pulchritudinem eius, & suauefragrantiam non nouit? nihil ergo de illis nunc, vt neque de vi medica, quæ illic abundè. Tantùm nunc moneo κρίνον & ἴον *violam & lilium* aliquando à Græcis confundi: liliū quoque interdum vocari λείριον, & propter suauitatem odoris, à Corinthiis ἀμβροσίαν, tradit Athenæus lib. 15. vbi etiam hosce Nicandri ex Georgicis versus ponit;

Nicander.

ἀργήεις πετάλεσσι κρόκῳ μέσα χρισθῆσαι,
ἀκρίνα λάεμα δ' ἄλλοι ἔφυ φθέγγονται ἀοιδοῖ,
οἱ δὲ καὶ ἀμβροσίῃ, πολέες δέ τε χάρμ' Ἀφροδίτης
ἔμμορε γ' ἀκρητῆ.

Niueis floris foliis croceo colore in medio tincta
Lilia, quæ leiria hominum alij vocant,
Ambrosiam alij, multi Veneris oblectamentum,
Quoniam Dīuæ color is placet.

Ambrosia à lilio specie differ.

Verumtamen Ambrosia à lilio specie differt. *Lilio* castitatem significari communis est sententia: sed & reliquæ virtutes hoc nomen merentur, veritas, mānsuetudo, iustitia: demū quot virtutes tot lilia sunt. quot

Lilio castitas significata.

boni, tot lilia: quotquot lilium præcipuum, Iesum imitantur; lilia sunt, & inter talia ipse lilia pascitur. vt mihi quidem videatur Siracides nos ad Christi Iesu exemplar adhortari. quo verò modo, & quale lilium Christi, diuinè S. Bernardus exposuit serm. 70. in Cantic. Vide præterea quæ scripsi ad Cant. 2. v. 16. & cap. 5. 13. & cap. 6. 1.

Christus, vt lilium dicatur.

S. Bernar.

EX CAPITE XL. VERS. III.

ADAG. CCCC LXIV. A residente super sedem gloriosam, vsque ad humiliatum in terra & cinere.

A residente super sedem gloriosam, vsque ad humiliatum in terra & cinere.

Α'πὸ καθημένου ἐπὶ θρόνου δόξης, καὶ ἕως ταπεινωμένου ἐν γῇ καὶ σποδῷ.

Sensus adagij.

SIc explicant, à summo ad imum, à maximo ad minimum, vt nullus excludatur. Similia adag. 74. Sic Hispani, *ny rey ny roque. à diuite ad pauperem; à potenti ad debilem; à prælato ad subditum; à doctore ad discipulum.* ita Carensis,

Carensis.

EX EODEM CAP. VER. III.

ADAG. CCCC LXV. Ab eo qui vtitur hyacyntho, &c.

Ab eo qui vtitur hyacintho, & portat coronam, vsque ad eum qui operitur lino crudo.

Α'πὸ φοροῦντος ὑάκινθον καὶ στέφανον, ἕως ἐνβαλλομένου ὠμόλινον.

SEnsus qui superioris. *Crudum linum* Carēsis explicat stuppeum; Dionysius, saccum lineum grossum; Liranus, vilem saccum. ὠμόλινον, vox Hippocrati & Galeno nota, non telæ crassitiem significat, neque materiam ex stuppâ vel cannabi, sed linum non curatum, hoc est, crudum. hoc nomine indicatur paupertas eius, qui non potuit exspectare dum tela curationi subderetur. Sic accepit Palacius, qui de isto & præcedenti versu melius ceteris: [*Per eum* (inquit) qui præsidet super sede glorioſa, intelligo summum Pontificem, qui præsidebat populo sedens super pulcherrima sede. Nam de Heli dicitur 1. Reg. 1. *quòd sedebat super sellâ ante postes domus Domini*, & manifestum est quòd si Samuel & Pontifices iudicabant causas (à quorum ore requirebatur scientia) in sede glorioſa iudicabant. Porrò eo tempore habitus miserrimorum, & calamitatibus afflictorum erat, sedere in puluere & cinere. Ita enim Iob. 1. & 2. *corruit in terram, & amici eius sedent cum eo.* Vnde & pœnitentes morem acceperunt in cinere sedendi. *Ago* (inquit Iob vlt.) *pœnitentiam in fauillâ & cinere.* Per eum qui vtitur hyacintho, intelligo regem. nam sponsa dicit de Salomone Cāt. 5. *Manus eius tornatiles plenæ hyacinthis.* Videlicet hyacinthus sua virtute præseruat à venenis, & gestantem suo purpureo colore delectat. Denique nemini dubium esse potest, quin lino crudo vestiri, sit extremæ paupertatis, non potentis, vel linum crudum *curare.*] Sic ille.

CCCC LXV. Carensis. & alii.

Ὠμόλινον.

Palacius.

1. Reg. 1. Malach. 2.

Horatius.

Simile igitur isti Horatiano,

Pallida mors æquo pulsat pede Pauperum tabernas, regumque turres.

EX

CCCC LXVI.

ADAG. CCCC LXVI. Sicut fluuius exsiccabitur.

EX EODEM CAP. VERS. XII.

Sicut fluuius siccabuntur.

Ὡς ποταμὸς ξηρανθήσεται.

Fluuius ponitur pro torrente, qui subitò nascitur, subitò exarescit. ita significat, opes iniustorum quàm citò congestæ, tam citò dissipari. Carensis; [*Sicut* torrens, qui cum impetu fluit in hyeme, & siccatur & deficit in æstate sic diuites huius mundi in præsenti vita abundant, sed in futura mendicabunt, nec accipient. vt patet in diuite epulone, Luc. 16. & Psal. 75. *Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis.* Nihil in suis inuenerunt, quia nihil in pauperum manibus antè *posuerunt.*] Idem indicat sequenti adagio.

Carensis, Sensus adagij.

ADAG. CCCC LXVII. Sicut tonitruum magnum in pluuia personabunt.

IBIDEM.

Sicut tonitruum magnum in pluuia personabunt.

Ὡς βροντὴ μεγάλη ἐν ὑετοῖς ἐξηχήσει.

Diuitum memoria durat quamdiu dant.

QVamdiu diuites more imbris pecunias in alios profundunt, tinnit eorum gloria, & strepit celebritas, vt tonitruum subitum cum fulgore; sed superueniente pluuia transit tonitru, nec superat vestigium fulgurationis. Sic planè diuitis delapsa in eum diuinâ vindictâ, nec memoria quidem remanet. Prou. 10. *quasi tempestas transiens non erit impius.* Sic Seneca in persona pauperis plebeij:

Seneca.

Sic cùm transierint mei
Nullo cum strepitu dies.

& Dauid de diuitibus malis, psalm. 36. 3. *tanquam fœnum velociter arescent, & sicut olera herbarum ciò decident.* v. 10. *& adhuc pusillum, & non erit peccator: & quæres locum eius & non inuenies.* idem asserit vers. 35. & 36. & psalm. 9. ver 8. *periit memoria eorum cum sonitu:* vbi Apollinarius, *cum multo sonitu penitùs interiisse,*

Apollinarius.

σὺν πολλῷ ἠμάθῳ μνημεῖον ὅλετο πάντη.

Athanasius.

Vbi notat Athanasius adagialem locutionem esse, & celebrem interitum significare: idque ita (ait Hieronymus) vt nihil post se relinquat. Vide adag. *perire cum sonitu.* d. psalm. 9. 7.

ADAG. CCCC LXVIII. Facultates & virtutes exaltant cor.

EX EODEM CAP. VERS. XXVI.

Facultates & virtutes exaltant cor.

Χρήματα καὶ ἰσχὺς ἀνυψώσουσι καρδίαν.

AMbiguitas cessat ex Græco. nam de robore corporis loqui patet: quo qui pollent, facilè efferuntur, & alios opprimunt. patet de gigantibus, Nemroth, & reliquis, de quibus etiam ille, *Pro iure vires esse.* De pecuniis nihil notius est, vt crumenam, sic animum tumidum faciunt. Pessimè Plautus;

Pecunia vt crumenam, sic animum tumidum faciunt.

Secundas fortunas decent superbiæ

CCCC LXX.

Nihil minùs certè, sed dedecorant. Præclara & regum rege digna, quę maior Atrides in Troadibus,

Quo plura possis, plura patienter feras.
Violenta nemo imperia continuit diu;
Moderata durant. quóque fortuna altiùs
Euexit atque leuauit humanas opes:
Hoc se magis supprimere felicem decet,
Variósque casus tremere, metuentem deos
Nimium fauentes.

Spiritus sanctus sup. 3. 20. *Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam.*

Peritus nauclerus turgida secundo vento vela consueuit contrahere. Vulgare vitium est contra facere, & malorum proprium. Theognis de improbo diuite,

Theognis

τίκτει τοι κόρον ὕβριν ὅταν κακῷ ὄλβος ἕπηται.
Si malo diuitiæ obtingant parit satietas contumeliam.

Solonis dictum.

& ita restringendum Solonis dictū, τὸν κόρον ὑπὸ τοῦ πλούτου γενᾶσθαι, τὴν δὲ ὕβριν τοῦ κόρου. *Satietatem ex diuitiis; iniuriam verò ex satietate nasci.* Laërt. lib. 1.

Pudor duplex, vt & amor.

Euripides.

Pudor duplex etiam à Gentilibus perhibetur. Euripides in Hippolyto: αἰδὼς δισσά ἐστιν· ἡ μὲν ὠφελεῖ, ἡ δ' οὐκ ἀγαθὴ οἴκοις. *Pudor duplex est, alter quidem bonus; alter verò labes domus.* Vtriusque mētio sup. cap. 4. 30. *de mendacio eruditionis tuæ confundere.* (en bonum.) *Nō confundaris confiteri peccata tua.* (en malum.) boni subdit exemplā vsque ad cap. finem. Sunt, prō dolor! vt ait Plautus in Epidico. Act. 2.

Plautus.

Plerique homines, quos, cùm nihil refert, pudet: vbi pudendum est,
Ibi eos deserit pudor, cùm vsus est vt pudeat.

Terent.

ab hoc sumpsit Terentius;

Hic vbi opus est, non verentur: illic vbi nihil opus est, ibi verentur.

Carensis, & alij.

Carensis, Liranus, Dionysius, Clarius, Palacius, Complutens. Regij, Parisiens. & alij legunt, *irreuerentiam*, sensu fermè contrario. Sed Græcus textus probat lectionem Romanam, *reuerentiam*; quæ placuit Iansenio & Saa. Quinque tamen manuscr. nostri habent, *irreuerentiam*.

ADAG. CCCC LXXIX. Non est bonum omnem reuerentiā obseruare.

EX CAPITE XLI. VERS. XX.

Non est bonum omnem reuerentiam obseruare.

Οὐ γὰρ ἐστι πᾶσαν αἰχύνην διαφυλάξαι καλόν.

Sensus adagij.

SPectat ad eos qui nimis contra malum molli sunt fronte; item qui ad bonum subrustico pudore laborant. Docet enim adagium non omnem pudorem laudabilem esse. Nam pudor, sicut & amor, duplex

ADAG. CCCC LXX. De discubitu in panibus.

IBID. VERS. XXIV.

AIt erubescendum

De discubitu in panibus.

Ἀπὸ πήξεως ἀγκώνων ἐπ' ἄρτοις.
A fixione cubiti ad panes.

Sensus adagij.

SVnt qui velint reprehendi discipulos Grobiani, quādo cubito in

CCCC LXXI. mensam incumbunt, quod ferè est cibo gratatorum, & Dei beneficia non agnoscentium. Sic Iansen. & Saa. Non reiicio, sed potiùs assentior aliis, locutionem symbolicam esse, vituperari nulla de re aliâ sollicitos, quàm vt victui comparent necessaria, quorum animus (vt aiunt) *semper est in patinis*, & vt conchæ rupibus, sic corpora mensis adhæresçunt. quod etiam Pythagoræ Symbolis prohibitum, χοίνικι μὴ ἐπικάθισσο. *Ne chœnici insideas*: quod huc etiam referri potest: licet non ignorem eius alias ab Athenæo, Plutarcho, & D. Hieronymo interpretationes assignari, ab adagiographo centur. 1. in princip. Siracidem de iis qui comessationi & ebrietati incumbunt, interpretatur Strabus.

Autoris sententia. Animus in patinis. Pythagoræ symbolum. Athen. Plutarch. D. Hier.

De occupante primam sedem in mensâ, Liranus, & hanc meliorem asserit Carensis; sed re verâ est alienior reliquis. Alij exponunt, ne quæratis varia genera panis, vno contenti estote. Sic idem Hugo. Sed optima fuit, quam primo loco posuerat, ne sitis irreuerentes & infruniti in conuitiis. Hoc amplexus Dionysius, sed simul addidit de ambitione loci honoratioris. Palacius putat prohiberi, ne quis interfit & vescatur in epulis Gentilium, quas in pseudotheorum suorum honorem celebrabant. Ego non video vnde id eliciat.

Liran. Carensis. Dionys. Palacius.

ADAG. CCCC LXXI. Super mulierem nequam bonum est signum.

EX CAPITE XLII. VERS. VI.

Super mulierem nequam bonum est signum.

Ἐπὶ γυναικὶ πονηρᾷ καλὸν σφραγίς.

DE signaculo agi patet ex Græco; & alludi ad cõsuetudinem veterum; qua, quæ seruata & custodita volebant, cerâ oblinebant; & ceræ signatorio annulo sigillum suum imprimebant. Nota consuetudo vel alphabetariis. Adagium monet lasciuam & petulcam mulierem, siue vxor, siue filia sit, non posse satis diligenter custodiri. Quod Danaës exemplo probat Horatius,

Sensus adagij. Danaës exemplum. Horatius.

Quam nec turris ahena,
Robustæq; fores, & vigilum canum
Tristes excubiæ munierant satis,
Conuerso in pretium Ioue.

Vera lectio est quæ hodie exstat in codicibus plerisque, vt initium periodi, nouæque sententiæ hinc ordiamur, *Super mulierem*, &c. quo sensu sup. cap. 7. 26. *Filiæ tibi sunt? serua corpus illarum, & non ostendas hilarem faciem tuam ad illas.* & infer. ver. 11. *Super filiam luxuriosam confirma custodiam: ne quando faciat te in opprobrium venire inimicis.*] Vanæ sunt aliæ interpretationes Carensis, nempe.

[*Mulier* nequam bonum signum aliquando prætendit, licèt mala sit: & ideo non confundaris corripere, vel custodire eam. Vel sic, lege; *Seruo pessimo latiùs sanguinare super mulierem nequam, bonum est signum*; id est, iuxta vxorem malam. Sicut iuxta leonem, bonum est verberare catulum. visa enim disciplina serui quandoque corrigitur vxor, vel ad minus pertimescit. Prouer. 19. *Pestilente flagellato stultus sapientior erit.* Potest etiam sic legi: *Latus sanguinare super mulierem nequam, bonum est signum.* id est, nequam mulierem verberare vsque ad sanguinem, bonum est *signum.*] Tam multa ille.

Nimi

Nimirum fœcunda est seges errorum: sicut animalia quæ imperfecta, sunt fœcundissima.

obrodunt.] Nominibus mutatis, tales Caluinus, & Lutherus.

ADAG. CCCC LXXII. De vestimento procedit tinea.

EX EODEM CAPITE. VERS. XIII.

De vestimentis procedit tinea.

Ἀπὸ ἱματίων ἐκπορεύεται σής.

Vsus adagij.

VSurpatur de malo intestino, cuius intra nos origo. Sic exponit S. Gregorius lib. 5. Moral. cap. 28. Tinea autem de veste nascitur, & eadem vestem de qua oritur, oriendo corrumpit. Quasi quædam verò vestis animæ caro est, sed hæc nimirum vestis habet tineam suam: quia ab ipsa carnalis tentatio oritur, ex qua laceratur. Quasi enim quadam sua tinea vestis nostra consumitur, cùm caro corruptibilis tentationem gignit, & per hanc ad interitum peruenit. Velut à tineâ homo consumitur, cùm de se oritur vnde *conteratur.*] Aspectus ergo & conuersatio mulierum hîc tineæ comparatur, quia sicut nescienti & nolenti, in vestimento tinea: sic insscio & inuito ex aspectu & familiaritate mulierum nascitur concupiscentia. Legendus hac de re D. Hieronym. eleganti epist. ad Nepotianum [*Quanto* hæc diligentiùs meditanda in hæreticorum vitanda familiaritate, quorum sermo serpit vt cancer & ipsi ex Ecclesiâ nati, Ecclesiæ vestimentum *erodunt?*] S. Ambrosius lib. 1. de Spiritu sancto in fine: [*Tinea* nostra Arrius est: Tinea nostra Fotinus est, qui sanctum Ecclesiæ vestimentum impietate suâ scindunt, & sacrilego morsu pretiosum fidei velamen

S. Gregor.

D. Hieron.

S. Ambr.

ADAG. CCCC LXXIII. Melior est iniquitas viri, quam mulier benefaciens.

IBIDEM. VERS. XIV.

Melior est iniquitas viri, quàm mulier benefaciens.

Κρείσσων πονηρὰ ἀνδρὸς ἢ ἀγαθοποιὸς γυνή.

EX instituto Salomonis explicatio vera desumenda cum Lirano, Carensi, Dionysio, Iansen. & Palacio. Ille nos deterruit à cohabitatione, familiaritate & cõspectu mulierum v. proximè præcedenti, nunc subdit rationem: quia maius nobis periculum imminet à blandâ, benignâ & munificâ mulierculâ, quàm à viro austero, iniquo, duro, & parco. ideo nobis hic vtilior est illâ. quid ita? quia vir hac suâ malignitate, vel non nocet cauenti, vel læso prodest ad patientiam, & meritum virtutis. mulier suâ benignitate trahit ad concupiscentiam, & animam illaqueat. quàm periculosa flammæ & stuppæ vicinia? Hieronymus Nepotiano ista.

Lirānus, & alij, Sensus adagij.

Hieron.

[*Hospitiolum* tuum aut rarò, aut nunquam mulierum pedes terant. Omnes puellas & Virgines Christi, aut æqualiter dilige, aut æqualiter ignora. Ne sub eodem tecto mansites, nec in præteritâ castitate confidas. Nec sanctior Dauide, nec Salomone potes esse sapiẽtior. Memento semper, quòd paradisi colonum de sede suâ mulier eiecerit. Periculosè tibi ministrat, cuius vultum frequenter attendis. Caueto omnes suspiciones, & quidquid proba

CCCLXXIII. probabiliter fingi potest, ne fingatur, ante deuita. Crebra munuscula, & sudariola, & fasciolas, & vestes ori applicitas, ac degustatos cibos, blandasque & dulces litterulas sanctus amor *non habet.*] Didicerat à Nazianzeno præceptore suo, cuius hoc carmen aureum:

πῦρ ἐγγὺς καλάμης δὴ ἀσφαλὲς. οὐδὲ γυναῖκα
παρθένον, ὦ μέναχε, κτᾶσ ὁμορόφιον.

Non tuum ignem stipulis indere, nec monacho virginem cohabitare.

S. Orient. Sed omnium exactissimè S. Orientius in Monitorio, nec pigebit ascribere, quia, licèt in lucem bis dederim, paucioribus adhuc quàm par est notus author:

Præcipuè semper famosos despice cultus,
Iudiciúmque tuis eripe luminibus.
Nemo feret rutilos intactis vestibus ignes:
Nemo inter lituos non trahet aure sonum:
Nemo inter flores blandorum ambitus odorum
Naribus assiduam non metet vngue rosam.
Nemo diu sitiens, & multo sole perustus,
Incumbet gelidis, nec potietur, aquis.
Nemo viat pedibus brumali tempore carpens,
Conspersus pluuiâ, nec madefactus erit.
Nemo licèt mediis muris sub tempore belli
Aut benè securus, aut benè tutus erit.
Congressus præstat visum, nox lumina visu
Concipiunt flammas, parturiúntque nefas:
Dum veluti iacto piscantis fraudibus hamo,
Primùm animus capitur, pòst etiam moritur.
Prima mali labes, heu! femina, te dolus anguis,
Ac hominem per te reppulit à Domino:
Erepti tu causa boni. tu ianua mortis:
Tu citò decepta, tu citò decipiens.
Ergo age, qui nullo maculari pectora næuo,
Et purus puro niteris esse animo:
Vt laqueos ignis validos, & acuta venena,
Cernere laudatum sic fugies faciem.

Subdit historias profanas & sacras eorum quos facies & blanditiæ muliebres prodiderunt. Menander comicus:

τότε τὰς γυναῖκας δεδιέναι μάλιστα δεῖ, Apud Stob. serm. 71.
ὅταν φιλοφρονῶσι τοῖς χρηστοῖς λόγοις.

Tum feminas maximè timere addecet,
Cùm leuibus sublandiuntur verbulis,

Idem:

γυνὴ λέγουσα χρηστὰ ὑπερφέρει φόβου.

Mulier benignè loquens timenda est maximè.

Varix in interpretationes. I. Sunt aliæ quoque interpretationes huius loci, quas non reticebo.

Vulgi vna, vitia virorum præstare muliebribus vitiis ἁπλῶς, id est, *simpliciter*: impia est, & Deo iniuria. cur ergo mulieri cœlum propter bona opera panderetur, viro clauderetur propter mala?

II. Vatabli. Alia Vatabli; Melior est vir deformis, quàm mulier pulchra: aliena est à scopo, & non satis consentanea Græco textui.

III. Tertia est eiusdem, ad turpes

amores plus esse periculi à benignitate & comitate mulierum, quàm ab apertâ virorum nequitiâ. Ne hæc quidem satis conuenit menti Siracidæ.

IV. Quarta etiam aliena, quia in rebus gerendis viri sunt dexteriores & constantiores: hãc nonnulli reddiderunt, quasi foret Iosephi; sed non est eius, neque huic ipse loco explicando adducit.

V. Augustin. Quintò, quisquis ille, qui tomo 3. operum S. Augustini, lib. de spiritu & animâ cap. 11. per *virum* intelligit superiorem animæ portionem: per *fœminam*, inferiorem: & explicat his verbis; [*Est in* ratione quiddam ad superna & cœlestia intendens, & id dicitur sapientia: & est quiddam ad transitoria & caduca respiciens, & id vocatur prudentia. Hæc duo ex ratione sunt, & in ratione consistunt: & diuidit se ratio in duo, scilicet in sursum & deorsum; sursum in sapientiam, deorsum in prudentiam, quasi in virum & mulierem: vt vir sit superior & regat, mulier inferior & regatur. Vnde dictum est, *Melior est iniquitas viri, quàm mulier benefaciens.* Melior siquidem est, qui per cœleste desiderium accensus, carnem, necessaria etiam ei subtrahendo, affligit: quàm qui per carnalem affectum resolutus per omnia, quæ commoda sunt ei, satisfacere *contendit.*]

VI. S. Greg. Aliter adhuc S. Gregorius lib. 11. Moral. cap. vlt. [*Vtilius* per *virum* intelligit animum fortem & virilem: per *mulierem* animum imperfectum & debilem: illi aduersa & lapsus esse occasionem virtutis: huic prospera & bona opera præbere causam damni & superbiæ. Sic scribit: [*Vir* etenim, fortis & discretus vocatur: mulier verò, mens infirma vel indiscreta accipitur. Et sæpe contingit, vt etiam discretus quisque subitò labatur in culpam: atque indiscretus alius & infirmus bonam exhibeat operationem. Sed is qui indiscretus atque infirmus est, nonnumquam de eo quod benè egerit, ampliùs eleuatur, atque ampliùs in culpam cadit: discretus verò quisque ex eo quod malè se egisse intelligit, ad districtionis regulam arctiùs se reducit: & inde altiùs ad iustitiam proficit, vnde ad tempus à iustitiâ cecidisse videbatur. Qua in re rectè dicitur: *Melior est iniquitas viri, quàm mulier benefaciens.* quia nonnumquam etiam culpa fortium occasio fit virtutis, & virtus infirmorum *occasio vitæ.*] Sequuntur Rabanus, & Strabus hic, & Dominicus de Soto lib. de ratione regendi & detegendi secreti. memb. 2. quæst. 2. Sed eum monuerat eiusdem instituti doctor Carensis hanc expositionem mysticam esse.

Rabanus. Strabus. Dominicus de Soto.

Qualis denique est etiam D. Bernardi commentarius, quo defendit eos qui in actiuæ vitæ procellis versantur (vt sunt Episcopi, & Prælati ceteri) à morsibus eorum qui domi residés toti vacant Rachelis amplexibus, serm. 13. in Cantica; [*Inhumanè* eorum redarguis opera, quorum onera refugis. Temerariè obiurgat virum de prælio reuertentem mulier nens in domo. Dico enim: Si is qui de claustro est, eum qui versatur in populo, interdum minùs districtè minúsve circumspectè sese agere deprehenderit (verbi gratiâ in verbo, in cibo, in somno, in risu, in irâ, in iudicio) non ad iudicandum confestim prosiliat, sed meminerit scriptum: *Melior est iniquitas viri, quàm mulier benefaciens.* Nam tu quidem in tui custodia vigilans benefacis; sed qui iuuat multos, & meliùs facit

VIr. D. Bern.

CCCC LXXIV.

cit & vtiliùs. Quod si implere non sufficit absque aliqua iniquitate, id est, absque quadam inæqualitate vitæ atque conuersationis suæ, memẽto quia *charitas operis multitudinem peccatorum.*

Anastasi. Nicenus De malitia mulierum, & vitando cõsortio.

Porrò locum communem de malitiâ mulierum, & earum consortio vitando, habes apud Anastasiũ Nicenum in sacram Scripturam quæst. 63.

ἔχω, ἀνὴρ καὶ οὐκ ἀνήρ, ὄνιδα καὶ ὀλοὸν ὄνιδα, ἰδὼν τε καὶ οὐκ ἰδών, ἐπὶ ξύλου καὶ οὐ ξύλου, καθημένην καὶ οὐ καθημένην, λίθῳ καὶ οὐ λίθῳ, βάλλόν τε καὶ οὐ βάλλον. *Portans non porto, habens nõ habeo, vir & non vir, auem & non auem, vidénsque & non videns, in ligno & non ligno, sedentem & non sedentem, lapide & non lapide, iaculatur & non iaculatur.* est Clearchi apud Athenæum lib. 10.

Clearch.

EX CAPITE XLIV. VERS. IX.

ADAG. CCCC LXXIV. Nati quasi nõ nati.

Nati quasi non nati.

Ἐγένετο ὡς δ γεγαότες.

Sensus adagij.

ADagiale de illis, quorum vix supereſt memoria (vt verbi gratia Philisthæorum, Moabitarum, Amalechitarum, &c.) quia nulli eorum posteri. tales locutiones vt adagia notant alij, in quibus decora

Græcorũ elegantes ἐπαναφοράς.

εἰ αντίωσις, παρθενία ἀπάρθενος, *virgo non virgo*: ἄνυμφος νύμφη, *non sponsa sponsa*: ἀγαμος γάμος, *innuptiæ nuptiæ*: ἄπολις πόλις: *non ciuitas ciuitas*: δύστηνος παράνυμφος *paris Paris*: ὄλβαιμονία ἀνόλβιμων, *felicitas infelix*: ἄδωρα δῶρα: *non dona dona*: δεῖος ἀδεὴς: *formido non formidanda*: ἀπόλεμος πόλεμος, *bellum non bellũ*: κόσμος ἀκόσμος, *ornatus inornatus*: ἀχαρις χάρις, *ingrata gratia*: πλοῦτος ἄπλουτος, *opes inopes*. & apud Senecam *pia impietas*: apud Catullum, *funera ne funera*: Sophoclem, γυναῖκα οὐ γυναῖκα, *vxorem non vxorem*: ἄγονος γόνος, *proles non proles*, τρωτὸς ἄτρωτος, *vulnerabilis inuulnerabilis*: & Ænigmate lepidissimo de luteo Hermaphrodito qui pumice, & fundâ petebat vespertilionẽ sambuco insidentẽ, φέρων οὐ φέρω, ἔχων οὐκ

Ænigma de luteo Hermaphrodito.

EX CAP. XLVI. VERS. XXII.

ADAG. CCCC LXXV Vsque ad calceamẽta.

Vsque ad calceamenta.

VIde quæ in adagio ex Genesi, dicta sunt, & hic pone.

EX CAP. XLVII. VERS. II.

ADAG. CCCC LXXVI. Adeps separatus à carne.

Adeps separatus à carne.

Στέαρ ἀφωρισμένον ἀπὸ σωτηρίου.

A *Salutari*, pro à carne. Sed *salutare* intelligitur de carne hostiæ pacificæ, quæ pro populi salute offerebatur, à qua Sacerdos adipem separabat, & Deo in holocaustum offerebat. Leuit. 3: *Adipis* nomine, quidquid in quaque re optimum Hebræi significabant. Vt cùm dicitur Abel obtulisse de adipibus gregum, Gen. 4.4. & quod Hebr. est *adeps*, noster *electum* & *optimum* vertit Num. 18.v. 12.29 & 30. Sic dicitur *adeps renum tritici*, vbi noster *medullam tritici*. Deutero. 32. 14. & *adeps frumenti*, psal. 80. versi. vlt. & ps. 147. 14.

Adipis nomine quid quid optimũ apud Hebræos.

Vsus adagij.

Vsurpandum ergo, vt de Dauide,

sic de quouis viro sancto, qui totus ardore diuini amoris ardet & alienus est à vulgi moribus & vitâ, qui cùm in carne degat, à carne tamen seiunctus, animo in cœlestibus conuersatur.

ADAG. CCCC LXXVII. Ossa pullulent de loco suo.

EX CAPITE XLIX. VERS. XII.

Ossa pullulent de loco suo.

Τὰ ὀστᾶ αὐτῶν ἀναβλάστοι ἐπὶ τὸν τόπον αὐτῶν.

EAdem locutio exstat suprà cap. XLVI. ver. XIV. de sanctis Iudicibus populi; hic de XII. prophetis, quos minores vocant. & Græcè hæc vtrobique leguntur in Vaticanis libris. Sed in Complutens. & Regiis, tantùm priore loco. Rabanus, Strabus, & alij exponunt, robur bonorum operum æterna mercede donari. Sed hoc mysticum, nec satis conuenit verbis. Liranus putat dici, quia sepulta erant eorum corpora in celebri loco: quod non puto de omnibus illum docere potuisse. Hugo Carensis vtramque ponit, & alias addit interpretationes: vt fuit ingenio fœcundo, pullulare miraculis, item exemplo bonorum operum suorum; nec non doctrina suâ, alios ad virtutẽ excitare, atque ita hoc robore atque interiore pinguedine ac virore fidei pullulare, & nouas quotidie plantulas, hoc est, spirituales filios Deo gignere.

Varia expositio.

I. Rabanus. Strabus.

II. Liranus.

III. Hugo Carensis.

Autoris sententia.

Hæc interpretatio, vt & reliquæ, meliùs conueniunt iustis noui testamenti: & de his vti possumus adagio, quo reliquiarum Sacrarũ cultus suadetur. Puto phrasim primariò significare sacrorum ossium non qualemcumque, sed ad gloriam resurrectionem. tunc enim illa quauis rosâ pulchriora & suauiora efflorescent. Sic capiendum illud Isaiæ 66. 14. *ossa vestra quasi herba germinabunt.* Hoc malo, quàm quod Iansenius ait, nihil aliud significari, quã æternâ dignos esse memoria: aut quod Palacius, ossa illorum in filiis videri reuiuiscere. Simplicius & germanius est quod dixi. Vatablus *reuiuescant.* Noster Saa, resurgant suo tempore. verùm id nimis generale: nam etiam impiorum ossa resurgent.

VI. Iansen.

VII. Palacius.

VIII. Vatabl.

IX. Saa.

IBID. VERS. XIII.

ADAG. CCCC LXXVIII. Signum in dextera manu. Sensus adagij.

Signum in dextera manu.

Σφραγὶς ἐπὶ δεξιᾶς χειρός.

DIcitur de illo qui alicui carissimus, & in summo est pretio, & diligenter custoditur, ac alteri creditur. talia enim dominis annularia sigilla. Ex Rabano Strabus allegoricè capit, quia Zorobabel figura CHRISTI. *Signũ, quia* CHRISTVM *signat* (ait) *qui est imago Dei, vt quicũque crediderit in Deum, hic quasi annulo signetur.* Aggæus c. 2. *ponam te quasi signaculum, quia te elegi.*] Sed locus confirmat meam explicationem; quæ fuit R. Salomonis, Lirani, Iansenij.

Allegoria

Poteſt etiam accipi de signo ad memoriam excitandam, vt capit Carensis; vel vt significet ornamentum: quod placuit Carthusiano. Palacius addit significari etiam repræsentationem eius cuius effigies est in signaculo, nempe Zorobabel fuisse imaginem ipsius Dei.

Aliæ expositiones. Carensis.

Carthus. Palacius.

EX

ADAG. CCCC LXXIX. Stella matutina in medio nebulæ.

EX CAP. L. VERS. VI.

Stella matutina in medio nebulæ.

Ἀχὴρ ἑωσφόρος ἐν μέσῳ νεφελῶν,

LVciferi ſtella cæteris ſplendidior; & gratior, quia poſt tenebras emicat, & cùm nubilis, vel nigris nubibus ambitur, clarior apparet. Virgilius Æneid. 8.

Virgilius.

Qualis vbi Oceani perfuſus Lucifer vndis,
Quem Venus ante alios aſtrorum diligit igneis,
Extulit os ſacrum cælo, tenebraſque reſoluit.

Veneris ſtella.

Creditur propria Veneris ſtella, quę oriens Lucifer dicitur, occidens Heſperus, vel iuxta alios quibuſdam menſibus manè, aliis veſperi exoritur. Eãdem porrò ſtellam eſſe communis opinio eſt Piſidæ, Cinnæ, Manilij, Boëtij, Martiani, ceterorum, quorum verba dedi Comment. in Medeam verſ. 877.

Tiberianus.

Tiberianus;

Aureus ſubducit ignes,
Sudus ora Lucifer.

Statius Surculus.

Statius Surculus ſexto Thebaid.

Sic vbi tranquillo pellucent ſidera ponto,
Vibratúrque fretis cæli ſtellantis imago,
Omnia clara nitent: ſed clarior omnia ſupra
Heſperus exercet radios, quantúſque per altum.
Æthera, cæruleis tantus monſtratur in vndis.

Seneca.

Seneca in ludo;

Qualis diſcutiens fugientia Lucifer aſtra.
Aut qualis ſurgit redeuntibus Heſperus idem.

Idem in Hippolyto.

Qualis eſt primas referens tenebras
Nuncius noctis, modò lotus vndis
Heſperus pulſis iterum tenebris
Lucifer idem.

Stellæ matutinæ ſeptem interpretationes myſticę.

Fit *ſtellæ matutinæ* mentio etiam Apocalyp. cap. 2. 29. vbi ſeptem ſunt vel plures interpretationes myſticæ ſtellæ matutinæ; quæ nobis eatenus vtiles, vt intelligamus de his omnibus poſſe adagium vſurpari.

I.

Imprimis de CHRISTO Domino. Sic S. Gregor. in Iob. cap. 38. libr. 19. Moral. cap. 30. Primaſius, Beda, Anſbertus, Rupertus & Haymon in Apocal. & opt. Carenſis hic. II. Sanctos viros, qui vel CHRISTI figura vt (Onias hic) vel CHRISTVM imitati, ſic Andreas Cappadox & Haymon. ibid. III. gratia iuſtificans & animæ gloria; vt Richardus de ſancto Victore. IV. Corporis glorioſi notas, vt Liranus & Primaſius. V. Ipſa prima reſurrectio vt Victorinus. VI. Clara lux ſcientiæ & intelligentiæ Scripturarum, vt Gagneius & Viegas. VII. Donum prophetiæ, vt Ioachim Abbas interpretatur. lege Blaſ. Viegam in d. c. 2. comment. 4. ſect. vlt. & Bened. Pererium in c. 2. diſputat. 19.

S. Greg. & alij. Andreas. Cappadox. II. III. IV. V. VI. VII.

Velim præterea obſeruari hoc loco gradationem trium comparationum ſiue paræmiarum.

1 *Quaſi ſtella matutina,*
2 *Quaſi luna plena.*
3 *Quaſi ſol refulgens,*

Cùm enim de vno dicuntur, notãda virtutum incrementa. Sic enim de Eccleſia quoque in Cantico legimus, *quaſi aurora conſurgens, pulchra vt luna, electa vt Sol.* cap. 6. v. 9. quæ illic expoſui.

Notat autem hoc loco prudenter Hugo Carenſis ſecutus Strabum & Raba

Hugo Carenſis.

Rabanum, differentiam Doctorum siue quorumlibet fidelium significari, quibus Dominus diuersas largitur gratias, *diuidens singulis prout vult.* 1.Cor. 12. In quibusdam enim lucet quasi *stella matutina*: id est, in via pœnitentiæ pœnitentibus, *in medio nebulæ*, id est, nebulosæ conscientiæ. In aliis, *quasi luna plena*, id est, in proficientibus, qui plenam quidem iustitiam habent, sed non perfectam; quia non est ibi status. In aliis *refulget quasi sol*, id est, in perfectis, qui & plenè calent, & perfectè lucent, calent sibi, lucent aliis. Ioann. 5. *Erat Ioannis lucerna ardens & lucens.* sup. 27. *homo sanctus in sapientiâ permanet sicut Sol.*] Eadem in vno & eodem iuxta tres vias istas possunt considerari. Clarissimè de CHRISTO Domino idostendit idem Carensis.

Adaptatio adagij.

Tropologia.

Tropologicè Palacius hæc & sequentia moribus boni Pontificis accommodat, in hæc verba; [*Habet* Pontifex speculum, in quo videat, qualem se præstare debeat: scilicet tam benignum & purum, quàm sunt *lucifer, luna, Sol*, tam in se pura, tam ergo nos benigna. Iam vt *arcus* admonet Deum fœderis sui, ne terram diluuio perdat; ita Pontifex adeò sanctus sit, vt Deum admoneat ne peccatores pœnis inferni condemnet. Tertiò, vt rosæ, lilia, & arbor Sabæa, tam sunt odorata, ita Pontifex sit CHRISTI bonus odor. Quartò, vt ignis ardet & purificat, ita zelus Pontificis ardeat, & sordes depellat. Quintò, vt thus olet in igne, ita ille in persecutione. Sextò, sit vas aureum charitate, solidum humilitate, ornatum omnibus gemmis. f. omnibus virtutibus. Septimò, sit oliua in misericordia, cupressus in mentis erectione.]

Gen. 9.

1.Cor. 2.

Simul dedi, quę singula poteram, quia iudicabam vtile velut in speculo boni prælati faciem integram exhibere. CCCC LXXX.

IBIDEM.

ADAG. CCCC LXXX. Luna plena in diebus suis lucet.

Luna plena in diebus suis lucet.

Σελήνη πλήρης ἐν ἡμέραις αὐτῆς.

SEnsus qui præcedentis adagij. Nam de lunæ pulchritudine suprà cap. 43. v. 6. 7. & 8. vnde petes cur vocet dies ipsius luñæ. Sunt hæc comparatione referti poetæ. Sappho. Sappho apud Eustathium, *αἱ μὲν ἀμφὶ καλὰν σελάναν ἀφ' ἑσπερίου φαεινὸν ἄδος, ὁπόταν πλήθουσα μάλιστα λάμπηγαν. Stellæ quidem circa pulchrã lunam retrò absconduntur fulgidam faciem, tum maximè cùm plena terram illustrat.* Horatius lib. 1. carmin. Horatius.

Micat inter omnes
Iulium sidus, velut inter ignes
Luna minores.

Ouidius in epist. Leandri: Ouidius.

Quantùm cum radiis fulges argentea puris,
Concedunt flammis sidera cuncta tuis.

Seneca Hippoly. Seneca.

Clarior quanto micat igne pleno;
Cùm suos ignes coëunte cornu
Iunxit, & curru properante pernox
Exerit vultus rubicunda Phœbe,
Nec tenent stellæ faciem minores.

Papinius lib. 2. Syluarum, Papinius.

illius vnus
Antè decor, quantum præcedit luna minores
Clara faces.

diser

CCCC LXX XI. Claudianus.

disertissimè Claudianus,

Haud secus ac tacitam luna regnante per Arcton,
Siderea cedunt facies; cùm fratre retuso
Æmulus aduersis flagrauerit ignibus orbis.
Tunc inbar arcturi languet, tunc fulua leonis
Ira perit, plaustro iam rara intermicat Arctos
Indignata tegi: iam caligantibus armis
Debilis Orion dextra miratur inermem.

Seuerin. Boetius.

Seuerinus Boëtius:

Vt nunc pleno lucida cornu
Totis fratris & obuia flammis
Condat stellas luna minores.

Fortassis legendum, *totáque fratris*, vel *tota & fratris.*

Adagij interpretationes. Liranus.

Dici volunt de Doctoribus: Glossa interlinearis, quia lucent saturi doctrinæ verbo, & baptismi sacramento; Liranus, quia nihil in iis appareat defectus aut obscuritatis.

Carensis.

Carensis de CHRISTO, qui fuerit luna plena in passione vbi passus eclipsim; sol in resurrectione.

ADAG. CCCC LXXXI. Sol refulgens.

IBIDEM.

Sol refulgens.

Ὡς ἥλιος ἐκλάμπω.

NOn refert quòd alio hæc ordine in Græcis habeantur. Alibi de sole exoriente actum, adag. 167. nunc potiùs de meridiano quando splendidior & ardentior. Solis laudem habuimus sup. 43. v. 2. vbi meritò dicitur, *vos admirabile opus excelsi.* Laudando soli si poëtas profanos accersam, finis nullus futurus: lege quæ sacer Pisidas scribit: accedat ex Patribus D. Basilius Hexaëm. hom. 6.

D. Basil.

[*Hic* solem hunc corruptibilem laudans, ex eo colligit quanto præstantior sit ille æternus in cœlo lucens. *Hunc quidem corruptibilem adeò pulchrum esse, adeò magnum, velocissimum motu, suas autem peragere ordine decentissimo periodos, moderata quidem, si compares vniuersò, magnitudine, vt proportionem totius machinæ reliqua nõ excedat; pulchritudine verò quasi quendam naturæ oculum splendidum creaturam ipsam condecorare, cuius adspectu satiari nequeamus.*

Εἰ δὲ τῇ φθορᾷ ὑποκάμνει ὁ ἥλιος οὕτω μέγας, ὀξὺς μὲν κινήσει, σὺν τάχει δὲ τὰς περιόδους ἐκτελῶν, σύμμετρον μὲν ἔχων τὸ μέγεθος τῷ παντὶ ὡς μὴ ἐκβάλλειν τὸν πρὸς τὸ ὅλον ἀναλογίαν. τῷ κάλλει τῆς φύσεως δέον τινὰ τὸν ὀφθαλμὸν λιαυγῆ ἐμφαίνων τῇ κτίσει ὁ ἀόρατος θεός, &c.

De sole interpretationes. Glossa interl. Carensis.

Glossa interlinearis accipit de sacrâ Scripturâ, quia in obscuritate litteræ splendor relucet sapientiæ. Carensis, [*Vitam* CHRISTI, quia sicut in sole apparent atomi, sic in vita CHRISTI vel minimi defectus nostri. Secundò, quia in doctrinâ CHRISTI nobis apparent atomi sacræ Scripturæ quæ in vmbra legis latuerant. Tertiò, quia Sol ille iustitiæ fuit rotundus (hoc est, perfectus) in se; lucidus & calidus erga proximos, vt nos sobriè, iustè & piè viuamus in hoc *sæculo.*] Sic ille. Liranus, de quouis Doctore, qui lumine suo illustet alios, & ardore charitatis accendat. Dionysius vult, lucifero, lunâ, Sole, significari lucem doctrinæ, vitæ, famæ, exempli, & auctoritatis.

Liranus. Dionys. Luciferi, solis, Lunæ significationes.

Breuior in his & sequentibus comparationibus sum, quia singulas accuratiùs, Deo dante, cogito discutere in opere *de Physiologiâ sacrâ.*

IBIDEM. VERS. VIII.

ADAG. CCCC LXXXII. Arcus refulgens inter nebulas gloriæ.

Arcus refulgens inter nebulas gloriæ.

Τόξον φωλίζον νεφέλας δόξης.

SVp. cap. 33. 12. *Vide arcum, & benedic eum qui fecit illum: valdè speciosus est in splendore suo.* Duodecim Scholasticorum poëtarum lusus exstant de iridis cælestis ortu & pulchritudine. inter alios Maximianus,

Maximianus. Iridis ortus & pulchritudo.

Thaumantis proles varianti veste refulgens
Multicolor picto per nubila devolat arcu,
Cùm Sol ardentes radios in nubila iecit.

De coloribus quidam duos, alij tres præcipuos censent. vide quæ dixi in Senecæ Oedipum. 316.

Iridis symbolo quibus aptetur.

Iris misericordibus conuenit, quia diuinæ misericordiæ symbolum est. & ideo CHRISTI quoque typus, vt docent SS. Hieronym. in Ezech. Gregorius hom. 8. in Ezechiel. & Benedict. Pererius sanè eleganter in Genes. lib. 14. disputat. 3. egit etiam Ioann. Ferdinandus in Thesauro cap. 130. explicans de nomine Iesu. de Spiritu sancto explicat Ioachimus Abbas in Apocalyp. cap. 4. de CHRISTO iudice ibidem. Richardus Victorinus de CHRISTI incarnatione. Ambrosius Ansbertus ibid. & Hugo Carensis hic; de diuinâ misericordia optimè Viegas in Apocal. cap. 4. comment. 1. sect. 3. de Iride vide quæ Pisidas.

S. Gregor. Pererius.

Ferdinandus & alij.

IBIDEM. VERS. XI.

ADAG. CCCC LXXXIII. Oliua pullulãs.

Oliua pullulans.

Ἐλαία εὔκαρπος ἀναβάλλουσα καρπόν.
Oliua decora germinans fructum.

DIcitur de illo qui non modò gratus est sermone, sed etiam vtilis, & in Ecclesia fructificans: docent Origenes hom. 14. in Matth. & Hieronym. in psalm. 51. dixi de hac arbore Floridâ Marianâ. huc spectat Iere. 11. 16. *Oliuam pulchram, vberem, fructiferam, speciosam, vocauit Dominus nomen tuum.* & Osee 14. 7. *erit quasi oliua gloria eius.* Vbi LXX. ἐλαία κατάκαρπος. *Oliua fructuosa.* Cyrillus ibidem, semper virens & fructifera. Theophylactus in Osee citatus à Leone Castrio; quasi oliua, scilicet séper virẽs. Scilicet talis, nec in tentationibus exsiccabitur, quandoquidem nec oliua hyeme amittit folia. Verùm quoniam multi figuram tantùm virtutis habent, oportet oliuam esse fructiferam, fructus edere, & non esse ad ostentationem solùm, non enim oliua est frugiperda fructu deciduo: nec perit merces colentis bonâ fide Deum.] Vide infer. *quasi oliua gloria eius.*

Sensus adagij.

Origenes. Hieron.

Cyrillus. Theoph.

EODEM VERS. VNDECIMO.

ADAG. CCCC LXXXIV. Cypressus in altitudinem se extollens.

Cypressus in altitudinem se extollens.

Κυπάρισσος ὑψιμέδων νεφέλας.
Cypressus exaltata in nubibus.

CYpressi laus est rectitudo & incorruptibilitas. Propter prius dicitur

dicitur Ouidio,

Metas imitata cupressus, nempe quæ in circo erant; &

Sydereum gracili spectare cacumine cælum.

Cupressi rectitudo & incorruptibilitas.

Propter comæ pulchram æqualitatem, & ligni fragrantiam, quendam comparat Anacreon cupresso hortensi,

Anacreō. Cupressi adaptatio.

κυπάριτ' ἐγὼ πεύκοισιν ἴσην λέγω·

Propter incorruptibilem vim significat æternam sapientiam, cui comparatur Eccli. 24. & doctrinæ atque doctoribus Ecclesiæ, qui altitudine sapientiæ vigent, & incorrupta fide, & virore doctrinæ, & virtutum odore excellunt, teste D. Hieronymo in Isaiæ cap. 60. & Origene in 1. Cant. *Solam* (inquit D. Ambrosius in psal. 118. serm. 4.) *hanc arborem ventus nunquam suo honore dispoliat: sola nunquam veteri exuitur amictu, aut nouo flore vestitur.*]

D. Hieron. Origen Ambros.

Sic verus Catholicus fidei canæ perpetuò tenax, nouitia deliramenta hæreticorum semper respuit.

EX CAP. LI. VERS. XIX.

ADAG. CCCC LXXXV. Effloruit tanquam præcox vua.

Effloruit tanquam præcox vua.

Ἐξ ἄνθυς ὡς περκάζουσης σταφυλῆς.
Ex flore tanquam maturescentis vuæ.

VEra lectio est in præterito, vt & Rabanus legit. Ideo non audiendi Liran. Carensis, Dionys. Palacius. Fortassis noster vna voce legit, vt deductum à verbo ἐξανθῶ, quo vsi Lxx. Num. 17. v. 8. ἐξήνθησεν ἄνθη, *effloruerunt flores.* Significatur præcox sapientia, seu citò parta & se prodens. Vrendum de illis, in quibus ante ætatem & communem cursum naturæ elucent eruditio, prudentia, virtutes aliæ viriles aut seniles. De his Martialis,

Sensus adagij & vsus.

Odi puerulos præcoci sapientia.

Cur odit, quod Dei donum? sed non loquitur de hac, verùm de caducâ quadam ostentatione prudentiæ, grauitatisque; quæ mox perit vt lanugo pupponum: & est reuera immatura. Sed adagium est de matura & perfectâ sapientiâ, quam haut grauatè, nec serò Deus largitur, quæ, vt solent fructus primi, gratior & iucundior est: vt notant Strabus, & Liranus; iuxta illud Miche. 7. *Ficus præcoquas desiderauit anima mea.* & Ierem. 24. 2. dicentem: *Calathus vnus ficus bonas habebat nimis, vt solent ficus esse primi temporis.* & iuxta Lucillium:

Sicuti ficus propola recentes
Vendit, & ingenui pretio dat primitiæ panca.

Cariora enim quæ rariora: vt Dei dono data præcoqua sapientia. quis non desideret? ad impetrandum salubria sunt ista Hugonis Cardinalis quibus sum finio:

Tribus quæritur modis sapientia.

[*Quæritur* autem sapientia tribus modis. I. instantia orationis vt hic: & Iacob. 1. 2. *Si quis indiget sapientia, postulet eam à Domino*, &c. II. Vigilantia lectionis, Sap. 6. 6. *clara est, & quæ nunquam marcescit sapientia, & facilè videtur ab his qui diligunt eam: inuenietur ab his qui quærunt illam. Præoccupat, qui se ei non piscum, vt illis se prior ostendat: qui de luce vigilauerit ad illam non laborabit. Assidentem enim illam foribus suis inueniet.*] III. modo quæritur studio bonæ operationis. sup. cap. 1. d. *fili concupiscens sapientiam, conserua iustitiam, & Deus præbebit illam tibi.* De his tribus modis quærendi sapientiam

dicitur Prou. 2. a. *Si sapientiam inuocaueris*, (ecce primus) *& inclinaueris cor tuum prudentiæ* (ecce secundus) *& quæsieris eam quasi pecuniam, & sicut thesaurum effoderis eam* (ecce tertius) *tunc intelliges timorem Domini, & scientiam Dei inuenies.*

TYPOGRAPHVS LECTORI.

Adagiale ex libro Esther, quod nobis exhibuit manuscriptus ad nos recèns transmissus: & quod in prima parte non extat, visum est, Lector, etiam hîc tibi subiicere. Illud loco suo substitues.

EX LIB. ESTHER.

CAP. VII. VER. X.

Patibulũ Aman.

Patibulum Aman.

Vsus adagii.

VSurpari potest in eum, qui perit fraude quam alteri intentarat, & incidit in foueam quam aliis foderat. Nam Aman suspensus est in patibulo quod parauerat Mardochæo. d. v. 10. Sic vsurpant Gentiles *Busiridis aram*, & *Phalaridis taurum*, quia primi artifices arte sua sunt interempti. Claudianus lib. 1. in Eutrop.

Busiridis ara. Phalaridis taurus. Claudianus.

Quàm benè dispositum terris, vt dignus iniqui
Fructus consilij primis auctoribus instet!
Sic multos fluuio vates arente per annos,
Hospite qui caso monuit placare Tonantem,
Inuentas primùm Busiridis imbuit aras,
Et cecidit sæui, quod dixerat, hostia sacri.
Sic opifex tauri, tormentorúmque repertor,
Qui funesta nouo fabricauerat æra dolori,
Primus inexpertum, Siculo cogente tyranno,
Sensit opus, docuitque suum mugire iuuencum.

Vide sup. adagialia similia. Sed egregiè hîc Serarius ex Iosepho & D. Ambrosio, quem legite.

BIBLIOTHÈQUE DE LA VILLE LYON 1891

INDEX

INDEX LOCORVM
SACRÆ SCRIPTVRÆ,
EX VETERI TESTAMENTO:

Quæ in hoc opere aut explicantur, aut explanantur, aut elucidationi aliorum locorum inseruiunt.

Numerus primus paginam notat, alter (1.) columnam primam: Numerus (2.) columnam secundam.

BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE LYON 1911

EX GENESI.

CAP. 3. Maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex eà cunctis diebus vitæ tuæ. Spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbam terræ. In sudore vultus tui vesceris pane. 113.1

19. Salua animam tuam, noli respicere post tergum tuum: nec stes in omni circa regione; sed in monte saluum te fac. 536.1

22. Multiplicabo semen tuum velut arenam. 19.2

27. Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti & vini. ibid. In pinguedine terræ & in rore cæli desuper erit benedictio tua. 74.1

40. Et ipsa tanquam germinans ascendit flos eius. 279.1

41. Ad tui oris imperium omnis populus obediet. 235.2

47. Cibaria singulis, 397.2

49. Lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vuæ pallium suum, 479.2

Ibid. Pulchriores sunt oculi eius vino, & dentes lacte candidiores. ibid.

Ibid. Diffusus est sicut aqua. 15.2

Ex libro Exodi.

CAP. 2. Quomodo palàm factum est verbum istud? 401.1

3. Terra fluens lacte & melle. 479.1

Ibid. De flamma ignis in medio rubi. 317.2

5. Sacrificet mihi in deserto. 269.2

16. Colligat vnusquisque ad os suum, 637.1

18. Et accepit Iethro socer Mosis holocaustum. 267.1

19. Totus mons Sinai fumabat. 139.2

21. Erit

21. Erit ei seruus in sæculum. 463.1
Ibid. Reddet animam pro anima, oculum pro oculo. 2.2
25. Pauperis quoque non misereberis in iudicio. 573.2
32. Dimitte me vt irascatur furor meus. 238.1.
33. Ecce locus est apud me & stabis super petram. Cumque trânsibit gloria mea, ponam te in foramine petræ. 317.1

Ex libro Leuitici.

CAp. 16. Emittet illum per hominem paratum, in desertum. 269.2
18. Custodite leges meas atque iudicia quæ faciens homo viuet in eis. 375.2
19. Lapides iustitiæ. 274.1
25. Ad os multitudinis annorum. 367.1

Ex libro Numerorum.

CAp. 13. Non est idolum in Israël, nec videtur simulacrum in Iacob. 116.2
16. Quæ fluit in riuis lactis. 479.1.2
Ibid. Aperiens terra os suum, deglutiuit eos, & omnia quæ ad illos pertinent: descenderúntque viuentes in infernum. 52.1
Ibid. Descenderúntque viui in infernum operti humo. ibid.
19. Vas quod non habet operculum, nec ligaturam desuper, immundum erit. 559.1

Ex Deuteronomio.

CAp. 4. Ardebat vsque ad cælum, 317.2
Ibid. Eduxit de fornace ferrea Ægypti. 547.1
7. Si dixeris in corde tuo. 165.1
Et venient maiores natu ciuitatis illius ad interfectum, lauabúntq; manus suas super vitulam, quæ in valle percussa est, & dicent: manus nostræ non effuderunt sanguinem hunc, nec oculi viderunt. 81.2
23. Cùm voueris Domino Deo tuo, non tardabis reddere. Quia requiret illud Dominus Deus tuus, &, si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum. Quòd si nolueris polliceri, absque peccato eris. Quod autem semel egressum est de labiis tuis, obseruabis, & facies sicut promisisti Deo tuo, & propriâ voluntate & ore tuo locutus es. 224.2
25. Non alligabis os bouis triturantis. 541.2
28. Vineam plantabis & fodies, & vinum non bibes; neque colliges ex ea quicquam. 17.1
Ibid. Comedes fructum vteri tui, & carnes filiorum tuorum, &c. 377.2
29. Dominus sulphuris & salis ardore comburens, vita vt vltrà non seratur, nec virens quicquam germinet. 13.1
32. Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit: incrassatus, impinguatus, dilatatus, &c. 166.2
Ibid. Dominus solus dux eorum fuit, neque erat cum eis Deus alienus. 496.1
33. Inundationem maris quasi lac sugét. 479.2
Ibid. Non intrabit eunuchus attritus, vel amputatis testiculis, & abscisso veretro, Ecclesiam Domini. 563.1
Ibid. Thesauros arenarum. 19.1

Ex libro Iudicum.

CAp. 8. Requieuit spiritus eorum, quo tumebant contra eum. 196.2
9. Egrediatur ignis de rhamno. 64.2
Ibid. Quam cepit interfectis habitatoribus eius, ipsáque destructa, ita vt sal in ea dispergeret. 15.1
14. Quid dulcius melle? 512.2
16. Quomodo si rumpat quis filum de stuppæ tortum putamine, cùm odorem ignis acceperit. 538.2

Ex libro Ruth.

CAp. 3. Comedisse, & bibisse, & factus hilarior obdormisse. 113.1

Ex 1. Reg.

CAp. 1. Quòd sedebat super sellâ ante postes domus Domini. 580.2

15. Initia prædarum. 559.2
21. Filios mortis. 420.1
25. Pro muro erant nobis. 73.2

Ex 2. Reg.

CAp.8. Et percussit Moab, & mensus est eos funiculo, coæquans terræ: mensus est autem duos funiculos, vnum ad occidendum, & vnum ad viuificādum: factúsque est Moab Dauid seruiens sub tributo. 72.2
22. Funes inferni circumdederunt me: pręuenerunt me laquei mortis. 162.2
23. Ipse est quasi tenerrimus ligni vermiculus. 43.3

Ex 3. Reg.

CAp.1. Immolatis arietibus, & vitulis, & vniuersis pinguibus. 74.1
7. Crassitudo autem luteris trium vnciarum erit. 45.2
18. Claudicat in duas partes. 479.2
Ibid. Nubecula parua quasi vestigium hominis ascendens a mari. 258.1.2
Ibid. Nubes & ventus, & facta est pluuia grandis. 258.1.2
Ibid. Accinctúsque lumbis currebat ante Achab. 359.1
19. Omne os quod non adorauit eum osculans manus. 253.2
21. Iubet Iezabel, vt sedere faciat accusatores aduersus Naboth, qui eum falsi criminis accusarent. 48.2

Ex 4. Regum.

CAp. 4. Accinge lumbos tuos & tolle baculum meum in manu tuâ, & vade. 359.1

Ex 1. Paralipomenon.

CAp.29. Ferrum in ferrea. 299.2
29. Dies nostri, quasi vmbra super terram: & nulla est mora. 97.1

Ex 2. Paralipomenon.

CAp.4. Porrò vastitas eius habebat mensuram palmi. 45.2

Ex Tobia libro.

CAp.4. Panem tuum & vinum tuum super sepulchrum iusti constitue, & noli ex eo manducare & bibere cum peccatoribus. 561.2

Ex libro Iudith.

CAp.9. Nec superbi ab initio placuerunt tibi, sed humilium & mansuetorū semper tibi placuit deprecatio. 98.2
16. Petræ, sicut cera, liquescent ante faciem tuam. 44.1

Ex libro Esther.

CAp. 9. Malum quod contra Iudæos cogitauerat, reuertetur in caput ipsius. 36.1
15. Terribilis aspectu, & ardentibus oculis furorem pectoris iudicans. 213.1
Multi bonitate Principum, & honore, qui in eos collatus est, abusi sunt in superbiā: &c. in tantum vesaniæ proruperunt, &c. 528.1

Ex libro Iob.

CAp.1. & 2. Corruit in terram, & amici eius sedent cum eo. 580.2
3. Sicut abortiuum absconditum non subsisterem, vel, qui concepti non viderunt lucem. 369.1
Ibid. Quasi effodientes thesaurum. 139.1
Ibid. Obscurent eum tenebræ & vmbra mortis. 44.2
4. Vidi eos qui operantur iniquitatem, & seminant dolores, & metunt eos, flante Deo, periisse, & spiritu iræ eius esse consumptos. 172.2
5. Homo nascitur ad laborem, & auis

ad volatum. 292.1

5. Beatus homo, qui corripitur à Deo: increpationē ergo Domini ne reprobes. Quia ipse vulnerat, & medetur; percutit & manus eius sanabunt. 142.2

6. In ventum verba proferre. 394.1

7. Sicut consumitur nubes & pertransit. 486.2

8. Sicut vmbra dies nostri sunt super terram 97.1

10. Terram miseriæ & tenebrarum, vbi vmbra mortis. 44.2

12. Qui educit in lucē vmbrā mortis. 44.2

13. Quare lacero carnes meas dentibus meis? 376.1

14. Homo, breui viuens tempore. 97.1

15. Nunquid sapiens respondebit quasi in ventum loquens? 9.1

Ibid. Tetendit enim aduersùs Deum manum suam, & contra omnipotentem roboratus est. Cucurrit aduersùs eum erecto collo, & pingui ceruice armatus est. Operuit faciem eius crassitudo, & de lateribus eius aruina dependet. 106.2

16. Nunquid habebunt finem verba ventosa? 9.1

Ibid. Exprobrantes percussērunt maxillam meam. 34.1

20. Panis eius in vtero illius vertetur in fel aspidum intrinsecus. 220.2

Ibid. Diuitias, quas deuorauit, euomet & de ventre illius extrahet illas Deus. ibid.

Ibid. Parcet illi, & non derelinquet illud, & celabit in gutture suo. 220.1

Ibid. Cùm satiatus fuerit, arctabitur, æstuabit, & omnis dolor irruet super eum. 220.2

Ibid. Cùm enim dulce fuerit in ore eius malum, abscondet illud sub lingua sua. 220.1

Ibid. Etsi caput nubes tetigerit, quasi sterquilinium in fine perdentur. 541.1

21. Impij subleuati sunt confortatiue diuitiis, ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad Inferna descendunt. 137.2

24. Arbitrantur vmbram mortis. 44.2

25. Filius hominis, vermis. 43.2

28. Lapidem caliginis & vmbram mortis. 44.2

Ibid. Semitam ignorauit auis, nec intuitus est eam oculus vulturis. 19.1

29.3. Quando splendebat lucerna eius super caput meum, & ad lumen eius ambulabam in tenebris. 372.1

Ibid. Lauabam pedes meos butyro. 479.2.

Ibid. Oculum cæco, & pedem claudo. 261.1.

30. Ossa mea aruerunt præ caumate. 95.1. & 140.2

Ibid. Posuit frenum ori meo. 559.2

Ibid. Abstulisti quasi ventus desiderium meum: & velut nubes pertransiit salus mea. 486.2

31. Ignis est, vsque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina. 158.2

33. Semel loquitur Deus & secundò idipsum non repetit. 305.1

34. Si potes, respōde mihi, & aduersùs faciem meam consiste. 48.49

Ibid. Non sunt tenebræ & non est vmbra mortis. 44.2

37 Subito aër cogatur in nubes, & ventus transiens fugabit eas. 487.1

38. Nunquid detectę sunt tibi portæ mortis, & portas vmbræ mortis videbis? 44.2

Ibid. Quis præparat coruo escam suam, quando pulli eius clamant ad Deum, vagantes, eo quòd non habeant cibum? 26.1

30. Cui dedi domum in solitudine, & tabernacula eius in domo salsuginis. 13.2

Ibid. Penna Struthionis similis est pennæ Herodij & accipitris. Quando derelinquit oua sua in terra, tu forsitan in puluere calefacies ea? Obliuiscitur quòd pes conculcet ea, aut bestia agri conterat. Duratur ad filios suos quasi non sint sui. 26.2

vlt. Ago pœnitentiam in fauilla & cinere. 580.2

Ex libro Psalmorum.

CAp. 1. Omnia quæcunque faciunt, prosperabuntur. 382.2

3. Dormiui & soporatus sum, & exsurrexi. 126.2

4. Quid dicitis in cordibus vestris? 165.1

Ibid. In pace in idipsum dormiam & requiescam. 33.2. & 126.2

6. Quoniam non est in morte, qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi? 309.2

7. Ne quando rapiat vt Leo animam meam. 549.2

7. Vasa mortis. 420.1

Ibid. Sagittas suas ardentibus effecit. 111.2

9. Quoniam laudatur peccator in desideriis animæ suæ: & iniquus benedicitur. Exacerbauit Dominum peccator, secundùm multitudinem iræ suæ non quærat. Non est Deus in conspectu eius: inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore. 295.1

9. Infixæ sunt gentes in interitu quem fecerũt. In laqueo isto, quem abscõderunt, comprehensus est pes eorum. In operibus manuum suarum comprehensus est peccãtor. 35.1

Ibid. Periit memoria eorum cum sonitu. 581.2

Ibid. Insidiatur in abscondito, quasi Leo in spelunca suâ. Insidiatur, vt rapiat pauperem, rapere pauperem dum attrahit eum: in laqueo suo humiliabit eum. 549.2

Ibid. Quæretur peccatum eius, & non inuenietur. 18.2

Ibid. In laqueo isto quem abscõderunt, comprehensus est pes eorum. 554.2

20. Pluet super peccatores laqueos ignis, & sulphur: spiritus procellarum pars calicis eorum. 12.2.

21. In circuitu impij ambulant. 567.2

23. Illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor. 8.2

26. Adipem suum concluserunt. 106.2

Ibid. Ne tradideris me in animas tribulantium me. 397.2

Ibid. Susceperunt me sicut Leo paratus ad prædam. 549.2.

Ibid. Igne me examinasti. 77.2.

27. Cum electo electus eris, & cum perverso peruerteris. 520.1

Ibid. In auditu auris obediuit mihi. 529.1

Ibid. Assumpsit me de aquis multis. 77.2

28. Lex Domini immaculata conuertens animas. 470.1

Ibid. Dulciora super mel & fauum. 512.1

29. Factum est cor meum tanquam cera liquescens in medio ventris mei. 44.1

Ibid. Super vestem meam miserunt sortem. 79.1

Ibid. Salua me ex ore Leonis. 549.2

30. Obliuioni datus sum, tanquam mortuus à corde. 87.1

Ibid. Dum appropiant super me nocentes, vt edant carnes meas. 378.2

31. 9. In camo & freno maxillas eorum constringe. 571.2

Ibid. Nolite fieri sicut equus & mulus. 569.1

33. Gustate, & videte quia suauis est Dominus. 179.1

34. Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ. 266.267

36. Olera herbarum citò decident. 90.2.

Ibid. Tanquam fœnum velociter arescent, & sicut olera herbarum citò decident. 581.2

Ibid. Et adhuc pusillum, & non erit peccator & quæres locum eius, & non inuenies. ibid.

Ibid. Deficientes tanquam fumus deficient. 486.2

Ibid. Vidi impium superexaltatum & eleuatum, sicut cedros Libani. 332.1

Ibid. Vidi impium superexaltatum & eleuatum sicut cedros Libani. Et transiui, & ecce non erat: & quæsiui, & non est inuentus locus eius. 172.1

Ibid. Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. 540.1

37. Non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum. 266.2

38. Tabescere fecisti sicut araneam, animam meam. 10.1

39. In capitulo libri scriptum est de me. 470.2

40. Qui edebat panes meos magnificauit super me supplantationem. 51.1

41. Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte. 97.1

43. Humiliata est in puluere anima nostra, conglutinatus est in terra venter noster. 80.1

Ibid. Cooperuit nos vmbra mortis. 44.2

44. Propterea vnxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ præ consortibus tuis. 130.1

45. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. ibid.

48. Relinquent alienis diuitias suas. 42.2

49. Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum. 210.1

50. Cor contritum & humiliatum Deus non despicies. 574.1

Ibid. Mundabis me, & super niuem dealbabor. 48.2

54. Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos. 174.2

Ibid. Molliti sunt super oleum sermones eius, & ipsi sunt iacula. 109.2. & 130.1

56. Filij hominum, dentes eorum, arma & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus. 109.2

Ibid. Laqueum parauerunt pedibus meis, & incuruauerunt animam meam: Foderunt ante faciem meam, foueam, & inciderunt in eam. 35.1.2

57. Conteres dentes eorum in ore ipsorum. 34.2

Ibid. Sicut cera quæ fluit, auferentur. 44.1

61. Semel locutus est Dominus, duo hæc audiui. 305.1

62. Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea. 140.2

63. Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus. 497.1.2

64. Benedices coronæ anni, & campi tui replebuntur vbertate. Pinguescent speciosa deserti 73.2

Ibid. In stillicidiis eius lætabitur germinans. 73.2

65. Quoniam probasti nos Deus, igne nos examinasti, sicut examinatur argentum. 14.2

67. Sicut deficit fumus, deficiant, sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei. 44.1. & 172.2

Ibid. Præuenerunt Principes coniuncti psallentibus in medio iuuencularum. 325.2

Ibid. Mons pinguis, mons coagulatus. 107.1

68. Intrauerunt aquæ vsque ad animam meam. 77.2

Ibid. Non vrgeat super me puteus os suum. 54.2

Ibidem. Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam, infixus sum in limo profundi. & cæt. 46. 2. Eripe me de luto vt non infigar: libera me ab his qui me oderunt, & de profundis aquarum. ibid.

71. Et permanebit cum sole. 550.2

72. Deiecisti eos, dum alleuarentur. Quomodo facti sunt in desolationem, subitò defecerunt: perierunt propter iniquitatem suam. Velut somnium surgentium Domine, in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges. 172.2

Ibid. Quomodo facti sunt in desolationem, subitò defecerunt: perierunt propter iniquitatem suam. Velut somnium surgentium, Domine, in ciuitate tua imaginem illorum ad nihilum, &c. 137.2

Ibid. Domine in ciuitate tuâ imaginem ipsorum, &c. 434.2

75. Dormierunt somnum suum: & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. 83.2

79. Cibabis nos pane lacrymarum, & potum dabis nobis in lacrymis in mensura. 97.1

Ibid. Vt quid destruxisti maceriam eius, & vindemiant eam omnes qui prætergrediuntur viam? 73.1

80. Cibauit illos ex adipe frumenti. 74.1

82. Pones eos sicut stipulam ante faciem venti. 32.1

Ibid. Deus meus pone illos vt rotam, & sicut stipulam ante faciem venti. 567.2

85. Non est similis tui Domine, non est secundùm opera tua. 508.2

87. In tenebrosis & in vmbra mortis. 44.2

Æstimatus sum cum descendentibus in lacum. 87.1

88. Qui est homo, qui viuet & non videbit mortem? eruet animam suam de manu inferi? 307.2. & 309.2

Ibid. Misericordia & veritas præcedunt faciem tuam. 564.2

89. Anni nostri sicut aranea meditabuntur. 10.2

Ibid. Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni: si autem in potentatibus, octoginta anni. 511.2

96. Montes, sicut cera, fluxerunt à facie Domini. 44.1

101. Defecerunt sicut fumus dies mei. 486.2

Ossa mea sicut cremium aruerunt. 140.2

103. Qui tangit montes & fumigant. 130.2

105. Beati qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam in omni tempore. 375.2

106 Errauerunt in deserto, & in inaquoso, viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt. 434.435

Ibid. Posuit flumina in desertum, & exitus aquarum in sitim: terram fructiferam in salsuginem, à malitia inhabitantium in ea. 13.1

108. Sicut vmbra, cùm declinat, ablatus sum. 97.1

111. Dispersit & dedit pauperibus. 449.1

Ibid. Peccator videbit, & irascetur, dentibus suis fremet, & tabescet. 182.2

113. Non mortui laudabunt te Domine, neque omnes qui descendunt in infernum. 309.2

117. Sicut ignis in spinis. 64.2

118. Funes peccatorum circumplexi sunt me. 162.1

Ibid. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua! 512.1

Ibid. Lucerna pedibus meis verbũ tuum, & lumen semitis meis. 371.2

Ibid. Faciem tuam illumina super seruum tuum. ibid.

119. Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus desolatoriis. 109.2

123. Torrentem pertransiuit anima nostra, forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem. 77.2

124. Non relinquet Dominus virgam peccatorum super sortem iustorum. 411.1

127. Labores manuum tuarum, quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit. 136.1

128. Fiant sicut fœnum tectorum, quod priusquàm euellatur, exaruit. 122.1

130. Domine non est exaltatũ cor meũ: neque elati sunt oculi mei. Neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus super me. 497.1

136. Beatus qui tenebit, & allidet paruulos tuos ad petram. 123.2

138. Sicut arena maris volatilia pennata. 19.2

139. Faciet Dominus iudicium inopis, & vindictam pauperum. 375.2

140. Dissipata sunt ossa nostra secus infernum. 36.2

142. Anima mea sicut terra sine aqua tibi. 313.1

143. Homo vanitati similis factus est, dies eius sicut vmbra prætereunt. 97.1

Ibid. Libera me de manu filiorum alienorum. 42.2

Ibid. Et erue me de manu filiorum alienorum. ibid.

145. Facit iudicium iniuriam patientibus. 375.2

147. Qui posuit fines tuos pacem, & adipe frumenti satiat te. 74.1

Ex Prouerbiis.

CAp. 1. Ipsi quoque contra sanguinem suum insidiantur, & moliuntur fraudes contra animas suas.

2. Si sapientiam inuocaueris, & inclinaueris cor tuum prudentiæ, & quæsieris eam quasi pecuniam, & sicut thesaurum effoderis eam, tunc intelliges timorem Domini, & scientiam inuenies. 594.1.2

3. Gloriam sapientes possidebunt: stultorum exaltatio, ignominia. 137.1

4. Vias quæ à dexteris sunt, nouit Dominus: peruersæ verò sunt, quæ à sinistris sunt. 422.2

ibid. Iustorum autem semita, quasi lux splendens procedit. 372.1

ibid. Via impiorum tenebrosa. 371.2

5. Oleo nitidius guttur eius. 54.1

ibid. Meretricis guttur nitidius oleo, nouissima autem illius amara quasi absinthium, & acuta, quasi gladius biceps. 180.1

ibid. Consumere carnes suas & corpus suum. 378.2

ibid. Deriuentur fontes tui foras, & in plateis tuis aquas tuas diuide. 534.1

ibid. Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringitur. 162.1

6. Ne dederis somnum oculis tuis, nec dormitent palpebræ tuæ. 145.2

ibid. Paululum dormitabis, paululum conseres manus. 378.2

ibid. Sex sunt quæ odit Dominus, & septimũ detestatur anima eius. 305.1. & 546.1

ibid. Zelus & furor non parcet in die vindictæ, nec acquiescet cuiuscunque precibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima. 484.2

7. Intexui funibus lectulum meum. 126.1

ibid. Filij tibi sunt: erudi illos, & seruabit illos à puerilibus illorum. 492.1

ibid. Et nescit quod de periculo animæ ipsius agitur. 162.2

9. Qui erudit irrisorem, ipse iniuriam sibi facit: & qui arguit impium, sibi maculam generat. 543.1. In auribus insipientium ne loquaris: quia despicient doctrinam eloquij tui. 543.1

ibid. Aquæ furtiuæ dulciores sunt, & panis absconditus suauior. 546.1

ibid. Et ignoraui, quòd ibi sint gigantes, & in profundis inferni conuiuæ eius. 229.2

10. In multiloquio non deerit peccatum. 128.1

ibid. Ventum pascere. 394.1

ibid. Quasi tempestas transiens non erit impius. 581.1

ibid. Sapientes abscondunt scientiam. 534.2

Ibid. Vbi fuerit superbia, ibi erit & contumelia: vbi autem est humilitas, ibi & sapientia. 175.1

ibid. Ventos possidere. 394.1

ibid. Bene consurgit diluculò, qui quærit bona, qui autem inuestigator malorum est, opprimetur ab eis. 498.2

ibid. Qui abscondit frumenta in tempore famis, maledicetur in populis. 561.2

ibid. Qui inebriat, inebriabitur. 492.1

ibid. Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis. 534.1

ibid. Affligetur malo, qui fidem facit pro extraneo: qui autem cauet laqueos, securus erit. 152.1

ibid. Fructus iusti lignum vitæ. 144.1

Labium veritatis firmum erit in perpetuum: qui autem testis est repentinus, concinnat linguam mendacij. 187.2

ibid. Non inueniet fraudulentus lucrum: & substantia hominis erit auri pretium. 196.1

13. Lex sapientis fons vitæ, vt declinet à ruina mortis. 170.2

ibid. De fructu oris sui homo satiabitur bonis. 241

ibid. Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit, amicus stultorum similis erit eis. 520.1

ibid. Infernus & perditio coram Domino. 307.2

ibid.

ibi l. Spes, quæ diff rtur, affligit animã: lignum vitæ desiderium veniens. 144.2
14. Vita carnium, sanitas cordis. 182.2
ibid. Innocens credit omni verbo. 528.2
ibid. Timor Domini fons vitæ, vt declinet à ruina mortis. 170. 2
ibid. Vbi non sunt boues, præsepe vacuum erit. vbi autẽ apparent plurimæ segetes, ibi manifesta est fortitudo bouis. 541.2
15. Doctrina mala deserenti viam vitæ: qui increpationes odit, morietur. 265.1
ibid. Fama bona impinguat ossa. 140.2
ibid. Domus iusti plurima fortitudo, & in fructibus impij conturbatio. 181.1
ibid. Lingua placabilis lignum vitæ. 144.2
16. Ante contritionem enim præcedit iniuria, & ante ruinam mala cogitatio. 436.2
ibid. Fons vitę eruditio possidentis. 170.2
ibid. Cor sapientis erudiet os eius, & labiis eius addet gratiam. 540.1
ibid. Contritionem præcedit superbia: & ante ruinam exaltatur spiritus. 531.1
ibid. In sinus veniunt omnia iustis. 85.1
17. Sicut igne probatur argentum, & aurum camino: ita corda probat Dominus. 14.2. 547.1
17. Animus gaudens ætatem floridam facit: spiritus tristis exsiccat ossa. 95.1
ibid. Melior est buccella sicca cum gaudio: quàm domus plena victimis cum iurgio. 198.1
ibid. Stultus homo plaudet manibus, cùm sponderit pro amico suo. 152.1
ibid. Animus gaudens ætatem floridam facit, &c. 140.c.
18. Vir amabilis ad societatem, magis amicus erit, quàm frater. 194.2
ibid. Verba bilinguis quasi simplicia, & ipsa perueniunt vsque ad interiora ventris. 164.1
ibid. Substantia diuitis, vrbs eius: & quasi murus validus circũdans eum. 73.1.2
ibid. Non recipit stultus verba prudentiæ, nisi ea dixeris quæ versantur in corde eius. 187.2
ibid. Spiritus viri sustentat imbecillitatem suam. 195.2
19. Pigredo immittet soporem, & anima dissoluta esuriet. 155.2
ibid. Abscondit piger manum suam sub ascella, nec ad os suum applicat eam. 378.2
ibid. Diuitiæ addunt amicos plurimos: à paupere etiam & hi quos habui, separantur. 194.2
ibid. Multi colunt personam potentis, & amici sunt dona tribuentis. Fratres hominis pauperis oderunt eum: insuper & amici procul receſſerunt ab eo. 194.2
ibid. Melior est pauper, qui ambulat in simplicitate sua, quàm diues torquens labia sua & insipiens. 385.1
ibid. Parata sunt derisoribus iudicia, & mallei percutientes, stultorum corporibus. 171.1
ibid. Pestilente flagellato stultus sapientior erit. 583.2
ibid. Sicut fremitus Leonis, ita & ira regis. 549.2
20. Sicut rugitus leonis, ita & terror regis. 213.1. & 549.2
ibid. Leo rugiens, & visus esuriens, princeps impius super populum pauperem. 213.1
ibid. Ei qui reuelat mysteria, & ambulat fraudulenter, & dilatat labia sua, ne miscearis. 553.1
21. Non sis amicus homini iracundo, ne discas semitas eius, & sumas scandalum animæ tuæ. 520.1
ibid. Mulctato pestilente, sapientior erit paruulus. 216.1
ibid. Omnis via viri recta sibi videtur. 187.2
22. Dicit piger: Leo est foris, in medio platearum occidendus sum. 281.2
ibid. Stultitia colligata est in corde pueri, & virga disciplinæ fugabit eam. 171.2
ibid. Noli esse cum his qui defigunt manus suas, & qui vades se offerunt pro debitis: si.n. non habes vnde restituas, quid causę est vt tollat operimentũ de cubili tuo? 152.1
ibid. Adolescens iuxta viam suam, etiam

cùm senuerit, non recedet ab ea. 217.2
ibid. Qui seminat iniquitatem, metet mala, & virga iræ suæ cõsummabitur. 6.1
ibid. Dicit piger: Leo est in via, & leæna in itineribus: sicut ostiũ vertitur in cardine suo, ita piger in lectulo suo. 281.2.378.2
ibid. Stultitia colligata est in corde pueri, & virga disciplinæ fugabit eam. 302.2
ibid. Eiice derisorem, & exibit cum eo iurgiũ, cessabúntq; causę & cõtumeliæ. 283.2
23. Vestietur pannis dormitatio. 155.2
ibid. In auribus insipientiũ ne loquaris, quia despiciẽt doctrinam eloquij tui. 265.1
24. Si desperaueris in die angustiæ, imminuetur fortitudo tua. 84.2
25. Prunas enim congregabis super caput eius. 158.2
ibid. Patientia lenietur princeps, & lingua mollis confringet duritiem, 196.2
ibid. Iaculum, & gladius, & sagitta acuta, homo qui loquitur contra proximum suum falsum testimonium. 109.2
ibid. Persecutator magis opprimetur à gloria. 497.2
ibid. Qui fodit foueam, incidet in eam: & qui voluit lapidem, reuertetur ad eũ. 35.2
Ibid. Abscondit piger manum suam sub ascella sua, & laborat si ad os suum eam conuerterit. 215.2
ibid. Fagellum equo & camus asino, & virga in dorso imprudentium. 171.1.571.2
ibid. Quomodo nix in æstate & pluuiæ in messe, sic indecẽs est stulto gloria. 256.2
ibid. Sicut ostium vertitur in cardine suo, ita piger in lectulo suo. 567.2
27. Amicum tuum, & amicum patris tui ne dimiseris. 504.2
ibid. Ventum tenere manu. 394
ibid. Infernus & perditio nunquam implentur. ibid.
ibid. Grauis est saxum, & onerosa arena: sed ira stulti vtroque grauior. 539.2.544.1
Ibid. Ferrum ferro acuitur. 381.1
ibid. Quomodo probatur in conflatorio argentum, & in fornace aurum, sic probatur homo ore laudantis. 547.1
28. Dux indigens prudentia, multos opprimet per calumniã: qui autem odit auaritiam, longi fiant dies eius. 511.1
ibid. Qui ambulat simpliciter, saluus erit: qui peruersis graditur viis, concidet semel. 497.2
ibid. Qui operatur terram suam, satiabitur panibus: qui autem sectabitur otium, replebitur egestate. 185.2
29. Totum spiritũ suum profert stultus, sapiens differt, & reseruat in posterũ. 540.1
30. Formicæ, populus infirmus, qui præparat in messe cibum sibi. 154.1.169.1
ibid. Vir pauper calumnians pauperes, similis est imbri vehementi, in quo paratur fames. 331.2
ibid. Quis continuit spiritum in manibus suis? 298.1
31. Laudẽt eã in portis opera eius. 508.2
ibid. Gustauit & vidit, quia bona est terra. 179.1
ibid. Date ei de fructu manuum suarum. 121.1
Vlt. Date siceram mœrentibus. 70.2

Ex libro Ecclesiastæ.

CAp. 2. Sapientis oculi in capite eius. 307.2
3. Tempus tacendi, & tempus loquendi. 534.2
4 Vnus est & secundũ non habet. 385.2
ibid. Melior est pugillus cum requie, quàm plena vtraque manus cum labore & afflictione. 198.1
5. Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere: displicet enim ei infidelis, & stulta promissio. Sed quodcumque voueris, redde; multoque melius est non vouere, quàm post votum promissa non reddere. 224.2
6. Est & aliud malum quod vidi sub sole, & quidem frequens apud homines: vir cui dedit Deus diuitias, substantiam & honorem, & nihil deest animæ suæ ex omnibus quæ desiderat, nec tribuit ei Deus potestatem vt comedat ex eo. 562.1
7. Quid necesse est homini maiora se quærere? 497.1
ibid. Melius est nomen bonum, quàm vnguenta pretiosa. 419.2

ibid. Tempore quod velut vmbra præterit. 97.1
ibid. Sicut vox spinarum sub olla: ita risus stultorum. 104.1
ibid. Sicut sonitus spinarum. 64.2
ibid. Ne sis velox ad irascendum, quia ira in sinu stulti requiescit. 85.1
8. Non sit bonum impio, nec prolongentur dies eius: sed quasi vmbra transeant, qui non timent faciem Domini. 97.1
ibid. Interdum dominatur homo homini in malum suum. 131.1
ibid. Sapientia hominis lucet in vultu eius. 206.1
10. Qui fodit foueam, incidet in eam: & qui dissipat sepem, mordebit eum coluber. Qui transfert lapides, affligetur in eis: & qui scindit ligna, vulnerabitur ab eis. 35.2
ibid. In pigritiis enim humiliabitur contignatio, & in segnitie manuum stillabit domus. 436.2
ibid. Si spiritus potestatē habentis ascēderit super te, locū tuū ne dimiseris. 292.2
ibid. Si mordeat serpēs in silentio. 425.2
ibid. In risū faciūt panē & vinum. 542.2
ibid. Vidi seruos in equis, & principes ambulantes, quasi seruos super terrā. 3321
Vlt. Deum time & mandata eius serua. hoc enim est omnis homo. 367.1

Ex Cantico Canticorum.

CAp. 2. Amica mea in foraminibus petræ, in caverna macerīæ. 359.1
4. Ascendat oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. 579.2
5. Ego dormio, cor autem meum vigilat. 387.2
ibid. Manus eius tornatiles plenæ hiacynthis. 580.2
6. Nescivi: anima mea turbata est propter quadrigas Aminadab. 315.2
7. Omnia poma, noua, & vetera, dilecte mi, seruaui tibi. 127.1
8. Fortis est vt mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio. 307.2
ibid. Aquæ multæ non potuerunt extinguere caritatē, nec flumina obruēt illā. 77.2

Ex libro Sapientiæ.

CAp. 1. In maleuolam animam non intrabit sapientia. 539.1
ibid. Nec inferorū regnum in terra. 308.1
2. Vmbræ enim transitus est tempus nostrum. 97.1
3. Deus tentauit eos, & inuenit illos dignos se: tanquam aurum in fornace probauit illos. 14. 2 547.1
ibi. Tanquam aurum in fornace probauit illos. 14.2
5. Transierunt omnia illa tanquam vmbra. 97.1
ibid. Iustitiæ lumen non luxit nobis, & Sol iustitiæ non ortus est nobis. 551.1
6. Melior est sapientia quàm vires. 415.1
ibid. Clara est, & quæ nunquam marcescit sapientia, &c. 593.3
12. Etenim in erroris via diutiùs errauerūt: Deos æstimātes hæc quæ in animalibus sunt superuacua, infātiū insensatorum more viuētes. Propter hoc tāquā pueris insēsatis iudiciū in derisum dedisti. 492. 493.
13. Infelices autem sunt, & inter mortuos spes illorum est. 410.2
14. Superbi Gigantes. 545.1
19. Facilè dissoluebatur, sicut glacies. 493.2

Ex libro Ecclesiastici.

CAp. 1. Initium sapientiæ timor Domini. 559.2
ibid. Ne accesseris ad illum duplici corde. 38.1
2. In igne probatur aurum & argentum. homines verò receptibiles, in camino humiliationis. 547.1
22. Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris. 404.2
ibid. Quāto magnus es, humilia te in omnibus, & corā Deo inuenies gratiā. 582.2
ibid. Sicut in sereno glacies, soluentur peccata. 439.2
ibid. Cor ingrediens duas vias, non habebit successus, & prauus corde in illis scandalizabitur. 496.1

4. Noli esse sicut Leo in domo. 549.2
5. Ne tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem: subitò enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te. 286.1
Ibid. Super furem enim est confusio & pœnitentia: & denotatio pessima super bilinguem. 164.1
6. Quasi is qui arat & seminat, accede ad eam, & sustine bonos fructus illius. In opere enim ipsius exiguum laborabis, & citò edes de generationibus illius. Quàm aspera est nimiùm sapientia indoctis hominibus, & nõ permanebit in illa excors. 216.2
ibid. Improperium & contumeliam malus hæreditabit, & omnis peccator, inuidus, & bilinguis. 164.1
Ibid. Est amicus socius mensæ, & non permanebit in die necessitatis. Amicus si permanserit fixus, erit tibi quasi coæqualis, & in domesticis tuis fiducialiter aget. 263.1
Ibid. Si possides amicum, in tentatione posside eum. Est enim amicus secundùm tempus suum, & non permanebit in die tribulationis. 203.1
7. Noli quærere fieri iudex nisi valeas irrumpere iniquitates, ne fortè extimescas faciem potentis. 357.1
8. Non spondeas supra virtutem tuam; quòd si spoponderis, quasi restituens cogita. 152.1
Ibid. Non litiges cum homine linguato, & non strues in ignem illius ligna. 283.2
9. Speciem mulieris alienæ multi admirati, reprobi facti sunt. colloquium enim illius quasi ignis exardescit. Cum aliena muliere ne sedeas omnino, nec accumbas cum ea super cubitum: & non alterceris, ne fortè declinet cor tuum in illam, & sanguine tuo labaris in perditionem. 159.1
10. Melior est qui operatur, & abundat in omnibus, quàm qui gloriatur & eget pane. 184.1
11. Multę enim sunt insidię dolosi. 516.2
Ibid. Ante mortem ne laudes quenquam hominum. 541.2
12. Quis, ait, miserebitur incantatori à serpente percusso, & omnibus qui appropiant bestiis? 498.2
ibid. In labiis suis indulcat inimicus, & in corde suo insidiatur, vt subuertat in foueam. 54.2
13. Aduocatus à potentiore, discede: ex hoc enim magis te aduocabit. 161.1
18. Post concupiscentias tuas ne eas, & à voluptate tua auertere. 482.2
19. Ex visu cognoscitur vir, & ab occursu faciei cognoscitur sensatus. 206.1
ibid. Qui credit citò, leuis est corde. 529.1
20. Qui operatur terram suam, inaltabit aceruum suum. 185.2
ibid. Ex multiloquio non effugies peccatum. 470.2
21. Quasi à facie colubri, fuge peccatum. 317.1
22. Ad amicum etsi produxeris gladium, nõ desperes: est enim regressus. 553.1
ibid. Super plumbum quid grauabitur? & quod illi aliud nomen quam fatuus? 559.2
ibid. Musica in luctu importuna narratio est. 264.1
ibidem. 22. Arenam & salem & massam ferri facilius est ferre, quàm hominem imprudentem & fatuum. 559.1
23. Non tradent filij eius radices, & rami eius non dabunt fructum. 487.2
26. Columnæ aureæ super bases argenteas. 255.1
ibid. Gratia muleris sedulæ delectabit virũ suum, & ossa illius impinguabit. 140.2
ibid. Sicut viator sitiens, ad fontem aperiet os suum, & ab omni aqua proxima bibet. 478.2
27. Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. 114.2
ibid. Stultus vt luna mutatur. 528.1
ibid. Volatilia ad sibi similia conueniũt. 522.1
ibid. Qui in altum mittit lapidem, super caput eius cadet: & plaga dolosa dolosi diuidet vulnera. Et qui foueam fodit, incidet in eam. & qui statuit lapidẽ proximo, offẽdet in eo: & qui laqueum alij ponit, peribit in illo. Facienti nequissimum consiliũ, super ipsum

ipsum deuoluetur,& non agnoscet vnde adueniat illi. 35.2
ibid. Homo sanctus in sapientia permanet sicut Sol. 590.1
ibid. Stultus vt luna mutatur. 567.2
28. Susurro, & bilinguis maledictus: multos enim turbabit pacem habétes.164.1
30. Curua ceruicem eius in iuuentute: & tunde latera eius, dum infans est: nè fortè induret, & non credat ibi, & sit tibi dolor animæ. 191.1
ibid. Tristitiã non des animæ tuæ, & non affligas temetipsum in consilio tuo. Iucũditas cordis hæc est vita hominis: *& sanum.* & exultatio viri est longæuitas. 205.2
30. Qui diligit filium suum, assiduat illi flagella, vt lætetur in nouissimo suo. 191.1
32. Vbi auditus non est, non effundas sermonem, & importunè noli extolli in sapientia tua. 265.1
34. Vana spes & mendacium viro insensato, & somnia extollunt imprudentem: quasi qui apprehendit vmbram, & persequitur ventum; sic & qui attendit ad visa mendacia. 390.391
ibid. Quasi qui apprehendit vmbram, & persequitur ventum. 298.2
36. Species fœminæ super omnem concupiscentiam hominis superducit desiderium. 311.1
37. Cuius anima est secundùm animam tuam. 5221
39. Omnia opera Domini bona, & omne opus hora sua subministrabit: non est dicere, hoc illo nequius est: omnia enim in tempore suo comprobantur. 373.2
40. Nepotes impiorum non multiplicabunt ramos, & radices immundæ super cacumen petræ sonant. 487.2
ibid. In ore imprudentis conculcabitur inopia, & in ventre eius ignis ardebit. 220.2
42. Omnia duplicia, vnum contra vnum. 569.2
43. Luminare quod minuitur in consummatione. 528.1
47. Quasi adeps separatus à carne, sic Dauid à filijs Israel. 74.1
48. Doluerunt quasi parturientes mulieres. 47.2

Ex Prophetia Isaiæ.

CAp. 1. Argentum tuum versum est in scoriam. 13.1
ibid. Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis, plena iudicij? iustitia habitauit in ea: nunc autem homicidæ. 375.1
ibid. Si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabuntur. 48.2
ibid. A planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas. 41
ibid. Et erit fortitudo vestra vt fauilla stuppæ, & opus vestrum quasi scintilla, & succendetur vtrumque simul. 538.2
ibid. Laboraui sustinens. 544.1
2. Ingredere in petram. 269.2
ibid. Ingredere in petram, abscondere in fossa humo. 339.1
3. Dicite iusto, quoniam benè: quoniam fructum adinuentionum suarum comedet. væ impio in malum; retributio enim manuum eius fiet ei. 136.1
ibid. Et erit pro suaui odore fœtor. 50 11
ibid. Mulieres dominatæ sunt eis. 533.2
ibid. Væ qui arguti sunt in semetipsis. 404.2
5. Exspectaui vt faceret iudicium, & ecce iniquitas; & iustitiam, & ecce clamor. 377.1
ibid. Auferam sepem eius, & erit in direptionem: diruam maceriam eius: & erit in conculcationem. 781
ibid. Deserta in vbertatem versa aduenæ comedent. 74.1
ibid. Tenebras tribulationis. 371.2
6. Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude. 37
7. Sibilabit Dominus muscæ, quæ est in extremis fluminibus Ægypti, & api quæ est in terra Assur. 105.1
9. Lætabuntur coram te, sicut qui lætantur in messe; sicut exultant victores capta præda, quando diuidunt spolia. 113.1
ibid Habitantibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis. 44.2

11. Et erit sepulchrum eius glorioſum. 395.1

3. Torſiones & dolores tenebunt, quaſi parturiens dolebunt. 47.2

14. De radice enim colubri egredietur regulus. 57.2

15. Præcipitabit mortem in ſempiternum. 308.1

17. Rapietur ſicut puluis montium à facie venti, & ſicut turbo coram tempeſtate. 31.2

19. Dominus miſcuit in medio eius ſpiritum vertiginis. 68.2

24. Deſerta eſt ciuitas Thachu. 117.2

26. Morientes non viuant, gigantes, non reſurgant. 229.2

ibid. Indulſiſti Domine, indulſiſti genti: nunquid glorificatus es? elongaſti omnes terminos terræ. Domine in angustia requiſierunt te, in tribulatione murmuris doctrina tua eis. 302.2

ibid. Miſereamur impio, & non diſcet iuſtitiam: in terra ſanctorum iniqua geſſit. 434.2

ibid. Ego ciuitas firma, ciuitas quæ oppugnatur. 434.2

28. Idcirco hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, angularem, pretioſum, in fundamento probatum. 105.1

Ibid. Verùm non in perpetuum triturans triturabit illum, neque vexabit eum rota plauſtri, nec vngulis ſuis comminuet eum. 226.1

Ibid. Tantummodo ſola vexatio intellectum dabit auditui. 304.1

ibid. Percuſſimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum. 307.2

29. Et erit ſicut ſomnium viſionis nocturnæ, multitudo omnium gentium, &c. Et ſicut ſomniat eſuriens & comedit, cùm autem fuerit expergefactus, vacua eſt anima eius: ſicut ſomniat ſitiens, & bibit, & poſtquam fuerit expergefactus, laſſus adhuc ſitit, & anima eius vacua eſt. 83.1

ibid. Miſcuit vobis Dominus ſpiritum ſoporis: claudet oculos veſtros. ibid. 69.2

30. Comminuetur, ſicut conteritur lagena figuli, contritione perualida, & non inuenietur de fragmentis eius teſta, in qua portetur igniculus de incendio, aut hauriatur parum aquæ de fouea. 33.1

Leuate in excelſum oculos veſtros, & videte quis creauit hæc. 508.2

32. Super humum populi mei vepres & ſpinæ aſcendent. 279.1

33. Concipietis ardorem, parietis ſtipulam: ſpiritus veſter, vt ignis vorabit vos. 538.2

ibid. Prædator prædæ erit, contemnens contemnetur, ſpernens ſpernetur. 492.1

34. Orientur in domibus eius ſpinæ & vrticæ. 279.1

37. Habitatores earum breuiata manu contremuerunt & confuſi ſunt, facti ſunt ſicut fœnum agri, & gramen paſcuæ, & herba tectorum, quæ exaruit antequam matureſcat. 122.2

38. Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te. 307.2

Ibid. Quaſi Leo ſic contriuit omnia oſſa mea. 266.2

40. Mutabunt fortitudinem, aſſument pennas ſicut aquilæ. 100.2

41. Ego poſui te quaſi plauſtrum triturans, nouum, habens roſtra ſerrantia. Triturabis montes & comminues, & colles quaſi puluerem pones: ventilabis eos, & ventus tollet, & turbo diſperget eos. 31.32

ibid. Noli timere vermis Iacob. 43.2

43. Cùm tranſieris peraquas, tecũ ero, & flumina non operient te; cùm ambulaueris in igne, non combureris, & flamma non ardebit in te. 77.2

48. Audita tibi feci noua ex tunc. 366.1

49. Vultu in terram demiſſo adorabunt te, & puluerem pedum tuorum lingent. 80.1

Ibid. Cibabo hoſtes tuos carnibus ſuis, & quaſi muſto ſanguine ſuo inebriabuntur. 378.2.

51. Bibiſti de manu Domini calicem iræ eius, vſque ad fundum calicis ſoporis bibiſti, & potaſti vſque ad fæces. 69

Ibid. Tuli de manu tua calicem ſoporis.

53. Cùm ambulaueris in igne, non combureris. 14.2

55. Pro saliunca ascendet abies,& pro vrtica crescet myrtus. 279.1

56. Et non dicat Eunuchus,ecce ego lignum aridum. 500.2

Impij quasi mare feruens, quod quiescere non potest,& redundant fluctus eius in conculcationem & lutum. 567.2

59. Telas araneæ texuerunt. ibid.

Telæ eorum non erunt in vestimentum, neque operientur operibus suis: opera eorum,opera inutilia. 10.2

ibid. Oua aspidum ruperunt. 60.1

61. Quasi sponsum decoratum coronâ. 43.2

52. Si biberint filij alieni vinum tuum,in quo laborasti. 42.2

65. Reddam & retribuam in sinum eorum iniquitates vestras, & iniquitates patrum vestrorum simul. 85.1

ibid. Lupus & agnus pascentur simul. 524.2

66. Ossa vestra quasi herba germinabunt. 488.2

vlt. Ad quem respiciam,nisi ad pauperculum & contritum spiritu, & trementem sermones meos? 98.2

Ex Prophetia Ieremiæ.

CAp. 2. Imaginem mortis. 44.2

ibid. Ego autem plantaui te vineam electam, omne semen verum: quomodo ergo conuersa es mihi in prauum vinea aliena? 42.2

ibid. Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ: & foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas. 539.1

ibid. Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ. 170.2

ibid. Filij Mempheos & Taphnes constuprauerunt te vsque ad verticem. Nunquid non istud factum est tibi, quia dereliquisti Dominum Deum tuum? 329.2

ibid. Et dixisti: Absque peccato, & innocens ego sum: & propterea auertatur furor tuus à me. Ecce ego iudicio contendam tecum:e oquòd dixeris,Non peccaui. 330.1

ibid. Si laueris te nitro,& multiplicaueris tibi herbam borith, maculata es in iniquitate tua coram me,dicit Dominus Deus. Quomodo dicis, Non sum polluta? 330.1

4. Ascendit leo de cubili. 355.2

6. Ii magis fregerunt iugum. 489.2

ibid. Prophetæ fuerunt in ventum loquuti. 9.1

6. Probatorem dedi te in populo meo robustum: & scies & probabis viam eorum. Omnes isti principes declinantes, ambulantes fraudulenter, æs & ferrum:vniuersi corrupti sunt. Defecit sufflatorium, in igne consumptum est plumbum,frustra cōflauit conflator:malitiæ enim eorum non sunt cōsumptæ. Argentum reprobum vocate eos: quia Dominus proiecit illos. 15.1

ibid. Defecit sufflatorium, in igne consumptum est plumbum,frustra cōflauit conflator. 77.2

9. Ecce ego conflabo, & probabo eos. ibid.

ibid. Deducant oculi nostri lacrymas, & palpebræ nostræ defluant aquis, quia vox lamentationis audita est de Sion. 542.2

ibid. Extenderunt linguam suam, quasi arcum mendacij & non veritatis. 37.1

ibid. Vnusquisque se à proximo suo custodiat,& in omni fratre suo non habeat fiduciam: quia omnis frater supplantans supplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet, & vir fratrem suum deridebit, & veritatem non loquētur. docuerunt enim linguam suam loqui mendacium. 37.1

ibid Sagitta vulnerans lingua eorum, dolum locuta est:in ore suo pacem cum amico suo loquitur, & occultè ponit ei insidias. 109.2

11. Oliuam pulchram, vberem, fructiferam, speciosam vocauit Dominus nomen tuum. 592.2

12. Seminate triticum,& spinas metite: cleri eorum non proderunt eis. 79.2

13. Date Domino Deo vestro gloriam, antequam contenebrescat,& antequā offendant pedes vestri ad mōtes caliginosos. 371.2

17. Erit enim quasi myricæ in deserto,& non videbit cùm venerit bonum; sed

habitabit in ſiccitate in deſerto, in terra ſalſuginis & inhabitabili. 500.1

7. Habitabit in ſiccitate in deſerto, in terra ſalſuginis, & inhabitabili. 131.2

ibid. Fouit, quæ non peperit. 516.2

17. Vena aquarum viuentium, 170.2

19. Dicit Dominus: ſic conteram populum iſtum, & ciuitatem iſtam, ſicut conteritur vas, quod non poteſt vltrà inſtaurari. 33.1

ibid. Vnuſquiſque carnem amici ſui comedet.

22. Væ, quæ ædificat domum ſuam in iniuſtitia. 537.1

ibid. Nunquid vas fictile, atque contritum vir iſte Iechonias? Nunquid vas abſque omni voluptate? 539.1

24. Calathus vnus ficus bonas habebat nimis, vt ſolent ficus eſſe primi temporis. 593.2

25. Locutus ſum ad vos de nocte conſurgens, & loquens, & non audiſtis. conſurgens diluculo, mitténſque. 295.1

26. Vt audiatis ſermones ſeruorum meorum prophetarum, quos ego miſi ad vos de nocte conſurgens. ibid.

30. Quare vidi omnis viri manus ſuper lumbos ſuos. 318.2

31. Nouum faciet Dominus ſuper terram, fœmina, &c. 327.2

ibid. Caſtigaſti me, & eruditus ſum, quaſi iuuenculus indomitus. 302.2

ibid. Creauit Dominus nouum ſuper terram. 366.1

32. Qui facis miſericordiam in millibus, & reddis iniquitatem patrum in ſinum filiorum. 85.1

44. Miſi ad vos omnes ſeruos meos prophetas, de nocte conſurgens, mitténſque 295.1

51. Vas inane. 539.1

Ex Threnis.

CAp. 2. Adduxit in tenebras, & non in lucem. 371.2

3. Dabit percutienti ſe maxillam, ſaturabitur opprobriis.

Ex Baruch.

3. Ibi fuerunt gigantes nominati, illi qui ab initio fuerunt ſtatura magna, ſcientes bellum. Non elegit Dominus, neque viam diſciplinæ inuenerunt, propterea perierunt. 230.1

6. Sicut vas hominis confractum, inutile efficitur, tales ſunt & Dij illorum. 539.1

Ex Prophetia Ezechielis.

CAp. 7. Conſilium peribit à ſenioribus. 27.2

13. Non aſcendiſtis ex aduerſo, neque oppoſuiſtis murum pro domo Iſraël, vt ſtaretis in prælio in die Domini. 73.2.

ibid. Violabant me ad populum meum, propter pugillum hordei, & fragmen panis. 301.2

16. Inaurem ſuper os tuum. 178.1

18. Omnes iuſtitiæ eius quas fecerat non recordabuntur. 419.1

20. Comburam in te omne lignum viride & omne lignum aridum. 502.1

22. Verſa eſt mihi domus Iſraël in ſcoriam: omnes iſti æs, & ſtannum, & ferrum, & plumbum in medio fornacis: ſcoria argenti facti ſunt. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Eo quòd verſi eſtis omnes in ſcoriam. 15.1

Fluxus equorum, fluxus eorum, 569.1

33. Sedent coram te populus meus; & audiunt ſermones tuos, & non faciunt eos, quia in canticum oris ſui vertũt illos. 542.

38. Ignem & ſulphur pluam ſuper eum, & ſuper exercitum eius. ibid.

39. Comedetis adipem in ſaturitatem. 74.1

44. Eo quòd inducitis filios alienos, incircumciſos corde, & omnis filius alienus, qui eſt in medio filiorum Iſraël. 42.2

Ex Prophetia Danielis.

CAp. 2. Quo audito Rex in furore, & in irâ magnâ præcepit vt perirent

rent omnes sapientes Babylonis. 213.1
3. Nabuchodonosor repletus est furore, aspectus faciei illius immutatus est. 213.1
ibid. Non cessabant qui miserant eos ministri regis succendere fornacem naphtha & stuppa. 538.1
4. Arbori magnæ, sublimi atque robustæ, cuius altitudo pertingebat in cœlum: & aspectus eius in omnem terram, & rami eius pulcherrimi & fructus eius nimius. 500.2
7. Vestimentum eius candidum quasi nix: & capilli capitis eius quasi lana munda. 48.2
14. Nónne magnus Deus Bel, qui tanta comedit? 561.2

Ex Prophetia Osee.

CAp. 3. Sicut puluis turbine raptus ex areâ. 32.1
4. Non est veritas, non est misericordia, non est scientia Dei in terra. 37.1
5. Filios alienos genuerunt. 42.2
6. Misericordia vestra, quasi nubes matutina, & quasi ros manè pertransiens. 486.2
ibid. In tribulatione suâ manè consurgent ad me. 143.2
8. Seminabunt ventum & turbinem metent. 81.2
ibid. Quoniam in aranearum telas erit vitulus Samariæ. 10.2
ibid. Ventum seminabunt, & turbinem metent. 181.2
10. Seminate vobis in iustitia, & metite in ore misericordiæ. & Arastis impietatem, iniquitatem messuistis, comedistis frugem mendacij. 8.2
11. Comedent de cogitationib. suis. 136.1
12. Sanguis eius super eum veniet, & opprobrium eius restituet ei Dominus suus. 36.1
ibid. Ephraim pascit ventum. 168.1
13. De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos: ero mors tua ô mors, morsus tuus ero inferne. 307.2
13. Dolores parturientis venient ei. 47.2
14. Erit quasi oliua gloria eius. 592.2

Ex Prophetia Ioël.

CAp. 1. Residuum erucæ comedit locusta. 343.1
3. Colles fluent lacte. 479.2
ibid. Super populum meum miserunt sortem. 99.1

Ex Prophetia Amos.

CAp. 1. Super tribus sceleribus Damasci, & super quatuor non conuertam eum. 305.1
2. Vinum damnatorum. 70.2
4. Oliueta & ficeta vestra comedit. eruca. 343.2
5. Domos quadro lapide ædificabitis, & nó habitabitis in eis: vineas plãtabitis amãtissimas, & non bibetis vinum earum. 27.1.
ibid. Mordeat eum coluber. 425.2
ibid. Conuertens in mane vmbram mortis. 44.2

Ex Prophetia Abdiæ.

CAp. 15. Sicut fecisti fiet tibi: retributionem tuam vertes in caput tuum. 36.1

Ex Prophetia Ionæ.

CAp. 2. Proiecisti me in profundum in corde maris. 317.2

Ex Prophetia Michæ.

CAp. 1. Faciam planctum velut draconum, & luctum quasi struthionum. 25.2
ibid. Valles scindentur, sicut cera à facie ignis. 44.1
3. Væ, qui ædificatis Sion in sanguinibus. 537.2
4. Comprehendit te dolor sicut parturiẽtem. 47.2
5. Pascent Assur in romphæa, & terram Nemroth in foueâ eius. 35.2

ibid. Virga percutiet supra maxillam iudicis Israël. 34
ibid. Quasi Leo in iumentis syluarum. 549.2.
6. Tu seminabis, & non metes: tu calcabis oliuam, & non vngeris oleo; & mustum, & non bibes vinum. 121.1
ibid. Sacculum lapidum doli. 274.1
7. Ficus præcoquas desiderauit anima mea. 593.2
Ibid. Lingent puluerem sicut serpentes. 80.1

Ex Prophetia Nahum.

CAp. 3. Super inclytos eius miserunt sortem. 79.1

Ex Prophetia Habacuc.

CAp. 1. Quare ostendisti mihi iniquitatem & laborem, videre prædam & iniustitiam contra me? 48.1
ibid. Cibus eius electus. 549. 2
2. Væ qui ædificat ciuitatem in sanguinibus, & præparat vrbẽ in iniquitate. 537.2
ibid. Væ ei, qui multiplicat non sua! Vsquequò & aggrauat erga se densum lutum? Nunquid non repentè consurgent qui mordeant te: & suscitabuntur lacerantes te; & eris in rapinam eis? 537.2
ibid. Væ, qui dicit ligno, expergiscere: Surge, lapidi tacenti. 543.2
ibid. Infernus & perditio nunquam implentur. 307. 2
ibid. Nunquid non omnes isti super eum parabolam sument, & loquelam ænigmatum, & dicetur: Væ ei, qui multiplicat non sua! Vsquequò & aggrauat contra se densum lutum? 189. 1
ibid. Et spoliator spoliabitur. 492.1
ibid. Qui dilatauit quasi infernus animam suam, & ipse quasi mors, & non adimpletur. 309.1
3. Ingrediatur putredo in ossibus meis. 185. 1. 267.1

Ex Prophetia Aggæi.

CAp. 2. Ponam te quasi signaculum, quia te elegi. 588.2

Ex prophetia Zachariæ.

CAp. 6. Ecce enim vir (inquit) Oriens nomen ipsi. 521.2
23. Ducam tertiam partem per ignem, & vram eos sicut vritur argentum, & probabo eos, sicut probatur aurum. 547.1
ibid. Partes duę (*malorum*) in eâ dispergentur, & tertia pars relinquetur in eâ. Et ducam tertiam partem per ignem, & vram eos, sicut vritur argentum: & probabo eos, sicut probatur aurum. 14.2

Ex Prophetia Malachiæ.

CAp. 1. Scandalizastis plurimos à lege. 489.2
3. Ipse enim quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum. Et sedebit conflans & emundans argentum & purgabit filios Leui, & colabit eos quasi aurum, & quasi argentum. 14.2

Ex 1. Machabæorum.

CAp. 2. A verbis viri peccatoris ne timueritis: quia gloria eius stercus & vermis est: hodie extollitur, & cras inuenietur. 43.2

Ex 2. Machabæorum.

CAp. 5. Non cogitabat, prosperitatem aduersum cognatos, esse malum maximum. 131.1
6. Obsecro autem eos, qui librum hunc lecturi sunt, ne abhorrescant propter aduersos casus, sed reputent, ea quæ acciderunt, non ad interitũ, sed ad correptionem esse generis nostri. Etenim multo tempore nõ sinere peccatoribus ex sententiâ agere, sed statim vltiones adhibere, magni beneficij est indicium. Non enim, sicut in aliis nationibus, Dominus patienter exspectat, vt eas, cùm iudicij dies aduenerit, in plenitudine peccatorum puniat: ita & in nobis statuit, vt peccatis nostris in finem deuolutis, ita demum in nos vindicet. Propter quod nunquam quidem à nobis misericordiam suam amouet: corripiens verò in aduersis populum suum non derelinquit. 142.2
Ibid. Non enim sicut in aliis Dominus patienter exspectat, vt cùm iudicij dies aduenerit, eos in plenitudine puniat. 489.2

INDEX LOCORVM
SACRÆ SCRIPTVRÆ,
EX NOVO TESTAMENTO.

EX EVANGELIO Matthæi.

Ap. 3. Ventilabrum in manu sua, & permundabit aream, & cõgregabit triticum suum in horreum: paleas autem comburet igne inextinguibili. 32.1

5. Non potest ciuitas abscondi supra mõtem posita. 434.2

Ibid. Solem oriri facit super bonos & malos: pluit super iustos & iniustos. 551.1

Ibid. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt laudent patrem vestrum qui in cælis est. 508

Ibid. Accendi lucernam & poni sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo sunt. 533.2

6. Si cor nostrum, vbi diuitiæ; vbi cor, illic diuitiæ nostræ. 502.1

Ibid. & cap. 16. Amen dico vobis quia receperunt mercedem suam. 222.1

ibid. Tu autem cùm ieiunas, vnge caput tuum oleo, & faciem tuam laua. 130.1

7. A fructibus eorum cognoscetis eos. 508.2. & 514.2

7. Margaritas spargi ante porcos, 169.1

Ibid. Omnis qui audit verba mea, & facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui ædificauit domum suam supra petram, & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit; fundata enim erat supra petram. 173.1

9. Neque mittunt vinum nouum in vtres veteres, alioquin rumpuntur vtres, & vinum effunditur, & vtres pereunt: sed vinum nouum in vtres nouos mittunt, & ambo conseruantur. 18.2

ibid. Non veni vocare iustos, sed peccatores, ad pœnitentiam. 315.1

Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. 477.2

12. Ex verbis tuis iustificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis. 21.2

13. Qui autem non habet, & quod habet, auferetur ab eo. 534.1

ibid. Profert de thesauro suo noua & vetera. 127.1

15. Omne quod in os intrat, in ventrem vadit, & in secessum emittitur; quæ autem procedunt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinant hominem. 165.1

20. Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? 47.2

22. Ligatis manibus & pedibus, mitti-

ti in tenebras exteriores, vbi futurus fletus & stridor dentium. 246.2

25. Qui autem se exaltauerit, humiliabitur, & qui se humiliauerit, exaltabitur. 175.1

26. Vespere autem facto discumbebat cũ duodecim discipulis suis. Et edentibus illis dixit, &c. Qui intingit mecum manum, &c. 51.1

27. Accepta aquâ, lauit manus corâm populo dicens, Innocens ego sum à sanguine iusti huius. 81.2

28. Erat aspectus eius sicut fulgur, & vestimentum eius sicut nix. 48.2

Ex Euangelio Marci.

CAp. 4. Quemadmodum si homo iaciat sementem in terram, & dormiat, & exsurgat nocte & die. 33.2. & 126

ibid. Quod cecidit super petrosa, vbi non habuit terram multam: & statim exortum est, quia non habebat altitudinem terræ: & quando exortus est Sol, exæstuauit: & eo quòd non habebat radacem, exaruit. 122.1.

9. Vestimenta eius facta sunt splendentia & candida nimis velut nix, qualia fullo non potest super terram candida facere. 48.2

10. Sinite paruulos venire ad me. 124.1

23. Qui manducat mecum; qui intingit mecum manum in catino. 51.1

Ex Euangelio Lucæ.

CAp. 1. Illuminare his, qui in tenebris & in vmbrâ mortis sedent. 44.2

ibid. Deposuit potentes de sede & exaltauit humiles. 175.1

ibid. Non erit impossibile apud Deum omne verbum. 401.1

2. Cognouerunt de verbo. 401.1

5. Nemo bibens vinum vetus, statim vult nouum: dicit enim, vetus melius est. 505.1

6. Date, & dabitur vobis, mensuram bonam, & confertam, & coagitatam, & superfluentem dabunt in sinum vestrum. Eadem quippe mensura, qua mensi fueritis, remetietur vobis. 85.1

ibid. Non est arbor bona, quæ facit fructus malos, neque arbor mala faciens fructum bonum. Vnaquæque enim arbor de fructu suo cognoscitur Neque enim de spinis colligunt ficus, neque de rubo vindemiãt vuam. Bonus homo de thesauro cordis sui profert bonum: & malus de malo profert malum: ex abundantiâ enim cordis vestri os loquitur. 548.1

ibid. Omni petenti te tribue. 445.2

7. Maior inter natos mulierum Ioanne Baptista nemo est: qui autem minor est in regno Dei, maior est illo. 408.1

10. Dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes & supra scorpiones; & super omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit. 94.1

12. Seruus sciens voluntarem domini sui, & non faciens, dignè plagis vapulabit multis. 304.1

12. Cùm videritis nubem orientem ab occasu, statim dicitis; nimbus venit, & ita fit. 258.1.

12. Cui plus commodauerint, plus petent ab eo. 489.2

16. Inter nos & vos magnum chaos firmatum est: vt hi qui volunt hinc transire ad vos, non possint, neque inde huc transmeare. 485.1

ibid. Magnum chaos interest. 101.2

22. Ecce manus tradentis me mecum est in mensa, 51.1

23. Quia si viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? 500.2

24. Nónne hæc opórtuit pati Christum & ita intrare in gloriam suam? 482.2

Ex Euangelio Ioannis.

QVi autem non credit, iam iudicatus est. 375.2

ibid. Spiritus vbi vult spirat, & vocẽ eius audis, sed nescis vnde veniat, aut quò vadat. 298.2

4. In

4. In hoc verum est illud verbum, quia alius est qui seminat, & alius est qui metit. 27.1

5. Erat Ioannes lucerna ardens & lucens. 590.1

7. Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. 170.2

12. Ambulate dum lucem habetis, vt non tenebræ comprehendant: & qui ambulat in tenebris, nescit quò vadat. Dum lucem habetis, credite in lucem, vt filij. 371.2

ibid. Quæ si omnia scripta essent, mundus ea capere non posset. 322.1

ibid. Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eiicietur foras. 375.2

13. Vt impleatur scriptura: Qui manducat mecum panem, leuabit contra me calcaneum suum. 51.1

14. Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. 355.1

26. Mulier cùm parit, tristitiam habet, quia venit hora eius: cùm autem peperit puerum, iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum. 47.2

Ex Actis Apostolorum.

CAp. 2. Viri Israëlitæ audite hæc verba: Iesum Nazarenum, virũ electum à Deo, in vobis, virtutibus, & signis, & portentis approbatum. 321.2

5. Multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna. 39.1

5. Si est ex hominibus consilium hoc aut opus, dissoluetur: si verò ex Deo est, non poteritis dissoluere illud. 487.1

23. Qui deuouerunt se non manducaturos, neque bibituros donec occiderint Paulum. 224.2

Ex Epistolis D. Pauli.

Ex Epistola ad Romanos.

CAp. 2. In quo alium iudicas, te ipsum condemnas. 492.1

5. Regnauit mors ab Adam, vsque ad Moysen: & vnius delicto mors regnauit per vnum. 308.1

5. Tribulatio patientiam operatur, patientia probationem. 376.1

6. Mors illi vltrà non dominabitur. 308.1

Morte tamen fortior caritas. 484.1

11. Noli altum sapere, sed time. 405.1

12. Non plus sapere, quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, & vnicuique sicut Deus diuisit mensuram fidei. 497.1

13. Principes non sunt timori boni operis, sed mali: vis autem non timere potestatem? bonum fac: & habebis laudem ex illà: Dei enim minister est in bonum. Si autem malum feceris, time: non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est, vindex in iram ei qui malum agit. 499.2

Ex 1. ad Corinthios.

CAp. 3. Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positum est: quod est Christus Iesus. 544.2

4. Nolite ante tempus iudicare. 375.2

Fugite fornicationem. 536.1

6. Omnia mihi licent, sed non omnia mihi expediunt: omnia mihi licent, sed ego sub nullius redigar potestate. 576.1

7. Hoc autem dico fratres: Tempus breue est. 367.1

ibid. Qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur. præterit enim figura huius mundi. 367.1

8. Scientia inflat. 517.1

9. Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? 121.1.

11. Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini. Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. Quòd si nosmetipsos diiudicaremus, non vtique iudicaremur. 246.2

12. Diuidens singulis prout vult. 590.1

13. Cùm

13. Cùm essem paruulus, loquebar vt paruulus, sapiebam vt paruulus, cogitabam vt paruulus. Quando autem factus sum vir, euacuaui quæ erant paruuli. 239.1

15. Corrumpunt bonos mores colloquia praua. 422.1

ibid. Nouissimè autem omnium tanquam abortiuo, visus est & mihi. 396.1

ibid. Nouissimè autem inimica destruetur mors. 308.1

Ex 2. ad Corinthios.

CAp. 4. Non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia sunt: quæ autem non videntur, æterna. 367.1

9. Qui parcè seminat, parcè & metet: & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. 449.1

12. Destinaui vos vni viro virginem castam exhibere Christo. 321.2

ibid. Si quis in faciem vos cædit. 34.2.

Ex Epistola ad Galatas.

CAp. 6. Quæ seminauerit homo, hæc & metet. Quoniam qui seminat in carne suâ, de carne metet corruptionem: qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam. 6.2

ibid. Quoniam qui seminat in carne suâ, de carne & metet corruptionem: qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam. 120.2.

ibid. Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes. 286.1

Ex Epistola ad Ephesios.

CAp. 1. Illuminatos oculos cordis vestri. 370.1

ibid. Dilexit nos ante mundi constitutionem. 506.1

4. Vt iam non simus paruuli fluctuantes, & non circumferamur omni vento doctrinæ, in nequitiâ hominum, ad circumuentionem erroris. 529.2

ibid. Quòd autem ascendit, quid est, nisi quia & descendit primùm in inferiores partes terræ? Qui descendit, ipse est, & qui ascendit super omnes cœlos, vt impleret omnia. 314.2

ibid. Vt omnes in virum perfectum occurrere possimus in mensuram corporis Christi. 321.2

6. Hi sunt quippe intelligibiles serpentes, & venenati dracones. 343.1

Ex Epistola ad Philippenses.

CAp. 3. Conuersatio nostra in cœlis 549.1

4. Gaudete in Domino semper. 205.2

Ex Epist. ad Colossenses.

CAp. 1. Qui eripuit nos de potestate tenebrarum. 371.2

3. Idolorum seruitutem. 563.2

Ex 2. ad Thessal.

CAp. 3. Qui non laborat, non manducet. 217.1

Ex 1. ad Timotheum.

CAp. 6. Præcipe diuitibus huius sæculi, non sublime sapere. 517.1

ibid. Habentes victum & amictum, his contenti simus. 432.1

Ex 2. ad Timotheum.

CAp. 2. Nemo militans Deo, implicat se negotiis sæcularibus. 377.2

ibid. Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui: in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ. 432.1

Ex Epistola ad Hebræos.

CAp. 3. Si fiduciam & gloriam spei, vsque ad finem firmam retineamus. 401.2.

6. Impossibile est, eos, qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum cæleste, & participes facti sunt Spiritus sancti, & prolapsi sunt, rursus renouari ad pœnitentiam. 335.2

ibid. Impossibile est eos. 367.2

10. Non deserentes collectionẽ nostram, sicut est moris quibusdam. 291.2

11. Defunctus adhuc loquitur. 236.1

12. Et obliti estis consolationis, quæ vobis tamquam filiis loquitur, dicens: fili mi, noli negligere disciplinam Domini: neque fatigeris dum ab eo argueris. Quem enim diligit Dominus, castigat: flagellat autem omnem filium quem recipit. 142.2

ibid. Gressus rectos facite pedibus vestris, vt ne claudicans quis erret. 497.2

13. Latuerunt angelis hospitio receptis. 515.1.

ibid. Optimum est gratia stabilire cor. 567.2

Ex 1. Petri.

CAp. 1. In quo (Deo) exultabitis, modicum nunc si oportet contristari in variis tentationibus: vt probatio vestræ fidei multo pretiosior auro (quod per ignem probatur) inueniatur. 14.2

ibid. Propter quod succincti lumbos mentis vestræ. 359.1

2. Lapidem offensionis & petram scandali. 563.2

5. Tanquam Leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. 549.2

Ex 2. Petri.

CAp. 2. Sus lota in volutabro luti. 179.1

2. Nebulæ turbinibus agitatæ. 259.2

Ex 1. Iohannis.

CAp. 1. Gratiam pro gratia. 3.2

ibid. Qui dicit se in luce esse, & fratrem suum odit, in tenebris est vsque adhuc. 371.2

ibid. Nolite diligere mundum, neque ea quæ sunt in mundo: si quis diligit mundum, non est caritas patris in eo. 506.1

4. Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex Deo sint. 529.2

Ex Iacobi Epistola.

CAp. 1. Sicut flos fœni transibit. 172.1

ibid. Vnusquisque tentatur à concupiscentia sua abstractus & illectus. Deinde concupiscentia cùm conceperit, parit peccatum: peccatum verò cùm consummatum fuerit, generat mortem. 6.1. & 536.1

ibid. Si quis indiget sapientia, postulet eam à Domino. 593.2

2. Quicumque autem totam legem seruauerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus. 419.1

3. Lingua modicum quidem membrum est, & magna exaltat. Ecce quantus ignis quàm magnam syluam incendit. 518.1

ibid. Linguam esse ignem, à quo inflammetur rota natiuitatis nostræ inflammata à gehenna. 284.1

4. Ecce nunc, qui dicitis: Hodie aut crastino ibimus in illam ciuitatem, & faciemus ibi quidem annum, & mercabimur, & lucrum faciemus, qui ignoratis quid erit in crastino, quid superuentura pariat dies. Quæ est enim vita vestra? vapor est ad modicum parens, & deinceps exterminabitur, pro eo vt dicatis: Si Dominus voluerit, & si vixerimus, faciemus hoc aut illud. Nunc autem exultatis in superbiis vestris. 286.1

ibid. Quæ est enim vita vestra? vapor est ad modicum parens. 486.2

5. Infirmatur enim quis in vobis, conuocet presbyteros, orent super eum, vngentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus. 579.1

Ex Epistola Iudæ.

CAp. 1. Nubes sine aquâ. 258. 1

Ex Apocalypsi.

CAp. 1. Capilli erant candidi tanquam lana alba & tanquam nix. 48. 2
2. Vincenti dabo edere de ligno vitæ. 144. 1
ibid. Qui vicerit, & custodierit vsque in finem opera mea, dabo illi potestatem super gentes, & reget eas in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringentur. 33. 1
3. Ego, quos amo arguo & castigo. 142. 2
10. In ore tuo erit dulce tanquam mel. 512. 1
21. Sicut sponsam ornatam viro suo. 43. 2
22. Procedere fluuius aquæ vitæ. 170. 2

Ex 4. Esdræ Apocrypho.

CAp. 2. Duodecim fontes fluentes lac & mel. 479. 2

BIBLIOTHÈQUE DE LA VILLE LYON 1884

RERVM

RERVM

ET VERBORVM HOC OPVSCVLO CONTENTORVM,

Quæ magis seria visa sunt,

Index.

NVMERVS PAGINAM NOTAT: VBI litera (c) aut numerus (2) adiunctus, columnam secundam designat.

BIBLIOTHÈQUE DE LA VILLE LYON 1894

A

Baculi. 273.1
Abortiuus. 394.1
Abortiui terra tegi soliti. 394.2
Abortiui & auati comparatio. 395.2
Abortiuus anaro prælatus. ibid.
Absynthij amaror. 148.c.2
Potare absynthio. 148.c.2
Acetum dētibus noxium. 173.c.2. vtile. ibid.
Aceti frigiditas. 173.c.2
Achilles vt ab Vlysse deprehensus vir esse inter mulieres. 217.c.2
Acini solstitiales. 90
ἀκέσιος etymon. 340.2
Adipis nomine quidquid optimum, apud Hebræos. 587.2
Admeti nænia. 24
Adulatio cur oleo significata? 130
Adulterij mala. 158.c.2
Falsi adulatores & laudatores. 296.2
Ærugo. 316.2
Ætas longa Argantonij & Mathusalæ. 89
Ætas bona, ætas mala. 431.1
Agamemnon plures Nestores optat quàm Achilles. 414.2
Contra Aiacem pro Vlysse iudicium. 114.2
Alcibiadis impudicitia. 546.1
Alcibiades in crimen vocatus pro hermis mutilatis. 275.2
Alcyonum planctus. 25.c.2
Alexander Magnus pædagogi sui vitiis carere non potuit, quibus paruulus infectus fuit. 240.c.2
Alexandri dictum. 502.1
Alexandri ingenium regnandi insatiabile. 313.2
Alexander Magnus hirco prefiguratus. 355.2

Alexandri proba vox. 365.2
Amalthæa capra. 30
Amalthææ cornu qui habere dicantur. 30 c.2
Ἀμβροσία, 494.1
Ἀμβροσία. ibid.
Ambrosia cibus Deorum. ibid.
Ambrosiæ dulcedo. 494.2
Ambrosia qui alendi. ibid.
Ambrosia à lilio specie differens. 579.2
in Ambrosio mendum sublatum. 322.1
Ambulare in tenebris, in luce. 374.1
veræ Amicitiæ lex. 195
Feruet olla, viuit amicitia. 503.1
veræ Amicitiæ notæ. 204.c.2
Amicorum fidei exempla. 501.1
qui Amici colendi. 293.2
hirūdinis & simulatorum Amicorum comparatio. 194.c.2
simulati Amici. ibid.
ollares Amici. 295. 1.503.1
vinum vetus, veteres Amici. 505.1
Amphisbæna. 495.2
de voce Amygdali allegoriæ. 460.2
Anathemati traditarum vrbium monumēta. 272.1
vna Anchora fluctuare. 381.2
fabula de Androgyno. 523.2
Andromachæ & Hermiones inter se rixæ. 334.
Angliæ rex mellito parricidio sublatus. 260
Anguipedes qui dicti. 545.1
Anima quando immundum tangere dicitur. 574.2
Anima pro sanguine. 306.1
Anima in corpore, sicut nauta in naui. 251.
Animantium corda duo. 37.c.2
Animantium odorem sectantium cum homine comparatio. 474.2
Animantia quorum obtutu homines lapidescant. 536.2
Animi quatuor passiones. 347.1
Annibalis somnia atque nocturnæ species. 390.1
Anni nostri velociùs finiuntur cogitatione vel verbo. 90.c.2
Anteuorta, Postuorta. 363.1
Ἀντέμιον 465.1
Antigoni elegans dictum. 509.2
Aliud. 571.1
Beati Antonij prolixum æuum. 174. c.2
D. Antonij visio laqueorum. 507.1
B. Antonij dictum. 308.2
Apis exiguitas. 512
Ab ea fingitur Cupido esse vulneratus. 512
Apollo leonis forma assumpta, viso gallo fugatus. 358.2
Apostolis vox accommodata. 361.1
Apem cicadæ confers. 169.c.2
Apis dædala. 157.2
Apum virginalis integritas. 157
Apum fides. 157.c.2
rege amisso muneris sui derelictio. 157. c.2
Apum in regem reuerentia. ibid.
Apis & prædicatoris comparatio. 158.1
Apum doctrina. 158
Apuleij locus correctus. 224
Aqua, ignis, pro tribulatione 77
Aqua & igne expiari. 526.2
Aqua & igne interdicere. ibid.
Aquam & ignem cur sponsus & sponsa tāgerent. 526.2
Fons aquæ viuæ. 170.c.2
Fluxus aquæ. 61
Per aquas quid interdum significetur. 443.1
Aquilæ senectus, & Corydi inuentus. 100
Aquilæ senecta. 100
Aquila quî se renouat. 100.c.2
De quoquo decennio aquilarum. 100. c.2
Aquilæ rostrum. 100
Potus & cibus aquilæ. 100
Aquilonis & Austri nomine cæteræ partes intellectæ. 447
Aquilo pro damnatorum sede. ibid.
Aquilonis & Austri acceptiones. 448.1
meditari sicut Aranea. 10.c.2

Ara

Fabescere sicut Aranea. 10
Aranearum stamina. 10
Arationis duo tempora. 216.c.2
Archontici Baptismum detestantes. 420.2
Argantonij & Mathusalæ ætas longa. 89
Ardeliones. 186.c.2
Areopagitarum iudicium. 217.c.2
Argentanginam pati. 533.1
Argumentari, argumentatio. 404.1.2
Aries cornu pruriens. 360.1
Arietem obiicere. ibid.
per Arietem prudentia intellecta. 361.2
Ἄρπυιαι. 338.1
Arquatus. 346.2
quatuor Aspectu contemptibilia. 304.2
Ascalabotes. 350.2
Aspis cur Pheten dicta. 56
Aspis à vipera mutuum sumit. 600. c.2
Aspides ab Ægyptiis cultæ. 57.c.2
Aspis vmbra irritatur. ibid.
Aspidis ira maxima compare interfecto 57.c.2
iracundior Aspis fœmina. 57.c.2
an Aspides sint surdæ natura. 58.c.2
Aspis sicca. ibid.
Aspis caret auribus. ibid
Aspides omnes somnificæ. 56.c.2
Aspidis species. 56
Aspidis venenum, seu Aspidis morsus. 59
Aspidis ictus an insanabilis. ibid.
telum Aspidis, de muliere improba. ibi.
caput Aspidis fugere. 59.c.2
ichneumonis cum Aspide pugna. ibid.
oua Aspidum. 60
oua Aspidum frangere. ibid
Nicander quid de Aspidibus. 56.c.2
tres species Aspidum. 66.c.2
Asini caput ne laues nitro. 265.2
vis Assuefactionis. 138.c.2
Assyriorum inuasio. 355.2
Astydamantes. 287.1
teipsam laudas mulier 3 sicut Astydamas. 287.1
Athlantes populi. 5.c.2
Atrei scelus. 210.c.2
Atrei dictum. 244.c.2
ἀτρίλαβος. 340
Attelabus. 340.2
Attelabus mixtitius. 341.1
Auari & Abortiui comparatio. 395.1
Auari desideria, vigilantis somnia: carnis vmbra. 399.2
Auieni fabella. 234.c.2
Auris Bœotica. 106
Aures filiæ carminis dictæ. 458.2
Auricularum caries. 183
Aurugo. 346.2
Auri natura. 14
Aurum Tolosanum. 190
Aurum homini subesse debet, non præesse. 440.1
de ciue Aurum domi defossum habente. 534.1
Austri & Aquilonis nomine cæteræ partes intellectæ. 447.1
Auster pro beatorum sede. 447.2
Austri & Aquilonis acceptiones. 448.1

B

BAcchus hospes hospiti suo, exitio. 248.c.2
Balista famosus latro. 272.2
de Baptismo ab hæreticis collato. 573.2
Baptismum detestantes Archontici. 420.2
Barrorum cruciatus hausta hirudine. 306.1
Beatificare pro beatum dicere. 512.2
Beda correctus. 108
Belisarius. 385.2
non Benedici. 222
Bessi parricidium per hirundines detectum. 442.1
Bessi ex proprio ore confessio. ibid.
Biantis & Pittaci factum. 211.c.2
Homines bilingues. 53.c.2
Bilinguis. 164
Bilinguis homo quis propriè. 166
Bœoti pingues. 106.c.2
Bruchus alatus. 344.2

alis carens. 344.2
Bruchi etymon. ibid
De brucho mystici sensus negato illi volatu. 344.2
Bruchi à locusta discrimen. 341.1
Buffonia. 535.2
Burgensis inipstè reprehensus. 4
Bubridis aræ. 36.594.1
Butyrum quid designet. 365.1

C

CÆsaris descriptio fallax. 362.1
Calidum pro periculoso. 428.1
Calix vitæ & calix mortis. 67.c.2
Calix ruinæ. 69.c.2
Albus calculus. 373.2
Connæ calculus. 273.2
Calculosè vlcisci. 273.2
Calliphanes qui. 185.c.2
Campes etymon. 343.2
Canis ad vomitum. 66.c.2
Canis panes somnians. 66.c.2
Canes vindictam de latronibus persequentes. 442.2
Canticulum Telamonis. 24.c.2
Capparis. 462.1. inter calidas herbas. ibid.
Cappari & concupiscentię commune nomẽ. 462.1
Cardami natura 521.2
Carie ægri. 182
Carmeli incolarum superbia. 332.2
Vita carnis. 195.c.2
Caroli V. symbolum. 579.2
Cassandræ & Clytemnestræ rixæ vnde. 334.2
Catonis dictum. 288.1.& 577.1
Catonis præcepta. 294.1
Cato senior. 217.c.2
Catoblepa. 249.536.2
Catulli paupertas. 173
Catulli dictum. 494.2
Cebetis tabula. 213
Cedareni Schenitæ dicti. 112
Cercopes cur in simias mutati fingantur. 349.2
Certamen spirituale vt felix. 382.2
Ceruij Apologus. 199
Cerui Epirotici. 555.1
per Cetum diabolum intellectus. 4
Charetis promissa. 258
Chori Iudæorum in lætitia publica. 325.2
de Christo quatuor mysteria. 327.2
Christus aliter morti mors; aliter inferno. 309.2
Christi mysterium nouum & absconditum. 366.1
Christus lilium vt dicatur. 580.1
Christiernus rex Daniæ. 385.2
An peccatum cibos ad sepulturas offerre. 561.2
Cicada nobilitatis signum. 99
Cicadæ Apollini sacræ. 99
Cicero Cæsarem carpens. 496.2
Ciceronis iocus. 555.1
Cirus fluuius. 356.2
Cisterna. 278.2
duobus clauis figi. 381.2
Cleanthis exemplum in tarditate ingenij superanda. 431.2
Cleopatræ & poppelæ illecebræ. 476.1
Climaci dictum. 373.2
in Clypeo Agamemnonis depictum Leonis caput. 373.2
Argiuum clypeum detrahere. 175.c.2
Clytemnestræ & Cassandræ rixæ vnde. 334
Clyti & aliorum mors. 243.c.2
Cœnobiticæ vitæ commoda. 379.2
Colotes. 350.2
Coluber pro aspide. 57.c.2
Colubrorum dolositas. 248.c.2
Columbæ lacte lotæ. 479.1
Columbæ amant fluenta. 479.2
Columba argentea. 480.1
Commoueri pro contremiscere. 454.1
tanquam conchilium dilacerare. 43.c.2
Concordiæ commendatio. 373.2
Concordiæ vis. 105.c.2
Condy. 69.c.2
disparis Coniugij Apologus. 521.2
Consilium pro pœna consilij. 136.c.2
Coniux. vide vxor.

Consortia salubria quæ,& noxia. 520.1
in Conuiuis & triumphis albæ vestes. 422.2
Conuiuarum ebriosi sermones in accusationem deducti sub Tiberio. 143.c.2
Cor vergens ad læuam. 422.1
Cor pro medio vsurpatum. 317.2
Cor pro intellectu & mente. 423.2
Cor pro animo. 205
Cor sanum. 195.c.2
Cor lapideum, vel carneum. 105.c.2
Corda animantium duo. 37.c.2
Corium pro corio,&c. 1.c.2
Cornicis ætas. 99.c.2
Corporis vigiles & custodes. 454.2
in Corpore gratia instar salis. 476.1
Corporea pulchritudo quæ. 475.2
Correptionis diuinæ vtilitates. 143
Crastinum pro futuro. 286.2
Crater boni genij. 67.c.2
citò Credere quis dicatur. 528.1
Credulitas temeraria quàm noxia. 528.1
maxime periculosum Credulitatis damnum in authoritate constitutis. 528
omnibus credere & nulli,vitium. 529.1
non Crimen tantùm, sed criminis vitanda occasio. 519.1
Crœsi gazæ. 527.1
Cupressi rectitudo & incorruptibilitas. 59.1
Eius adaptatio. ibid.
Custodes. 454.1
Custodes domus, poplites. 455.1
Cyri senioris bona sententia. 509.2
Cyri & Pheraulæ disputatio de felicitate. 393.2
Cyri nominis etymon. 355.1. 356.1
magis verisimile. 356.2
Cyri nutrix. ibid.

D

Dædalum. 157.1
Damnatis solitum dari vinum conditum. 70.c.2.
quomodo dicatur Deus propinare hoc vinum. 71
Danaës exemplum. 583.2
Delatoris, non accusatoris iudicium. 528.2
Demetrius in Moscouia. 385.1
Democritus sua sponte se excæcans. 506.1
in Demosthenem dicterium. 533.1
per Dentes & pedes quid significetur. 262. c. 2
Dentium iactura quàm noxia. 456.1
Deiparæ integra virginitas. 328.1
responsum datum scisciranti quid agat Deus. 114
de Dextræ & sinistræ vocibus. 422.2
octo Dextræ significationes. ibid.
de voce Dextræ obseruationes. 424.1
Diaboli nomina. 4
Panagæa Diana. 552.1
prudens diffidentia vtilis. 420.1
Dignitates sæculi quanti sint. 385.1
Diocletiani dictum. 27
Diogenis responsum ad Craterum. 198. c. 2
Diomedis dictum. 265.1
pro Dionysij tyranni vita votum. 386.2
Dionysius Syracusanus. 385.1
de Dionysio circa ciuem aurum domi defossum habentem. 534.1
Dipsas non est aspidum species. 56.1
Discordiæ & concordiæ vis. 105.c.2
Diuiti non est plus vno ore aut ventre:aliis sua asseruat. 393.2
Diuitum memoria durat quandiu dant. 581.1
Diuitis multi sunt amici. 194
Diuitiæ apud insipientem periculosæ. 352.2
fictiles Diuitiæ. 33.c.1
Diuitiæ & dignitates sæculi quanti sint. 385.1
Diuitiarum possessio & vsus differunt. 533.1
Dolon explorator missus à Troianis. 382.1
Dominatio mancipiorum dura. 331.2
Domorum ex palmis ædificatio. 20
Donatistarum abusus. 573.2
stultorum Dona non sunt dona. 531.1
improbi viri Donum vtilitatem non habet. 531.1
Dormire & exsurgere. 126.c.2
Draconitis gemma. 535.2

Duo contra duo. 569.2
Noli pugnare duobus. 382.2
Duo pariter euntes. 382.1
Duplex verbum in homine, 165
Duplex sermo. 165.c.2.
Vir duplicis vultus. 53.c.2

E

IN Ecclesiaste Salomonis scopus. 367.1
ἔκτρωμα. 394.1
Non vt edas, viuere, sed vt viuas, edere. 560.2
Eliszi historia. 431.2.
Sacra eloquia lectis argenteis cõparata. 256
Sui encomium. 286.2
Ennius de Homero cogitare solitus & loqui. 390.1
Duo pariter euntes. 382.1
Homines ephemeri cur dicti. 90
Ephemeri vita. 90
Epiglottidis opercula. 457.1
Equus Seianus. 190
Mulieres equæ & equire dictæ. 311
Mutabilior Erichthonis metra. 551.2
ἐρμᾶς λόφος. 277.1
Erucæ etymon. 343.2
Etudiendi Athenienſium consuetudo circa adolescentes in arte aliqua. 217.c.2
Eugubinus reprehensus. 92
Eunomi cithara. 99
Eunuchi ad thalamorum custodiam. 530.1
Eunuchos habendi Persarum & Turcarum consuetudo. ibid.
Excalescere pro periculum subire. 428.1
Excussus quis dicatur. 118.c.2
Inhonestæ expectatiuæ. 222
Expositio perfida Iudæorum recentiũ. 322.2
Exploratio Vlyssis & Diomedis iuncta. 381.2
Explorator Dolon missus à Troianis. 382.1

F

FAbula à Menenio conficta. 397.1
Faces & lampades sponsum præcedentes. 4
Adagia de fame magna, fames Perusina, Saguntina, Melia. ibid.
Fames Hierosolymitana. ibid.
Famis causæ. 65
Bouina fames. 65.c.2
Canina fames. ibid.
Famelicæ muscæ acriùs mordent. 331.1
Compendium eorum quæ familiæ conseruandæ sunt necessaria. 336.1
De fœlicitate Solonis dictum. 523.1
De fœlicitate Cyri & Pheraulæ disputatio. 393.2
Quatuor fœlicia & fortia. 304.2
Ferdinandus Catholicus senior. 386.1
Feri error, postea ab ipso emendatus. 460.1.
In rebus fidei quod periculum. 529.1
duobus clauis figi. 381.1
Filius confusionis. 168.c.2
Filij sunt ædes à parentibus constructæ. 438.1
Filius mortis. 169
Filius alienæ. 42.c.2
φιμὸς. 532.2
Flauius Vespasianus in quo imitãdus. 365.2
φλεγμονὴ, φλεγμαίνειν. 285.2
Fœnum pro herba, sumitur in bonum. 80.c.2
Formicæ sua bilis inest. 336.2
Serenitatis exploratio per formicam. 153.c.2
Viri fortes, lacerti. 455.1
Quatuor fortia & felicia. 304.2
Fornices, arcus triumphales. 225
Francisci I. dictum. 576.2
Federici Barbarossæ apud Pontificem submissio.
In frigidis vrendi vis. 107.c.2
Frugalitas producit senectutem. 174.c.2
Ignauum fuci pecus. 421.2
Vtroque pede fugere. 381.2
Fumi epitheta. 174
Fundamentum sæculi. 173

G

GAleotes. 350.2
Gallorum & Hispanorum ingenia. 212.c.2

Galli gallinacei intelligentia. 358.1
Gallorum gallinaceorum imperium. 358.2
de Gallo gallinaceo adagia. ibid.
ad Galli cantum de Leonis terrore. 358.2
Gelidæ potus. 256. c. 2
Gemma draconitis. 535. 2
Georgij Agricolæ error. 46
Gibbo vocis etymon. 341.2
Gigantes qui intelligendi. 228.c.2
superbi Gigantes. 545.2
Gigantum amentia. ibid.
Gnathonum ingenia. 130. c. 2
Gorgo Phorci filia. 536.2
Græcorum elegantes ἀναστάσεις. 587.1
Gratia in corpore instar salis. 476.1
Grues Ibyci. 441.2
Gula Vitellij. 313.1
Guttur mater cantilenæ. 458.2
Guttur pro loquela. 245.c.2
Gynæcei Salomonij tres status. 326.1

H

HArmodij cantilena. 24
Harpocratis silentium. 245
Harpocrates silentij Deus. 127.c.2
Hastagones. 340.2
solstitialis Herba. 90
Herculis certamina. 382.2
pro Hermis mutilatis vocatus in crimen Alcibiades. 275. 2
Hermacopidæ. ibid.
Hermathenæ. 275.1
Hermeraclæ. ibid.
Hermiones & Andromachæ rixæ vnde. 324.2
Herodis & Iugurthæ pernicioſa familiaritas. 555.1
vt Herba solstitialis. 89. c. 2
Hirci vis, & ex eo adagia. 360.1
per Hircum rex hircorum significatus. 355.1
de cõmẽtario Hieronymi in prouerb. 134.c.2
Hieronymi dictorum transcriptores. 375.1
Hierusalem typus regni cœlestis. 480. 2
vrbis Hierusalẽ decor & cõmendatio. ibid.
Hausta hirudine barrorum cruciatus. 306.1
Hirudo ærarij. 306.5
Hirudines iuuenum. 306.1
Hirudines palatinæ. 365.2
sub eodem tecto Hirũdines ne habeas. 515.1
de Homero solitus Ennius cogitare & loqui. 390. 1
Homo τετράγωνος. 173
Homo vter. 108.c.2
fictilis Homo. 33.c.2
Hortus conclusus virginitas. 478.1
Horti minùs casta interpretatio. 478.2
Hyænæ cum cane inimicitiæ. 524.2
Antipathiæ ratio. 525.1
Hypnale aspidum commune nomen. 56

I

IActabundi imbellis animus. 84
Iansenius Bayni vestigiis insistere solitus. 257
Ibyci grues. 18.c.2.441.2
Ichneumonis cum aspide pugna. 59. c. 2
ἰκτῖνες. 346.2.& 372.2
Idola cur dicãtur elaborationes ab Aquila. 115
Ieiunium generale fortius priuatis & voluntariis. 380.2
vitium Ignauæ nobilitatis. 184. c. 2
Ignem spuere. 200
Ignem & aquam cur sponsus & sponsa tangerent. 526.2
Ignis igni non addendus. 313. 2.
Ignis epitheta. ibid.
ἰμάντωσις. 544.1
Immundum quando tangit anima. 574.2
durum Imperiũ pauperum impotentes. 331.2
Imperium vxoris apud Persas ignominiosum. 333.2
duo Impossibilia. 297.2.& 8
Improborum misera conditio. 265.1
Impudicitiæ exempla. 546.1
Inaures. 178.c.2
Incedere bene, Incedere feliciter. 362.2
Incus patientiæ Symbolum. 29 c. 2
Infernus, cur terra obliuionis dicitur. 86.c.2. & 87. c. 2
Infernus terra desolationis & vastationis. 87 c. 2
Infernus durus cur dicitur. 485.2
de Inferni & Perditionis vocibus. 50
Christus aliter inferno morsus: aliter morti mors. 209.2
obnoxia infirmitas. 526.1
acerbi Inimici dulcibus amicis interdum meliores. 283.2

quatuor Insaturabilia. 304.1
quatuor homini Inscrutabilia. 304.2
Insomnium quid sit. 387.2
Insomniorum causa. 388.1
de Insomniis senum. 459.2
quatuor Intolerabilia. 304.2
Inuidiæ operatio. 182.c.2
Inuidia animi tinea. 182.c.2
Inuidi descriptio. 377.2
filiarum Iobi nomina. 29.c.2
Ionæ ex ceto egressus quid præfigurarit. 4
Iris siluestris. 89.c.2
Iridis symbolum quibus aptetur. 592.1
Ortus & pulchritudo. ibid.
Isidori Peluſiotæ monitum. 471.2
Ad iter se accingentium Palæstinorum & Iudæorum mos. 359.1
Iudæorum chori in lætitia publica. 325.2
Iudæorũ recentiorũ perfida expositio. 322.2
Iudæorum interpretũ spurca responsio. 323.1
de proditore Iuda locus acceptus. 51
festiuus Iudicis iocus. 533.1
Iudicium constuprare. 530.2
Iudiciũ Hebræorum vocali suffragio. 273.2
vocis Iudicij acceptiones. 375.2
Iugurthę & Herodis pernicioſa familiaritas. 515.1
carbones Iuniperorum. 110
Iuppiter Μαυβραγόρας. 483.2
Iuppiter infernus. 307.2
Iouis vxor Παφαφρία. 236
Ἐνυραξία, proles amborum. ibid.
procul à Ioue. 507.1
Iustitia, virginis habitu. 530.2
Astræa dicta. ibid.
vocis Iustitiæ acceptiones. 376.1
Iustitia vestimentum: lauacrum, pœnitentia. 313.2
excessus in Iustitia punitiua, distributiua, commutatiua. 402.403
Iuuenum hirudines. 306.1
Iuuentutis filij. 118
Ixionis amplexus pro Iunone. 572.1

K

Kable, vocis Gallicæ etymon. 250
Καλαμῶπις, καλαμῶ), καλαμωλή. 350.1
Κνώδαλα, κνώδαλα θυτικὰ, κνυδάλειν etymon. 492.2

L

LAbia ostia dicta. 456.2
præ ira Labia comedere. 379.1
Labiorũ metonymica interpretatio. 120.c.2
Lacerti, viri fortes. 455.1
Laconici canes. 473.2
Lacrymæ Simonideæ. 24
Ladæ velocitas in cursu. 16
Lætitiæ operatio. 140.c.2
Lagois. 28
Lagunculæ. ibid.
Lapis è Scyro insula. 383.2
Lapidibus obruta apud Iudæos & alios morte damnatorum cadauera, 272.1
viales tantùm lapidum acerui Mercurio sacri. 274.1
mellitus Laqueus. 148
sui recta Laudatio difficilis. 287.1
falsi Laudatores & adulatores. 296.1
Lauare Æthiopem. 301.1
Leberide inanior. 248
Lentulus fugæ in Ægyptum Pompeio suasor. 386.1
Leo fortitudinis Symbolum. 353.2
catulus Leonis. 354.2
catulus Leonis Iuda. ibid.
De Christo prophetia. ibid.
catulus Leonis fortior iumentis. ibid.
Leonis hieroglyphicum. 353.2
Leonum natura. ibid.
Leonis prudentia, non timor. 353.2
Leo de malis regibus & prælatis. 549.2
de Leonis terrore ad Galli cantum. 358.2
Leo quorum Symbolum. 408.2
Leonis & canis vocum adaptationes. ibid.
Leprosorum eiectio à cœtu hominum. 395. 396.1.
qui duos sequitur lepores, neutrũ capit. 496.1
Lethargus. 69
Lethe fluuius. 87
sæpe peior Letho, timor lethi. 506.2
Leges aranearum telis comparatæ. 9.c.2
Libertas libertate perit. 279.2
vera Libertate qui frui dicantur. 500.1

Libri à quibus legendis nos arcet Salomon. 471.1
de Libris gentilium legendis. 471.2
Lilio castitas significata. 579.2
Christus lilium vt dicatur. 580.1
Limax. 61
Linguæ parcimonia principibus placet. 245
Linguæ lapsus periculosus. 558.2
Lingua duplex tertia. 554.2
Homines diuisam naturâ linguam à fauci-bus habentes. 164
Lingua fortuna, lingua dæmon. 211.c.2
oci cinis lix dictus veteribus. 263
De locusta mystici sensus. 343.1
In locusta diuersi vnius speciei gradus. 342.2
Locustarum species septem. 340.1
Locustarum deuoratrix Seleucis. 347.1
Loquentiæ & eloquentiæ distinctio. 171.c.2
Loramentum. 544.2
Lorica architectonica. ibid.
Mos lugentium, panem cinere aspergere. 69
Luna μήνη vnde dicta. 552.2
Lunulæ in calceis nobilium. 552.1
Lucis & tenebrarum voces. 371.1
Ambulare in luce. 372.1
Lyncei Samij ars struendarum epularum. 219
De lyncibus quæ narrentur. 535.2
Lycurgus Thrax. 160

M

Macedonum ritus. 50.c.2
More maiorum. 242
Mallei, duriora supplicia. 171.c.2
Malum intolerabile. 331.1
Malorum ilias, thesaurus, panegyris, mare. 451.1
Mancipiorum dura dominatio. 331.2
Mancipia laudatissima ex Phrygia. 305.2
Mandragora tribus commendata. 483.2
Mandragoræ natura, nomina, vis. ibid.
Non multum mandragoræ bibisse. 484.1
Μανδραγορίζομένη. ibid.
Μανδραγορίζειν. 483.2
Μάνδραν. 483.1
Defigere manum. 148
Manuum infirmitas quid significet. 435.2
Manum preces præcedant; precem manus subsequantur. 235
Ambabus manibus facere. 381.2
Manuum iunctarum hieroglyphicum. 176
Margaritæ. 271.1
Margaritæ nomen. 271.2
Matellam præbere. 71.c.2
Matrum amor in pullos. 26.c.2
Matthias Hunniades. 385.1
Maxentij in Constãtinum fraus in autorem redundans. 554.1
Mel nona pars Ambrosiæ. 494.2
Mellis medulla. 512.1
Mel summo digito delibandum. 259.c.2
Noxium. ibid.
Glaucus in mellis dolio suffocatus. 250
Mendico nec parentes amici. 195
Menenij fabula 397.1
Mens in corpore instar aurigæ. 455
Principum mensa periculosa. 198.c.2
Mercurius somni præses. 275.1
Mercurij statuæ solitariæ, sociales, sepulcrorum, delubrorum, priuatarum ædium. 275.1
Mercurij cultus in aceruis lapidum vnde. 277.2
Mercurius in iudicium à Iunone vocatus. 278.1
Mercurius triceps. 276.2
Mercurij statuarum materia. ibid.
Non ex quolibet ligno fit Mercurius. ibid.
Cur solo capite humano Mercurij statua. 275.2
Lignei Mercurij. 276.1
Mercurius insignis statuarius. ibi.
Mercurij aceruus. 277.1
Mercurij hermæ viales. 276.1
Hermarum materia. ibid.
Proiicere lapidẽ in Merkolis. 277.1. & 279.2
Mercurij statuæ quotuplices. 277.1
Mercurius Mercatorum numen. 273.2
Logisticæ præses. ibid.
Mercurio tertius siue vltimus cyathus in conuiuiis sacer. 725.1
Mercurio attributa ratiocinatio. 274.1
Meretricis ingenium. 164.c.2

Messis duplex, carnis & spiritus. 113.c.2
Messallina exemplum impudicitiæ. 546.1
Metalli fodinarum pericula. 138
Μήνη Luna vnde dicta. 552.2
Miracula maioris potentiæ, quàm naturæ. 229
Modium salis cum aliquo comedere. 50
de Monacho historia. 508.1
Monachi sepulti dictum. 237.c.2
quatuor Monarchiarum fictum vaticinium. 355.2
contra Morbum comitialem stellionis remedium. 351.1
in Morbis animi curandis necesse est sanari velle. 265.1
Morbus solstitialis. 90
Exempla eorum qui quæ in vitia amarunt, etiam Morientes intueri volunt. 561.2
Mortis Symbola seu ænigmata. 466.2
Morte punitorum cadauera lapidibus obruta apud Iudæos & alios. 272.1
Mortis quatuor comites. 464.1
Mortis & Inferni iunctæ voces in Sacra Scriptura vt plurimùm. 307.2
Mors regina, tyrannus. 308
Mortis & Plutonis distinctio. 308.1
Mortem vitæ cùm præfert Sacra Scriptura, faciendæ obseruatio. 407.1
Christus aliter morti mors; aliter inferno morsus. 309.2
Morti Plutonis nomen inditum. 307.2
Porta mortis. 36.c.2
an peccatùm cibos Mortuis offerre. 561.2
cum Mortuis nonnisi laruæ luctantur. 411.1
Moschorum consuetudo. 79.c.1
Μόχθοι, μόχθημα. 488.1
Mostolus. 252
Mostolus ceto pro clauo & temone. ibid.
ignis & Mulieris æquale periculũ. 158.c.2
alienæ Mulieris consortium. 159
Mulier rixosa. 298.1
exosæ domi mulieris mala. 331.1
Mulierum imperia absurda in œconomia. 333.2
Vxoris imperium apud Persas ignominiosum. ibid.
Mulieres superfœtantes. 311.2
de Malitia mulierũ & cõsortio vitãdo. 587
Mulieres equæ & equire dictæ. 311.2
Multiloquium quid sit. 171
Multum pro nimium. 401.2
Mures ad caseum. 473.1
Muscarum lethalium genus. 420.1
Famelicæ muscæ acriùs mordent. 331.1
Muscæ ad mulctra. 473.2
Muscas depellere. 422
Mutabilior Erisichtonis metra. 551.2
Mutus in quarta declinatione. 532.2
Mutus pro ranæ specie. 533.1

N

NAris obesæ homo. 106
Clementis Alex. sententia de Narium perfossione à Iudæis. 187.c.2
Nasi gratior compositio. 481.1
Nectar potus Deorum. 494.1
quinta Nectaris parte imbuere. 49
Neronis imperij initia. 105.c.2
voculæ Nimis expositio. 402.2
Nitri proprietates. 263
Nitri confectio. ibid.
Nitri vis. ibid.
Nitrium à Nitria prouincia. 263.c.2
Nubes de promissis vsurpanda non de minis. 259.c.2
si Nucleum vis edere, frange nucem. 64.2
Non numerus. 45
viri Nnmeri. ibid.
Nuptiales ritus. 45

O

OBedientia mulieris. 235
Multiplices victoriæ viri obedientis. 237
Octonarius numerus. 445.2
Oculos colũbarum qui dicãtur habere. 478.1
Oculos in capite habere. 368.2
Oculi in calcaneo. ibid. & 372.1
Oculus hominis basiliſco cõtagiosus si prior homo inspexerit, & vice versa. 249.c.2
Ocymi & cumini satio. 166
cur Odium fratrum sit grauius. 210
fraterni odij testimonia. 210.c.2
Odor in sacris literis quid significet. 473.1
Odore bruta attracta. 473.2
Odoratus in formica. ibid.
Odorari. 473.1

Oleæ ſymbolum. 121.c.2
Oleum. 411.2
Oleum & ſalem emere. 128.c.2
Ferre oleum in auricula. 54.& 130.c.2
De olei voce. 413.2
Olei proprietates. 53.c.2
Oleo tranquilliores. 53.c.2
Oleum pacem ſignificat. 121.c.2
Oleum effuſum qui dici poſſint. 47..1
Ad olera relegare. 197
Pugnare de oleribus. ibid.
Olerum addimenta. ibid.
Propter olus. ibid.
Bene olere. 473.1
Omnes pro pleriſque. 384.2
Onchelos. 61.c.2
Onyx. ibi.
Inſula Ophiuſſa. 248
Oraculum Philippo redditum. 439.1
Oratio pro quouis negotio quomodo. 401.1
Orci etymon. 307.2
Orci fames & crudelitas. 485.1
Longior diſtantia ortus ab occaſu, quàm cœli à terra. 102
Os ſine oſtio. 559.1
Oris platea. 457.1
Oſculum, amoris reuerentiæ & obedientiæ ſignum. 253
Duplex otium. 577
Ouidio lux. 531.2

P

PActum ſalis. 50.c.2
Palladæ votum. 331.1
Palmus maior. 45
Palmus minor, 45.c.2
Panem ne frangito. 50.c.2
Carere pane. 184.c.2
Panis pro omni lucro. 220.c.2
Panis mendacij. 220.c.2
In Panthera ſuauitatis odor. 475.2
Paradiſus Magmedis. 232.c.2
Parcarum ſtamen atrum & album. 464.1
Pares cum paribus facillimè congregantur. 523.2
Parentes ſunt fabri: filij, ædes à parentibus conſtructæ. 438.1
Parricidium Beſſi ex proprio ore deprehenſum. 442.1
Animus in Patinis. 583.1
Pauper cur deferatur. 195
Pauperes ſuperbi & turgidi. 184.c.2
Pauperis cum diuite noxia ſocietas. 502.2
Pauperum duodecim alimentum in memoriam duodecim Apoſtolorum. 445.1
Pauperum in potentes durum imperium. 331.2
Nudior paxillo. 248
Pecuniæ vt crumenam, ſic animum tumidum faciunt. 581.2
Veterum Pecuniæ ex pellibus. 2
Pecuniæ vſus in Chananæa. 2.c.2
Pecuniæ poſſeſſio inanis ſi vti neſcias. 332.2
De vi pecuniarum Philippo redditum oraculum 439.1
Pecuniæ copia & inopia quid faciant. ibid.
De pecunia Verris dictum. ibid.
Mortuus iacet pedens. 411.1
Pelaſgorum coloniæ in Hiſpaniam. 291.2
Pelles pro pecuniis & diuitiis. 2
Pellis pro ſupellectili & facultatibus. 3
Perdicis æſtus. 517
Perdicis etymon, ibid.
Per perdicem diabolus ſignificatus. 517.2
Perdices Paphlagonicæ. 37.c.2
Perdicis crus, vel pes. ibid.
Perdicis & capreæ apta comparatio cum ſuperbo. 516.2
Perdix animal contentioſum. ibid.
Peregrinarum nomen pro ſcortis. 42
Periandri dictum. 432.1
Vtroque pede fugere. 381.2
Petri in cunctis. 186.c.2
Phalaridis taurus. 36.& 594.1
Pheraulæ & Cyri diſputatio de felicitate. 393.2
Pheten cur dicta aſpis. 56
Philippus 1. Archidux. 386.1
Philoſophorum præcipua meditatio. 503.2
Philoxeni votum. 220.c.2
Phœnix auis. 20.c.2
De Phœnicis combuſtione. 23.c.2
Viuacior Phœnice. 24
Phryx verberatus melior. 171.& 303.2
Piger, fumus, oculi, dentes qui dicantur. 194

Tabula viri pigri & desidis. 230.c.2
Pigrorum vota & penuria. 234.c.2
S. Scripturæ mos in pigritia describenda. 378.2
Pinguedo. 140.c.2
Ossium pinguedo. ibid.
Pinguedo pro deliciis. 74
Deus per Plagas dat sapientiam. 302.1
Platea oris. 457.1
Platonis dictum. 239.c.2
Platonis ad nutrices institutio. 240
Platonis etymon. 457.2
Plato gracili voce fuit. ibi.
Platonis θεῖα. 458.1
Plumbum illi nomen. 544.1
Plumbum ferro grauius. 543
Plutonis nomina. 307.2
Lauacrum, pœnitentia: iustitia, vestimentum. 413.2
Polypi natura. 378.1
Pompeij dictum. 386
Custodes domus, Poplites. 445.1
Poppeæ & Cleopatræ illecebræ. 476.2
Populiæ dictum. 311.2
Capita populi. 104.c.2
Pistuorta, Anteuorta. 369.1
Potentiorum vicinitas. 521.2
Mos veterum de præda sortiendi. 78.c.2
Prædium vendente Themistocle quid præconio additum. 294.1
Præsicini. 295.2
Prælatorum durior punitio. 491.2
Prætorianorũ apud Turcas educatio. 17.c.2
Caninum prandium. 66
Quales Principes, tales ciues. 509.1
Principem melius tuetur fides quàm ferrum. 502.2
Principum periculosa familiaritas. 507.1.2
Procrastinatio damnosa. 435.2. & 449.1
Nunquam procrastinando monarchiam suam compararunt Cæsar & Alexander. 362.1
Prouerbiales locutiones Gallorum & Teuthonum. 333.2
Prouerbiales locutiones. 2. 2 &, 9. & 16. &, 33 &, 55. &, 79 &, 302 &, 487 &, 522 &, 543. & infinitis aliis locis.
Bona regula pro Prouerbiorũ explicatione. 199
Ptolomæi regis dictum. 534.1
Pudor duplex vt & amor. 582.2
De puella vna & eadem tres voces non valde dissimiles. 322.2
Sæuitia puerorum. 75.c.2
Pugnus dentifrangibulus. 35
Pulchritudo corporea quæ. 475.2
Pulchritudinis radius corporeus an incorporeus 476.1
Puteus interitus. 54.c.2
Puteus, fons, cisterna, de vxore interdũ. 478
Pygmęorum agmen contra Herculem. 76
Pygmæi spithamæi. 45.c.2
Pythagoræ præceptum. 515.1
Pythagoræ symbolum. 583.1
Pythagoreorum sententia. 561.1

Q

QVatuor insignia vitia. 304.1
Quatuor insaturabilia, homini inscrutabilia, intolerabilia, aspectu contemptibilia, fortia & felicia. 304.2

R

RHamnus. 63
Romani, regis nomen ferre non valentes. 355.2
Per reges de populis vltio. 227
Regibus dij peculiares attributi. 228
Virtus regum maximè propria. 363.2
Quatuor virtutes regiæ. 362.1
Regum manus, oculi, aures longæ. 441.2
Ad regnum euecti propter virtutem, quamuis pauperes & iuuenes. 385.1
Desides Religiosi. 421.2
Respondere, quid significet, more Hebræorum. 302.2
Malè de republ. meritorum damnandi memoriam mos. 394.2
Omnes mutationes rerũp. mortiferæ. 45.2
Compẽdium eorum quæ Reipublicæ cõseruandæ sunt necessaria. 336.2
Fœcialis ritus circa arietem in hostium fines immittendum. 360.1
Robigum numen. 346.1
Robigalia. ibid.

Vocis Roris vsurpatio. 527.1
Rosa pro virginitate & martyrio in Sacra Scriptura. 578.2
Rosa candida, rosa rubicunda. ibid.
Rubeta muta. 531.1
Ruta vt copiosiùs proueniat. 166

S

Saccarum artificiale. 512.1
Sordo Sacerdotum quàm validus. 362
Sale seminare vel aspergere. 13
vrbes Sale seminatæ. ibid.
Salis aceruus. ibid.
Salillum animæ. 90
vicinia Salsuginosa. 13. c. 2
Salutatio matutina. 295.1
in Salomonis Sapientiæ libris omnia sibi inuicem cohærere qui velint, vt anulos in catena. 400.1
Et econtrà. ibid.
Salomonij gynæcei tres status. 326.1
Sanguisugæ nomen recens. 306.1
ab vnius Sapientia plus vtilitatis quàm à robore multorum. 418.1
Sapientiam Deus per plagas dat. 302.1
tribus modis quæritur Sapientia. 503.2
Sapientiæ pretium. 384.2
Sapientiæ proprium. 368.2
Satio & messis duplex, carnis & spiritus. 113. c. 2
Sationis duo tempora. 450.1
Saturni aurea ætas. 231
Satyri fabula. 498.2
abominandus Scarabæus. 43. c. 2
Scholæ vnde dictæ. 577.1
Scipionis dictum. ibid.
Scomma Laberij in Ciceronem. 496.2
contra Scorpionum morsus stellionis remedium. 351.1
circa Sacram Scripturam magnorum virorum lapsus. 266.1
fieri Scoria. 15
Scortum in domo, quod tinea sesamis. adag. 182. c. 2
inter Scyllam & Charybdim nauigare. adag. 79.1
Scylurus Scytha. 209.
Scyluri Scythæ factum. 583.2
Scythale. 536.2
Scytharum historia contra seruos. 303.2
Secundus pro successore. 385.2
Seleucis locustarum deuoratrix. 347.1
Seleucides aues. 347.2
Per locustas oppidum in Africa deletum. 348.1
Locustarum infestationes. 348.1
Contra illas bella & remedia. ibid.
duabus Sellis sedere. 496.2
Semper pro plerumque. 448.1
Semita & funiculus. 124
Sapientis Senatoris dictum. 182
Senes vnde albedinem trahant. 460.1
de Senum insomniis Hebræorũ nugæ. 459.2
timor Senum. ibid.
stuppeus Seniculus. 538.1
Septenarius numerus. 445.2
Sepes pro securitate. 425.2
an peccatũ cibos ad Sepulturas offerre. 561.2
Sepulchri acceptiones. 462.2
furor Serpentis. 57
cõparatio Serpentis. 248.c.2
Seruum esse regem, in seipso pugnans res est. 331.2
Sigalion Ægyptiorum. 211. c. 2.
Pythagoræ Silentium. 128
Silentij custodia. 245
Silentij Deus Harpocrates. 127.c.2
non semper Silendum. 207.c.2
Sileni Alcibiadis. 476. 2. c. 2
Simia. 349.2
Simias quid malè commendet. 349.2
in Simiascur mutati fingãtur Cercopes. 349.2
de Sinistræ & dextræ vocibus. 422.2
Sinistræ nomen mali significatiuum. 423.2
Sirenum & Struthionum gemitus. 24. c. 2
Sinistram non habere iustum. 423.2
Sisyphi saxum. 427.1
Iconina Societas. 520.2
Pauperis cum diuite. ibid.
Socratis dictum. 290.1. 545.1. 561.1
Sol ἀληθὴς dictus apud Persas. 356.2
Solem orientem plures adorare quàm occidentem. 386.1
Soldani dictum. 508.1
Solitarius aut bestia, aut Deus. 280.1
Solitariæ vitæ periculum & præstantia. ibid.

Solus

Solus est qui verba Dei abiicit. 280.1
Solonis dictum. 582.2
Solonis prudens responsio. 401.2
Somnia, vigiliæ dormientium: spes, somnia vigilantium. 388.2
De somniis commentarij. 321.1
Vmbra somniorum. 572.1
Meliora somnia piorum & proborum: improborum contrà. 390.1
Somnio beatus. 82
Somnium visionis nocturnæ. 83
Somnus veri pessimus autor. 291.1
Rationes sophisticæ aranearum textis similes. 9. c. 2
Spadonum concupiscentia. 562.2
Spartam quam nactus es, orna. 291.2
Spes, somnia vigilantium. 388.2
Duplici spe vti. 450.2
Spicilegium facere. 571.1
Spinæ genus contra temulentiam. 281.1
Spina solstitialis. 90
Dum spiro, spero. 410.1
Spiritus soporis. 69. c. 2
Spitama vitæ. 45
Spithamæi Pygmæi. 45. c. 2
Sponsionis damna. 152. c. 2
Sponsum faces & lampades præcedentes. 43
Sponsi vitam viuere. 43. c. 2
Statuere. 48
Stellio. 535.2
Stellionum nomen in maledictum translatum. 350. 1
Stelliones quo stratagemate decipi dicantur. 350
Stelliones qui dicantur. 349.2
Stellionatus, stellionator. ibid.
Stellionis contra morbum comitialem & contra morbum scorpionum remedium. 351. 1
Duo stellionum genera. 351.1
Viso stellione scorpionum metus. 352.1
Stellionis nomen partim in bonum, partim in malum. 353.1
Stellio fraudis & inuidiæ symbolum. 353.1
Stellio impudentiæ signum. 353.1
Struthiocamelus. 25
Struthionum oua 26
Stultus labiis, temerè loquens, qui dicatur. 170
Sulphuris metaphoricę interpretationes. 12. c. 2
Sulphuris vis expurgatiua. 12
συμβάλλω. 542.1
Mulieres superfœtantes. 511.2
Supplicio affectorum cadauera lapidibus obruta apud Iudæos & alios. 272. 1
Surditatis causæ. 459
Loci ex Symbolo Apostolorum interpretatio. 308.2

T

TAntali fabula. 562.1
Tantali votum imprudens. 426.2
Tantali pœna. ibid.
De Tantalo Adagia. ibid.
Inscriptio Templi Delphici. 152. c. 2
Contra temulentiam spinæ genus. 281.1
Ambulare in tenebris. 372.1
Tenebrarum & lucis voces. 371. 2
In terminorum positione ritus. 242
Pœnæ pro moto termino. 241. c. 2
Sacri termini. 242
Numerus ternarius. 241. c. 2. & 385
Terni numeri efficacitas. 384.1
Terræ filius. 102. c. 2
Terræ genus celerrimè corpora consumens. 307. 1
Sit tibi terra leuis. 272.2
Tertulliani error. 21. c. 2
Theca auri. 466.1
Themistoclis prædiū vendentis, iussio. 294.1
Theodoreti interpretatio improbata. 80. c. 2
Theologorum scripta poetarum riuis rigata 156. c. 2
Theophrasti dictum. 207. c. 2
Thersitæ garrulitas. 245
Thesauros Alexander vbi repositos haberet. 502. 1
Non sine Theseo. 382. 2
Thraseæ & Callisthenis exitium vnde. 226. c. 2
Tiberij proba vox. 365. 2
Tibicinis vitam viuere. 266. c. 2
Timothei imperatoris desidia fœlix. 255

Tipula quod bestiolæ genus. 16. c. 2
Titus Vespasianus amor omnium. 253
Titi Vespasiani nummis insculptum symbolum. 212
Topazium vbi nascitur & vnde dictum. 109
Trahi, de sua sponte sequente. 160. c. 2
Tricorpor. 383.2
Trigeminus. ibid.
Triplex animæ verbum. 165. c. 2
τρίτος, τρίτατος. 555.1
tertius. 551.1
Cum plaustris triturandi olim mos. 226
In triumphis & conuiuiis albæ vestes. 411.2
Tuburcinari de suo. 166.c.2
τυφλὸς πλοῦτος. 534.1
Ad tyrannos adaptatio. 526.1

V

VAcationis tres modi. 577.2
Vatabli sententia temerè notata. 119. c. 2
Ventos agricolare. 394.1
Ventus Cæcias. 486.1
Ventum reti venari. 298.2
Ventres pigri. 397.1
Venter magister dictus. 307.1
Venus μαιδραγωγίτις. 483.2
Pennata verba. 91
Verbum animæ triplex. 165.c.2
Verucula in summis turribus figentes Iudæi. 506.2. 507.2
Flauius Vespasianus in quo imitãdus. 365.2
Albæ vestes in triumphis & conuiuiis. 411.2
Via pro moribus. 186. c. 2
os Viæ. 238.c.2
Vini pericula. 243
Vino exploratæ mentes. 243.c.2
Vinum soporis. 69
Vini veteris & hominis veteris non est comparatio. 505.2
Viperarum & belonarum partus. 248
Viri robusti. 454.1
De virginibus domi clausis apud Iudæos, refutata opinio. 326.2
Virgo signata quæ dicatur. 479.1
Virginitas Deiparæ integra. 528.1
Viride & siccum. 127
Virtutum aspera initia. 400.2
Virtutis figura. 173
Virtus regum maximè propria. 363.2
incustoditus Visus, incustoditæ mentis nuntius. 226.2
Velocius finitur vita halitu oris hybernо. 92
Vita hominis, flumen. 88.c.2
Vitæ solitariæ periculum. 378.2
Præstantia. ibid.
Cœnobiticæ commoda. ibid.
Vitæ mortem quum præfert S. Scriptura, obseruatio facienda. 407.1
socialis Vita præstantior solitaria. 380.1
Vita hominis hospitio similis. 489.2
Vitia quatuor insignia. 304.1
Vitta aurea. 465.1
Viuere quid appellent veteres. 594.2
non vt edas, Viuere, sed vt viuas, edere. 560.2
Viuens vidénsque periit. 51.c.2
Vitellij gula. 313.1
Vmbræ somnium. 82.& 88.2
Vmbræ fumi. 82.88.c.2
Vmbri canes. 473.2
Vngere alicui caput. 130
Vnguentum & oleum effusum qui dici possint. 472.1
Vnus vir, nullus vir. 382.2
Volatus Aquilæ. 314.2
vnum Volumen quid appellet Sacra Scriptura. 470.1
Voluptatum initium dulce, exitus amarus. 249
Vota inania. 231
Votum Palladæ. 331.1
Vter Vinarius. 108.c.2
Homo Vter. ibid.
Vulpis & galli gallinacei Apologus. 208.
Vultures ad cadauer. 473.2
Vxor, necessitatis non voluptatis, 151.c.2
Vxorum garrulitas. 536.2

FINIS.

BIBLIOTHÈQUE DE LA VILLE • 1911 • LYON

Digitized by Google

Digitized by Google